EVSEBII

PAMPHILI CAESARIENSIS EPISCOPI THEOLOGI Philosophi & Historici

OPERA QVÆ EXTANT OMNIA, VITIIS SVBLATIS CORRECTIORA, ET NOVIS ANNOTATIONIbus illustrata, quorum seriem versa pagina indicabit: Editionis verò rationem typographi ad Lectorem Epistola.

Opera & studio IOANNIS DADRÆI Parisiensis scholæ Doctoris Theologi.

Cum duplici INDICE, vno quidem Scripturarum explicatarum, altero verò rerum & sententiarum, ad calcem adiecto.



PARISIIS,
Apud MICHAELEM SONNIVM, via Iacobæa, sub scuto Basiliensi.
M. D. LXXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Catalogus librorum Eusebij.

TOMO PRIMO.

De euangelica præparatione libri xv. à diuersis interpretibus translati.
De euangelica demonstratione lib. x. Donato Veronense interprete.
Eusebij, aduersus Hieroclem, Christum cum Apollonio Tyanæo Mago scelerate conferentem, liber 1. Zenobio Acciolo interprete.

TOMO SECVNDO.

Historiæ Ecclesiasticæ libri decem Suffido Petro emendatore & Ioanne Christophorsono, interprete.
De vita Constantini Magni, Imperatoris Augusti, libri quatuor, Ioanne Portesio interprete.
Oratio Constantini Magni in Synodo habita, eodem Ioanne Portesio interprete.
Panegyricus de laudibus Cōstātini Magni, recēs editus, interprete Ioāne Christophorsono.
Chronicon Eusebij, quod diuus Hieronymus transtulit, ad vetera exemplaria castigatius.
Chronicon D. Hieronymi Presbyteri, cum Paralipomenis.

PRIVILEGII SVMMA.

CAROLVS IX. Galliarum Rex suo diplomate sanxit, ne quis opera Eusebij Pamphyli Cæsariensis Episcopi, Theologi, Philosophi, & Historici, ante decennium à die primæ editionis numerandum, præter Michaëlem Sonnium bibliopolam, ad eius castigationis exemplum impressa diuendat in Galliis. Secus qui faxit mulcta fisco applicanda, aliísque pœnis indictis damnabitur, vt latiùs patet in literis Priuilegij indultis Lutetiæ quinto Nouembris, anno 1570.

Michael Sonnius Lectori S.

RATIONEM, quam, in edendis Latinè Eusebij operibus, secuti sumus, neque te ignorare volo, neque tu omnino scire nolis. Libros de Euangelica præparatione, emendatiores quàm antehac fuerint, excudimus: neque hoc tantũ. annotationibus etiam adiectis ab insigni & in his rebus planè exercitato viro Ioanne Dadræo Parisiensis scholæ Doctore Theologo illustrari fecimus. Quid in iis præstiterit, vti etiam in aliis plerisque Eusebij libris, tu iudicabis. Historiæ Ecclesiasticæ non aliam interpretationem apponere voluimus, quam eam, quæ olim à Christophorsono edita, & nuper à Suffrido Petro viro doctissimo ad vetera Græca exemplaria fuit emendata. neque verò eò id fecimus, vt veterẽ vel Ruffini vel aliorum veterum interpretum tralationes è manibus tuis excuteremus: sed vt eam Christophorsoni versionem, quam omnibus numeris absolutam esse viri docti prædicant, tibi etiam atque etiam commẽdaremus. Atque vtinam aliquando historia Tripartita ad illius interpretationem accommodata, quod doctiores plerosque desiderare video, in lucem prodeat. Et erit, vt aut alij huic desiderio satisfaciant, aut ego certe ne desim. Chronicon Eusebij, itidem Diui Hieronymi, multis locis vir doctus castigauit. quòd ad Prosperi, Palmerij, aliorum quæ subiungi solent: idem vir doctus nobis spem fecit fore vt aliquando Chronica Eusebij, Prosperi, Palmerij, Sigeberti, Gemblacẽsis, & aliorum à se correcta & auctiora in lucem emittamus. & alioqui, verum vt dicam, consilium erat sola Eusebij opera reliquis eiectis imprimere. nam quod Hieronymi adiectum est, ferè nobis aliud agentibus excidit. quamquam cum Chronica Eusebij Hieronymiana sint? cur reliqua ab iis abhorreant? tu tantum, mi Lector, vale & fruere. Lutetia Parisiorum Kal. Septembribus, CIↃ. IↃ. LXXXI.

Eusebij Cæsariensis vita per Donatum *VERONENSEM.*

E*VSEBIVS Cæsareæ Palestinæ Episcopus in scripturis diuinis studiosissimus, & bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus peruestigator, edidit infinita volumina, è quibus hæc sunt: Euangelicæ demonstrationis lib. XX. Euangelicæ præparationis libri XV. Theophaniæ lib. V. Ecclesiasticæ historiæ libri decem, Chronicorum canonum omnimoda historia, horúmque ipsorum compendium: De Euangeliorum dissonantia in prophetam Esaiam lib. X. Contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, vt quidam putant, libri XXX. è quibus ad me viginti tantum peruenerunt. Topicorum lib. I. Apologiæ pro Origine libri VI. De martyribus alia opuscula. De Pamphili vita libri III. Et in psalmos CL. eruditissimi commentarij & multa alia. Floruit maximè sub Constantino Imperatore & Constantio: & ob amicitiam Pamphili martyris ab eo cognomentum sortitus. Hæc Hieronymus: quæ etiam Græcè scripta ad verbum in commentariis Græcorum habentur. Sed vtrum illi ab Hieronymo, qui non multo post ætatem Eusebij floruit, an Hieronymus ab illis acceperit, ego quidem iudicare aut affirmare non ausim. Sed idem multò plura scripsit, quàm ea sunt quæ superius enumerantur, quorum nonnulla facilè per te ipsum inuenies, si totum hoc Euangelicæ demonstrationis opus percurreris. De qua cum libros XX. edidisset, decémq; duntaxat ad nostras manus peruenerint, omnes incolumes præter primum, quem sine principio, omníque inscriptione prorsus offendimus, scire oportet totũ opus ab ipso auctore diuisum fuisse in duas partes, & priori quidem libros XV. tribuisse, quibus eos qui Eũagelicam doctrinam essent percepturi, quasi initiis quibusdam institueret, atque informaret, quos etiam ob talem causam de Euangelica præparatione inscripsit: posteriori autem, libros XX. in quibus tum eandem doctrinam Euangelicam confirmat, tum ea quæ eidem aduersantur refellit, adeóque diligenter atque exquisitè, adeò doctè ac sapienter, vt merito mihi quidem videatur, hanc partẽ de Euangelica demonstratione inscripsisse, tanquam is qui in hac parte vera esse necessario demonstret, quæcunque ad religionem nostram pertineant. Tanta verò est horum librorum vtilitas, vt qui eos sibi familiares effecerint, nihil sint posthac in sacris libris offensuri, ex quo non possint aliquem probabilem sensum elicere. Vt qui hos libros ad hanc vsque ætatem occultauerint, inuidia quadam impediti id fecisse videantur, ne tam facilis aditus ad diuinos libros intelligendos, omnibus pateret. Sed vtinam aliquando posteriores quoque X. libri è tenebris eruantur, atque vna cum his illi quoque vel triginta, vel viginti, quos aduersus Porphyrium ediderat: quorum quanta futura esset vtilitas, vel ex eo facilè coniicere possumus, quòd, vt Diuus Hieronymus auctor est octodecim, nouemdecim, & viginti pro Dniele Propheta aduersus illum scripserat. Conuentui Christianorum interfuit Eusebius, qui apud Nicæam actus est, atque in eo vna cum cæteris patribus, ac potius illorum princeps, Ariana deliramenta condemnauit, & quæ in eo conuentu acta essent, fi[illegible]c plenissimè per litteras, quæ etiam nunc exstant, libro videlicet Ecclesiasticæ [illegible] secundo, omnia suis ciuibus indicauit.*

B

GEORGII TRAPEZVNTII IN EVSEBII PAMPHILI LIBROS DE PRÆPARATIONE EVANGELICA, AD NICOLAVM V. PONTIFICEM Maximum. PRÆFATIO.

EVSEBIVM Pamphili de Euangelica pręparatione,
Latinum ex Græco beatissime Pater iussu tuo effeci.
Nam cùm eum virum, tum eloquentia, tum multarũ
C rerum peritia, & ingenij mirabili flumine, ex his quæ
iam traducta sunt, præstantissimum sanctitas tua iudicet:
atque ideò, quæcunque apud Græcos ipsius opera
extent, latina facere instituerit, Euãgelicam præparationem,
quæ in vrbe fortè reperta est, primùm
aggressi traduximus. Quo quidẽ in libro quasi quodam
in speculo, variam atque multiplicem doctrinam illius viri licet admirari.
Cuncta enim quæ ante ipsum facta inuentáque fuerunt, quæ tamẽ Græcè
scripta tunc inuenirentur, multò certiùs atque distinctiùs ipsis etiam auctoribus
qui scripserunt, præcepisse mihi videtur. Ita cùm constet nihil ferè
D præclarum vnquam gestum fuisse, quod illis temporibus græcè scriptum
non extaret, nihil in rebus magnis naturáque abditis quod à Philosophis
non esset explicatum, omnia ille tum memoriæ tenacitate, tum mentis percepit
acumine: ac vt apes solent singulis insidere floribus, indéque, quod ad
rem suam conducit, colligere, non áliter ille vndique certiora, verisimilioráue
deligens, mirabilem sibi atque inauditum scientiæ cumulum confecit:
multiplices variásque philosophorum sectas non ignorauit: infinitos
penè gentium omnium religionis errores tenuit: orbis terrarum historiam
serie sua dispositam solus cognouit, & cæteris tradidit. Nam cum non esset
E nescius, gestarum rerum historiam titubare, sanctissime Pater, nisi distincta
temporibus pateat (quippe cùm natura temporibus faciat, vt quæ in tempore
fuerunt, nisi quando fuerunt scias, nec fuisse quidem propter confusionem
videantur) eo ingenio, studio, industria huic incubuit rei, vt omnium
scriptorum peritiam in vnum congestam facilè superauerit, distinctiúsque
cuncta ipsis suis (vt diximus) auctoribus cognouerit. Conferendo
enim inter se singulos, veritatem quæ ab omnibus simul emergebat, nec ab
vllo exprimebatur, consecutus est. Quæ omnia ab aliis quę scripsit, & ab hoc
opere perspicere licet. Quod ille ideo suscepit, quòd iam cum apud gentiũ

Quid præstiterit Eusebius in libris de Euãgelica præparatione.

Homœosis elegans.

In historiã necessariã esse temporis designationem.

Ex collatione veritas.

præclaros philosophia viros nobilissimus esset, ac priscam paternámque A deorum religionem catholicæ veritatis amore contempserit, partim accusantibus suum propositum respondere, partim nostra pro viribus suis voluit confirmare. Itaque in duas vniuersum parteis negociũ partitus est, quarum primam, quæ nunc traducta à nobis est, qua illis respondet, qui eum, quò Christianis inhæserat, accusabant, Præparationem Euangelicam: alterã veritatis Catholicæ doctrinam appellauit. Illud sanè prætermittendum non est, ne quis, quoniam nonnulla in hoc libro non absque tuæ sanctitatis auctoritate concedimus, quasi traductoris trãgressos officium nos accuset. ante primi concilij tempora librum hunc ab Eusebio editum fuisse. Constat B enim ipsum Arriana hæresi ante sententiam concilij laborasse, sanctorum deinde Patrum auctoritatem libenter secutum, sanctissimè atque piè in orthodoxia vixisse. Fertur enim apud Græcos ab eo iussu Patrum sacrosanctæ illius Synodi symbolum scriptum fuisse, quod ita composuit, vt ad deiiciendam absque controuersia perniciosam hæreticorum opinionẽ, filiúmque Dei genitum, non factum, consubstantialémque patri addidisse, aut inde aliquid detraxisse, aut mutasse Patres dicũtur, nisi solùm illud, Deum verum de Deo vero. Nam etsi genitum esse à patre non factum, consubstãtialémque Deo patri filium, ad refutationem hæreticorum sufficerent: quia ta- C men Deum filium, patrem verò Deum verum inter hæc distinguentes, Arriani prędicabant, ne quoniam Deum de Deo ille dixit, ansam captarent, Deum verum de Deo vero Patres interiecerunt. Hęc res, quoniam nonnulla in hoc libro sparsa inuenimus ab Arriana prauitate non aliena, firmo nobis fuit argumento, ante cœtum illum sacratissimum hęc illi conscripta & edita fuisse. Quare sentibus tuo iussu amputatis, rosas solummodò Latinis hominibus hac traductione obtulimus.

EVSEBII

EVSEBII PAMPHILI CAESARIENSIS EPISCOPI, DE PRÆPARATIONE EVANGELICA, AD THEODOTVM EPISCOPVM, Liber primus.

Anacephalæosis libri primi de Præparatione Euangelica.

B PROPOSITVM *Eusebio est, demonstrare grauibus & iustis de causis, Christianos, longum vale dixisse Ethnicorum impiæ religioni, idololatriæ & ceremoniis: ac doctrinam Euangelij, à Christo è sinu æterni patris prolatam, & ministerio Apostolorũ in toto terrarum orbe promulgatam, amplexos esse eámque constanter profiteri. Atque vt id ostendat quid sit Euangelium de Christo crucifixo, qui eius fructus sint, & quibus calumniis, scelesti quidam Ethnici, pium ac sanctum hoc genus doctrinæ proscindere & deformare soleant, initiò exponit & diluit obiectiones: postea Gentilium, quos vocant, mathæologiam in tria genera diuisam, fabulosam*
C *videlicet ac historicam, physicẽ, quæ allegorias de naturæ secretis continet, πολιτικὴν, ad quam oracula & alia quædam pertinere fingunt, partim Philosophorum, Deorum & Rerumpublic. benè constitutarum iudiciis & sententiis, partim monstrata τῇ διαφωνίᾳ interpretationum pariter & fabularum, refutat sicut ἐν τῷ διεξόδῳ videre licet. Maxima autem libri primi pars, ex Diodori Siculi Bibliotheca historica, Plutarchi & cuiusdam Sachoniathonis libris, desumpta est. Singulorum capitum hæc summa & series est. In cap. I. agit Eusebius de Euangelij, quod nos Christiani profitemur, definitione, de vera pietate, & reconciliatione humani generis cum Deo, hominúmque fidelium*
D *cum Deo coniunctione & amicitia, cuius auctor est Christus Iesus, Dominus & seruator vnicus. Operæpretium autem erat in vestibulo tanti operis, de dignitate, vsu, auctore & fine cælestis doctrinæ, certiores facere legentes, vt religionis nostræ sacrosanctæ elogium, Ethnicismi turpitudinem, vanitatem & abominationem non tam risu, quàm detestatione prosequendam, & modis omnibus fugiendam, ostenderet. Sunt tamen illa Euangelij encomia, ad amussim Paulinæ doctrinæ exigenda, vt non tantùm Ethica de moribus præcepta (quæ suo in loco vsum habent magnum, & commendationem merentur) sed præcipuè Christum in Euangelio inuestigemus & discamus, & eundem affectibus, sermonibus, moribus, & tota vita nostra referamus. In secundo capite Ethnicorum & Iudæorum calumnias, quas de plaustro, quod aiunt, loquẽtes in vulgus spar-*
E *gebant, vt fidem Christianam suspectam facerent, recenset Eusebius noster. Ethnici ἄθεοι obiiciebant nostræ fidei hominibus. Primùm, stulta credulitate, non certis & immotis rationibus, fidem nostram niti. Deinde, Christianos esse neutrales, hoc est, neque Iudæos, neque Ethnicos, & ob eam causam omnium odio dignos. Tertiò, Christianos auitam religionem, multorum seculorum, gentium & patrum sententiis probatam & religiosè hactenus obseruatam, temerè abiecisse, & nihilo meliorem, amplexos esse. Hãc postremam lœdoriam refutat enumeratione specierum mathæologiæ Ethnicæ, ac docet tantam esse Ethnicæ idolomaniæ turpitudinem, & commenta gentilium tam multis mendaciis esse referta, vt ne comparari quidem, nedum anteferri nostræ religioni poßit.*

Iudæi verò, quibus Christus scandalum erat, sicut Ethnicis stultitia, vt ait B. Paulus, A
istis calumniis traducebant Christianos. Prima, quòd Mosi & Prophetarum scriptis
abutentes, sacrosancta oracula pro arbitrio suo interpretarentur. Altera, quòd erga Iu-
dæos iniurij essent, dum illis promissum Saluatorem & Messiam, tanquam sibi exhi-
bitum deprædicarent, & spirituale regnum, in quo ipse veritati testimonium perhibens
auctor nobis sit iustitiæ, pacis & gaudij in Spiritu sancto, ei affingerent. Tertia, quòd o-
racula, quæ denunciationes iræ Dei & pœnarum continent, de Iudæis intelligenda es-
se: quæ verò habent promissiones, de bonis temporalibus & æternis, ea ad se spectare, con-
tenderent. Talia fuerunt eorum conuicia, qui veritatem Dei in iniustitia detinentes,
iusto Dei iudicio in reprobam mentem traditi sunt. Tertium caput, continet redargu- B
tionem primæ Ethnicorum calumniæ, de crudelitate inconsulta. Ac vt ostendat fidem
nostram certam & immotam esse, quæ nequaquam epoche Academicorum locum vllũ
relinquat, multis firmis argumentis eam astruit. Ducta sunt autem illa, à sermonis ge-
nere, alieno ab omni ambiguitate: ab euentu, qui oracula & prædictiones de rebus fu-
turis egregiè comprobauit: à testimoniis Patrum & Prophetarum vetustissimorum,
quibus eam commendauerunt & illustrauêre: à beneficiis humano generi per Euange-
lium præstitis: à vitæ huius pia institutione & spe futuræ immortalitatis gloriæ. Con-
cludens hoc caput, excusat fidem Christianorum, ab exemplo omnium discentium, quos
credere oportet, si in studiis progredi sit animus. Cap. 4. Omissa calumnia de Neutra- C
litate, vt ita loquar, tãquam indigna prolixa & operosa confutatione, cũ vel nuda eius
expositio, eam vt falsam infringat: respondet ad tertiam Ethnicorum calũniam, ac de-
monstrat nos Theologiam diuinitus patefactam, veram & salutarẽ amplexos esse, ab-
iecta & reprobata Mathæologia & superstitione Gentiũ. Atque vt id euincat, figmẽ-
ta Ethnicorum de Mundi, hominum, animantiúmque ortu, exponit ex sententia Dio-
dori Siculi, vt appareat plena esse mẽdaciorum, & insaniæ, ac proinde fugienda & de-
testanda. In cap. 5. Plutarchum testem adducens Eusebius, ostendit de principiis rerum
solidámque doctrinam plerísque Ethnicis, etiam Philosophis, ignotam fuisse, eorúmque
opiniones, & diuersitatis commonstratione, & Socratis testimonio, conuellit magnũ D
phisices studiosi fructum ex hac de principiis disputatione Plutarchi & Eusebij, perci-
pient, si eam cum germana Aristotelis doctrina contulerint. Capite 6. Diodori verbis
Idololatriam gentium, perstringit. Is enim affirmat, Aegyptios Osirim & Isidem, hoc
est Solem & Lunam & alia astra, pro diis habuisse & adorasse, & incruentis ταῖς θυ-
σίαις, exhalatione videlicet aromatum, & suaueolentium herbarum, coluisse: Demo-
nes & poëticos deos, priscis ignotos fuisse: nec priùs hominibus persuasum fuisse cõmen-
tum περὶ πολιθείας, quàm idola fingi cœpissent. Septimum caput Phœnicum deliramen-
ta de diis, continet, vt omnes inde colligerẽt, etiam hanc mathæologiam indignam esse
memoria, nedum approbatione & obseruatione. Mirabiles & prodigiosas fabulas, de E
artium quarundam rerúmque inuentoribus, reperiet in hoc capite Lector candidus.
Omnia eò spectare videntur, vt intelligamus Satanam suis mendaciis & fabulis, obscu-
rare & obliterare conatum, Moysi veras narrationes de primorum hominum origine,
vita, moribus, institutis, dictis & factis. Cætera in Annotationibus tractauimus.

A

DE EVANGELIO, VERA PIETATE, ET *cum Deo reconciliatione, & amicitia, quam omnibus fidelibus Christus patefecit & impetrauit.* CAP. I.

CVM,[1] quid sit Christianismus, nescientibus aperire statuerim, 1
hunc librum quo Euangelicæ doctrinæ veritatem approba-
mus, vt orationibus tuis adiutus, ad optatũ finem perueniam,
B tuo nomini Episcoporum ornamentum[2] Theodote dedicaui. 2
Ac[3] in primis quid nobis hoc Euangelij nomine significetur, 3
& quænam huius verbi potestas sit, declarandum esse arbitror.
Euangelium igitur dicimus, quod æternorum atque incorru-
ptibilium bonorum, quæ certè suprema & maxima sunt, & an-
tiquissimis prædicta temporibus, nuper verò splendore sui or-
bem illustrantia, cunctis hominibus annunciat: quod non cæ-
cas caducásque huius seculi diuitias, nec breuem hanc calami-
tosámque vitam, nec instabilia corporis commoda, sed animarũ, quæ intellectuales sub-
stantiæ sunt, à quibus etiam corporum bona, quasi vmbra, consequentia dependent, sum-
mam propriámque nobis affert fœlicitatem, cuius quasi caput[4] religio est, nõ illa gentilis 4
C quam falsa & ficta, errorísque plena, nomen ementita est: sed hæc nostra, quæ ipsarum rerũ *Pietas quid*
veritate appellationem adinuenit, quam animi ad vnum solum, & verum Deum, firmam
stabilémque conuersionem, & vitam, quæ mandatis eius peragatur, esse asserimus. Qua *Amicitiã*
quidem ex vita amicitia etiam inter Deum & homines constituitur: amicitiam verò bea- *Dei & ho-*
titudo illa vltima, & fœlicissimus finis consequitur, qui à superioribus dependet, inde gu- *minum.*
bernatur, ac rursus eò peruenturus est. Quid igitur hac inter Deum & homines amicitia
melius nobis atque beatius excogitari potest? Nónne vitæ, lucis, veritatis, bonorúmque
omnium ipse fons atque largitor est? an non ipse, vt cuncta & sint[5] & viuant, causam in sei- 5
pso complectitur? Qua ergo re indigebit, qui eius amicitiam adeptus est? qui rerum om-
nium creatorem charitate sibi coniunxit? qui patrem atque tutorem illum sibi ascripsit?
Non possumus profectò dicere, quin omnia quæ ad animam, quæ ad corpus, quæque ad
D externa pertineat, optimè beatissiméque is possideat, qui charitate proximus Deo factus,
beatissimam eius amicitiam exacta exquisitáque religione consecutus est. Hanc ergo sa-
lutarem hominum ad Deum[6] conuersionem atque amicitiam ab omnipotenti Deo mis- 6
sus Deus verbum, quasi lucis infinitæ splendor cunctis annunciat. Non hinc, aut aliunde,
sed vndique cunctis ex gẽtibus ad Deum verum, Græcos simul & Barbaros, omnem[7] se- 7
xum, omnem ætatem, diuites & pauperes, sapiẽtes & contrà, liberos ac seruos, magna vo-
ce conuocat: hortatúrque omni studio ac cura, vt hoc donum suscipiamus. Nam sicuti
eiusdem naturæ atque substantiæ nos omnes creauit: sic rursum cognitionem & charita-
tem suam æqualiter omnibus proposuit, qui gratiam eius ex toto animo complectuntur,
& colunt. Hanc Dei erga nos charitatem Christus, qui ipsius Dei patris verbum est, ipse *2.Cor.5.*
quoque Deus, non[8] respiciens ad peccata hominum, sed seipsum eis reconcilians, vniuer- 8
so (sicut diuina exclamat scriptura) orbi annunciat. Venit namque, ait, & annunciauit pa- *Esaiæ 57.*
E cem illis, qui longè sunt, & pacem illis, qui propè sunt, quæ olim Hebræi diuinitùs docti
prædicabant. Quidam enim eorum clamat: *Recordabuntur & reuertẽtur ad Dominum omnes* *Psalm. 21.*
fines terræ, & adorabunt coram eo omnes patriæ gentium, quia Domini est regnum terræ, & ipse do-
minabitur gentium. Et rursus: *Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit: etenim firmauit orbem ter-*
ræ, qui non commouebitur. Alius, *Conspicuus erit Dominus in ipsis, & conteret penitus Deos omnes*
gentium terræ, adorabúntque ipsum singuli, ex loco suo. Hæc ex priscis temporibus dicta diuinis *Psal. 95.*
oraculis, nunc ad nos Saluatoris nostri Iesu Christi prædicatione peruenerunt, sic prædi- τῶν ἐθνῶν
ctam olim & expectatam à sanctis viris omnium gentium vocationem, veritatísque co- ἁπάντων
gnitionem, verbum Dei, quod nuper de cœlo descendit, operáque fecit, multò antè præ- θεογνω-
dicta nobis annunciat. σίας.

IN LIBRVM I. EVSEBII DE PRÆPARATIONE EVANGELICA, I. IACOBI Grynæi, Annotationes. CAP. I. A

EVSEBIVS, suæ in Christum fidei rationem in hoc opere redditurus, orditur suam defensionem à descriptione Euangelij, quod πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν παρουσίαν τῶν ἀνωτάτων καὶ μεγίστων ἀγαθῶν, πάλαι μὲν προηγορευμένων, νεωστὶ δὲ τοῖς πᾶσιν ἐπιλαμψάντων εὐαγγελίζεται. *Subijcit deinde,* τῆς εὐσεβείας, *& eius quæ hanc consequitur* πανολβίου θεοφιλίας *piam descriptionem, ac docet Christum non tantùm Euangelium è sinu Patris æterni protulisse, sed etiam vnicum nostræ cum Deo reconciliationis, omniúmque bonorum extitisse auctorem, qui sua dona, sine personarũ respectu, omnibus omnium ordinum hominibus, fide ipsum amplectentibus, larga manu dederit, & quotidie det.* B

1. Cùm quid sit Christianismus.] *Propositio est totius huius operis, in quo Christianismi, hoc est religionis nostræ, quæ in doctrina de cultu Dei, qui in fide, spe & charitate consistit, summam complecti, & aduersus Ethnicorum calumnias defendere, constituit.*

2. Theodote] *Omisit interpres illa verba,* φίλη θεοῦ καὶ ἱερὰ κεφαλή, *Deo amicum & sanctum caput. Græcismus frequens est. Suspicor autem dedicatum esse hunc librum Theodoto episcopo Laodicensi, quem Eusebius libro 7. historiæ Ecclesiasticæ in fine his verbis laudat: Theodotus, reuera vir, qui & suo nomini, & episcopi respõdit: Scientiæ quidem eius, quæ in corporum medicina consistit, primas tulit, sed in ea, quæ animarum medicina est, ita humanitate, candore, misericordia, studio illorũ, qui eius opera indigerent, excelluit, vt hominum nullus alius. Plurimùm autem etiã in sacris studiis exercitatus fuit. Vtinam multos tales corporum & animarum medicos haberemus.*

3 *Hæc ab interprete sunt omissa*] *Vt aliquo modo à te consequar auxilium, quo me charis operibus plurimùm in proposita Euangelicæ doctrinæ materia adiuues.* C

4 Religio] εὐσέβεια, *pietas, hanc dicit esse* ἀνάνευσιν πρὸς τὸν ἕνα, καὶ μόνον ὡς ἀληθῶς ὁμολογούμενον καὶ ὄντα θεόν, καὶ τὴν κατὰ τοῦτον ζωήν, *id est conuersionem ad vnum, qui reuera & dicitur & est Deus, & vitam secundum illum, vt scripturæ more loquar. Hanc* εὐσέβειαν *Paulus commendat vtpote quæ ad omnia vtilis sit, & promissiones præsentis & futuræ vitæ habeat. 1. Tim. 4.*

5 Et sint, & viuant] *Paulus id probat in demegoria sua, quam in vrbe Attica habuit, in qua hæc verba extant de Deo:* ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. *Act. 17.*

6 Conuersionis] *In Græco non extat, vt nec illud, ab omnipotenti, cum sit,* ἐκ τοῦ παναγάθου θεοῦ, *ab optimo Deo.*

7 Omnem sexum] *Genus pro speciebus posuit,* ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ νηπίοις. *Viros vnà cum mulieribus & infantibus. Sapientes & contrà,* σοφοὺς καὶ ἰδιώτας. *Liberos & seruos,* οὐδὲ τὸ οἰκετικὸν γένος ὑπερφρονῶν τῆς κλήσεως. *Ne quidem seruorum genus in hac vocatione despiciens, aut vocare dedignatus est.* D

8 Non respiciens ad peccata] *Alludit ad verba Pauli 2. Corin. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua.*

De his quæ solent obijci à Græcis & Iudæis. CAP. II.

SEd sentio me impetu quodam animi, & desiderio nimium prouectum. Antea enim, quàm nostra confirmemus, quæ solent obiici, refutanda esse videntur. Nam cùm multi non ratione Christianam religionem, sed inconsiderata fide, vnde fideles appellantur, susceptam esse putent: iure nos, qui veritatem euangelicam, argumentis, signis, atque vestigiis approbare his libris, aggressi sumus ad præparationem suscepti negocij: respondẽ-
1 dum ad illa priùs esse putamus, quę vel à Gręcis, vel à Iudęis, ac maximè à [1] curiosis, nobis solent opponi. Non enim aliter arbitror ordine certo, ac serie orationem nostram progredi posse, quàm si prius, ea quæ ad Euangelicam veritatem iter præparare, & his, qui à gentibus ad nos conuertuntur, aptiora esse videantur, exponamus. deinde præparatis iam & perfectioribus idonea, quæ ad veram Saluatoris ac Domini nostri Iesu Christi cognitionem adducunt, diligentiùs explanemus. Huius ergo negocij ab illis initium sit, quæ tam à gentibus, quàm à circumcisis, qui exquisitiùs rem nostram quærerent, dici possent. Quæreret enim quispiam profectò, quodnam genus hominum simus, qui hæc scribere aggrediamur, vtrũ Græci an Barbari, vel si quid inter hæc inuenitur, neutri, & quos ipsos
2 nos esse profitemur, non dico [2] nomine, nam id quidem vna voce clarum fieri potest, sed viuendi modo, ac secta. Nec enim, inquient, gentilium comprobatis religionem, nec Iudæorum vos moribus viuere videmus, quid igitur hoc monstri est? Aut quænam hæc est noua

A noua viuẽdi ratio? Præterea, quomodo impij nõ erũt ac deorũ omniũ inimici, qui patrios mores, patria iura, patrias ceremonias, quibus gentes omnes ac ciuitates cõtinẽtur, contẽpſerũt, atq; abiecerũt? qui ſaluatores ac benefactores deos ſpreuerũt? Et quos deos? eos videlicet, qui ab initio ſeculorũ apud vniuerſos homines, tã Græcos quàm Barbaros, per regiones, ciuitates, agros, hoſtiis, diebus feſtis, ludis, ac cæremoniis, ab omnibus regibus tyrãnis, populis, philoſophis, legum latoribus honorantur atque coluntur, ac eorum loco impia quædam ac ſcelerata admirantur & colunt. Qua igitur venia digni, aut potius quem cruciatum, quódque ſupplicium non merentur, qui patria neglexerunt? & aliena figmenta ſpurcis fœdíſque Iudæorum fabulis nixa elegerunt? aut quomodo non extrema prauitate ſunt, qui tam facilè propria reliquerunt, ac fatuam & omnis rationis inopem fidem, vniuerſis gentibus inimicam, ac impiam, elegerunt? Nec ipſum Iudæorum Deum ſecun-
B dum eorum cæremonias, nec gentium religionem colentes, inauditum ac inuium iter ſibi ipſis turpiter confecerunt? Sed hæc quidem ex gentibus aliquis, nec ſua, nec noſtra rectè intelligens, de nobis dicere poterit. Hebræi verò ipſi quoque de nobis forſan conquererentur, quoniam cùm alienigenæ ſimus, ſic ſcriptura ſua nihil ad nos pertinente, impudenter abutimur, vt nos in ſuam nobilitatem intrudere, ac ipſos à patriis ac propriis ritibus extrudere conemur. Nam ſi Chriſtum diuinis oraculis venturum ante multa ſecula ſcriptum eſt, ſi Iudæorum, prophetæ aduentum ipſius prædixerunt, qui & ſaluatorem & regem Iudæorum, non gentium, ipſum futurum prædicârunt, ſi tandem aliqua quædam meliora diuinioráque ſcriptura prænunciat, ea quoque Iudæis non gentibus ſcripta fuiſſe. Itaque non rectè nos facere, qui hæc obaudiamus: Et quod [3] turpius eſt, quæ Iudæis propter errores ſuos incommoda ventura ſcribuntur, ea iam ipſis accidiſſe aſſe- 3
C ramus. Repromiſſiones autem bonorum in nos ipſos transferamus. quódque mente capti hominis eſt, prædictam felicitatem conſeruantibus legem nobis ipſis attribuimus, & datos ab ipſa lege cæremonias improbamus.

Scholia in Caput II.

Calumnias Ethnicorum & Iudæorum, Chriſtianis obiectas, in hoc capite Euſebius diligenter, ex iis quæ εὐλόγως *dicta videri poterant, recenſet, & eas in ſequentibus capitibus diluit. Calumniarum ſummam in margine expoſuimus.*

1 A curioſis.] παντός τε τῶν μετ' ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τὰ καθ' ἡμᾶς διερευνωμένων. *Sententia eſt. Reſpondendum ad ea eſt, quæ omnes ij, qui accurata inquiſitione, ea quæ aduerſus nos dici poſſe videntur, perſcrutantur.*

2. Nomine.] *Ad Chriſtianorum omnium honeſtiſſimum nomen, quo fideles Antiocheni initio vſi*
D *ſunt, Act. 11. alludit.* οὐ τὴν προσηγορίαν, ὅτι καὶ τοῖς πᾶσιν ἔκδηλος αὕτη, ἀλλὰ τὸν τρόπον καὶ τὴν προαίρεσιν τοῦ βίου.

3 Et quod turpius.] *Et valdè abſurdè reprehenſiones gentis eius ob peccata, auidè colligamus: econtrà autem promiſſiones bonorum ipſis reuelatas taceamus: imò etiam violenter in nos transferamus quod apertè iniuriorum, & nihil aliud quàm ſe ipſos decipientium ſit. Et quod omnium ineptiſſimum eſt, quòd cum nec legem, ſicut ipſi, colamus, imò apertè cõtra eam delinquamus: tamen promiſſa legem ſeruantibus meliora præmia, ad nos rapiamus. Hæc cum verſione Trapezuntij collata pluſculum lucis afferent, & ſententiam Iudaicæ calumniæ illuſtrabunt.*

Refutatio eorum quæ obiiciebantur. Cap. III.

His cæteriſque huiuſmodi cùm aduerſus nos vtantur, agè iam [1] Deum omnium per 1
Saluatorem noſtrum verbum ipſius quaſi per pontificem inuocantes, primum in nos
E argumentum ſuum refutando, calumniatores ipſos eſſe oſtendamus, qui nihil nos comprobare poſſe, ſed expertè rationis fide perſuaſos aſſerunt: idque tam ex his [2] probationi- 2
bus, quibus vtimur, cum ad religionem noſtram gentiles cõcurrunt, redarguemus: quàm ex his, quas vel ſcribendo, vel viua voce proferendo, & aut priuatim, aut publicè diſputando aduerſariis opponimus: ac multò magis per hos quoque libros, qui hoc totum Euangelicæ veritatis negocium continent. gratiam enim Dei ac cœleſtia beneficia, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, Saluatorem noſtrum, nobis eſſe collata, pluribus ac perſpicuis argumentis hic tractatus probaturum ſe pollicetur. Nam cum patrum noſtrorum memoria nonnulli aduerſus gentiles opponentes, ac eis reſpondentes, alij diuinas ſcripturas exponentes, alii veritatis dogmata ſubtiliùs comprobantes, multa reliquerunt: iure nobis hic modus, cui libenter inſudamus, adinuentus eſt. quamuis primus omnium ſacer ille Apoſtolus Paulus probabilitatem omnem cauillatoriam longè

1.Cor.2. abiiciens, ac certas asserens probationes, ait: *Sermo ac prædicatio nostra nõ est in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.* Et rursum: *Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam autem non huius seculi, neque principum, qui destruuntur, sed loquimur sapientiam in mysterio absconditam.* Præterea [3] *sufficientia nostra* (inquit) *ex Deo est, qui nos & idoneos fecit ministros noui Testamenti.* Non iniuria ergo omnibus nobis præceptum est: promptos esse ad respondendum cuique rationem à nobis de spe nostra [4] quærenti. Certum [5] est igitur, Saluatorem nostrum prædixisse doctrinam suam in testimonium omnium gentium per vniuersum terrarum orbem prædicatum iri, & ecclesiam, quæ postea virtute sua constituta est, inuictam atque inexpugnabilem fore: nec vnquam futurum, vt à morte superaretur: sed firmam fore semper, atque immobilem, tãquam in lapide stabilitam atque fundatam, cuius diuinationis effectus omnem impudentissimam linguam vana contradicentem profectò arcere potest. Quis enim non fatebitur, cùm sic apertè rerum euentus diuinationi congruat, Dei virtutem non naturam humanam illam fuisse, quæ & futura hæc præuiderat. & re ipsa perfecit, quæ verbis prædixerat? Iam.n. sui Euangelij fama totum ab ortu ad occasum orbem impleuit, omnésque gentes adiit, crescitque in dies prædicatio sui. Ecclesia etiam hoc nomine ab ipso donata, radices egit, acusque ad astra sanctorum virorum orationibus glorificata, [6] luce ac fulgore orthodoxæ fidei splendet, neque hostibus terga dat, neque ipsis ianuis mortis cedit, propter pauca verba, quæ ille protulit. *Super lapidem ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduersus ipsam.* Sunt autem alia quoque multa à Saluatore nostro prædicta, quæ in suo à nobis collecta loco, & rerum euentibus accommodata, veram de ipso nostram ostendunt opinionem ac fidem. Sed ad [7] hæc omnia non sunt contemnenda ad catholicam veritatem comprobandam, Hebraicæ scripturæ testimonia, quibus ante mille annos Iudæorum prophetæ, indoctorum hominum piscationem vniuersæ vitæ hominum affuturam prædicantes, appellationem Christi nomine ipso expresserunt, & aduentum eius in carne, modum etiam ipsum, quo doctrina eius ad omnes gentes perueniret, prædixerunt: nec tacuerunt futuram Iudæorum infidelitatem, & quicquid aduersus ipsum facturi, & quas pœnas paulò pòst essent daturi, quàm vrbs eorum extrema obsidione caderet, regnumque suum omnino cessaret, ac ipsi ad omnes gentes dispersi, suis inimicis ac hostibus perpetuò seruirent. Quæ omnia sicuti scripta sunt, post aduentum Saluatoris nostri euenisse conspicimus. Præterea, quis prophetas audiens, post Christi aduentum Iudæorum abiectionem, gentium vocationem, apertè dicentes futuram non admirabitur, cùm videat res ipsas per doctrinam Saluatoris nostri oraculis ipsorum ad vnguem quadrare? Per saluatorem enim nostrum factum est, vt ex omni genere hominũ penè innumerabiles, spretis idolis, vnius ac veri Dei cognitionem religionémque susceperint, quod ita futurum, Dei oracula & per alios prophetas cecinerunt, & per Hieremiam maximè, vbi dicitur: *Domine Deus meus, ad te gentes venient ab extremis terræ, ac dicent: Quàm falsa nostri patres idola possederunt, & non erit in ipsis vtilitas: si faciat homo sibiipsi Deos, nec erũt isti Dij.* Hæc igitur vniuersa fidei nostræ veritatem astruunt, nec humana virtute, sed à Deo prædicta, & prophetarum oraculis scripta [8] ostendunt: & ad hæc à multis variisque gentium principatibus liberos quandoque futuros homines vaticinantur. Itaque cùm omnes gentes antiquitùs, multi reges ac tyranni, [9] vrbes ferè singulas tenerẽt, ac alij * populis, alij paucis regerentur, qua ex re bella vbique fremebant, captiuitates, depopulationésque vrbium ac gentium in dies fiebant, plenáque omnia erant seruitute: vnde cogebantur vrbani simul & agrestes, ab ineunte statim ætate, rei militari operam dare, ac semper & vbique per vrbem atque agros armati prodire: continuò Christi præsentia adest, de quo scriptum est in diuinis oraculis: *Orietur in diebus eius iustitia & multitudo pacis, & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: nec eleuabit gens in gentem gladium, nec exercebuntur vltra in prælium.* Rerũ euentus verba prophetarum secutus est, ac omnis principatuum multitudo cessauit, ab Augusto in ipso tempore incarnationis Domini nostri, [10] Romanorum imperio in monarchiam redacto. Ex illo autem tempore vsque ad memoriam nostram nõ inuenies ita [11] populis oppositos fuisse, nec gentem vllam ita in aliam insurrexisse, nec humanã vitam omnium confusione vexatam, vt passim priùs fieri solebat. Atqui quum magna non est dignum admiratione, si quis ita secum attentè cogitet, cúrnam priscis temporibus, quando dæmones omnium gentiũ dominabantur, ac summopere ab omnibus colebãtur, tanto alteri ad alteros furore ab ipsis Diis suis concitati ferebãtur, vt nunc Græcos, nũc Ægyptios, nunc Syrios, nunc

Margin: A; 3; 2.Cor.3.; 4; 5; B; 6; Matth. 16.; 7; C; Ierem.16.; D; Hier. 16.; 8; 9; * pluribus.; Esaiæ.2.; E; 10; 11

A Romanos inter se bellare, ac seipsos destruere, regiones suas incursib. ciuitates obsidioni-
bus desolare videres, sicut historiis satis perspicitur. Simul verò atque piissima & pacificē-
tissima Saluatoris nostri doctrina apparuit, multorum cultus deorum labebantur, bella
cessabant, vniuersum hominū genus à magnis malis atque periculis requiescebat. Quod
maximum ego diuinæ ac ineffabilis suæ virtutis signum dicere non dubitauerim. At verò
ex sua prædicatione, quantū homines profecerint, quantámque vtilitatem etiam huius
vitæ consecuti, ipsis oculis cernes, si attenderis. nunquam aliàs in memoria hominū ab ali-
quo illustri viro, aut populo factum, nisi nunc, suis dumtaxat verbis, atque doctrina per v-
niuersum orbem diffusa, vt omnium iura gentiū rectè atque humanitus se habeāt, illa ipsa,
inquam, iura quæ ante aduentū suū tetra, fœda, immania erant. Non enim iam Persæ, qui
eum secuti sunt, matres suas nefandis nuptiis cognoscunt, non humanis vescuntur carnib.
B Scythæ, quoniā ad eos vsque prædicatio Christi peruenit,[12] nec charissimos, falsa religione 12
impulsi, liberos iugulant. Hæc certè ac talia penè infinita hominū quondam vitam vexa-
bant. Massagetæ ac Derbices propinquos atque affines suos, qui[13] senectute conficieban- 13
tur, miserrimos putasse traduntur: ac ideo immolantes carnes eorum, quos[14] plurimi fe- 14
cerant, epulabātur: Tibareni viros seniores suos præcipitare,[15] Hyrcani rapaci generi auiū, 15
Caspij canib. proiicere soliti. quæ quidem cuncta religiosissimè priùs faciebant, nunc verò
sola Euangelica virtute vndique truculentissima hæc pestis explosa est. Quod verò mini-
mè dij putantur,[16] aut inania, & surda simulacra, aut malefici dæmones in ipsis habitantes, 16
aut partes mundi, qui cōspiciuntur, aut mortuorū hominum vmbræ, aut quæcunque ani-
malium nocentissima, sed pro his omnib. vna Saluatoris sola doctrina cuncta simul Græci
ac Barbari, qui non[17] ficto animo verbum Christi audiuerūt, ad tantum philosophiæ per-
C uenisse, vt solum verum Deum, regem ac Dominum cœli & terræ, solis, stellarum, totiús- 17
que mundi creatorem colāt, atque sequantur, quódque cunctis virib. conantur sic viuere,
vt vel oculos coerceāt, ne quid cupiditate tracti turpiter videant, sed ab ipsa mēte omnem
animi morbum depellant. Hæc omnia quónam modo audebit negare quispiam non esse
fœlicis vitæ? Aut[18] verò quod non rectè parere omnino laudant, tantum à periurio absunt, 18
quoniam ab ipso nō esse iurandum audierunt, sed omni iureiurando abiecto sufficere ho- *Matth. 5.*
minibus, ita & non quodque nec in quotidiano sermone inania velis proferre, sed ita dili-
genter in omnib. te ipsum custodire, vt nec falsum, nec iniuriosum, nec turpe in labiis ver-
bum habeas, quoniam ille dixit, *De omni otioso verbo rationem dabitis in die iudicij*, quam phi- *Matth. 12.*
losophorum vitam non excedit? Ad hæc etiam quot simul cuncti & innumerabiles viri
& mulieres, seniores ac pueri, serui & liberi, nobiles atque[19] ignobiles, docti simul atque in- 19
D docti, in omni ab ortu solis ad occasum loco, vbi homines habitāt, quotidie fermè ad per-
cipiendam disciplinam Christi, qua non solum à turpi facinore, verumetiam à cogitatio-
nibus inhonestis abstinere, quáque ventrem, ac ea quæ sub ventre sunt domare docentur,
confluent, quòd vniuersi in diuina piáque disciplina exercentur, excelso animo cōtume-
lias ferre, nullam vindictam appetere, iram & appetitum omnem temerarium superare ac
vincere, indigentibus de re sua offerre,[20] omnem hominem iure naturæ fratris ac proximi
loco diligere. Hæc omnia si quis simul collecta cōsideret, nónne fatebitur maxima, & sola 20
verè bona cunctis esse hominib. prædicatione Christi oblata, nec ab alio quàm ab ipso po-
tuisse vnquam homines huius vitæ fœlicitatē recipere? Illud verò quale tibi videtur: quod
vniuersorum genus hominum, non eorum solùm, qui aliqua humanitate præditi sunt, ve-
rùm etiam crudelissimorum, & in extremis oris terræ habitātium ab immanitate recessit,
E ac ad opiniones veræ philosophiæ inductū est? Quis enim iam immortalem esse animam
non credit? Quis non speret esse apud Deum, cùm naturæ concesserimus, virtuti deposita
præmia? quib. inducti nostri hanc vitam omnino ita contempserunt, vt priscos & illustres
philosophos mulierculas putes, si ad hos conferas: ludúmque[21] puerorum non iniuria exi- 21
stimes omnia, quæ de contemnenda morte aut verbis, aut exemplo prisci philosophi do-
cuerunt, fœminæ apud nos atque infantes, viríque Barbari & indocti, philosophi dicerentur.
tur. Saluatoris nostri virtute adiuuante, immortalitatis nostræ opinionem re longè magis
quàm verbis verum esse cōprobarunt, quàm magnum etiam illud, quo omnes gentes non
aliunde, quàm à doctrina nostri Saluatoris prouidentiam Dei esse, qui cuncta perspiciat
atque gubernet, didicerunt. Nec est iam aliquis qui nō acceperit sic doctrinam de iustitia
& iudicio Dei, vt non fateatur cautè idcirco viuendum, ac longè à vitiis esse fugiendum.
Sed caput beneficiorum omnium, quæ à Saluatoris prædicatione Christi adepti sumus,

facilè cognoſces, ſi calamitoſam priſcæ idolatriæ fraudem, qua omnes quondam homi- A
22 nes dæmonum artibus premebantur, diligenter animo volueris.[22] Verùm quoniam ita
natura fieri compertum eſt, vt hominum genus rationis non expers, nullam vnquam rem
aggrediatur, niſi ſuaſione inductum credat ſibi profuturam, non temerè ad noſtra confu-
gientes, ac maximè rudiores, quando ad veram religionem introducimus, fidei reme-
dium adhibemus, hortantes ſuadentéſque, vt de prouidentia Dei, de immortalitate ani-
mi, de bona viuendi norma, quæ à ſpe atque fide ſolùm dependet, rectè ſentiant. Nam &
medico à quibus cauendum, & quibus vtendum conſulenti, niſi quis credat, parum ſibi
peritia ipſius conferre poterit: nec plus doctor diſcipulis, qui non credunt vtilitatem quã-
dam à doctrina ſe conſecuturos, nec philoſophiæ ſectam vllam quiſpiam vnquam ſuſci-
piet, niſi antea crediderit commodo ſibi futuram: ita diuerſa ſuaſione ac fide ducti, alius
Epicureorum attrahitur voluptate, alius Cynicæ vitæ duritiem admiratur, alius Platonẽ B
præponit, nonnulli Ariſtotelem, nonnulli Stoicos diligenter ſequuntur. Sic artes quoque
23 alij alias, quamuis omnes[23] mediæ ſint, meliores honeſtioréſque ſibi vtilitate perſuaſi cre-
24 diderunt. Itaque videbitis rei militaris ab aliis, ab aliis[24] mercaturæ, aut ædificandi ſtudiũ
25 eſſe propoſitum.[25] Agriculturam alius exercet, ac ſemen ſulcis agrorum commiſſum &
26 mortuum reuiuiſcere poſſe, non deſperat. Cur igitur[26] admirantur, cùm ſic vniuerſa vita
hominum duobus his, fide & ſpe gubernetur, ſi noſtra etiam, quæ ſola animis conducunt,
multis fide tantummodò traduntur, qui ratione altiora conſequi non poſſunt? Nonnullis
27 ad fidem ratio quoque ac doctrina ſubtilior cõniuet. Nunc quoniam breuiter[27] hæc qua-
ſi fundamenta iacta ſunt, ad primam accuſationem reſpondendum: & qui fuimus, quíque
ſumus, dicendum. Nunquam igitur negaturos ſciant qui hæc requirunt, Græcos nos eſſe
patrios primóſque Græcos dæmonum cultus tenuiſſe, quos nunc reſpuimus atque abo- C
minamur, Iudaicis attendentes ſcripturis: à quibus quamuis plurima noſtræ religioni cõ-
ſentanea colligamus, fatemur tamen ceremonias Iudæorum, viuendíque morem non i-
mitari. Sed non videbuntur hæc aliter nobis rectè confecta, quàm ſi tam ipſa, quæ à maio-
ribus noſtris accepimus, quàm Iudæorum priſcas virtutes in medium, vt omnibus pateãt,
protrahamus: ſic enim ſimul & euangelicæ doctrinæ virtus exſtabit, ſi ante oculos omniũ
28 ponemus, à quibus per ipſam erroribus ſumus liberati:[28] & ad hæc qua ratione Iudæorum
ſcripturas admirantes, præſentem eorum vitam recuſamus. Poſtremò quæ ratio euange-
lij ſit, quis propriè atque ſincerè Chriſtianiſmus dicatur, quòd nec Gentilium, nec Iudæo-
rum, ſed noua quædam ac vera religio ab ipſo Saluatoris nomine appellata, age iam pri-
mùm omnium priſcas ac primas ipſorum theologias per ſingulas vſque in præſentiarum
vrbes diuulgatas, ac probas ſapientum philoſophorum de Diis, de conſtitutione mundi D
29 opiniones perſpiciamus. Hinc enim cognoſcemus, recténe ipſa[29] ſpreuimus, an non. Scri-
30 bam autem non mea, ſed eorum ipſorum, qui apud eos ſtudioſiſſimi rerum[30] humanarum
diuinarúmque fuerunt verba, vt nemo à nobis commentam fictámque narrari fabulam
ſuſpicari poſſit.

Scholia in Caput III.

Calumniam de ſtulta credulitate, quam Ethnici Chriſtianis obiicere ſolebãt, diluit Euſebius, oppoſitis firmis argumentis, quæ ſuis locis ordine recenſebimus. Argumentum capiti in Græco Codice his verbis præfixum eſt: Quod non imprudenter verbum Saluatorem ſequi conſtituimus.

1 Deum omnium] *Notandum exemplum, inuocationis Dei, factæ in nomine* ἀρχιερέως *Chriſti videlicet.*

2 Ex his probationibus.] *Vnde ſumpturus ſit ſua argumẽta, aduerſus Sycophantarum Ethnicorũ calumnias, exponit. Deinde Pauli verbis & exemplo genus orationis, quo vtuntur Chriſtiani in profeſſione & defenſione ſuæ fidei, commendat. 1. Cor. 2.* E

3 Sufficientia.] ἡ ἱκανότης, *2. Cor. 3.*

4 *Omiſit Interpres hæc verba, Vnde & recentium ſcriptorum innumeras, vt diximus, planéque ſapientes & euidentes ſyllogiſmorum demonſtrationes, de noſtra materia ſcriptas, deprehẽdere licet: nec paucos commentarios in ſacras & diuinas ſcripturas editos, qui veritatem & conſtantiam eorum, qui principiò nobis Verbum diuinum annunciârunt, certiſsimè ante oculos conſtituunt. (Vtitur Euſebius hîc ſermonis genere à Geometris ſumpto, quo certiſsimum & firmiſsimum argumentorum robur ſignificamus, inquiens,* γραμμικαῖς ἀποδείξεσι παριστάναι, *id eſt. linearibus demonſtrationibus aliquid in re præſenti conſtituere. Solent enim Geometræ demõſtrationibus eiuſmodi linearibus vti.) Etſi verba*

A *ba superuacua omnia sunt, quorum euidentia & clariora opera sunt. Id est: etsi illi commentarij horum virorum constantiam indicant, tamen multò maiora argumenta suæ constantiæ demonstrârunt rebus suis gestis.*

5 Certum est igitur.] *Primum argumentum est, quo probat Christianam doctrinam firmam & certam esse. Cuicunque doctrinæ & prophetiæ euentus respondit, ea non nititur credulitate stulta. Doctrinæ Euangelicæ & Christi in ea vaticinijs, responderunt euentus. Nam & Euangelium in toto orbe annunciatum, & à multis Gentibus receptum est, & Ecclesia mirabiliter collecta & cõseruata est. Ergo, &c.*

6 Luce & fulgore.] *Vide an id sibi velint hæc verba,* δοξαζομένη τε ὁσημέραι, καὶ εἰς ἅπαντας τὸ νοερὸν καὶ ἔνθεον φῶς τοῦ ὑπ' αὐτοῦ καταγγελθείσης εὐσεβείας ἀπαστράπτουσα. *De Ecclesia loquitur, quam glorificari quotidie, refulgente ex ea in omnes intellectuali & diuina luce pietatis ab ipso Christo*

B *annunciatæ, affirmat.*

7 Sed ad hæc omnia.] *Est alterum Epicherema Eusebij. Doctrina quæ testes habet fidei dignos in veneranda antiquitate, non nititur stulta credulitate. Euangelium de Christo, & eius beneficiis, de vocatione Gentium & reiectione Iudæorum, testes habet* ὁμοψήφους *vetustissimos & sanctissimos Prophetas. Ergo. &c.*

8 Scripta ostendunt.] *Trapezuntius. Omisit enim hoc loco, has periodos. Quod verbum (loquitur enim Eusebius de verbo diuinitus reuelato: Trapezuntius autem hic prorsus aberrauit) à Deo potens efficitur & stabilitur, vt tot seculorum interuallis exagitatũ ab inuisibilibus spiritibus & à visibilibus huius seculi principibus, longè clarius effulgeat, quotidiéque splendescat & augeatur, multóque magis multiplicetur, supernè Dei præpotentis cooperatione, inexpugnabilitatem & victoriam erga hostes per Saluatoris nostri doctrinam & collocutionem exhibente. Quod autem in hac vita ad trãquilli-*

C *tatem & beatitudinem omnibus hominibus, non solùm ex claro ipsius verbo, verùm etiam ex secreta efficacia, propositum est: cur non id nobis diuinam potentiam eius demonstraret? Diuinæ enim arcanæ potentiæ erat, solo illo verbo & doctrina de monarchia vnius omnipotentis Dei proposita: non solùm ab errorum plena & diabolica potestate, verumetiam à Gentilium multiplici dominatu liberum fieri hominũ genus. Postrema hæc verba ita vertit Interpres: Et ad hæc à multis variísque Gẽtium principatibus liberos quandoque futuros homines, vaticinantur.*

9 Vrbes ferè.] ἀνδροκρατούντων κατὰ πόλεις καὶ χώρας. *Et paulò pòst, Et alij populis (vel pluribus) alij paucis regerentur: in Græco est,* καὶ τῶν μὲν δημοκρατουμένων, τῶν δὲ τυραννουμένων, τῶν δὲ πολυαρχουμένων. *quæ illustriora & notiora sunt, quàm vt sint vertenda.*

10 Romanorum Imperio.] πολυαρχία ῥωμαίων, *hæc ita disponente Deo, opera Iulij Cæsaris, in* μοναρχίαν *conuersa est. Subiicit deinde Eusebius tertium argumentum, quod constat* τῷ συναθροισμῷ *beneficiorum, quæ sunt à Christo in vniuersum genus mortaliũ collata. Meritò & magnifacien-*

D *da, & à calumnia vindicanda est ea Religio, cuius auctoris beneficio, genus humanum sublatis dissidiis conciliatum, mores feri depositi, animarum immortalitas persuasa, præmia electis parta: pœnæ malis etiam post hanc vitam infligendæ, denunciatæ sunt, & alia infinita bona exhibita. Talis autem est Christiana religio, & ea in orbe terrarum obtinente hæc præstitit Christus. Ergo, &c.*

11 Populos populis.] *In Græco est,* πόλεις πόλεσι πολεμούσας. *Vrbes cum vrbibus belligerantes. Atque ita legere malo, ne lusisse* τῇ ταυτολογίᾳ *Eusebius videatur: sequitur enim. Nec gentem vllam ita in aliam insurrexisse.*

12 Peruenit.] *Etiam hoc loco quædam supplenda sunt his Eusebij verbis: Vt neque alia genera Barbarorum incestuosè filiabus & sororibus commisceantur: neque mares in mares insaniant, aut contra naturam voluptates sequantur: neque canibus aut auibus amicos mortuos proiiciant, sicut olim consueuerant: neque senio confectos, sicut anteà, laqueo suffocent: neque carnes mortuorum amicorum veteri*

E *ritu deuorent: neque homines in sacrificiis offerant dæmonib. tanquam deis, more veterum: neque mactent charissimos, pietatis opinione. Hæc enim erant & alia his similia innumera quæ olim humanam vitam infestârunt.*

13 Qui senectute conficiebantur.] τοὺς αὐτομάτως τελευτήσαντας, *quod iis euenit, qui morbo aut senio confecti, viuere desinunt. Ac paulò pòst omisit Interpres,* διὸ καὶ φθάσαντες ἔθυον, *vbi* μετοχὴ *non parum facit ad* σαφήνειαν *orationis.*

14 Quos plurimi fecerant.] τῶν φιλτάτων τοὺς παρακμάσαντας. *amicos senio confectos.*

15 Hircani rapaci auium generi.] *Græca aliter paulò habent.* ὑρκανοὶ δὲ καὶ κάσπιοι, οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ κυσὶ παρέβαλον ζῶντας τοὺς γέροντας, οἱ δὲ τεθνεῶτας. σκύθαι δὲ συγκατώρυττον ζῶντας, καὶ ἐπέσφαττον ταῖς πυραῖς οὓς ἠγάπων οἱ τεθνεῶτες μάλιστα καὶ βάκτριοι (*credo legendum* βάκτειοι) δὲ τοῖς κυσὶ παρέβαλον ζῶντας τοὺς γέροντας. *Quæ verba ita conuertere licebit. Hyrcani verò &*

Caspij, quorum hi quidem auibus & canibus senes adhuc viuentes, illi verò vita functos, obiiciebant. A
Scythæ autem solebant viuos cum mortuis defodere, & apud rogos eos mactare, quos defuncti præ cæteris dilexerant. Bactrij porrò senes viuentes canibus obiecerunt. Hæc magna ex parte omissa sunt ab interprete.

16 Aut inania & surda simulachra.] ἤτοι τὰ νεκρὰ καὶ κωφὰ ξοανά. *Aut mortua, &c. Ac mox, in ipsis habitantes.* ἢ τοὺς ἐν τούτοις ἐνεργοῦντας πονηροὺς δαίμονας. *Dæmones enim apud statuas et in eis miseros mortales efficaci illusione decipiebant, sicut etiam superiori ætate factum est in phanis quibusdam. Præterea, Aut partes mundi quæ conspiciuntur, vertit Trapezuntius, cum sit in Græco,* ἢ τὰ μέρη τοῦ φαινομένου κόσμου, *id est, aut partes mundi conspicui.*

17 Non ficto animo.] γνησίως, ἀλλ' οὐκ ἐπιπλάστως αὐτοῦ τῷ λόγῳ προσανέχοντας. *Qui sincerè & non simulatè, eius verbo attendunt.*

18 Aut verò quod non rectè parere omnino laudant.] *Et illud, Iureiurando scilicet non opus esse: multò minus peierandum esse. Nescio an sit sententia Christi hæc quã refert de Iureiurãdo Eusebius noster. Mihi non dubiũ est, Christũ in ea concione nõ* ὅρκον ἐπακτόν, *qui est* πάσης ἀντιλογίας πέρας, *damnare, sed Iudæorum leuitatem & impudentiam in variis iurisiurandi formis reprehendere, suosque ad studium veritatis in omni sermone, hortari. Non autem, qui dicit, nos veritatis amantes esse, & eam simplici assertione aut negatione testificari in familiari sermone, debere, idem damnat iusiurandum. Sed tamen, ætate Eusebij fuisse multis Christianis falsò persuasum, illicitum esse fidelibus omne iusiurãdum, cum ex hoc loco patet, tum ex narratione de Basilide Carnifice & Martyre, qui post martyrio à se affectum Potamienam negãs sibi licere præstare iusiurandum, eo quod esset Christianus, supplicio affectus est, vt est apud Eusebium lib. 6. historiæ Ecclesiasticæ.* B

19 Docti atque indocti.] *Sententiam, non verba videtur reddere voluisse.* καὶ πρὸς τὲ βαρβάρων ὁμοῦ καὶ ἑλλήνων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ χώραν, καὶ πᾶσι τοῖς ὑφ' ἥλιον ἔθνεσιν. *Et oẽs Barbaros simul & Græcos, in omnibus locis, ciuitatibus & regionibus, & omnibus quæ sub Sole sunt gentibus.* C

20 Omnem hominem.] *Græca sunt illustriora,* πάντα τε ἄνθρωπον ὁμογενῆ δεξιοῦσθαι καὶ τὸν νενομισμένον ξένον. *Omnémque hominẽ tanquam eiusdem generis amplecti, & eos qui habentur pro hospitibus peregrinis, &c.*

21 Ludúmque puerorum.] καὶ παίγνιον τὸν θρυλλούμενον ἐκείνων θάνατον, ἀνὰ στόμα φιλοσόφων πάντων ᾀδόμενον. *Suspicor Eusebium notare historiam de morte Socratis, quæ mortis contemptum docere visa est. Sed si, O candide lector, & illam de Socratis obitu narrationem, & ea quæ de Catonis illius Vticensis interitu scripsit Plutarchus, legas cum iudicio, fateberis, vero hoc loco scripsisse Eusebium, tantùm* τοῖς θεοφιλέσιν *datum* καταφρονεῖν τοῦ πρόσκαιρου τούτου ζῆν.

22 *Desunt etiam hic non pauca verba, quæ adscribere libuit. Si cogites superstitiosum errorem antiquæ idolatriæ, è qua tanquam caligine densissima, Græcos simul & barbaros potentia diuina transferens, in intellectualem & clarissimam diem veræ pietatis erga omnipotentem Deum, omnes collocauit (scilicet verbum). Et quid opus est longiore vti oratione ad demonstrandũ, quod nõ irrationali fide nos ipsi consecrauimus, sed prudẽtibus & salutaribus rationibus, veræ pietatis normam continentibus? Quod ipsum cum præsens institutum in vniuersum polliceatur: eos quidem, qui ita affecti sunt vt argumentorum demonstrationibus assentiantur, monemus & hortamur, vt argumentorum sapientiam curæ habeant: & maiore cum attentione dogmatum demonstrationes recipiant: útque prompti sint ad rationem reddendam omni interrogãti nos de verbo in quo spem nostram fiximus. Cùm autem non omnes eiusmodi sunt, verbum autem humanitate plenum existit, neminémque vllo modo auersetur, sed omnes homines idoneis medicamentis curet, indoctúmque & idiotam ad leniorem medicinam reuocet: meritò in principio initiandos rudiores, mulieres, & pueros, & reliquã vulgi multitudinem vitæ piæ mancipantes, tanquam pharmaci loco, sanam fidem in manus sumimus, rectas sententias de diuina prouidẽtia & de animæ immortalitate, & de vita cum virtute coniuncta inserentes ipsis. An non ita videmus etiam illos, qui norunt corpora ægrotantium curare, primùm magna exercitatione & disciplina medicam artem addiscere: deinde omnia cum ratione administrare? partímque eorum qui hos medicinæ causa adeunt, magna fiducia & spe meliorum, ipsis se credere: partim verò cùm nihil exactè de artis theorematis audierint, sola bona spe & fide suspensos teneri? Et interim medicorum optimus in medium progressus, tãquam princeps quispiam aut dominus scienter præcipit quæ oporteat præcauere, quæque conueniat facere. Ille autem tanquam regi & legislatori obsequitur, credens emolumento sibi fore id, quod imperatum sit. Postremã partem horum vertit Trapezuntius. Cæterùm, qua ratione in religione Christiana sint instituendi, cum ij, qui iudicio valent, tum simpliciores & idiotæ, ex Eusebij verbis non difficile est colligere. Vtinam omnes ij, quibus docendi munus in Ecclesia commissum est, hac* τῇ μεθόδῳ D E

doctrinam

A *doctrinam de Christo suis proponerent.*

23 Omnes mediæ sint] *De artibus loquitur, quarum aliæ sunt liberales, aliæ mediæ (vt* στρατιωτική, ἐμπορική, *&c. sunt) aliæ vulgò dictæ illiberales. Nec dicit Eusebius omnes artes esse medias, vt videtur Interpres significare, sed quasdam* μέσας *vocat.*

24 Ab aliis mercatura] *Etiam hoc loco desiderantur in conuersione Trapezuntiana, hæ partes* τῆς ἐπαγωγῆς, *qua probat fide & bona spe, omnia aggredi & administrare mortales. Alij autem mercatorum vitam, fide olim ista nixi fore, vt illis commoda vitæ suppeditaret hoc studium. Quin & nuptiæ, & primi congressus, & communitates liberorum spe factæ, ex bona fide initium cœperunt. Sic etiam alius denuò in incertum nauigat, non aliam sibi salutis anchoram proponens, quàm solam fidem & bonam spem. Hæ epagogæ, de mercatura, nuptijs, nauigationibus, quæ fide & spe velut duabus sacris anchoris confidere homines, in omnibus occupationibus huius vitæ, testantur, diligenter obseruan-*
B *dæ sunt. Nos quoque credamus Deo nos curæ esse, & speremus fœlices euentus secuturos esse nostra consilia & pia studia.*

25. Agriculturam alius exercet] *Multa desiderantur, quæ omnia subijcere non grauabor. Et agrum colit itidem alius & semen in terram iaciens sedet, temporis conuersionem expectans: sperans id quod in terra corruptum & inundationibus imbrium submersum est, rursum tanquam ex mortuis reuicturum. Ad profectionem autem longam aliquis peregrè de domo sua missus, rursum spem & fidem bonas duces itineris vnà secum abducit.*

26 Sic admirantur] *Conclusio est inductionis, in qua discrimen discentium, mirum videri potest. Affirmat ex Christianis quosdã,* οἷς οὐ σχολὴ λογικώτερον τὰ κατὰ μέρος παιδεύεσθαι. *sola fide perduci ad cognitionem veritatis: quosdam autem* καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς μετιέναι καὶ τὰς ἀποδείξεις τῶν πρεσβευομένων μανθάνειν. *Si de cognitionis gradibus & incrementis loquitur, facere progressus in*
C *cognitione Christi. Ac si de initijs cognitionis hæc dicit, fidem secundum Augustinum omnibus intelligentiæ ianuam aperire, nihil dubito.*

27 Hæc quasi fundamenta] ἀλλὰ γὰρ ἐν ὀλίγῳ τούτων ἡμῖν οὐκ εἰς ἄχρηστον προγεγυμνασμένων, αὐτῶν ἤδη τὴν πρώτην κατηγορίαν, καὶ τίνες ὄντες, καὶ πόθεν ὁρμώμενοι. *Horum verborum sententiã breuissimè complexus est Interpres, qui plura desiderat, græcum codicem inspiciat.*

28 *Hoc loco supplenda est lacuna his verbis. Quomodo autem causa, cur Iudaicas scripturas sequamur, patebit, nisi etiam harum virtutem ostendamus.*

29 Ipsa spreuimus] *Potiùs vertendum erat, ista deseruimus,* ὀρθῶς ἀπέστημεν αὐτῶν *Rectè. i. iustis de causis defecimus ab illis.*

30 Humanarum] *Nec est in græco, nec est necessarium ad sententiam illustrandam. Vt hoc tertium caput materiam sanctissimarum cogitationum, de certitudine religionis nostræ, de beneficijs Chri-*
D *sti, déque fide & spe, quibus vita nostra regitur, complectitur: ita lacunæ non paucæ sunt in conuersione Trapezuntij, quas nos magna ex parte è græco Codice suppleuimus, quem vt diligens Lector inspiciat, velim.*

De Origine hominum secundum Gentiles.
Caput IIII.

Diodorus igitur Siculus, vir apud Græcos clarissimus, quippe qui vniuersam historiam ad vnum commodissimè corpus collegit, statim incipiens hæc de Origine hominum conscripsit. De prima verò hominum origine, vt à naturalibus & historicis colligitur, binæ fuerunt opiniones. Nam alij, cum mundum[1] ingenerabilem atque incorruptibilem 1
putauissent, genus quoque hominum sempiternũ esse asseruerunt, ita nunquam[2] initium 2
ipsorum fuisse arbitrati sunt. Alij[3] congenerabilem atque corruptibilem putarunt, homi- 3
E nes quoque appositè certis temporibus incœpisse affirmarunt.[4] Vnam enim ante initium 4
omnium cœli & terræ cunctis simul confusis formam fuisse, postea disseparatis diuisisque molibus vniuersi ordinem mundi conspectum, aeráque motum habuisse continuum, cuius partem quidem igneam, ad superiores ascendisse partes, sursum sua propter leuitatem natura semper tendente: qua ex causa solem ac stellarum multitudinem volutione totius circumferri. Partem autem turbidam atque terrestrem vnà cum humidis ad infima propter grauitatem, loca descendisse, quam partem continuè longo tempore in ipsa conuolutam maria ex humiditate, ex durioribus terram lutosam ac teneram concreasse: quam primùm, posteaquàm solaris calor exæstuauit, constipatam fuisse: deinde superficie calefacta, pluribus in locis[5] corruptionẽ humidi esse consecutam: ex qua (vt etiam nunc in 5
pluribus fieri solet) cùm subitò ad trãsactũ frigus calor exarsit, animalia cõcreta fuisse, quę

noctu à circumfusa caligine alebantur,& in die à calore solidiora reddebantur: ac postre- A
mò sufficiens iam crementum consecuta,erupisse ab illa colluuie varias has animaliū for-
mas.Quorum calidiora leuioráque ad altiora loca exiliisse, volucrum appellatione nun-
cupata:ficciora verò ac grauiora, serpentibus ac terrenis connumerata: eodem quoque
modo humidiora in consentaneum sibiipsis locum confluxisse,aquatica nuncupata, & sic
animalium diuersa genera producta fuisse.Terram verò,postquàm magis sole ac ventis in-
duruit,nihil ex perfectioribus producere posse, ac ideò ex mutua sexuum coniunctione,
6 [6] perfectiora generantur.Hanc rem ita se habuisse, tragicus etiam Euripides, Anaxagoræ
physici auditor in fabula,quam Melanippem nominat, his verbis testatur: Vna cœlorum
olim ac terræ forma,sed separatio cuncta in lucem tulit, volucres ac feras simul, arbores
7 generáque natantium,mortaliúmque genus.Hæc [7] de rerum origine prima à priscis acce-
pimus.Cùm igitur diuersis variisque in partibus orbis terrarum ita producti sint homines,
non iniuria vna eadémque vti lingua nequiuerunt,cùm aliter alibi vocabula rebus impo- B
sita sint:& primos quidem homines nulla re vtili, aut arte adhuc ad viuendum inuenta,
8 fertur laboriosè vitam egisse,nudos absque tegmine atque tecto. qua de re multi [8] frigore
atque æstu,nonnulli etiam inedia periêre passim: sed paulatim experientia rerum docen-
9 te,ad spelæa hyeme refugere, [9] fruges deponere didicerunt: igne [10] deinde adinuento, ar-
10 tes quoque ad viuendum necessariæ, indigentia & vsu hominibus duce ac principe,sunt
11 excogitata. [11] Hæc nobis ille scriptor Diodorus de Origine mundi, & prima hominum
vita,breuiter retulit.In quibus nulla Dei mentio facta, casualis quædam vniuersi produ-
ctio enarratur:quibus congrua omnes fermè Gentilium philosophi conscripserunt.Quo-
rum opiniones si diligenter inspexeris,à vanis quibusdam fatuísque coniecturis profectas
inuenies.Quod vt faciliùs facere possis, à Plutarcho tractatas, tibi ante oculos ponã.Tu C
autem attentè diuersitatem eorum tecum considera.

Scholia in Caput IIII.

Titulus capitis est, περὶ φοινίκων καὶ αἰγυπτίων θεολογίας πρώτης. Hanc postea pluribus explicat post Diodori Siculi & Plutarchi narrationes, quas quinto & sexto cap. proponit. Trapezuntius subsequentia non vertit. Phœnices igitur & Aegyptij primi omnium, vt historiæ tradunt, Solem & Lunam & sydera deos dixerunt, solósque totius vniuersi ortus & occasus causas esse. Deinde etiam illas ab omnibus decantatas deorum generationes & genealogias vitæ induxerunt. Ante illos autem neminem quicquam eorum de rebus cœlestibus sciuisse, præter paucos viros apud Hebræos celebres, qui mentis clarißimis oculis omne aspectabile supergreßi, mundi conditorem & vniuersi architectum coluerunt, admirati vehementer ipsius tantam sapientiam & potentiam, quam ex operibus coniecerunt: cúmque vnum Deum esse persuasi essent, meritò de vno solo theologicè disseruerunt, veram & primam solámque pietatem liberi à parentibus suscipientes & custodientes. D *Reliqui homines cùm hac sola & vera pietate excidissent, luminaria cœli, (carnis oculis, tanquam infantes mente obstupefacti) deos dixerunt, & sacrificijs ac adorationibus coluerunt, non quidem templa ædificantes, aut statuis & simulachris hominum imagines fingentes, sed in æthera & cœlum suspicientes, & vsque ad ea quæ illic cernuntur, animis peruenientes. Sed ne hìc quidem, etiam illis qui secuti sunt hominibus, error de multitudine deorum acquieuit: sed in profundū malorū præcipitatus, maiorē ignorantiæ Dei impietatem parturijt, Phœnicibus & postea Aegyptijs erroris principatum facie̅tibus: apud quos aiunt primùm Orpheum Hyagri filium, relictis Aegyptiorum religionibus, Græcis mysteria tradidisse: sicut etiam Cadmum, Phœnicum ritus iisdem attulisse, vnà cum literarum cognitione ferunt: eousque enim Græcos literarum vsum antea ignorasse. Primùm igitur considerabimus primam mundi creationem, sicut illi qui nunc dicti sunt, tradiderunt. Deinde de prima & antiquißima humanæ vitæ* E *superstitione. Tertiò opiniones Phœnicum. Quartò Aegyptiorum. Quintò cùm Græca explicauerimus, primò quidem etiam horum antiquum & fabulosum errorem inspiciemus: deinde verò grauiorem & magis naturalem de dijs philosophiam: denique de admirandis oraculis sermonem instituemus, cum quibus etiam auctoritatem generosæ Græcorum philosophiæ examinabimus. His peractis & inuestigatis, ad Hebræos transibimus. primò quidem ad verè Hebræos, & deinde ad eos qui Iudæorum appellationem sortiti sunt. Quibus omnibus, tanquam colophonem totius operis, inferemus nostra. Necessariò autem huius historiæ nobis mentio facienda est, vt appositione omnium eorum quæ vbicunque admirabilia sunt, veritatis certitudo demonstretur: & vt lege̅tibus apertum fiat, quibus relictis, quid secuti simus. Sed veniamus ad primum. Vnde igitur firmabimus nostras demonstrationes? Non quidem ex nostris scriptis, ne videamur ad gratiam aliquid facere nostro sermone. Testes autem nobis adsint Græci*

ipsi

A *ipsi, & non solùm qui philosophiam iactitant, sed etiam qui alias gentium historias perscrutati sunt. Quod iam sequitur Diodori Siculi encomium, in principio capitis quarti vertit Trapezuntius, ac postea pauca eius verba omittit, quæ etiam adijciemus. Scribit itaque, à principio repetens antiquam Aegyptiorum Theologiam, Siculus Diodorus, vir doctissimis Græcorum notissimus, tanquam in vnum corpus contracta vniuersa historica bibliotheca. Ex quo etiam principium describam, quod incipiens ab vniuersi mundi creatione scripsit, dum veterum opiniones narrat, hoc modo. Hoc loco addita est inscriptio,* ποῖά τις εἶναι λέγεται ἡ κατ᾽ Ἕλληνας κοσμογονία. *Verùm hæc non satisfacit huic disputationi, quæ ex libro primo Diodori sumpta est. Verba hæc sunt, quæ desunt in interpretatione. De ijs igitur quales opiniones habuerint veteres cum demonstrarent se numen colere, & quæ fabulæ sparsæ sint de singulis dijs, pleraque conscribere conabimur separatim, nam hoc argumentum longo sermone opus habet. Quæ autem propositis historiis accommodata putabimus existere, apponemus summatim, ne quid*
B *eorum quæ auditu digna sunt, desyderetur. De genere autem omnium hominum, & de gestis in cognitis terræ partibus, quātum quidem in rebus tam vetustis licet, diligenter scribemus, ab antiquissimis temporibus exorsi. Quæ iam sequuntur, vertit Trapezuntius in 4. cap. rectissimè autem & verissimè illa de humani generis origine, non ab Ethnicis Philosophastris, sed à Moyse nostro tradita sunt, Genes. 1. & 2. capit.*

1 Ingenerabilem atque incorruptibilem] ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον. *Nec conditum nec corruptioni obnoxium.*

2 Initium] *Adde, quod in græco Codice est,* τεκνώσεως. *Loquitur de ortu hominū, & falsam Ethnicorum opinionem refert.*

3 Congenerabilem, &c.] γενητὸν καὶ φθαρτὸν (*ita legere malo, quamquam in græco Codice est* ἄφθαρτον, *sed reclamante sententia*) *conditum & corruptioni obnoxium. Hæc vera est, &*
C *sacris literis consentiens, de origine mundi & hominum, sententia.*

4 Vnam autem] *Hanc* περὶ μίας ἰδέας *cœli terræque opinionem, Latinus vates, elegantissimis hisce versibus, exposuit:*

> *Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum,*
> *Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,*
> *Quem dixêre chaos, rudis, indigestáque moles,*
> *Nec quicquam nisi pondus iners, congestáque eodem*
> *Non benè iunctarum discordia semina rerum, &c.*

Quæ postea de Animalium productione (vt ita dicam) refert, nonnihil sapiunt narrationem Mosaicam de auibus, piscibus & alijs quibusdam animalibus, ex aqua productis, vt est Gen. 1.

5 Corruptione humidi] *Desunt de animalium creatione, ea, quam Ethnici quidam confixerunt,*
D *quæ quoniam iucunda sunt lectu, adscribere non grauabor. Postea propter calorem superficie feruescente, intumuisse quosdam humores multis in locis, & circa eosdem putredines quasdam extitisse, membranis tenuibus circumdatas, quod licet videre in vluis & locis palustribus etiamnum fieri, postquàm terra madefacta repentè aer ignitus factus est, non paulatim mutatione facta. Hoc modo humoribus per calorem prolificantibus, noctu quidem alimenta capere è nebula cadente è circumfuso aere: interdiu autem à calore solidari. Tandem seminibus perfectum incrementum nactis, & membranis exustis ruptísque emergere varias animalium formas.*

6 Perfectiora generantur] ἕκαστα γεννᾶσθαι τῶν ἐμψύχων. *Interpres videtur respexisse ad gradus eorum quæ sunt, viuunt, sentiunt, & intelligunt, inter quæ perfectiora sunt* τὰ ἔμψυχα, *perfectissima autem, quæ sunt, viuunt, sentiunt & intelligunt.*

7 Mortaliúmque genus] *De primorum hominum vita etiam illa scripsit Diodorus. Primos autem*
E *homines aiunt inordinata & belluina vita vtentes, sparsim ad pascua exiuisse, & deuorasse herbas suauissimas quasque, & spontè nascentes arborum fructus. Et oppugnatos à feris, mutuo sibi auxilio succurrisse vtilitate commotos. Vnde ita per timorem congregatos, paulatim suam inter se formam agnouisse. Cùm autem vox inarticulata & confusa esset, paulatim flectendo verba, & de rebus singulis mutuò inter se signa fingendo, notam sibijpsis effecisse omnium interpretationem. Eiusmodi conuenticulis in vniuerso orbe factis, non habuisse omnes eandem linguam, cùm singuli fortuitò nomina fingerent. Vnde & variæ linguarum formæ extiterint, & quæ prima conuenticula fuerint, ea deinceps reliquis gentibus exemplo extitisse. Hæc magna ex parte non habentur in Trapezuntiana versione, exceptis paucis & mutilatis verbis* περὶ διαλέκτων. *Porrò quid de linguis & earum varietate, homini Christiano sit statuendum, rectius discimus ex Mosea narratione de ædificatione turris Babel, & linguarum confusione, Gen. 11.*

8 Frigore atque æstu] *Truncata sunt verba Diodori, quæ ita habent. Pluuiæ & æstui non assue-*

tos, victum autem cultiorem nequaquam intelligentes. Nam collectionem annonæ ex agris ignorantes, nihil illos ex fructibus ad neceſſitatem repoſuiſſe. A

9 Fructus] τῶν καρπῶν τῶν φυλάττεσθαι δυναμένων. *Nõ enim omnia fructuũ genera, per totam hyemem aſſeruari poſſunt.*

10 Igne deinde] γνωσθέντος δὲ τοῦ πυρὸς, καὶ τῶν ἄλλων χρησίμων. *vſu ignis & aliarum vtiliũ rerum, cognitio, artes quædam inuentæ ſunt.*

11 *Hoc loco in Latina verſione, deſunt pulcherrima hæc Diodori de rerum vtilium & artium inuentione: Omnino enim indigentiam omnium rerum magiſtram hominibus fuiſſe: monſtrantem ſingularum rerum cognitionem benè nato animali & adminiſtras ad omnia manus, rationem & mentis acumen habenti. Et de generatione prima hominum & de antiquiſſima vita his ſatis dictum ſit, breuitati ſtudentibus.*

In hac Diodori de rerum principiis hiſtoria rectè duo hæc perſtringit Euſebius, primũ eſt, quod Dei non meminit vſquam: alterum, quod fingit συντυχικῶς καὶ αὐτόματον τοῦ παντὸς διακόσμησιν. B *Atqui cùm tantus ſit ordo, tanta rerum varietas, tantum parturientis naturæ ſtudium, qui poteſt ſanæ mentis homini in mentem venire, caſu hæc confluxiſſe & concreta eſſe? Verùm in iſtis ſapientibus ſecundum carnẽ, illud Pauli accidit,* ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, *Rom. 1.*

Diuerſæ de principiis mundi, Philoſophorum opiniones teſtimonio Socratis perſtringuntur,

Caput. V. C

1 THaleta ferunt, primum omnium principium rerum,[1] aquam poſuiſſe: ex ipſa cuncta eſſe, ac in ipſam demum deuenire, arbitratur. Poſt eum Anaximandrum, Thaletis ſodalem, ipſum infinitum rerum omnium generationis atque corruptionis cauſam dixiſſe. Nam ex ipſo ait cœlos ſegregatos cæteróſque mundos numero infinitos: corruptionem verò & generationem multò priùs ex infinitis arbitratur ſeculis in ſe ipſis reuolutis. Hic cylindri formæ eſſe terram aſſerit: tantæque profunditatis, vt ad latitudinem profunditas
2 tertia pars inueniatur. Ait præterea,[2] ſpermaticas vires ex ſempiterno calido ac frigido in origine huius mundi, denſas fuiſſe: ac aliqua ex flammea pila aere hoc circumuo-
3 luta, vt[3] teſta nucleus diruta, & in quoſdam circulos explicata,[4] ſolem ac ſtellas conſti-
4 tuiſſe. Ad hæc[5] hominem primò ab aliis animalibus natum: nã alia, inquit, videmus citò, D
5 poſteaquàm nata ſunt ad propria pabula per ſe venire, hominem verò diuturna egere lactatione. Quare niſi in primis initiis ab aliis natus, aliorum nomine ſecutus fuiſſet, nunquam educari potuiſſet. Hæc Anaximander. Anaximenes autem principium rerum aera opinatur, quem genere infinitum, qualitatibus finitum ait: cuius condenſatione ac rarefactione, cuncta gigni arbitratur. Motum verò ab æterno eſſe dicit: terram ex aere conſtipato, primum omnium factam latam magis: idcirco non abſque ratione ſuper aerem contineri. Solem verò ac lunam cæteráſque ſtellas, à terra ortum habere. Itaque ſolẽ, terram eſſe ait, velocitate motus caliditatem aſſecutum. Xenophanes Colophonius nouum quoddam iter præter prędictos ſibi fabricatus, nec generationẽ rerũ, nec corruptionem vllam eſſe contendit: eſſe namque ſimile quicquid eſt. Nam ſi aliquid, inquit, gigneretur, id non fuiſſe antea neceſſe eſt: quod autem non eſt, id gigni non poſſe. Nam neque non ens facere aliquid, neque à non ente fieri quicquam poſſe. Aſſerit autem, ſenſus om- E nes falſos eſſe. rationem quoque vnà cum ſenſibus videtur abiicere, terram verò continuè
6 aquis delatam, paulatim in maria longo tempore abituram[6] cenſet, ſolem atque alias ſtellas è nubibus gigni. Parmenides Eleata, Xenophanis auditor atque amicus, primùm Xenophanem, deinde oppoſitam quandam viam ſecutus eſt: ſempiternũ enim atque immobile cenſet eſſe vniuerſum, quod eſt ens ſecundum veritatem rerum. Solum enim eſſe ſimplex & intrepidum atque ingenitũ. Generationẽ verò eorũ eſſe, quę falſa æſtimatione videntur eſſe, cùm non ſint. Nã ſenſus ſemouendos à veritate putat: affirmat enim ſi quid eſt præter ens, id eſſe non ens. Nõ ens autem nõ eſſe in rebus, & ſic ens ingenitũ ſibi relin-
7 quit: terram verò denſioris aeris defluxu factam arbitratur.[7] Democritus Abderita infinitum

A infinitum dixit esse vniuersum, quoniam à nullo creatum, immutabile etiam esse: Eorum
verò quæ nunc gignuntur, nullum habere principium, sed ex infinito tempore cũcta sim-
pliciter quæ sunt, quæ fuerunt, quæque futura sunt, necessitate prædestinata fuisse. Solis
ac Lunæ generationem propriam, separatámque ab aliis esse dicit, naturámque ipsorum,
nec calidam, nec splendidam fuisse, sed contra generationis [8] suæ naturæ similem. Sed po- 8
stea cùm maior orbis solaris factus esset, ignem in ipso fuisse intrusum. Epicurus Neoclis
Atheniensis filius, maiestati deorum detrahere conatur, nec aliquid ex non ente fieri asse-
rit, ac semper vniuersum sic se habuisse, neque aliquid noui fieri, præter id quod tempore
infinito iam factum est, corpúsque esse vniuersum non solùm immutabile, verumetiam
infinitum, finem bonorum voluptatem statuit. Aristippus Cyrenaicus, voluptatem bono-
rum, dolorem malorum finem constituit. Cæteras scientias excludit, illud solùm esse vtile
B putans, vt quæras, si quid domi mali, aut boni tibi contingit. Empedocles Agrigentinus,
elementa quatuor ponit, ignem, aquam, aëra, terram, quorum causam amicitiam & litem,
ac à prima elementorum complexione segregatum aëra circumfusum fuisse contendit:
post quem ignem erupisse, cúmque alium locum non reperiret, sursum à frigore aëris re-
pulsum. Circa terram autem duos circumferri dimidiatos orbes, alterum ex igne totum,
alterum ex aëre maximè, ac ex igne admodum exiguo & illum diem, hunc noctem esse
putat. Initium verò noctis, à die propter impetum ignis, solem natura non esse ignem, sed
ignis repercussionem ei similem, quam ab aquis fieri cernimus. Lunam ex relicto ab igne
aëre congelato, sicut grando congelatur per se, factam lucem à sole recipere, [9] mentem nõ 9
in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatam esse, ac illis partibus homines ma-
gis sentire, quibus plus mentis inest. Metrodorus Chius, sempiternum esse vniuersum ait:
C nam si factum esset, esset à non ente. Infinitum etiam, quoniam sempiternum, cùm nõ ha-
beat principiũ vnde incipiat, nec exitum quo terminetur. Immobile quoque asserit, quo-
niam moueri non possit, quod non transeat: transire autem necesse est, aut in plenum, aut
in vacuum, quorum alterum non est, in alterum transitus fieri non potest. Ex æthere autẽ
fieri nubes densatione: inde aquam, quæ ad solem decurrens, extinguit ipsum, qui rarefa-
ctus rursum accenditur: solem siccitate constipatum, ex aqua splendida stellas efficere, diẽ
etiam ac noctem inde fieri, quòd Sol extinguatur, atque incendatur. Eclipsim quoque ex-
tinctione fieri. Diogenes Apolloniata, elementum aëra ponit, omnia moueri dicit, mun-
dos infinitos asserit, quos factos esse arbitratur vniuersi motu, quod huc atque illuc latum,
alibi rarefactum, alibi constipatum: vbi fortè constipatum fuit, ibi globum factum & mũ-
dum, in quo quæ leuiora sunt, [10] superiora petierunt. Hæc Plutarchus: quæ omnia Socra- 10
D tes quoque vir ille illustris, furoris atque insaniæ plena putat, siquidem fide dignus Xeno- θαυμόσιοι
phanes testis est, qui sic de ipso, in libro de Socratis memorabilibus dictis scripsit: Nemo
autem vnquam Socratem impium quiddam & irreligiosum, aut facere vidit, aut dicere
audiuit. Non enim de natura rerũ, neque de altioribus sublimioribúsque rebus, vt plurimi
faciunt, disputabat: nec considerare vnquam voluit, quónam modo, quáque necessitatis
serie, hæc moles, quam mundum Sophistæ appellant, aut singula cœlestium corpora facta
sunt: sed eos, qui assidua cura atque studio hæc tractant, stolidos vanósque homines esse o-
stendebat. Et paulo post hæc: Valdè autem mirabatur, quòd non potuerunt intelligere,
non posse homines hæc adinuenire, cuius non paruum signum est, quòd qui maximè ha-
rum rerum scientiam profitentur, quíque cæteris sapientiores videntur, non eadem, sed
[11] pugnantia dicunt ad inuicem. Sed hæc quidem Socrates (vt Xenophon testatur) quibus 11
consona in libro de anima, ipsi Socrati orationem attribuens Plato conscripsit. Nam ego,
E inquit) ô Cebes, cùm iunior essem, quàm mirabili exarsi cupiditate eius sapientiæ, quam
naturalem [12] sapientiam appellant. Præclarum enim mihi videbatur, causas rerum scire, 12
cur singula quoque modò gignantur atque corrumpantur, & cur sint atque permaneãt: ac
sæpenumerò meipsum huc & illuc versabã, talia diligenter cõsiderans. Num postea quàm
frigidũ & calidũ ad putredinẽ quandã (vt quidã aiunt) peruenerint, tũc animalia cõcrean-
tur. Et vtrum sanguis est, quo sapimus, an aër, an ignis, an nihil horum? sed cerebrũ potius, à
quo audiendi, videndi, olfaciendíque sensus, nobis præstantur, quibus quidem sensibus
memoria conflatur atque opinio. Ex memoria porrò atque opinione, cùm trãquillitatem
in his acceperint, originem scientiæ prosilire, rursúsque horum ipsorum corruptiones ex-
cogitando, [13] tam ad hanc considerationem ineptus mihi visus sum, vt nihil suprà, cuius rei 13
signum tibi sufficiens afferam: nam ex hac consideratione, vel ipsa, quæ priùs planè scie-

bãt, vt tam mihi, quàm cæteris videbar dedidici, ſic tardior vel cæcus omnino factus ſum. A
Hæc Socrates dicit apud Græcos clariſſimus. Quare ſi huic tanto, támque præſtanti philoſopho, amentia viſa eſt dictorum de natura virorum doctrina, iure nos quoque impietatem illorum omnium recuſamus, præſertim cùm errores de multitudine deorum ſui, ab his quæ de natura dixerunt non ſint alieni: quod loco ſuo oſtendemus, vbi docebimus,
14 Anaxagoram primum Græcorum[14] intellectum rebus inſtituiſſe, nunc verò ad Diodorum tranſeamus.

Scholia in Caput V.

QVæ fuerint Philoſophorum veterum, de principiis opiniones, Plutarchi verbis Euſebius exponit. Conferenda ſunt hæc cum iis quæ περὶ ἀρχῶν *ſcripſit Ariſtoteles lib. 1. de Phyſica Auſcultat. cap. 2. 3. &c. In Græco codice præfixa eſt hæc inſcriptio quinto capiti,* δόξαι φιλοσόφων περὶ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως. B

1 Aquam poſuiſſe.] *Fortaßis Ethnici, vel illud veſtigium, hiſtoriæ Moſaicæ, de creatione mundi, & animalium, vtcunque memoria tenuerunt. Spiritus* Domini *ferebatur ſuper aquas. Item, producăt aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram, ſub firmamento cœli. Creauítque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque mobilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum. Siue igitur ex Patrum doctrina hanc de aqua ſententiam Thales, ſiue aliunde hauſit, minus certè à ſcopo errauit, quàm Anaximander & alij.*

2 Spermaticas vires.] τὸ ἐκ τοῦ ἀιδίου γόνιμον θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ, κατὰ τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀποκριθῆναι, *&c.*

3 Teſta nucleus diruta.] ὥς τῷ δένδρῳ φλοιόν.

4 Solem ac ſtellas.] τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας. *Solem, Lunam & aſtra.*

5 Hominem primo.] ἐξ ἀλλοειδῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος ἐγεννήθη. *Vox boue, non Philoſopho digna, quæ vt cætera Anaximandri deliria, operoſa refutatione non eſt digna.* C

6 Quædam] κεφάλαια *Xenophanis deliramentorum omiſit interpres, quæ cæteris adiicienda ſunt, vt non tantùm Xenophanem* τὰς αἰσθήσεις ὡς ψευδεῖς, καὶ αὐτὸν τὸν λόγον διαβάλλειν *ſolitum, ſed etiam ſana mente deſtitutum fuiſſe videamus: Dicit autem Solem ex paruis & multis igniculis congregari. Sentit autem de diis, ita vt nullam illis tribuat gubernationem. Non enim eſſe fas vt aliquis eorum dominetur. Nec vlla re indigere eorum quenquam vſquam: audire autem & videre eos generaliter & non ſingulatim. Dicit autem terram etiam eſſe infinitam, & nequaquam totam circumfuſam aëre teneri. Fierique omnia ex terra. Solem verò & alia ſydera ex nebulis fieri ait. Habes & ſtulta & impia commenta Xenophanis.*

7 De Zenone] *quæ omiſit interpres, hæc Plutarchus ſcripſit,* ζήνων δὲ ὁ ἐλεάτης, ἴδιον μὲν οὐδὲν ἐξέθετο, διηπόρησε δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖον. *Erat hoc prudentiæ, non confingere noua ſomnia: & in dubium vocare friuola commenta: quod feciſſe dicitur Zeno Eleates.* D

8 Suæ naturæ ſimilem] *Sed econtrà ſimilem naturæ, quam terra habet. Vtrumque enim priùs fuiſſe mundo ſubiecto quodam proprio. Poſtea verò maiore facto circa Solem circulo, ignem in eum immiſſum fuiſſe.*

9 Mentem] τὸ ἡγεμονικὸν. *Videtur alludere ad Platonis doctrinam, qua* τὸ ἡγεμονικὸν *in cerebro,* τὸ θυμοειδὲς *in corde,* τὸ ἐπιθυμητικὸν *in hepate collocauit, quod quàm ſit euidens, nunc non libet diſcutere. Quod ſi Empedocli credimus,* τὸ ἡγεμονικὸν *in ſanguine collocanti, fœlices erunt ſanguinei, quos vocant, quibus propter copiam ſanguinis, multùm* τοῦ ἡγεμονικοῦ *ſuppetit.*

10 Superiora petierunt] *ſequitur, Leuiſſimis ſuperiorem locum occupantibus, Solem effeciſſe. Talis eſt etiam doctiſſimorum Græcorum, qui quidem Phyſici philoſophi vocantur, de conſtitutione vniuerſi, & de prima mundi molitione ſententia eſt: non modò non architectum aut creatorem vniuerſi conſtituentium: ſed etiam nullam omnino de Deo mentionem facientium: imò ſoli temerario caſui & fortuito motui cauſam vniuerſi tribuentium. Tanta etiam eſt illorum inter ſe diſcordia, in nullo ſibi conuenientium, ſed rixis & contradictionibus omnia replentium.* E

11 Pugnantia dicunt] *Poſt hæc verba, illa deſiderantur, Sed erga ſe inuicem ita affectos eſſe, ſicut inſanos: quorum alij ne quidem atrociſſima metuant. alij verò non metuenda metuant. Illorum autem, qui circa diſputationem de vniuerſo ſolliciti ſint, alios dicere. Ens tantùm vnum eſſe: alios verò infinita multitudine eſſe. Aliis omnia moueri ſemper: Aliis verò nunquã: alijs etiam omnia fieri & interire videri: Aliis nihil vnquam factum eſſe aut interire. Quibus verbis Socrates egregiè deriſit philoſophaſtrorum pugnantia inter ſe commenta, quæ Ariſtoteles confutauit in libris* περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως.

12 Naturalem ſapientiam.] *Hiſtoriam potius. nam in Græco eſt,* ἣν καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν.

13 Deſunt

A 13 Deſunt hæc Socratis verba.] καὶ τὰ περὶ οὐρανόν τε καὶ τῶν γῶν πάθη.

14 Intellectum rebus inſtituiſſe.] *Primus inter omnes Græcos Anaxagoras, νοῦν ἐπιστῆσαι τῇ τοῦ παντὸς αἰτίᾳ μνημονεύεται. Cæteri Philoſophi in ſua de Natura hiſtoria, mentis architectatricis, nullam fecere mentionem, ſolo Anaxagora dempto, qui primus omnium mentem quandam eorum, quæ ſunt, cauſam eſſe, docuit. Hactenus περὶ ἀρχῶν opiniones varias Euſebius recenſuit, eo conſilio vt oſtenderet rectè factum à Chriſtianis, quòd ea dogmata abieciſſent, quæ prudentioribus Ethnicis non ſatisfecerunt, & quod relicta impietate Ethnica, fidem in Chriſtum eſſent amplexi. Libet autem in gratiã lectoris, ἀνακεφαλαιώσασθαι ea quæ de principiis veteres illi Philoſophi, tradiderũt. Thales, qui aquam principium omnium eſſe dixit: Anaximander, τὸ ἄπειρον, Anaximenes, τὸν ἀέρα, Xenophanes Colophonius, negans γένεσιν καὶ φθοράν, λέγει τὸ πᾶν ἀεὶ ὅμοιον, Parmenides, ἀΐδιον, καὶ ἀκίνητον τὸ πᾶν ἀποφαίνεται, ſenſibus etiã fidẽ derogauit: Zeno Elates διηπορεῖτο περὶ πλεῖον de his figmẽtis,*
B *Democritus finxit, τὸ πᾶν ἄπειρον increatũ, ἀμετάβλητον ac quæ fiunt, facta & futura ſunt, neceſſariò & ab æterno facta. De Solis autem & lunæ incrementis ſuauiter nugatus eſt. Epicurus negauit ex non ente aliquid fieri poſſe: affirmauit τὸ πᾶν ſemper ita fuiſſe comparatum: nihílque fieri, quod antè factum nõ eſſet: finem etiam bonorum, eſſe voluptatem: Ariſtippus credidit, finem bonorum, eſſe voluptatem: malorum dolorẽ: vtiliſſimũ eſſe τὸ ζητεῖν, ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ᾽ ἀγαθόν τε τέτυκται. Empedocles, elementa 4. principia eſſe voluit, rerúmque productionis aut corruptionis cauſam, illorum φιλίαν καὶ νεῖκος, Solem & Lunam duo hemiſphæria, quæ circa terram voluantur τὸ ἡγεμονικὸν in ſanguine eſſe, eiúſque copia æſtimandum. Meteodoro, τὸ πᾶν ἀΐδιον, ἄπειρον καὶ ἀκίνητον videbatur. Hæc ne ipſi quidem Socrati ſatisfeciſſe Xenophon & Plato teſtantur.*

Diodori verba, quod priſci homines Solem & Lunam colebant: & quòd nec idola,
C *nec dæmones nouerant.* CAP. VI.

AEgyptios ferunt primos omnium oculos, cum in cœlum ſuſtuliſſent, motum, ordi-
nem, & quantitates cœleſtium corporum admiratos, Solem & Lunam deos[1]putaſſe: 1
ac Solem quidem Oſirim, Lunam Iſim nuncupaſſe, à proprietate quadam inditis ſibi no-
minibus. Nam ſi quis ad Latinam linguam verba transferat, multioculus Oſiris dici po-
teſt: neque id ab re. radios enim ſuos, quaſi multos rebus immittit oculos, quibus omnia
perſpicit, vt etiam Poëta dicit,

[2] *Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras:* 2

quamuis nonnulli Græcorum poëtæ Dionyſium eſſe Oſirim confingant. Syrium quoque
ipſum tanquam nomen de nomine ductum ſit, appellatum exiſtimant. Hinc Eumolpus
in Bacchicis carminibus ignioculum radiis Dionyſium nuncupat, & Orpheus ſplendoris
D autorem Dionyſium. [3] Iſim verò Latinè Priſcam dicere poſſumus, Lunæ hoc nomine in- 3
dito, quoniã ſempiterna priſcáq; ſit. cui quatuor[4] cornua depingũt, vel quia cũ Alinoides 4
ſit, cornuta videatur, vel quòd bos ei apud Ægyptios ſit dedicata: quibus, vt Porphyrius
aſſerit in libro, quem aduerſus edentes carnes conſcripſit, non ſanguinẽ aut nidorem offe-
rebant, ſed fruges terræ, quas etiam ipſas quaſi deos adorabant. Miſerationẽ verò lachry-
mas atque fletum germinibus terræ defloreſcentibus offerebant. Similiter primitiæ ani-
malium, ex terra generationi ei, etiam quę ex cõuentu ſexuũ eſt, morti quoque animalium
eodem modo, quod adorationis genus ex animi profectũ ignauia infirmitati eorum erat,
accõmodatur. [5] Sacra igitur regione Aſſulo habitata, ibi primùm ab omnibus ſacra cœle-
ſtibus oblata ſunt, non myrrhæ, nõ caſiæ, aut croci primitiæ, nam hæc lõgè poſtea fuerunt 5
[6] inuenta: ſed herbam viridẽ quaſi productiuarũ terræ virium primitias, manibus offerentes
diis offerebãt, arbores enim antea quàm animalia terra produxit, herbas autẽ multò priùs 6
E quàm arbores. Ex herbis ergo integras quaſdam ſumentes cum foliis, radicibus, ac fructu,
partes ſimul concremabant, & hac exhalatione ac fumo cœleſtibus litabant. ignem quo-
que inextinctum in templis ſeruabunt, tanquam cœleſtibus ſimillimũ. Ab[7] hac autem ex- 7
halatione, quam Græci θυμίασιν dicunt, θυσία quoque quam ſacrificiũ latinè appellamus,
apud Græcos antiquitùs dicta eſt. Nunc verò non rectè capimus θυσίαν illum cultum
appellantes, qui ſanguine celebratur. [8] & poſt pauca: Multo autem poſtea iniquitate ho- 8
minum fœdiſſimus ſanguinis, atque hoſtiarum mos introductus eſt, crudelitatis plenus,
occiſis animalibus, & eorum ſanguine aris deorum imbutis. Hæc Porphyrius. Plato au-
tem in Cratilo ſic ſcribit ad verbum: Videntur mihi Græcorum eos ſolummodo deos
putaſſe, quos etiam nunc multi ex Barbaris colunt, Solem videlicet atque Lunam, Tellu-
rem, Stellas, ac Cœlum. Nam cùm ipſa cernerent θεῖν ſemper, hoc eſt, currere atque

reuolui, ab hac ipsius θεῖν natura, deos appellarunt. Hæc Plato. Verùm quòd primi at- A
que antiquissimi hominum, nec templorum molibus, nec simulacrorum dedicationibus
operam dabant, quippe qui neque pingere, neque fingere, aut cælare, sed nec ædificare,
adhuc sciebant, vnusquisque facilè cogitatione per se ipsum assequi potest. Quòd etiam
nulla deorum atque heroum Iouis, Saturni, Neptuni, Apollinis, Mineruæ, Iunonis, Dio-
9 nysij, Herculis mentio apud illos erat, sed nec [9] aliorum, quorum nomina modò Græcorũ
ac Barbarorum aures multitudine obtundunt. Præterea quòd nec dæmon quispiam,
probus aut improbus admiratione habebatur, sed sola cœlestia, vt dij non victimarum
cædibus, sed herbarum fumis colebantur: non argumentis nostris, sed suis testibus partim
ex iam dictis, partim ex his, quæ dicẽtur, facilè comprobatur. quod & sacræ Scripturæ in-
uiolabili patet auctoritate, quæ à cæteris hominibus cœlestia corpora dicit deorũ nomi-
ne adorata fuisse. Solis verò Hebræis vnius ac veri Dei & creatoris omnium fidem, cul-
tum, & pietatem attribuit, quibus omnibus apertissimè liquet, non fuisse apud priscos vel B
Græcos, vel Barbaros, simulacrorum dedicationes, aut deorum dearúmve genealogiam
aut dæmonum ac spirituum inuocationes, aut turpem heroum theologiam: sed ad hæc
omnia quoque ipso Deorum, tam marium quàm fœminarum postea inuẽta, haud dubiè
nihil istius nugatoriæ superstitionis, quæ gentes omnes occupauit, antiquissimis tempo-
ribus fuisse ostendunt. Quare nemo dubitare potest, hominum esse hos deos excogita-
tiones, & confictas mortalium fabulas: imò verò improborum ac scelestorum artificia,
quibus cupiditates suas assequi possent, vt sacratissimus etiam sermo apud nos dicit:
Sap.14. *Initium fornicationis, idolorum inuentio.* Gentilium igitur omnium error, quo deorum mul-
titudinem esse falsò crediderunt, à Phœnicibus atque Ægyptiis incipiens, & ab his cæte-
ros homines, ac ipsos quoque Græcos aggressus, multis seculis postea orbem inuasit, vt i-
psorum Phœnicum testatur historia, quam Sachoniatho vir priscus, quẽ vel ante Troia- C
na tempora floruisse dicunt, Phœnicum lingua exquisitissimè conscripsit. traduxit autem
in Græcum Philo non Hebræus, sed Biblius, quos magnis laudibus Porphyrius in quarto
eorum, quos aduersus nos libros euomit, his verbis decorauit: Narrat autem Iudæorum
historiam verissimè, quoniam & locorum & virorum nomina ita ponit, vt ipsi Sachonia-
tho Berutius, qui eorũ omnium monumenta, ab Hieromibalio sacerdote Dei leui asse-
rit habuisse: quam quidem historiam Abibalo Berutiorum inscripsit regi, cui propter ve-
10 ritatem historiæ gratissimus fertur fuisse. [10] Is Sachoniatho, [11] Phœnicum etiam histo-
11 riam, partim à singularium vrbium annalibus, partim à libris sacris, qui dedicari solebant,
12 solerti collegit ingenio, quem [12] non multò post Mosem, Semiramidos fuisse temporibus,
13 scriptum est. Hunc virum [13] Philo Biblius in Græcam linguam exactissima cura traduxit.
14 His verbis Porphyrius veritatem ac antiquitatem Sachoniathonis historiæ testatur, [14] in D
15 qua non creator omnium, nec cœlestia corpora, sed mortales [15] viri, nec probi, quos saltem
16 propter virtutem admirentur, sed scelesti nefandorúmque morum, [16] Phœnicum, Ægyp-
17 tiorúmque dij fuisse narrantur. [17] Isti videlicet ipsi, qui etiam nunc apud omnes gentes,
quasi dij immortales honoribus coluntur diuinis. Sed tempus est iam illos ipsos audire.
Philo Biblius in exordio statim totius negocij Sachoniathonis, quod in nouẽ libros par-
titus est, hæc de auctore suo ad verbũ dicit: Sachoniatho vir peritissimus atque curiosissi-
18 mus fuit. Is cum nihil omnium, quæ ab initio facta [18] sunt, memoratu digna ignorasse vi-
deatur, diligentius tamen quàm cætera ea inquisiuit, quæ Taautus excogitauit. non enim
latebat ipsum, quòd primus omnium mortalium Taautus literas adinuenit, & res memo-
19 rabiles ausus est æternitati commendare, [19] quem Ægyptij Thoyth, Alexandrenses Thot,
Græci ἑρμῆν appellarunt. Paulò deinde post hæc accusauit iuniores, quòd ea quæ de diis E
fabulosè dici videantur, vel allegoricè ad naturam, vel tropologicè ad mores student re-
ducere, non reducenda, his verbis: Iuniores sacrarum rerum interpretes, res gestas repel-
lentes, fabulas, fabularúmque allegorias excogitarunt, quas rebus naturalibus imponẽtes
mysteria cum tanta obscuritate induxerunt, vt nemo facilè veritatem rerum possit per-
20 spicere. [20] Verùm prisci, ac præcipuè Phœnices atque Ægyptij, quos cæteri sunt imitati, si
qui vitam aliqua re inuenta excoluerunt, eos benefactores, communésque patronos putã-
21 tes, quasi deos adorabant, quibus statuas ac simulacra, templa quoque statuentes, [21] natu-
ralium etiam deorum nomina imponebant. Naturales autem Deos Solem ac Lunam cæ-
22 teras tam erraticas, quàm non erraticas stellas, & elementa, [22] vnà cum istis putabant. Ita
deos, alios mortales, alios immortales dicebant. His sic expositis, Phœnicum deinceps
theologiam

A theologiam secundum Sachoniathonem, Biblius Philo sic ad verbum exponit.

Scholia in Caput VI.

Argumentum capitis quinti: græcè ita est propositum Diodori verbis: ὅτι οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας μόνον ἔσεβον, μηδὲν περὶ τῆς τῶν ὅλων θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ περὶ ξοάνων ἱδρύσεως, οὐδὲ περὶ δαιμόνων ἐπιστάμενοι.

1 Putasse.] ὑπολαβεῖν εἶναι θεοὺς ἀϊδίους τε καὶ πρώτους. *Putauerunt esse deos æternos & primos aut præcipuos. Vide quàm sit procliuis homo animalis ad* θεοποιΐαν, *vt honorem Deo conditori debitum creaturis deferat 5. Rom. 1. Mutauerunt, inquit Apostolus, gloriam immortalis Dei, per imaginem non solùm ad mortalis hominis similitudinem effectam, verumetiam volatilium & quadrupedum & reptilium. Et paulo pòst: coluerunt ea quæ condita sunt, supra eum qui condidit. Porrò, quòd habet interpretatio, motum, ordinem & quantitates cœlestium corporum: in græco est,* καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν καταπλαγέντας καὶ θαυμάσαντας.

B

2 Sol qui.] ἥλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει. *Sol qui omnia intuetur, & omnia audit.*

3 *Desunt hæc verba, post Orphei versiculum: Aiunt autem quidam etiam amictum ex pelle ceruina illi additum propter varietatem syderum.*

4 Cui cornua.] *Loquitur de Luna crescente & decrescente, Cornua autem ipsi tribuũt, ab aspectu, quo apparet cum corniculata est: & quod illi sacrata est vacca apud Ægyptios. Habes etiam in Phœnicia Theologia, quòd Phœnicum primi Physici, Solem, Lunam & reliqua errantia sydera, elementa, & quæ eis coniuncta sunt, sola pro diis agnouerint. Quódque his antiqui terræ germina consecrarint, & deos existimarint & ea adorarint. (è quibus & ipsi facti erant, & posteri & qui ante ipsos erant omnes) festáque & libationes instituerint. Sequuntur verba interpretis, Miserationem verò &c. Quæ autem priùs posuit interpres, quibus, vt Porphyrius, &c. vsque ad illa verba, quasi deos adorabant, in Græco non reperi. Porrò, quis intelligat verba interpretis, Similiter primitiæ animalium & quæ sequuntur, nisi Græcum exemplar inspiciat, quod ita habet,* καὶ γενέσει ζώων ἐκ γῆς πρώτῃ, καὶ τῇ ἐξ ἀλλήλων, καὶ τελευτῇ, καθ' ἣν τὸ ζῆν ἀπήρχοντο. *Quæ sequuntur, non sunt plenè reddita à Trapezuntio:* αὗται δ' ἦσαν αἱ ἐπίνοιαι, τῆς προσκυνήσεως, ὅμοιαι τῇ αὐτῶν ἀσθενείᾳ καὶ ψυχῆς ἔτι ἀτολμίᾳ. *Illa verò prætermissa:* ταῦτα καὶ ἡ φοινίκων γραφή, ὡς ἑξῆς ἀποδειχθήσεται. *Nunc demum Porphyrij verba carptim suprà ab interprete posita, recenset Eusebius, & addit* θεοφράστῳ μάρτυρι χρώμενον, *hæc in libro* περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, *tradidisse.*

C

5 Sacra igitur.] *Hoc loco verba Porphyrij refert Eusebius, quæ sic habent. Innumerabilia secula videntur, ex quo prudentissimũ omnium genus, vt Theophrastus inquit, & sanctissimam à Nilo conditam regionem habitans, ceperunt primi in foro cœlestibus diis sacrificare.*

D 6 *Desunt hæc verba, quibus in cruenta sacrificia destomachatur impius ille Porphyrius:* καὶ πλάνης ἐρευνητὴς μαστὴρ ὁ ἄνθρωπος γιγνόμενος, τῆς ἀναγκαίας ζωῆς, μετὰ πολλῶν πόνων καὶ δακρύων, σταγόνας ἀπήρξατο τοῖς θεοῖς. οὐ τούτων οὖν ἔθυον πρότερον, *sed herbam viridem & cætera quæ vertit Interpres.*

7 Ab hac autem exhalatione.] *Operæprtium est verba Porphirij, non reddita Latinè, vel propter etymologiam adiicere.* ἐκ δὲ τῆς θυμιάσεως τῶν ἀπὸ γῆς, θυμιατήριά τε ἐκάλουν, καὶ τὸ θύειν, καὶ τὸ θυσιάσαι.

8 *Adde hæc verba: In tantum autem veteribus cura fuit ne consuetudinem transgrederentur, vt antiqua deserentes, aliud autem introducentes, deuouerint: & inde quæ in sacrificiis incenduntur,* ἀρώματα *dicuntur. Quæ sequuntur vertit* Trapezuntius, *exceptis hisce verbis: Vt videantur antedictæ in nos execrationes nunc exitum inuenisse, cùm homines mactent. Et illis quæ adiiciemus: Hæc*

E *Porphyrius non minùs, quàm Theophrastus. Coronis huius sermonis sit nobis* Plato.

9 Aliorum.] οὐδέ τις ἕτερος, θήλειά τε καὶ ἄρρην θεός, οἷοι μετὰ ταῦτα μυρίοι παρά τε βαρβάροις καὶ ἕλλησι.

10 *Supple lacunulam hisce verbis: Illorum tempora, ante Troianam historiam acciderunt: incidunt enim ferè in Mosis tempora, sicut successiones regum* Phœniciæ *indicant.*

11 κατὰ τὴν φοινίκων διάλεκτον, φιλαλήθως τὴν παλαιὰν ἱστορίαν συγγράψας. *Lingua* Phœnicum *veterem historiam descripsit.*

12 Quem non multo pòst Mosem.] *Non est in Græco, & quæ de tempore quo vixit Sanchuniathon (ita enim nomen huius historici scribendum arbitror) dicuntur, falsitate sua mendum in Græco codice & versione Trapezuntij, subesse, testantur. Græca habent,* ὧδε σεμιράμεως γεγόνε τῆς ἀσσυρίων βασιλίδος, ἣ πρὸ τῶν ἰλιακῶν. ἢ κατ' αὐτούς γε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται.

Atqui si Chronographis credimus, floruit Semiramis tempore Thare & Abraham, regnúmque Assyriorum obtinuit, anno ab orbe condito 1959. Bellum verò Troianum gestum est circa annum mundi 2768. quo tempore Ibzam Bethlehemita annos septem Israelitas gubernauit. Iud.12. A

13 Virum.] *Non arbitror Trapezuntium ita vertisse, cùm non Latini sermonis vsus id probet, & Græca habeant,* τὰ δὲ τοῦ σαγχωνιάθωνος. *Quæ ab hoc scripta erant, &c.*

14 In qua non.] ὁ δὲ προϊὼν, οὐ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν, οὐδὲ μὴν τοὺς κατ᾽ οὐρανὸν. *Ille verò progressus (in illa sua* θεολογία*) non Deum qui supra omnes est, neque eos qui in cœlis sunt. Incertum est, de astrísne loquatur Eusebius, de quibus vertit interpres, an de cœlitibus, quos vetustas confinxit.*

15 Viri nec probi.] ἄνδρας καὶ γυναῖκας, οὐδὲ τὸν τρόπον ἀστείους. *Viros & mulieres, ne moribus quidem vrbanis. Mores* ἀστείους, *pro bonis, accepit Eusebius.*

16 Phœnicum Ægyptiorúmque.] *Non est in Græco codice.*

17 Isti videlicet.] καὶ μαρτυρεῖ γε. *Philonis Biblij testimonium adducit. Quod autem vertit interpres: Apud omnes gentes, quasi Dij immortales, &c. id Græce in hunc modum est scriptum:* τοὺς εἰσέτι καὶ νῦν θεοὺς παρὰ τοῖς πᾶσι νενομισμένους, κατά τε τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας, δέχου δὲ τούτων ἐκ τῶν ἐγγράφων τὰς ἀποδείξεις. B

18 *Adde hæc verba,* ἀφ᾽ οὗ τὰ πάντα συνέστη. *Postquam omnia condita essent.*

19 *Omisit Interpres hæc verba:* καὶ ἀπὸ τοῦδε ὥσπερ κρηπῖδα βαλλόμενος τοῦ λόγου, *quod mihi* παροιμιῶδες *esse videtur. Friuolum, opinor, est, quod paulò antè,* εἰδὼς ὅτι τῶν ὑφ᾽ ἥλιον γεγονότων, πρῶτός ἐστι, *&c. vertit, primus omnium mortalium.*

20 *Hîc omissa sunt, quæ adscribemus. Ille autem cum in apocrypha Ammoneorum scripta, quæ in adytis reperta, nec omnibus nota erant, incidisset, omnium intellectum ipse assecutus est: & negocio finem imponens, fabulásque veteres & allegorias abiiciens, perfecit suum propositum. Donec sacerdotes insecuti posterioribus temporibus rursus conati sunt ea celare, & in fabulas redigere: vnde mystica enata sunt, quæ nondum ad Græcos peruenerant. Tandem, inquit, eadem à nobis quoque reperta sunt, cupientibus diligenter Phœnicum res cognoscere, multámque inuenientibus materiã, quæ apud Græcos non esset. Dissentiens enim illa, magis studio contentionis quàm veritatis à quibusdam composita est. Et deinde. Vt ita habere credamus sicut ipse scripsit. facit dissensio quam videmus apud Græcos: de qua mihi tria volumina diligenter cõfecta sunt, inscripta de admirabili historia. Et rursus post aliqua inquit. Priùs autem, vt res clarior fiat & singula intelligi posint, aperiendum est, quod vetustissimi barbarorum, præcipuè verò Phœnices & Aegyptij, à quibus hæc reliqui homines acceperunt, pro dijs maximis habuerunt eos qui, quæ ad vitæ necessitatem facerent, inuenerunt: aut qui aliquo beneficio gentem aliquam affecerũt. His autem pro benefactoribus, & multorum bonorum auctoribus habendo tãquam Deos coluerunt.* C

21 *Quædam prætermissa, ita suppleri possunt: Et perticas sacrarunt è nomine ipsorum, eáque sanctè coluerunt, & solennitates maximas ipsis constituerunt Phœnices. Præcipuè verò è suis regibus, mundi elementis, & quibusdam qui pro dijs habebantur, nomina imposuerunt.* D

22 Elementa] καὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ τὰ τούτοις συναφῆ θεοὺς μόνους ἐγίνωσκον. *Et elementa & eis adiuncta, sola pro dijs agnouerunt.*

De Phœnicum theologia. *Cap. VII.*

PHœnicum theologia principium rerum omnium tenebrosum, ac spiritalem aerem esse affirmat, aut aeris tenebrosi spiritum: & præterea chaos turbidum, omni luce priuatum: hæc infinita esse, atque [1] interminata. Verùm quando spiritus sua principia concupiuit, facta est complexio atque cõnexus, qui [2] Cupido appellatur, quíque creationis rerum omnium principium est: spiritus autem suam nõ nouit creationem, sed ex eius connexu factum est moth, quod limum dicere Latinè possumus. alij aquosæ mixturæ putredinem, ex qua semina creaturarum omnium & generatio prodit: ac in primis animalia sensu carentia: ex quibus facta sunt animalia intellectualia, quæ nuncupantur Thopha sunim, id est cœli conspectores, in figuram oui conformata. Moth autem effulsit, Sol, & Luna, stellæ, ac astra magna. Huius mundi origo apud eos creditur, qua deorum apertè religio contemnitur. Sed [3] videamus quomodo cætera mirabilis illa theologia constituit. Aere igitur, inquit, & mari, igneum venti emittentes splendorem, simul cum terra, ac nubes factæ, & maximæ de cœlo effusiones. Segregatis itaque cunctis, atque à suo loco Solis calore depulsis, rursus in aere corruentia suo conflictu tonitrua & fulgura effecerunt, quo sonitu [4] animalia ex limo quasi ex somno prosiluerunt: eruperúntque tam ex terra, quàm ex mari, mas & fœmina. His addit: Hæc in libris Taauti, de ori-

Margin: 1 (beside "uatum: hæc infinita esse"), 2 (beside "cupiuit, facta est complexio"), E (beside "dinem, ex qua semina"), *Thopha sunim.* (beside "sensu carentia"), 3 (beside "religio contemnitur"), 4 (beside "gura effecerunt").

A de origine mundi cōſcripta reperimus,quæ ille ingenio ac cura inuenit,nóſque illumina-
uit. Deinde ventorum nominibus,ordinéque ante oculos poſito,poſt pauca infert: Hi
primùm terræ fœtus,quos & ipſi,& qui ante ipſos fuerunt, & poſt eos vitam trahebant,
deos putantes adorabant,& infuſiones ac fumigationes eis faciebant,qui adorationis mo-
dus ſuæ infirmitati ac ignauiæ animi congruebat.Poſt hæc,ait,ex vento Colpia nuncupa-
to,& muliere Bau,quod noctem ſignificare interpretatur,natos fuiſſe Seculum ac Primo-
genitum,viros mortales,ita nominatos,& à Seculo primùm ex arboribus alimenta homi-
nibus eſſe reperta:ex his verò natos Genus ac Generationē dictos, Phœniciam habitaſſe:
æſtu autem facto,palmas ad Solem ſuſtuliſſe,quem Deum putabant:[5] Beelſamen vocan- 5
tes,id eſt cœli dominum,quem Græci Iouem vocant.Incuſat deinde Græcos, quaſi erro-
ribus ductos,his verbis:Non enim temerè multis hæc nominibus diſtincta ſunt, ſed ſecū-
B dum ſuſceptas res,nomina indita fuerūt,quæ genus Græcorum ignorans,longè aliter in-
tellexit,ambiguitate interpretationis confuſum. Addit deinde,à genere Seculi & Pro-
togoni mortales filios procreatos,quorum nomina lux,flamma,ignis:ex conſtructione li-
gnorum ignem reperiſſe,ac vſum eius docuiſſe.à quibus vaſto corpore natos filios aſſerit,
quorum nomina montibus vbi habitarunt impoſita,Caſſio ſcilicet,Libano, atque [6] Im- 6
pudico.hi quibuſcunque obuiā fierent,commiſcebantur. Tabernacula excogitata refert
ab iſtis ex cannis,foliis,atque papyro:factiosè quoque aduerſus fratrem Vſonem eos vixiſ
ſe,qui corporibus tegmina primus ex pellibus [7] ferinis confecit: magna verò imbrium vi 7
præcipitata flantibus ventis,atque coruſcantibus vndique fulguribus,ſyluas apud Tyrum
concrematas.Hunc Vſonem arboribus amputatis ambuſtíſque ,primùm cum his mare
ingredi auſum fuiſſe,ſimulacráque duo igni ac vento erexiſſe,quæ adorabat ſanguine fe-
C rarum profundens:his omnibus cum naturæ conceſſiſſent,virgas ac ſtatuas à poſteris cō-
ſecratas,annuáſquè celebritates ſtatutas.Longè autem pòſt,[8] genus altum cœlorum Ve- 8
natorem & Piſcatorem natos,piſcationem & venationem inueniſſe.ex his natos duos a-
lios,qui ferrum ferríque vſum inuenerunt,quorum alterum Chryſor vocatum, cantibus
magicis & huiuſmodi verbis plurimùm valuiſſe.[9] Hi domibus porticus addiderunt , & 9
circuitus & cameras:ex his,piſcatores & venatores,& qui Titanes appellantur,fuiſſe . Ex
his etiam Amynum atque Magum,qui greges fecerunt,& magalia conſtruxerunt.Ex his
etiam Miſora & Sydic,id eſt,vita tenuem atque iuſtum.iſti ſalem vſúmque eius inuene-
runt.à Miſore Taautum fuiſſe natum,qui primus elementa literarum conſcripſit , quem
Ægyptij Thoor,Alexandrenſes Thoyth,Græci Mercurium vocant.A Sydyc Dioſcuros
natos,aut Cabiros,aut Corybantes,aut Samothracas , qui primi naues conſtruxerūt,quo-
D rum nati herbarum vires &[10] cantus ad medicinam inuenerunt.Ea tempeſtate natum E- 10
lium,qui altiſſimus fuit cognominatus,& mulierem Beruth vocitatum:hos in Biblo ha-
bitaſſe.hi genuerunt Terrenum,aut Indigenam,cui Cælus poſtea cognomen fuit:à cuius
nomine,mira varietate formoſiſſimi ſupremum corpus cœlum fuiſſe appellatum.huic ab
[11] eiſdem temporibus,nata ſoror, Terra appellata:cui etiam propter formam terra cogno-
minis facta.Hi patri altiſſimo,à beſtiis dilaniato,ſacra & cæremonias , vt Deo inſtituerūt. 11
Ita patris regnum Cœlus poſſidens Terram ſororem in matrimonium duxit , quæ ſibi
quatuor filios peperit illum quem & Saturnum dicunt,Betylum,Dagona,qui & Frumē-
tarius appellatur,ac poſtremò Atlanta . Habuit etiam alios liberos Cœlus ex multis ſibi
vxoribus,natos,quam rem adeò ægrè tulit Terra,vt Cœli diuortio vti voluerit. Cœlus ta-
men ab ea abſtinens,quandocunque volebat,vi ei appropinquabat: & indignatione in-
E cenſus,filios ab ea ſibi procreatos,neci tradere conabatur.qua ex re coacta Terra , ſocios
ſibi ac adiutores ad defendendos natos conciuit.Interea Saturnus,cum in virum euaſiſ-
ſet,Mercurij ter maximi,qui eius ſcriba fuit,auxilio vſus,ad defenſionem matris, patrem
vlciſcitur.Saturni deinde liberi fuerunt Proſerpina & Minerua , quorum prima virgo o-
biit.Mineruæ autem atque Mercurij,nouis artibus haſtam & falcem ferreas Saturnus fa-
bricatus eſt.Demum Mercurius artibus magicis Saturnios milites inſtruxit , commiſſó-
que aduerſus Cœlum pro Terra prælio,fuſis fugatíſque copiis,regnum ſuſcepit. Ea in pu-
gna,inter alios quædam Cœli coniunx ei admodum dilecta , capta fuiſſe fertur, quam
Dagoni Saturnus in matrimonium dedit,apud quem partu leuauit ventrem , & vocauit,
quod peperit Damaroum,His ita geſtis,ædes ſuas mœnibus Saturnus cinxit , vrbémque
condidit primam Biblum,à Phœnicibus nominatam.Atlanti verò fratri ſuſpecto , Mer-
curij cōſilio in [12] profundum depulſo,foueam aggeris ſuperiniecit.His temporibus,Dioſ- 12

Primus literarum inuentor secūdū gentiles.

Cœlū à quo dictum.

Terra.

Est dagam Hebræis frumētum.

Cœli & Terræ diſſidium. Saturnus.

Biblus.

curorum posteri nauigia fabricati nauigabant: tempestatibúsque ad Cassium montem A
13 eiecti,templum ibi condiderunt.[13] Deinde non longo transacto tempore .Cœlus exu-
14 lans,filiam suam [14] Astartem forma & virginitate florentẽ cum duabus sororibus Rhæa
& Dione,quasi suspectas,ad interficiendum dolo Saturnum emisit:sed variis modis alle-
15 ctas,Saturnus matrimonio sibi sorores [15] coniunxit. Ea re cognita,Cœlus Fato, Pulchritu-
dine,aliísque sociis auctus,in Saturnum insurgit:quas videlicet Fatũ & Pulchritudinem
16 similiter allectas,ad se Saturnus attraxit.[16] Recepit autem ab Astarte Saturnus non pau-
cos filios,quorum iunior continuò simulátque in lucem editus fuit, in deos abiit. Clari
17 verò fuerunt Amor atque Cupido.[17] Dago autem frumenta inuenit,atque aratrum, ac i-
18 deo Iupiter Aratrius nuncupatus est.[18] Sydyc autem, id est iusto vna Titanidum nupta,
Æsculapium enixa est.Præterea Saturno interea tres filij nati,Saturnus patri cognominis
Iupiter Belus,& Apollo, tunc etiam nati sunt Pontus, Typho,Nereus Ponti pater , à
Ponto procreata Sido,cuius ab ore sonora suauissimáque vox profluebat , & Neptunus. B
Hæc prima hymnos carminibus composuit. A Demaroöte Melichartus,qui & Hercules
vocatur,natus.[19] Tunc Cœlus Demaroonte sibi socio atque amico,Ponto bellum infert.
19 sed victus à Ponto Demaroon,vouit pro fuga,votúmque persoluit.Post triginta duos au-
tem annos regni sui Ilus,hoc est Saturnus,insidiis Cœlum patrem propè fontes fluentá-
20 que in [20] valle quadam insidiis locatis,cepit,& virilia membra abrasit, vnde sacer sanguis
in fontes fluentáque stillauit,qui locus ad hæc vsque tempora monstratur. Hæc sunt Sa-
turni gesta,hæc augentibus prædicata tempora ,hæc aurea illa Saturnia regna,hæc beati-
ficata illa priscorum fœlicitas. Sed redeamus ad nobilem istum Theologum , videa-
músque quid postea factum dicit: Et Astarte autem, inquit,maxima summáque ac Iupiter
& Demaroon,& Adolus deorum princeps,Saturni iussu regnum gubernabant.Imposuit
autem Astarte capiti suo regale insigne tauri caput. Cum orbem terrarum circum- C
21 iret,reperit fortè [21] Æropetem,quam in Tyriam sacratam insulam adductam cõsecrauit.
Saturno autem quatuor oculos insigne regale composuit: quorum duos in anterioribus,
duos in posterioribus partibus corporis collocauit qui vicissim contracti quiescebant. A-
las quoque in humeris quatuor fixit:duas pertensas,quasi volaret:duas remissas, quasi sta-
ret:significabatur autem,ipsum dormientem videre , & vigilantem dormire. Similiter
quoque per alas quiescentem volare,& volantem quiescere.Cæteris etiam deis duas fecit
alas in humeris,quasi Saturno cõuolarent.Ipsi præterea Saturno,duas in capite alas loca-
uit:vnam,propter principatum mentis:alteram,propter sensum.Cùm verò Saturnus Au-
stri regiones petiisset, vniuersam Ægyptum Deo Taauto largitur , ac ipsum ibi regem
constituit.Hæc autem omnia è septem dicit Sydec filiis Caberis appellatis, & ab octauo D
ipsorũ fratre Æsculapio vti eis Taautus Deus præcepit conscripta fuisse.quæ Thabionis
22 filius omnium primus,apud Phœnices deorũ interpres [22] allegoricè ad naturam accom-
modauit,tradidítque posteris quasi orgia quædam atque mysteria.Taautus autem, quem
Ægyptij Thoth appellant,sapientia Phœnicum præstans,primus religionem deorum ab
ignorantia vulgari in dignitatem doctrinæ reduxit:quem post multa tempora Deus Sur-
mobolus ac Thuro,quæ dicta est Chusarthis,secuti abditam Taauti theologiam & alle-
goriis obtrusam,in lucem protraxerunt.Et post aliqua dicit,morem priscis,in magnis ca-
lamitatibus atque periculis fuisse,vt ciuitatis aut gentis princeps dilectissimum ex filiis
vlciscenti dæmoni,quasi redemptionis præmium traderet,& sic traditum mysticè iugu-
laret.Cùm itaque Saturnus (rex regionis)quem Phœnices Israëlem vocant, qui postea-
quàm hominem exuit,ad Saturni stellam adductus est, ab Anobreth nympha vnicum
haberet , atque charissimum filium Ieud à re ipsum dictum (sic enim etiam nunc E
Phœnices vnicum filium appellãt)quia maximo atque periculosissimo bello ciuitas pre-
mebatur,regio indutum ornatu,super constructam ad hæc præparatámque aram immo-
lauit.Hic iste Philo Biblius vide quæ à Sachoniathonis traducto elementis, de serpenti-
bus ac feris venenosis dicit.quæ vsum ad vitam nullum, pestem verò & interitum vene-
noso morsu hominibus inferunt.Scribit igitur ad verbum sic:Draconum naturam atque
serpentum,ipse Taautus diuinam putauit,& post ipsum etiam Phœnices atque Ægyptij:
spiritalissimum enim animal omnium est & igneum.Nam spiritu absque manuũ aut pe-
dum, & omnino alicuius organi exterioris adiumento,vt cætera videmus animalia ferri
eximiam celeritatem assequitur,variásque figuras & formas gradiens , inuoluto reuolu-
tóque ad quam vult celeritatem gressu facillimè præstat.Longæuum etiam est,nec solum
senectam

Philonis opinio de natura serpẽtum.

A senectam cum pelle deponens, reiuuenescit, sed crescit etiam in adolescentia reductum. cúmque determinatos adimpleuerit terminos, in se ipsum[23] reuolutum rursum reuirescit, 23
quamuis semper minùs. ita nisi percussum intereat vix naturali nece conficitur. Id Phœnices dæmonem fœlicem, Aegyptij verò Cneph appellarunt: cui accipitris caput apponunt propter actiuitatem accipitris singularem. Idcirco Epies διὰ τὸ πρακτικόν, quem summum deorum intrepretem Aegyptij putarunt, sacrarum literarum scriba; cuius libros Arius in Græcam linguam traduxit, allegoricè hoc tradens ad verbum, ait: Diuinissimum animal serpens, & accipitris habens caput,[24] valde iucundum est id si palpebras erigebat, luce pri- 24
mogenitam omnem suam regionem replebat: cùm verò clausos retinebat oculos, tenebre fundebantur. Hinc significare voluit Epies,[25] igneam esse naturam eius à Phœnicib. Phe- 25
recydes quoque principia perdoctus, diuinitus de Deo, quem Ophionea græcè vocauit,
B latinè serpentem dicere possumus: & de Ophionidibus mirum in modum disseruit, de quibus alio loco dicemus. Verùm Aegyptij vniuersum depingentes mundum, hac ipsa inducti sententia, inter circulum aëreum igneúmque in superficie circunfusum serpentis accipitris formis figuram extendunt, vt sit Theta græcæ literæ figura consimilis, magnitudinem mundi ac formam per circulum significantes: per serpentem verò, qui in circuli medio positus est, bonum dæmona conseruatorem omnium, cuius virtute mundus contineatur, ostendentes. Sed Zoroastres quoque magus in libro sacro, in quo res Persicas collegit, hæc ad verbum scribit: Deus caput accipitris habet: is incorruptibilium primus est, sempiternus, ingenitus, expers partium, sibiipsi simillimus, bonorum omnium origo, munera non expectans,[26] optimus, prudentissimus, pater iuris, sine doctrina iustitiam perdo- 26
ctus, natura perfectus, sapiens, sacræ naturæ vnicus inuentor. Ideo similiter serpentibus, vt
C cæteris dijs immolabant, deos maximos ac principes totius arbitrantes.

Quo pacto Aegyptij mundũ depingant.

Zoroastris opinio de Deo.

Scholia in Caput. VII.

PHœnicum matæologiam, hoc capite complecti voluit Eusebius, quam si quis diligenter considerauerit, depræhendet obscurissima quædã vestigia narrationis Mosaicæ, de Creatione eius συστήματος *quod vniuersas res conditas continet, & à mundicie & elegantia, à græcis* κόσμος*, à nostris autem Mundus, appellatur.*

1 Interminata] καὶ διὰ πολὺν αἰῶνα μὴ ἔχειν πέρας. *Cõfer hæc cum verbis Mosæ: Terra autem erat inanis & vacua: & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas Gen 1.*

2 Cupido] πόθος*, desiderium. Talia sunt eorum commenta, qui putant, cùm (vt ipsis videtur) ex*
D *nihilo nihil fieri possit, ne Deum quidem ex nihilo, Mundum & ea quæ in amplissimo eius theatro sunt & conspiciuntur, producere potuisse.*

3 Sed videamus] *Nemo facilè assequetur sententiam, nisi hæc verba, cum versione conferat:* Ἴδωμεν δὲ ἑξῆς, ὡς καὶ τὴν ζωογονίαν ὑποστῆναι λέγει. Φησὶν οὖν. καὶ τοῦ ἀέρος διαυγάσαντος διὰ πύρωσιν.

4 Animalia] τὰ προγεγραμμένα νοερὰ ζῶα ἐγρηγόρησεν, καὶ πρὸς τὸν ἦχον ἐπτύρη, καὶ ἐκινήθη ἔν τε γῇ καὶ θαλάσσῃ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ. τοιαύτη αὐτοῖς καὶ ἡ ζωογονία. *Nos rectius credimus, Iehouah loquente, ex aqua, producta esse animalia secundum species suas. Gen. 1.*

5 Beelsamem] *Baalschamain apud Hebræos: dominũ cœli significat. Apparet autem ex his cognatio Phœnicum & Hebræorum linguæ.*

6 Et impudicum] *Suspicor Interpretem ideo sic vertisse, quòd mons ille phano Veneris & libidi-*
E *nibus prophanatus esset ab Ethnicis, vt in historia Ecclesiastica referunt, Eusebius, Socrates, Sozomenes & alij, qui omnes testantur, mandante Constantino Magno, destructo phano locum purgatum esse. Et Antilibanum & Brathij: ex his, inquit nati sunt Memrumus, qui & Hypsuranius. A matribus autem inquit, nominia sumpserunt, quæ mulieres tum erant quæ impudicè omnibus sine discrimine commiscebantur. Deinde inquit Hypsuranium habitasse Tyri, &c. Quem Interpres vocat Vsonem, appellatur* οὔσωον.

7 Ferinis] ἐκ θερμάτων ὧν ἴσχησε συλλαβεῖν θηρίων.

8 Genus altum] ἀπὸ τοῦ ὑψουρανίου γενεᾶς, *Ex Hypsuranij (est enim hoc loco proprium nomen eius, qui fratrem habuit cui nomen fuit* μημροῦμος.*) genere, nati sunt Venator & Piscator. Fortassis in nomine* μημροῦμος *est allusio ad nomen Nemrod, cuius meminit Moses, Gen. 11.*

9 Adde hæc verba] *Esse autem hunc Vulcanum. Inuenisse autem & hamum, & escam, & lineam piscatoriam, & rates: primúmque omnium mortalium nauigasse. Quare eum quoque sicut Deum*

post mortem coluerunt. Vocatúmque & Diamichium. Alij autem tradunt eius frates excogitasse muros lateritios. Deinde ex hac familia natos duos adolescentulos, quorum alter Artifex, alter Terrestris indigena dictus fuerit. Isti excogitarũt luto lateritio miscellanea addere, & sole ea excoquere. Quin & contignationes inuenerunt. Ex his nati sunt alij, quorum vnus vocabatur Ager: alius Agricola: cuius sit simulacrum perhonorificum & templum iugiferum in Phœnice. A Biblius autem præcipuè deorum maximus appellatur. Excogitarũt autem isti aulas addere ædificiis & ambitus & antra. Ex his Agricolæ & venatores. Illi etiam errones & Titanes vocantur. A

10 Et cantus.] καὶ τὴν τῶν δακετῶν ἴασιν, καὶ ἐπῳδάς. *Curationem eorum qui à venenatis bestiis læsi erant & incantationes.*

11 Ab eisdem temporibus.] *Non de tempore, quo nata est Cæli soror Terra, loquitur, sed de parentibus* γεννᾶται δὲ τούτῳ ἐκ τῶν προειρημένων ἀδελφή.

12 In profundum.] εἰς βάθος γῆς ἐμβαλὼν κατέχωσε. *Fortassis hinc nata est fabula de Atlante, terram humeris sustinente.* B

13 Condiderunt.] *Commilitones autem Ili, qui & Saturnus, Eloim cognominati sunt, tanquam Saturnij. Hi fuerunt qui Saturni coætanei appellati sunt. Saturnus autem filium habens Sasidum, proprio eum iugulauit ferro, quòd illum suspectum habuisset: & vita ipsum priuauit, homicida filij factus. Sic & propriæ filiæ caput amputauit: ita vt omnes dij Saturni mentem admirarentur. Deinde procedente tempore, &c.*

14 Astartem.] *Fortassis hæc est, quam postea Sidonii tanquam Deam coluerunt, vt est in historia de Salomone* 1. *Reg.* 11.

15 Coniunxit.] *Desunt hæc verba,* ἔτι δέ φησιν, ἐπενόησε θεὸς οὐρανὸς βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος *Deus Vranus excogitauit bætylia, lapides animatos fingens. Bætylum esse lapidem, quem pro Ioue deuorauit Saturnus, autor est Erasmus in enarratione prouerbij.* καὶ βαίτυλον ἂν καταπίνοις. *Chiliade* 4. *Cent.* 2. *Prouerb.* 98. C

16 Recepit autẽ.] *Græca aliter habẽt: Saturno autẽ nati sunt ex Astarte filiæ septem Titanides seu Artemides. Et rursus eidem nascuntur è Rhea filii septem, quorum minimus natu, statim vt natus est, consecratus fuit: & è Dione femella & ex Astarte rursus masculi duo, Cupido & Amor.*

17 Dagon.] *Suspicor hunc esse Dagonem, quem postea pro Deo habuerunt Philistini, vt est, Iudic.* 16. 1. *Samuelis* 5. 1. *Machabæorum.* 10.

18 Sydic] *Fortassis est nomen Hebræum zedek, quod iustum significat, vt hoc loco dicitur,* τῷ λεγομένῳ δικαίῳ.

19 Tunc Cœlus] *Vide num hæc conuersio respondeat, istis verbis: Deinde rursus Cœlus bellum infert Ponto: & deficiens, Demarounti adhæret. Quin & Demarous in Pontum mouet: sed vincitur à Ponto ille.*

20 In valle] ἔν τινι μεσογείῳ. *Et paulò post, vbi vertit Trapezuntius: vnde sacer sanguis in fontes. Iuxta fontes quosdam & fluuios, vbi cõsecratus est Cœlus, & sublatus est ipsius spiritus, & distillauit sanguis ab ipsius pudendis. Salsè ridet Eusebius fatum* τοῦ οὐρανοῦ, *& aureum Saturni seculum.* D

21 Æropetem] *Inuenit stellam cœlo delapsam, quam sublatam, Tirii sanctæ insulæ consecrauit. Sed Astartem Phœnices Venerem vocant. Saturnus autem circumambulãs terram habitabilem, Palladi suæ filiæ dedit Atticæ regnum. Peste autem & lue ingruente, suum vnigenitum filium Saturnus Cœlo patri sacrificauit, & pudenda excîdit: cogens etiam hæc suos comilitones facere. Et nõ multò pòst alterum quoque suum filium è Rhea, cognomento Muth mortuum consecrauit. Hunc Phœnices Mortem & Plutonem vocant. Post hæc Saturnus Byblum quidem vrbem Deæ Baaltidi, quæ & Dione, tradidit: Berytum autem Neptuno & Caberis, agricolis & piscatoribus qui & Ponti reliquias Beryti consecrarunt. Ante hæc Deus Taautus imitatus Cœlum, imagines Deorum Saturni & Dagonis, & reliquorum expressit sacros elementorum characteres.* E

22 Allegoricè ad naturam accommodauit.] *Allegoriis fictis, physicis & mundanis affectibus commiscens, tradidit Orgia celebrantibus & sacrificia tractantibus prophetis. Illi autem pompam augere vndique studentes, suis successoribus tradiderunt & initiatis. Ex quibus vnus fuit etiam Isiris trium litterarũ inuentor, frater Chna eius qui primus Phœnicis cognomen habuit. Deinde hæc quoque recenset. Græci verò, ingenio omnes superantes, primò multa sibi propria fecerunt: & ornamentis variè tragicéque descripserũt, conati fabularũ voluptatibus delinire, ideóque omnibus modis variegarũt. Vnde Hesiodus, & alii vulgares vndique resonantes, deorum generationes, Gigantum & Titanũ pugnas finxerunt proprias & excidia: quibus abstracti, veritatem expulerunt. Nostræ autem aures eiusmodi figmentis assuetæ & captæ per multa secula tanquam depositum custodiunt, fabularum cõmẽtáque acceperunt, sicut & initio dixi. Quæ tempore actis radicibus, possessionem perpetuam sibi effecerunt.*

A *runt. Ita ut veritas pro nugis habeatur: adulterinæ autem istæ narrationes, pro veritate. Hæc ex Sanchuniathonis scriptis satis sint, quæ ab Philone Byblio interpretata sunt, Porphyrij autem philosophi testimonio pro veris approbata. Idem autem in libro de Iudæis, hæc quoque de Saturno scribit. Hæc mihi velut prætermissa ab Interprete, adiicienti, venit in mentem inæstimabile beneficium Dei, qui veræ Theologiæ* τὴν καλὴν παρακαταθήκην, *libris Prophetarum & Apostolorum, comprehensam, tot iam seculis incorruptam seruauit, & nobis præter omne nostrum meritum credidit: ut nemo amans veritatis & salutis suæ cupidus, iurè conqueri poßit, quemadmodum de Phœnicum matæologia,* τὴν μὲν ἀλήθειαν δοκεῖν λῆρον, τὸ δὲ τῆς ἀφυγήσεως νόθον, ἀλήθειαν. *Vtinam omnes thesauro sacrarum literarum rectè vtamur, ad Dei gloriam & nostram aliorúmque ædificationem.*

23 In seipsum reuolutum.] *De interitu serpentis loquitur:* εἰς ἑαυτὸν ἀναλίσκεται. *Quæ sequuntur, non habet interpres: Sicut in sacris scriptis similiter diem Taautus scripsit. Quamobrem etiam*
B *in sacris hoc animal & in mysteriis in vsu est. Dictum autem est à nobis de ipso amplius in commentariis Ethodiorum. In quibus traditur, quòd immortale sit & in se reuertitur, sicut prædictum est.*

24 Caput] μορφὴν *formam.*

25 Igneam esse naturam.] *Quod sit igneum, quia dixit* διηύγασε, *id est, splendebat. Nam ignis proprium est splendere. A Phœnicibus autem Pherecydes. &c.*

26 Optimus] *Bonorum optimus, prudentum prudentißimus. Est autem & pater & bonarum legum & iusticiæ, à se doctus, naturalis perfectus, sapiens & sacrificij naturalis solus repertor. Hæc ascripsi, quæ in fine huius libri sunt omissa. Eadem etiam Ostanes refert de eo in libro quem inscripsit Octoteuchum. Omnes autem occasione accepta ab ipso, physica tradiderunt, sicut commemorauimus. Et prima quidem elementa ex serpentibus templa facientes, ea in ijsdem consecrarunt, & illis sacra & festa celebrarunt & orgia: Deos Max. eos putantes & auctores omnium. Hæc sunt quæ de serpentib.*
C *feruntur. Sed de Phœnicum Theologia, in hunc modum se habet, quam sine vlla exceptione fugere, & antiqui erroris medicinam quærere, salutaris sermo Euangelij monet. Quòd autem non fabulæ sint hæc & poëtarum figmenta, quæ latentem in profundo theoriam habeant: sed sapientum & vetustorum, vt ipsi dicunt, Theologorum vera testimonia, quæ omnia poetarum & historicorum antiquitates continent: fidem rei facit, quòd adhuc hodie in Phœnicum vrbibus & vicis, deorum appellationes & historiæ vigent, & ea quæ à singulis mysteria celebrata sunt: vnde non opus est violentas Physiologias de his inquirere, cum res ipsæ ex se apertißimum argumentum afferunt. Talis igitur Phœnicum Theologia. Tempus autem est transire ad Aegyptiaca consideranda. Quædam ex his verbis, in principium libri secundi Trapezuntius noster transtulit, sicut collatio, quemque docebit.*

D

ANACEPHALÆOSIS IN LIBRVM SECVNDVM EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica.

INITIO *monet Eusebius putidam esse Ethnicorum tergiuersationem, cùm affirmant, sub inuolucris fabularum, occultam quandam & admirandam sapientiam latêre: cùm nec* φυσιολογίαν *complectantur, nec Phœnicum ceremoniæ, illud præ se ferant. Postea accedit ad Ægyptiorum matæologiam, & eius* περιοχὴν *ex Diodoro sub-*
E *iicit in primo capite. Ac primùm de hominum & deorum in Aegypto ortu, gestis & turpitudine, item de altercationibus Ethnicorum super Hercule Aegyptio & Græco, Perseo, Cadmo & aliis, verba facit. Postea quæ animalia in deorum numerum, & quas ob caussas, retulerint, prolixè exponit. Nemo sine horrore ista facilè leget, præsertim si Pauli Apostoli hæc verba expendat: Mutauerunt gloriam immortalis Dei per imaginem, non solùm ad mortalis hominis similitudinem effictam, verumetiam volatilium, quadrupedum & reptilium. Quapropter tradidit illos Deus, per cupiditates cordium suorum in immundiciam. Romanorum. 1. Capite. 2. Non tantùm vanißimam, sed etiam conscelerati ßimam fuisse Græcorum*

quam ipsi vocarunt Theologiam, ostendit. Quid enim non est detestandum in figmentis, de Ioue & Europa, de Cadmo, de Baccho ebrioso, & eius ortu, expeditione, comitibus, magistro Sileno, gestis. de Herculis nothi natiuitate, libidinibus, homicidiis? Nihil hîc honesti reperies præter Musas & Aesculapium, quos tamen impurus ille Bacchus & incestus Iuppiter dehonestauêre. Capite 3. Atlantiorum μυθολογίαν recensens Eusebius, fatetur quidem, eam Astronomica quædam præcepta allegoriis inuoluta continere, sed quas deforment narrationes de incestis, de parricidis, & fratribus inter se hostiliter dissidentibus. Cap. 4. Nihilo puriorem Phrygum matæologiam, exponit & damnat Eusebius. Ea enim nihil aliud tradit, quàm fabulas de Meone quodam, déque Cybeles amoribus, insania, amatoribus & eorum interitu. In fine capitis Euemeri verba, de sacrificiis & cultu eiusmodi dæmoniorum, recitat. A B

Cap. 5. Introducit Clementem Alexandrinum qui in Sermone exhortatorio ad Gentes, mysteria τῆς δεισιδαιμονίας in cultu Deorum, ita in lucem produxit, vt qui illa legit, omnium scelerum, turpitudinum & mendaciorum plena fuisse, facilè videat. Hinc postea colligit Eusebius, rectè & prudẽter à Christianis esse factum, quod Ethnicam Idolomaniam fugiendam duxerunt, quam nemo sine horrore cognoscere, nemo sine scelere peragere possit. Cap. 6. Posteaquam Ethnicorum impuras & mendaces fabulas, pro admiranda quadam Theologia ab ipsis venditatas, exposuisset Eusebius, nunc veluti concludens infert, rectè factum à Christianis, quod & fabulas & dæmonia eorúmque superstitiosum cultum, abiecissent. Negat etiam hoc prætextu excusandam δεισιδαιμονίαν illam in cæremoniis, quod eæ φυσικὰς θεωρίας contineant: cùm illa in memoriam reuocet gesta turpissimorum monstrorum veriùs quàm hominum, non autem historicam mythologiam vtilem ad vitam complectatur. Cap. 7. A tribus maximis grauissimísque malis, mentium videlicet caligine, cultu dæmonum & vitæ barbarie, humanum genus Seruatoris Christi opera & beneficio liberatum esse, docet. Cæterùm de primorum hominum vita & victu, quædam nescio vnde deprompta, adiecit in fine capitis, quæ cum Mosæa historia non admodum conueniunt, & sapiunt gentilium narrationes. Ea igitur cum iudicio singulari legenda, & Mosi potius fides habenda. Cap. 8. Ostendit, inualescente superstitione (quæ mater τῆς πολυθείας fuit) factum esse, vt sepulchra hominum, diuino vel potius ἐπιτυμβίῳ honore exculta sint, & quibus in locis talia monumẽta fuerint. Cap. 9. Pergit in illa discertatione, quam cap. 7. inchoauit, ac docet quòd etsi nomen Dei de eius bonitate & opificio, considerantes certiores faciat, & in causa fuerit, vt Hebræi à visibilibus ad inuisibilia progredientes ad Dei cognitionem assurgerent: Ethnicos tamen non modò sine Deo in mundo vixisse, sed etiam voluptatem finem bonorum contendisse, & luxuriæ administros, velut numina coluisse, vitiáque pro virtutibus habuisse. Cap. 10. Ne quis obijceret à Christianis tantùm repudiatum esse Ethnicismum & profana sacra, à prudentissimis verò hominibus in pretio habita. & proinde iniquo tantùm præiudicio laborare: indicat neotericos philosophos superstitionum turpitudine & fabularum vanitate deprehensa, ἠθολογίαις καὶ φυσιολογίαις eam tegere & ornare cœpisse, quod facere patroni malæ causæ assolent. Verùm hæc ἄφαρμακα, Platoni viro admirando non satisfecisse, & à Romanis multiplicem illam idolomaniam nunquam probatam & receptam. Inde conficitur etiam sapientes inter Ethnicos, non probasse illas fabulas. C D E

PROOE-

A

PROOEMIVM.

SED Phœnicum theologiã iam per auctores suos exposuimus, quã omnino pestiferam, fugiendam, & sanitatem tantæ insaniæ quærendam salutare prædicat Euangelium. Quod autem fabulæ dictæ sunt, aut poetarum figmenta, altius quiddam quasi nucleum contegentia, sed sapientum priscorum & Theologorum, vt gentes dicerent vera certáque testimonia, cunctis antiquiora poëtis, inde patet, quòd vsque ad nostrã memoriam in Phœnicia isti ipsi dij sic appellati, sic nati, sic educati, vt dicti
B theologi tradiderunt, dicuntur. Quare nihil agunt cum ad naturalia quædã turpitudinem occultantes refugiunt, cum res se ipsæ cæremoniæque deorum vna claráque voce Phœnicum omnium ipsos redarguũt. Sed de Phœnicum theologia satis. Nunc ad Aegyptiam transeamus, vt etiam hinc videamus, 1 rectè ne, an contrà, gentilium nugas contempsimus, & salutarem 1
Euangelij doctrinam secuti sumus, quam maximè nunc neglectis suis sanctissimè colit Aegyptus. Vniuersam autem Aegyptiorũ historiam & theologiam ipsorum, seorsum in libro quem Sacrum inscripsit 2 Manethus qui- 2
C dem Aegyptius, Græca lingua exquisitissimè in medium edidit. sed Diodorus etiam Siculus, vir clarus, omnem, vt diximus, historiam gentium diligẽter breuiter ac ordinatè congregatam conscribens, ab Aegyptiorum theologia, totius negotij fecit initium, à quo potius, quasi ab illustriore notioréque Græcis quàm ab Aegyptio Manetho, hæc ad verbum scribenda duximus.

De Aegyptiorum theologia. Cap. I.

ASSERVNT igitur Aegyptij, in rerum omniũ origine in Aegypto primum
D homines productos, partim propter cœli temperantiam, partim etiam propter Nilum & nasci & educari potuisse: Nam [1] nec hibernis frigoribus, nec æstiui solis ardoribus, regionem premi, & solum irrigatione 1
Nili sic esse fœcundum, vt alimentorum in vsu hominum nulla terra feracior sit. Deos verò mortales homines fuisse, sed virtute ac beneficiis vitam communem quia excoluerunt, immortalitatem consecutos, quorum nonnulli reges fuere, nomináque habuêre, alij noua quædam, alij à cælestibus trãslata esse, quæ maximos Deos, Solem, Saturnũ, Cybelem, Iouem, Amonẽ nonnulli nuncuparunt, Iunonem, Vulcanum, Vestam, ac postremò Mercurium. Solem aiunt, primum omnium apud Aegyptum regnasse, Soli cœlesti cognominem, quamuis nonnulli sacerdotum Vulcanum contendant, primùm igne inuento, regnum obtinuisse: deinde Saturnum qui sorore Cy-
E bele in vxorem ducta, Osirim & Isim genuit: aut, vt plurimi dicunt, Iouem & Iunonem. Hos vniuersum orbem imperio subiugasse, ac quinque deos procreasse aiũt Osirim, Isim, Typhona, Apollinem ac Venerem. Osirim, Dionysium: Isim, Cererem esse autumant, quos matrimonio coniunctos, quum regno successissent, plurimum generi hominum cõtulisse. Ita tractu Thebaico centum portarum vrbem condidisse, quam alij Iouis vrbem, alij Thebas appellant. Erexisse autem Osirim Ioui, ac Iunoni parentibus, ac cæterisque dijs aurea templa: quorum singulis certas cæremonias statuit, & sacerdotes qui earum curam haberent consecrauit. Ab hoc vitem inuentam & [2] diuersis honoribus homines di- 2
stinctos, vt alij colerent, alij colerentur. Musicam adeò dilectã, vt secum semper non parũ musicorum duceret, quibus nouem virgines, quarũ Apollo dux erat, & alijs doctrinis & canẽdi arte nõ mediocriter excelluisse. Quúmque omnes gẽtes propter eius merita, quasi deũ susciperent, vbique monumẽta reliquisse. In India multas vrbes cõstruxisse, Phrygiam

3 domuisse, ac per Hellesponti angustias in Europam traiectum. Macedona filium[3] Mace- A
doniæ regem constituisse, ab hoc Apin & Mneuin consecratos, & apud Ægyptios loco
deorum publicè cultos, quoniam frumētorum inuentoribus ad committenda territoriis
semina profuissent. Isim iureiurando nullius se præter Osiridis complexum petituram de-
creuisse, quam etiam postquam, hominem exuit, immortales honores consecutam vide-
mus. Osiride verò insidiis laniato, alia quidem membra non mediocri labore ab Iside in-
uenta, diuinis honoribus sepulta: penis verò in flumen Nilum à Typhone proiectus, con-
stituto idolo sacra ac cæremonias maioris aliquanto cultus statuas fuisse: Hinc Græcos
accepisse, vt Dionysij Orgia & dies festi cum honore huius membri fierent: cuius simula-
crum in mysteriis ferentes Phallum appellant. Fingere autem aiunt ac cōmentiri omnes,
qui apud Thebas Boëotias, ex Semele ac Ioue hunc demum natum existimant, quod Or-
phea primum ausum fuisse, illum enim Ægyptum petiisse, ac inde mysteria Osiridis do-
ctum in Græciam retulisse. Et quoniam Cadmeis amicus esset, genus Dei magnis affectus B
honoribus ad ipsos non inuitus transposuisse, multitudinémque alios ignorantia, nonnul-
los quia talem Deum Græcum potius quàm Ægyptium dici vellent, cultum & mysteria
eius libenter suscepisse. At verò poetam Orpheum facilè totam rem ea de causa verisimi-
4 litérque finxisse, quoniam Cadmus ex Thebis Ægyptiis in[4] Boeotiam profectus, Seme-
lem, aliósque liberos genuisset, quam ab ignoto pressam septimo mense, sicut etiam de
Osiride perhibent Ægyptij, puerum peperisse. Hunc mortuum à Cadmo deauratum, &
quasi Deum ingenti cultu sacrificiis decoratum, fuisse, parētem quoque eius Iouem præ-
5 dicasse[5] vt Semeles stuprum leniretur. Hinc apud Græcos celebratam fabulam, quòd Se-
mele Cadmi, Osirim ex Ioue concepisset, in lucémque edidisset. Quam poetæ adeò am-
plificarunt atque auxerunt, vt iam resonantibus theatris nemo Græcorum sit, qui hanc
rem aliter gestam credat. Nec in hoc solùm, sed in aliis quoque multis illustribus apud C
Ægyptios, viris heroibus quoque ac deis id esse à Græcis factitatum. Herculem enim Æ-
gyptium fuisse, cuius virtute multas magnásque orbis terrarum partes perdomitas, hunc
Græcos vt suum diuinis honoribus colere, qui suus non sit: sed magnis temporibus postea
adnatum ex Alcumena Herculem, iniuria res gestas Ægyptij Herculis traductas. Persea
quoque in Ægypto natum, & ipsius Isidis genus ab Ægypto ad Argiuos translatum, fictis
deinde fabulis, Io ipsam esse, quæ in bouis formam mutata. cuius honore factum, Ægy-
6 ptij bouem adorant:[6] quāuis alij antiquissimis temporibus, animalium effigies ab Ægy-
ptiis ducibus atque imperatoribus galeis insculptas ferri solitas, in prælio ducant, eámque
rem imperij signum ipsis fuisse. Parta deinde victoria, ea animalia quorum imaginem vi-
ctoriosi duces gestarunt, tertiam causam adferunt, quasi offensionem belli ad hostes ipsi
repulissent, in deos relata fuisse. Nonnulli vsus, vtilitatísque causa multa ex animalibus D
in deorum numero apud Ægytios suscepta contendunt. Bouem enim ipsam tam partu
suo, quàm arandi opera conducere. Oues autem & parere & tegmentorum materiam
præbere, & lacte ac caseo alere. Canem verò vnà cum hominibus venari, & ad custodien-
dos homines natum esse. Quapropter deum qui apud eos Anubis appellatur, caninum
7 habere caput. Ea enim re ostēditur, custodem ipsum Osiridos & Isidis fuisse tam[7] belluas,
quàm homines importunè obuiàm factos coërcentem. Felem verò, quoniam ad scuta fa-
cienda conducat. Ichneumona, quoniam oua crocodilorum conterat, & luto conuolutus
cùm os aperiant, ita in ventres eorum insilire soleat, vt exesis intestinis, eos interimat. Ex
auibus Ibidem vtilem dicunt, ad serpentum, locustarum, erucarum interitum. Accipi-
trem verò ad scorpiones atque cerastas necandos, & alia huiusmodi venenosa animalia,
8 [8] finem etiam nonnihil conferre arbitrantur. Aquilam verò, quia regia sit, colunt. Hircum E
in diuinis ea ratione dicūt susceptum, qua Priapū apud Græcos propter genitalia mem-
bra, cùm illud animal ad coniunctionem sexuum maximè omnium deferatur. Membra
verò genitalia apud eos honorari, quoniam per ea instrumenta species animalium con-
seruantur: quæ tamen non apud Ægyptios solùm, verumetiam apud plerasque alias gen-
tes, quoniam quæ ad generationem animalium necessaria sunt, apprimè coluntur. Qua-
propter etiam antistites, qui à patribus secundum Ægyptios successione sacerdotium ac-
ceperunt, huius dei mysteriis initiantur. Ad hæc Panas etiam atque Satyros aiunt huius
rei causa cunctis hominibus esse venerabiles. Cuius signum est, quia simulacra eorum in
templis mēbris in morē hircorū (quod animal traditur promptū semper esse ad coniun-
ctionē) tētigine affectis statuūtur. Sacros autē tauros Apin scilicet atque Mneuin diuinis
coli honoribus,

Aegyptij quare coluerūt animalia.
Bos.
Ouis.
Canis.
Felis.
Ichneumo.
Ibis.
Accipiter
Aquila
Hircus.
Panes.
Satyri.
Apis.
Mneuis

A coli honoribus, tum propter agriculturã, tum quia frugũ inuẽtio ad deos refertur. Lupos, quoniam canibus simillimi sunt: & quoniam Iside vnà cum Oro filio, certamen aduersus Typhonem susceptura, Osirim asserunt ab inferis filio, & vnà vxori auxilium ferentem aduenisse, eisque in specie lupi apparuisse. Nonnulli autem dicunt à lupis aduersum Ægyptium irruentes Æthiopes distractos fuisse: vnde regionem lupariam appellatam. Crocodilum illis honori esse aiunt, quoniam eius terrore ab Arabia atque Libya latrones in Aegyptum nare nequeant. Præterea quendam de priscis regibus suorum rabiem canum fugientem ad paludem confugisse, qui præter opinionem hominum à Crocodilo susceptus, in alteram ripam traiectus fuerit. Sed culturæ animalium alias alij causas afferunt. Multitudine enim aiunt crebrò in reges magno insurgente consensu, diuersorum animalium cultum, diuersis ciuitatibus à quodam rege statutum fuisse, vt dum singuli religionẽ

Lupus.

Crocodilus.

B reuerentur suam, & cæterorum contemnant, non possent vniuersi in vnum Aegyptij conspirare. Hæc animalia linteamine post mortem plangentes, & pectora cum gemitu cædẽtes, in sacris sepeliunt loculis: quorum si quod sponte aliquis interfecerit, mortis mulctatur supplicio. Felem autem aut Ibidem, siue spontè, siue inuitus quisquam necauerit, morte punitur. Præterea in quacunque domo canis mortuus fuerit, omnes qui eam habitant, vniuerso corpore raso, magno luctu afficiuntur: nec vino aut tritico cæterisque ad victum necessariis, quæ in ea domo recondita fuerunt, vti amplius licet. Alunt autem Apin quidẽ Memphide, Mneuin in Heliopoli, Hircum in Mende, Crocodilum in palude Myridos, reliquásque feras in locis sacris, similam aut pultem lacte coctã afferentes, bellaria, & mella commixta, & anserinas carnes tam elixas, quàm tostas. Cum[9] masculis autem animalibus fœminei quoque sexus summa specie simul nutriunt, quæ pellices appellant. Cùm vero Apis mortuus fuerit, magnificéque sepultus, quousque similem inueniant, in perpetuo 9

C luctu sunt: quem simul ac inuenerunt, ad vrbem Nili statim adducunt, quando solùm mulieribus videre ipsum licet. Obuiam namque factæ, sublatis vestibus genitales partes ei ostendunt, nec vnquam postea hunc Deum mulieribus aspicere licet, in quem asserunt animam Osiridos post mortem traductam fuisse. Hæc illa est Ægyptiorum turpis impietas potius quàm theologia: aduersus quam aliquid dicere cum per se iaceat, turpe duco: quã meritò contempsimus, atque despuimus, à tantis malis non nisi à salutari & Euangelica doctrina, quæ occæcatos mentis oculos per fidem illuminauit liberati: verùm honestiores harum nugarum, & quasi naturales rationes paulo pòst simul cum Græcarum fabularum interpretatione faciliùs enodabimus. Hoc igitur modo, antiquissimæ temerariæque Phœnicum & Aegyptiorum superstitionis, omnium gentium turpis theologia plena est.

D Verùm de Græcorum quoque[10] theologia, qui simulacris & mysteriis simili quodam vt 10
Aegyptij pacto vtuntur, modò dicamus: quam qui vniuersam collegit historiam, in tertio & quarto volumine diligentissimè conscripsit, facto à Cadmi ætate initio. Cadmum autem post Mosem fuisse ab exquisitissimis gentium annalibus loco suo demonstrabimus, vt apertè appareat Mosem maiorem natu, quàm Græcorum deos fuisse: siquidem, post Cadmum dij emerserunt, quem non paucis annis Moses superauit. Sed iam Diodori voces audias.

In Caput primum Annotationes.

NAm nec hibernis.] *Vnde sumpserit maximam partem huius periodi, me fugit, Græca habent:* τοῦτον γὰρ (*Nilum intelligit*) πολύγονον ὄντα, καὶ τὰς τροφὰς αὐτοφυεῖς παρεχόμενον, ῥᾳδίως ἐκτρέφειν τὰ ζωογονηθέντα. *Nilum enim cùm & fœcundus sit, & alimenta sua spontè nascentia exhibeat: facilè alere, ea quæ nata sint.*

E

2 Et diuersis honoribus] *Vide an id sibi velint hæc verba:* πρῶτόν τε ψιλοῖς χρήσασθαι, καὶ διδάξαι τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους γεωργίαν. *Bacchus primum omnium, leuis armaturæ milite vsus est, & agriculturam docuit. Nisi fortè* ψιλὸς *aliud aliquid significat, quàm ego suspicor. Sed si me non fallit coniectura, alludit ad illam Bacchi expeditionẽ, quam Poetæ descripsere, in qua fortè velites fuerunt. Mercurij autem inuenta & Dionysij gesta non pauca, ab Interprete prætermissa, quæ ita sunt à Diodoro descripta: Honorari autem ab ipso (scilicet Dionysio) maximè omnium Mercurium, excellenti natura præditum ad inuenienda ea quæ possint prodesse communi vitæ. Inuentorem enim eum fuisse literarum & sacrificia deorum ordinasse: lyrámque inuenisse: Græcósque docuisse harum rerum interpretationẽ, ex quo ipse* ἑρμῆς *nominatus est. Hunc etiam plantam oleæ inuenisse. Osirim autem omnem terram peragrantem, in Phœnicia statuisse Busirim: in Aethiopia verò & Libya Antæum. Ipsum autem in*

expeditionem esse cum fratre Apolline, quem aiunt inuentorem plantæ lauri fuisse. Militasse autẽ cum Osiri duos filios, Anubin & Macedonem. Assumpsisse etiam Pana præcipuè apud Aegyptios honorabilem, à quo cognominata sit Panopolis. Existenti autem Pani circa Taphosirim, adductum esse Satyrorum genus. A

3 Macedoniæ regem] *Desunt hoc loco ista: Triptolemo autem concessisse Atticæ culturam. Et post hæc ex hominibus ad deos migrantem, consecutum esse ab Iside & Mercurio sacrificia, aliósque splendidißimos deorum honores. Eius quoque ceremonias ostendisse, & multa de eo mysticè docuisse. Occisum autem eum esse à Typhone fratre, malo & impio homine. Hunc diuiso corpore occisi in viginti sex partes, dedisse conscijs cædis cuilibet particulam, vt omnes eidem odio eßent obnoxij. Sed Isin sororem Osiridis & vxorem vindicaße cædem, adiuuante filio Oro. Occiso autem Typhone & socijs eius, ibi, vbi vicus nunc qui Antæi vocatur, imperaße Aegypto. Quæ sequuntur ita sunt turpia, vt noluerim ea adscribere, ne verecundos oculos læderem.*

4 In Bœotiam profectus] *De suo adiecit Interpres, Diodorus enim id non affirmat. Et paulò post: Ab ignoto preßam,* ὑπὸ τοῦ διός ποτε φθαρεῖσαν. *Et, ingenti cultu sacrificijs decoratum fuiße,* καὶ τὰς καθηκούσας αὐτῷ ποιήσασθαι θυσίας. B

5 Omisit] σεμνύοντα τὸν ὄσιριν.

6 *Diodori verba omißa hoc loco, ita supple: Hanc ab alijs Isin, ab alijs Cererem, ab alijs legiferam, ab alijs Lunam, ab alijs Iunonem, existimari. Osirim autem ab alijs Serapin, ab alijs Bacchum, ab alijs Plutonem, ab alijs Ammonem, ab alijs Iouem, ab alijs Pana putari. Dicunt autem Isin inuentorẽ fuisse multorum remediorum & medicæ artis, inueniße etiam immortalitatis pharmacum, quo filiũ Orum à Titanibus insidijs circumuentum & mortuum in aqua repertum, non solùm restituiße vitæ data anima, sed etiam immortalitatis compotem feciße. Orum autem postremum ex dijs, regnaße in Aegypto. Quòd si interpreteris ipsius nomen, idem cum Apolline aiunt eße. Et medicinam ac diuinationem à matre Iside edoctum, per oracula & medicinam benefacere. Inter plerosque autem conuenit, quòd contra deos Iouem & Osiridem tempore Isidis, magno quidem corpore Gigantes, monstrifico habitu ornati, bellum mouerint. Legem autem tulisse Aegyptios de ducendis sororibus: quia Isis fratri Osiridi nupsißet. Et tantùm de illis narrant. De animalibus autem consecratis in Aegypto, eiusmodi apud ipsos habetur narratio. Quidam enim aiunt primos deos, paucos existentes & victos à multitudine & impietate terra procreatorum hominum aßimulatos esse quibusdam brutis animalibus, & ita effugisse. Deinde ad reddendam gratiam conseruationis, consecrasse naturas horum animalium quibus aßimulati erant. Hæc prima scilicet causa fuit, propter quam belluas* ἀποθεῶσαι *non puduit: duas alias Trapezuntius in conuersione sua refert. De hac impietate quid sit statuendum, docet Paulus Romanorum primo.* C

7 Tam belluas] *Quidam aiunt canes, qui Isidem ducebant, eo tempore quo Osirim, quærebat, feras & obuios propulisse.* D

8 Finem] καὶ διὰ τὸ συμβάλλεσθαι ταῖς μαντείαις.

9 τοῖς δὲ ὠμοφάγοις πολλὰ τῶν ὀρνέων παραβάλλουσι.

10 *Desunt hæc verba: Et quidem magnificæ Aegyptiorum mythologiæ, secundum prædictum modum se habent. Græcæ autem, quòd sint deductæ & deriuatæ ex illis, iam sæpius dictum est: & ex dictorum scriptorum lectione, & quidem ex ipsa Græca Theologia perspicuum fiet, qui suum nihil afferunt in suis deorum descriptionibus: sed exteras mythologias comportant. Non erat operæpretium scire, qui primi auctores* τῆς δεισιδαιμονίας *Ethnicorum extitißent, nisi refutandis suis ipsorum telis Gentiles fuissent.*

De Græcorum theologia. Caput II.

CAdmum Agenoris filium ex Phœnicia dicunt ad quærendam Europam, quæ fuit à Ioue rapta, à rege missum fuisse, nec inuenientem in Bœotiam tandem deuenisse, ac Thebas ipsi ædificasse. Cúmque Armoniam Veneris filiam in vxorem duxisset, Semelem & sorores eius ex ea genuisse. Amoribus autem Semeles Ioue capto ac exorato, tanquam ad Iunonem diuino ad eam modo accedere, nõ tulisse fulgura atque tonitrua mulierem, sed abortu edito puero, igne ipsam flagrasse: à Ioue autem Mercurium accepisse puerum, eúmque ad speluncã in Nyse, quæ inter Phœniciã & Nilũ sita est, transmisisse. Hoc pacto à Nymphis educatũ Dionysiũ, vini & vitis vsum atq; plantationẽ homines docuisse: inuenisse quoq; coctionẽ ex hordeo confectã, quã Cereuisiã appellant, hũc cũ exercitu nõ virorũ solùm, sed etiã mulierũ orbẽ lustrasse, iniustis atq; impiis hominib. atrociter punitis. E

Bacchi γενέθλια.

Cereuisiarũ inuentio.

1 Fuisse tamẽ hastis thyrso ornatis armatas mulieres, musas etiã omnes secutas fuisse virginitate, omníq; doctrinę genere florẽtes quadripudiis & cãtu deũ permulcebãt. Pædagogũ ei Sile-

A ei Silenum fuisse, cuius consiliis virtutem fuit complexus. Mitra verò caput ei ligari propter dolores, qui fumante vino caput aggrediuntur. Bimatrē autem appellatum, quoniam ex vno patre & à duabus matribus procreatus [2] fuisse videtur. [3] Ferulam ei in manum 2
tradunt, quia cùm non permixtum aqua vinum homines biberunt, ac in furorem versi, 3
alter alterum baculis cæderent, vnde nonnulli moriebantur, pro lignis ferula vti persuasit. Bacchum à bacchis vocatum fuisse. [4] Lenæum, quoniam ληνός, Græcè, torcular latinè ap- 4
pellatur. Bromium à βρομός, id est ignis sonitus, qui cùm abortu ederetur, insonuit. Satyri quoque eum dicuntur secuti fuisse, qui saltando & tragicè canendo, voluptatem ei afferebant. Ab hoc primò theatrum & musicam fuisse harmoniam inuentam. Hæc de Dionysio traduntur. Musas verò Iouis, [5] Cœli, & Terræ filias opinantur, quas plurimi virgines fuisse confingunt: & sic appellatas, quoniam μυεῖν græcè, honesta bonáque doctrina insti- 5

Dionysius Bacchus, Lenæus idem. Comites.

B tuere significat. De Hercule autem hæc Græci asserunt. Acrisij filia Danaë Ioui Persea genuit. Perseo Androne de Electryona peperit, ex quo Alcumena est procreata: cui se Iupiter triplicata nocte commiscuit, non cupiditate, vt plerisque aliis mulieribus, sed liberorum procreādorum gratia. Quamobrem cùm Iuno zelotypia exarsisset, Alcumenæ quidem partum retardauit, Eurysthea verò vel ante tempus in lucem edidit. quod fecit, quia prædixisse Iouem audierat illo die ex Persidarum genere regem nasciturum. Herculem Alcumena Iunonem exposuit, cui Iuno Minerua suadente mamillam præbuit, & è puero vehementiùs quàm ætas patiebatur attracta mamilla, Iuno commota, [6] duos ad necem 6
pueri misit dracones, ille autem nullo modo territus, alterum altera manu dracones ex collo apprehensos interfecit. Æsculapium Apollinis atque Phoronidos filiū fuisse aiunt, adeóque medicinæ artibus excelluisse, vt ab incurabili morbo multos liberaret. Ea re Io-
C uem commotum, fulmine ipsum interemisse, cuius morte irritatum Apollinem, Cyclopas, à quibus fulmen illud Ioui constructum fuerat, interfecisse. Vnde iratus Iuppiter, ad seruitium Admeti Apollinem impulit, & hoc modo delicti pœnas Apollinem persoluisse. Hoc in quarto Bibliothecæ Diodorus posuit, qui reliquam theologiam ab aliis gētibus, Græcos accepisse his verbis in tertio scribit.

Scholia in Caput II.

Mataeologiam Græcorum, de Cadmo, Semele, Ioue, Baccho & aliis, verbis Diodori describit & exagitat Eusebius.

1 *De Bacchi expeditione, cultu, impuritate, & de alio quodam obscœno Baccho, hæc verba non transtulit Trapezuntius: Expeditionem autem suscepisse in Indiam triennij tempore. Hinc Græcos*
D *instituisse Trieterica sacra Baccho, & Deum putasse: & circa ea tempora hominibus apparuisse. Coluisse eum omnes homines propter vini donum: sicut & Cererem propter inuentionem alimenti ex frumento. Aiunt autem & alium Bacchum fuisse, qui multò antiquior fuerit hoc Baccho, & ab aliquibus Sabazius appellatus fuerit, natus ex Ioue & Proserpina. Cuius natiuitatem & sacrificia, & honores nocturnos & clandestinos introducunt, propter turpitudinem, quæ ex coitu sequitur. Hunc etiā primùm boues iungere cepisse: vnde etiam cornutum eum fingunt. Sed eum qui ex Semele natus & iunior est, mollem corpore & forma excellenti, & in Venereas voluptates pronum fuisse aiunt.*

2 Procreatas fuisse] *De duobus loquitur Diodorus, cuius hæc verba sunt:* διὰ τὸ πατρὸς ἑνὸς ὑπάρξαι τοὺς δύο διονύσους, μητέρων δὲ δυοῖν.

3 Ferulam] νάρθηκα. *Consule Erasmum in Adagiis, prouerb. Manum ferulæ subduximus.*

4 Lenæum] ληναῖον δὲ ἀπὸ τοῦ πατεῖσθαι τὰς σταφυλὰς ἐν ληνοῖς. *Quæ de impuro hortorum, apud*
E *Gentiles, custode, & Hermaphrodito sequuntur, etsi omissa sunt ab Interprete: tamen non adijciam, ne castas mentes offendam.*

5 Iouis] καὶ μνημοσύνης. *Et Memoriæ. Apparet* ἀλληγορικῶς *ista esse dicta. Memoria opus habēt studiosi disciplinarum.*

6 Iuno commota] ἡ μὲν ἥρα διαλγήσασα τὸ βρέφος ἔρριψεν, ἀθηνᾶ δὲ κομισαμένη αὐτὸ, τὴν μητέρα τρέφειν παρακαλέσατο. *Cætera quæ Diodorus de Hercule scripsit, eodem quo superiora consilio, nolui adscribere, qui ea legere cupit Diodori bibliothecam inspiciat.*

De Atlantiorum theologia. Caput II.

PRimum, inquit, apud eos Cœlum regnasse, Atlantij asserunt. Is quadraginta, vt dicunt, & quinque filios habuit: quorum duos de viginti [1] Ops castissima quædam mulier sibi 1
enixa est, quam propter virtutem, in deos post obitum translatam Terram nominari: filias

quoque Cœlum habuiſſe, Baſiliam & Cybelem, quam etiam Pandoram vocant. Baſiliam A
quoniam quaſi mater fratres enutriſſet, matrem appellatam fuiſſe: & poſt Cœli mortem Hyperioni fratri nuptam binos liberos, Solem atque Lunam, peperiſſe. Cybeles autem fratres formidantes, Hyperiona interemiſſe, Solem in fluuium Eridanum præcipitaſſe. Hæc cum Luna ſic facta percepiſſet, ab alto ſeipſam loco deieciſſe: matrem autem furore concitatam, crinibus ſolutis, tympanis & cymbalis bacchantem primò circumuagari:
2 deinde poſtquam inueniri nullibi poterat,[2] in deos fuiſſe tranſlatam creditum, & aras ei ac templa fuiſſe cõſtructa, cuius ſacra, cum tympanis ac cymbalis fiunt. Solem verò atque Lunam, ad luminaria tranſlatos fuiſſe.

Scholia in Caput III.

1 Ops] ἐκ τεϖαίας γυναικός. *Cybelem,* ῥέαν.

2 In deos] *Omiſſa ſunt*, τοὺς δὲ ὄχλους θαυμάσαντας τὴν περιπέτειαν, *&c. Videntur Atlantij, eiuſmodi inuolucris fabularum, doctrinam de motu,* συμμετρίᾳ, *ortu & occaſu corporum cœleſtium, comprehendere voluiſſe.* B

De Phrygum theologia. Caput IIII.

PHryges verò Mæona Phrygiæ antiquiſſimum fuiſſe regem contendunt, à quo natam Cybelem, fiſtulam, quam Syringa Græci vocant, inueniſſe: & Montanam matrem appellatam, cui magno & caſto amore Phrygius dicitur Marſyas coniũctus, à quo Venerem cognitam fuiſſe negant, & tibiam aiunt inuentam. Cybelem autem Atydi cõuenientem,
1 cum ventre cognita res eſſet, interfecto Atyde ac[1] ſociis eius à patre, commotam furore, per vniuerſam magnis vlulatibus regionem vagatam fuiſſe, tympanis dolorem ſuũ conſolantem. Marſiæ verò primùm cum ea erranti, deinde in muſica contentione ab Apolline ſuperato, pellem viuo fuiſſe detractam. Ab Apolline deinde adamatam fuiſſe Cybelẽ, C
& cum eo ad Hyperboreos vſque erraſſe: cuius iuſſu & Atydos corpus ſepultum, & Cybelem diuinos honores conſecutam, vnde ad hunc vſque diem adoleſcentis mortem Phryges plangere, arîſque inſtructis, Atyda Cybelémque templo in Peſinunte ſibi. Phrygiæ oppido magnificè conſtituto, vt deos colere. Poſt mortem autem Hyperionis, Cœli filios regnum inter ſe partitos fuiſſe: quorum clariſſimi Atlas & Saturnus fuerunt. Atlanti vicinas Oceano partes contigiſſe, & multam Aſtrologiæ operam datam, ſeptémque filias natas,
2 quæ Atlantides appellantur,[2] à quibus quàm plures dij & heroës nati, & ſeniore ipſarum Maia Ioui coniuncta, Mercurium procreatum. Saturnum quoque Atlantis filium, auaritia & impietate præditum, ſororem Cybelem duxiſſe, à qua Iouem ſuſcepit, quamuis & alium Iouem Cœli fratrem, & Cretæ regem contendunt fuiſſe, qui multò inferior poſteriore Ioue fuit, qui totius orbis imperium primus ac ferè ſolus obtinuit. Cretæ autem regem decem filios genuiſſe, quos Curetas appellant. eius ſepulchrum vſque ad hanc diem D
oſtenditur. Saturnum verò in Libya, Sicilia, Italiáque regnaſſe, à quo natus Iupiter, oppoſitam patri vitam dicitur elegiſſe, regnúmque ſuſcepiſſe. Alij patre concedente tradiderũt alij odio patris à populis electum, atque ideo Saturnum cum Titanibus bellum ei indixiſſe: quo victo, vniuerſum ſibi orbem ſubiugaſſe. Plurimùm autem & corporis robore, & animi virtutibus valuiſſe tradunt: ac ſummopere ſtuduiſſe, vt & impij punirentur, & probi ſummis afficerẽtur beneficiis. Vnde poſteaquam hominem exuit, quoniam humanam iuuerit vitam,[3] Iouem appellatum. De terreſtribus autem diis, cùm multa variáque
Iouis virtutes.
3 tam hiſtoricis quàm poetis ſcribantur: & inter hiſtoricos Euemerus, qui[4] ſacram hiſtoriã,
4 Homerus, Heſiodus, Orpheúſque, monſtroſa quædam finxerint, breuiter quæ vtrique conſcripſerunt, explicare conabor. Deos igitur honorabant, Euemerus ait, magnificentiſſimis ſacrificiis, & muneribus argenteis atque aureis mirabili arte confectis, de quibus latiùs in ſuperioribus conſcriptum eſt. Eſt autem in ea inſula, quæ Deo conſecrata eſt in quodam altiſſimo templo Iouis Triphylei templum, ab eo ipſo, cum toti orbi imperaret, conſtructum. ſtatua etiam in eo monte aurea eſt, in qua pancæis literis Cœli, Saturni, & Iouis, res geſtæ ſummatim conſcriptæ ſunt. Et paulo pòſt: Cœlum ait iuſtum & benignũ, virum & Aſtrologiæ non imperitum primum regem fuiſſe, à quo deos cœlites ſacrificiis primò cultos: vnde Cœli cognomen habuiſſe, duóſque filios Pana & Saturnum, & filias ſimiliter Rhæam & Cererem ab vxore Veſta ſuſcepiſſe: Saturnum deinde regnaſſe, & à Rhæa, quam in vxorem duxerat, Iouem, Iunonem, & Neptunum ſuſcepiſſe. Iouẽ autem, qui Saturno in regnum ſucceſſit, Iunonem, Cererem & Themim in vxores duxiſſe, & filios E

Qualia ſacrificia gẽtiles obtulerint.

A lios à prima quidem Curetas habuisse, ab altera Persephonem, à tertia Mineruam. His dictis, Græcorum fabulas secundum Hesiodum, Homerúmque subiicit.

Scholia in Caput IIII.

Habes in hoc capite Epitomen ματαιολογίας *Phrygum, quam vt cætera Ethnicorum commenta nemo sine horrore legere potest.*

1 Ac socij eius.] καὶ τὰς τροφοὺς. *Et nutrices. Incertum, de Attidósne an verò deæ Cybeles nutricibus, loquatur. Verùm id certò scire, nihil admodum refert.*

2 ταύτας δὲ μιγείσας τοῖς εὐφυεστάτοις θεοῖς, ἀρχηγοὺς καταστῆναι τοῦ πλείστου γένους, τεκούσας δ᾽ ἀρετὴν θεοὺς καὶ ἥρωας.

3 Iouem appellatum] *Eleganter quidem vertit Trapezuntius, sed græca habent,* ὀνομασθῆναι
B ζῆνα. διὰ τὸ δοκεῖν τοῦ καλῶς ζῆν αἴτιον γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις. *Cætera quæ desunt partim ex 3. partim ex sexto libro* βιβλιοθήκης *Diodori, verbis Euemeri Messenij de dijs opiniones, referentis, supplere poterit lector studiosus.*

4 Sacram historiam] ὁ τὴν ἱερὰν ἀναγραφὴν ποιησάμενος. *Verba Euemeri quæ non vertit Interpres, in libro sexto Diodori extant. Illis subiũgit hæc: Et quidem de Euemero qui sacram descriptionem edidit, contenti erimus iam dictis. Sed quæ apud Græcos fabulosa de diis habentur, secundum Hesiodum, & Homerum, & Orphea, conabimur breuiter percurrere. Deinde ordine subiungit Poetarum Mythologias. Sed hæc ex Græcorum theologia satis nobis sit racemasse: quibus par est eorumdem deorũ in adytis ceremonias & tacita mysteria subiicere: videréque vtrum è verè diuina Theologia aliquid habeant tanquam Deo dignum argumentum, aut hinc è terra secundum longum & diabolicum errorẽ orta sint, risu seu pudore potius, maximum verò commiseratione propter cæcutientes digna. Hæc Cle-*
C *mens clarissimus in hortatione ad Græcos scripta apertè demonstrat: vir multarum rerum experientissimus, qui celeriter ab errore resipuit, vtpote à salutari verbo & Euangelica doctrina ex malis liberatus. Paucis igitur & hæc audi. Quæ iam ex Clemente refert Eusebius, ea ex ipso fonte petenda arbitror, hoc est ex Protreptico Clementis pag. 8. 9. 10. Gentianus Heruetus ea Latina reddidit.*

De arcanis mysteriis erroris Gentilium. Cap. V.

SEd de Græcorum, Atlantiorum, Phrygúmque theologia hactenus, quibus non absurdum est secreta mysteria, & cælatos addere cultus, vt facilè vnusquisque videri possit, vtrum sit aliquod in eis veræ religionis signum, an à dæmoniaca superstitione, ac errore perfluxerint, omni turpitudine atque dedecore plena, & lachrymis potius quàm risu dignissima, quæ Clemẽs ille in libro, quo gentiles ad fidẽ adhortatur, apertissimè reuelauit. Vir magnarum rerum scientia præditus, & vsu plurimorũ negotiorũ prudentissimus, qui
D patrias nugas à salutari & Euangelica doctrina monitus, citò contempsit. Pauca igitur ab eo sumpta, diligenter audias. Abdita, inquit, & inuisibilia sunt, ac ideò diligenti cura non inquirenda, barathri ora monstrorum plenissima, lebes Thesprotius, tripes Cirrhæus, æs Dodonæum, Gerandrium, in deserto arenis honoratum, & quod ibi oraculum est. Hæc omnia senescentibus iam fabulis, deiecta penitus relinquantur. Vltimo enim silentio Castalius & Colophonius, fontes, cæteráque fluenta, quæ diuinandi vim habere videbantur, tradita extinctáque cum suis fabulis defluxerunt, totiúsque insaniæ potius quàm diuinationis nefandæ mysteria cecinerũt. Silet Clarius, Pythius, Dydimeus, Amphiareus, Apollo, Amphilochus. Tacent aruspices, augures, somniorũ interpretes, [1] & qui farina aut hor- 1
deo vaticinabantur Engastrimythi, qui quod vsque ad hodiernum diem, quasi ab inferis mortuos reduxerint, cum dæmonibus collocantur. Perierunt Ægyptiorum penetralia, tenebris tradita sunt necromantia Tyrrhenorum, capræ simul cum istis ad diuinationem
E præparatæ, & corui hominibus oracula reddẽtes [2] deuolarunt. Quid dicam de Dionysio, 2
quem Mænolem græcè, id est latinè, totum furentem appellant, cui Bacchæ orgia celebrant, & crudas carnes comedentes sacro furore initiantur coronati serpentibus, Euan, Euan, cõclamantes, quæ vox aspirata secundum exquisitam Hebræorum linguam, fœminei sexus serpentem significat. Ceres autem & Proserpina mysterium fuerunt, quarũ mœrores, rapinam & luctum Eleusis docet. Quare mihi videtur, si quis deriuationi verborum attendere velit, ab ὀργὴ, id est, latinè ira, quam aduersus Iouem Ceres suscepit orgia: myste- μυστήρια
ria verò à μῦσος, quod latinè scelus est, quod Dionysio accidit, appellata fuisse. Quod si etiã ab Attico illo Misunte, qui venando periit, vt Apollodorus scripsit, mysteria vocantur, nõ erunt certè gloriosa quædam hæc mysteria, funebri quodam honore tradita. Fortè autem mysteria, id est, μυθήρια, quasi fabulæ quædam latinè appellata sunt. [3] Perdatur igitur, qui 3

(margin, beside "diligenti cura non": ἄθεα.)

hæc primus hominibus tradidit, siue Dardanus, qui deorum fabulas in mysteria deduxit: A
siue Action, qui orgia & ceremonias Samothracibus adinuenit: siue Phrygius ille Midas,
qui ab Odryso illo didicit. & subditis deinde artificiorum mœrorem tradidit: siue Cinyra
insularis Cyprius, qui mulierem quandam capere studens, turpissima Veneris orgia ex
nocte in diem transferre ausus fuit. Quidam autem aiunt, Melampodem Amythaonis filium
ab Ægypto in Græciam luctum Cereris solenniter celebratum reportasse. quos omnes
ego impiarum assero fabularum auctores, & perniciosæ superstitionis inuetores ex-
4 titisse.[4] Quid enim aliud quàm dedecus & apertissima turpitudo sacra hæc sunt? Sed multò
turpiora videbuntur, si quis quæ sequuntur addiderit. Ceres peperit, educatur puella,
Pherephattem, nonnulli appellant. cui Iupiter, qui genuit, draco factus coniungitur. vnde
in Sabaziorum mysteriis, draco in spiram inuolutus in sacrificiis ad factorum memoriam,
imò verò in testimonium tantæ turpitudinis, vt ego dixerim, adhibetur. Peperit & Pherephatte
tauriformem filium: vnde Poetæ quoque nonnulli taurum laudant, draconis pa- B
trem, & draconem rursus tauri patrem, & in montem arcana hæc facta ducentes, pastoralem
stimulum celebrãt: pastoralem, vt puto stimulum ferulam, quod genus ligni bacchãtes
ferunt, appellantes. Nequeo latiùs huius Pherephattæ sacra enarrare, quasillum, rapinam,
terræ hiatum, sues Eubolei, quos eodẽ hiatu simul & duas deas absorptas aiunt fuisse.
Vnde Megarenses in Thesmophoriis suis immittunt, quæ sacra variis modis mulieres,
quoniam hæc fabula variè narratur, per ciuitates Græciæ cẽlebrant Thesmophoria, Scirophoria,
Ineffabiliphoria vocantes, & multis modis Pherephattæ rapinam complorantes,
Dionysi verò mysteria penitùs inhumana, quemadmodum puerum cum Curetibus
salientem, dolo puerilibus donis Titanes deceperint, vt & raptum dilaniauerint, vt Orpheus
poëta cecinit. Munera verò quibus captus dicitur, pinea & aurea poma Hesperidũ
fuerunt, quorum sacrorum symbola non est vtile audire pila, pinea, speculum, poma, vel- C
lus. Minerua verò Dionysum iam discerptũ corripuit. Palláſque à motu cordis vocari dicitur.
Titanes autem Dionysi mẽbra in lebete priùs elixabant: deinde verubus fixa, Vulcano
torrebant. Sed Iupiter Titanes quidem fulmine mulctauit. Dionysi verò membra
Apollini sepelienda tradidit, qui in Parnasso ipsa deposuit. Vis & Corybantium audire orgia?
Tertium ab his fratrem interemptum fuisse asserunt, cuius caput purpura tectum, &
æreo scuto coronatum, ad radices Olympij montis portarunt, ac sepelierunt, Terrigenæ,
quibus nomina Bauboni, Dysauli, Triptolemo, Eumolpo, & Eubuleo fuerunt. Triptolemus
bubulcus, Eumolpus ouium pastor, suum verò Euboleus, à quibus Eumolpides &
præconum sacrum genus Athenis descendit. Cererem verò à Baubone Corybantium nobili
muliere hospitio susceptam tradunt, potionémque multis confectam, quam Cyceona
vocant, Cereri allatam fuisse. Cúmque Ceres luctu oppressa, potum recusaret, quasi despe- D
cta Baubo doluit: itaque sublata veste genitalia membra deæ ostendit: quæ hoc spectaculo
delectata, Cyceona suscepit, ac bibit. Hæc Atheniensium mysteria sunt, hæc summus
theologorum Orpheus, vt ipsi dicunt, carmine cecinit, à quo non est ab re carmina quædam
testimonij loco apponere:

Dixit, & obscœnas cunctas in corpore partes,
Attollens vestem patefecit: tum dea ridens,
Suscepit paruum qui fortè astabat Iacchum,
Ingeßitque sinu vetulæ Baubonis: & inde
Pocula suscipiens, tandem Cyceona perhausit.

Nocte certè ac tenebris ista mysteria digna sunt, & magnanimo illo, imò verò leuissimo
Erechtidarum populo, aliisque Græcis, quos mortuos, hæc expectant. Qua enim spe te- E
merarij homines nutriũtur, quibus oracula Ephesinus Heraclitus canit. Noctiuagis, maleficis,
Bacchis, initiatis, simulatque initiãtibus, quibus ignis futura prædicit, quíque apud
cæteros mysteria putãtur, sine antistite peragũt, ex quibus omnibus ficta, & inania, & deceptionis
plena cuncta probãtur, quorum symbola, denudanda enim sacra ipsorum sunt,
exta fumantia, polenta, sal, draco, mala punica, trementia animalium corda, ferula, hederæ,
pultes, papauera. Hæc ipsorum sacra sunt. Themidos autem hæc sunt sacratissima symbola,
origanum, lucerna, gladius, pecten mulieris. Sic enim mysticè membra genitalia appellantur.
O manifestam impudentiam. Nam priscorum hominum petulantiam nox cogeret,
sacra modò nox initiatis prædicatur, & facibus tenebræ vitæ petulcos sacrorum
mores ostendunt. Extingue pontifex ignem, verere faces, qui eas portas: hac luce turpitu-
do

ἀῤῥητοφορία Bacchi sacra.

A do Iacchi manifestatur, patere vt nocte mysteria colantur, venustiora videntur in tenebris hæc orgia, nescit ignis simulare, aperiendo redarguendóque omnia punit. Quis non meritò impios huiusmodi appellarit, qui Deum verum ignorantes, puerum à Titanibus laceratum & lugentem mulierem, & membra turpitudinis turpissimè duplici quadam impietate detenti: nam & Deum verum ignorant, & errore decepti, mortales atque turpissimos deos existimant. Hæc quidem Clemens.

Scholia in Caput V.

EX Clementis, vt dixi, προτρεπτικῷ, ματαιολογίας ethnicæ capita aliquot refert, quæ cùm sint trũcata in conuersione Trapezuntiana, ea ex Herueti versione, vel supplebimus, vel quomodo hiulcà sarcienda sint ἀμαθέστερον monstrabimus.

B 1 Et qui] *Hæc verba desunt: Ad Pythium autem adductos simul statue Aleuromantes & Crithomantes, & eos qui adhuc apud multos sunt in honore ventriloquos.*

2 Deuolarunt] *Adde hæc: Quid tibi recenseã mysteria? Non propalabo quidem, vt aiunt olim Alcibiadem, sed per verbum veritatis, præstigias, quæ in eis latent, rectè aperiam, & eos qui vestri dij vocantur, quorum sunt sacra mystica, tanquam in vitæ scena, veritatis contemplatoribus in medium proferam & euoluam.*

3 θηρεύουσι, *id est, venantur enim, si vllæ aliæ, huiusmodi quoque fabulæ, ex Thracibus, maximè barbaros: ex Phrygibus amentissimos: ex Græcis, superstitiosos.*

4 *Desunt quædam quæ apud Clementem in eodem scripto pag. 8. & 9. reperies. Sunt autem adeò turpia, vt ea huc transferre noluerim. Initium eorum quæ desunt, hoc est: Iam verò (tempus enim est) conuincam, &c. In fine etiam capitis omissa sunt quædam, quæ in Clemente quærenda sunt, pag. 10.*

C *Quòd meritò superstitionem gentium contemnimus.*

Caput VI.

QVare non iniuriâ nos magna voce ista omnia contempsisse fatemur, à longissimo ac prisco errore, gratia & misericordia Dei omnipotentis, & ineffabili virtute Saluatoris nostri, quasi ab incurabili morbo liberati. Rationem enim secuti, nefandum atque impium duximus, sanctissima Dei appellatione, mortales & turpes viros honorare, qui extremæ petulantiæ, crudelitatis, atque furoris exempla posterioribus tradiderũt. Quam enim insaniam non superaremus, si modestiam, prudentiam, iustitiámque laudantes, petulcis ac incontinentibus omni furore plenis, crudelibus quoque ac inhumanis, homicidio simul ac parricidio maculatis, diuinos honores redderemus? Quis enim maior cumulus impietati addi poterit, quàm si virorum, mulierúmque membra, & inexpertem terrarum rationis naturam, sanctissimam Dei appellationem quis intrudat: eáque turpia Deo attribuat,
D quæ si de hominum aliquo dicantur, legibus & consuetudine ciuitatum, grauissimo supplicio punientur. Cur longior sum? omnibus Græcis simul ac Barbaris lucẽ effulsisse prædicamus, quæ à falsa & impia religione ad veram ac piam reducit. Multi enim iam, qui à sopore & profundo somno expergefacti, oculis animi aliquantulum apertis, fabulas poëtarum, religionem priscorum esse cognouerunt, in quam naturæ quædam secreta occultari, multi credentes decipiuntur. Quæ quamuis nihil veritatis habeant, tamen exponenda nobis videntur, vt etiam eis quæ honesta ipsi putarunt, non iniuria spretis, Euangelicã Saluatoris prædicationem prætulisse meritò approbemur.

Scholia in Caput VI.

MAgnam capitis partem transtulit Trapezuntius, omissis in fine quibusdam, quorum summa est, Ethnicam δεισιδαιμονίαν, etsi ea φυσικὰς θεωρίας inuolucris fabularum contectas, continere
E *videatur: magnis tamen de causis, à Christianis desertam & vt profanam damnatam.*

Breuis supradictorum repetitio. Cap. VII.

QVod faciemus, si altiùs hæc primùm repetierimus. Græcorum igitur popularis, vt ita dicam, & fabulosior theologia, & Phœnicum ac Ægyptiorum huiusmodi esse ostenditur, vt auctoribus iam suis comprobatum est, quam non iniuria in principio Præparationis Euangelicæ collocamus, vt & nos in memoriam redigamus, & qui nesciũt discere possint, qualis maiorum nostrorum erat religio, & quãta nos ipsi veritatis ignoratione, quasi vinolentia obruti emersimus per Euangelicam prædicationem & apparentiã Saluatoris ueri Dei Iesu Christi, qui non in parte vna orbis terrarum, nec apud gentẽ vnã, sed vbique quasi animarũ Sol proprios lucis radios immittens, à caligine & tenebris errorum, ad fulgentissimam veritatis lucem omnes homines conuocauit. Apertissimè namque

ἀνακεφαλαίωσις.

1

prænominati eorum auctores, mortuorũ simulacra, & turpissimorum hominum imagines cultas, nullámque mentionem Dei veri factam illis fuisse, diuinam iustitiam contemnentibus, & in omnia scelera sponte irruentibus ostenderunt. Nam cùm nondum vita hominum legibus & moribus instituta esset, pecudum more ad nihil aliud multi quàm ad implendum ventrem mentem eleuabant, quos primum impietatis gradum tenuisse contenderim. Nonnulli naturali quodam instinctu paulisper commoti, Deum Deíque virtutem salutarem esse mundo putarunt, ac eum quærentes ad cœlum animos erexerũt, & cœlestiũ pulchritudinem corporũ admirati, deos ipsa arbitrati sunt. Alij depressi omnino in terris præstantiores, aut corporis robore, aut prudentia, aut facultatibus gigantes quosdam, vel tyrannos, vel magos ac maleficos viros, qui auxilio alicuius eorum, quos à diuiniore statu decidisse credimus, miranda quædam facere videbantur, vel eos qui humanæ vitæ aliquo modo profuerunt, cum viuos, tum maxima post mortem deorum honoribus coluerunt. Quare deorum etiam templa, sepulchra eorum fuisse, multi testantur, vt Clemens in exhortatione nõnullos Græcorum auctores scripsisse commemorat. Quod si placet, rursus audiamus.

Prima hominum vita.

A

B

Scholia in Caput VII.

QVid in cap. 7. Eusebius agat, hæc epigraphe docet: ἀνακεφαλαίωσις τῶν πρόσθεν εἰρημένων. *Docet nos inæstimabili beneficio Christi, ab ethnica impietate & superstitione, liberatos: eíque gratias agendas qui nos reduxit in regnum lucis, suíque beata agnitione imbuit animos nostros.*

1 Per Euangelicam] *Sentẽtiã non verba Interpres noster vertit:* τῆς τούτων ἁπάντων ἀναλύσεως καὶ ἐλευθερίας ἠξιώθημεν, διὰ μιᾶς μόνης τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, οὐκ ἄλλως ἡμῖν πρυτανευθείσης, ἢ δι' ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ. *Quæ postea subiicit Eusebius, de ethnicismo* καὶ περὶ ἀνειμένου καὶ μοναδικοῦ βίου, θηριώδους τε κατεστῶτος. *conferenda sunt cum concionibus Paulinis Act. 17. Rom. 1. Ephes. 2.* C

Quòd templa deorum sepulchra hominum fuerunt. Caput VIII.

Superstitio mater τῆς πολυθείας

CVm enim, inquit, inanis superstitio initium cœperit, quasi malorum omnium fons multitudinem deorum constituit, quibus hostias immolare, solennia facere, simulacra statuere, & templa condere persuasit, quæ tamen deorum sepulchra prius fuerunt, & magnificentius condita templorum appellatione vocati sunt. Nam apud Larissæam ciuitatem in templo Mineruæ Acrisij sepulchrum est, quod modo sacracrij loco venerantur, & in arce Atheniensi, vt Antiochus in nono Historiarum conscripsit, Cecropis sepulchrũ fuit. In templo verò Palladis, quam Ciuilem appellãt, Erichthonius iacet, Ismarus autem Eumolpi atque Dianæ filius in [1] Eleusino, vnà cum Celei filialibus sepultus est. Quid multa? non enim latet à gentilibus sepulchra hominum adorari. Hæc quidem Clemens. D

τῆς πολιάδος.

1

Scholia in Caput VIII.

PRobat monumenta hominum diuinis honoribus exculta, vt ostendat quod, οἱ τῶν θεῶν οἶκοι, νεκρῶν τάφοι μνημονεύονται, *producto testimonio Clementis qui* ἐν τῷ προτρεπτικῷ *multis argumentis id probat.*

1 In Eleusino, vnà cum] οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ κεκήδευνται τοῦ ἐλευσινίου τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει, *multa verba Clementis quæ cum ab Interprete non sint conuersa, nos è Græco ita* αὐτοσχεδίως *transtulimus: His (Celei filiabus) cur non annumerarẽ è Hyperboreone natas mulierculas? Altera Hyperoche, altera Laodice dicta est, ac hæ in Artemisio in Delo sepultæ sunt. Est autem illud in Delij Apollinis fano. Leander Cleomachum Milethi sepultum in Didymio affirmat. Est & Leucophrenes sepulchrum, dignum quod non prætermittamus. Illa enim cùm Zenonem Mydium secuta esset in fano Dianæ quod est Magnesiæ, sepulta est. Quin etiam perhibent aram Apollinis in Telmiso, sepulchrum esse Telmisi vatis. Ptolemæus autem Agesiarchi F. in primo historiæ suæ, de Philopatore in Papho, libro dicit, Cyniram eiúsque posteros in Veneris templo sepultos. Vt autem mihi monumenta, quæ vos ô miseri adoratis, recensenti, nullum tempus suffecerit: ita nisi vos pudet tantorum facinorum, mortui profecto mortuis credentes, oberratis. Quódnam malum patimini? Et paulò pòst. Nouum verò aliúmque in Aegypto & in Græcia partim, receptum Deum, diuino honore colendum Romanorum Rex, dilectum videlicet, sibi & forma elegantißima & præditum Antinoum, in deorum numerum retulit sicut Iupiter Ganymedem. Nec enim facilè coercetur cupiditas expers metus, &c. De Antinoo consule Eusebium in Ecclesiastica historia. Porrò, quæ de certaminibus ex Clemente adducta, desiderantur in hoc capite, ea sic habent: Agè verò paucis obeamus certamina, & panegyricos illos sepulchrales conuentus dissoluamus, Isthmia, & Nemea, & Pythia, & quæ ea sequuntur Olympia. In Pythone quidem* E

A *Pythius Draco colitur, & frequens serpentis conuentus appellatur πύθια. In Isthmo miserabile excrementum mare exspuit, & Melicertem deflent in Isthmia. Nemeæ alij puero Archemoro iusta facta sunt, & funebris pueri oratio appellatur Nemea. Pissa autem vobis, ô Græci, est sepulchrũ aurigæ Phrygis, & Pelopis inferiæ. Olympia sibi vendicat Iupiter Phidiæ.*

Qualis de diis priscorum fuerit opinio. Caput. IX.

NOs autem rursus altius hæc repetentes, dicere non dubitamus natura, imò verò diuinitus omnibus esse hominibus insitum, non solùm vtile quid atque honestum Dei nomine significari, verumetiam omnium rerum creatorem, sic appellari, & verbo quidem ita omnes natura duce conueniunt, re autem creaturas pro creatore coluerunt, præter vnum aut admodum paucos, vt verissimis Hæbreorum libris ostenditur: qui à rebus inuisi- *Rom. 1.* bilibus ad intelligibilia mentis oculos sanctè reducentes, non creaturæ alicui, sed ipsi re-
B rum omnium creatori, cunctorúmque largitori bonorum Dei appellationẽ attribuerunt. Cæteri autem omnes tenebris animi inuoluti, ad tantam impietatem deducti sunt, vt pecudum more honestum ac conducibile bonorúmque omnium extremum voluptate corporis terminarent. Et hac ratione eos qui voluptatum adinuenerunt genera, vel auxerunt atque amplificarunt, maleficos & mortales viros, vt dictum est, quasi bonorum largitores, saluatores, & deos appellarunt, piam huius nominis notionem naturam eis insitam ad hos trãsferentes, quos bonorum inuentores putabant. tantúmque mentis insania valuit, vt nec peccare se arbitrarentur, nec erubescerent diuinis honoribus maleficos atque potẽtes homines, propter regna tũc primùm constituta, colere atque admirari. Cúmque, vt iam diximus, mores hominum legibus stabiliti nõ essent, ne supplicia peccatoribus imminerẽt, adulteria, nefanda matrimonia, maribus ereptã pudicitiam, homicidia, parri- *Dissoluta hominum vita.*
C cidia, fratricidia, liberorum cædes, bella, seditiones, quasi res pulcherrimè gestas, [1] diis suis attribuebant, & earum rerum memoriam, posterioribus quasi perutilẽ linquere studebãt. 1

Scholia in Caput IX.

POst illam de sepulchrorum cultu & impostura admonitionem, ad considerationem nominis Dei, & causas ignorantiæ pariter & agnitionis Dei, Lectores reuocat Eusebius, ac Dei nomen magnum aliquod & perfectum bonum significare, Deúmque, à quibusdam agnitum, cum à visibilium consideratione, ad inuisibilia assurgerent, à quibusdam autem non agnitum, quòd hi omisso Creatore Deo fontéque omnis boni, creaturis diuinum honorem deferrent, testatur. Romanorũ 1. Paulus vtrumque probat. Cæterùm in principio cap. 9 hæc verba adiicienda sunt, lucis gratia: Tua autem repetens ab initio narrationem superstitiosi erroris, considera diuersitatem. Natura igitur & innatis rationibus, imò verò à Deo insitis, pulchrum aliquid & vtile existere id quod significat Dei appellationem & essentiam. Cætera in hoc capite Διὰ βραχέων, vertit Trapezuntius.

D 1 Diis suis.] *Propriis præsidibus, quos Deos putabant, vocabántque: tanquam egregiè suo officio & virtute functis tribuebant: horum memoriam tanquam grauium & fortium suis posteris relinquẽtes.*

Quòd Plato & Romani priscorum fabulas & interpretationes fabularum contempserint. Cap. X.

HÆc theologia priscorum fuit, quam [1] iuniores naturalium rerum scientia non parum 1 iactantes, ad honestiora naturæ secreta interpretantur: ita nec omnino impietatem maiorum effugerunt, nec tantam rerum turpitudinem ferre potuerunt: sed [2] priscorum 2 peccata corrigere volentes, virtutésque corporeas, quibus generantur, aluntur, & crescunt corpora, per fabulas significari volentes: & hinc ordine progressi, non solùm principia & rerum elementa vt solem, Lunam, stellas, præterea terram, aquam, aërem, ignem, verumetiam [3] composita & affectus eorum & [4] fructus terræ, quos Cererem bonam deam, 3
E & Bacchum nominant, per fabulas violenta quadam interpretatione significari voluerũt. 4 Ita iuniores quidam maiorum theologiam, erubescẽtes, ac parui antiquitatem atque cõsuetudinem facientes, quasi remedia turpitudinis deorum excogitarunt. Vetustissimi autem, etiam animalia bruta quæcunque ad vitam conducere videantur, in deorum numero collocare ausi sunt, & immanibus belluis ceremonias statuere non erubuerunt. Ipsos igitur audias Græcos per vnum, qui præstantissimus omnium fuerat, fabulas nonnunquam suscipiendas, nonnunquã repellendas asserere. Mirabilis enim apud eos Plato, modò sententiã suam apertiùs explicando negat, ea dicenda de diis esse, quæ ab antiquissimis dicta sunt: modò de legibus scribens oportere affirmat fabulis, quæ de diis traditæ sunt, quoniam nihil falsi in eis contineatur, fidem adhibere. Postremò à priscorum theologia suam separans, cùm de Cœlo, Sole, Luna, stellis, & de vniuerso mundo partibúsque suis

phyſicè more ſuo locutus ſit:demum de priſcorum genealogia deorum,quaſi particulari- A
ter ſic in Timæo diſſerit. Sed de aliorum dæmonum atque deorum generatione diſſere-
re maius eſt opus,quàm humeris noſtris ferre poſſumus. Quare his,qui hæc tradiderunt,
credere debemus,qui cùm à diis orti ſunt,& parentes ſuos qui ſint oportunè teneāt, nullo
modo falluntur:Nam quamuis neque neceſſariò,neque probabiliter dicant,tamē quia rē
ſuam enarrant,æquum eſt,vt eis fidem adhibeamus.Quare ſecundum priſcorum inſtitu-
ta,genealogia deorū terminetur,credantúrque Cœli ac terræ filij Oceanus & Thetis fuiſ-
ſe:ex quibus Phorcis, Saturnus,Ops,& alij complures nati ſunt.A Saturno autem & Ope,
Iupiter & Iuno. Hæc igitur Plato ſecundum ius & fas quamuis nullo modo probari
poſſint,credenda eſſe in Timæo cenſuit.Attendere autem diligenter oportet, quia nihil
altius in hac fabuloſa genealogia contineri oſtendit. Alio autem in loco hic ipſe ſenten-
tiam ſuam apertius explicans,his verbis vtitur:Primùm igitur ego dixi,maximum de ma-
ximis rebus mendacium efferre auſus eſt,qui quæ Cœlus feciſſe ab Heſiodo dicitur,quód- B
que à Saturno mulctatus ſit,& Saturnus rurſus à filio,improbè finxit. Nam etiam ſi vera
eſſent,tacenda omnino putarem,nec ita facilè ad omnes efferenda, ſed maximè quidem
celanda.quod ſi neceſſitas quædam dicere cogeret, pauciſſimis tradenda finxiſſe: ardua
enim ſunt,nec prædicanda ô Adimante in ciuitate noſtra.nec enim iuueni perſuadēdum
eſt,puniri parentes oportere,etiam ſi iniuriam inferant. Nec autem omninò credendum
eſt inter ſe ita diſſidere,vt alius alij bella & pugnam ciat:nec enim vera hæc ſunt, nec no-
bis conducibilia,qui ſi rempublicam conſeruare volumus,inteſtina bella,odia, & ſimula-
tiones turpiſſimas abiicere debemus,nec gigantum aduerſus deos pugnas, & heroum in
cognatos,adoleſcentibus explicandas iudico:ſed ſi aliquo modo poſſemus, nunquam ci-
uem ciui fuiſſe inimicum perſuaderemus.Hæc enim maximè adoleſcentibus, hæc viris
ſenioribus prædicanda:quare poëtæ cogendi etiam ſunt hæc carminibus ſuis edere. Sa- C
turni autem vincula,& Vulcani à patre proiectio, cùm auxilium pulſatæ matri afferret,
5 deorúmque pugnæ,quas Homerus conſcripſit,nullo modo audiēdæ.[5] Apertiſſimè igitur
Plato priſcorum fabulas & fabularum interpretationes contempſit:quod Romani intel-
ligentes,fabularum figmenta ſpreuerunt.Quod ab Halicarnaſſeo Dionyſio cognoſcere
poteris,qui in ſecundo vetuſtæ Romanorum hiſtoriæ res geſtas Romuli enarrans, ſenten-
tiam quoque illius viri de diis his verbis oſtendit.Non ignorauit,quia diligenter conditæ
leges,& de bonis rebus contentio,& militaris exercitatio optimam ciuitatem conſtituūt,
quarum rerum magnam curam adhibuit,à cultu deorum incipiens.Templa igitur,lucos,
aras,ſimulacra,formas & ſymbola,virtutes,beneficia,quæ à diis hominibus collata ſunt,
ceremonias ac ſaluberrimas ſolennitates,quibus dij culti gaudent,iuſticiam, & dies fe-
ſtos cæteráque cōſtituit,vt optimè Græcorum reipublicæ res Romana conferri poſſit.Fa- D
bulas autem quæ de diis traduntur,turpes atque inutiles exiſtimant, nec ſolùm diis, ſed
neque probis hominibus,dignas cunctas eiecit:ac perſuaſit,vt optimè de diis Romani &
exiſtiment,& loquātur:nullum enim opus immortali naturæ indignum illis attribuit. Ita
nec Cœlus à ſuis filiis virilia amputatur,nec à Saturno liberi ſui interficiuntur,nec Iupiter
in tartarum patrem coniicere,nec bella,nec vulnera,nec vincula,nec ſeruitus deorum a-
pud eos vlla dicitur:ſed nec ſolennis vnquam dies lugubri habitu agitur, quemadmodum
apud Græcos fletu & planctu Proſerpinæ ac Dionyſij paſſiones celebrantur: nec in-
ſpicere apud eos aliquis poterit, quamuis inopes iam omninò corrupti ſunt, furentes
& bacchantes viros ſimul atque fœminas in templis deorum pernoctare.Nec aliud quic-
quam monſtrum nefandum,ſed religioſè omnia,quæ ad deos pertinent & dicuntur & a-
guntur,adeò vt neque apud Græcos,neque apud Barbaros vſquam honeſtius iſta conſti- E
tuta ſint:& quod ego maximè mirari ſoleo, quamuis ex vniuerſo terrarum orbe in vr-
bem multi confluant,qui res ſacras patriis peragunt moribus,nihil tamen alienum publi-
cè ciuitas imitata inuenitur:quod multis aliis accidiſſe manifeſtum eſt. Verùm etiam ſi
deorum reſponſis,alienigena quædam ſacra ſuſcepta ſunt,omnia, eiecta fabularum gar-
rulitate, Romanis moribus peragantur. Sicut matri deorum ſacra quotannis victi-
mis, certaminibus, ex conſuetudine Romanorum fiunt: ſacerdos autem, vir & fœ-
mina ex Phrygia conſecratur: & vrbem, vt ſolent, tibiarum & tympanorum ſonitu
6 perluſtrant.[6] Sic piè ac religioſè Romana ciuitas,turpitudine fabularum omninò ſpre-
ta,deorum ceremonias peragit.Non autem ignoro, eſſe nonnullas fabulas apud Græcos
hominibus vtiles,quarum aliæ naturæ opus per mœrorem oſtendunt, aliæ conſolandi
gratia

A gratia fictæ,[7] plenæ vtilitatis sunt: quæ quamuis optimè sciam, tamen Romanorum theologiam multò præstantiorem duco, parua est enim illa fabularum vtilitas, nec multis prodesse potest, sed illis duntaxat, qui [8] causas rerum curiosius inuestigarunt, qui certè paucissimi sunt. Multitudo autem indoctior, ad peius solet huiusmodi orationem interpretari, & in horum alterum semper incurrit. Nam aut despicabiles deos ducit, siquidem eorum multi in magnis miseriis oppressi fuerunt, aut nihil turpe, aut iniquum deorum exemplis admonita putat. Quare illis solummodò relinquenda ista sunt, qui philosophiæ speculationibus [9] insudarunt.

(Right margin, beside the lines above: 7, 8, 9)

Scholia in Caput X.

QVæ fuerint Neotericorum Philosophorum σοφὰ φάρμακα, καὶ φυσικαὶ ἀλληγορίαι, *quibus impuram Ethnicorum matæologiam cohonestare conati sunt, initiò perstringit. Deinde Platonis de* B *eadem iudicium exponit. Postremò Romanis eam non satisfecisse, ideóque nec totam approbatam, nec ab eis receptam. Inde colligendum, rectè à fidelibus eam repudiatam doctrinam, quæ ne ipsis quidem Ethnicis satisfecit, monet noster Eusebius.*

1 Iuniores] *Quam mutantes recentiores quidam, heri & nuper enati, & rationabiliùs se philosophari gloriantes: hanc magis physicam historiæ de dijs opinionem introduxerunt.*

2 Priscorum] *Patrum errori mederi cupientes, fabulas illas accommodauerunt physicis contemplationibus & narrationibus.*

3 Composita] τὰ περὶ τούτων συγκρίματα καὶ ἀποτελέσματα.

4 Et fructus] *Et maturos terræ fructus, & alia sicci & humidi alimenti germina: quæ & ipsa tanquam vitæ corporeæ causas, Cererem, & Proserpinam, & Bacchum, &c. Et quæcunque sunt alia* C *his cognata appellationibus in deorum numerum retulerunt: violentum falsúmque fabularum ornatum & commendationem introducentes. Et hi quidem erubescentes maiorum theologiam, quas singuli excogitauerunt, commendationes* (σεμνολογίας) *verecundas, eas ad fabulas de dijs illustrandas adhibuerunt, nemine audente patrios ritus & superstitiones mouere loco. Antiquitatem enim hi magnifaciebant, & consuetam vsitatámque institutionem in pretio habebant. De vetustißimorum autem Ethnicorum superstitione hæc subijcit: His autem antiquiores, cum æquali virorum deificatione, etiam brutorum animantium deificationes ponebāt: quòd & ex ipsis vtilitas sit iuxta iam dictas causas. Et brutis animantibus æquales sacrarunt cultus, libaminibus & sacrificijs & mysticis ceremonijs, hymnis & cantilenis similiter. Deificatis autem viris & horum honores extollentes, eò malorum deuenerunt, vt propter excellentiam voluptatis intemperantis, pudenda ipsa & impudicos hominum affectus, diuinis honoribus coluerint. Nec est opus de his accuratum instituere sermonem, cùm Theologi ipsorum hæc explicarint. Obseruandum igitur quod maximè ipsi antiqui nihil præter historiam scientes, sed solis fabu-* D *lis animum attendentes, testificati sint. Sed quoniam semel cœpimus magnifica & secreta diuinorum philosophorum scrutari, agè & hæc considerabimus. Priusquàm autem horum explicationem aggrediar, visum est priùs significari horum admirandorum philosophorum de his ipsis rebus inter se dissensiones. Alij enim inaniter narrant, & cùm conferuntur quisque propriè dicit: nec enim inter se conuenientia de natura disserunt. Sed prudentiores omnia reiiciunt ex sua politia, non solùm indecoras diis narrationes, sed & earum explicationes exsibilant. Nonnunquam etiam metu pœnæ legitimæ fabulas mollius interpretantur. Quæ sequuntur Platonis verba è Timæo desumpta, cum Marsilij conuersione, sunt conferenda.*

5 Apertissimè] *Desunt hæc verba: Manifestè igitur philosophus, & veterum de diis fabulas, & quas in his contineri* φυσιολογίας *quidam suspicati sunt, fugiēdas esse docet. Et postea addit Eusebius: Quandoquidem & à suis reiectæ sunt. Vnde subit me admiratio cur veteres Romani omnes Græcorū* E *de diis physiologias, quas ineptas & inutiles, imò violentas & non cohærentes esse intelligebant, cum ipsis fabulis suæ Theologiæ ascripserint.*

6 *Desiderantur hæc verba: Imagines pectoribus imponentes, & tibia canentes sequentibus matris deorum carmina, & tympana pulsantes. Ex Romanis autem indigenis nemo vel cymbala pulsat, vel tibia ludens incedit per vrbem, variam indutus stolam, neque celebrans deam, neque Phrygiis ludis secundum legem aut senatusconsultum.*

7 Adde] *Alij autem perturbationes eximentes animis & timores, & opiniones auferentes non sanas.*

8 Causas rerum] τοὺς ἐξητακότας, ὧν ἕνεκα γίνεται.

9 Addenda] *In fine hæc de Romuli politia: In politia autem à Romulo constituta, hæc duxi commemoratione digna. De collatione autem præcipuorum philosophorum & antiquorum primorúmque*

apud Romanos gubernatorum, quid ſcilicet de Græcorum Theologia ſenſerint, hæc ſatis ſint: nullam recipientia phyſiologiam in fabulis de dijs: neque ſpecioſas & ſophiſticas præſtigias. Nos autem quandoquidem ſemel illa refutare cepimus, agè quid eorum interpretatio & ſpeculatio magnifici & diuini ferat ſecum, conſiderabimus. Nihil quidem ex nobis, omnia autem ex ipſorum voce afferentes, tanquam ab illis ipſis ipſorum propria rurſum diſcamus. Habes optime Lector ea quæ ſunt in libri ſecundi conuerſione à Trapezuntio omiſſa, quæ cum interpretibus Clementis, Plutarchi, Platonis & aliorum, quorum teſtimoniis vſus eſt Euſebius, conferre poteris. Diſputationum œconomiam in argumentis librorum reperies. A

ANACEPHALÆOSIS IN LIBRVM III.

EVSEBII CÆSARIENSIS DE PRÆparatione Euangelica. B

CVM fabulas Ethnicorum de dijs & eorum cultu, ſuperiore libro expoſuiſſet, & eas nō tantùm rationibus, ſed etiam Platonis & Romanorum ſententijs reprobatas, damnauiſſet: nunc in hoc tertio libro, clariſſimorum Philoſophorum allegorias phyſicas, quibus fabulas illas exornare conati ſunt, refutat Euſebius: partim vanitatem & turpitudinem fabularum, partim τὴν διαφωνίαν *cōmentorum allegoricorum, oſtendens. Si enim reuera illa turpia & flagitioſa facinora perpetrata ſunt à Ioue, Iunone, Baccho, Apolline, vt ſuperiùs dictum eſt, quî fieri poteſt, vt illa portenta ſignificent, calidam & ſiccam, humidam & frigidam virtutem, ebrietatem, medicinam & alia quædam? Ex Plutarchi libro* περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς δαιδάλων, *magnam huius primi capitis partem, deſumit Euſebius.* C *Cap. 2. Ex Diodoro Siculo, fabulas, de Iſide, Oſiride, Vulcano aliiſque monſtris, refert, ac Plutarchi de illis allegorica figmenta ſubiungit, eáque vaniſſima eſſe inde colligit, quòd inter homines & corpora cœleſtia & elementa nullum diſcrimen conſtituunt, & ſyderibus ea ſcelera tribuãt, quæ à ſceleſtiſſimis hominibus ſunt admiſſa. Porphyrium poſtea introducit, qui & aſtra pro dijs habita & exculta, & iuxta fatalem eorum motum & neceſſitatem, omnia in inferioribus corporibus fieri, affirmat: ſicut Manilius his verſiculis monet:*

> *Omniáque ad nutum cœli faciémque moueri,* D
> *Syderibus varijs mutantibus ordine fata.*

Hanc inſaniam ab abſurdo refutans Euſebius inquit: εἰ τοίνυν εἰς μόνον τὰ ὁρώμενα τοῦ κόσμου στοιχεῖα, καὶ οὐδὲν εἰς ἀσωμάτους, καὶ ζώσας οὐσίας ἡρμήνευται τοῖς αἰγυπτίοις, τὰ δὲ στοιχεῖα καὶ πάντα τὰ ὁρατὰ σώματα, τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἄψυχα καὶ ἄλογα, ῥευστά τε τὴν φύσιν, καὶ φθαρτὰ καθέστηκε, θεὰ εἰς οἷα αὐτῶν πάλιν πέπτωκεν ἡ θεολογία, τὴν ἄψυχον οὐσίαν, καὶ τὰ νεκρὰ καὶ ἄψυχα σώματα θειάζουσα, μάλιστα ὅτε εἰς ἀσωμάτους καὶ νοερὰς οὐσίας οὐδὲν αὐτοῖς ἀνεφέρετο. οὐδὲ ἐπὶ νοῦν καὶ λόγον δημιουργικὸν τῶν ὅλων. *Eiuſdem Porphyrij futile argumentum: Animæ cōmunes ſunt hominibus & brutis. Ergo etiam belluæ ſunt adorandæ, refutat Euſebius, partim vt erat æquum* τῷ ἐξουθενισμῷ, *partim* τῇ συμπαθείᾳ *erga Ethnicos excæcatos, partim* τῇ δοξολογίᾳ, *cùm deum celebrat qui nos è tenebris in lucem cognitionis Chriſti duxit.* E *Cap. 3. Neotericorum fabuloſas narrationes, & allegoricas de diis, de virtute terreſtri, de virtute aquarum, prolixè recenſet & conuellit. Poſtremo capite docet, vnam eſſe æternam mentem architectatricem & gubernatricem vniuerſorum. Refutat diligenter Græcæ matæologiæ partes quaſdam, ac pugnantia continere dogmata (quod certum vanitatis argumentum eſt) monet. Euangelicæ doctrinæ profeſſioni acceptum refert, quòd fideles à ſuperſtitione & impietate Ethniciſmi liberati, Chriſtum crucifixum agnouiſſent, & confiterentur tanto ſtudio. Tandem in fine capitis Ethnicorum deorum oraculis, Ethnica idola refutat & ridet. Cætera in Scholijs annotata ſunt.*

De

A *De honestiore & naturali theologia Græcorum.* Cap. I.

SAnè quidem Philosophorum primi & vetustissimi Romanorum, de
Græcorum theologia iudicarunt, qui physiologiam fabularum apertissi-
mè repulerunt.[1] Nos autem, quoniam ad redargutionem illorum produ- 1
cti sumus, age iam interpretationes ac allegorias suas, quàm friuolæ atque
indignæ sint, inspiciamus, nihil nostri afferentes: sed illorũ ipsorum pro-
ductis auctoribus, ab ipsis sublimem [2] hanc theologiam perdiscamus. 2
Verùm cùm [3] aliter alij dixerunt, & vnusquisque inuenta sua vera esse contendat, satis erit 3
si quæ clarioribus Græcorum philosophis [4] visa sunt, proposuerimus. Primus igitur Che- 4
ronensis adducatur Plutarchus, qui fabulas peruertens, mysticam in eis theologiam late-
B re contendit, quam veluti à deorum inducens penetralibus, non mortalem virum, vt [5] fa- 5
bulæ volunt, sed temulentiam per Dionysium significare ostendere conatur: Iunonem
verò, nuptialem viri ac fœminæ coniunctionem, deinde quasi oblitus paulo pòst terram
per Iunonem ostendi voluit. Latonam verò obliuionem ac noctem esse, & rursus Lato-
nam ac Iunonem eandem esse putat. Iupiter autem, pro ætherea virtute accipitur. Quid
hæc mihi perstringuntur, cùm liceat ipsum audire, sicut ait in libro quem de Plateensibus
Dędalis inscripsit, arcana pandentem theologiæ sacraria his verbis: Prisca quidem tam a-
pud Græcos, quàm apud Barbaros theologia naturalis erat fabulis inuoluta, occultè ac
mysticè veritatem doctis subaperiens, [6] quod carminibus Orphei & Ægyptiorum sacris 6
& Phrygia doctrina comprobatur: maximè autem [7] orgia & immolationes, & quæ sym- 7
bolicè in sacris geruntur, [8] fabularum sensum aperiunt.[9] Nam qui Iunoni sacrificant, 8
C bilem in sacris non adhibent, sed iuxta aram infodiunt. Nam quoniam viri ac mulieris 9
coniunctam significant vitam, ea re ostenditur, absque ira & odio & amaritudine, matri- 10
monium esse oportere, quod [10] significatiuum docendi genus in omnibus fabulis est. Ita *Naturalis*
cùm Iunonem adhuc virginem ab Eubœa insula, vbi educata fuit, furtim à Ioue ablatam *philosophia.*
ferunt, & huc deportatam: opacum eis thalamum Cytherone exhibente, ac [11] Macridem 11
Iunonis nutricem ab eo scrutari prohibitam: quia Iupiter in illis locis cum Latona quie-
sceret, vnde postea grato animo Iuno easdem aras atque templa cum Latona voluit habe-
re. Itaque vt etiam Latona nocturna appelletur, apertè tam rebus, quàm Latonæ Noctur-
næque hominibus occultum, latens & tenebrosum diuinarum rerum significatur. Alij
autem quia ibi latuit Iuno, Nocturnam dicunt Latonam appellatam primùm fuisse: dein-
de, re iam [12] aperta, Nuptialem. Qui autem naturæ secreta subtilius per fabulas inuestigãt 12
D hoc pacto Iunonis atque Latonæ potestatem coniungunt. Iuno enim terra est, Latona ve- *Noctis de-*
rò nox. Obliuio enim, quam verbum hoc Græcè significat, in nocte fit propter somnum. *scriptio.*
Nox porrò nihil aliud est, quàm terræ totius [13] vmbra, quæ radios solares eripiens, atrum 13
atque obscurum aera reddit. Quod autem non alia est Iuno, quàm Latona, inde profectò
patet, quia Dianam Latonæ filiam omnes asserunt, quam & Lucinam appellant, nomina
igitur hæc duo sunt vni deæ imposita. Præterea Apollinem Latona, Martem Iuno pepe-
rit. Apollinis autem atque Martis eandem esse virtutem, apertissimum est. Mars enim
ἄρης græcè appellatur. quòd ὡς ἀμύγων, auxilium pugna oppressis afferre significat. Apol-
lo verò vocatur ὡς ἀπαλλάττων καὶ ἀπολύων, id est, quòd ab ægrotationibus homines soluat
atque liberet.[14] quamobrem ardentissimas etiam stellas, Solem Apollinem, & (πυροειδὴς 14
quandam stellam) nomine Martis appellatam. nec absque causa eandem deam Nu-
ptialem, & Lucinæ atque Solis matrem putarunt: matrimonij namque finis, procreatio
E est, quia γένεσις nihil aliud est, quàm à tenebris ad Solis lumina progressio. Vnde poeta:[15] 15
Cùm Lucina inquit, illum in lumen adduxit, tum Solis cernere quiuit fulgorẽ. Primùm
enim à dolore partus liberari per Lucinam, deinde aspici solem, qui generationis finis est,
ostendere voluit. Sed non est ab re, peruulgatissimam quoque fabulam enarrare. Dicitur
enim Iunone irata, diffidentéque ab eo,[16] mœstus ea de causa nimium fuisse Iupiter, quam 16
Alalcomenes indigena docuit, vt alteram decepta Iunone ducere simularet, ita [17] con- 17
silio eius ex quercu, simulachro mulieris confecto, quod Dædalam appellarunt, nuptias
præparare fingebant. Nymphæ igitur Tritonides, & vniuersa Bœotia confluebat: quibus
rebus Iunonem commotam, à Cytherone descendisse, & Plateensium multitudine mu-
lierum sequente, ira & zelotypia flagrantem ad Iouem peruenisse: simulationéque pate-
facta, summa cum lætitia reconciliatam fuisse: honorem autem simulachro hoc tantum

exhibuiſſet, vt Dædala diem feſtum inſtituerit.quod tamen ex zelotypia, quamuis omni A
anima expers eſſet,cremauit. Huius fabulæ talis ratio eſt,Iunonis ac Iouis bella & diſſidia
nihil aliud quàm elementorum intemperiem ſignificant: quæ, niſi certis proportionibus
contemperentur, natura rerum ſoluta, magnam perniciem afferunt. Si ergo Iupiter, id
eſt, calida virtus ac ignea nimium excęſſerit, ſiccitate omnia pereunt. Sin verò Iuno humida, ſcilicet & ventoſa natura, Iouem aſpernata ſuperauerit, magna vis pluuiæ delata,
diluuio cuncta vaſtauit. quod illis temporibus factum, Bœotiam maximè regionem proluit, quæ multitudine aquarum tecta fuiſſe dicitur. Quarum quamprimum tempeſtate
tranſacta, terræ apparuerunt, deorum reconciliatio facta fingitur. Prima verò arborum
omnium quercus effloruit, quæ non modò piis hominibus, vt Heſiodus ait, verumetiam
diluuij reliquiis opitulata eſt, cùm glandes ramalia ferant, & apes cum tegat truncus.
His Plutarchus apertiſſimè nos docuit,mirabilem etiam illam & myſticam Græcæ theologiæ rationem, nihil magni nec dignum philoſophia continere. Audiſti quippe,per Iu- B
18 nonem modò [18] matrimonium, modò terram, modò humidam ſignificare ſubſtantiam.
Didiciſti, Dionyſium nihil aliud quàm temulentiam eſſe, Latonam noctem, Apollinem
Solem,ipſum denique Iouem calidam virtutem atque igneam. Turpitudini ergo fabularum acceſſit, vt ſecretior hæc & myſtica theologia, non ad diuinas quaſdam & cœleſtes
virtutes, nec ad rationales & incorporales ſubſtantias conducat:ſed rurſus temulentiam
& nuptiarum opera,& ægritudines hominum deducat: & quod honeſtiſſimum in ea eſt,
19 ad terram, ignem,ſolem,reliquáſque huiuſmodi partes orbis terminetur, nec vltra hæc [19]
20 quicquam efferat.quod etiam [20] Plato non ignorauit, qui in eo libro, quem Cratylum inſcripſit, nihil vltra viſibiles mundi partes priſcos Græcorum cognouiſſe, & ſtellas dictas
putaſſe aſſerit.Verba eius hæc ſunt.Vetuſtiſſimos Græcorum,Cœlum,Stellas,Solem,Lunam,Terram,& quæ nunc etiam multi Barbarorum colunt,deos putaſſe, manifeſtum eſt C
huiuſmodi quidem Græca ſunt.

Scholia in Caput 1. Lib. 3.

EX *ſententia Plutarchi Cheronæi,diſputat in hoc capite Euſebius noſter,* περὶ τῆς ἑλλήνων φυσικῆς θεολογίας, *& eam vanitatis & turpitudinis cauſa refutandam & fugiendam docet, ſicut in huius capitis* συνόψει *indicauimus. Supereſt vt lacunulas ſuppleamus, & obſcurioribus lucem inferamus.*

1 Repulerunt.] *Adde hæc:* οὐδαμῶς φυσιολογίας ἐν τοῖς περὶ θεῶν μύθοις παραδεδομένα. οὐδέ γε τὰς σεμνοφανεῖς καὶ σοφιστικὰς τεθρείας. *Negat, fabulas de diis, continere doctrinam de principiis & naturæ ſecretis,&* τὰς σεμνοφανεῖς,*ſed mendaces,eorum commendationes recipiendas eſſe. Quid ad hæc dicent,qui ex Troiani belli ſcriptore,non tantùm quid pulchrũ & vtile ſit, ſed etiam* φυσιολογίαν *&* θεολογίαν *petunt?* D

2 Sublimem hanc] τὰ αὐτῶν σεμνὰ καὶ ἀπόῤῥητα καταμάθωμεν.

3 Alij aliter] μυρίοις μὲν οὖν καὶ ἄλλοις τῶν φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλομένων, πολὺς περὶ τούτων εἴρηται πόνος, διαφόρους, τὰς αὐτῶν εὑρεσιλογίας πεποιημένων. *Exemplũ contẽtionis & varietatis ingeniorum & cõmentorum, cum in falſi (quod multiplex &* αὐτιολογίας *plenũ eſſe ſolet) aſſertione,* τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα, *ſpecimen induſtriæ exhibere contendit.*

4 Philoſophis] *Omiſit hæc eorundem elogia Interpres: Et qui omnibus noti philoſophis, ac laudem non paruam in philoſophia à Græcis tulerunt, quæ ob eam cauſam obſeruãda videntur, quia multum refert ſcire qui fuerint eiuſmodi dogmatum aſſertores præcipui.*

5 Fabulæ] P*lutarchi & aliorum narrationes: quas præcedens liber complectitur, ipſius* P*lutarchi* μυστικωδεστέρας θεολογίας, *referens, refutat, vt manifeſta ſit vanitas ex contradictione.Græca paulò aliter habent,quàm verſio Trapezuntij:Bacchum inquit Ebrietatẽ eſſe,non etiam mortalem virum ab hiſtoria libri ſuperioris deſignatum.Ridet* Plutarchum *& ſibi & aliis mirificè contradicentem,in Sophiſtica commendatione Ethnicæ inſaniæ.* E

6 Subaperiens] *Non video vnde ſumpſerit quædam noſter interpres. Hæc autem non habet: Ea quæ loquuntur (vt Orphei carmina) ijs quæ tacentur clariora vulgo ſunt: & quæ tacentur (ea poſtea explicans vocat, quæ fiunt ſymbolicè in ſacrificiis) loquentibus eſſe magis ſuſpecta,clarum eſt id ex Orphei carminibus & Aegyptiacis & Phrygiis libris.Hæc poſtrema ideo adieci ne quis ex poſtremæ partis verſione,diuerſitatem aliquam colligat.*

7 Orgia] οἱ περὶ τὰς τελετὰς ὀργιασμοί.

8 Fabularum ſenſum] τὴν τῶν παλαιῶν ἐμφαίνει διάνοιαν: *Mentem veterum declarant, &*

quid

A *quid sibi istis fabulis voluerint, indicant.*

9 *Ea quæ sint digna cognitu, adscribemus: Exempli gratia, ne longiùs à proposito aberremus, non par putant, neque volunt communitatem esse Iunoni cum Baccho. Cauent autem ne sacro commisceantur, & Athenis sacerdotes ait si sibi obuiæ sint, compellare se mutuò. Neque omnino hæderam in Iunonis templum inferri, non propter fabulosam & nugatoriam illam zelotypiam: sed quia nuptialis dea est & sponsorum præses: Indecorum autem sponsis est inebriari & nuptiis minimè aptum, vt inquit Plato Nam meri potus turbat animam & corpora: vnde seminata & concepta quæ sunt, imbecilla & erratica fiunt. Hæc vtinam multi nostra memoria cogitent, nunciúmque crapulæ mittant, agnoscentes quàm turpe, noxium, Deorúmque inuisum sit hoc malum.*

10 Significatiuum docendi] τοῦτο δὴ τὸ συμβολικὸν εἶδος, ἐν τοῖς λόγοις καὶ μύθοις μᾶλλόν ἐστιν.

B 11 Fabulam de Macride] *Plutarchus in hunc modum exponit: Veniente autem Macride quæsitum, (erat autem Iunonis nutrix) & volente inuestigare: non passus est in Cithærone negotium facessere, aut locum adire, quòd Iupiter illic cum Latona quiesceret & commoraretur. Abeunte autem Macride, sic tum quidem latuisse Iunonem, postridie autem Latonæ gratiam agentem, eiusdem aëre & templi societate illam honorasse. Ita vt Latonæ latenti sacrificetur. Quidam etiam nocturnam vocant. Significatur autem in vtroque nomine, latens aliquid & occultum. O scelere & impuritate plenas fabulas, & prorsus indignas quas legant castæ mentes, ne dum quas Plutarchus scriptor grauis probet. Sanè non adiecissem eas, nisi Eusebius produxisset easdem in lucem.*

12 Re iam aperta] *Cùm autem nuptiæ innotuissent, & circa Cithæronem primùm coniunctio eorum patefacta esset, Iunonem perfectam & nuptialem fuisse appellatam.*

13 Terræ totius vmbra] *habent: Nox autem nihil est aliud, quàm vmbra terræ. Nam cùm occidenti*

C *propinqua, Solem occultauerit, diffusa aërem offuscat. Et hoc est defectus ille quo offenditur plena Luna, cum Luna circumgyrata, vmbra terræ tanget & offuscabit lumen.*

14 Quamobrem ardentissimas etiam stellas] *Quamobrem maximè ignea stella & clarissima Sol, Apollo vocatur. Sed similis, Mars nominatur.*

15 Cum lucina] *Sed postquàm hunc difficulter pariens Lucina*
Produxit in lucem & Solis vidit lumen.

Hexametron hoc distichon, cui auctori sit adscribendum me fugit. Porrò, ecquid finitio γενέσεως *quæ affirmat esse* τὴν εἰς ἥλιον καὶ φῶς ἐκ σκότους πορείαν, *sit perfecta, Medici & Physici iudicabũt. Quæ sequuntur duos istos versiculos non vertit noster Trapezuntius, illa videlicet: Rectè Poeta præpositione compositionem elisit: significans difficultatem partus. Finem autem partus fecit, Solem videre. Igitur eadem dea fecit vt nuptiæ coirent, vt generationem conficeret. Postea subiicit Plutarchus* τὸν ἀνηθέστερον μῦθον, *de Iouis & Iunonis vagis libidinibus.*

D 16 Ab eo] *Omisit Interpres dissidij inter impurum Iouem & scelestam Iunonem, incommoda: Nõ amplius illi obsequi voluisse, sed se occultasse: Vnde cùm, quid ageret ignarus, oberraret, in Alalcomenem indigenam incidit, impurum, stultúmque monstrum verius quàm numen, dignum cui lena ad eum modum insultet.*

17 Ita consilio] *Potius ope adiutus: Adiuuante autem Alalcomene, clàm secuisse latam & pulchram quercum, & figurasse eam ac vestiisse nuptialiter, appellasséque Dædalam. Sic deinde Hymenæum cecinisse. Postea sequitur nuptialis Ode, quam vertit Interpres his exceptis: Lauacra autem ferre Tritonides nymphas. Tibias autem & iocos Bœotiam præbuisse. Hanc fabulam Plutarchus postea detorquet, ad explicandam,* τὴν τῶν στοιχείων δυσκρασίαν, *quam aptè autem & verè, ostendit Eusebius in fine capitis. Ex istis tamen fabulis colligo, cataclysim: de quo Moses scribit, memoriam non fuisse prorsus in animis Ethnicorum obliteratam.*

E 18 Matrimonium] *Adde hæc:* καὶ τὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσιν δηλοῦσαν. *Monstrata* τῇ διαφωνίᾳ *matæologiæ, refutat eam* τῷ ἐξουθενισμῷ καὶ ἐλέγχῳ, *ac nihil aliud fuiße monstrat, quàm vanißimum ingeniorum ociosorum & impiorum lusum.*

19 Vltra hæc quicquam afferat] καὶ πλέον θεοποιοῦσα οὐδὲν, *& nihil aliud in deorum numerum referens, quàm scilicet vel Elementa & creaturas, vel ἀνθρώπεια πάθη, de quibus Paulus consulendus est, Rom. 1. Gal. 5. Eph. 2.*

20 Platonis in Cratylo verba] *Eusebius propositurus, præmittit ista:* μόνους δὲ θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν οὐρανῷ φωστῆρας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν φαινομένων νομίσαι.

De mystica & naturali theologia Aegyptiorum Cap. II. A

NVnc Aegyptiorum mysticam theologiam, quæ multo vetustior fuit, videamus, Osirim & Isim, & Solem & Lunam, esse aiunt: Iouem spiritum, qui per omnia transeat, Vulcanum ignem, Terram Cererem, Oceanum humiditatē, ac Nilum fluuium asserunt, cui deorum generationem attribuunt. Aërem Mineruam appellarunt. Hos quinque deos, aëra dico, aquam, ignem, terram & spiritum per vniuersum orbem transire contendunt, & in varias formas hominum atque animalium cōmutari, quorum cognomines apud se homines floruisse, Solem, Saturnum, Opim. Præterea Iouem, Iunonē, Vulcanum & Vestam, quæ omnia Manethus latiùs scripsit. Compendiosiùs autem Diodorus his verbis: Osiris & Isis, Sol & Luna, secūdum Aegyptios sunt, à quibus trinis temporibus, vere, æstate, ac hyeme, inuisibili modo circumductis, mundus gubernatur, & omnia nascuntur, alūtur, & augentur. Tempora quamuis inter se aduersentur, mirabili tamen concordia annum conficere. Horum autem deorū, alter ignis & spiritus, alter humidi & sicci, vterque verò aëris B
naturam producere dicitur, quibus omnia & oriuntur & conseruantur, ita totum quidem corpus naturæ omnium ex Sole ac Luna originem trahere. Partes autem horum quatuor
1 illas esse, spiritum videlicet, ignem, siccum, humidum & aërium [1] Aegyptiorum lingua posuerunt: & spiritum quidem (diligenti ad latinam linguam interpretatione) Iouem ap-
2 pellare possumus, qui cùm in animalibus ipsius, vt ita dicam, [2] animalitatis causa sit, quasi parentem aliquem rerum omniū esse putarunt. quibus maximus poëta quoque omnium qui apud Græcos fuerunt attestatur de Ioue dicens:

Pater hominúmque deorúmque:

Terra cunctorū mater

Ignem verò Vulcanum appellarunt, magnum deum esse putantes, permultúmque ad [3] generationem atque crementum conferre. Terram porrò quasi vas aliquod atque recepta- C
3 culum eorum quæ oriuntur existimantes, matrem nominauerunt, [4] cui rei Orpheus con-
4 sentit, dicens: Terra mater cunctis diuésque Ceres. Humidum autem Oceanum dixisse
5 veteres dicuntur: [5] quamuis verbum expressum latinè, deliciarum matrem significat: O-
6 ceanum autem nonnulli Græcorum designare putarunt. Vnde poëta quoque cecinit: [6]

Oceanus generatio diuûm.

Vrbes in Aegypto plurimæ.

Ægyptij autem Nilum fluuium esse Oceanum contēdunt, cui & deorum generationem attribuunt. Plures enim vrbes in sola Ægypto, quàm in reliquo terrarum orbe fuisse aiunt à priscis diis, [7] Ioue videlicet, Sole, Mercurio, Apolline, Pane, Lucina, aliisque quàmplu-
7 ribus conditas. Aëra Mineruam appellarunt, & filiam Iouis ac virginem putarunt: nam & incorruptibilem aiunt esse natura, & extremum vniuersi locum obtinere contendunt.

Aer Minerua.

Quapropter à vertice Iouis fabulosè nata fuisse Minerua traditur, Tritoniam verò appellatam, quoniam ter in annuo spacio, vere, æstate, hyeme eius natura cōmutatur. γλαυκώπιν D
id est, glaucoculam vocari contendunt, non quia, vt nonnulli Græci putarunt, glaucos habeat oculos, quod nomen ipsum denotare videtur (insaniunt enim qui sic putant) sed
8 [8] quoniam aër visum animalibus præbeat. Asserunt autem hos quinque deos totum or-
9 bem peragrare, & hominibus in sacratorum animalium formis [9] apparere, & poëta ab Æ-
10 gyptorum sacerdotibus acceptum, verum esse his verbis attestatur: [10] Peregrini, inquit, dij similes virorum vrbes ingrediuntur, æquitatem ferentes. Equidem de cœlestibus diis, quorum æterna generatio est, Ægyptij asserunt, hæc alios deinde terrenos & mortales ex
11 his [11] propter beneficia, quæ communiter omnibus contulerunt, ad immortalitatem trans-

Αἱ τῶν θεῶν ἀποδημίαι

latos: quorum aliqui cœlestibus diis cognomines fuerunt, Sol scilicet, Saturnus, Rhea, Iupiter, quem nonnulli Hammonem appellāt, ad hæc Iunonem, Vulcanum, Vestam, & extremum Mercurium: primúmque omnium Solem in Ægypto regnasse [11]. Hæc Diodorus. E
12 Plutarchus autem in libro quem de Iside inscripsit, his verbis vtitur: Sed quasi ab alio initio plurimorum atque rudiū sententiā cōsideremus, qui dicunt sic, Aegyptios Osirim Nilum fluuiū esse putare, Isidi terræ matrimonio coniunctū, Typhona verò mari, in quod incidens Nilus, submergitur: quemadmodū Græci Saturnū tēpus, Iunonē aëra, Vulcani ve-
13 rò generationē aëris mutationē in ignē esse arbitrantur. His dictis, rursus fabulas [13] ad dæmones refert, & aliter atque aliter interpretatur. Operæpreciū autē est, ab his sciscitari, v-

Eusebij ἐρώτημα.

trum simulacra hæc, & simulacrorū figuræ dæmonū, an ignis, aëris, terræ, aquæ aut virorū
14 & mulierū, brutorūque animaliū formas ostendāt. Nam [14] quoniā cœlestium cognomines mortales extiterūt, vt ipsi aiunt, quos in numerum deorū trāslatos existimāt, cœlestiúmne formas in simulacris imprimunt, an quod ipse visus ostēdit mortaliū hominū? Quod si ipsi

respondere

A dere recuſent, res tamen per ſe magna voce clamant, mortales fuiſſe omnes, quorum ſimulacra conſtituuntur. Plutarchus enim in libro de Iſide, vel qualitatem corporum deſcribit, ſic dicens: Ægyptiorum [15] hiſtoria, flaui corporis fuiſſe Typhona tradidit, Martem 15
albi, ſubnigri Oſirim. Hæc Plutarchus, [16] Mortales ergo dij illi fuerunt, & interpretatio fa- 16
bularum periit vniuerſa. Quid enim neceſſe fuit hominum formas elementis accommodare, cùm etiam abſque his colere ea potuerint? vtris autem hæ appellationes inditæ primùm fuerunt? vtrum Vulcanus, Minerua, Iupiter, Neptunus, Iuno, vno nomine de elementis primò, deinde de hominibus æquiuocè, an econtrà, hominibus primum impoſita ad elementa nominarunt? [17] Præterea hymni, cantus, & arcana deorum myſteria, vtrum
elementorum aut mortalium hominum ſymbolis peraguntur? errores autem, temulen- 17
tiam, amores, mulieres raptas, & viros inſidiis conuolutos milléque huiuſmodi [18] dede- 18
B cora, quomodo elementis accommodari potuerunt? Apertè igitur ex his omnibus mirabilis & generoſa phyſiologia, nihil veritatis habere oſtenditur. Sed audi quæſo, quæ Porphyrius etiam in epiſtola ad Anebum quendam Ægyptium, de iſtis ſcripſit: Cheremo enim, inquit, & alij omnes, nihil aliud præter viſibilia putant, Ægyptiorum rationem ad vnguem ſecuti, qui nullos alios deos præter erraticas ſtellas & ſigna, quæ orbem replent obliquum: [19] fixáſque ſtellas, quæ oriri atque occidere cum his dicuntur, deos exiſtima- 19
runt: quarum partes aliæ, aliis erraticis attributæ ſunt: aſcendentem quoque particulam ac dominos eius, quos validos appellant, quorum nomina & poteſtates in libris Almenichiacis ſcripta ſunt: vbi [20] ortus etiam & occaſus, & futurorum diuinatio continetur. 20
Vidit enim Cheremo Solem ab Aegyptiis vt creatorem cultum: nec ignorauit, omnia quæ de Oſiride & Iſide dicuntur, omnéſque fabulas ſacras, aut ad ſtellas, & ortus
C & occaſus earum, præterea progreſſus atque regreſſus, aut decrementa crementáque Lunæ, aut ad ſolarem curſum, aut ad nocturnũ hemiſphærium, aut diurnum, aut ad fluuium Nilum, & omnino ad res cauſaſque naturales referri, nec vllam de incorporeis eos viuiſque ſubſtantiis facere mentionem. Vnde noſtra quoque omnia, neſcio quo inſolubili vinculo, à motu ſtellarum neceſſariò dependere arbitrantur, quam neceſſitatem [21] Fatum ap- 21
pellant. Sic omnia ſtellis attribuunt, quos ſolos deos & fatorum dominos exiſtimantes, ſacris & ſimulacris, reliquóque deorum cultu, propitios ſibi reddere conantur. [22] Sic præter 22
illa quæ in cœlo videntur, alios deos, Porphyrio etiam teſte, theologia Aegyptiorum non nouit: creatorem verò rerum omnium non intellectum, non incorpoream quandam ſubſtantiam, non virtutem quandam intellectiuam, ſed viſibilem hunc Solem arbitratur. Ad ſtellas igitur omnia refert, & cuncta fatis, id eſt, ſtellarum motui, & aſpectibus attribuit,
D quæ opinio vſque ad hæc tẽpora ab Aegyptiis tanquam vera defenditur. Quòd ſi hæc viſibilia elementa myſtica Aegyptiorum theologia deos putat, hæc autẽ omnia animæ atque rationis expertia ſunt, nec à corruptione omnino aliena, attende diligenter ad quantam turpitudinem ſublimis eorum theologia decidit, quæ vltra hæc nullum intellectum, nullam ſeparatam ſubſtantiam pro cauſa rerum cognouit. Verùm quoniam ipſi quoque concedunt, ab Aegyptiis in Græcos theologiam affluxiſſe, vnà cum Aegyptiis Græci etiam redarguũtur, ſed de his rebus idem Porphyrius huiuſmodi verba eo ſcripſit in libro, quem
de [23] Abſtinendo à carnibus animalium edidit. Atque hac [24] peritia, inquit, Aegyptij co- 23
gnitionem Dei profecti, cognouerunt non ad hominem ſolummodò Deum perueniſſe, 24
nec in hominibus animam ſolummodò habitaſſe, ſed eandem animalia omnia continere. Qua de re tam homines quàm belluas, ſerpentina ſimulátque volantia quædam in deos
E ſuſceperunt, & [25] alius apud eos Deus, hominis collum, faciem alius, aliúdque membrum 25
aliuſmodi gerit: & rurſus, aliud caput hominis, collum auis, cæteráque membra diuerſorum animalium conformia poſſidet: quibus ſignificant, deorum ſententia animalia com- *Leontopoli-*
plura, cùm inter ſe, tum maximè nobiſcum amicè viuere. Vnde leoni particula quædam *tes.*
Aegyptii dedicata leonina, alia verò quædam bouina, alia canina nominatur. Virtutem *Buſirites.*
enim quæ in omnibus eſt his animalibus, quæ à ſingulis deorum inuenta ſunt, colere ſta- *&c.*
tuerunt. Aquam verò atque ignem apprimè venerantur, & in omnibus ſacris adhibent, quia maxima ſalutis humanæ cauſa hęc pulcherrima elementa ſunt. Quare ad huncvſque diem quum ſanctiſſimum Serapidis templum aperitur, vniuerſus cultus igne atque aqua peragitur, nam qui dicat hymnos, aquam libat, & ignem tunc oſtendit, quando in veſtibulo fixus, Aegyptiorum lingua deum exſuſcitat. Ea verò animalia magis colunt quæ rebus ſacris magis [26] conueniunt: Nam & hominem apud Anubim oppidum adorant. Quare 26

quemadmodum ab humanis carnibus abſtinendum eſt, ſic ab aliorum etiam animalium. A
Hac illi cumulata ſapientia, & diuinarum rerum conſuetudine, quædam animalium magis quàm homines à diis intellexerunt amari, quæ Soli maximè conſecrata putant: quia natura eorum ſanguine & ſpiritu copioſiſsimo conſtet. Et poſt pauca. Scarabeum verò animal, ait, rerum diuinarum indocti abominabantur, quod Ægyptij ſummoperè venerantur, animatam ſolis effigiem eſſe putantes. Scarabeus autem omnis virilem ſexum habet, & ſpermate in ſtercus infuſo, pila deinde confecta, pedibus inuoluitur, veluti ſol cœlum & menſem lunarem expectat. Sic de ariete, de crocodilo, de vulture, Ibide, cæteriſque animalibus philoſophantur. Ita ex ſapientia & religione ad cultum animalium peruenerunt. Hæc de generoſa ſapientium Ægyptiorum theologia locupletiſsimus teſtis Porphyrius ſcripſit, quos aquam & ignem adorantes, & vnam rationabilium atque irrationabiliũ ſubſtantiam corporum & animæ dicentes, non iniuria in deorum numerum bruta Ægyptios B
accepiſſe affirmãt. Quomodo autem ſtultiſsimum non eſt, immanes belluas ideò vt deos venerari, quia ſimilem hominibus animam habeant? Nam ſi homines putant, humanos honores eis conferant: nunc autem feris, quas natura rationis expertes fingit, quáſque homines appellare non dignamur: non hominum honores, ſed ſummi omnium Regis, Deíque omnium conditoris primæ cauſæ & appellationem, & gloriam attribuunt? Ad hæc quare mirabilis Ægyptiorum ſapientia lupos, canes, leones veneratur, didicimus: nec ſcarabæi miracula & accipitris virtutẽ ignoramus. Non deridebimus ergo amplius hos deos, miſerebimur autem humanum genus, gratiáſque largitori bonorum Chriſto reddemus, qui nos à vetuſtiſsima iſta cæcitate, per euangelicam doctrinam ſuam liberauit. Iam enim ipſi etiam ferè omnes Ægyptij ab hoc morbo liberati, vero militant Deo. Habes iam ab-
27 ſolutam Ægyptiorum Græcorúmque theologiam, à quibus didiciſti, nihil [27] incorruptũ, C
eos coluiſſe. Concedatur autem eis, veram fabularum eſſe phyſiologiam, ſitque Sol, modò Apollo, modò Oſiris: & Luna, nunc Iſis, nunc Diana, & quæcunque alia dicere velint.
28 [28] Solem ergo ac Lunam, ſtellas quoque & reliquas mundi partes, quaſi deos adorare debemus: ita generoſa Græcorum ac Ægyptiorum theologia, ad ſublimiora nos perducere fabularum allegoriis pollicita, ad ſenſibile & viſibile Dei opificium rurſus deduxit: nec aliud quàm ignem & aquam, & partes mundi colere adhortata eſt per luminaria cœleſtia.
29 [29] Quomodo igitur Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Euangeliam mirabile non eſt, quo Solis
30 & Lunæ, totiúſque mundi creatorem decenti fide colere, nec elementa [30] corporum, nec
31 [31] viſibilia quædam, ſed eum, qui per hæc inuiſibiliter cognoſcitur, creantem intellectum ſolùm admirari, ſolúmque adorare didicimus, qui per omnia penetrans cùm ſit incorporalis, ſolo intellectu percipitur: imò verò ineffabilis & incomprehẽſibilis eſt. Panditur autem atque perſpicitur per ea, quæ facit, quæ producit, gubernat, conſeruat, omnibus inuiſibiliter aſsiſtens, non cœleſtibus ſolùm, verumetiam terreſtribus magnificentiam operũ ſuorum per hæc oſtendens, quæ illi deos putarunt. D

Scholia in Caput II.

Epitomen ματαιολογίας *Aegyptiacæ, ex Diodori libr. 1. Bibliotheca, capit. 2. pag. 8. adducit in quo loco notandum, quædam in Pogiana verſione latina extare, quæ in græco Codice non facilè reperias.*

1 Ægyptiorum lingua poſuerunt] *Non eſt in Græco, & quæ poſtea ſequuntur verba:* τῶν πρώτου διαλέκτῳ χρησαμένους διηρθρωμένῃ τῶν κατ᾽ αἴγυπτον ἀνθρώπων, *illis verbis non benè conueniunt. Lacunam autem quæ hoc loco occurrit, ita ſuppleuit Diodori interpres: Sicut verò in homine, caput, manus, pedes, aliæque partes numerantur, eodem modo & mundi corpus, ex partibus his conficicitur: quarum quæque exiſtimetur Deus, proprio nomine ab Aegyptijs à principio ſecundum cuiuſque naturam vocatus.* E

2 Animalitatis] ὃν αἴτιον ὄντα τοῦ ψυχικοῦ τοῖς ζῴοις.

3 Generationem] καὶ πολλὰ συμβάλλεσθαι πᾶσιν εἰς γένεσιν καὶ τελείαν αὔξησιν. *Hæc Philoſophi concilient, cum illa definitione animæ, qua eidem* αὔξησις *& alia tribuuntur.*

4 Adde illa quoque] καὶ τῶν Ἕλληνας δὲ ταύτην παραπλησίως δημήτραν καλεῖν. βραχὺ μετατεθείσης διὰ τὸν χρόνον τῆς λέξεως. τὸ γὰρ παλαιὸν ὀνομάζεσθαι γῆν μητέρα. *Porrò Orphei Monoſtichon, hexametrum & Spondaicum eſt:*

γῆ μήτηρ πάντων, δημήτηρ πλουτοδότειρα.

5 Quamuis] *Quod ſi interpreteris, Matrem cibi vel nutrimenti, ſignificat.*

Oceanus]

A 6 Oceanus] *Hexameter sic sonat.* ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τηθύν.

7 Iouem videlicet] *Argumento sunt nomina, clarissimarum in Aegypto ciuitatum, vt Diospolis, Heliopolis, Hermopolis & aliarum, de quibus Strabonem & eos qui vrbium nomina & descriptiones memoriæ mandauerunt, consulere licebit.*

8 Sed quoniã aër] *Causam, cur* γλαυκῶπις *dicta sit Minerua, exponit:* ἀπὸ τοῦ τὸν ἀέρα τὴν πρόσοψιν ἔχειν ἔγγλαυκον.

9 *Omisit de quinque illorum commentitiorum numinum,* τῇ ἀποδημίᾳ, *has eius mendacij particulas noster Interpres: Aliquando etiam in hominum formas & in aliorum quorundam mutari. Idque non esse fabulosum, sed possibile, si quidem hi sunt reuera qui omnia generant.*

10 Peregrini?] *Veteris poetæ* ἀδεσπότου, *versus producturus vice testimonij ita præfatur: Et Poetam in Aegyptum venientem, & participem factum à sacerdotibus harum doctrinarum, scripsisse ali-*
B *cubi in suo poemate id tanquam verum.*

Et dij hospitibus assimulati peregrinis
Vbique existentes, perambulant vrbes
Hominum, iniuriam & iustitiam inspicientes.

Fortassis hisce fabulis, Satan in Angelum lucis sese transformans, & Ethnicis excæcatis illudens, obscurare conatus est τὰς θεοφανείας, *de quibus in historia Patriarcharum, Prophetarum & Apostolorum, diuina scriptura agit.*

11 Propter beneficia] *Duas causas hominũ* τῆς ἀποθεώσεως *refert,* σύνεσιν, καὶ κοινὴν ἀνθρώπων ἐνεργεσίαν. *Vide quã sint homines non renati audaces, in fingendis cordiũ & manuũ idolis, exemplíque gratia deorum figulum Homerum tibi propone, & reipsa comperies tantam esse animalis hominis ad hæc figmenta excogitanda & ornanda propensionem, vt cùm ad* λογικὴν λατρείαν *sit prorsus emor-*
C *tuus, ad* πλυθείαν *& idololatriam idem sit promptissimus, & expeditissimus.*

12 Regnasse] ὁμώνυμον ὄντα τῷ κατ' οὐρανὸν ἄστρῳ.

13 Fabulas] *Adde* τῶν διηλουμένων θεῶν. *Et rectè,* τῷ χλευασμῷ, *commenta allegorica excipiens, ait:* καὶ πάλιν ἄλλως ἀποδίδωσι, καὶ αὖθις ἑτέρως ἀλληγορῶν. *Oportet iuxta prouerbium memores esse mendaces, & vbi semel patrocinium errorum susceperint.*

14 Nam quoniam] ἐπεὶ γὰρ καὶ πρὸς αὐτῶν συγκεχώρηται ὁμονύμους ἡλίῳ, καὶ τοῖς καθόλου στοιχείοις θνητούς τινας ἄνδρας γεγονέναι, καὶ τοὺς θεοὺς ἀνηγόρευσθαι.

15 Historia] *Illud de Mercurio omisit:* τὸν μὲν ἑρμῆν γαληάγκωνα, τὸν δὲ τυφῶνα τῇ χροιᾷ πυῤῥόν. *Et paulo pòst,* ὡς τῇ φύσει γεγονότας ἀνθρώπους.

16 Mortales] Νεκρῶν ἄρα ἡ πᾶσα αὐτῶν θεοποιία καθέστηκε.

17 Præterea] *Mysteria autem de singulis diis, & hymni, & cantilenæ, & sacrificia occulta, vtrum*
D *sunt vniuersalium elementorum, aut olim mortuorum hominum diis cognominum symbola?*

18 Dedecora] *Et sexcenta alia mortalia verè & turpia & indecora, quo pacto quis tribuat aliquis vniuersalibus elementis, cùm per se mortales & humanos affectus significent. Negat elementis adscribenda, quæ ab impurissimis humani generis monstris, nefariè perpetrata sunt. Paulo pòst hæc desunt in latino codice: Quæ nihil diuinum reuera afferat, coactam autem & falsam habet exteriorem grandiloquentiam.*

Quid in Porphyrij verbis præcipuè sit spectandum, docet ἀποσημείωσις. *Adhuc de Aegyptiorum physiologia, & quod omnem relationem transformatæ ipsorum speculationis, solùm ad apparentia in in cœlo astra, & ad aquam, & ignem, & reliquas mundi partes retulerunt.*

19 *Adde hæc verba. Et honores decanis & horoscopis & fortibus ducibus vt vocant, oblatos. Vnde quædam Interpres deprompserit, me fugit.*

E 20 *Vbi Omissum* καὶ θεραπείαι παθῶν.

21 Fatum] εἱμαρμένη. *De Fato digni memoria sunt versus:*

Ipsa etiam quamuis adamanti incisa ferunt̀ur,
Cùm petimus cedunt fata seuera Deo.
Nec Deus est numen Parcarum carcere clausum,
Quale putabatur Stoicus esse Deus.
Ipse potest Solis currus inhibere volantes,
Ipse velut scopulos flumina stare iubet.

22 *Adde hæc verba:* ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ τῆς δηλωθείσης ἐπιστολῆς κείσθω *&c. Postea* θεολογίαν *Aegyptiorum* ἐπίῤῥητον *vocat. Ac tum, præter illa quæ in cœlo videntur, præter quàm de cœli astris, quæ & erratica & non erratica vocantur, differebat Theologicè, & architectum vniuersi finxit, non quendam incorporeum, nec Verbum conditorem ac ne quidem Deum. Neque deos, neque intellectuales,*

& inconſpicuas poteſtates. A

23 De abſtinendo] *Titulus libelli Porphyriani eſt:* περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς,

24 Peritia] *Tribuit Aegyptiis* ἄσκησιν, καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον οἰκείωσιν, *ac vtriuſque beneficio profeciſſe eos in ſua matæologia fingit.*

25 *Alia eſt ſententia horum verborum. Aßimulatur enim aliquis apud ipſos vſque ad collum humanæ formæ. Faciem autem auis aut leonis aut alterius animalis habet. Et rurſus caput humanum & aliorum animantium partes, aliquando ſubiectæ, aliquando ſuperimpoſitæ. Per quæ ſignificant, quòd voluntate diuina & hæc mutuò ſibi communicant: & nobiſcum aluntur & cicurantur feræ beſtiæ non ſine diuina quadam voluntate. Vnde & leo à quibuſdam tanquam Deus colitur, & pars quædam Aegypti, quam vocant* νόμον, *cognomen habet Leontopolitenſe, alia Buſiritenſe, alia Cynopolitenſe.*

26 *Magis conueniunt, quibus plura ſacrificia offeruntur. Talia autem omnia animantia, nam & hominem colunt in Anubis vico, in quo & horum ſacrificatur, & in aris ſacrificia comburuntur, Ille autem paulò poſt comedit ſua propria, tãquam homini præparata. Sicut igitur ab homine abſtinendum: ita & ab aliis.* B

27 Nihil incorruptum] μηδὲν δὲ τῶν ἀληθῶς θείων, ἀσωμάτων τε καὶ νοερῶν οὐσιῶν ἐγνωρίζετο.

28 Μὴ γὰρ ἔσω ταῦτα θνητῶν αἰσθῶν, ἀλλ' αὐτῶν τῶν ἐπουρανίων φωστήρων σημαντικαὶ προσηγορίαι.

29 *Hæc adde,* ἴσω δὲ καὶ τὴν ὑγρὰν, καὶ τὴν ξηρὰν, καὶ τὴν σύγκρασιν τῶν σωμάτων θάλπουσα.

30 Corporum elementa] *Sententia verborum hæc eſt. Sed vitæ, victus, bonorúmque omnium promum & condum hymnis concelebrare: partes autem mundi viſibiles, & id omne quod ſenſu carnis comprehendi poteſt, & ex ipſis eſt quorum natura corruptioni obnoxia eſt, nequaquam pertimeſcere.* C

31 Nec viſibilia] *Solam autem in his omnibus inuiſibilem & vniuerſorum & ſingulorum artificem mentem admirari, & theologicè diſſerere de vnica ſolùm illa diſtribuentem & exornantem omnia diuinam potentiam, incorpoream exiſtentem & intellectiuam natura. Magis verò ineffabilem laudare & incomprehenſibilem, per omnia, per quæ etiam efficax eſt, apparentem, peruadentémque, incorporaliter & impermixtè omnia peragrantem, & per omnia non ſolùm cæleſtia, ſed & terreſtria & elementaria vniuerſim & ſigillatim, oſtendentem diuinitatis magnificentiam perpetuam, quæ omnibus & etiam nobis inſenſibiliter præſidet, & ineffabili prudentiæ ratione vniuerſum mundum gubernat. Hæc ſatis ſint demonſtraſſe ad refellendam inſtabilem erraticámque ſapiẽtiam vel theologiam, eius quæ fabuloſa dicitur, & eius quæ magnificentior & magis phyſica eſt, quam veteres Græci & Aegyptij magno faſtu nobis prodiderunt. Cætera quæ ſequuntur, Trapezuntius in capite tertio principio tranſtulit.* D

Quòd Iuniores noua quædam per fabulas excogitarunt. Cap. III.

VErùm & fabuloſa & myſtica illorum theologia rebus ipſis refutata, tempus iam eſt
1 horum etiam iuniorum[1] cogitationes inſpicere. Iſti enim qui modò philoſophantur,
2 quæ magno tempore poſt Platonem de[2] intelligentiis, & rerum creatore rectè inuenta ſunt, theologiæ priſcorum attribuere conati, maxima arrogantia fabulas laudant, quo-
3 rum phyſiologiam his verbis Porphyrius edidit:[3] Explanabo quibus fas eſt, procul hinc ab-
4 eſtote ſceleſti, quos etiam[4] vetuſti celare volentes, Deum & Dei virtutes per ſenſibiles ſignificarunt imagines, & ea quæ inuiſibilia ſunt, viſibilibus ſignificantes figuris & ſimulacris, quaſi ſacris literis magna myſteria tradiderunt. Non eſt autem mirandum, ſi ligna
5 & lapides à fatuis ſimulacra putantur.[5] Similiter enim etiam, qui literas neſciunt, librorum volumina, non aliud quàm pertextam putant papyrũ. Hoc exordio auditores præparauit. E
Audite igitur quæ progrediens ſcribit: Cùm igitur Deus lux ſit, & ignem æthereum habitet, nullóque ſenſu capi poſſit, lucida quidem materia, vt cryſtallo, parióue lapide,
6 [6] ad comprehendendum lumen ipſius exhortantur: auro autem ignis ille immaculatáque natura intelligitur. Multi verò nigris lapidibus, inuiſibile illius ſubſtantiæ ſignificarunt: hominis autem formam diis attribuerunt, quoniam Deus ratio eſt: pulchros fingunt, propter immarceſſibilem illam pulchritudinem: diuerſis præterea figuris & ætatibus, &
7 alios[7] ſedentes, alios ſtantes: mares alios, alias fœminas & virgines, aut matrimonio coniunctos, diuerſo quoque amictu ſimulacra conſtituunt, vt diuerſitas deorum non lateat. Vnde factum eſt vt omnia candida cœleſtibus diis attribuantur: pila & rotunda, omnia mundo, præcipuè Soli & Lunæ, quamuis nonnunquam ſpei atque etiam fortunæ.

Circulus

A Circulus autem & quæ circularia sunt seculo & motui cœlesti, & zonis ac circulis qui in cœlo esse intelliguntur. Circuli autem partes diuisis Lunæ figuris: pyramides verò & obeliscos ignis substantiæ & diis olympiis, hac ipsa de causa, ita communi quoque Soli, terræ cylindrum, sationi & generationi penem, & propter muliebrem sexum, figuram triangularem. Hæc magnus ille philosophus. Quid autem turpius, quàm obscœnitatem idolorum excusare? quid amentius, quàm auro & lapide, huiusmodique materia, diuinum lumen & cœlestem naturam significari putare? Quòd autem à iunioribus eæ cauillationes excogitatæ sunt, quas prisci ne somniis quidem viderunt, quibus ex auro & preciosa materia, imagines deorum fingere turpe videbatur, verba Plutarchi audias: Simulacrorum autem fictio, vetustissima quidem res est, quæ prisci ex ligno fingebāt. Siquidem ligneum erat, quod in Delo primum ab Erisichthone Apollini fuit consecratum. Ligneum etiam

Veterū philosophorum sententia de imaginibus Deorū, refutat Neotericos.

Plutarchi sententia.

Aurea aut argentea.

B Palladi ab indigenis constitutum, quod etiam nunc apud Athenienses inuenitur. Iunonis etiam simulacrum ex ligno apud Samios erat, vt Callimachus asserit. Sic enim, inquit, deos vetusti fingebant. Peras etiam ille, qui primus Argolicæ templum condidit, & Callithiam filiam suam antistitem consecrauit,[8] ex pyri trunco simulacrum Iunonis dicitur confirmasse. 8 Lapidem enim rem duram & inanem, in deorum effigiem cælare nolebant. Aurum verò atque argentum, infœcūdæ terræ atque infœlicis morbosos[9] colores esse putabant. 9 Ebore verò propter varietatem abusi sunt. Hæc Plutarchus. Plato verò magnis ante eum temporibus non decere ex auro & lapidibus, & ebore, aliáque materia inani deorum effigies fingere putans, sic in legibus præcepit: Terra inquit, & Vesta, sacra deorum est habitatio. ne igitur ex his, cæteris diis simulacra constituantur, aurum autem atque argentum cum in aliis vrbibus, tum in sacris inuidiosa possessio est,[10] ebur animam 10

C deposuit, ac ideò ad simulacra deorum ineptum est, æs & ferrum belli sunt instrumenta. His apertè refutatum esse Porphyrium puto, sed tamen reliqua etiam inspiciamus. Admiranda, inquit, est Græcorum sapientia, qui Iouem mundi mentem arbitrantes, quæ in seipsa mundum continens produxit. Sic à theologia Orphei profecti de eo tradiderunt.

[11] *Iupiter altitonans, ante omnia secula primus,* 11
Iupiter extremus, longa est post secula mundi,
Iupiter est summus vertex, atque infima planta.
Ipse æternum semper simul est, ac tutus vbique
Terra fundus.
Sydereæque domus rex est, & Iupiter ipse.
Principium atque ortus rerum, vis vna, deúsque.
D *Vnus & omnipotens, regali in corpore cuius*
Singula ponuntur: tellus, vnda, ignis, & aer.
Nox simul atque dies, sapientia primáque origo,
Ac iucundus amor. magno hæc in corpore regis
Sunt Iouis excelsi. ceruicem námque videbis
Cœli suspiciens renitentia magnáque tecta.
Hoc caput auricomum flaui de vertice crinis
Stellarum erutilant radij. dehinc aurea pandit
Cornua bina caput, capitísque simillima tauri.
Vnum est ortus, occasus aliud.
Ast oculi fulgens ingenti lumine Phœbus.
Lunáque purpureo Phœbi redimita colore,
E *Præscia venturi mens constat regius æther,*
Quam strepitus nullus, nec vis, nec fama latere
Arcanúmve potest, penetrátque per omnia victrix.
Præterea inuictum corpus sine fine, modóque
Panditur. Ast humeri magni sunt pectora lata,
Est aer, alas quoque venti possidet ille.
His ad cuncta volans, Euro est velocior ipso.
Tum sacer antiqua matre ex tellure tumescit
Venter, & ex altis consurgit montibus ingens.
Quem medio pontus succingit ritè sonorus.
Vltima præterea terrarum lumina, & ampli

Fundamenta globi, furibundáque tartara plantas A
Esse pedum magni constat rectoris olympi.
Hic dum sub terris cælasset cuncta, deinde
Eximiis repetens in lucem protulit almam.

Vniuersus igitur mundus Iupiter est, animal ex animalibus, Deus ex Diis constitutus. Iu-
piter autem est, in quantum intellectus est, à quo vniuersa producuntur, & qui cuncta
Iupiter qualis. creat intelligendo. Hoc igitur modo, theologis de Ioue sentientibus impossibile est, ta-
lem eius imaginem fingere qualem carmina descripserunt. Iouem igitur esse credendum
12 est [12] virtutem prouidentem atque viuificam, quam pila & rotundis figuris significabant.
13 Hominis verò simulacrum ei constituunt, quoniam mens est, [13] qua cuncta seminali ratio-
ne producit. Sedere autem fingitur, vt stabilis virtus, atque incommutabilis exprimatur.
14 Nuda apertáque habet superiora, quoniam conspicuus [14] intelligentiis & superioribus est. B
Inferiora verò teguntur, quia occultatur inferioribus creaturis. Sceptrum læua tenet,
15 quia in his corporis [15] spiritalissimum vitæ domicilium inuenitur. Creatiuus enim intel-
lectus, rex mundi est. Dextera verò aut aquilam protendit, aut victoriam: alteram, quia
cæterorum deorum dominus, quemadmodum aliarum auium aquila est: alterum, quia
omnia sibi subiecta sunt. Hæc Porphyrius. Non est autem ab re diligenter considerare,
quisnam Iupiter esse his carminibus affirmatur. Mihi enim non alius videtur, quàm hic
16 visibilis mundus [16] qui cœlo, æthere, aqua, terra, cæterísque partibus constat. Apertè nam-
que in ipsis dicitur: Regali in corpore cuius singula ponuntur, & quæ sint ista, declarat:
Tellus, vnda, ignis & aër, Nox simul atque dies, sapientia, primáque origo, ac iucundus
amor. Ad hæc adiicitur, mentem atque intellectum Iouis æthera esse, quod Stoici postea
secuti, substantiam, igneam mentem esse mundi, & Deum esse corpus: nec creatorem C
aliud esse, quàm virtutem igneam asseruerunt. Hæc enim à carminibus istis eos ac-
Mundus est animal magnum cepisse arbitror, *Præscia venturi mens constat regius æther.* His verbis manifestè, magnum
quoddam mundus esse animal, declaratur. Quod cùm Iouem appellauerit, æthe-
rem quidem mentem ipsius, corpus verò reliquas partes mundi, putauit. Sed huiusmodi
quidem carminum Iupiter, interpres autem carminum vniuersus mundus inquit, Iupiter
est animal, ex animalibus, Deus ex diis constitutus. Ita nullũ alium Iouem Deum quàm
hunc visibilem mundum significare voluit. Sic & Ægyptiorũ ratio, à quibus Orpheus ista
17 recepit, [17] mundum & partes eius Deum astruebat. alia deinde sententia à se adiecit crea-
18 torem omnium Deum, prouidentem [18] quendam intellectum esse affirmans, quomodo
enim separatum intellectũ in carminibus intelligi dicemus, quem poëta ille siue Orpheus
Thracius, siue alius, nunquam intellexit? Siue enim à priscis Græcis, siue ab Ægyptiis D
19 didicerat theologiam, nihil intelligibile atque incorporeum [19] tradi ab eis poterat. Siqui-
dem locupletissimus Plato testis est, qui in Cratilo clamat, vt diximus, priscos Græcos
eos duntaxat deos putasse, quos modo Barbari Solem, Lunam, stellas & cœlum. Sed Che-
remo quoque paulo antè à Porphyrio citatus, testimonium perhibebat, non aliud quàm
mundum quem videmus: nec alios deos ab Ægyptiis cultos, præterquàm Planetas & reli-
20 qua astra nec [20] quicquam ipsos de intelligibilibus & viuis substantiis intellexisse. Vnde
21 igitur [21] poëta ille Deum, qui super omnia est, vniuersi creatorem per ipsum vniuersum,
& partes eius mentem solummodò cognoscibilem, cognoscere potuit? Rei verò in-
corporeæ cognitionem vnde habuit? nec certè quicquam incorporeum ab eo præceptum
carminibus ostenditur. Creatiua enim mens nec pluribus est constituta partibus: nec cœ-
lum, sibi caput dici potest: nec ignis, aqua & terra, corpus ei conficiunt: nec oculi eius, Sol
22 atque Luna possunt affirmari. Quomodo autem humeros, pectora, terga & [22] mentem E
creatrix mens omnium habebit? aut quomodo æther, mẽs creatoris vniuersorum dici aut
fingi potest. Quod igitur hæc cauillatur, carminis huius interpres, neminem fugere po-
test? Ego verò in profundum impietatis incidisse arbitror eum, qui partes mũdi, partes
Dei putauit: & ausus est mundum & Deum eundem affirmare: & ad hæc quasi animam
23 [23] mundi esse intellectum, qui omnia creauit. [24] Non enim pium est, coniunctum mundo
24 creatorem, & animam corpori putare. Adesse autem ipsum vniuerso mundo prouidere ac
Ier. 23. gubernare, scriptura diuina docet. *An non impleo*, inquit Dominus, *ego cœlum & terram?*
Act. 17. Rursus: *Deus supra & in cœlo, & idem in terra est.* Et alibi: *In ipso viuimus & mouemur & su-*
Act. 7. *mus*, non tamen vt partes, nec sicut in mente animáque sua, sed si oportet [25] similitudine
25 vti, sacras literas audiamus, *Cœlum mihi sedes, terra verò scabellum pedum meorum*, clamantes.
[26] Con-

A [26] Considera igitur quantò meliùs & expressiùs hæc dicta sunt.Nam qui cœlum sedem ap- 26
pellat, terrámque scabellum, & vniuersum mundum prouidentiæ Dei subiecit,& super
omnia Deum esse significauit,quippe cùm neque scabellum, neque sedes corpus sedentis
appellari possint, nec partes eius. Qui verò cœlum caput Dei, & mentem eius æthera, &
partes mundi partes Dei asserunt, nec creatorem nec Deum cognouisse redarguuntur.
Non [27] enim ipse seipsum creabit: nec mens ipse poterit dici, cuius mens æther est. Quo-
modo enim Deus erit, cuius terra,& cætera corpora partes sunt res [28] corruptibiles & ab- 27
iectæ? Si verò mens Iouis nihil aliud quàm æther est, & si aër subtilissimus atque igneus 28
appellatur [29] æther (id enim vocabulum idémque ipsi significare arbitrãtur) súntque am- 29
bo hæc corpora, aër dico & æther: animaduerte quò mens Iouis iam cecidit: & cogita
quis non mente captus Deum appellabit eum, cui mens corpus quoddam insensatum est
B atque rationis expers. [30] Quare meritò theologia nostra negatiuè omnia hæc appellat, 30
quòd scilicet neque cœlum, neque æther, neque Sol & Luna, [31] nec stellarum fulgor, nec 31
vniuersus ipse mundus Deus sit,sed opera manuum eius. Quæ omnia parua quædam vilia
reperiuntur,non dico creatori, sed [32] intelligibilibus creaturis comparata, quas immorta- 32
les, & longè corporibus præstantiores,beatè apud Deum viuere arbitrantur. Probè igitur
de mundi partibus visibilibus hoc modo à scriptura docetur. *Videbo cœlos, opera digitorum*
tuorum, lunam & stellas, quas tu fundasti: &, [33] *opera manuum tuarum sunt cœli*. Et rursus: *Re-*
spicite in altitutinem oculis vestris, & considerate quis omnia ista monstrauit. Sed [34] agè, iam
Mundus opus manuũ Dei est. Psal.8. Psal.
reliqua perspiciamus. Impossibile est, inquit, talem eius imaginem fingere, [35] qualem 33
carmina descripserunt, & ideo ei simulacrum hominis constituerunt, [36] quoniam mens 34
est quæ cuncta seminali ratione producit: quomodo igitur si mundi, & spacium eius cæli, 35
C aëris, terræ, cæterarúmque huiusmodi imaginem, quam carmina descripserunt, fingere 36
impossibile est diuinæ mentis effigiem fabricati sunt? [37] Quod enim corpus intellectui di- 37
uino similitudinem habebit,cùm nec mentis humanæ imaginem habere posse cognosca-
tur? [38] humana enim mens incorporea est, atque simplex: corpus autem omne corruptibi- 38
le,atque compositum. Quare iure,rationalis atque immortalis anima & [39] intellectus,eius 39
imaginem & similitudinem Dei habere dicitur.Immaterialis enim & incorporea, intel-
lectualis rationalisque per essentiam est, virtutis & sapientiæ capax. [40] Quod si humanæ 40
animę atque mentis formam & effigiem fingere impossibile est,quoniam nec sensu perci-
pitur: quis adeò stultus erit, vt ligneum simulacrum ac effigiem Dei creatoris omnium
similitudinem habere arbitraretur? Natura enim diuina, omnem materiã, & omnia quæ
percipimus excedit, [41] mente solummodo ac sanctis animis intellecta. Figura verò Iouis,
Nulla effigies Deũ exprimere potest.
D quæ in simulacro conspicitur, mortalis viri effigies est, non quæ totum hominem,sed pe- 41
iorem eius partem imitata, expressit: nullum enim vitæ atque animæ vestigium ostendit.
Quomodo igitur vniuersi Deus, ménsque omnium creatrix ipse Iupiter erit, qui aut in
ære aut in emortuo ebore cernitur? aut quomodo pater Herculis est, qui ab Alcumena
natus esse dicitur, reliquorúmque heroum,qui [42] cùm homines fuerint mortales,suæ mor- 42
talitatis argumenta posterioribusnon pauca reliquerunt? Vt enim in primo libro probaui-
mus,vetustissimi Phœnicũ theologi Iouẽ Saturni filiũ,mortalẽ ex mortali,&ex Phœnicia
originẽ traxisse,affirmabãt. Hæc eadẽ Ægyptij nunquã [43] negarunt præterquam quod ab 43
Ægypto fuisse oriũdum contendũt.Cretenses quoq; [44] suum fuisse Iouẽ asserẽtes,sepulcrũ 44
eius magnificè constructũ,apud se ostendũt.Atlantij enim & cæteri omnes qui apud se Io-
uem natũ fuisse asserunt, mortalẽ nunquã negarunt: résque ipsius gestas,mortales enarrãt,
[45] factáque multa turpia,omnis petulantiæ plena conscribũt.Fabularũ verò priscis quidem 45
E illis expositoribus modò calida quædam & ignea virtus, modò spiritus quidam Iupiter vi-
debatur. Nunc autẽ nescio, quo modo his iunioribus creatiua mens rerum Iupiter appel-
latur. Interrogandi ergo sunt, quem dicunt patrem, auum, atque proauum istius mentis
esse. Vt enim omnes theologi eorum prædicant, Saturni filius Iupiter fuit, & [46] Orpheus
in prædictis carminibus idipsum confirmabat. Saturnum autem Cœli filium fuisse non 46
negant. Si igitur Deus omnium & intellectus, qui cuncta creauit Iupiter est, quemnam
dicent esse Saturnum patrem Iouis? & Cœlum rursus Saturni patrem? Quòd si primus Iu-
piter omnium est, quasi creator,necesse est, secundos, & post eum cæteros esse, qui ab eo
creati sunt. Saturnus enim, quem tempora esse volunt, [47] quoniam tempora motu cœli 47
conficiuntur, à cœlo genitus dicitur. Cœli autem & temporis ipsius causa, est profectò
mens illa creatrix, quem Iouem appellant. Quare non erit à Cœlo tertius Iupiter.

Quomodo igitur tam Ægyptiis & Phœnicibus, quàm Græcis & primis omnibus philo- A
sophis, tertius à cœlo, creatiuus iste intellectus, in theologica genealogia narratur? Pate-
facta est igitur huius philosophi astuta fictio. Patefiet autem ex his magis quæ subiicit, di-
48 cens:[48] Coniugem Ioui Iunonem rectè putarunt: æthercam enim atque aëream virtutem
Iunonem appellarunt. Nam æther est aër subtilissimus. Iouis certè mentem æthera esse,
49 carmina significarunt. Modò autem iste interpres definiendo aera, ipsum dicit esse [49] subti-
tilissimum: corpus autem aer, corpus igitur æther. Quare mens quoque erit corpus o-
mnium subtilissimum. Et quomodo corpus atque mens natura diuersissima, idem esse in-
telligentur? Deinde nescio quo pacto sui & carminum oblitus, quibus apertè dicitur,
50 mentem Iouis æthera esse,[50] Præscia, inquit, venturi mentis constat regi & æthera Iuno-
nem æthercam, & aëream virtutem esse ait. Diuisione deinde vtitur, dicens vniuersi aë-
51 ris virtutem [51] Iunonem: inferioris autem, qui luuari luce illustratur, Latonam nominari.
52 Latonem enim à [52] latendo dici, & obliuionem significare: quia cùm animæ lunarem or- B
bem descendendo transierint, diuinarum rerum obliuiscuntur. proptetea etiam Apollinis
& Dianæ dicitur mater, quibus noctis pelluntur tenebræ. Aër etiam hic inferior cùm Lu-
næ, Solisque mater sit, non iniuria per Latonam designatur. Ego verò non video, quomo-
do aër Solis & Lunæ mater appellari possit, cùm ipse magis à luminaribus fiat & transmu-
53 tetur, quàm ab ipso luminaria. Paululum verò progressus,[53] telluris virtutem Vestã appel-
54 lat, cuius virginale simulachrũ, in foco ignis statuitur: quæ [54] virtus quoniã ferax est, mulie-
55 ris eã specie denotarunt.[55] Rhea verò, quã opẽ latinè appellamus, lapidosæ atque mõtanæ
Quid Latona, Rhea & Ceres significent.
terræ virtute designat. Ceres feracis & planæ. differt enim à Rhea, quoniam bonam Ioui
peperit deam, ac ideo imago eius spicis coronatur: & papauera quæ fertilitatis symbo-
lum sunt, circa imaginem ponuntur. Hic diligẽter animaduerte, quomodo deorum ipsiús- C
que Iouis matrem, quæ Rhea dicitur, ad terram & lapides detraxit, & eandem esse Cereri
56 ait quibus adiecit: quoniam autem quædam virtus etiam proiecti seminis in terram est, [56]
57 Sol in Hyemali solstitio fouet, Bona quidem dea, quam & Persephonem vocant, [57] virtus
58 seminum est. Pluto verò Sol, qui [58] tempore hyemis remotus abest, omnem mundi partem
59 perlustrat, idcirco raptã abeo Proserpinam dicũt, quã Ceres sub terra latentem quæritat.[59]
Plantarum autem omnium virtus Dionysius nuncupatur. Vide autem quæ sint horũ ima-
gines. Bonæ quædã deæ imago germina quædã quasi sui symbola protendit-Dionysius ve-
60 rò [60] cornua habet, & muliebriformis est: promiscuam virtutem generationis plantarum
61 significãs. Plutonis autem raptoris [61] galea caput erigitur, quod occulti verticis symbolum
62 est. Sceptrũ verò breue quod tenet, inferioris regni symbolum est. Canis [62] autem eius fru-
gum à terra partium tripartito, in proiectionẽ, orationẽ, germinationẽ, diuidi notat. Atys D
porrò atque Adonis, ad fruges ac fructus pertinere videntur. Sed Atys flores maximè de-
signat, qui antequam ad fructum veniant, defluunt. Quapropter pudenda ei fuisse incisa
dicuntur, quoniam flores defluxi, semina non produxerunt. Adonis perfectos fructus si-
gnificat. Silenus verò spiritalis motus symbolum est, qui non parũ vniuersoconducit: cuius
63 [63] caput candore fulgens, cœlestis motus: cæsaries verò, quæ inferioribus imaginis parti-
Θέμις.
bus apponitur, crassitudinem terrestris aëris significat. Verùm, quoniam vaticinãdi etiam
64 quædam virtus est Θέμις id est latinè Carmenta vocitata est, eo quòd [64] statua vnicuique
65 præcinat quibus [65] omnibus virtus hæc inferior colitur: vt Vesta & virgo sponte sua
nascentium arborum ferax, vt parturiens, nutrix, vt Rhea, lapidosa & montana, vt Ce-
res herbosa, vaticinatrix, & Themis. Vis autem seminalis, quæ in terram descendit, quasi
66 Priapus honoratur: cuius quòd ad siccos pertinet fructus, Bona dea, quòd [66] plantaria, Dio-
nysius nuncupatur: ita bona dea à Plutone, id est, à remotiore ac sub terra immorante E
Sole, sementis tempore rapitur. Dionysius verò exacta hyeme, quasi renouatis tempori-
bus germinat, florendi virtus Atyda, vt diximus: perficiendi, Adonim: spiritualis,
Silenum præsidem possidet: motio autem eorum, & quasi quædam extensio per Bac-
67 chum denotatur. Satyri veneream omnem virtutem ostendunt, quibus [67] omnibus
vniuersa terrestris virtus perficitur. Hæc necessariò tibi exposui, ne pulchram horũ Phi-
68 losophorum theologiam ignorares. cur autem hæc quasi dij [68] honoranda sunt, quæ ad ali
menta animaliũ Deus vniuersorum produxit? aut cur nobis terrestris virtus colenda est,
69 quibus cœlestis & immortalis [69] anima inest perspicax, si à sordibus libera est, Dei rerũ o-
mnium creatoris? Cur etiam si motus spiritalis Silenus est, & motiuam virtutem significat
tum cœli motum capite, tum aërem crassiorem, prolixitate ac densitate barbæ (non
magno

A magno enim honorari cultu videmus, qui omnibus erat diis præponendus) cùm Adonim
atque Dionysiũ fruges videlicet atque plantas diligentissimè honorari videamus? [70] Quis 70
autem nõ mirabitur, nisi insanus sit, cum turpissimi hominum morbi quasi Satyri & Bac-
chus colantur? Sed non est opus pluribus [71] ea confutare, quæ sponte sua iacent: exponẽda 71
potius cætera sunt, ne quid arcanum & sublime nos lateat. [72] Aquarum inquit, effectiuam 72
virtutem oceanum, symbolum autem eius Thetym appellarunt: eius verò aquæ, quam
bibere possumus, virtus Achelous dicitur, marinæ Neptunus, quam [73] in quantum gene- 73
rare potest, Amphitritem vocant. & aquarum quidem dulcium, particulares virtutes
Nymphæ, maris Nereides nuncupantur. Ignis virtutem Vulcanum dicũt, & in forma ho-
minis ei simulacrum constituunt. in cuius capite pileus est cœruleus, cœlestis symbolum
volutionis, vbi [74] integer syncerúsque ignis inuenitur. nam qui à cœlo in terrã delapsus est, 74
B cũ imbecillior sit, materiáque indigeat, claudicans fingitur quam virtutem in Sole Apol-
linem vocarunt, à [75] radiorum videlicet motu: quoniam πάλλειν græcè mouere est. Nouem 75
autem circa Apollinem Musæ concinunt, septem videlicet, planetarũ orbes, octaua sphæ-
ra, & hæc vltima, quæ Luna est. Laurum ei dedicarunt, quoniam hæc arbos ignea est: vn-
de odio à dæmonibus maximè habetur, & quoniam si vritur, plurimũ sonat, quod prædi-
cendi virtutem designat. Hunc ipsum, quia [76] ægrotationibus medeatur, & morbos pel- 76
lat, Herculem vocant, & duodecim ei attribuunt certamina, quoniam per duodena signa
pertranseat. Clauam & leonis pellem accommodant: alteram, vt inæqualitatem motus
significent: alteram quoniam in Leone maximè vires suas ostentat. Huius salutarem vir-
tutem Æsculapius designat, cui Bacillum traditur, ægrotantium substentaculum. Serpens
inuoluitur, animæ atque corporis signum salutare: [77] naturales enim omnes, cætera quidẽ 77
C reptilia, crassioris dicunt & terrestrioris esse substantiæ, serpentem verò esse spiritalissi-
mum animal aiũt, quòd & imbecillitatem corporis exuat, & ad medicinam perspicacissi-
mum esse videatur: nam & ad acuendum visum herbam inuenisse, & reuiuiscendi quan-
dam herbam cognoscere traditur. [78] Ignea Solis virtus, quæ fructus maturat, Dionysius 78
nuncupatur. Qua verò ratione anni tempore circumuolutus [79] conficit, Horus dicitur. 79
Virtus autem eius, qua ex agricultura fructum percipimus, quia diuitiarum largitrix est,
Pluto esse asseritur: quæ cùm virtutem etiam corruptiuam contineat, vnà cum Serapi-
de dicitur habitare. [80] Cerberum tricipitem dicunt, quia superioris Solis regiones tres 80
sunt, ortus, occasus, meridies. [81] Lunam etiam Dianam nuncuparunt: quæ quamuis virgo 81
sit, Lucina tamen est, quoniam nouilunij virtus ad pariendum non parum confert.
Quòd autem Apollo in Sole est, id in Luna Minerua, qua prudentia designatur. Rursus *Lunæ mul-*
D Luna Hecate dicitur, propter varias eius corporis figuras, [82] quas à distantia Solis sumere *tiplex vir-*
videtur. Triformis enim virtus eius est: nam nouilunij virtutem, candidis & aureis *tus.*
vestibus & ardente face significant. Cista verò, cùm iam media sit designatur, quoniam 82
crescente lumine, fruges maturat. Plenilunij autem virtutem ferrugineo colore denota-
runt. ramus ei laureus attribuitur, quoniam à Sole ignea fit, papauer propter fertilitatem
& multitudinem animarum, quæ in ea tanquam in ciuitate inhabitãt: ciuitatis enim sym-
bolum papauer est. Arcum habet vt Diana, quoniam partus dolores acuti sunt. Parcæ
quoque ad virtutes Lunæ referuntur, Clotho ad generandum, Lachesis ad nutriendum, *Parcæ treis*
Atropos quoniam [83] inconuertibilis dea est, (τρέπειν enim vertere Græcè significat) 83
fructuum etiam generatiuam virtutem, quam Cererem appellant, Lunæ cohabitare di- *Saturni*
cunt, ad augendam virtutem eius: continetur enim Bona dea lunari potestate. Diony- *virtus.*
E sum quoque sibi accommodant, partim propter cornuum productionem, partim propter
nubium locum, qui Lunæ subiacet. Saturni autem virtutem, quoniam tardam & frigidam
esse viderunt, virtutem ei temporis attribuerunt: [84] quem seniorem depingunt, quia tem- 84
pore vniuersa senescunt. Occasiones autem Curetes χρόνου & Saturni custodes sunt.
[85] Temporis enim obseruatio quædam occasio est. Quatuor verò anni tempora, alia So- 85
li, quæ aëris ianuas aperire dicuntur: alia Cereri attribuimus. Cistas quæ ferunt duas, alte-
ram florum, qua ver: alteram spicis, qua æstas significatur. Virtutem verò Martis, quoniam
ignea est, atque sanguinea, bellis præfecerũt: plurimúmque obesse atque prodesse putarũt.
[86] Venerem generandi virtutem possidere dicũt, spermatis & cupiditatis causam ei, mulie- 86
rísque formam accommodant, propter generationem: pulchram fingunt, qui Vesper est, *Virtus Mar-*
quæ pulcherrima in cœlo stella esse videtur: cui Cupido assistit, propter cupiditatem, v- *tis & Ve-*
bera & partes genitales teguntur, quia spermatis & nutritiouis hæc membra causa sunt, *neris.*

& ex mari esse perhibetur, quod elementum humidum, calidúmque est, & motu crebro
87 spumas eiicit: quæ res spermatis symbolum est.[87] Orationis autem & interpretandi virtutẽ A
Mercurius orator. Mercurium appellarunt, qui protensus atque rectus fingitur, propter orationis vigorem: quamuis & spermaticum sermonem, qui per omnia tendit, significare confirmatur. Sed quum oratio composita sit, aliam in Solem ponunt, & Mercurium appellant: aliam in Lunam quam nuncupant Hecatem: aliam in vniuerso, & appellant Hermopan: in omnibus
88 [88] enim seminalis vis est. Mercurij autem filium Cupidinem dicunt, quoniam amandi vir-
89 tus orationi quoque attribuitur.[89] Vniuersi symbolum Pana esse affirmant: cui cornua dederunt, propter Solem & Lunam: variam Pantheræ pellem, propter varietatem cœlestiũ aut totius vniuersi, sed hæc Græcorum sunt, Ægyptiorum autem, ait, deorum symbola talia sunt. Creatorem, inquit, κνὴφ Ægyptij appellant, cuius imaginem in forma hominis faciunt colore cæruleo zonam tenentem & sceptrum: cuius in capite pennam ponunt, si-
90 gnificantes difficilem inuentu esse[90] creatorem, & nemini conspicuum: viuificum etiã & B
regem, & intelligibili motu circumlatum. Hic Deus, inquit, ab ore ouum producit, à quo
Mundi imago. nascitur deus, quem Ægyptij Phtha, Græci Vulcanum vocant. Significatur autem huiusmodi ouo mundus. Huic idcircò ouis dedicata est, quoniam prisci, lactis potu degebant. Verùm mundi quoque ipsius simulacrum ἀνθρωποειδῆς, id est, hominis specie efformatum, tale finxerunt, complicatos habet pedes, vestem variam vsque ad talos indutum, auream pilam capite sustinet, partim quia locum non mutat, partim propter variam stellarum na-
Solis imago turam, partim quia mundus ipse rotundus est. Solis imaginem in naui conscendente collocant, quæ Crocodilo fertur: vt per nauigium motus in humido, per Crocodilum autem
91 potabilis aqua significetur, in qua solem ferri contendunt.[91] Cœlestis autem atque terre-
92 stris, telluris virtutem Isin appellarunt. ἴσον[92] enim græcè æquale est: vnde iustitia oritur.
Cœlestem tellurem Lunam esse asserunt, terrestrem verò hanc frugum procreatricem, C
quam habitamus. Quòd ergo Ceres apud Græcos est, id est, Isis apud Ægyptios. Et rursus bona dea, & Dionysius apud Græcos, Isis & Osiris apud Ægyptios. Fructuum enim pro-
93 creatricem virtutem Osirim putant: quam fletibus placant, quoniam[93] occasionis tempore in terris occultetur. Designat autem etiam fluuialem Nili virtutem: verùm, quando-
Osiris designat Nilũ. quidem tellurem terrestrem per Osirim denotant, fœcundam terram intelligunt: quando verò cœlestem, Nilum esse Osirim aiunt. Hunc enim Osirim, id est Nilum, à cœlo defluere arbitrantur: quem etiam deflere solent, lachrymis reuocari virtutem eius putantes, quæ cæteris temporibus desinere videtur. Isis autem, quæ secundum fabulas Osiri coniungi-
94 tur, terra Ægyptia est. Iidos enim maritus Osiris est,[94] qui & frater & filius eius traditur. in Elephantinopoli autem Ægyptia vrbe, simulachrum colitur cærulei coloris viri corpus
95 sedens, caput[95] arietis habens. Arietis igitur caput, & facies, & caprina cornua quæ habet, D
coniunctionem Solis & Lunæ in ariete significant. Cæruleus color ei attribuitur, quia lunaris coniunctio humidior est. Secunda verò Lunæ lux, in Apollinopoli vrbe consecrata est: cuius symbolum homo accipitris habens faciem, lancea Typhona hyppopotamo similem interficiens: hoc simulachrum candidi coloris est, qui color ab alio Lunam accipere lumen significat. Accipitris verò facies à Sole id fieri denotat, vnde & spiritum attrahit. Soli enim accipiter dedicatur, qui lucis & spiritus symbolum apud eos est: alterum, pro-
96 pter motus velocitatem: alterum, quia in altiora volat, quæ lucidiora inferioribus sint:[96] In mysteriis autem, apud Eleusina antistes, qui rerum sacrarum expositor est, imaginem fert creatoris: ille qui faces tenet solis stat in ara Lunæ, sacrorũ præco in Mercurij. Castellum autem quoddam est Aegypti, quod Anamis appellatur, vbi homo colitur, qui quæ sibi ad sacrificium præparantur, comedit. Quòd autem animalia deos non arbitrantur, sed E
97 imagines & symbola deorum putãt, inde[97] patet. Soli & Lunæ boues consecrant, & in Heliopoli maximus bos & nigerrimus, quem Nineuin appellant, ad imaginem Solis colitur: nam & Solis ardor, nigriora humana corpora reddit. Habet autem caudam ille bos, & totum corpus pilis ad contrariam partem, quàm in aliis bobus inclinatis densissimam, quoniam & Sol contra totius motum mouetur, testiculos maximos habet, quoniam venerea cupiditas caliditate viget. Et Sol seminarium naturæ appellatur. Lunæ taurum dedicarũt, quem Apin nuncupant, nigrum præ cæteris, & signa Solis atque Lunæ habentem. Habet enim ex Sole & Luna lumen. Solis symbolum est, coloris nigredo, & qui sub lingua est
98 Scarabæus. Lunæ verò[98] coloris diuisio. Hæc breuiter à Porphyrij libro, ne quid mysticè Græcorum ac Aegyptiorum theologia nos fugeret, conscribere placuit: quos errores nos fugimus,

A fugimus,& transfugas nos prædicare non pudet, non enim terrebit me arrogans illa oratio: Explicabo quibus fas eſt, procul hinc abeſtote ſceleſti, non enim nos ſceleſti ſumus, qui hos errores fugimus: ſed qui turpes atque obſcœnas has fabulas de ſcarabæis ac aliis irrationalibus animalibus, ad ſummam theologiæ ſapientiam accipiunt, qui iuxta vocem apoſtolicam, cùm ſapientes ſe dicant, fatui ſunt inuenti: quoniam incorruptibilis Dei gloriam in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, nec hominis ſolùm, verumetiam volatilium, quadrupedum, & ſerpentum commutarunt. Rom. 1.

Scholia in Caput III.

COgitationes] ἐπαρθρῆσαι τὰ καλλωπίσματα, *quibus videlicet neoterici Philoſophi maiorum ſuorum matæologiam pingere & commendare ſolebant.*

B 2 De intelligentiis] τὰ περὶ νοῦ δημιουργικοῦ τῶν ὅλων, καὶ τὰ περὶ ἀσωμάτων ἰδεῶν· νοερῶν τε καὶ λογικῶν δυνάμεων. *Ex his Platonis placitis quidam colligũt, notum ipſi fuiſſe, ſacroſanctæ Triadis myſterium, quàm verè autem ratiocinentur, aliorum eſto iudicium. In græco Codice præfixum eſt diſputationi huic hoc argumentum:* ὁποίας οἱ νεώτεροι τῶν φιλοσόφων τοῖς περὶ θεῶν μύθοις συνέπλεξαν ἀπολογίας.

3 Explicabo] *Verſus eſt Heroicus qui ſic ſonat:*

φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.
Σοφίας θεολόγου νοήματος δεικνύς,

4 Vetuſti celare] *Pugnant hæc cum Græcis, quæ ſignificant, veteres* διὰ εἰκόνων συμφύλων, *res abſtruſas expoſuiſſe. Suſpicor autem Porphyrium loqui de Hieroglyphicis characteribus & figuris, quarum magnam copiam volumine magno, Pierius Valerianus, noſtra memoria, exhibuit.*

C 5 Similiter enim] *Vnde literarum imperiti, lapides, quidem putant ſtatuas, ligna autem tabulas: pertextam autem papyrum libros.*

6 Lapide] *Adde,* ἢ καὶ ἐλέφαντος. *Et paulò pòſt de auro ait: Non ſolùm quod aurum intelligitur ſub igne, ſed etiam quod commaculatur: quia aurum non polluitur.*

7 Alios ſedentes] καθέδραις καὶ στάσεσι καὶ ἀμφιάσεσι διαφόροις.

8 Ex pyri trunco] ἐκ τῶν περὶ πρῶτα δένδρων, ὄγχνην τεμὼν εὐκτέανον.

9 Colores] καὶ κηλῖδας ἐξανθεῖν, ὥσπερ μώλωπας ἀπὸ πυρὸς ἐπιτεθείσης. *De ebore ſubijcit:* ἐλέφαντι δὲ παίζοντες μὲν ἔσθ' ὅπους προσεχρῶντο ποικίλματι τροφῆς.

10 Ebur] *Verba Platonis ſic habent:* ἐλεφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα.

11 Iupiter] *Verſus Orphei adſcribam ſic latinè redditos:*

D *Iupiter primus natus eſt, Iupiter poſtremus fulminator,*
Iupiter initium, Iupiter medium, ex Ioue omnia facta ſunt:
Iupiter maſculus eſt, Iupiter incorrupta eſt virgo.
Iupiter fundamentum terræ & cœli ſtelliferi
Iupiter Rex, Iupiter ipſe omnibus principium generis
Vna poteſtas, vnus Deus eſt, magnus dominus omnium.
Vnum corpus regium: in quo omnia continentur
Ignis, & aqua, & terra, & æther, nox, & dies,
Et conſilium, primus genitor & Amor iucundus:
Nam hæc omnia in magno Iouis corpore ſita ſunt.
Cuius caput videre, & pulchrum vultum
E *Cœlum ſerenum, quod aurei circum capilli*
Aſtrorum fulgentium pulcherrimi congregantur.
Taurina quoque vtrinque duo aurea capita:
Oriens & Occaſus deorum viæ cœleſtium:
Oculi autem Sol, & occurrens Luna,
Mens autem verax, regius immortalis æther,
Quo omnia circundat & intelligit: neque vlla vox
Neque clamor, aut ſonus, neque fama eſt
Quæ lateat Iouis filium potentis Saturni.
Sic quidem immortale caput habet, & mentem.
Corpus autem ipſi clarum, immenſum, ſolidum,
Graue, robuſtum, forte ſic eſt.

Humeri quidem & pectus, & lata terga Dei, A
Aër amplus, alæ autem ipsi enatæ sunt
Quibus per omnia volat: sacer autem illi vterus,
Terra omnium mater, & montium sacri vertices,
Medium autem cingulum, grauisoni fluctus maris
Et ponti: infima autem planta, terræ interiores radices,
Tartarúsque squalidus, & extremi fines terræ,
Omnia autem reuelans rursus in iucundam lucem,
Ex pectore proferet diuina faciens.

12 Virtutem] *Vide an id sibi velint hæc verba Eusebij: Nec poßibile erat, neque si quis inuenisset, vitalem vim & intellectualem & prouidentem, per sphæram demonstrasset.*

13 Qua] καθ' ὃν ἐδημιούργει, καὶ λόγοις σπερματικοῖς ἀποτέλει τὰ πάντα. B

14 Intelligentiis] *Intellectualibus & cœlestibus mundi partibus: his opponit* τῶν κάτω κεκρημμένους.

15 Spiritalissimum] τὸ ἡγεμονικώτατόν τε καὶ νοερώτατον ὑπικουρεῖ σπλάγχνον ἡ καρδία.

16 Qui cœlo] *Aspectabilem mundum, ex variis cohærentem partibus, siue quæ sunt in cœlo & æthere, siue quæ sunt in astris, tanquam in magni corporis capite propositæ: & quæ in aëre, & terra, & mari, & vicinis. Partes igitur mundi, terra, montes, colles. Circuit ipsorum in medio cinguli instar, mare. Ignis autem & aqua, nox & dies, ex eisdem mundi partibus sunt. Hæc palàm aspectabilem indicare mundum existimo, nisi fallor, & vniuersum ex partibus constitui docent.*

17 Mundum] *Orphei matæologiam his verbis derisit Eusebius: Mundum Deum esse putabat, ex pluribus diis tanquam sui partibus. Vnde & partes mundi Theologicè edisserentes in prioribus demonstrata sunt consistere, & nihilo plus istis, apposita verba carminum clarum effecerunt.* C

18 Prouidentem] τὸν δημιουργὸν νοῦν *mentem creatricem.*

19 Incorporeum] οὐδ' ἐν ἀφανεῖ καὶ ἀσωμάτῳ οὐσίᾳ περιεχόμενον.

20 Nec quicquam] *Omnia de conspicuis mundi partibus interpretatos, nec quicquam ad incorporeas & viuas essentias retulisse. Sequitur* ἔλεγχος τῆς τούτων βεβιασμένης ἀποδόσεως.

21 Vnde igitur] *Cogor græca adscribere, vt lucem conuersioni inferam:* ὁ δὴ οὖν ἐκ τούτων ὁρώμενος ποιητής, πόθεν ἢ πῶς, ἢ παρά τινος λαβὼν ἐν τοῖς ἔπεσι τὸν ἐπέκεινα τοῦ κόσμου θεόν, καὶ τὸν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων, αὐτοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸν κατελάβετο.

22 Mentem] *Adde,* ἀὴρ εὐρυβίης, καὶ γῆ, καὶ ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα. *Si tollas* καὶ γῆ, *erit Hexameter versus.*

23 Animam mundi] τὸν ἡγούμενον τοῦ κόσμου νοῦν. *Quò respexerit Interpres nondum comperi. Ego mallem ita vertere: Mentem quæ mundo præest, esse vniuersorum conditorem. Atque hæc sententia sobriè accepta, nihil habet absurdi: verùm alio sensu prolata fuit ab Ethnicis.* D

24 Non enim] *Adde hæc: Creatorem quidem ipsum & seruatorem mundi, alium ab eo quod factum est, pium est dicere. Animam autem mundi, tanquam alicuius animantis animam, vnitam toti & indutam vniuersum, num amplius pium erit dicere. Damnat figmentum Ethnicorum, quod latinus Vates his versibus descripsit:*

Principiò cœlum & terras campósque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra
Spiritus intus alit: totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudúmque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus
Igneus est ollis vigor & cœlestis origo. E

25 Similitudine] *Exemplo, potius vertendum erat, quàm similitudine:* ἀλλ' εἰ χρὴ παραδείγματι χρήσασθαι θεοπρεπέστερον καὶ ἀληθέστερον, οἰκείως ὁ ἱερός που λόγος ἐξεφώνησε. *Dictum propheticũ adducit Stephanus martyr in sua apologia. Act. 7. Cœlum mihi sedes est.*

26 Considera] *Adde: Si enim opus fuit totum fingere humana ratione, vide differentiam Theologiæ. Nam qui dixit cælum sedem esse, vltra sedem & summum vniuersi omnipotentem Deum statuit: ne terram quidem à prouidentia eius separans. Descendere enim ad hæc inferiora diuinitatis prouidam potestatem docuit.*

27 Non enim] *Epicheremata duo sunt, quibus probat Mundũ & eius partes nõ esse Dei corpus & eius membra. Prius est Deus seipsum non creauit. Atqui mũdus conditus est. Ergo, &c. Posterius, Mẽs dici non potest,* οὐ νοῦς ἐστὶν ὁ αἰθήρ. *Sed Deus est mens æterna causa boni in natura, vt Plato fatetur.*

Res

A 28 Res corruptibiles.] *Et in terra montes, tumores corporum irrationales. Quomodo autem rectũ est Deum dicere, eum qui cognatus & similis sit igni, & aëri, & aquæ, quæ semina sunt irrationalis & corruptibilis materiæ?*

Ab absurdo refellit dogma ethnicum de corpore Dei.

29 Æther.] αἰθὴρ δὲ, ἀὴρ ἐστὶ ὁ ὑψηλότατος καὶ πυρώδης ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, ὅπερ ἐστὶ καίεσθαι, ταύτην, ὥς φασιν, εἰληχὼς τὴν ἐπωνυμίαν.

30 Quare.] *Post τὸ Quare, adde hæc: si talis totius corporis natura est,* εἰ δὴ τοιαύτη παντὸς σώματος φύσις.

31 Neque stellarum fulgor.] *Nescio quid & quomodo legerit Trapezuntius. Græca habent:* μήθ' ὁ σύμπας τῶν ἄστρων χορός. *Neque vniuersus astrorum chorus.*

32 Sed intelligibilibus creaturis.] ταῖς ἀσωμάτοις καὶ νοεραῖς δυνάμεσι παραβαλλόμενα.

B *Comparata incorporeis & intelligibilibus potentijs. De Angelis loquitur. Porrò desunt hoc loco in conuersione, hæc verba:* ὅτι δὴ πᾶν σῶμα φθαρτὸν καὶ ἄλογον, τοιαύτη δὲ τῶν ὁρωμένων ἡ φύσις, τὰ δ' ἐπέκεινα ἐν ἀοράτοις λογικὰ καὶ ἀθάνατα. *Quæ sequuntur vertit Interpres sententiam, non verba secutus, in eo quod* τῶν ὁρωμένων ἁπάντων, *vertit corporibus, &c.*

33 Opera manuum.] *Testimonium Propheticum ita habet in Græco,* καὶ πάλιν, σὺ κύριε κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί. *Et rursum, Tu Domine in principio terram fundasti, &c.*

34 Sed agè.] ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν πρώτην τῶν ἐπῶν ἑρμηνείαν εἰρήσθω. *Et hæc quidem de prima versuum interpretatione dicta sint. Versus Orphei intelligit, quos suprà descripsit.*

35 Qualem carmina descripserunt.] οἵαν ὁ λόγος ἑρμήνευσε. *Cur Ethnici Iouis imaginem* ἀνθρωπόμορφον *finxerint, ex sententia eorumdem ratiunculam reddit.*

C 36 Quoniam mens est] *Quòd mens erat, secundum quam fecerat, & rationalibus seminibus absoluerat omnia. Et quomodo, si non poßibile erat talem imaginem fingere, qualem carmina significabant: significabant enim aspectabilis & visibilis mundi partes, cœlum & quæ in cœlo, aerem, & terrã & quæ in ipsis. Si igitur visibilium mundi partium non poßibile erat imaginem constituere: quatenus mens erat Deus, quomodo aliquis eius imaginem fabricabit? Hæc lucis causa adscribere oportuit, ne interpretatio confusa, obscuritatem pareret.*

37 Quod enim corpus] *Nemo facilè genuinam huius loci sententiam deprehendet nisi hæc legat. Quid autem habet corpus humanum simile ad Dei mentem. Egóne ad hominis quidem puto. Negat corpora & animas hominum quicquam habere, quod velut imago quædam Dei sit. Equidem non puto Eusebium respicere ad illam Dei imaginem, quæ in primo homine ante lapsum refulsit, & in electis renouatur: sed damnare Ethnicorum figmentum, de corporea imagine Dei, qui spiritus est. Ioh. 4.*

D 38 Humana autem mens, &c.] *Eusebij elegans hæc* ἀντίθεσις: *nam hic quidem incorporeus, & incompositus, & impartibilis. Hoc autem sordidorum artificum opus, & mortalis corporis naturam imitatur, & viuæ carnis in inanimata & mortua materia surdam & mutam imaginem repræsentat. Pertinent hæc ad superiora.*

39 Et intellectus eius.] καὶ νοῦς ἀπαθὴς ἐν ἀνθρώπου φύσει. *Et mens perturbationibus non obnoxia in natura humana.*

40 Quòd si.] *Quòd si quis posset, animæ simulacrum & figuram sub imagine fabricare, posset is etiam rerum præstantiorum. Si verò sine forma est, & sine specie, & figura, neque visui perceptibilis, neque verbo aut auditu sui essentia comprehensibilis humana mens, quis eò dementiæ veniet, &c.*

41 Mente solummodò ac sanctis animis.] *Pulcherrima & veriβima sunt hæc Eusebij verba:* θεοῦ μὲν οὖν φύσις ἔξω πάσης θνητῆς ὕλης φαντάζεται, νῷ διαυγεῖ, καὶ σιγῇ ψυχαῖς καθαραῖς μόναις

E ὑμνουμένη. *Congruunt hæc cum verbis Christi: Deus spiritus est, ideò in spiritu & veritate adorandus est. Atque id saniores quidam inter Ethnicos, à lege naturæ edocti, comprobauêre, sicut colligi potest ex hoc disticho:*

Si Deus est animus nobis vt carmina dicunt,
Hic tibi præcipuè sit pura mente colendus.

Etsi autem Ethnici quidam fatentur, Deum esse mentem æternam, boni causam in natura: ijdem tamen Deum quem cognouerant, non vt Deum glorificauerunt, neque grati fuerunt, sed frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum. Ideò cùm crederent se sapientes esse, stulti facti sunt. Rom. 1.

42 Qui cùm homines fuerint mortales.] οἱ τὸν θνητὸν βίον κοινὸν ἅπασι ἀνθρώποις καταστρέψαντες. *Et paulò post sententiam, non verba sequens Trapezuntius, vertit: suæ mortalitatis, cùm in Græco sit:* τῆς οἰκείας φύσεως, *propriæ naturæ. Et postea de argumentis loquens vertit:* ἀνεξάλειπτα,

non pauca. Verùm non libet minima ad viuum, quod aiunt, resecare. A

43 Nunquam negarunt.] *Iouem scilicet hominem mortalem fuisse.* θνητὸν πάλιν αὐτὸν ὡμολόγουν.

44 Suum fuisse Iouem.] *Hoc de Aegyptijs dixit Eusebius suprà. De Cretensibus autem,* τρίτοι ἂν εἶεν τοῦ αὐτοῦ μάρτυρες. *Quia Iouis sepulchrum monstrant Cretenses, eundem mortalem hominem extitisse, minimè ambigunt.*

45 Factáque.] πράξεις αὐτοῦ θνητὰς καὶ ἀνθρωπείους, ἀλλ' οὐ σεμνάς τινας, οὐδὲ φιλοσόφους. *Ex factis, hominem fuisse Iouem illum Saturnium, rectè colligit.*

46 Orpheus.] καὶ τάδε πεποίημένα τοῦ ὀρφέως ἔπη ὑπὸ μὲν ἑνὸς κρονίωνος ἐμνημόνευσε, κρόνος δὲ οὐρανοῦ. *Hæc & quæ sequuntur, ita transferri in latinum sermonem possunt: Orphei versus quos suprà proposuimus, Saturni cuiusdam potentis, mentionem faciunt. Demus autem illum esse Iouem, qui sit omnium Deus & mens creans vniuersa. Quis autem huius pater est? Saturnus. Quis verò auus?* B *Cœlum, siue, vt vertit Trapezuntius, si quando idoli istius meminit Eusebius, Cæcus. Quòd si, &c.* οὐρανός. *Refutat Eusebius commentum de Ioue Saturni filio, cœli nepote, egregiè hoc argumento.* ὁ τῶν ὅλων αἴτιος, καὶ οὐρανοῦ, καὶ χρόνου δημιουργὸς θεός ἐστιν. *Qui causa est omnium, etiam cœli temporísque conditor, Deúsque est. Iupiter (vt vos Ethnici vultis) causa principiúmque vniuersorum est. Ergo etiam cœli & temporis. Qui igitur dici potest, Iouem filium Saturni, nepotem cœli esse?*

47 Quoniam tempora motu cœli conficiuntur.] ὅτι δὴ ἅμα οὐρανῷ συνυπέστη χρόνος, *ceterùm numero motus cœli tempora conficiuntur potius, quàm motu, sicut docent Physici, qui Tempus numerum motus secundum prius & posterius, definiunt.*

48 Coniugem Ioui Iunonem.] *In Græcò à Scholiaste aliquo aspersa sunt hæc verba:* ἔλεγχος ἰσχυρὸς τῶν ἑλληνικῶν δογμάτων ἐν ταῦθα. *Quibus verbis monet Eusebium, in refutandis Ethnicorum commentis, adhuc occupatum.* C

49 Subtilissimum.] ἀέρα λεπτομερέστατον. *Ostendit absurdam pariter & sibiipsi repugnantem esse mythologiam de Ioue. Quis enim non fatetur absurdum esse, si quis Iouis mentem, corpus esse fingat? Sunt enim, vt ait Eusebius,* σῶμα καὶ νοῦς κατὰ διάμετρον διεστῶτα. *Rursum, ánnon est manifesta* διαφωνία, *dicere, Iunonem quidem æthercam & aëriam virtutem, Iouis autem mentem æthera esse? Quis non execretur illam gentium matæologiam?*

50 Præscia venturi.] *Versus, quos cùm suprà ad verbum descripserim, nolui eos hoc loco repetere. Hoc tamen loco eos adducit, qui sequuntur hunc:*

νοῦς δ' ἀψευδὴς βασιλήϊος ἄφθιτος αἰθήρ, &c.

51 Iunonem] *Omisit Trapezuntius etymologiam:* ἥρα τοὔνομα ἀπὸ τοῦ ἀέρος κεκλημένη, τοῦ δὲ ἀπὸ σελήνης φωτιζομένου καὶ σκοτιζομένου ἀέρος, &c.

52 A latendo.] *Græca longè aliam etymologiam nominis Latona, continent, hanc videlicet:* λητὼ γὰρ αὐτὴν εἶναι διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον ἀναισθησίαν. D

53 Telluris virtutem.] τὸ μὲν ἡγεμονικὸν τῆς χθονίας δυνάμεως.

54 Quæ virtus] καθὸ δὲ γόνιμος ἡ δύναμις, σημαίνουσι αὐτὴν γυναικὸς εἴδη πρὸ μαστοῦ. *Ergo duo simulacra statuere solebant, in honorem Rheæ. Vnum virginis, alterum mulieris speciem referebat.*

55 Rhea.] *Fabulas poeticas de Cerere & Proserpina, paulò aliter descripsit Eusebius, quàm habeat conuersio.* δημήτηρ δὲ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχει τῇ ῥέᾳ, *&c. Postea cùm dixisset Eusebius Rheam & Cererem ab eodem matæologo confusas, subiecit hæc verba: Nisi quòd interest, quatenus dicit Ceres ex Ioue concipit Proserpinam. Sicut enim plana terra, frugem ex tostis seminibus, ecce rursus Iupiter in tosta semina mutatus est. Lepidè ridet mendaces Ethnicos, quòd memores non essent, & sibiipsis contradicerent mirificè.*

56 Sol.] *Adde hæc verba:* ἥλιος περὶ τὸ κάτω ἡμισφαίριον ἰὼν ἕλκει. *Commentum de Proserpinæ raptu, vnà cum allegoria eius fabulæ, refellit.* E

57 Virtus seminum est.] *Breuia sunt & illustriora græca:* κόρη μὲν ἡ δύναμις ἡ σπερμάτων. *Puella quidem virtus semen excipiens & continens: Pluto verò Sol, &c.*

58 Qui tempore hyemis remotus abest omnem mundi partem perlustrat.] *Quasi verò Sol in æstate, & propius accedat, & omnes mundi partes non perlustret? In græco Codice alia est sententia, sicut hæc verba monent:* πλούτων δὲ ὁ ὑπὸ γῆν ἰὼν ἥλιος, καὶ τὸν ἀφανῆ περιπολῶν οὐρανόν. *Pergit in allegoria illa recensenda.*

59 Plantarum.] τῶν δὲ ἀκροδρύων, καὶ ὅλως τῶν φυτευτικῶν ἡ δύναμις, διόνυσος ὀνομάζεται. *Fructuum autem, arborum, & vniuersarum plantarum, &c. Dionysii mythologiam nunc exponit.*

A 60 Cornua habet] κοινὰ μὲν πρὸς τὴν κόρην ἔχει τὰ κέρατα, ἔστι δὲ θηλύμορφος, μηνύων τὴν περὶ τὴν γένεσιν τῶν ἀκροδρύων ἀῤῥενόθηλυν δύναμιν.

61 Galea caput] κύων μὲν ἔχει.

62 Canis] *Lepidum scilicet hoc figmẽtum non commodè esse redditum, hæc verba docent:* ὁ δὲ κύων αὐτῆς, δηλοῖ τὴν κύησιν τῶν καρπῶν, εἰς τρία διῃρημένην, εἰς τὴν καταβολὴν, καὶ τὴν ὑποδοχὴν, καὶ τὴν αὔξησιν. *Canis horum trium symbolum erat. Porrò hæc verba non sunt conuersa:* οὐ γὰρ παρὰ τὸ τὰς κῆρας ἔχειν πρὸς βορὰν, ὃ δηλοῖ τὰς ψυχὰς, κέκληται κύων, ἀλλὰ παρὰ τὸ κυεῖν, ἡ ἀρπαγεῖσα ὁ πλούτων, ὅταν ἁρπάσῃ τὴν κόρην. *Habes etymologiam, dignam de qua sapientes huius seculi altercentur.*

63 Cuius caput] σύμβολα δὲ ἐστι, τὸ μὲν φίλανθον καὶ σιλφανὸν κατὰ τὴν κεφαλὴν τῆς οὐρανίου περιφορᾶς.

B 64 Quòd statura] τῷ τὰ τεθειμένα, καὶ ἑκάστῳ κείμενα λέγειν.

65 Quibus omnibus] *Operæpretium erit, integra potius Eusebij verba, quàm mutilatam conuersionem, legere:* ἡ περὶ γῆν δύναμις ἐξηγήσεως τυχοῦσα θρησκεύεται. ὡς μὲν παρθένος καὶ ἑστία, ἡ κεντροφόρος, ὡς δὲ τοκὰς, ἡ τροφὸς, ὡς δὲ ῥέα, ἡ πετροποιὸς, καὶ ὄρειος. ὡς δὲ δημήτηρ, ἡ χλοηφόρος. ὡς δὲ θέμις, ἡ χρησμῳδὸς, τῷ εἰ αὐτὴν κατιόντος σπερματικοῦ λόγου εἰς τὸν πρίαπον ἐκπετυπωμένου.

66 Ad plantaria] κατὰ τοὺς ὑγροὺς, καὶ τὰ ἀκρόδρυα. *Fructus diuiduntur in siccos & humidos, illi Virginis: hi Dionysij nomine designati sunt.*

67 Quibus omnibus] διὰ δὴ τούτων συμβόλων ἡ περίγειος ἐκκαλύπτεται δύναμις. *Per hæc symbola terrestris virtus patefit. Omisit autem interpres ista Eusebij verba,* οὗτοι τοιγαροῦν κατὰ τὰ ἀποδεδομένα, κόρη μὲν, ἡ τῶν σπορίμων, διόνυσος δὲ, ἡ τῶν ἀκροδρύων δύναμις, καὶ τῶν μὲν ἐαρινῶν

C ἀνθῶν, ὁ ἄττις. τῶν δὲ τελείων καρπῶν, ὁ ἄδωνις σύμβολον. *Sententia horum verborum ex superioribus manifesta est.*

68 Quasi dij honoranda sunt] *Potius vertendum erat, in deorum numerum referenda sunt. Nã in Græco est,* θεοποιεῖν.

69 Anima inest perspicax] *Epitheta animæ omisit, nec verba nec sensum plenè exponens Interpres:* οἷς φύσις ἐστὶ ψυχῆς οὐρανίας, λογική τε καὶ ἀθάνατος παρὰ τοῦ παμβασιλέως τῶν ὅλων θεοῦ, διανοίας ὄμμασι κεκαθαρμένοις θεορητική. *De hominibus loquitur, qui cùm beneficio Dei Regis vniuersorum, animas habeant, quarum natura cœlestis, rationalis & immortalis est, & repurgatis mentium oculis Deum contemplentur, non debent* τὴν περίγειον δύναμιν θεοποιεῖν, *nec eidem diuinos honores præstare.*

70 Quis autem non mirabitur] πῶς δ' ἂν ὑπομένειε σεμνολογουμένους ἀκούων. *Vertit eodẽ mo-*

D *do quo suprà,* τὸ θεοποιεῖν, *nunc præponere, nunc diligentissimè honorare. Iterùm occurrit lacuna, quam his verbis supple: Siquidem illi ostenderunt affectus ad rem Veneream incitantes, Bacchæ autem extẽsionem earum rerum quæ ad eos conducerent.*

71 Ea] κατὰ μέρος ἕκαστον. *Singula particulatim. Et in fine huius periodi. Et gentilium physiologiã concedere, quam exposuit dictus scriptor, hoc modo recensens. Cæterùm illa Interpretis verba: Quæ sua sponte iacent: in Græcis non reperio.*

72 Aquarum defectiuam] τὴν δὲ ὑδροποιὸν δύναμιν. *Cúmque de terrestri virtute, eiúsque diuersis symbolis hactenus disseruisset: nunc accedit ad* ὑδροποιὸν δύναμιν, *& quæ eius symbola tradita sint exponit.*

73 In quantum generare potest] πάλιν τῆς θαλασσίου, καθὸ γεννητική.

74 Integer sincerúsque ignis] τοῦ πυρὸς ἐστι τὸ ἀρχοειδές τε καὶ ἀκραιφνέστατον.

E 75 A radiorum videlicet motu] ἀπὸ τῆς τῶν ἀκτίνων αὐτοῦ πάλσεως. *Notatio Apollinis illa, (quoniam* πάλλειν *Græcis mouere est) de suo adiecit Trapezuntius.*

76 Quia ægrotationibus medeatur] καθ' ὃ δὲ ἀπαλεξίκακός ἐστι τῶν περιγείων ὁ ἥλιος, &c. *Cur autem Solem antiquitas Ethnica Herculem appellauerit, causam hanc Eusebius adducit:* ἡρακλέα αὐτὸν προσεῖπον ἐκ τοῦ κλᾶσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν ἀέρα, ἀπ' ἀνατολῆς εἰς δύσιν ἰόντα: *quæ verba nõ trãstulit noster Trapezuntius.*

77 Naturales enim omnes] καὶ μὴν ὑφίσαντες ἡμῖν τὸν κόσμον οἱ φυσικοί. *Salsè ridet & auctores & fabulas.*

78 Ignea Solis virtus] *Quid secutus sit sibique velit Interpres nescio. Sed circularis motionis, secundum quam fructus maturat ignis vis, Bacchus vocatur aliter, quàm humidorum fructuum vis: aut à conuertendo aut peragrando solem circulum cœli.*

79 Circumuolutus] *Adde* καὶ χρόνων ἐστὶ ποιητικὸς καὶ καιρῶν.

80 *Desunt ista Eusebij verba: Occidentis sub terram luminis symbolum facientes vestem purpureã:* A *eius autem acutum sceptrum, inferioris virtutum, & figuram manus, quod recedit in obscurum.*

81 Lunam] *Paulò plura sunt in græco Codice:* τὴν δὲ σελήνην, παρὰ τὸ σέβας ὑπολαβόντες, ἄρτεμιν προσηγόρευσαν, οἷον ἀερότομιν, λοχία δὲ ἡ ἄρτεμις, *&c.*

82 Quas à distantia Solis sumere videtur] *Non est in Græco, sed illa verba de lunari corpore* τῆς περὶ αὐτὴν μετασχηματίσεως, καὶ κατὰ τοὺς σχηματισμοὺς δυνάμεως.

83 Inconuertibilis] *Potius inexorabilis. Nam Græca habent:* ἄτροπος δὲ ἡ κατὰ τὸ ἀπαραίτητον τοῦ θεοῦ. *Facit huc Poetæ sententia: Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus.*

Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus.

84 Quem seniorem depingunt] ἀνατυποῦσί τε αὐτὸν ἑστῶτα, πολιὸν, πρὸς ἔμφασιν τοῦ γηράσκειν τὸν χρόνον. *Effingunt Saturnum stantem & canum, ut significent tempus senescere. Quàm commodè id dicatur, non video.*

85 Temporis enim obseruatio] *Quòd per tempora ætas incedat. Horarum autem aliæ cœlestes* B *sunt Solis, quæ etiam aperiunt aëris fores: aliæ infernæ, quæ Proserpinæ sunt & calathum habent.*

86 Venerem] *Veneris astrum contemplantes:* τὸν τῆς ἀφροδίτης ἀστέρα θεωρήσαντες γενεσιουργόν.

87 Orationem] *Sermoni tantùm tribuit, ut ei hoc elogium adscribat, quod prætermisit Trapezũtius:* τοῦ πάντων ἀπηχητικοῦ τε καὶ ἑρμηνευτικοῦ.

88 In omnibus enim seminalis vis] κατὰ πάντων γὰρ ὁ σπερματικὸς καὶ ποιητικός. σύνθετος δὲ, καὶ οἷον μηξέλλην, καὶ παρ' αἰγυπτίοις ὁ ἑρμανοῦβις.

89 *Cur Cupido instar pueri formetur, causam hanc reddit:* νήπιος δὲ διὰ τὰς αἰφνιδίους περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἐμπτώσεις αὐτοῦ.

90 Creatorem] *Creatoris non meminit, sed τοῦ λόγου, quẽ dicit esse* δυσεύρετον καὶ κεκρυμμένον *Post illa verba: intelligibili motu circumlatum, subnecte hæc:* διὸ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἐν τῇ κεφαλῇ κεῖται. C *Cæterùm quæ ex Ethnicorum mataeologia, de ouo ex ore Dei Cneph producto, & mundum significante, adducit, detestanda sunt. Apparet enim fuisse diaboli sarcasmos & mendacia, qui doctrinam veram de Deo conditore cæli & terræ, ac narrationem Mosi de opificio Dei, obliterare voluit. Sed nos firmiter statuamus totum hoc mundi systema, inenarrabili artificio, à Deo patre per Verbum coæternum esse conditum, & à Spiritu Dei foueri & sustentari res conditas, ut sint sapientiæ, bonitatis & potentiæ Dei symbola, etiam cùm vanitati obnoxiæ ingemiscunt. Rom. 1. & 8.*

91 *Adde hæc verba, quæ in conuersione desiderantur:* ἐσήμαινε τοίνυν ὁ ἥλιος, δι' ἀέρος ὑγροῦ καὶ γλυκέος τὴν περιπόλησιν ποιεῖσθαι.

92 Ἴσον enim Græci] διὰ τὴν ἰσότητα, ἀφ' ἧς τὸ δίκαιον: *Propter æqualitatem, à qua iustum proficiscitur.*

93 Occasionis tempore] *Non video quid hæc sibi velint. Græca habent,* εἰς γῆν ἀφανιζομένην ἐν D τῷ σπόρῳ, καὶ ὑφ' ἡμῶν εἰς τροφὰς καταναλισκομένην. *Cùm terræ semina mandamus, illa perire videntur, quæ in victu usui esse poterant.*

94 *Adde hæc verba:* διόπερ ἴσταται, καὶ κυεῖ, καὶ ποιεῖ τοὺς καρπούς. *Lepidè autem ridet commẽta Aegyptiorum, qui sibiipsis contradicentes, Isidem Osiridi maritum, fratrem & filium affingunt. Postea subiungit narrationem,* περὶ τοῦ κατὰ ἐλεφαντίνην ἀγάλματος, *ut annotauit Scholiastes quidam Græcus.*

95 Arietis caput habens] *Egregium verò monstrum, & dignum quod contemptores veri Dei deosculentur. Prætermissa sunt in latino exemplari hæc verba,* καὶ βασίλειον, κέρατα τράγεια ἔχον. οἷς ἔπεστι κύκλος δισκοειδής. κάθηται δὲ παρακειμένου κεραμέου ἀγγείου, ἐφ' οὗ ἄνθρωπον ἀναπλάσσειν.

96 *Omissa sunt quædam insanæ Ethnicorum specimina, quæ his verbis descripsit Eusebius: Hippopotamus autem, polum occiduum denotat, quod deglutiat in se eos qui circa ipsum versantur Pro Deo autem colitur in illa urbe Orus. Sed Lucinæ urbs, tertium lumen curat. Simulacrum autem simile est* E *vulturi volanti, cuius ala ex optimis est lapidibus. Nam aduncitas ipsius significat Lunam generare ventos. Nam ex vento putant concipere vulturem, omnes femellas dicentes.*

97 *Inde patet, quòd boues adductos ad deos, sæpissimè calendis mensium in cultu deorum mactatos obtulerunt. Hæc defuerunt: sequuntur quæ memoriæ mandãda sunt,* περὶ τοῦ ἐν ἡλίου πόλει θυομένου τῷ ἡλίῳ βοός.

98 Coloris diuisio] τό, τε διχότομον καὶ ἀμφίκυρτον.

Refutatio mysticæ theologiæ. *Cap. IIII.*

VErùm quoniam mysticam & arcanam theologiam ad incorporeas: reducit virtutes, ne videatur ad has visibiles mundi partes diuinum cultum referre, sed ad virtutes quasdam inuisibiles & incorporeas consideremus, an non par sit unam diuinam virtutem admirari

A admirari potius,quàm multas fingere, τὴν θεοποιΐαν αὐτῶν συντείνειν. Nam quemadmodum
quamuis multæ formæ partes,& membra vnius corporis sint, non tamen tot animæ, sed[1] 1
vna in homine vno anima est:sic & in vniuerso putandum mundo vnum quidem, ex vna
materia corporea esse mundum,plurimis partibus constantem,[2] cuius non multæ, sed v- 2
na est creatiua virtus veri Dei,virtus & sapientia. Illud autem ridiculum est, quòd etiam
Ægyptiorum nugas,ad incorporeas transtulit virtutes: oblitus sapiētissimus ille sui Chæ-
remona illum ab eo productum,qui præter hæc visibilia,nullum alium ab Ægyptiis cultū
fuisse Deum testabatur:& omnia in res naturales,nihil in rem incorpoream illos traduxis-
se.Cur igitur cùm ipsi Ægyptij incorporeas,& viuas substantias,nullo se modo colere cla-
ment,[3] friuolas has inuentiones excogitastis? & vniuersaliter quidem omnia sic refutan- 3
tur?[4] Particularum autem non difficilis redargutio est.Nam vt Ægyptiacas nugas præter- 4
B eam,quis mentis compos non deridebit has Græcorum sapientum physiologias? Si enim 5
Iupiter secundū eos,non ignea illa virtus atq; æthera,vt,teste Plutarcho,prisci putabant,
sed supremus ipse intellectus,rerū omniū creator,&[6] vita est: quomodo Saturnus pater e- 6
ius erit,per quem tempus significari voluit? Ops autem quo pacto mater, quam interpres
iste lapidosam & montanā virtutē esse asserit? Iunonem verò aera & æthera esse dicens,
nescio quomodo,& sororem & vxorem creatoris intellectúsque viuifici esse affirmat.[7] La- 7
tona rursus,si quasi quædam obliuio sit,quæ animas ad inferiora hæc lapsas consequatur,
quomodo hæc obliuio solis & Lunæ mater erit?Apollinem quippe atque Dianam Lato-
næ liberos ad Solem & Lunam traduxit: cur autem Opem & Cererem, id est secundum
ipsum lapidosæ atque montanæ telluris,& planæ ac æqualis symbola colendas esse putat?
[8] Cur Dionysium præterea & Atym & Adonim generatiuam scilicet plantarum virtutē, 8
C aut immaturati defluētium florum,aut perfecti fructus symbola,tāquam dij colendi sunt:
cùm humanum genus,ad vsum cibúmque cuius omnia hæc à creatore producuntur:mul-
tò illis honorabilius sit?Hoc modo & reliqua facilè redargues in hac præclara scilicet phy-
siologia:& si diligentiùs considerabis,mirandam impudentiam eorum duces, qui Solem
modò Apollinem,modò Herculem, deinde Dionysium ac Æsculapium dicere non ve-
rentur. Quomodo enim idem pater & filius simul, id est Æsculapius erit, atque Apollo?
Quomodo autē Sol Hercules est,cùm Alcumenæ mortalis fœminæ filius Hercules per-
hibeatur?Aut quomodo furore Sol exagitabitur, & liberos incitatus interimit suos,quod
Herculem fecisse omnes fatentur?Sed duodecim, inquit, certamina, duodecim cœlestia
signa sunt.[9] Quis igitur Eurysthæus excogitabitur,qui Soli, tanquam Herculi, hunc cer- 9
tandi laborem inuito imponat? Quomodo autem ad Solem quinquaginta Thestiades,&
D captiuarum reliqua multitudo,quibus omnibus Herculem conuenisse fabulantur,reduci
poterunt,præsertim cùm mortales liberos,ab illis Herculem suscepisse confirment, à qui-
bus Herculeum genus tractum per longa tempora successione durauit? Quem porrò esse
Centaurum dicent,cuius sanguine cruentatam vestem Soli Deianira velut Herculi ob-
tulit,vnde succensus furore dicitur fuisse?Verùm non Herculem,sed Dionysium esse So-
lem ponamus?Quæ igitur eum genuit,siue Semele quædam,siue Persephone? quomodo
autem Dionysius iste & Sol simul erit,&[10] germinandi miranda virtus?quam autem dice- 10
mus multitudinem mulierum fuisse,quæ cum Dionysio militauit? quæ verò Solis erit sic-
ut illa Dionysij, Ariadne?Quare autem nō omnium,quæ à terra nascuntur frumenti & le-
guminum,sed vini solummodò largitor Dionysius in Solem transformatus? qui si Æscu-
lapius & Sol est,quomodo à Ioue turpissimi causa quæstus fulmine percutitur,iuxta[11] Pin 11
darum sic de seipso dicentem:

E

Aurum illi nimium,preciosáque munera curæ.
Horrendum inde pater diuorum concitus ira,
Contorsit fulmen,animámque è corpore vulsit.

Asclepiadum verò genus,quod multis seculis in Græcia floruit, vndénam ortum est è ter-
ris?[12] Sit sanè,verisque ac certis rationibus in Solem & Lunam, & reliquas partes mundi 12
fabulæ transferantur,ergo rursus creatore relicto,falsò creaturas coluerunt.[13] Quòd si non 13
conspicua corpora Solis, Lunæ & astrorū,nec sensibiles partes mundi,sed inuisibiles crea-
toris qui super omnes est virtutes,quibus omnia omnigenis virtutibus replet,omnibus ad-
est,omnia gubernat & cōtinet,[14] colere se dicēt,quare nō proiectis fabulis de dijs sicut im- 14
piis atque turpissimis,[15] ad ipsum verum & vnum, inuisibilémque Deum[16] conuertuntur? 15. 16.
Hoc enim facere debent,qui verum cognouerunt,[17] non autem quasi mente capti, 17

18 venerabilem Dei appellationem creaturis aſcribere, [18] nec in profundis ita ſeipſos tene- A
bris claudere, vt intus ſe Deum inuenturos confidere videantur: nec in ſimulacris & inani
materia diuinas honorari virtutes putare: nec ſanguine ac nidore quaſi res gratas creatori
offerre: à quibus omnibus liberatos oporteret, tanquam veros philoſophos magna voce
prædicare, nõ hæc ſe viſibilia, ſed inuiſibilẽ ſolũmodo creatorẽ admirari, & inuiſibiles at-
que corporeas eius virtutes inuiſibiliter colere, nõ incẽdẽdo ignem, aut arietẽ, aut taurum
19 ſacrificando, nõ ſertis & ſimulacris tẽplorúmque ædificatione, ſed pio [19] animo & recta de
Deo ſentẽtia & virtute, quæ vt poſſibile homini eſt, ad Dei nos adducit ſimilitudinẽ. Sed
nullus vnquam Barbarus, nullus Græcus ante doctrinam Saluatoris noſtri hanc veritatem
20 cognouit. [20] Saluator autẽ noſter ſolus omnes vndique gentes Euãgelica prædicatione ad
21 veram religionem conuocauit. Sapientes autẽ huius ſeculi, [21] omnia ſe ſcire iactantes, cùm
Deum cognouiſſent, non vt Deũ glorificarunt, aut gratias egerunt, ſicut Apoſtolus ait: ſed B
fruſtrati ſunt per cogitationes ſuas, & obtenebratum eſt imprudens eorum cor, & dicẽtes
ſe ſapientes, ſtulti inuenti, creaturas non creatorem colentes, qui eſt benedictus in ſecula.
22 [22] Poſt enim longam philoſophiam & myſticam, imò verò impiam theologiam, à phy-
23 ſiologia ſua velut altiſſimo montis vertice deiecti, multitudini conferuntur, [23] & multo-
rum errores ſimulacris ſacrificando adaugent. Quare patet, pudore victos turpitudinem
theologiæ ſuæ phyſiologia cælare voluiſſe, cùm opere fabulas popularémque ſuperſtitio-
nẽ comprobent. Quod mihi mirum nequaquam eſſe videtur, cùm & ipſos deos video fa-
bulas contemnere non poſſe. Quippe operæprecium eſt, Apollinem ipſum docentem in
hymno, quem de ſeipſo edidit, ſe in Delo inſula à Latona in lucem editũ: & Æſculapium
in Tricce, ſe & Mercurium genitos à Maia fatentẽ, audire quid de ſeipſis dicant. Sic ergo
24 Apollo, teſte Porphyrio in libro quem de [24] reſponſis ſcripſit, de ſeipſo edidit. C

25 *Cum Latona graui [25] partus, oppreſſa dolore,*
Commotíque eſſent gemini intra viſcera diui,
Stabat terra, aer ſtabat, fixa inſula robur
Accepit, fluctus etiam miteſcere ponti
Cœpere, arcitenens vatéſque exiuit Apollo.

Æſculapius quoque de ſeipſo ſic edidit:

Natus ego ex ſacra Tricca, aui tota medendi
Ars, cui ſeſe omnis pariter ſapientia debet:
Quem materpeperit compreſſa ab Apolline, magnum
Illum Aeſculapium, diuûm numeróque receptum.

Mercurius autem ſic de ſeipſo clamat:

26 *[26] Sum Ioue Mercurius, Maiaque Atlantide natus,* D

Formas etiam ſuas ipſi deſcribunt, vt ex hoc Panos oraculo de ſeipſo pro lato apertè mõ-
ſtratur:

Exoluo Pani mortalis vota bicorni.
Deliciáſque Deo pariter bipedi capricruro.

Hæc in ſua illa inenarrabili, quæ ex oraculis oritur, philoſophia, vir ille à nobis deſigna-
tus, propoſuit. Non ergo vniuerſum ipſum Pan eſt, ſed dæmon quiſpiã talis videlicet, qua-
lem ſeipſum hoc oraculo deſcripſit: non enim vniuerſus mundus hæc carmina edidit. At-
que huius dæmonis, non autem vniuerſi imaginẽ viri fingentes, præſcriptam formã imita-
27 ti ſunt. Mercurius etiam quomodo [27] interpretatiua oratio dici poteſt, cùm Maiæ Atlan-
28 tidos filiũ ſe fuiſſe [28] fateatur? & Æſculapius quomodo Sol erit, qui ſe Tricenſem fuiſſe af-
firmat, & à mortali ſe muliere natum non inficiatur? Quomodo autem cùm ſit Solis filius E
29 Sol ipſe erit? [29] Solis autem & mortalis cuiuſdam mulieris filium ſe appellans, quo-
modo nõ erit ridiculus? Apollo etiam ſi Sol eſt, quo pacto in Delo inſula genitum ſe à La-
tona prædicat? Hæc obiicienda eis tunc maximè cenſeo, quando impudenter Saluatoris
noſtri virgineum partum deridere audent: præſertim cùm nõ à poëtis iſta, ſed ab ipſis diis
dicta ſint. Hæ à nobis propoſitæ deſcriptiones, non poëtarum voces ſunt, ſed ipſorummet
30 deorũ. [30] Cum igitur & poëtæ fabuloſè theologiam tradiderint, philoſophi phyſiologicè
31 fabulas intelligant, dij [31] verò ipſi apertè, qui & vnde fuerint, oraculis ſuis declararint: ma-
nifeſtum ſcilicet eſt, quia diis credendum eſt, vel quia dij ſint, vel quia vnuſquiſque melius
quàm cæteri ſua cognorit. Quòd ſi ita eſt, philoſophorum phyſiologiæ falſæ omnino
inueniuntur. Sin verò philoſophi veritatem aſſequuntur ipſorum deorum, de ſeipſis
teſtimonia

A testimonia falsa relinquentur. Sed illud forsan quispiam obiiciet, quia responsum Apollinis philosophorum sententiæ conueniens hoc modo inuenitur:

Sol & Osiris item Dionysius Horus Apollo:
Rex & item retinet lucis, qui & noctis habenas:
Qui ventos, qui dat imbres, qui tempora mutat.
Stellarum summus rex, immortalis & ignis.

Idem ergo dij, & poëtarum fabulas, & philosophorum sententias, comprobantes, pugnātia de seipsis confirmant. Nam si mortales sibi matres ascribunt, & patrias vnde oriundi sunt, spontè fatentur, quomodo tales erunt, quales in physicis suis commentis fingunt? Sit autem Apollo Sol, sursum & deorsum ad idem recurrens eorum sermo rursum constringitur. Quòd si Sol est, quomodo Delos in mari etiam nunc apparens insula, patria, & mater Latona? hæc enim vera esse, ipse Apollo respondit. Præterea si Apollo Sol est, quomodo hæc de seipso cecinit?[32] Vtrum Sol de cœlo[33] in aliquem hominem descendit, & hæc 32. 33
de se cecinit? Sed non possibile, neque fas talem tantúmque lumen hominum se subiicere necessitati. An intelligentia & diuina virtus illa, quæ in ipso est? Sed nec illam anima hominis vnquam suscipere potuit. Eadem vtemur ratione de Luna: quāuis potestatem, quæ in Luna est, Hecatem appellantes,[34] & malignorum spirituum originem putantes, cùm ad 34
amorum obscœna inuocent ministeria, concedendum eis fortasse videatur. Quomodo autem & Pluto & Serapis in Solem referuntur, cùm malignorum spirituum princeps esse Serapis prædicetur?[35] Sed ex his omnibus mystica philosophorum theologia, falsa & cauil- 35
latoria vniuersa uidetur. Sophismata autem & commenta sophistarum esse deprehendūtur.[36] Oraculorum autem omnium auctores dæmones esse malignos, qui nonnunquam 36
C fabulas, nonnunquam philosophorum sententiam ratam faciunt, vt & illos derideant, & hos maiore arrogantia perdant, quis non viderit?

Scholia in Caput IIII.

Mysticam Ethnicorum matæologiam in hoc capite refutat Eusebius, initio facto ab hac obiectione Ethnicorū: Non visibiles mundi partes, sed virtutes quasdam incorporeas & inuisibiles, in deorum numerum referimus, & tanto afficimus honore. Vsus enim nos docuit, singulis rebus vim quandā diuinam inesse. Quid igitur τῇ πολυθείᾳ, *& deorum istorum cultui, obstaculo esse poterit? Respondet Eusebius. Non ideò multos deos confingendos esse, quia constet multas esse* ἀοράτους καὶ ἀσωμάτους δυνάμεις, *cum hæ ab vna quadam æterna mente architectatrice conditæ sint, vt seruiant Opifici, non vt gloriam eius sibi vēdicent. Addit declarationis causa hanc* ὁμοίωσιν. *Sicut in corpore humano mul-*
D *tæ partes & membra inter se diuersa sunt, quæ tamen, non plures, sed vnicam animam habent: ita tametsi multæ partes vniuersi sunt, multæ etiam virtutes, vnus tamen Deus est, qui à se condita moderatur & gubernat.*

1 Sed vna in homine vno anima est] *Declaratio est* τῆς ὁμοιώσεως, *quam aspersit Interpres de suo, prætermissis hisce:* οὐδὲ τοσούτους ποιητὰς καὶ δημιουργοὺς τοῦ σώματος νομίζειν. *Neque tot esse factores & opifices corporis, arbitrari, quot scilicet eius partes sunt. Sed & vnam animam vniuersum mouere corpus, & vnam creatricem virtutem esse, quæ totum animans fabricata sit.*

2 Cuius non multæ] *Pulcherrima hæc de mundo verba non transtulit Interpres: Et vnam totius vniuersi naturalem sympathiam demonstrante, temperiémque & mixtionem elementorum in ipso, transmutationésque & migrationes ipsorum in alia. Vniuersum autem vnum mundum, & eandem harmoniam ostendente, non multas oportere ponere architectatrices potestates. Vnam autem solam dicere, verè diuinam vim & Dei sapientiam.*

E
3 Friuolas has] *Nec verba, nec sententiam Eusebij conuersio habet: Si itaque, vt ipsi fatentur, Aegyptiorū erat nihil referre ad incorporeas & viuas naturas: sed omnia quæ de dijs fabulantur, ad mundi physicas partes referre: cur igitur denuò cum Aegyptijs de inuentionibus disputantes, quæ nequaquam ipsorum propria sunt, ascribitis, ad virtutes incorporeas dicentes illos suam theologiam referre? Egregiè perstringit Porphyrium, qui cùm sciret Aegyptios incorporeas & inuisibiles virtutes non colere, sicut capite præcedenti exposuit Eusebius: tamen in mysteriorum eorumdem explanatione affirmauit, non visibiles mundi partes & creaturas, sed* ἀσωμάτους καὶ ἀοράτους δυνάμεις, *Ethnicos* θεοποιεῖν. *Oportebat istos mendaces, iuxta prouerbium, memores esse. Sed in hunc modum pœnas dant mendaciorum & idololatriæ sectatores & patroni, qui veritatem in iniustitia detinent, & dum opiniones & figmenta sua defendere conantur, per imprudentiam omnia suspecta faciunt, pleraque ipsimet subuertunt.*

4 Particularum autem] καὶ ὧδε τῆς κατὰ μέρος δὲ ἡγοῦμαι τὸν ἔλεγχον τῆς κατηναγκασμένης ἀποδόσεως αὐτῶν, οὐ μακρᾶς ἀνακινῆς δεῖσθαι. A

5 Nugas] λῆρον, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν καὶ ἀδόλεσχον φλυαρίαν.

6 Et vita est] ὁ τὰ πάντα ζωογονῶν.

7 Latona rursum] *Omisit notationem hanc:* λητὼ πῶς καλεῖσθω, διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον, ὥς φασιν, ἀναισθησίαν· καὶ ὅτι λήθη ξυνομαρτεῖ ταῖς ὑπὸ σελήνην γενομέναις ψυχαῖς. *Supra hæc quoque tradita sunt.*

8 *Desunt hæc verba: Persephonem verò, quam allegoricè* τὸν κόρον, *i. satietatem interpretantur, qua tandem ratione ducti, arbitrantur tam augusta appellatione honorandam?*

9 Signa sunt] τῆς καθ' οὐρανὸν διαιρέσεως τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ὃν φασι τὸν ἥλιον πολεῖν.

10 Germinandi virtus] καὶ ἡ κατὰ τοὺς ὑγροὺς καρποὺς, καὶ τὰ ἀκρόδρυα βλαστῶσα δύναμις.

11 *Pindari elogium & verba ita sunt ab Eusebio descripta, secundum Bœoticum melopœum Pindarum, qui sic ait: Vertit illum claro precio: aurum in manibus apparẽs: Manibus autem Saturnius iaciens, ex ambabus spiritum pectoris ademit ilicò: feruens autem fulmen attulit mortem.* B

12 Sit sanè] *Multa hoc loco desiderantur, quæ Eusebius his verbis complexus est: Sed rursus tanquã ex machina turpes & fabulosas de dijs narrationes aufugiunt, & ita in Solem, Lunam, & reliquas mundi partes illis recurrit oratio. Siquidem ignis ipsis erat Vulcanus, & calorifica vis. Neptunus autẽ humida natura. Iuno autem aer & terra, rursum alia montana & saxea, Rhea: alia plana & fertilis, Ceres. Proserpina verò vis continens semen. Bacchus plantarum vegetatiua virtus. Sol, Apollo cum connumeratis. Luna autem, nonnunquam Diana, nonnunquam Minerua, & aliquando Hecate, & Lucina.*

13 Coluerunt] *Desidero in conuersione Trapezuntiana hoc loco ista verba: Et creationem vniuersi, non creatorem referentes deprehenduntur: valdè periculosè & minimè tutò, & cum malis quæ in ipsorum caput recidere possint. Quid autẽ ea de re sit statuendum, sapientissimè Paulus Apostolus pronunciat, Roman. 1. quo in loco ostendit eiusmodi homines traditos in reprobam mentem, stultósque factos esse, &c.* C

14 Continet] *Qua id ratione præstet Deus, his verbis exponit Eusebius,* ἀσωμάτως δὲ καὶ ἀφανῶς ἐν πᾶσιν ὄντα, καὶ διὰ πάντων διήκοντα, καὶ τοῦτον εἰκότως διὰ τῶν δεδηλωμένων σέβειν φασί.

15 De libris etiam illa addit] καὶ αὐτάς γε τὰς περὶ τούτων βίβλους, ὡς δυσσεβῆ καὶ ἀκόλαστα περιεχούσας, ἀφανεῖς ποιήσαντες.

16 Conuertuntur] γυμνῶς καὶ καθαρῶς, καὶ ἄνευ τινὸς αἰσχρᾶς περιπλοκῆς ἀνυμνοῦσι.

17 Non autem] μηδὲ κατάγειν καὶ καταβάλλειν εἰς αἰσχρὰς καὶ ἐμπαθεῖς ἀρρητολογίας.

18 In profundis] ἐν οἰκίσκοις καὶ σκότου μυχοῖς, ἀνδρῶν τε οἰκοδομαῖς.

19 Sed pio animo] *Cogitationibus puris & dogmatibus rectis veris hoc facientes, in indolentia animi, & eius quantum fieri potest ad virtutem assimulatione. Postea negat quenquam ante Saluatorẽ Christum, piam doctrinam & saluatorem, cognouisse.* D

20 Saluator] *Qui veteris erroris fugam omnibus gentibus prædicans, omnibus sine inuidia inuenit ad verum & solum omnium Deum conuersionem & pietatem. Vides, quid in prædicatione* Euangelij *Christo propositum fuerit.*

21 Omnia se scire iactantes] τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν αὐχήσαντες. *de summa philosophia gloriantes.*

22 Post] *Græcus Scholiastes hoc loco adiecit hanc* ἀποσημείωσιν *disputationis capitum:* ὅτι μυθικὰς περὶ θεῶν διηγήσεις ἀπελέγχουσιν ἐναντία πράσσοντες.

23 Conferuntur] *Et de veterum deorum multitudine errori affingebant alia reliquis similia, ideò quòd sacrificabant, & coram simulacris procumbebant, putantes illa se honore afficere: augentes & stabilientes publicam fabulosarum de dijs narrationum opinionem.* E

24 De responsis] περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, ἧς καὶ τῶν χρησμῶν ἐμνημόνευσε, *&c.*

25 *Omisit Interpres hæc:* ὦ μέγα πᾶσι χάρμα βροτοῖσι ἀπὸ σῶν ἱερῶν μαπέρος ἁγνὰς προθορὼν τοκετῶν. *Et in fine istorum versuum Apollinis de seipso:* κατὰ χρησμολάλων βασιλεῦ τριπόδων.

26 Sum Ioue] *In præcedentibus, de Apolline versibus, plura habet conuersio latina, quàm græcus Codex, in hoc Mercurij Encomio pauciora.*

ὃς δ' ἐγὼ, ὃν καλέεις, ζηνὸς καὶ μαιάδος υἱὸς
Ἑρμῆς προβέβληκα λιπὼν ἀστραῖον ἄνακτα.

Postea in Panos capricruri prosopopœia, in fine omisit, τριφῶντι.

27 Interpretatiua] ποιητικὸς καὶ ἑρμηνευτικὸς λόγος.

Fatea-

A 28 Fateatur] τήνγε περὶ αὐτοῦ λεγομένην μυθολογίαν, ἀλλ' οὐ φυσιολογίαν ἐγκρίνας.

29 ἐπειδὴ τὸν αὐτοῦ πατέρα τὸν Φοῖβον, οὐκ ἄλλον εἶναι τοῦ ἡλίου ἐφυσιολόγησαν.

30 Cùm igitur] *Ego hæc verba ita vertenda arbitror. Poetis quidem, vt aiunt, fabulas de diis confingentibus: Philosophis autem, easdem de rebus naturalibus interpretantibus: Oportebat sanè illos despicere, hos admirari tanquam philosophos, & nugis poeticis omissis, eorum qui præstantiores fuissent probabiles sententias, potius amplecti.*

31 Dij verò.] *De certamine Philosophorum & Deorum Ethnicorum, & quibus tandem de Natura Deorum pronunciantibus fides habenda sit, Eusebius ita scribit: Cùm autem rursus dij & Philosophi in certamen descenderent, & illi ex oraculis res suas tanquam meliùs id scientes, probarent exactè: hi autem in incertas & discordantes inuentiones suas opiniones de quibus nihil certi habent, conferrent: quibúsnam recta ratio credere iubebit? Aut éstne etiam de hoc dubitare rectum? Si enim vera*
B *dicunt dij, stabilientes humana quæ in ipsis sunt: certè falsi erunt qui ista inficiantur. Si verò philosophorum, naturales disputationes veræ sunt, falsa nimirū deorum testimonia erunt. Sed & ipse, obiiciat aliquis Apollo, inquit, de se in oraculis, interrogatus quisnam sit.*

Sol, Orus, Osiris, Rex, Bacchus, Apollo,
Horarum & temporum dispensator, ventorum & imbrium.
Auroræ & noctis multis stellis ornatæ habenas moderans,
Ignitorum astrorum rex & immortalis ignis.

Hæc ideo ad verbum descripsi, quia conuersio vix summam lepidæ huius altercationis habet.

32 Vtrum Sol] *Quærit qui Sol, pater Aesculapij medici, esse potuerit:* πῶς δὲ καὶ τοῦ ἀσκληπιοῦ ἀνδρὸς θνητοῦ. πῶς φύσιν γένοιτ' ἂν ὁ ἥλιος πατὴρ, ἐκ θνητῆς αὐτὸν γυναικὸς προϊέμενος, ἀλλὰ παρείσθω ταῦτα. *Sequitur Scholiastis Græci argumentū, quod his verbis sequētibus præfixit: Quòd impossi-*
C *bile sit, partes mundi, diuinas vires præstigiatricibus coactionibus deducere, vt per oracula interrogantibus respondeant.*

33 *Deprauatissimo codice, & multis in locis mutilato, vsum fuisse Interpretem, ex eo apparet quòd hæc magna ex parte non vertit, sententiam tantùm paucis exposuit verbis: Oraculi falsitas & alibi redarguenda est. Nec enim Sol cœlitus ad ipsos descendens, deinde canalem implens, oraculum euomuit.*

34 *Desunt: Et quomodo coactionibus hominum detrahi, & per canalem agere. Principium enim existēs malarum, potestatum siue dæmonum, verisimile est Hecatem hæc agere, quod & ipse auctor fatetur, vt suo tempore ostendemus.*

35 *Adde hæc de Serapide, qui idem est cum Plutone, & oracula Serapidis inscribens, quomodo potest dicere illos Solis esse?*

D 36 *Sententiam* συντόμως *reddidit Interpres. In hac autem conclusione libri tertij ostendit Eusebius, Diabolis, efficaci illusione miseris & à se fascinatis Idololatris, imponentibus oracula hæc accepta esse ferenda, sicut ex his verbis patet: Ministros oraculorum vera ratione dicentes dæmones esse malos, in hominum perniciem ambiguè ludentes: & nunc componentes ad fabulosas de se opiniones in communi errore nunc aliquid de philosophicis præstigiis stabilientes, vt & hæc trita fiant & inflent: vt deprehendatur ex omnibus partibus nihil veri dicere. Vides, arbitror, quibus artibus Satan vtrísque imponat, & vulgo hominum & sapientibus huius seculi. Nos Deo gratias toto pectore semper agamus, quòd ab ista mentium caligine & superstitione, per cognitionem Iesu Christi filij sui, nos liberauit, & se nobis in filio suo patefecit.*

E

ARGVMENTVM IN LIBRVM IIII. EVSEBII CÆSARIENSIS DE PRÆparatione Euangelica.

CVM *in præcedentibus libris, Eusebius noster duas formas Ethnicæ matæologiæ, fabulosam videlicet quæ historica ab aliis dicitur, & physicen quam eius assertores Philosophi neoterici mysticam & allegoricam vocant, diligenter tradidisset, & ipsorummet Gentilium argumenta confutasset: nunc in hoc quarto libro, ad tertiam matæologiæ formam, quæ ciuilis dicitur, accedit, eám-*

*que conuellit. Pertinẽt ad hanc, patria religio, ceremoniæ in cultu simulacrorũ, opinio- A
nes de diis, & alia eius farinæ, cõtra quæ apud Ethnicos nemo est ausus hiscere. Principiò igitur, quid de respõsis & occulta statuarũ τῇ ἐνεργείᾳ, sit statuendũ, ostendit, respõsa hominibus imposturã illam quæstus gratia exercentibus, miracula naturæ rerũ, accepta referens. Quæ etiam Hierophantarum, seu potius Sycophantarũ, astutia fuerit, in perquirẽdis hominũ studiis & occupationibus, & in conformãdis ad ea responsis pulchrè indicat. Postea ordines Cælitum Ethnicorum subiicit, ac regiones singulis peculiares assignat, omnésque dæmones malos, noxios, mendaces, impotentes esse probat. Postremò de cultu Cælitum istorum disputans, docet in deliciis illis esse, sanguinem animalium, nidorem carnium, victimas humanas, eosdem etiam incitare miseros mortales ad B
libidines vagas, cædes, furta, bella, & alia scelera, & ob eas causas non cultu & veneratione, sed contemptu & execratione, dignos. Hæc præcipua κεφάλαια sunt 4. lib. cætera in Scholiis annotauimus.*

PRÆFATIO.

Theologiæ tria genera apud gentiles.

HIs itaque dictis, iam tempus est in hoc volumine tertiam partem gẽtilium theologiæ percurrere, quam ciuilem appellãt. Nam quoniam in tria genera theologiam partiuntur, in fabulosum, quod C
etiam historicum appellant, poëtis maximè attributum: in naturale atque mysticum, quod philosophi approbarunt: & in ciuile, quod in singulis ciuitatibus consuetudine ac legibus defensatur: estque de duobus primis parti-
1 bus 1 in superioribus libris expositum: Tempus iam est tertiam quoque portionem, quam ciuilem appellant, testimonio semper ipsorum vtentes redarguere. Continentur igitur in hoc tertio genere oracula, responsa, curæ morborum in hominibus piis: & econtrà, eiecti vel aucti morbi in impiis, quarum omnium rerum periculum fecisse dicentes, piè se deos colere, nos
2 verò impiè facere affirmant, qui tam manifestas 2 virtutes contemnamus, D
3 leges patrias transgredientes, quas oportet vnumquemque seruare, 3 vt nemo debeat res nouas temeraria cura scrutari: præsertim cùm à legibus capitalis pœna aduersus eos decernatur, qui secundum leges & consuetudines patriæ deos non venerantur. Sed primum quidem historicum & fabulosum theologiæ genus, & secundum naturale scilicet ac allegoricũ, vnusquisque
4 sicuti placet, inquiunt, interpretetur ac reprobet. Tertium autem quod 4
singularum legibus ciuitatum comprobatur, nec poeta quisquam, nec philosophus moueat, nisi velit tanquam impius iure patrio puniri. Ad hæc igitur nobis dicendum, ratióque reddenda, quare Saluatoris nostri Euangelica E
prædicatio omnium gentium huiusmodi legibus contemptis, ad verum sui cultum nos reuocat.

In Librum quartum annotationes.

IN Procemio libri quarti pollicetur Eusebius, se post expositas & refutatas duas species Theologiæ Gentilium, Historicam videlicet & Theoreticen: de tertia, quam Ciuilẽ, πολιτικὴν appellauerunt, verba facturum. Huius autem aliam & maiorem, quàm cæterarum rationem esse habitam, docet. Licebat enim hominibus ingeniosis ludere pro arbitrio in confingendis mythologiis & physicis allegoriis: Politicen

A *Politicen autem nemo reprehendere aut transgredi ausus est. Erāt enim pœnæ capitales iis denunciatæ, qui patrios ritus sacra vel perstringere vel violare ausi fuissent. Ad eam spectare dicit oracula & responsa deorum, curas morborum, pœnas scelestorum & alia quædam.*

1 *Nimirum historica, quam & fabulosam aut Rhetoricam aut quocunque modo appellant.*

2 *Et beneficiarias.*

3 *Neque mouere non mouenda, ingredi autem & sequi maiorum pietatem.*

4 *Quòd à magistratibus tanquam antiquum simul & politicum, honorandum & conseruandum esse legibus sancitum est.*

5 *Et statutis ab antiquo obtinentibus in vicis & vrbibus quilibet obediat, patriis legibus parens. Ad hæc igitur tempus est reddere rationem nostram, & defensionem suscipere Euangelicæ Saluatoris nostri doctrinæ, quæ contraria iam dictis anunciat, & gentium omniū legibus contrarias leges statuit.* B *Quòd igitur nō sint Dij inanimata simulachra, ipsis quoque apparet. Quódque nec ipsorum fabulosa theologia aliquid auctoritati ipsis aut diuinitatis asserat, in primo libro demonstratū est, sicut & in secundo & tertio: quod neque ea quæ magis physicè & philosophicè in fabulis interpretati sunt, ipsorum narrationes inexpugnabiles reddant.*

Quòd hominum artificio responsa reddi quispiam non temerè diceret, probat testimoniis Hierophantarum & philosophorum. Et casu diuinando vera interdum dixisse, ideóque non ex arte. Cap I.

QVales igitur eas virtutes, quæ in simulacris habitant, dicere oportet? Vtrum
bonas & verè diuinas, an econtrà? Hoc enim modo mihi nunc placet eos in-
terrogare, nam alius fortasse non ita faceret, sed[1] nullam omnino virtutem in
simulacris esse contenderet, & hominum malitia artéque malefica omnia 1
C fieri probaret. Responsa enim ipsa ad decipiendos auditores ab astutis & cautis homini- *Respōsa ambigua.*
bus ambiguè ad vtrumlibet euentum esse acutè composita. Miracula verò quę simulacris *Miracula in Idolis facta.*
attribuunt, natura rerum fieri, multa enim genera esse[2] herbarum, multa lapidum, secre-
ta quædam & multis ignota natura insita morbos quosdam pellentia, quosdam inducētia:
alia enim contrahere atque densare, alia distrahere & rarificare, tendere aut omnino mu- 2
tare & saluare, nata esse, quod alia breui tempore, alia longo efficiunt, & alia in lōgum du-
rant, alia citò dissoluuntur: ita nonnulla conseruantia sanitatis inueniuntur, nonnulla ecō-
trà morbos inducunt. Multa etiam lucem Lunæ ita sequūtur, vt simul cum ea crescant
atque decrescant. Animalia igitur nonnulla, plantæ, lapides, aromata, magnas virtutes
insitas, sibi natura possident, ad quæ omnia positio quoque locorum multùm conducit.
D Instrumenta etiam ipsis ad huiuscemodi artem multo antè præparata, & ministros eis esse
multos diceret, qui per ciuitatem vagantur inuestigantes, cuius rei quilibet egeat, vt in-
telligant, quid petiturus à Deo venerit, propterea ex adytis, & penetralibus, & profundis-
simis quoque speluncis responsa ferri, vt & tenebræ ipsæ nonnihil conferant, & nonnulli
lateant in cauernarum secessibus nuncij atque ministri, ad quæ omnia videlicet non pa-
rum superstitio & opinio faciat hominum.[3] Præterea multitudinis inscitiam, & eorum
astutiam, qui hæc peragunt, non parum posse, qui vel voluptate capiant interrogantes bo- 3
na spe sibi proposita: vel si nonnulla coniectura, quid euenturum sit consequi potuerunt,
apertè, vt in cæteris credantur, mala prænuncient. Sin verò nihil coniecturis inuenitur,
ambiguitate ita fallunt, vt redargutionem effugere videantur. Multa verò etiam contin-
gere aliis quibusdam cauillationibus adhibitis, nam & cantando nonnunquam peragere *Artificiosa impostura.*
E quædam videntur, & inaudita quædam nomina inuocant, vt diuini videantur. Maximè
autem multos decipi, cùm aliqualiter docti sint, quos ipsa responsorum mirabilis compo- *Responsa de futuris euētib. falsa vt plurimū deprehēsa esse.*
sitio, & verborum elegantia, & orationis grauitas simul & ambiguitas adeò trahit, vt diui-
na esse facilè credant. Ex illis autem responsis, quæ ambitione dicta non sunt, sed quadam
futurorum coniectura clariùs prolata, multa, imò verò penè omnia falsa inuenta sunt, vn-
de si quod etiam euentu rerum comprobatum fuerit, casu potius quàm ratione id accidis- 4
se, credendum. Quæ quamuis paucissima sint, feruntur tamen in primis, & lapidibus *Respōsa multis bellis & malis occasionem præbuerunt.*
insculpta permanent. Quæ autem falsa fuerunt, penè innumerabilia, eorum nullus me-
minit, neque illud animo voluit,[4] bellorum & seditionum hæc responsa deorum causa
fuisse plerumque, nec etiam eo tempore, quando Græcia florebat, & dæmonum supersti-
tio in ea vigebat, clarum quid & vtile facinus prædictione deorum factum vnquam fuis-
se. In calamitatibus enim bellorum nihil prouidentes dereliquerunt eos, quos in summa

In calamitatibus dij suos deserũt

bellorum pericula responsis impulerunt, quod loco suo planius faciemus, probabimúsque A
multos ab illis in bella iniectos, nec vtiliter vnquam responsum, sed ambiguitate, qua
ignorantiam suam tegebant, delusos deceptósque fuisse quærentes. Multa enim etiam
tuipse ab historiis colligere potes, quibus sæpenumero salutem & vitam ægrotantibus
promittentes, & quasi dij crediti, ac diuinæ prædictionis magna exacta mercede, euentu
5 ac morte languentium patefacti sunt, malefici quidam viri non dij fuisse. Quid autem[5]
oportet dicere, quòd ciuibus suis isti fatidici nunquam profuerũt: & eis, qui longè veniunt
ignotique sunt, mirabilia promittunt? cum certè oporteret ciuibus magis suis, quàm alienis
deos propitios facere, Sed quia peregrinos ignorantes malitiam suam, facilè decipiunt,
ciues autem suos longi temporis periculo doctos decipere non possunt: hoc ita fit, sic vniuersam
rem istam humanæ inuentionis opus fuisse quispiam assereret, vnde ab omnipotenti
iam Deo cum templis & simulacris deiecta omnino putrescit. Vbi enim est oraculum B
Delphicum, quod magna religione ab hominibus colebatur? Vbi Apollo, Pythius

Singulorũ oraculorum defectus.

aut Clarius? vbi Dodonæus? Delphicum quidem oraculum ter à Thracibus concrematum
fuisse traditur, nec vnquam ab Apolline calamitas illa prædicta. Idem Romæ de
Capitolio Ptolemæorum temporibus fuisse audiuimus, quando Vestæ quoque templum
exustum fuit. Magna verò illa effigies Iouis, quam decus vniuersæ Græciæ dicunt fuisse,
temporibus Iulij Cæsaris, in Olympicis certaminibus, fulmine diuinitus icta, flagrauit.
Antiquioribus etiam temporibus, Capitolinum Iouis arsisse templum fertur, & Pantheũ
fulmine disiectum atque dirutum narratur. Serapis quoque sacrarium in Alexandria similiter
arsisse non ignoramus. Quæ omnia ab ipsis gentilibus conscripta tenemus. Quid
6 [6] igitur mirum est, si aliis prodesse non potuerunt, qui ab extremis seipsos periculis non
defensarunt? Illud autem quod maximo argumento est ab hominibus hæc, non ab alia C
virtute fieri non prætermittam. Nam multi vatum atque aruspicum non solùm priscis,
sed etiam nostris temporibus tormentis in iudicio coacti, vniuersam rem suis inuentionibus
fieri ediderunt, à quibus modos quoque artificij exquisitiùs patefactos non ignoramus,
qui tanquam seductores & malefici viri, vltimo supplicio secundum leges affecti
sunt, quæ res adeò claræ sunt, vt neminem lateant. Non enim deiecti quidam &
ignobiles, sed alij generosam istam philosophiam pallium induti, & supercilium eleuantes
profitebantur. Alij primates Antiochenæ ciuitatis fuerunt, & illi maximè qui aduersus
veram Christi religionem multa conati sunt. Nec sumus nescij philosophum quo-

Quæstus excogitauit miras imposturas.

que illum & vatem similia in Mileto passum interiisse. Quibus omnibus in vnum collectis,
non dubitabit forsan aliquis dicere, nec deos, nec dæmones hæc oracula constituisse,
sed seductorum atque improborum hominum ad turpes quæstus, excogitationem D
fuisse. Quam opinionem multis etiam Græcis, & illis maximè, qui nominatissimi Philosophi
fuerunt, placuisse non ignoramus. Nam [7] Peripatetici homines, Cynici, atque

Philosophos quosdã Ethnica respon-sa dãnasse.

7 Epicurei sic sentiunt, quos ego idcirco summopere admiror, quia nati & educati moribus
corruptissimis, & à parentibus tam deos quàm oracula reuereri docti, sua sponte potuerunt
ab erroribus illis emergere, adeò vt scribere quoque ausi sint, non modò falsa,
verumetiam inutilia, & multorum detrimentorum causam, oracula esse. Quorum [8] scri-
8 pta cum penè infinita sint, vnius testimonium mihi nunc sufficit, qui cùm Chrysippus à
prædicatione deorum fatalem vim confirmare vellet, sic aduersus eum conscribit redarguens,
quia malè responsis deorum, quæ vt plurimùm falsa sunt, fatum esse ostendat. Audias
igitur quid ipse ad verbum scribit, ad hæc alia quoque ratione in his quæ de fato conscripsit
Chrysippus vtitur. Non enim possent inquit, prædicationes vatum veræ esse ac
certæ, nisi fato fierent: vniuersáque ratio multò vanior est, quàm cæteræ. Quasi enim verum E
atque concessum esset, veritatem in responsis deorum contineri: quasíque id manifestum
sit, omnia fatis fieri. Ex hoc intulit: Videmus autem omnino cõtrarium apertè: námque
patet, plurima ex oraculis mendacio ac fraude composita, verùm Chrysippus ex alterutris
hæc comprobauit. Omnia enim fatis fieri inde ostendit, quia vaticinatio sit. Vaticinationem
verò esse inde probat, quia omnia fatis fiunt: quo probationis modo nihil va-

Casu factũ, vt euēta quibusdam re-spõderent.

nius excogitari potest. Quòd si nulla responsa euentu rerum vera fuisse contendat, quia
perpaucissima illa sunt, patet non vaticinij certitudine, sed casu sic acccidisse, quòd nullam
esse vaticinij artem ostendit. Nec enim arcu aut funda artificiosè vti eum dicemus,
qui cùm sæpius atque sæpius telum proiecerit, semel aut ad summum bis vel ter ad signum
peruenerit, cùm penè infinities longissimè à signo abfuerit nec ille certè medicinam tenet,

A net, qui cùm multos interemerit, vix tandem vnum à morbo liberauit. Nulla enim scientia vel ars dicitur, quæ omnia vel saltem plurima ad debitum finem nõ deducat. Quòd autem omnia ferè falsò vates isti prædicant, vniuersa vita hominum testis est: & isti ipsi maximè, qui vaticinandi artem profitentur, quos manifestè videmus, cùm sibi aliquid agendum vtile imminet, scientia & consilio eorum vti diligenter, qui rerum peritiam habere putantur. Verùm, quòd vaticinatio nulla sit, in aliis pleniùs approbauimus, ea etiam afferentes, quæ hac de re Epicurus conscripsit. Nunc autem illud, quod diximus confirmandum, non esse scilicet artis, sed casus veritatem oraculorum.[9] Cùm enim non semper neque plerumque, sed rarissimè aliquid assequimur, nec scientia, nec arte, sed casu & fortuna id factum dicimus, si vocabulorum potestatem rectè rebus accommodamus.

Ab exẽplo Hierophãtarũ Ethnicorum. 9

B *Scholia in caput I.*

VT virtutes, quas simulacris suis affingebãt Ethnici, nullas prorsus fuisse ostendit Eusebius, responsa hominibus, miracula circa idola facta naturæ accepta referens. Postea damnat responsa Ethnicorum deorum, quòd ea non priùs in tenebris locísque obscuris proferri solita essent, quàm administri scelestorum Hierophantarum expiscati essent, quibus incommodis sciscitantes laborarent, quid expeterent. Vulgi stultitiam & superstitionem, astuti & versipelles Hierophantæ, epodis ambiguis, nominibus barbaris, sermonis elegantia & structura, & aliis inanibus terriculamentis lactauerunt & confirmauerunt. Futura, quæ prædixerunt, euentus fortuitus raro comprobauit, vt appareat coniecturam non artem certam secutos Pseudomantes. Bellorum, seditionum & multarum calamitatum materiam præbuerunt responsa, quæ ideò cum diis auctoribus suis exosa esse debent, quia mendaces dij, miseros homines à se deceptos, deserere solent in aduersis, non autem liberare. Fatidici etiam ciuibus suis ingrati & C *exosi hospites, aliunde venientes pollicitis suis fallebant. Miseri quoque dij, ignari futurorum euentuum, nec calamitates suas prospicere, nec templa & idola ipsis dedicata, ab incendio & vastatione liberare potuerunt. Inde factum vt templa quædam & Idola incendio & fulmine absumpta perirent. Porrò Hierophãtæ plurimi quæstionib. subiecti, confessi sunt, meram esse imposturã totam illam, quam exercuissent,* μαντικὴν, *sicut historiæ & acta publica testantur. In rebus priuatis Hierophantæ, nõ oracula, sed prudentum consilia sequebantur, ac eo facto indicabant illa responsis esse anteferenda. Nec defuerũt Philosophi summis ingeniis, qui cùm opinionẽ de fato, etiam diuinatricem imposturam damnarent: sicut videre est in libro Diogeniani contra Chrysippum edito, De fato & responsis. Hæc vbi fusè exposuisset Eusebius, subiecit cõclusionẽ:* νυνὶ δὲ τοῦτον τοῖς εἰρημένοις προσθήσομεν, ὅτι μάλιστα μὲν τὸ ἀληθεύειν ποτὲ τοὺς καλουμένους μάντεις ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν, οὐκ ἐπιστήμης, ἀλλὰ τυχικῆς αἰτίας ἔργον ἂν εἴη.

D 1 *In genere complexus doctrinam, non solùm non Dei, sed etiam nec maligni dæmonis esse puto, quæ de illo vulgò feruntur.*

2 *Multa enim genera esse radicum, herbarum, plantarum, fructuum, lapidum, siccarúmque aliarum & humidarum virium variam materiam in tota rerum natura.*

3 *Adde vulgi stultas opiniones, & imbecillitatem iudicij, & impotẽtiam multitudinis: E cõtrà verò astutias & malitiam eorum, qui citra hanc malignam imposturam satagunt.*

4 *Cùm multi numero decepti nusquam vllus est qui eius velit meminisse. At cùm vni alicui ex multis millibus contigit aliquid ex oraculo, sursum deorsúmque hoc circumferunt.*

5 *Quid dicam quòd neque suis ciuibus, in eadem vrbe versantibus, admirandi isti vates suam opem ferre possunt? sed & ægrotantès illic videas, & claudos, & toto corpore mutilatos innumeros?*

6 *Longa autem fiet oratio, si quis singula enumerare conetur, quòd neque propriis templis auxiliari stupendi isti vates potuerunt. Alij ne sibi quidem ipsis in calamitatibus vtiles fuerunt, nedum aliis vn-*
E *quam auxilio sint.*

7 *Aristotelis discipuli & omnes Peripatetici, Cynicíque & Epicurei, quos ego, &c.*

8 *Cùm autem innumera sint, quibus Vaticinia euerti possint, existimo sufficere ea quæ dicta sunt, testimonij loco.*

9 *Nunc autem illud tantum addemus iam dictis: Etiamsi maximè nonnunquam vera prædicant vates suis prædictionibus, id non scientiæ, sed fortuiti casus argumentum est.*

Inutilem esse diuinationem. Cap. II.

AD hæc etiam si concederetur vera esse[1] responsa, vaticinandíque artem non fictam, 1
fata quidem esse omnia probè sequeretur: vtilem verò esse diuinationem hominibus, nullo modo hinc demonstraretur. Summoperè námque vaticinationes Chrysippus

laudat, tanquam humanæ vitæ perutiles. Sed quænam vtilitas sequeretur, si futura omni- A
no mala prædiscas, cùm nullo modo cauere possis? Nam quæ fata sunt, nemo euitare po-
test. nulla igitur vtilitas, imò verò & dolor inde sequitur: mœror enim propter futura
mala, hominum animos perturbat. Nec verò econtra, tanta ex prædictione bonorum læ-
ticia homines afficiuntur. Non enim tantum solent homines expectatione bonorum gau-
dere, quantum timore malorum exagitari. Præterea mala nobis imminere, nisi audiamus,
nullo modo cogitamus, bona verò humanum genus expectare solet, propter naturæ mi-
2 rabilem ad ea inclinationem.[2] Ita fit, vt bonorum nunciatione, non magnopere augeatur
lætitia. imò autem nonnunquam etiam minuatur, si maiora sponte sperauimus, quàm va-
ticinio prædicuntur. Malorum autem prædictione, quoniam præter spem sæpenumero
annunciantur, vehementer turbemur. Verùm, etiam si hæc ita non se haberent nemi-
nem tamen lateret, nullam esse in diuinatione vtilitatem. Quòd si quis dicat ideo ipsam B
conferre hominibus, quia futura mala prædicit, nisi caueamus, is fatorum vim abstulit: si-
quidem nostrarū virium est cauere, & non cauere. Quòd si necessariò id quod fieri quis-
piam contendat, vt fati necessitas vniuersa complecteretur, sic diuinationis commoditas
nulla erit. Fiet enim omnino quod in fatis est, etiam si omnibus oraculis prædiceretur.
Oedipoda quidem & Alexandrum Priami filium, ipse quoque Chrysippus asserit, non
potuisse à parentibus interimi, quamuis summopere id facere studuissent, vt malum,
quod ab illis sibi futurum erat, effugerent: sic nec diuinatio, nec studium eis suum profuit

Antipophora. Nulla futura scire prodest, vt ea cauere discimus.

3 propter fatorum necessitatem.[3] Hæc ille. Tu autem illud semper probè teneas, Peripateti-
cos, vt diximus, Cynicos atque etiam Epicureos, Græcos homines atque philosophos, &
Græciæ moribus à pueritia educatos, & inquisitioni veritatis maximè deditos, oraculo-
4 rum responsa omnia tanquam inania contempsisse.[4] quod certè nequaquam illi fecissent, C
nisi apertissimè rem falsam omnino viderent. Plurima huiuscemodi colligere, in animo
non est. Nam quamuis magna istorum copia sit, non tamen hoc pacto, quia scilicet ho-
minum inuentione, ac acuta excogitatione oracula penitus constent: sed sicut incœpi,
aliqua virtute fieri hæc non inficians, respondere constitui. Non enim parum huius loci
refutatio euangelio conducit. Nam si omnes simul Græci atque Barbari ante aduentum
5 Saluatoris nostri Deum verum ignorasse, &[5] à malignis dæmonibus in morem cæcorum
fuisse ducti ostendentur: quomodo non magis euangelicæ dispensationis mysterium ad-
mirabimur, quo vndique à seductione & oppressione dæmonum liberati sumus? Ex illo
enim tempore ad hunc vsque diem, cum ipsis simulachris atque templis cuncta vbique
oracula iacent, ac pro eis Deo & Saluatori nostro Templa reuera augustæ pietatis Scho-
6 læ in mediis vrbibus & vicis euangelicæ doctrinæ virtute in toto orbe conditæ sunt, vbi[6] D
animis piis & cultu virtutis fulgentibus secundum salutaria & diuina præcepta quotidie
ab omnibus gentibus, hostiæ, quæ solæ Deo placent, Deo saluatori nostro offeruntur. Qui-
bus cum simul etiam illud ostenditur, non temerè nos, vti multi putant, superstitionem à
parentibus traditam cōtempsisse, sed vero certóque iudicio veritatem Euangelicam am-
plecti. Sed de his hactenus, tempus enim est iam, vt propositum negocium capiamus.

Scholia in Cap. II.

EGregia de fato & responsis Ethnicorum numinum, disputatio in hoc capite ab Eusebio descripta est, cuius hæc σύνοψις est. Vt demus, inquit, & responsa esse vera & omnia fatis obnoxia, nihilominus tamen responsa de rebus futuris inutilia & ingrata sunt. Aut enim responsa illa mala homini euentura prædicunt, aut bona. Si mala prædicunt, magna est calamitas, ea mala præscire, quæ si Stoicis credimus, cauere non possis. Si bona prænunciant, nec maximam nec insperatam voluptatem afferunt. E *Non enim tanta voluptate afficimur, cùm bona futura prænunciantur, quantus dolor oboritur, cùm mala futura & imminentia denunciantur nobis. Natura etiam ita comparati sumus omnes, vt mala futura & imminentia denunciantur nobis. Natura etiam ita comparati sumus omnes, vt mala non metuamus, nisi de illis certiores facti: bona verò semper expectemus nobísque polliceamur. Ideo bonorum nunciatio non magnopere lætos facit, imò interdum tristes reddit cùm opinione nostra minora bona, in illis responsis prænunciantur. Sed obiiciet aliquis, Multum refert præscire mala futura, vt ea caueamus. Et ob eam causam responsa de imminentibus malis magni facienda sunt. Respondeo, ἐφ' ἡμῖν, hoc est, in nostra potestate est, cauere mala, de quibus oracula nos certiores faciunt, vbi erit fatum & eius necessitas ineuitabilis. Postea monet Eusebius saniores Philosophos derogasse fidem responsis, & abhorruisse à Stoicorum dogmate de Fato. In fine capitis docet, fana Idolatrica*

cum

A *cum suis responsis, magna in parte orbis, destructa & sublata, cum fides Christo in mundo esset habita, vt ait Paulus.*

1 *Deinde etiam si concessione quadam verum esset, quòd Diuinatio futurorum omnium speculatrix & prædictrix esset, sequeretur quidem, omnia fato fieri.*

2 *Nam plerique, etiam maiores quàm possibile est fore sperant.*

3 *Hæc quidem obiter dicta sint, non solùm de incertitudine Diuinationis, sed etiam eius inutilitate.*

4 *Magis paterna de diis omnibus cogitantes Aristotelici omnes, Cynici & Epicurei & quicúnque his similia sapuerunt.*

5 *Sed ea quæ non sunt, tanquam essent, glorificantes, aut à malignis quibusdam & Deo repugnantibus spiritibus.*

6 *Sacrificiis Deo dignis, precationibus sanctorum purgata sunt ab omni malitia.*

B

De ordinibus & regionibus numinum Ethnicorum, & Spiritus sancti de illis iudicio Cap. III.

IN[1] quatuor igitur genera exquisitissimi facultatis theologi, nõ theologiæ modum quẽdam, vt in superioribus, sed quasi subiectum ipsius partiuntur. In primis enim primùm Deum patrem omnium atque regem locandum putant: deinde aliorum deorum multitudinem sequi contendunt: tertio loco dæmones, quarto heroas ponunt. quos[2] omnes lucem esse & appellari autumant, præter malignos dæmones, qui tenebræ appellantur. Dæmones enim alios bonos, alios prauos arbitrantur: & hos ita primum locum in malis obtinere, quemadmodum Deus in bonis, ita rebus diuisis diis quidem cœlestia, & vsque ad Lunam habitacula tribuerunt. Dæmonibus autem regionem Lunæ atque aëris animis terrestria & inferna. Deinde præcipiunt, cœlestes, quos & æthereos deos appellant, summa esse religione colendos. post eos bonos dæmones, tertiò heroum animas, extremò prauos dæmones placandos aiunt. Hæc verbis partientes, opere malignas dæmonum virtutes solummodo colore inueniuntur. Consideret enim vnusquisque, quales iam putari oporteat eas virtutes, quæ idolis coluntur, deósne, an dæmones, & vtrùm bonos dæmones an proteruos? Quod facilè facere poterit, si diligenter his libris attendet. Ignorare autem non oportet, nullum dæmonem à diuina scriptura bonum appellari: neque Deum alium esse verè atque propriè, præter vnum qui omnia creauit.[3] Virtutes autem bonas, quæ creaturis connumerantur, nec deos, nec dæmones, sed Dei angelos & spiritales ministros, potestates diuinas, archangelos alíisque nominibus pulchrè accommodatis nuncupat. Dæmones autem si nominis potestatem dicere licet, non quia δαίμονες sint, quod latinè scientes dicere possumus: sed quia δειμαίνειν soleant, pulcherrimè appellauit. Id autem latinè tum timere, tum terrere significat. Absurdum certè omnino est, bonas & malas virtutes, quæ[4] nullam operationis similitudinem habeant, eadem appellatione confundere.

(Margin, beside the opening lines: 1; beside "quos omnes": 2; at "creauit": 3; at "quæ nullam": 4. Margin letters: C beside "obtinere", D beside "angelos". Side note: *Dæmonis etymon.*)

Scholia in Cap. III.

QVatuor sunt partes huius capitis. Prima, de Cœlitum Ethnicorum in quatuor ordines diuisione, in quibus primus gradus Deo primo patri omnium ascribitur, secundus reliquorum deorum turbæ, tertius dæmonibus quorum alij boni alij mali, quartus Heroibus. Omnes hos solo nomine bonos Deos, lucem: malignos autem dæmones, tenebras appellauerunt. Hoc commetum Manichæi postea professi sunt. Secunda pars de sedibus istorum numinum agit, ac diis eas partes vniuersi quæ supra Sphæram lunæ sunt, tribuit. Dæmones, regionem lunæ & aëris inhabitare dicit. Apparet etiam hoc loco Satanam, hæc sua figmenta astutè eò detorsisse, vt incautis viderentur consentire cum doctrina Pauli, qui dicit, malos spiritus potestatem obtinere aeris. Tertia pars cultum quo istos cælites Ethnici prosecuti sunt, describit. In postrema parte, iudicium Spiritus sancti in scriptura expositum adducit, & docet. Vnum tantum esse Deum æternum, conditorem omnium, iustum & bonum. Dæmones omnes malos esse, & sanctos angelos cum illis nequaquam confundendos, cùm vt ait Eusebius μήτε τὴν ἐκ τοῦ τρόπου φύσιν. Dæmones cum Angelis bonis conferri possint.

(Margin letter E beside "fessi sunt".)

1 *Alio quàm qui dicti nobis sunt modo, in genera quatuor totam orationem diuidentes.*

2 *Omnia participantia de idea præstantiore, aliquando ducere aliquando duci.*

3 *Mediæ autem cùm sint inter Deum & dæmones, recta & media appellatione.*

4 *Quæ neque electione, neque morum natura similes sint, eas vna & eadem appellatione dignari.* A

Ex Porphyrij de Philosophia responsorum libro ostendit, Apollinem præcepisse Ethnicis hominibus, vt in sacrificiis offerrent certo ritu animalia numinibus cœlestibus, terrestribus, & infernalibus Cap. IIII.

Cur Porphyrij testimonio vsus est.

1 VIdeamus igitur [1] quænam virtutes oraculis & responsis præsunt, vt impietas gentilita-
tis omnibus pateat. nec à meipso quicquam afferre in animo est, ne criminandi ansas
præbeam inimicis: sed testimoniis (quod adhuc feci) eorum ipsorum in medium produ-
ctis, totam rem peragam. Cùm autem innumerabiles sint, & philosophi, & historici, illum
idoneum magis proposito meo iudico, qui & dæmonibus maximè amicus fuit, & multa B
nostris temporibus aduersus nos mendacissimè conscripsit. Hic enim gentilium penè
omnium deorum ac dæmonum naturam maximè inuestigasse, & summopere falsitatem
defendisse videtur. Hic igitur in libris, quos de Responsorum philosophia conscripsit,
Apollonis ac reliquorum deorum & bonorum dæmonum illa responsa collegit, quibus
putauit, & virtutem suorum dæmonum ostendere: & cæteros homines ad verum, vt ip-
se dicit, dæmonum cultum impellere posse. Ex istis igitur responsis, quæ ab ipsis ele-
cta sunt, quæque quasi veriora memoriæ tradita, operæ præcium est totam hanc rem con-
siderare, atque cognoscere quales nam sint eorum auctores. Sed primùm illud videamus,
quomodo in exordio librorum iureiurando affirmat, nihil se falsi allaturum: Constãtibus,
inquit, atque firmis hominibus, qui à bonitate deorum atque dæmonum, spem salutis
hauriunt, nihil addens, nihil auferens hæc tradere oportet. Nam & ego deos ipsos testor, C
nihil ad responsorum sensum aut addidisse, aut detraxisse, nisi forsan verbum aliquod
2 correxerim: [2] magísque impietatem timui, quàm futuram sacrilegij pœnam. Collige-
mus autem in his libris multa, quæ ad veritatem dogmatum pertinent, & diuinationis ne-
gocium non omnino contemnemus. Nam & ad speculationem harum rerum condu-
cit, & ad bene viuendum hortatur. Quam autem vtilitatem hic labor afferet noster, illi
maximè cognoscent, qui cùm veritatem magno labore quæsissent, vota sepius fecerunt:
orarúntque, vt auctoritate docentium deorum visione dignati, possent à dubitationis
vexatione liberari. Huiusmodi vsus exordiis obtestatur posteà, ne ad multos libri effe-
rantur, his verbis: Vt verò caueas lucri, aut inanis gloriæ gratia, scelestis & indignis ho-
minibus hæc tradas. non enim paruum tam tibi qui edes, quàm mihi qui tibi credidi, pe-
3 riculum imminet. His autem [3] solummodo hæc communicanda sunt, qui vitam ad animæ
salutem direxerunt. Nam & ipsi dij non apertè, sed ænigmaticè hominibus ista tradiderũt. D
Responsa deinde Apollinis colligit, quibus non solùm dæmonibus & infernis virtutibus,
verumetiam cœlestibus animalia esse sacrificãda præcepit Apollo. Cùm idem ipse in aliis
dæmones non deos esse affirmet, quibus gentiles cæde animalium sacrificabãt: non enim
fas esse animalia deorum gratia interficere. Sed primùm Apollinem ipsum audiamus, qui
4 de cultu & sacrificiis deorum sic per responsa homines instituit [4].

Hæc age, qui nutu diuorum ingressus amice es
Huius iter vitæ: mactanda est hostia cunctis
Multa deis, seu qui terram, seu qui mare vastum,
Aera seu qui habitant, latum seu qui æthera, seu qui
Alta colunt cœli, seu qui infima regna barathri.
Quæ quibus obseruanda modis sint, singula dicam. E
Tu memori conscripta animo mea dicta teneto.
Terna quidem diuis cœlestibus hostia, & ipsa
Candida mactanda est, terna & terrestribus atque
Atra eadem gaudent porrò & capiuntur apertis
Terrestres aris: foueas cum numina contra,
Exposcunt atro imbutas inferna cruore.
Nec placeat nisi quæ terræ mandetur humata
Hostia, mel verò nymphæ atque liquentia vina
Offerri lætantur, ac ignem accendier aris
Quæ circumuolitant terram sibi numina quærunt.

Imponi-

A *Impon-ique atrum corpus, tum thura símulque*
Iniicier salsas fruges, & dulcia liba.
Hæc facito, verùm quibus est data cura profundi.
His ipso semper fer sacra in littore, totum
Proiicéque in fluctus animal: cœlestibus autem
Extremas reddes partes, atque igne cremabis.
Quod superest, propone tibi, dapibúsque reserua.
Sudet odoratis crassísque vaporibus aër.

Deinde hoc Apollinis oraculum exponit, dicens: Cùm igitur & terrestres & inferni dij sint, omnibus istis atras quadrupedes offerendas iubet. Modus autem differt. nam terrestribus quidem super aras, infernis autem in foueis mactandas esse hostias præcipit. Aëris au-
B tem volatilia dicit offerenda corporibus holocaustis, & sanguine ad aram circumducto, volatilia etiam marinis: sed viua in fluctus proijcere mandat. ita omnibus diis præterquam terrestribus volatilia immolari possunt. Sed [6] marinis solummodo nigri coloris volatilia, 6
quare cæteris alba offerenda sunt. Cœlestibus verò & æthereis bestiarum, quas albas esse vult, extremitates ait consecrandas, reliquas autem partes comedendas. Ex his enim solummodo comedere oportet, ex aliis verò minimè. [7] ita quadrupedes & terrestres terrestri- 7
bus sacrificanda sunt: simile námque simili gaudet. Ouis porrò terrestre animal est, & idcirco Cereri gratissimum: atra verò, quia & terra naturaliter tenebrosa. Tres autem simul, quoniam terrestris corporis tria sunt symbola: & super aras terrestribus, quoniam super terram versantur. Cæteris verò diis idcirco volatilia sunt offerenda, quoniam vniuersi mouentur: in motu enim semper maris aqua est: cuius atræ sunt hostiæ, quoniam & cæru-
C leus color aquarum. Alba verò aëris, lucis enim receptiuus aër est. Cœlestibus autem atque æthereis extremitates dat consecrandas, quoniam leuiores reliquo corpore sunt, quorum sacrificiis communicare oportet. quia cùm alij dij arcere mala soleant, cœlestes bona nobis largiuntur. Hæc mirabilis ille philosophus in libris Responsorum conscripsit.

Scholia in Cap. IIII.

CVm de virtutibus quæ oraculis & responsis præesse Ethnici fingunt, facturus esset verba Eusebius noster, Porphyrij testimonio se in refutatione responsorum vti velle monet, vt responsa malo patrocinio niti videamus. Initio autem Porphyrium dæmonum amicum fuisse dicit, & eius iusiurandum, obtestationem & αἰπνομίαν *exponit, vt omnibus constet eum fuisse non modò in iureiuran-*
D *do impium & superstitiosum, inuidum in responsorum profanis mysteriis tradendis, sed etiam mendacem, vt qui alibi contendat Dæmones non esse deos, hîc affirmet: alibi animalia non esse mactanda, sanguinem eorum non fundendum: sicut quidam alius monet his versibus:*

Cùm sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia est morte alterius sperare salutem.

Hoc verò loco Porphyrius sui dogmatis oblitus, mendacis Apollinis responsum adducit & probat, in quo ille victimas offerendas diis præcipit. Secunda capitis pars Oraculum Apollinis continet, in quo iubet dijs cœlestibus, terrestribus & infernalibus victimas offerre. Cœlitibus, albas & supra aras: Infernalibus, atras & in foueis. Ritus etiam modúmque offerēdi præscribit. Causam lepidam diuersitatis sacrificiorū in fine annectit, sumptam à diuersitate beneficiorum quæ dij Poetici suis cultoribus præstant, quia deorum alij sint δοτῆρες ἀγαθῶν, *alij autem* κωλυτῆρες τῶν κακῶν. *O tenebras plusquam Cymmerias, eorum qui traditi sunt in reprobam mentem.*

E 1 *Agè igitur, videbimus quæ sit iuxta ipsos oraculorum ratio, vt intelligamus quali ea efficacia oportet prædita dicere: & num rectè ab ipsis declinauerimus, nec ne.*

2 *Quare mentem intactam à dictis conseruaui.*

3 *Et post alia infert. Hæc mihi, tanquam secretorum secretissima tacenda. Neque enim dij apertè de illis prædixerunt, sed per ænigmata. Quoniam igitur talia nobis sermo attigit, agè quod reliquum est per diuina & vtilia oracula videbimus, quales esse inuisibiles vires, de quibus Theologicè disserunt, oporteat existimare. Fit enim & viri iudicium, ex suis sermonibus & studijs.*

4 *Quomodo per sacrificia colere deos iubet Apollo. Titulus est: sequitur. Consequenter post iam dicta de pietate, ea quæ de cultu ipsorum vaticinati sunt, scribemus: quæ partim antea cùm de pietate diceremus, exposuimus. Est autem oraculum Apollinis quod simul & discrimen ordinis inter deos continet.*

5 *Quorum illi inferi & subterrestres vocantur, hi verò superi & terrestres appellantur dij.* A
6 *Et quidem etiam sepelire his sacrificantes corpora. Quòd enim communia his etiam quadrupedia
sint, ipse interrogatus respondit. Communia sunt terrestrium & superorum hæc solorum. Quadrupedia
terrestribus noua membra.*
7 *Quos autem in diuisione vocauit cælestes: hos hîc vocat sydereos. Num igitur oportebit explicare
sacrificiorum symbola ingenioso cuique manifesta?*

Deum, cum animus segregatus à concretione mortali, pura mente colendum esse, ipsius Porphyrij, Theophrasti, & Apollonij Tyanei verbis & argumentis ostendit, vt redarguat Porphyrium Cap. V.

1 AGè[1] iam videamus quemadmodum contraria omnino in eo libro posuit, quem de B
abstinendo à carnibus animalium conscripsit. Ibi enim primùm nihil sacrifican-
dum, neque incendendum censet: deinde opiniones aliorum reprobat, asserens non esse
deos illos, qui cæde animalium gaudent. Scelestissimam enim esse brutorum etiam a-
nimalium cædem, & abominabile non solùm Deo primo, verumetiam cœlestibus & di-
uinis virtutibus. Ita Apollinem suum redarguit, qui etiam cœlestibus animalia esse offe-
2 renda responsis suis iussit. [2] Theophrasti quoque auctoritate vtitur, cui placuisse ostendit
non diis, sed dæmonibus duntaxat esse sacrificandum. Quare si quis Theophrasti & hu-
3 ius ratione acquiescit, Apollo etiam ipse non Deus erit, sed dæmon, [3] cæterique omnes,
quos deos gẽtilitas dicit, quibus vbique animalia immolantur, dæmones erunt & dæmo-
nes perniciosissimi. Nam si cædes & immolatio hæc animaliũ sceleris & abominationis, C
secundũ ipsum plenissima est, quomodo erunt boni, qui hac re summopere gaudẽt? Quòd
si nõ solùm animalia, verumetiã crudelitatis cumulo homines etiã mactari offerríque sibi
cupiunt, quomodo apertissimè scelesti & inhumani non erunt, nihilque aliud quàm per-
niciosissimi dæmones? quomodo iure nos accusabimur, qui omnino impium esse puta-
mus, sanctissimam Dei appellationem atque venerationem immundis spiritibus attri-
4 buere? [4] Solum enim creatorem illum omnium Deum adorare didicimus, nihil terre-
num & mortuum, sed integritatem animi, & castimoniam corporis, rectam scientiam
& ardentissimam fidem, offerentes: quam ad extremum vsque spiritum intemeratam
5 auxilio Saluatoris seruabimus. Sed[5] videamus, quibus ostendit rationibus, nec Deo,
nec diuinis virtutibus terrenum aliquid offerendum, aut incendendum esse. Aliena enim
6 hæc, ait, ab omni sunt pietate. [6] nihil enim materiale inueniri potest, quod immateriali D
Deo non sit obscœnum: idcirco neque oratio ei quæ voce proferatur conuenit. sed nec
interior oratio, si animæ vitio contaminatur. Silentio autem sancto, & cogitatione inte-
gra, ab omníque morbo remota eum colimus: sic illi & coniungimur, & similes, vt
possibile homini est, efficimur, mundissimam veritatem quasi sacram hostiam ei offe-
rentes. ita hymnis Deum laudamus, ita salutem ac impassibilitatem animi requirimus.
Sacrificium enim Deo est, alienæ ab omni vitio mentis speculatio: virtutibus autem
quæ circa ipsum sunt, diísque intelligibilibus, hymnos oratione offerre possumus. Pri-
mitias enim offerre omnes solent, earum rerum quas acceperunt, & quibus alitur & con-
tinetur substantia nostra: Quemadmodum igitur agricola fructuum primitias offert: sic
homines oportet mundæ inuentionem mentis intelligentiis offerre, gratias agentes, quia
hæc nobis tribuerunt, & quia nos mentémque nostram speculatione sua contineant at-
que nutriant iuuantes, consulentes, & ad salutem nos nostram reducentes. Hæc Porphy- E
rius, quibus similia in libro de sacrificiis, de primo ac magno Deo Tyaneus ille Apol-
lonius conscripsit: Sic ergo, inquit, maximè decentem aliquis curam de rebus diuinis
suscipiet, propitiúmque habebit Deum, si Deo primo, qui vnus est, & ab aliis omnibus
separatus, post quẽ longo interuallo reliqui cognoscũtur, nullo modo sacrificet, nec ignem
incendat, nec sensibiliũ ei aliquid offerat, nullius enim rei eget, nõ dico à nobis, sed nec ab
7 intelligentiis ipsis. Non[7] est autem in terris, nec in aëre quicquã, cui nõ insit aliqua obscœ-
nitas. Meliorẽ igitur ac superiorem rationẽ atque orationem ei offerre debemus. Sic autẽ
appello eam, quæ non ore profertur, quæ illi offerenda est. Nã ab optimo atque pulcher-
rimo rerũ omniũ, per optimũ similiter atque pulcherrimum omniũ bonorum nostrorum
(intel-

Oblationes Christianorum.

Apollonij Tyanei sententia de cultu Dei.

A intellectus verò hic est, organo non indigens) bona nobis petenda sunt. sic Apollonius. Sed
Porphyrium rursus Theophrasti testimonio vtentem audiamus: Gliscente paulisper, in-
quit, iniquitate animalium crudelis immolatio suscepta est: adeóque creuit, vt ad cacu-
men iam maledictionis peruentum sit, iugulatis hominibus, & sanguine aris humano
cruentatis. [8] Ita dæmones concitati iustas pœnas sumpserunt. Alij námque hominum 8
omnino impij facti sunt, nullos deos colentes. alij malos deos venerantur, quos humana
meliores natura non putant. Non ergo animalia immolanda sunt, sed illa quæ immolata
nihil omnino vlli officiunt. Innocens enim immolatio atque sancta penitus esse debet. Si
verò quispiam obiiciet ita vsui nostro animalia diuinitus esse concessa, quemadmodum
& fruges terræ: sciat, animalibus cæsis nonnihil noxæ committi. Priuantur enim anima
violenter, non ergo sacrificanda, præsertim cùm vt ipso nomine ostenditur, res sacra sit:
B sacer autem homo non est, qui ex alieno gratias refert. Nec enim fruges, si aliunde per vim
acceperis, offerre fas est. Non enim aliorum iniuria Deus placatur. Quòd si ablatæ fruges
offerendæ non sunt, multò minùs animalia vi anima inde ablata offerenda sunt, præsertim
cùm anima multo nobilior frugibus sit: qua qui animalia priuat magnopere peccat. [9] 9
Præterea, si primitias quasdam ex animalibus diis offerimus, cuius rei gratia id facimus?
vtrum honoris? quisnam honor hic potest esse, qui ab iniuria origine͂ trahit? an nõ potius
dedecoris & vituperationis? Non possumus quippe negare, non iniustè agere, cùm anima-
lia nihil iniuriantia interficimus. Sed neque hac via gratiæ diis referendæ sunt. Qui enim
beneficij gratiam retribuit, non maleficio id peragit. Non enim magis tribuere videbitur,
quàm si rem à vicinis raptam, in gratiam & honorem retribueret, sed neque gratia impe-
trandi cuiusdam boni. nam qui alterum lædendo exorare Deum putat, is ingratum se fu-
C turum ostendit. Quare nec spe futuri beneficij animalia immolanda sunt, præsertim cùm
non sit possibile ita hæc agere, vt Deum lateant. Si ergo rei alicuius causa immolandum
est, nullius autem rei gratia id faciendum ostenditur: relinquitur profectò, nequaquam
immolandum esse, & maximè cùm nulla re dij indigeant, sed [10] animum hominis respi- 10
ciant: illúdque sibi sanctissimum sacrificium sit, rectam de his ipsis, & de reliquis rebus ha-
bere sententiam. Mens igitur sancta & anima omnis passionis expers, optimæ primitiæ
Deo sunt. Apertè igitur omnibus his iuxta summos Græcorum philosophos patet, nullo
animantium litari posse: iniustúmque ac obscœnum esse cæde animalium Deum credere
fore propitium. [11] Quare non Deus, nec dæmon quidem bonus, sed seductor & mendax 11
fuit, qui nidorem carnium & libationem sanguinis petiit. Et in eodem libro ipse Prophy-
rius: Non ignorat, inquit, [12] cui curæ pietas est, nihil animatum diis offerri, sed dæmoni- 12
D bus, aut bonis aut malignis.

Scholia in Cap. V.

IN præcedenti capite, introduxit Eusebius Porphyrium, differentem de sacrificiis cruentis, quibus cœlites & dæmones infernales placandi sint: in hoc autem eundem diuersum asserentem producit. In eo enim libro, quem idem Porphyrius περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς *scripsit, disertè affirmat, pura mente Deum colendum esse, non sanguine animalium, & carnium nidore. Rationes adducit has.*

1 Quia Deus eis non indigeat. 2 Quia eiusmodi victimæ alienæ sint à natura Dei, sicut his verbis monet Eusebius: θεῷ μὲν τῷ ἐπὶ πᾶσιν ὥστις ἀνὴρ σοφὸς ἔφη, μηδὲν τῶν αἰσθητῶν μήτε θυμιῶντες μήτ᾽ ἐπονομάζοντες. οὐδὲν γὰρ ἔνυλον, ὃ μὴ τῷ ἀύλῳ εὐθὺς ἐστὶν ἀκάθαρτον, *3 Quia ingratum diis officium sit, quod per maleficium, hoc est, cædem animalium peragitur. Huic sententiæ de cultu deorum subscribunt, Theophrastus & Apollonius Tyaneus, quorum testimonia producit Porphy-*
E *rius.*

1 Vbi recta ratione motus primum omnium.

2 Hæc dicens, manifestè suum ipsius Deum redarguit. Modò enim dixit, præcipere oraculum, non solùm inferis & superis diis, sed etiam cælestibus & ætheriis animalia sacrificare. Et quidem Apollo hæc.

3 Quibus sacrificia per animalia publicè omnes magistratus & subditi, & in vrbibus & in regionibus perficiunt.

4 Neque eius qui apud homines regiam indutus est maiestatem, latronibus & prædonibus eam imponere.

5 Doctrina recta & Deo digna & super omnia affectione non ficta, religionem à saluatore nostro traditam, vsque ad mortem custodire cupimus.

6 *Deo igitur qui eſt ſupra omnia, vt quidam ſapiens vir inquit, nihil ſenſibilium neque ſacrificantes, neque eius appellatione denotantes.* A

7 *Neque eſt, quam principio emittit terra plantam, aut quod alit animal, aut aer: quod non collatum ad ipſum ſit abiectum & pollutum.*

8 *Quamobrem numen, vt inquit Theophraſtus, ob vtrunque iratum, impoſuiſſe videtur dignam pœnam.*

9 *Et ſubinfert: Abſtinẽdum igitur animalibus in ſacrificiis. Et rurſus inquit: Quod igitur neque ſacrum, neque paratu facile, non eſt ſacrificandum. Et deinde.*

10 *Et rurſus ſubiicit: His enim natura & omnes humanæ animæ ſenſus gaudebant. Taurorum autem intemperatis cædibus non madebat ara. ſed abominatio hæc erat in hominibus maxima, anima ablata edere fortia membra. Et poſtea. Cum autem puer deos gaudere ſumptibus intellexerit, &, vt aiunt, boum aliorúmque animantium epulis, quando volens ſobrius erit? quomodo autem, cum grata ſe ſacrificare putet diis hæc, non putabit ſibi licere malè agere, cùm per ſacrificia peccatum ſe redempturum ſperet? Perſuaſus autem quòd dij horum nihil indigent, ſed mores reſpiciunt eorum, qui eos accedunt, maximum ſacrificium putantes rectam de ipſis & de rebus opinionem, quomodo non temperans & iuſtus & ſanctus euadet?* B

11 *Non erat igitur Deus is, neque verus aut bonus genius, qui per ſanguinem immolationes & fumos paulò ante poſtulabat, oracula promens. Neque illi omnes quibus oraculum iubebat ſacrificare animalia. Impoſtorem ergo & præſtigiatorem & malignum prorſus dæmonem oportet appellare eum ſic mentientem, & eos deos qui non ſunt, nominantem & iubentem non ſolùm terreſtribus. ſed & cœleſtibus & ſydereis animalia ſacrificare. Quínam igitur. ſi dij iam dicti appellãdi non ſunt, dicendi ſint: ipſe rurſus auctor dicit de his.*

12 *Scit autem is cui religio curæ eſt, quòd diis quidem nihil animatum ſacrificatur: ſed dæmonibus, ſiue boni ſint ſiue maligni: & quorum ſit ſacrificare iſtis, & quoúſque ipſis indigeant. Et rurſus deinceps inquit: Quòd autem non diis, ſed dæmonibus ſacrificia ſanguinea faciebãt illi qui omnium rerum vires didicerunt, id confirmatur ab ipſis Theologis: & quidem quod illorum alij malefici ſint, alij boni nec nos lædant. Hæc quidem ille iam dictus.* C

Quod omnes dæmones mali ſunt. Cap. VI.

QVoniam igitur alios bonos, alios malos dæmones putat, agè iam videamus, certíſque rationibus approbemus, malignos eſſe omnes dæmones: quamuis gentilitas loco deorum eos veneretur. Quod quidem hoc modo demonſtrare conabimur. Omne quod
1 bonum eſt, non prodeſſe non poteſt. & econtrà, quod malum eſt.[1] Dæmones autem & dij gentilium, & Saturnus, Iupiter, Iuno, Minerua, & ſimiles, ac inuiſibiles virtutes, quæ in ſimulachris, & per ſimulachra operantur, non ſolùm brutorum immolationibus animaliũ quod iniuſtum & abominabile Theophraſto & Porphyrio eſſe videtur, verũetiam cæde D
2 ac ſanguine hominum ſummopere gaudent: quomodo igitur boni dæmones iſti erunt, & non ſceleſti atque pernitioſi[2] ſpiritus?

Scholia in Cap. VI.

DIxerat Porphyrius, Dæmonum alios eſſe bonos, alios autem malos. Illud commentũ Euſebius hac ratiocinatione euertit. Boni, ſunt qui proſunt aliis: mali autem qui nocent. Dæmones & dij omnes nocent plurimùm, proſunt nemini. Mali igitur omnes ſunt. Minus lemma ex eo patet quod non tãtùm mactatione & cruore pecudum, ſed etiam ταῖς ἀνθρωποθυσίαις *dæmones & dij gaudent, ſicut Homerus de quodam ex illorum ordine his verbis canit:*

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας, μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας, E
Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.
οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.
Ἀντιόων, ταύρων, τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.
Ἔνθ' ὅγε τέρπετο δαιτὶ παρήμενος, &c.

1 *Si autem conſiderentur in omnibus locis proclamati ſiue dij ſiue dæmones.*

2 *Quódnam hoc incommodo maius excogitare poſſes? Si enim animalium brutorum ſacrificia deteſtanda & abominanda à Philoſophis dicta ſunt, odioſáque, & iniuſta, & ſine pietate, & noxia ipſis ſacrificantibus, & ideò omnino diis indigna: quid dicendum eſt de hominum mactatione? ſanè omniũ hæc erit crudeliſſima & impiiſſima. Qui igitur bonis geniis, & non potius peſſimis & exitialiſſimis ſpiritibus meritò dicetur grata?*

Quod

A *Quòd homines ſacrificabantur dæmonibus vſque ad tempora Saluatoris.* Cap. VII.

INcipiamus igitur latiùs oſtendere, quantus error, quãtáque impietatis[1] putredo huma- 1
num genus ante Saluatoris noſtri tempora detinebat: quę poſtquam cœpit Euangelium
in orbe terrarum prædicari, minui ſic cœpit, vt Adriani temporibus, in morem Solis euan-
gelica iam coruſcante doctrina, apertiſſimè diſſoluta ſit. Gentilium[2] ergo ipſorum (vt ad- 2
huc fecimus) vocibus ad declarandam priſcorum temporum peſtem vtemur: quæ adeò a-
nimos hominum inuaſerat, vt quaſi dæmoniaci & à pernicioſis profectò ſpiritibus agitati,
liberorum ſanguine cœleſtes placarent virtutes. Ita pater vnicum filium, dilecta mater fi-
liam dæmoni, tanquam ouem ſacrificabant. Ita genus hominum, quod humanum eſſe na-
B tura cognoſcitur, ad furioſam immanémque crudelitatem à dæmonibus impellebatur,
quæ ita ſe habere non modò apud Barbaros, verumetiam apud Græcos, omnes hiſtoriæ
probant. Nam & Rhodij hominem Saturno ſacrificabant. quam rem magis temporibus
poſtea mitigare volentes, mortis ſupplicio aliquem damnatum ad Saturnia vſque conſer-
uabant, quem in ipſo feſto vino grauatum immolabant. In[3] Salamine verò inſula, quam 3
antiquiſſimis temporibus Coroneam vocabant, vſque ad Diomedis tempora, Agraulæ
Cecropis filiæ homo cædebatur. Poſtea verò in templo Palladis, Agraulæ, ac Diomedis
(vnum enim trium fuit) Diomedi homo immolabatur, qui ab adoleſcentibus ter circum
aram ductus, tandem à ſacerdote haſta percuſſus, & in rogo impoſitus cremabatur. Quam
rem Diphilus rex Cypri Seleuci temporibus abominatus, nõ hominem, ſed bouem Dio-
medi ſacrificari ſtatuit. Dæmon autem ille quicunque fuerit, non inuitus bouem pro ho-
C mine ſuſcipiebat. Ita non multum intereſſe inter immolationem hominis atque beſtiæ
videtur. Manethus autem hiſtoricus, apud Ægyptios in Heliopoli homines immolatos
fuiſſe, in libris de Pietate teſtatur. quem morem Amoſis improbauit. Sacrificabantur verò
Iunoni tres in die, quos inquirebant, ſi mundi eſſent, quemadmodum poſtea vituli. Ce-
reos autem offerri pro illis tres Amoſis iuſſit. Dionyſio etiam Omadio apud Chios appel-
lato, homo crudeliter diſcerptus ſacrificabatur.[4] Lacedæmonios etiam, Apollodorus ſcri- 4
bit, hominem Marti ſacrificare ſolitos. & Phœnices bellorum aut peſtilentiæ calamitati-
bus amiciſſimos Saturno ſolebant immolare. Quod omnes qui eorum hiſtoriam ſcri-
pſerunt teſtantur, maximè autem Sachoniato à Philone Biblio in græcam linguam, vt in
ſuperioribus dictum eſt, traductus. Hiſtrus quoque, qui Cretenſem hiſtoriam collegit,
Curetas ſcribit Saturno antiquitus pueros ſacrificaſſe. Sed Pallas, qui optimè omnium mi-
D thræ myſteria edidit, ſic hac de reſcripſit: Immolationes autem hominum imperatoris A-
driani temporibus vbique ferè ceſſarunt. Immolabatur enim priùs in Landicea Syriæ Pal-
ladi virgo, nunc autem cerua.[5] & Arabes ſingulis annis puerum immolantes ſub ara ſepe- 5
liebant. omnéſque Græci communiter antequam in bello exirent, vt Philarchus hiſtori-
cus tradidit, hominem immolabant. Prætereo Thracas, & Scythas, cæteráque priſca. Ve-
rumetiam nunc quis ignorat in magna vrbe Latini, Iouis ſolennitate hominem immo-
lari? & vſque ad hunc diem non in Arcadia ſolùm Pani Lycæo,[6] nec in Carthagine Satur- 6
no: ſed omnes communiter homines cum dies ſtatutus aduenerit, quo ſacrificare homi-
nem ſolebant, aram ſanguine hominis ſpargunt. Philo etiam, qui Phœnicum hiſtoriam
conſcripſit, his verbis in primo vtitur libro: Morem, inquit, priſcis in magnis calamitati-
bus atque periculis fuiſſe, vt ciuitatis aut gentis princeps, dilectiſſimum ex liberis vlciſcẽti
E dæmoni, quaſi redemptionis præmium traderet, & ſic traditum myſticè iugularet. Sic igi-
tur Saturnus rex regionis, quem, Phœnices Iſraëlem vocant, qui poſteaquam hominem
exuit, ad Saturni ſtellam adductus eſt. cùm ab Anobret nympha vnicum haberet, atque
chariſſimum filium Ieud, à re ipſa dictum (ſic enim etiam nunc Phœnices vnicum filium
appellant) quia maximo atque periculoſiſſimo bello ciuitas premebatur, regio indutum
ornatu ſuper conſtructam, ad hæc præparatámque aram immolauit. Non iniuria ergo exi
mium dicemus illum Clementem in libro, quo ad veritatem gentiles adhortatur, his ver-
bis iſta deploraſſe: Crudeles immanéſque hominum hoſtes dij veſtri ſunt, qui non ſolùm
amentia lætantur veſtra, verumetiam modò per contentionem certaminis, modò per cu-
piditatem victoriæ animis veſtris concitatis ad voluptatem ſuam immolationes homi-
num poſtulant: qui multis nonnunquam ciuitatibus atque gentibus tanquam commu-
nes peſtes & fulmina incidentes non ceſſarunt atrociter homines vexare, quoúſque ſan-

Adriano imperante ab immolãdis hominibus ceſſatũ eſt.

Exemplum in ſacris literis extat 2. Regum 3. de Rege Moabitico.

guine hominum placati ſunt. Ariſtomenes enim Meſenius Ioui, quem illi appellant Ithometen, trecentos ſimul ſacrificauit: in quibus Theopompus etiam Lacedæmoniorum rex fuit nobilis ſcilicet ac regia hoſtia. Tauroſcythæ autem quoſcunque aduenas ceperint (capiunt autem multos, qui fluctibus & tempeſtate ad eos depelluntur) Dianæ ſtatim immolare ſolent, quæ ſacrificia tragicè in ſcena Euripides decantauit. Monuimus verò in libro Miraculorum collectionis, in Pelle ciuitate Theſſalica, hominem Achiuum Peleo & Chironi ſingulis annis immolatum fuiſſe, vt narrant. Lyctij etiam (Cretenſes autem iſti ſunt) Ioui hominem immolabant, vt Anticlides ſcripſit. Lesbi quoque Dionyſio, & Phocenſes Dianæ, alteros Doſcida, alteros Phitocules hiſtorici hominem immolare ſolitos conſcripſerunt. Erechtheus verò Atticus, & Macarius Romanus filias ſuas, alter Proſerpinæ, vt Demaratus in primo tradidit, alter defenſori Dæmoni, vt Dorotheus in quarto Italicarũ A

ἱερωνεία.

rerum expoſuit, immolare non dubitarunt. Perhumanos verò dæmones? quomodo enim B non ſceleſtiſſimi ſunt, & illi tanquam Saluatores inuocantur, & iſti qui ſalutem ab inſidiatoribus petunt, litaréque putant deis hominum iugulo? nec enim homicidij crimen effugiunt, etiam ſi Dianæ aut Ioui hominem offerant: cur igitur ô prudentiſſimi belluas fugimus? & ſi fortè vrſam, aut leonem, aut ſerpentem vidimus, ſtatim reſilimus, vt Poëta omnium maximus ait:

-- retróque pedem cum voce repreſſit:
Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus vnguem
Preſſit humi nitens, trepidúſque repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem.

Pernicioſos autem dæmonas, fraudulẽtos & peſtes hominum manifeſtè videntes, à quibus liberi etiam veſtri ad cædem petuntur, non fugitis? Hæc ille. Ego autem [8] etiam Dionyſium Halicarnaſſeum, virum Romanæ hiſtoriæ ac Italicæ peritiſſimum, huius ſceleris teſtem adducam, qui in primo de Antiquitate Italica, Iouem & Apollinem, quoniam decima hominum immolata non fuerat, magnas Italis calamitates induxiſſe his verbis ſcribit: Nullus in arboribus fructus, inquit, ad maturitatem vſque permanſit, ſed immaturi omnes defluebant: nec ſpicæ ſemine replebantur, nec herbæ pecori ſufficientes germinabant: fontes quoque ipſi alij bibi non poterant, alij æſtatis tempore deficiebant: & aut mulieres abortum patiebantur, aut nati pueri manci & diſcerpti erant. Cætera quoque hominum multitudo ægrotatione ac morte crebriùs quàm ſolebant vexabantur: ſciſcitãtibúſque ipſis, quid in deos commiſiſſent, quidque facturi, vt ab his peſtibus liberarentur: reſponſum fuerat, quia cùm impetraſſent quæ petierant, non reddiderunt omnia quæ vouerunt. Sed maiora adhuc debent, quæ ſi reddiderint, conquieſcent. Pelaſgi enim & Aborigines nihil ſibi terra producente vouerunt Ioui atque Apollini, ex naſcituris decimam ſe partem immolaturos. Ceſſauit igitur poſtea talis calamitas, & illi fœcundiſsimo rerum vſi prouentu, decimam naſcentium omnium partem ſacrificabant. Hęc Myrſilus Lesbius non Pelaſgos, aut Aborigenes, ſed Tyrrhenos paſſos fuiſſe narrat. Reſponſo igitur recitato magna omnes ambiguitate tenebantur. Senior deinde quidã aliarũ rerum primitias dicit rectè dijs conſecratas fuiſſe, nullam autem ex hominibus partem, quam dij maximè diligunt eſſe immolatam. Quare calamitatibus ſemper, inquit, vexabimur, niſi vt cæterorum animalium, ſic hominum primitias ſacrificabimus. Hanc ſenis orationem cùm alij probarent, alij plenam inſidiarum putarent, ſciſcitari rurſus per oracula placuit, ſi hominum decimam ſacrificare diis gratum eſſet. Deo autem annuente, magna ſeditione vexati ſunt, & tunc primùm primates ciuitatum, & reliqua multitudo atroci ſuſpicione, ne dolo iſta primates facerent commota, ſciſsi atque diuiſi ſunt: migrabántque multi, imò verò quaſi amentia furentes pellebantur, & pellebant: multæque ciuitates deſtitutæ penè fuerunt. Sequebantur enim fugientes filios qui genuerunt, & fratres, cognati, & propinqui propinquos: ita ex Italia fugientes, Græciam & Barbariam repleuerunt, quod malum nõ paucis annis Italiam vexauit. Nam & ciuitatum principes tum ſeditionem timentes, tum religioni ſatisfaciendum putantes, ab adoleſcentibus, qui ad iuuentam in annos proueniebant, primitias deligebant. Et paulò poſt: Aſſerunt autem Saturno in Italia, priſcis temporibus ita ſacrificatum fuiſſe, quemadmodum apud Carthaginẽſes, antequàm vrbs eorum dirueretur. Celtæ verò ad hæc vſque tempora & occidentaliores ferè omnes homicidio ſacrificabant. Hercules autem fertur primus in Saturnino ara ædificata intemeratas hoſtias immolaſſe: ac legem, qua homines ſacrificabantur, reuocaſſe, & ne quaſi, patrio ritu negle-

8 Dionyſij Halicarnaſſei de primitiis hominũ narratio, quæ lib. I. Ant. Rom. extat. C

Itali quondam liberorum ſuorũ partem decimam dæmoni ſacrificabant. D E

Hercules hoſtias humanas dãnauit.

A neglecto,[9] superstitioni inani incolæ turbarentur, simulacra pro viuis hominibus, quos in 9
fluenta Tyberis proiiciebant hostiarum ornata, modò in Tyberim immittere docuit: quæ
res à Romanis temporibus quoque nostris idibus Maiis diligenter fieri solet. Ea enim die
pontifices animalibus primò secundum leges immolatis, virginésque vestales, prætores, a-
liique ciues quos sacris adesse fas est, triginta simulacra hominum, quæ Argeos appellant,
à ponte sacro in Tyberim demittunt. Hæc Dionysius.[10] Diodorus verò consentanea istis
in vigesimo historiæ volumine, de Carthaginensibus ac Agathocle tyranno Siciliæ, post
mortem Alexandri Magni primi Ptolemæi tēporibus obsessis, his verbis cōscripsit: Dice-
bant autem Saturnum illis iratum fuisse, quoniam priùs ipsi excellentiores ex filiis suis sa- 10
crificabant. Postea verò clàm emptis infantibus atque educatis, liberorum loco immola-
bant. Cúmque diligenti facta inquisitione, multi ex suppositis inuenirentur sacrificari, fa-
B cilè animis induxerunt, vt crederent, ad obsessionem vrbis hostes idcircò diuinitùs missos
fuisse, quoniam priscos deorum honores non seruarent. Itaque deos placare studentes, du-
centos ex nobilissimis adolescentibus publicè sacrificarunt. Trecenti verò alij, quoniam
suspectos se esse videbant, sponte se tradiderunt. Erat autem apud eos ænea Saturni statua
magnitudine mirabilis, cuius manus in terram extensæ ita erant in gyrum, vt qui ad eum
peruenire adolescentes cogebantur, in ingentem foueam ignis repletam inciderent. Iure
igitur Hebræorum scriptura reprehendit eos, qui moribus patriis contemptis, hæc imita-
ti sunt, dicens: *Immolabántque filios atque filias suas dæmonibus, infectáque terra est in sanguinibus,
& contaminata in operibus eorum.* Arbitror iam per ea quæ dicta sunt satis patêre, non bono-
rum dæmonum inuentionem fuisse priscam illam, & primam simulacrorum institutionē,
& vniuersam religionem gētilium, sed perniciosorum omnino atque scelestorum. Itaque
C verus profectò inuenitur propheticus ille sermo, *Omnes dij gentium, dæmonia.* Apostolicum
etiam illud quo dicitur, *Quia quæ gentes sacrificant, dæmonibus non Deo sacrificant.* Et certè si
quid boni in diis gentilium esset, amatores profectò iustitiæ, saluatores & benefactores
hominibus essent, nec humano sanguine gauderent.[11] Sed responsis & omnibus modis à 11
cæde humanum genus repellerent.

Argeorū scripta simulacra, de pōte Sublicio, idibus Maiis præcipitari solita.

Qualis Saturni statua Molochi idolū Ammonitarū

1. Reg. 11. 2. Reg. 23. Psal. 106.

Psalm. 95. 1. Cor. 10.

Scholia in Cap. VII.

MVltis exemplis docet, Ethnicos victimis humanis, omnium videlicet maximè miserandis, dæmones colere & placare solitos: factum tamen esse consilio Herculis & aliorum, vt eo ritu abrogato, animantia bruta aut simulacra offerrentur: totam autem hanc impietatem & crudelitatem sublatā tempore Adriani Cæsaris. Quid περὶ τῆς ἀνθρωποθυσίας *statuendum sit, docet hæc diuini Psaltis verba: Sed miscuerunt se cum gentibus, & didicerunt opera eorum: seruierúntque sculptilibus eorum, &*
D *fuerunt eis laqueus. Nam sacrificauerunt filios suos & filias suas dæmonijs. Et effuderunt sanguinē innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quos sacrificauerunt sculptilibus Chenaā, & infecta est terra sanguine.*

1 *Vt sanguine charissimorum & alijs innumeris humanis victimis placari putarent sanguine pollutas potestates.*

2 *Et quòd hæc non simpliciter, sed ex historia talium rerum plena dicimus, hæc etiam sufficienter probabunt.*

3 *Mense apud Cyprios Aprili.*

4 *Et in Tenedo, vt inquit Euelpis Carysthius.*

5 *Et quidem in Africa Carthaginenses faciebant sacrificium, quod Iphicrates sustulit & Dumates.*

6 *Sed quis ignorat, etiamnum in magna vrbe Iouis Lasiarij festo, hominem mactari?*

E 7 *Neque si Dianæ quis aut Ioui in sacro videlicet loco, magis quàm ira aut auaritia, alijs similiter dæmonibus in aris aut triuiis mactet hominem sacrum sacrificium, nominans. Sed cædes est, & homicidium hoc sacrificium.*

8 *Scribit etiam ille, Iouem & Apollinem postulasse aliquando humanas hostias. Illos autem à quibus petitæ erant fructum quidem omnium & frugum sortem sacrificasse dijs. Quoniam verò non simul obtulissent homines, omnigenis cumulatos fuisse calamitatibus. Nihil autem impedit quominus ipsum scriptorem audiamus, sic loquentem.*

9 *Vt religio, si qua in omnium animis manserit, eximatur: imaginibus antiquarum affectionum permanentibus.*

10 *Et Diodorus his similia in vicesimo libro historicæ bibliothecæ narrat, post Alexandri Macedonis mortem, tempore primi Ptolemæi, de Carthaginensibus ab Agathocle Siciliæ tyranno obsessis, hæc ad verbum scribens.*

11 *Aut si quid erat boni in ipsis, vt per hoc etiam bonorum sortiretur appellationem, beneficium certè erat, & omnibus salutare, amánsque iustitiæ & curans hominum. Quod cùm ita sit, quomodo humanis oblectaretur hostiis? Cur non per oracula absterruit humanum genus, ne talia perpetraret?* A

Scelerum & crudelitatis, nullius autem boni præmonstratores & auctores esse dæmones, & nullum ex ijs bonum. Cap. VIII.

1 QVòd verò [1] maligni ad ista dæmones humanum genus intruserunt, quamuis per seipsum pateat: tamen inde quoque apertiùs videbis, si adulteria & fornicationes gẽtilium, quæ vsque ad hunc diem in Heliopoli Phœniciæ, multísque aliis in locis peraguntur, in mentem tibi veniãt: quasi enim primitias quasdam diis debitas, turpissimas huiusmodi operationes in templis offerunt. Nam si nec homines quidem modesti ac mites cædibus & stupris lætantur, quanto magis dij aut boni dæmones ab his rebus erunt alieni?
Si verò quispiam obiiciet, malignos quidem esse dæmones eos, qui hæc petunt, alios autẽ B
illos bonos, quos maximè tanquam saluatores venerantur: quærendum vbínam isti saluatores sui, quos colunt, sint, & non possunt malorum vim ab huiusmodi facinoribus atque flagitiis auertere. Quomodo autem boni sunt, si malos dæmones non depellunt? si cultoribus non auxiliantur? Aut cur humanum piúmque hominum genus atrocitate malorum dæmonum vexari permittunt? Cur etiam non admonuerunt homines, non vt Deum ho-
2 norare, sed vt perniciosum dæmonem odisse illum, cui hæc iniqua & [2] turpia placerent? Quomodo ergo verum isti Deum colunt, qui nec Rhodiis, nec Salaminiis, nec Heliopolitanis fugiendos esse prauos dæmones significauit? nec malignum Iunonis spiritum, cui tres quotidie homines sacrificari solitum ab historia didicimus, contemnendum esse vnquam dixit? nec Chios docuit, ne membratim crudelissimè discerptum hominem Dio- C
nysio immolarent, nec Tenedios similiter? nec prohibuit Mauorti hominem vbique offerri? Cur igitur eum colunt, qui vel liberos prauis dæmonibus iugulantes nequaquam de-
3 fendit: [3] nec dixit in Laodicea Syriæ, vbi singulis annis virgini litabatur, perniciosum dæmonem habitare: nec in Libya atque Arabia, vbi adolescentem sacrificantes, sub ara sepeliebant. Hæc omnia verus Deus quem colũt, quomodo non admonuit facienda non esse, incestus etiam & adulteria verus ille ac bonus Deus quomodo non docuit, vero Deo & bonis dæmonibus placere non posse? quod nullus vnquam præterquàm verus profectò Deus noster, qui solus Deus est, fecisse inuenitur. Is enim per Mosem vniuersos præmonuit homines, non esse colenda dæmonia: econtrà verò, repellenda contemnendáque tãquam perniciosissimos spiritus, templáque ipsorum ac ceremonias quibus honorantur, sic
4 esse delenda, vt nulla eorum exstet memoria: [4] qui adeò maleficiosè humanum genus in- D
uaserunt, tantámque victoriam amentia hominum consecuti sunt, vt si colligere in vnum, quæ ab historicis suis dicuntur, volueris, vniuersum istis sceleribus orbem spiritibus subiectum fuisse inuenies, Græciam, Africam, Thraciam, Scythiam, prudẽtissimorum Atheniensium gentem, ipsam quoque Magnam vrbem, siquidem etiam ibi Dialibus homines iugulabantur. Rhodum præterea, Salamina, insulas omnes Chium, Tenedum, Arcadiam, Lacedæmona, Ægyptum, Phœniciam, Libyam, Syriam, Arabiam, vbique vsque ad tempora Saluatoris nostri, tam animalium, quàm hominum cæde, & turpissimis pollutionibus perniciosissimos dæmones placabãt: neque priùs vitam hominum hæc mala reliquerunt, quàm Saluatoris nostri doctrinæ fulgor orbem illustrauerit. Historicos enim suos iam audiuimus ad Adriani vsque tempora, facinora & flagitia illa fuisse protensa. Eius verò Imperatoris temporibus turpitudinem hanc omnem intellectam atque contemptam fuisse. Illo verò maximè tempore salutaris Euangelij prædicatio per orbem in modum ful- E
goris corruscabat. Mentiuntur autem, quando rebus victi prauis, se dæmonibus sacrificasse negant. Illos enim adorabant, illis homines cædebant, ad honorem illorum turpissima admittebant flagitia, quos deos maximos & putabant, & appellabant. Saturnũ enim, Iouẽ, Martem, Dionysum, Iunonẽ, Mineruam, Venerem, & sapiẽtissimũ atque pulcherrimum Apollinẽ, optimos & maximos deos, ac denique saluatores esse prædicant. Isti ergo perniciosissimi, illi dæmones sunt. Nã si huiusmodi sunt, qui cæde hominũ gaudẽt (gaudẽt autẽ isti, quibus nisi homines immolẽtur, ferre nõ possunt) scelestissimi certè spiritus esse conuincũtur, siue ipsi talibus gaudeãt, quod dubitari nõ potest: siue aliis hæc offerri permittãt. Cur enim si boni sunt spiritus, his sceleribus malignos placari dæmones iubent? cur adeò errare homines patiuntur, vt ad colendos prauos dæmones ignorantia deductos despiciãt?

Cur

A Cur huiuſcemodi humanũ genus ſeruire ſpiritibus non dedignantur, cùm oporteat, ſi bo-
ni dii ſunt, longiſſimè ab hominibus omnem falſam religionem diuina ſua virtute, prædi-
cationéque integra pellere? Nam pater bonus non negliget filium à prauis hominibus cir-
cumuentum, nec humanus dominus ſeruum, nec dux belli ad captiuitatem ſuos milites
duci patietur, ſi aliquo eis poterit modo prouidere, nec paſtor lupis pecudes tradet. [5] Dij 5
autem boni, qui miſeros, vt dicunt, homines tutantur, qui paſtores & ſaluatores, reges pa-
tres & domini nuncupantur, inimicis dæmonibus quaſi atrociſſimis beluis homines, à
quibus piè coluntur, crudeliter trucidandos tradent, nec propugnabunt & protegent im-
becillum genus hominum, nec hoſtes & prauos ſpiritus tanquam immanes beſtias longè
à grege hominum fugabunt, nec docebunt homines, qui ſe, rémque ſuam illis commen-
dant, non colendos ſed fugiendos eſſe prauos ſpiritus? Quando igitur hoc nec faciunt,
B nec vnquam fecerunt, imò verò econtra oraculis atque reſponſis ſuis homines immolari
ſibi petebant, & turpiſſima flagitia in templis offerri: re ipſa patet peſſimos & iniquiſſimos
eſſe natura. Ad hæc quomodo Deus aut bonus aliquis dæmon à gentibus vnquam adora-
bitur, ſi bonum malo nunquam conuenire poteſt, niſi lucem ac tenebras ad idem cõcur-
rere poſſe contendat? Quomodo autem dij ſunt, aut omnino boni dæmones, qui bonitate
ab hominibus ſuperantur? Iniquum enim Porphyrius ſcripſit, non dico homines ſolùm,
ſed etiam quod multò minus eſt, animalia bruta occidere. Quare immolationes huiuſce-
modi modeſto atque prudenti viro fugiendas, nec placandos ſpiritus ſanguine, ſed animi
virtute repellendos conſulebat. Mundum enim animum nõ inuadũt, quoniam eis diſſi-
milis eſt.

Scholia in Cap. VIII.

C *Pergit in eodem argumento, ac ex eo, quòd dæmones ſcelerum auctores ſunt, diíque eorum rabiem non reprimunt, nec ab illorum violentia genus humanum liberant, vtróſque ſceleſtos & impuros eſſe oſtendit.*

1 *Quòd autem malignorum & malicioſorum dæmonum hæc erãt, clariùs intelliges, ſi conſiderabis vulgatæ & impotentis libidinis ipſorum in Phœniciæ vrbe Solis adhuc dum facinora, & apud alios plurimos homines. Adulteria enim & ſtupra & illegitimas alias comixtiones in honorem deorũ, tanquam debitum quoddam, aiunt oportere fieri: & impuræ ac nefandæ huius actionis diis primitias eſſe offerendas, ignominioſæ & impudicæ huius negociationis, tanquam bonæ gratiæ indicium, fructus ipſius offerentes. Hæc enim humanis victimis ſimilia ſunt.*

2 *Cui cruda & inhumana & illegitima & turpia grata exiſtunt.*

3 *Vetuit autem verus Deus etiam Marti, hominum occiſori & belli amanti dæmoni, ſacrificare ho-*
D *minem. Sanciuit autem, neque alienos neque domeſticos chariſſimos mactare ipſi.*

4 *Et quidem purgare ipſorum templa & parum ſacros & profanos cultus & omnino ex homininibus tollere memoriam eorum tanquam deorum & tributum ipſis honorem, ſanciuerunt. Neque enim malos placari fas erat ab iis, quibus boni curæ ſunt. Siue autem Philarchus ſiue quicunque alius, narrat omnes Græcos priuſquam in prælium exeant, homines immolare. Et hunc teſtem Græcorum diabolicæ ſuperſtitionis ne recuſes accipere, nec ignores vel Africanos, vel Thracas & Scythas etiam eadem agere & iiſdem à diabolo inſaniis ſubiugatos eſſe. Sicut & Athenienſes & eos qui in Magna vrbe ſunt, quando & iſti in Magni Iouis feſtis homines mactabant. Sed ſi contraxeris ſimul omnium iam dictorum Catalogum, inuenies, vt ita dicam, omnem deorum effictionem, his homicidis ſpiritibus & malignis dæmonibus attributam eſſe. Nam & in Rhodo in Salamine & aliis inſulis, & in Heliopole Aegyptiaca, & in Chio & in Tenedo, & Lacedæmone & Arcadia, Phœniciáque & Lybia: & adhæc*
E *omnia in Syria & Arabia & apud Athenienſes, & qui præcipui ſunt, apud Carthaginenſes & in Africa & Thracia & Scythia, demonſtrata ſunt dæmoniacæ mactationis hominum, antiquis tẽporibus vſitatæ, ſacrificia: quæ vſque ad ſeruatorem noſtrum ſe extenderunt. Quomodo enim non rectè dixeris omnes tunc malis dæmonibus ſeruiiſſe, nec prius requiem tantorum in vita malorum fuiſſe, quàm Saluatoris noſtri illuxiſſet doctrina?*

5 *Dij igitur & boni genij ſub malis & prauis relinquent hominum genus, ter mille cuſtodes mortalium hominum. Paſtoréſne & ſeruatores, reges & patres, & domini, inimicis & hoſtibus & feris beluis tam crudeliter & crudè ad agendum ferendum amiciſſimos tradent?*

Etſi in multis ciuitatibus dæmonum cultus receptus & approbatus eſt, danda tamen nobis eſt opera, vt Deo ſimiles fiamus, ſpreto & damnato Ethniciſmo, qui ab ipſius patrono Porphyrio, non obſcurè in quibuſdam damnatur. Cap. IX.

SI verò ciuitatibus necesse est hos etiam placare, nihil ad nos. Ciuitates enim etiam res A
externas, vt diuitias, & omnia quæ corporis sunt, vt formam, bona esse confirmant: &
1 horũ contraria, mala.[1] Pauci enim sunt in ipsis, qui animæ curã habeant. Nos autẽ quantũ nobis possibile est, istis non indigemus, sed omni studio atque opera Deo similes fieri conamur. Quod fieri solet perfectiore virtute, & vera de rebus opinione. Econtrà verò, prauis tam dæmonibus quàm hominibus, & omnibus qui caducis atque materialibus rebus gaudent, dissimiles esse studemus. Non iniuria igitur philosophus & dæmones contemnere debet, & diuinationes negligere. Ea enim, quæ homines vaticinationibus petunt, negligit. Non ergo de matrimonio, non de mercibus, non de seruo, non de furto, non de aliis inanibus rebus, quas falsa opinione homines cupiunt, ab extis animalium quæret: sed ipse per seipsum Deo accedens,[2] æternam solummodò vitam quæret, quam toto animo desiderat. His verbis Porphyrius auguria auspicatus & vniuersam diuinationem, quam multi B
admirantur, falsa opinione hominum constare apertè ostendit, quibus philosophum nullo modo indigere dicit. Si ergo modestus prudénsque vir ea fugit, quibus dæmones placantur, quæ sunt gentilium sacra sanguine animalium confecta, nemo priscorum prudens
2 ac modestus inuenitur. Omnes enim vt diximus, ante Saluatoris nostri aduentum, brutorum animalium vel hominum sanguinem dæmonibus offerebant. Nemo ergo, secũdum
3 Porphyrium,[3] prudens, modestúsque gentilium fuit. Præterea ipse rationem sequens, sacra dæmonum refutat: & mundo animo esse hortatur, quem dæmones inuadere nequeũt, quoniam dissimiles sunt. Apollo verò deus suis (rursus enim homini comparatus, inferior reperietur) perniciosissimo dęmoni, quia videlicet ei amicus sit (pernicioso enim perniciosus amicus est) sacrificandum consulit, quod ipse in libro de Responsis conscripsit. Cùm enim vates festinaret quod quærebat inspicere, Apollo ei respondit, munera prius dæmoni C
offerenda esse dicens. Ratio autem humana, duce natura, his contraria facienda probat, munditiam scilicet animæ adhibendam, & sacrificandum non esse dæmonibus: quoniam purum mundúmque aggredi non possunt, cùm diis similes sint. Quòd si prudens & modestus vir est, qui dæmonibus non sacrificat, qui suis responsis sacrificandum cõsulit, qualisnam sit, per teipsum considera. Pessimi ergo atque perniciosissimi sunt, qui cæde ac sanguine hominum gaudent: quem morem si quis laudat, is omnes homines qui modò viuũt vituperat. Quòd si prudenter nostro tempore huiuscemodi rem contempserunt, prisci omnes stultissimè id faciebant.

Contra obiectionem. Atqui multæ ciuitates & politiæ, vnanimi consensu deos colendos indicauerunt.

Deo quomodo similes fiamus.

Scholia in Cap. IX.

REspondet in hoc capite, ad hanc Ethnicorum obiectionem: atqui multæ ciuitates optimè constitutæ, magno consensu probauerunt cultum deorum & responsa. Non igitur temerè contemnenda sunt. Responsionis Eusebianæ hæc sententia est. Multitudo errantium in vrbibus (quæ vt plurimùm ὀλίγον μὲν αὐταῖς τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιμελούμενον, *multos, aut qui* τὰ ἐκτὸς καὶ τὰ σωματικὰ ἀγαθὰ *sectantur, ciues habere assolent) minimè respicienda, & in id vnum incumbendum, vt Deo similes fiamus, & totis pectoribus abhorreamus à dijs fictitijs & eorum cultu. In hac sententia cùm ipsemet Porphyrius fuerit, quis non videat eum per imprudentiam, Ethnicismum suum reprehendere?* D

1 *Quod fit per indolentiam, & recta de verè existentibus instituta opinione, & secundum illa & per illa viuendo.*

2 *Qui in veris ipsius visceribus habitat.*

3 *Huius autem testis est in ijs, quæ priùs de philosophia oraculorum scripsit, sic de verbo ad verbum narrans.*

Quomodo Apollo maligno dæmoni iubeat sacrificare. E

Cupiente igitur Propheta videre numen ipsum, & vrgente, Apollo impossibile illud esse dixit, priusquàm solutionis mercedem, maligno dæmoni daret. Dicit autem sic.

Mercedem da terræ patriæ indigeti venerando,
Primùm libamina, deinde focum, & sanguinem atrum,
Vini nigri, ouiúmque simul candida fluenta. Et clariùs dixit de ijsdem.
Vinum & lac injce, & aquæ iucundam speciem.
Et ligna fructum habentia Ioui notorum Aquileiorum,
Viscera autem deponens pinguibus cum succis funde.

Quibus autem precibus interrogatus, incœpit quidem, non tamen absoluit, sic dicens.

Dæmon errantium animorum diadema tenens

A *Aëriorum infernè recessuum, terrestriúmque supernè.*
Hæc admirandus ille Deus, imò potiùs erroris plenus dæmon.

Quia Iesus Christus per Euangelij doctrinam Christianos illuminare dignatus est, Deo vero, creatori nostro, seruimus spiritu & veritate, repudiata Ethnica impietate. Cap. X.

HIs omnibus hac luce clariùs patet, quòd non dij, non boni dæmones, sed longè ab omni bonitate remoti, hostes veri Dei perniciosi atque impij gentilium sunt dij, à quibus nemo præter Dominum nostrum Iesum Christum, humanum genus eripuit, qui euangelio suo vniuersis Barbaris, simul & Græcis huic morbo medetur, & à durissima antiquissimáque seruitute liberat, ac ad veram conuocat libertatem: ad quam curriculo tendere, magna voce omnibus prædicat, clamans: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit* Esaiæ 61
B *me, euangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum.* Et rursus: *Educere ligatos è vinculis, & è domo carceris sedentes in tenebris.* Hæc enim ab antiquissimis temporibus vera Hebręorum oracula redemptionem nostram, & cæcæ mẽtis illuminationem prædicentia confirmabant futuram: vnde nos Saluatoris nostri gratia & patrocinio confirmati, à flagitiis ad modestiam, & ad prudentiam ex amentia liberi iam à dæmonum seruitute nec sacrificabimus vnquam, nec seruiemus diis gentilium, à quibus (proh dolor) oppressi tenebamur. Nunc quia liberati, euangelica doctrina ad Saluatorem nostrum Dominum & benefactorem, creatorem & regem vniuersi adducti sumus: quem piè adoramus, non vt dæmonibns videtur, sed vt ab euãgelica doctrina didicimus qua nutriti, prauos dæmones atque perniciosos facilè fundemus. Nam castitate & bonis moribus
C nixi, eámque vitæ munditiam adhibentes, quam nobis Saluator tradidit, nequaquam illos timebimus, qui mundum aggredi animum, quoniam dissimiles sunt, nequeunt, vt philosophus concedebat. Sed neque diuinationis indigebimus, neque aruspices interrogabimus, nec quicquam penitus dæmoniacum perscrutabimur. Quorum enim gratia hæc petuntur, ea nos contemnere Christus docuit, illáque solummodò desiderare iussit, de quibus nemo aruspex, nullius hostiæ exta significare aliquid poterunt: quæ solus Saluator noster verbum Dei, quod semper cum Deo patre est, omnibus significauit, qui animum atque mentem suam domicilium illi constituerunt: de quibus ipse dicit, *Habitabo in ipsis, & ero sibi Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Hæc de prauitate dæmonum, quos & deos appellant, dicta sufficiant.

Scholia in Cap. X.

D *TRia sunt præcipua κεφάλαια, quæ hoc loco Eusebius tractat. Primum, solius Domini nostri Iesu Christi beneficio nos illuminatos, & à seruitute dæmoniorum liberatos esse. Alterum, ambulandũ nobis vt filiis lucis, quia dies mali sint. Postremum fugienda nobis responsa, auguria, extorum inspectiones & alias Ethnicæ impietatis partes.*

Dæmones in Angelos lucis (vt scriptura loquitur) ínque multas figuras & formas se transformantes, priuatim & publicè maximorum malorum, artiúmque maleficarum auctores esse, ostendit. Cap. XI.

NVnc videamus quemadmodum cùm esum carnium Porphyrius exterminet, apertissimè prauos istos dæmones in multas figuras & formas, vt homines seducant, trans-
E mutari, bonorúmque, vt cupiditatum inflammatione multitudinem alliciant, persuadéantque deos esse cùm non sint, effigiem assumere confirmet, quos tantùm ait potuisse, vt sapientissimos Poëtas & philosophos complures deceperint, quorum eloquentia multitudinem euerterunt. Præterea omnes maleficas artes ab ipsis dæmonibus inuentas fuisse, ad voluptatémque homines impulsos, vt titillatione obcæcati, primum eorum spiritum summum Deum putarent. Sed verba eius adscribamus: Quæcunque, inquit, animæ vitiis subiectæ appetitu feruntur, iræ, concupiscentiæque seruientes, in naturam dæmonum conuertuntur, ac perniciosæ sicut illi fiunt. Sunt autem sicut & dæmones inuisibiles atque insensibiles humano sensui. Non enim habent corpus, quod soliditate sua sentiri possit, nec formam omnes vnam, sed multis atque variis transmutari figuris, modò apparent, modò inuisibiles sunt. Spiritus autem, quia quidem corporalis est, passibilis & corruptibilis est: quia verò animæ colligatus est, longo temporis spatio perdurat.

Poetæ & philosophi à dæmonibus decepti

Æternus autem esse non potest, quoniam mutatur & defluit. Proportionati autem sunt A
1 bonorum spiritus, [1] sicut & corpora apparentium fuerunt, malorum autem improportionati. Dæmones igitur vitiis dediti, quicquid malè excogitare ac efficere possunt, libenter aggrediuntur: violenti enim omnino atque simulatores cùm sint, priuatique luce meliore insidiosè aggrediuntur, nunc occultè adulantes, modò manifestiùs cogentes, paulò post hæc inquit: Ac similia faciunt à vera opinione de cultu deorum ad seipsos transferre cupientes: omnibus enim gaudent malis, & deorum assumpta persona temeritate nostra fruuntur. Alliciunt enim multitudinem ardore cupiditatum, diuitiarum, potentiæ, voluptatum, inanis præterea gloriæ appetitione. Vnde seditiones, rixæ, belláque nascuntur, quódque omnium pessimum est, deos etiam ipsos, & primum vniuersi Deum similibus seruire vitiis persuadent: ita omnia sursum deorsúmque perturbant. Credunt enim eis non solùm vulgus, sed multi etiam philosophorum alteri alteris causam præbentes. Qui enim philosophi communes opiniones non contempserunt, ad impietatem vulgi delapsi sunt: multitudo etiam vicissim consentanea impietatis suæ à philosophis verba percipiens, in falsa de diis opinione confirmata est. Nam poësis quoniam verbis sonantibus & compositione magnifica vtitur, persuasit, imò verò inflammauit homines ad impietatem, ita seducti nō possunt perspicere, nec bonitati nocere, nec prauitatem iuuare vnquam posse. Nam vt nō potest caliditas, vt Plato ait, frigiditatem inducere, nec frigiditas caliditatem: sic nec iustitia nocere potest: iustissimus autem omnium Deus est, non esset enim Deus, nisi esset iustus: quare alia quædam est virtus bonorum dæmonum, alia malorum. Qui enim ad nocendum nati sunt, & istud omnibus peragunt viribus, bonis contrarij sunt: contraria verò in eodem esse non possunt. Ab istis autem maleficæ quoque artes constitutæ sunt: hos enim summopere, & præsidentem istorum malefici omnes venerantur. Hi pleni sunt omni falsa phantasticaque visione, qua facilè decipiunt, monstra quædam & prodigia sensui & imaginationi prӕponentes: vnde amatoria & incentiua libidinum præparantur, quibus omnis luxuria, & diuitiarũ copia, & inanis gloriæ cumulus comparari atque acquiri creditur, ac falsitate homines decipiunt. Dij enim esse volunt, cùm nidore carnium & fumis gaudeant. His enim vaporibus cōfirmari & roborari videntur. Hæc omnia eius sunt, qui exactissimè ista sciebat. Prænominatus enim philosophus, qui maximè omnium ista scrutatus est, prauos dæmones omnes, qui sanguine gaudent, appellauit, & multitudini à Poëtis, & nonnullis philosophis persuasisse falsò bonos videri asseruit.

Poesis exitiosa. B

Dæmonum præsidentē malefici venerantur. C

Scholia in Cap. XI.

DE impostura dæmonum, quos fingit Porphyrius assumptis formis quibusdam apparere hominibus, & per Poetas ac philosophos vulgi errores confirmare, déque animabus quæ in naturam dæmonũ degenerant, & illecebris cupiditatum & voluptatum homines incautos, inescatos, ad flagitia perpetrāda instigent, multa in hoc capite Eusebius refert, ac in fine artes maleficas dæmonibus, tanquam auctoribus tribuit. D

1 *Spiritus autem, siquidem est corporeus, patibilis est & corruptibilis. Ab animis autem sic vinciri, vt species eorum maneat longiori tempore, non est quidem sempiternus. Verisimile enim est aliquid semper ex eo defluere & mutari. In symmetria itaque sunt corpora bonorum, sicut & corpora apparentiũ: maleficorum autem sine symmetria.*

Qui sint principes dæmonum, secundum Porphyrium.
Caput XII.

IDem declarat malignorum dæmonum principes Serapin & Proserpinam esse: diuina E
verò scriptura Beelzebub prauitatis principem appellat. Sunt autem verba eius hæc in libro Responsorum conscripta: malignos omnes dæmones non temerè Serapidi subiicimus. Non enim sacrorum eius symbolis solummodò persuasi sumus, verumetiam, quia quæcunque alliciunt, & quæcunque repellunt, Plutoni attribuuntur, vt in primo libro monstrauimus. Serapis autem apud Ægyptios is deus est, qui apud Græcos Pluto nuncupatur, idcircò prauis dæmonibus iste princeps est. Nam iste symbola quoque dedit hominibus, quibus dæmones expelluntur: iste supplices docuit, quomodo brutorum assumpta figura, dæmones hominibus insiliunt. Vnde apud Ægyptios & cæteros omnes, qui prudentes in agendis ceremoniis deorum esse videntur, corrigiæ in templis irrumpuntur: & animalia ante inuocationem deorum expulsa multitudine, cæduntur: ita domo cæteris rebus

Serapis idē qui & Pluto.

A rebus vacua,& munda ſpiritu,& ſanguine animalium Deus inuocatur. Sunt autem corpora hominum iſtis plena,& maxime illorum, qui delicatis cibis viuunt. Comedentibus enim nobis adueniunt,& inhærent corpori, idcircò ieiunium & caſtitas maximè laudantur,non quia principaliter Deus bonus iſtis placetur: ſed vt recedant illi, qui ſanguine & immunditia gaudentes,vt his fruantur, in vtentium corpora ingrediuntur. Certum enim eſt,quia vehemens caducarum rerum cupiditas,& appetitiui ſpiritus impetus non aliunde quàm ex præſentia iſtorum maximè creſcit. Quare cùm appetitio nimiùm inflammata eſt,& voluptatis ardor animantia exagitat, vt omnis cogitatio ad exteriora vagetur, tūc huiuſmodi dæmonum præſentiam eſſe cognoſcas: quorum præſentia facit, vt appetitiuus ſpiritus in corpore noſtro multiplicetur. Et paulò poſt: Nūquid,ait, iſti ſunt illi dæmones, quorum princeps Serapis eſt? Symbolum enim etiam horum triceps canis eſt,ille ſcilicet

Delicatis cibus vtentium corpora dæmonibus plena.

Ieiuniū & caſtitas dæmones pellunt.

B qui in aqua, terra, & aëre tribus his elementis verſatur pernicioſiſſimus dæmon. Is enim cæteros dæmones tanquam princeps expellit. Sed Proſerpina etiam dæmon princeps eſt, quia in tribus his elementis plurimùm poteſt. Et poſt pauca: Vnum, inquit, Proſerpinæ reſponſum ſi appoſuero, volumen iſtud concludam:

Naturæ triplicis ego ſum Lucina puella.
Taurea itémque triceps miſſa è cœlo aurea Phœbe,
Quàm multæ variant formæque, trináque ſigna,
Quæ terna & ſimulacra fero terræ, aëris, ignis,
Quippe meis atris terrarum eſt cura moloſsis.

Deinde quinam ſint canes atri clarè interpretatur, dicens pernicioſos dæmones ſic appellari.

C *Scholia in Cap. XII.*

QVemadmodum Iudæi affirmant, Beelzebub eſſe dæmoniorum principem, vt eſt in hiſtoria Euangelica: ita Porphyrius & Ethnici fingunt Serapin & Hecatem principes eſſe dæmonum, qui ſeductos à ſe miſeros & excæcatos homines, ſuperſtitionis & ſcelerum ſeruos effecerunt, vt ipſi pro ſua libidine graſſari in eos poſſent.

ARGVMENTVM IN LIBRVM V. EVSEBII CÆSARIENSIS DE PRÆparatione Euangelica.

D *VT quid de reſponſis dæmonum ſtatuēdum ſit, liquidò omnibus conſtet, de dæmonibus magna ex parte in hoc libro agit, atque hæc omnia illis tribuit. Primùm, quòd per ſimulacra, velut organa, non modò ſtabiliuerint errorem de innumerabili deorū numero, ſed etiā diuinationibus ſuis hominibus incautis ſceleratè impoſuerint. Deinde, quòd tametſi viderentur dæmones, intermedij inter deorum hominúmque naturam & ordinem, ſcelerum tamen & turpitudinum labe eſſent contaminati, vt qui auctores eſſent cædium, idololatriæ, & aliorum malorum. Tertiò, noxios eſſe dæmones omnes probans, tragicum eorum, qui Pana viderant, interitum deſcri-*
E *bit. Quartò, calamitates quibus obnoxij ſunt iſti dæmones, ſeruitutem nimirùm & mortem, inde colligit, quòd ad nutum, verbáque concepta hominis malefici, ſeſe ſiſtere cogūtur, nec poſſunt abſcedere quando ipſis eſt viſum, ſed cùm ſublatis notis quibuſdā, magus dæmones à ſe conſtrictos dimittit: & quòd morti ſunt obnoxij, ſicut narrationes de interitu Panos & dæmonis Britannici, oſtendunt. Quintò, redarguit dæmones eo nomine, quòd ſæpè impuros quoſdam (puros enim & elegantes excipiendos arbitror) poëtas, vt Archilochum: tyrannos etiam Phalaridem & Cypſelum, præter eorum meritū, laudaſſent, vt diuinationes quæſtuoſæ eſſent Hierophantis, & denique quòd Methimnenſibus auctores idololatriæ.*

Filius Dei venit vt dissoluat opera Diaboli. Cap. I.

VERVM etsi satis è superioribus pateat,non bonos,sed perniciosos dæmones, quasi deos à gentilibus cultos : non tamen erit ab re,quoniam multi A
adhuc imbecillitate quadam animi seducuntur,religionem patrum laudantes,cumulatiùs eandem rem ostẽdere,à qua non ab alio quàm à prædicatione Christi liberati sumus.Ipsi enim fatentur,temporibus Saluatoris nostri oracula sua cessasse, & mortem nonnullorum dæmonum accidisse:& ad hæc,vt in superioribus patuit, post Euangelicam doctrinam diis offerri homines,improbatum esse.Adiiciendum autem est,non solùm superstitionem dæmonum ruisse, verumetiam multos atque varios principatus cessasse.[1] Ferè enim per omnes ciuitates & castella,reges & tyranni antiquitus erant:ita vt non pauciores principatus essent, quàm ciuitates:faciléque à dæmonibus impulsi, alteri in alteros insurgebant. Sic depopulationes regionum,obsidiones vrbium,& seruitus maxima vigebat in morem iumentorum captiuis seruientibus. B
Vnde facilè consideratum est,quàm ingens ante Saluatoris nostri tempora humanum genus calamitas premeret.Quæ omnia diligenter in vnum collecta, si nõ antè cessasse considerantur,nec per successionem vnum post alterũ defecisse,sed omnia simul, quasi terrę motu facto,post Domini nostri resurrectionem ruerunt:quomodo non oportebit Euangelicæ ac verè salutaris doctrinæ mysterium admirari, cuius prædicatione factum est,vt creatori & soli vero Deo per vniuersum orbem ædes constitutæ sint?vbi tam vetus quàm noua scriptura ita publicè legitur,vt ab omnibus audiatur? Vnde audiẽtes discunt, summa virtute, & vera pietate, ac religione viri simul & mulieres viuere. Perierũt autem responsa dæmonum,& auguria,& aruspicia hominum, ne quis adeò nunc insanit, vt posteaquàm nomen Christi in orbe claruit,audeat charissimorum sanguine, aut cæde C
hominis immanissimos dæmones placare : quam rem priùs non rudes aut priuati solummodò,verumetiam sapientes & reges factitabant. Quòd autem post tempora Saluatoris nostri,potentia dæmonum fracta iaceat, ipse Porphyrius Christiani nominis hostis, in libro quem aduersus religionem nostram conscripsit,hoc modo testatur. Nunc verò miratur,inquit,si tam multis annis peste ciuitas vexatur, quum & Æsculapius, & alij dij longè absint ab ea.Postea enim quàm Iesus colitur,nihil vtilitatis à diis cõsequi possumus. Hæc verba illius sunt.Quòd si dij sunt, ô Porphyri, quare viribus suis Iesu virtutem non deprimunt?Siquidem vt vos dicitis,mortalis homo Iesus,& seductor fuit,dæmones verò vestri & dij saluatores. Cur igitur omnes simul cum Æsculapio terga verterunt? vniuersúmque humanum genus fusi atque fugati Iesu tradiderunt? qui etiam post mortem apud omnes gentes indies crescit manifestissima verè signa,& infinitas,vt Deus, vires habere omnibus D
ostendens:qui aliquantisper volunt aduertere, tantùm vnus solus, & ipse mortuus potest, vt innumeros deos expulerit:& honoribus eorum destructis,cultum ad se transtulerit. Illi autem & multi & viui,vt dicitis nec apparent vsquam iam, nec operantur. Cur igitur ita fit?quia non dij,sed praui dæmones dij vestri sunt.Iesus autẽ,& qui eum misit pater, Deus verus est:ac ideò gloria sua crescit indies,& humanum genus ad maiorem quotidie virtutem progreditur.Cúmque oporteret,si dij essent,& humanarum rerum curam haberent, religionem Christi deponere,& cultum suum corroborare,nihil efficiunt?sed conati quidem sæpiùs sunt,& reges,ac principes, vniuersúmque Romanorum imperium aduersus Saluatoris nostri Euangelium concitarunt: iacent tamen superati, nec totius orbis vires, quamuis ipsorum suggestionibus conspirassent, cõtra pauculos homines ac pauperrimos Euangelij nuncios quicquam efficere potuerunt.Iesu enim mortui diuinæ vires pulsis dæmonibus ac falsis deis,qui terrestrem hunc aërem,& cauernas terræ habitare,condemnati in sepulchris hominum,omníque immunda materia vagantur, sanguine ac vaporibus gaudentes,ad veram humanum genus pietatem attraxerunt. E

Ante Christi aduentũ in singulis penè ciuitatibus tyranni erant.

Porphyrij luculentũ testimoniũ quòd in aduentu Christi dij gentium euanuerint.

Scholia in Cap. I.

QVæ fuerit rerumpublicarum in orbe plurimarum κατάστασις, *post Iesu Christi Seruatoris nostri incarnationem, & quòd eo tempore dæmones quidam extincti, omniúmque dæmonum superstitiosus cultus in maxima parte orbis terrarum damnatus & reiectus sit, docet Eusebius. Exagitat etiam in fine Porphyrium deplorantem contemptum dæmonum, qui rectâ fidem in Christum, secutus est. Omnia eò spectant, vt intelligamus, Christum Dominum nostrum, ideò destruxisse opera diaboli, vt abominatone Ethnicismi agnita ad Christum salutis cupidi homines confugerent. Hoc inenarrabile*

Christi

A *Christi beneficium, etiam rebuspublic. & publicæ tranquillitati profuit.*

1 *Ferè enim in omnibus ciuitatibus & vicis, reges & tyrannos, præsides & dynastas olim videre erat, gentiúmque præfectos & multos dominatus, propter quos in mutua bella semper ruentes, vastationes regionum & vrbium oppugnationes, captiuitates & seruitutes vicinorum semper & vbique efficiebant, à suis dæmonibus in mutua bella accensi.*

Quibus rationibus homines à dæmonibus decepti sunt.

Caput II.

PRincipes certè dæmonum siue aërei, siue inferni, postquàm viderunt ab hominibus, nonnullos mortales, quasi deos sanguine ac nidore sibi gratissimis honorari, [1] motibus 1
quibusdam simulacrorum, quæ homines in memoriam mortuorum fecerunt, facilè amẽ-
B tes decipiebant. Præterea diuinationibus, quas dæmoniaca operatione prædicare videbã-tur, & voluptate corporis omnes alliciebant, adeò vt modò cœlestes virtutes ac Dei, modò heroum animæ quæ post mortem in cœlum ascendissent, ab hominibus crederentur. Vnde opinio de multitudine deorum, cùm à simulacris ad inuisibiles spiritus, qui per simulacra operabantur, & in eis habitabant, cogitatio raperetur, quasi vera vehementer creuit, ita terrestres & aërei dæmones malignitatis spiritus dij maximi putati sunt. Priscorum etiã heroum, qui maximè colebantur, memoria, in maius errorem extollebat, quorum figuras per singulas ciuitates imaginibus atque statuis exprimere conabantur. Animas verò prodigiosè aut incorporeas virtutes, statuis plerunque adesse dæmones simulabant. Sic maleficis artibus & inuocatione animarum omnia perturbabant. Isti ergo terrestres dæmones aërei atque inferni spiritus, quos huius mundi principes diuinæ literæ nuncupant modo
C bonos se dæmones, modò deos cœlestes, & nunc heroum animas, nunc alios atque alios fingentes, in varios humanum genus errores iniecerunt, vt alij deos, alij heroas, alij dæmonas esse contenderent, & hos alij bonos, alij malos: quos tamen ne noceant, placandos sacrificiis censebant. Ita factum est, vt multitudo, imò verò innumerabilitas deorum credita sit.

Scholia in Cap. II.

IN hoc capite describit instrumenta nequitiæ spiritalis, quam dæmones exercuerunt, videlicet statuas earúmque motum, & alia eiusdem farinæ, quæ omnia fascinatos superstitione homines confirmabat, vt in dubium non vocare auderent commenta περὶ θεοποιΐας καὶ πολυθείας, *cùm aerij, terrestres, & infernales dæmones, nunc deos, nunc heroas, nunc dæmones bonos se esse fingerent.*

1 *Simplices & animos faciles decipiebant motibus quibusdam simulacrorum, quæ in honorem mor-*
D *tuorum virorum à veteribus consecrata sunt, & oraculorum speculationibus, & corporum ministeriis quæ sua dæmoniaca potentia inuisibiliter ipsi perdentes, rursus ipsi liberos ab effectibus induerant. Per quæ adhuc magis in præceps agebant superstitiosos, vt putarent se esse nunc cœlestes potestates, & aliquos reuera deos: aliquando virorum in deos relatorum animas.*

Quæ res τῇ πολυθείᾳ *materiam præbuerint. Cap. III.*

PRimùm enim fulgentia in cœlo corpora, tum propter perpetuum motum, tum quoniam cuncta hæc inferiora perspiciãt atque moueant, deos appellarunt. [1] Deinde quo- 1
niam heroes vitæ hominũ communiter profuerunt, in deorum numero accepti sunt: quorum turpissima facta theologiæ suæ partem putantes, fabulosam appellarunt, quam postea detestati, quamuis & vera & prisca sit, ad naturalia tamen reducentes fabulas, negant. Nec
E finem hic fecerunt, sed propriis quoque passionibus adorabile nomen Dei attribuerunt; quod theologiæ genus ita per seipsum iacet, vt oratione confutatoria non egeat. Quid enim turpius quàm Venerem, Cupidinem, & Priapum deos nuncupare? Res quoque humanas deos fecerunt, orationis enim vim Mercurium, excogitationis Palladem nominarunt. Ad hæc opera & artes, alias Marti & Mineruæ, vt bellicas: alias Vulcano, vt omnes quæ per ignem fiunt, accommodarunt. Extremò malignos quosdam dæmones, varios certè atque multiplices, quos modò deos, modò animas mortuorum esse credunt, in theologiam susceperunt. Hæc enim cùm ita se habeant, cæteris, quia manifestè friuola sunt, prætermissis, de operatione dæmonum, quamuis in superioribus dictum sit, tamen quia ferè omnes occuparunt, nunc quoque dicamus.

Scholia in Cap. III. A

QVî factum sit, vt tam multos deos, Ethnici colerent, ostendit. Astra, cùm propter motum, tum etiam propter lucem & inclinationem ad inferiora corpora, in numerum deorum relata tradit. Heroes, propter beneficia in alios collata. Res quædam & artes propter multiplicem vsum, tanquam deos consecrauerunt & coluerunt Gentiles. Nec à deorum Ethnicorum turba, dæmones maligni, alieni fuerunt. Hæc portenta opinionum amplectuntur ij, qui sine Deo in mundo viuunt, & quas mentes fingunt manúsque gignunt, Dæmones colunt.

1 Deinde, quòd propter beneficia in communem vitam vt aiunt, honorantur. Vnde ex hominibus natos ipsi quoque fatentur, appellatósque Heroas, Herculem & Dioscuros, Bacchum & alios apud Barbaros similes. Ex quibus separantes & discernentes ea quæ turpiùs de ipsis cōmemorantur, tertiam speciem Deificationis excogitarunt, appellantes ipsum Mythicum.

Quòd dæmones, quos inter hominum deorúmque naturam collocabant, responsa dare credebantur. Cap. IIII. B

PRimùm autem Plutarchi verba in testimonium adducam, quæ in eo libro, qui inscribitur, Quòd oracula defecerunt, conscripta sunt: Probè, inquit, asserunt multi, cùm à Platone quod qualitatibus subiicitur, elementum inuentum sit, quam materiam vocant, à multis magnísque dubitationibus philosophos esse liberatos. Mihi autem videntur pluribus atque maioribus satisfecisse dubitationibus, qui genus dæmonum inter deos & homines posuerunt. Modum enim excogitarunt, quo humanum genus diuino coniungitur. Laudandus ergo est, qui primò inuenit, siue Zoroaster vt dicitur: siue Orpheus, siue quidam Phryx, aut Ægyptius: vt ab vtrorúmque cæremoniis coniicere possumus. E Græcis autem Homerus promiscuè his nominibus vti videtur, eosdem modò C deos, modò dæmonas nuncupans. Hesiodus primus hominum distinctiùs quatuor genera rationalis naturæ ordine posuit: deos primùm, deinde dæmonas, posteà heroas, postremò homines è quibus mutationem atque progressum in melius facere videntur: aurei quidem generis homines in bonos dæmones transferens: semideos autem viros, in heroes reducens. Nec necesse est de spacio temporis cum Demetrio cōtendere. Nam si longo quodam tempore, siue breui, siue certo, siue incerto dæmonis anima & herois vita commutetur, nihil ad rem cùm priscorum hominum atque sapientum testimonio pateat, naturas esse quasdam inter deos & homines, quæ suscipiunt mortalium passiones: quos dæmones appellantes & honorantes, leges patrias conseruabimus. Et post pauca: Rectè mihi dici videtur non deos, qui longè à terris semoti sunt, sed dæmonas deorum ministros, oraculis præesse. Qui verò his dæmonibus peccata & errores attribuunt secundum Empedoclem, & ad hæc mortem atque luctum, ij mihi parum prudentes solent videri. Et paulò pòst: Est enim vt in hominibus virtutis diuersitas, & appetitiuæ atque irrationalis partis: sic in ipsis quoque dæmonibus. sed in aliis irrationalis hæc pars tenuis est atque imbecilla, in aliis vehemens atque impetuosa: cuius rei vestigia testimoniáque sunt sacra, & cæremoniæ fabulosæ multis ad hunc vsque diem in locis peracta. Nefastos enim dies & tristes, in quibus & ieiunia & planctus in sacris adhibentur, ad pellendos prauos dæmonas constitutos esse crediderim. cuius rei argumentum est, quæ antiquitus fiebat hominum immolatio, quam nec diuinitus introductam fuisse, credendum est. Nec reges, neque principes temerè charissimos sibi liberos iugulasse, sed perniciosorum dæmonum iram & impetum retrudentes fecisse. Nam dæmones, cùm non possint aut nolint animæ per corpus coniungi, quemadmodum Hercules Oechaliam, amore virginis commotus obsidebat: sic animam hominis corpore detentam petentes, bella, pestes, aliásque calamitates vrbibus inuexerunt: nec ante cessarunt. quàm habuerint quod cupiebant. His apertissimè Plutarchus præcipuus apud gentiles philosophus, ostendit perniciosissimis dæmonibus homines immolatos fuisse. Quorum si aliqui boni sunt, cur ita praui placabuntur, cùm possent facilè boni exorari, vt prauos pellerent. Nunc autem cùm nunquam id fecerint, sed turpissima semper vita & obscœnis verbis, & sanguine brutorum atque hominnm malignos dæmonas placarint: quomodo hæc facientes quæ prauis gratissima sunt, Deo & bonis virtutibus placere putabant? Neminem enim fugit, non posse bonorum esse amicum eum qui sic viuit, vt malis gratissimus sit. Non ergo deos, sed neque bonos dæmonas gentiles, sed perniciosos solummodo, venerantur. Quam rem magis idem Plutarchus confirmat, dicens:

Fabulosas

A Fabulosas de diis rationes res quasdam significare à dæmonibus antiquissimis gestas temporibus,& ea quæ de Gigantibus,ac de Titanibus decantantur, dæmonum fuisse operationes. Vnde mihi suspicio nonnunquam incidit,ne ista illa sint,quæ ante diluuium à Gigantibus facta diuina scriptura tetigit,de quibus dicitur: *Cum autem vidissent filij Dei filias hominum quia essent speciosæ,elegerunt sibi ex illis vxores,ex quibus procreati sunt famosissimi Gigantes à seculo.* Genes. 6. Suspicabatur enim fortasse quispiam illos & illorum spiritus esse,qui ab hominibus postea dij putati sunt:pugnásque illorum,tumultus & bella esse,quæ fabulosæ de diis conscribebantur. Plutarchus etiam in libro vbi de Iside ac Ægyptiorum diis conscripsit,his verbis vtitur: Multo meliùs autem dicunt,qui quæ de Typhone,Osiride,& Iside conscribunt,nec deorum,nec hominum,sed magnorum dæmonum calamitates affirmant fuisse. quos etiam Plato,Pythagoras,Xenocrates,& Chrysippus priscos secuti theo-
B logos excellentiores quàm homines fuisse affirmant. Sed naturā suam quamuis hominem superiorem,anima tamen & corpore coniunctam dixerunt. Quare voluptate quoque atque dolore alios magis,alios minùs affici. Vt enim in hominibus,ita etiam in dæmonibus virtutis & vitij diuersitas inuenitur. Nam quæ de Gigantibus & Titantibus Græci decantant,& Apollinis aduersus Pythonem bella, Dionysij præterea fuga,& Cæreris peregrinatio:nihil ab illis differunt,quæ de Osiride & Typhone apud Ægyptios narrantur. [1]Empedocles autem pœnas etiam dare dæmonas peccatorum cōfirmat. Æther enim eos, 1 inquit,& pontus expellit:terra nullo modo suscipit. Sic ab alio in aliud elementum depulsi,atrociter vexantur,quoúsque purgati primum ad locum redeant. Similia verò de Typhone ferunt Ægyptij:quem aiunt inuidia commotum,terram simul atque mare turbasse,deinde graues pœnas persoluisse. His similia idem Plutarchus in libro quoque de Casu
C oraculorum explicuit: Ille,inquit,dæmonibus diuinationē attribuens, multa de Delphis, & de Dionysio dicebat. Nec erat nescius eorum sacrorum, quæ apud Græcos celebrantur,sed dicebat eis magnas istorum dæmonum fuisse calamitates,significari, Apollinique cùm Typhonem interfecisset,nō annorum nouem,neque ad tempus fugere necessarium fuisse:sed in alium mundum impulso,post nouem magnos annos pœnis purgato contigisse,vt ad oraculum,quod interim Themis custodiebat, rediret. Sic se habuerunt quæ de Typhone & de Titanibus narrantur. Dæmonum enim aduersus dæmonas pugnæ fuerunt & exilia eorum qui victi fuerant atque supplicia:qualia Typhon, quoniam in Osirin: & Saturnus,quoniam in cœlum peccauit,passus est. Quorum honores aut omnino apud nos defecerunt:aut minores sunt,cùm in alio ipsi exulent mundo. Audio enim etiam Solymos Lyciorum vicinos Saturnum maximè veneratos fuisse. Sed postquam Archalum &
D Arithon & Tosibim principes suos interfecit, fugisse inde ipsum testantur, ac ideò neglectum fuisse. His autem similia multa possumus à fabulis accipere. Si verò nominibus deorum nonnullos dæmonas appellamus,minimè mirum videri debet:cui enim deorum vnusquisque subiicitur,cuius virtute sustentatur,eius nomine solet nuncupari. Nam & nostrum alius Iouialis,alius Martialis,alius Mercurialis est.& multi fortè ita nuncupati sunt,vt nomine rem ostendant. Multi contrarias etiam denominationes habuerunt. Hæc Plutarchus.

Scholia in Cap. IIII.

PLutarchi. Empedoclis & aliorum testimoniis probat, Dæmones responsorum scelerum & maximorum malorū auctores fuisse eósque suppliciis,calamitatibus & aliis malis obnoxios, dignósque quibus pessimè sit.

E
1 *Empedoclis versus sunt hi:*

Aethereum enim ipsum robur in mare prosequitur,
Mare autem terræ solum expuit,terra autem in lucem
Solis indefessi:hic autem ætheris iniecit vertiginibus.
Aliúsque ex alio accipit,oderunt autem omnes.

Tragica narratione de homicidiis Panos,& inanibus studiis numinum Poeticorum,perniciosos esse dæmones,ostendit. Caput V.

NVnc rursus de bonorum dæmonum virtute atque operatione à Porphyrio nonnulla colligamus. Iurè namque testimonio ipsius crebriùs vtimur, qui & nostræ religionis maximè hostis fuit,& exactissimè theologiam gentilium sciuisse putatur. Is igitur in libro

1 de 'Responsis, Pana Dionysij famulũ enarrat fuisse: quem cùm in numero bonorum A
dæmonum collocet, agricolis quibusdam apparuisse confirmat, quos & repentè posteà mortuos asserit, sic dicens: Pana Dionysij famulum fuisse, Apollo isto responso significauit, Nam cùm nouem simul homines in quodam Branchidarum agro mortui essent, interogantibus quænam necis eorum causa fuerat, sic Apollo respondit:

Toruus Dionysii famulus Pana, aurique cornis
Per nemora obscura gradiens, montésque per altos
Pinum vna atque alia resonam syringa tenebat,
Gestabátque manu. multos is corpore vasto
Prostrauit, mortíque viros dedit horridus ille.

Audis homicidia? Vides figuram? Perspicis res gestas Panos, quas Apollo exposuit? Quomodo igitur bonus est dæmon, qui talia faciebat? Sed considera etiam aliorum magnificè B
facta, quorum gratia cœlo relicto, in terra conuersantur. Non enim modestiam aut iustitiam exemplo docuerunt, sed alij obscœnis voluptatibus, alij pugnis, alij venationibus gaudent. Cùm enim ab Apolline quæreretur, si iurandum est, sic responsum fuisse ait:

Sunt calami matri diuûm, sunt tympana curæ,
Fœmineíque chori dura atque horentia bella
Pallas amat nemora & saltus venantibus apti,
Dianam capiunt. Iunoníque humidus aer
Debetur: Ceveríque seges: perquiret Osirim
In latis Nili ripis fidißima coniux.

Si ergo fistulæ atque tympana talésque sonitus & turba muliebris Matri deorum gratissima sunt, omni virtute neglecta, hæc adhibenda esse videntur. Mineruæ quoque pugnæ at- C
que bella, non pax nec quies hominum. & Dianæ variæ canes tanquam venatrici nimiùm placent. Cur igitur relictis cæteris, quæ ad beatam vitam conducunt, hæc quæ grata diis sunt, non amplectuntur?

Scholia in Caput V.

Dæmones esse perniciosos & noxios, probat Eusebius, referens narrationes partim tragicas, de iis qui conspecto Pane Deo Arcadiæ perierunt, partim futiles de stultis studiis & inutilibus occupationibus dæmonum.

1 *In Eusebio hic sequuntur hi versus Græci:*

Aureis cornibus torui Bacchi famulus Pan,
Ingrediens syluosas per montes, manu robusta D
Virgam habuit, altera autem leuiter sonantem prehendebat
Fistulam dulcem, nymphísque animum demulcebat:
Acutum autem canens carmen, viros obstupefecit
Ligna cedentes omnes: admiratioque tenuit videntes
Dei euntis magnum corpus œstro perciti.
Et sanè omnes inuasisset finis acerbæ mortis,
Nisi ipsi iram ingentem in pectore uersans
Diana agrestis cohibuisset à robore violento.
Quam oportet precari, vt tibi fiat auxiliatrix.

Deinde:

Nihil est in immortalibus diis sine timore
Neque imperfectum: dixit sapientibus Hecate oraculis. E
Sed ab omnipotente mente à patre descendens
Semper veritate lucet, circum verò consilium
Aeternum infractis manet oraculis ingrediens.
Vinculo igitur astringe. Deam enim ducis me tantam
Quanta animare supremum scio mundum.

Cùm

A *Cùm responsa Dæmonum testentur, Dæmones necessitate constrictos aduenire & detineri, tantisper dum visum est homini malefico, & Porphyrius horum responsorum & totius Ethnicismi patronus, id partim in dubium vocet, partim neget, quis non videat dogmata Ethnicorum de Responsis & Dæmonibus esse vanissima? Cap. VI.*

MAgnam verò naturam Dæmonum ea, quæ istis subiecit, maximè ostendunt. Rectè,
inquit, à Pythagora Rhodio dictum est, non sponte inuocatos deos, sed necessitate
quadam[1] impulsos accedere: quamuis alios maiore impelli necessitate non ignoramus. 1
Nonnulli autem quadam accedendi consuetudine, & maximè si natura boni sunt, faciliùs
accedunt. Nonnulli cùm inuocati aduenerint, nocere conantur, præsertim si negligen-
B tiùs quispiam in ea re se habuerit.[2] Hæc enim omnia vera esse, ac necessitate omnes inuo- 2
catos venire à responsis eorum discere possumus. non autem simpliciter dicta necessitate,
sed persuasione quadam perfusa coguntur.

Exorata tuis veni sermonibus istuc
Mortales quos consilio inuenere deorum.

Et in alio multo clariùs:

De cœlis Hecate cur huc compulsa venire es?

Et paulo pòst respondetur.

Victa omnium precibus cœlestia numina terram
Coguntur petere, & casus aperire futuros.

Apollo quoque, inquit, cogi se hoc responso declarauit:

Carminibus domitus Phœbeus fulgor ab alto
C *Defluxit tacitus: purúmque per aera vectus*
Afflatu spirans, labénsque in corda sonoro,
Et subiit mentem innocuam, sanctique capacem
Numinis, & peperit mortali ex gutture vocem.

Istis ipsis subiicit, dicens: Nihil his clarius, nihil diuinius, nihil verius excogitari potest.
Spiritus enim à cœlesti defluxus virtute animantium & organicum corpus ingreditur, &
anima tanquam basi vsus, per instrumenta corporis vocem reddit. Hinc igitur patet,[3] 3
coactos accedere. Ab his autem quæ sequentur, nec posse quidem cùm velint recedere,
perdiscemus:

Cessa nunc tandem, & verbis iam parce viróque
Da requiem soluens prisca cædénsque figuras,
D *Et remoue à membris, ac lintea dura resolue.* Et in alio:
Soluite serta pedes, liquidis & spargite lymphis
Eque manu ramum laurus auferte virentis.
Linea sitque omnis delata, omnísque character,

Quibus addit Philosophus: Lineas ergo dicit delendas, vt recedere possit: Ista enim & ha-
bitus corporis atque vestitus, quoniam inuocatorum habent deorum effigiem, ne rece-
dat, facilè faciunt. Quam ergo diuinitatem habent, qui ad tantam miseriam deiecti sunt,
vt ab hominibus detineantur, neque virtute aut sapientia cogantur, sed arte quadam ma-
lefica impellantur? Nec Pythagoras, nec tu Porphyri, nec quicunque illos appellat, rectè
vnquam dicere poterit: sed nec bonos quidem appellare dæmones licet eos, qui à morta-
libus, præsertim maleficis atque magis, ita illigantur, vt neque recedere quidem possint,
E cum velint. Nam si diuina impassibilis omnino natura est, quomodo dij erunt qui ve-
stitu, lineis, coronis, herbarum floribus, & verbis quibusdam ineptis ac barbaris, quasi vin-
culis ab hominibus vinciuntur? Quomodo autem boni saltem dæmones erunt, qui coacti
hominibus adsunt? Nam si ad benefaciendum vocantur, oportet certè si boni sunt, spontè
absque vlla illata necessitate accedere. Sin autem ad malefaciendum, quomodo boni
erunt, qui mala peragunt? & quomodo adoratione atque cultu digni sunt, qui maleficis
hominibus seruiunt, & mala coacti & præter voluntatem suscipiunt, non virtutis aut ali-
cuius boni gratia, sed perniciosissimo magorum artificio? quod idem Porphyrius in epi-
stola ad Anebonum Ægyptium latiùs exposuit, petiitque ab eo tanquam in ea re perfe-
ctissimo, quare tantam illud artificium vim habeat, perdoceri. Sic enim dubitando inter-
rogat: Magnam verè mihi dubitationem illud affert, quia vt meliores rogant, & vt peiori-

Dæmones simulant se iustitiam diligere, castitatem præterea & abstinētiam, cùm tamen ad iniustitiā, libidinem, & gulam homines impellant.

bus imperant. Deinde cur cùm ipsi dij iubeant cæteros esse iustos, ipsi multa iniqua committunt? Nam cùm nullo modo velint exaudire hominem, qui multis se diebus operatione venerea non abstinuit, ipsi vocati ad iniustam venerem, multos impellunt. Præterea nolunt ab esu carnium ad inuocandum vatem accedere, ne scilicet animalium cæde inquinentur: ipsi verò nidore ac sanguine maximè ducuntur. Ad hæc qui mortuum tetigit, ei ad visionem accedere non licet: mortuis autem & cadaueribus animalium, omnes ferè diuinæ res peraguntur. Illud autem nullam mihi rationem habere videtur, quòd non dico dæmoni aut animæ, sed ipsi regi atque reginæ, Soli dico ac Lunæ, aut alicui cœlestium deorum famuli nonnunquam & scelesti homines terrorem inferunt: & multa falsò dicentes, ad manifestandam veritatem illos compellunt. Falsa enim profectò dicunt atque impossibilia, cùm cœlum se scissuros, & arcana Isidos edicturos, & membra Osiridos Typhoni tradituros minantur, nisi dij respondeant. Quomodo enim deiecti formidolosi non sunt, qui ficto huiuscemodi terrore tanquam infantes mouentur? Moueri autem eos istis Chæremon etiam sacer scriba testatur, & hæc illa dicit esse, quibus maximè dæmones coguntur: ipsæ verò quibus vtuntur orationes ac preces, qua ratione valeant, non video. Tu verò, inquiunt, qui è limo emersisti, qui sedes in loco, qui nauigio nauigas, qui singulis horis formam commutas, & in singulis zodiaci signis commutaris: his enim orationibus atque hymnis visui hominis dicunt Deum se subiicere, nescientes, quia imaginationis suæ passionem illi attribuunt. Si verò hæc symbolicè dicuntur, quia virtutum signa suarum sunt, expositionem nobis horum signorum afferant. Non enim passio certè solaris aliquo modo credi potest. Nam si Solis esset, quemadmodum eclypsis, sic ab vniuersis hominibus videretur. Barbara verò verba, & quæ nihil significant, quid sibi volunt? Nam si ad verborum significationem Deus respicit, quacunque voce eadem res significatur, mouebitur. Non enim Ægyptius erat Deus, si autem Ægyptius fuit, sed tamen non Ægyptia lingua, imò verò nec humana omnino vtitur. Quare autem Magorum malignitate hæc omnia sunt excogitata, qui nostras passiones Deo attribuere ausi sunt: aut aliter homines de Deo cogitant, quàm rei veritas habeat. Et post pauca: Falsum ergo omnino esse videtur, quomodo necessitas Deo possit inferri: nec enim permulcetur, nec cogitur Deus. Ita frustra per hanc, vt ipsi dicunt, sapientiam, & de inueniendo fugitiuo seruo, de prædijs emendis, de vxore ducenda, diuinum intellectum perturbant. Hæc ab epistola Porphyrij sumpta sufficiant.

Barbara verba à maleficis excogitatá.

Scholia in Caput VI.

DE dæmonum seruitute initiò disserit, ostendens eos ab hominibus maleficis aduocari, & vestitu, figuris, verbísque conceptis, etiam inuitos detineri posse. Deinde Porphyrianas ἀπορίας *subiungit, de hominibus dæmones bonos rogantibus, malos coercentibus, de minis, precibus & vocibus barbaricis, quas nec dij nec hierophantæ intelligunt, & id genus alijs multis, quæ cùm ipsimet Porphyrio suspecta fuerint, non iniuria abominanda videri debent.*

1 *Rectè & hoc Rhodius Pythagoras dixit, quòd non lætentur vocati ad sacrificia dij, necessitate verò quadam consequentiæ tracti adsunt.*

2 *Cur me semper currente ab æthere hic indigens*
Deos domantibus Hecaten deam me deuocasti necessitatibus? & deinde:
Hos quidem immensis inhibens tractibus ab æthere
Facile, inuitos in terram diam agebat.
Alios autem medios mediis ingredi ventis
Vsque ad ignem diuinum, omnibus apparentes velut somnos. & rursus:
Sed supernè quidem sublimes cœlestes
Festinantes leuibus cum harpiis feruntur.

3 *Soluite deinde regem, mortalis Deum non capit.* & rursus:
Quid sperantes diu hominem cruciatis? & rursus:
Serpe & celeriter veni hunc saluans.

& quomodo soluere ipsos oportet, ipse docet dicens:
Desine sapiens à garritu, quiescere fac hominem,
Secans soluens canam formam, & à membris
Sæuum linteum manibus celeriter tollens.

Quòd

A *Quòd dij gentium magicas artes docuerunt.*

Cap. VII.

MAgicæ autem artis ipſi dij gentilium & inuentores & doctores fuerunt. Vnde námque homines,quibus dæmones cogantur, quàm ab ipſis dæmonibus diſcere potuiſſent? neque putes id ita à nobis dici. Nihil enim nos harum rerum ſcimus, nec ſcire volumus. Sed ad redarguendum errorem gentilium, & ad defenſionem noſtram idem ipſe Porphyrius teſtis citetur,qui in libro de Reſpōſis,his verbis vtitur: Non autem ſolùm fœlicem conuerſationem ſuam, verumetiam quibus rebus gaudeant, & quibus illigentur dij hominibus,ſignificarunt. Et ad hæc quibus rebus cogantur, & quæ ſibi offerenda ſunt, & quos dies vitare oporteat,figuras quoque ipſas ſimulacrorum quales eſſe debeant, & in quibus locis ipſi verſentur,& omnino nihil eſt, quod ab ipſis dijs homines non didicerint.
B Quam rem cùm multis approbare poſſumus,paucis tamen erimus contenti. Primùm enim Proſerpinæ reſponſa de ſimulacris,quomodo & ex qua materia facienda ſint,his verbis Hecate declarat:

Quale mihi facias ſimulacrum,aduerte,docebo.
Syluestri cape nata loco,atque abſynthia circum
Ponito:tum totum cælato,& pingito mures
Qui ſoleant habitare domos.pulcherrima ſunto
Hæc ornamenta,atque animo gratiſſima noſtro.
Tum myrrham,thus,ſtyracem,ipſorúmque cruorem
Conterito pariter murum.ſacra deſuper inde
Verba cane,tot verò adhibe murésque repone,
C *Quot mihi tu eſſe vides formas,tum ſumito laurum;*
Exque eius trunco vaginam aptato:piáſque
Tunc effunde preces ſimulacro,& debita ſolue
[1] *Vota hæc ſic facies,per ſomnum méque videbis.* 1

His aliíſque huiuſmodi magnus apud gentes philoſophus, theologúſque mirabilis,ſecreta deorum myſteria,ſublimia atque arcana oſtendit, quibus dæmonum virtus & malignitas profectò manifeſtatur. Quid enim proſunt maleficæ iſtæ artes, aut quam vtilitatem inanimata nobis ſimulacra afferunt? Quid autem oportet magicas artes inſequi, ſi virtus & philoſophia ad fœlicitatē ſufficiat? ſed videamus qualia ſint quæ ſubiecit: Characteres, inquit, & figuras non parum à deis diligi, Proſerpina his verbis ſignificauit:

Quíſnam hominum formas aeris neglexerit vnquam,
D *Aut auri flaua,aut argenti candida dona?*
Quis non miratur? quis non hæc ipſa deorum?

Non autem ſolùm figuras à diis peramari,ſed ipſos etiam circumſcribi, docuit. Contineri enim eos ait in conſecrata imagine,quaſi in ſacra quadam terra. Sacra enim eſt terra, quæ Dei habet imaginem: qua ſublata, illud ſtatim ſoluitur quo Deus continetur. His omnibus optimè aſtruitur,terreſtres atque paſſibiles dæmones à gentibus coli,quos non iniuria nos penitus contempſimus. Vides enim à theologis eorum,& ab illis ipſis concedi figuris, & characteribus eos detineri, cùm oporteret non alibi, quàm in animo, nec in omni animo, ſed ab omni macula remotiſſimo, & omni virtute præditos eos habitare. Meritò enim certè ad talem animum diuinus aduenit ſpiritus, nec nobis virtute ac pietate præparatis,ad ſuſcipiendum Deum magicis artibus opus erit. Sed de his ſatis.

Scholia in Cap. VII.

E *DIis gentium tribuit impoſturas artéſque magicas, ſtatuas earúmque proſtitutionem ad cultum, & δεισιδαιμονίαν in fictione imaginum,quibus dæmones includi & detineri poſſunt.*

1 *Et de figuris quid excogitent,ipſi ſignificarunt: quando & ſimulacra talia ſtatuta ſunt. Dicit igitur Sarapis videns Pana,de ſeipſo:*

Hilaris quidem per domum Dei lucet ſplendor
Venit enim occurrítque magnus Deus,vidit meum
Robur immenſum,ſplendidum lucis dominans,
Pilos ex capite ſupremo glaucis oculis
Circum lætatum flexibus ſacris menti.

Et ipſe Pan de ſeipſo hymnum docuit ſic habentem:

Glorior homo exiſtens Pani cognato Deo.

Bicipiti, bipedi, caprinis pedibus,

& quæ sequuntur: & Hecate de seipsa sic inquit:

Iam mihi tu omnia fac, simulachrum autem in ipso
Forma mihi est Cereris pulchrifrugiferæ
Vestibus candidis, in pedibus autem talaria
Circa zonam autem longi extenduntur dracones
Vestigiis venenosis subrepentes supernè.

Quòd oracula defecerunt. Cap. VIII.

NVnc autem audias, quæ responsa deorum deficientibus oraculis in eodem libro Porphyrius recitat:

1 *Ablata est [1] Pythij vox haud reuocabilis vlli*
Temporibus longis etenim iam cessit Apollo,
Clauibus occlusus silet, ergo ritè peractis
Discedas patria, & redeas ad limina, sacris.

Opportunè istis adiiciam illa, quæ Plutarchus de deficientibus conscripsit oraculis: Cùm igitur, ait, Ammonius tacuisset, tunc ego ad Cleombrotũ dixi: Narra nobis ô amice, si placet, de oraculis, de quibus apud vos præclara dicebantur. Nunc autem omnia extincta esse videntur. Hæc ego. Tacente autem Cleombroto, & quasi rubore confuso, ac in terram respiciente: Quid oportet, inquit Demetrius, de illis quærere, cùm omnia ferè hæc præter vnum vel ad summum alterum defecisse perspiciamus. Quare communiter inter nos cõsideremus, quánam de causa oracula deorum sic debilitata, imò verò extincta sunt. Non enim ignoramus. Bœotiam multiuocã propter multitudinem oraculorum appellatam fuisse, quæ omnia quasi aquarum fluenta desiccata sunt. Nullibi enim nunc quàm in Lebadia Bœotiæ oraculum in illis partibus inuenitur. Cætera verò vniuersa vel silent, vel penitus desolata ruerunt.

Scholia in Caput VIII.

ORacula defecisse florente Religione Christiana, Apollinis & Plutarchi testimoniis probat Eusebius. Libet autem adscribere postremum Apollinis oraculum editum in gratiam Iuliani Apostatæ, quod in Artemij vita nondum edita extat:

Εἴπατε τῷ βασιλῆι χαμαὶ πέσε δαίδαλος αὐλά.
οὐκ ἔτι φοῖβος ἔχει καλύβαν οὐ μαντίδα δάφνιν,
οὐ παγὰν λαλέουσαν, ἀπέσβετο καὶ λάλον ὕδωρ.

1 *De Pythone & Clarij oraculis Phœbi*
Dicet musa nostra iustis cantibus
Innumera terræ oracula diuina tergo
Enata sunt, fontes & halitus verticosi:
Et hæc quidem rursus terrestres sinus subierunt
Terra ipsa dehiscente: eáque perdidit longum tempus.
Vni autem Soli lucenti adhuc sunt
In Didymorum regione Mycalensis diuina aqua,
Et in radice Pythonis sub Parnasso monte,
Et clara Clarie asperum os Phœbeæ vocis.

Quòd gentilium dæmones mortales sint, narratione de interitu Panos & dæmonis Britannici, ostendit. Cap. IX.

AD hæc quoque subiicit Plutarchus, quibus gentilium dæmonas mortales esse ostendit. Non enim, inquit, malè mihi dici videtur, non deos, sed ministros deorum dæmonas oraculis præesse. His autem dæmonibus errores & calamitates attribuere, ac denique mortales esse opinari, barbaricè dictum arbitror. Interrogauit igitur Cleombrotus Philippum, quis & vnde adolescens esset. Cúmque audisset: Neque nos ignoramus, inquit, ô Heracleon, in absurda verba nos incidisse. Sed non possumus, cùm de magnis rebus dicatur audacter, magis quàm verè subiectis principiis rectè ad vlteriora procedere: nec credo te fugere, datum esse abs te quod negaueras. Concedis enim, dæmones esse

A esse ministros deorum. Quid autem inter hos & deos intererit, si vtrique incorruptibilitas & impassibilitas essentialiter inest? Ad hæc: cum Heracleo silentio cogitaret, malos quidem dæmonas esse ait Philippus, non solùm Empedocles, verumetiam Plato & Xenocrates & Chrysippus scripserunt. Democritus autem, cùm deprecetur bona sibi apparere dæmonia ostendit non ignorasse proterua quædam etiam esse profectò. De morte verò dæmonum, audiui ego ab Æmiliano rhetore, viro prudente simul atque modesto, quem credo multos vestrum cognouisse, quòd cùm in Italiam pater suus nauigaret circa insulas, quas Echinadas appellant, flatu ventorum deficiente, noctu prope Paxas deuenisse. Cúmque omnes penè qui simul nauigabant, attentiores vigilarent, repentè à Paxis insula vocem magnam auditam fuisse, qua Thramnus quidam vocabatur. quæ vox nouitate rei omnes magno perculit miraculo. Thramnus enim ille, qui vocabatur, homo erat
B Ægyptius, eius ipsius nauis gubernator: qui bis vocatus, nihil respondit: tertiò verò vocatus, morem gessit vocanti, atque respondit. Illum verò multo maiore voce sic exclamasse: Quando iuxta paludem fueris, annuncia tunc Pana magnum mortuum esse. Qua re audita, magno dicebat Epitherses (sic enim Æmiliani pater appellabatur) omnes terrore perculsos fuisse. Cúmque dubitarent vtrum obtemperandum esset illi voci an non, hoc Thramni gubernatoris consilium ab omnibus comprobatum fuisse. Si secundi quidem spirarent venti, nihil esse dicendum: sin verò tranquillitas maris esset, & ventorum flatus, cùm in eo loco essent omnino deficerent, non esse reticenda quæ audiuêre. Cùm igitur iuxta paludem essent, quia nullus erat flatus ventorum, tunc Thramnum in mare pronum respicientem, magna voce dixisse quæ audiuit: Magnus Pan mortuus est. qua re nunciata, magnus multorum gemitus, imò verò innumerabilium miraculo quo-
C dam cõmixtus, subitò auditus fuerat. & quoniã multi fuerant, qui ea in naui nauigabant, citò ac facilè cùm Romam venissent, huiusmodi rei rumores vniuersam vrbem repleuerunt: & à Tyberio Cæsare, qui tunc gubernacula reipublicæ gerebat, Thramnum accersitum fuisse. cui rei tantam fidem Tyberius præbuit, vt philosophis, qui tunc Romæ reperti erant, accitis, diligenter quísnam esset ille Pan, ac curiosè scrutaretur. Omnes autem illos quibusdam in idem conuenisse coniecturis, ac dixisse de illo sibi videri nunciatum fuisse, qui à Mercurio & Penelope natus fuit. Cùm hæc Philippus dixisset, nonnulli eorum qui aderant, eadem ipsa ab Æmiliano sene audisse testabantur. Tunc Demetrius vltra Britanniam, inquit, multas esse insulas desolatas, quarum aliquæ dæmonibus, ac heroibus sunt dedicatæ. Nauigaui autem ipse, inquit, auxilio regis videndi gratia ad proximam Britanniæ insulam, vbi pauci quidem incolæ, omnes verò sacrosancti, à Britannis habentur. Cúmque ibi essem, magna tempestas in aëre commota, nimbis & fulminibus
D omnes exterruit. Quam rem accidisse insulares dicebant, quia ex dæmonibus vel heroibus aliquis defecerit. Sicut enim lucerna dum ardet nemini nocet, extincta verò multis: sic magnas animas aiebant propitias esse, dum viuunt, dum verò extinguuntur, aut corrumpuntur, aut nimbis & grandine, vt modo pestifero cuncta replent veneno: esséque ibi narrabant insulam, vbi Saturnus somno vinctus, à Briareo custodiretur. Somnum enim quasi nexum ipsi esse iniectum, multósque cum ipso esse dæmones cultores atque ministros. Hæc Plutarchus. Animaduertendum autem arbitror diligenter, quo tempore dæmonis mortem fuisse dicit. Quippe Tyberij tempore Saluator & Dominus noster cum hominibus conuersatus, omne dæmonum genus ab humana depulit vita.[1] Habes igitur 1
etiam à summis apud gentiles viris non alio tempore vnquam, quàm temporibus Saluatoris nostri dæmonas extinctos fuisse.

Videque quæ in Patricij antro scripsit Erasmus in prouerbio: In Trophonij antro vaticinatus.

E

Scholia in Caput IX.

DÆmones mortales esse probat, ac de magni Panos morte, déque heroum & dæmonum interitu, sermones quosdam Ethnicorum hominum recenset, vt eo tempore Satanæ opera soluta appareat, quo Christus Dominus noster, passus est.

1 *Vt iam quidam ex dæmonibus genu flexo adorent ipsum, & rogent ne in Tartarum quod ipsos expectat, tradat eos. Habes igitur etiam tempus quo dæmones sublati sunt.*

Apollinis responsa exitio multis fuisse cùm Politiis tum priuatis hominibus, multis exemplis docet. Socratem etiam rectiùs respondisse multis, quàm responderit Apollo: cuius vulgaria responsa in fine refert. *Cap. X.*

VErùm quoniam hæc cunctis nota sunt, ad ea transgredi animus est, quæ neminem è studiosis fugere possunt. Vetustissima enim deorum responsa, omnes Græcorum populi, & vniuersa solent gymnasia decantare. Ea responsis Delphici Apollinis delusus Oenomaus, vir apud Græcos tàm philosophia quàm eloquentia nobilis, curiosè collegit, & refutauit. Vtar igitur verbis eius, vt videas gentium deos ab ipsorum gentium philosophis derisos, oraculáque deorum figmenta hominum putata fuisse. Sic igitur Oenomaus in libro de Falsitate oraculorum conscripsit: Cùm fame, inquit, Athenienses propter Androgei cædem agitarentur, & ad auxilia deorum confugerent, non vt iustitia & humanitate, aut saltem pœnitentia mentisque contritione placandos deos Apollo respondit, sed mortem morti, pestem pesti, crudelitatem crudelitati addidit. Iussit enim vt singulis annis septem mares, totidémque fœminas in Cretã sacrificãdos mitterẽt. cuius rei memoria, imò quædam vestigia vel vsque ad tempora Socratis quingentis annis postea durauêre. Id quippe fuit, quo mors Socratis remorata fuisse dicitur:

Deligite ex omni septem vos corpora sexu,
Atque ea Minoi regi mandate quotannis.
Per mala sic hæc vestra, dei placabitis iram.

Cur autem, ô deorum optime, si iustissimũ fuisse Minoa sciebas, qui primus leges sanxisse fertur, & apud inferos iudex esse propter iustitiam creditur constitutus, tantam ad eum morituram iuuentutem destinasti? an vt famæ illius officeres? Interfectores enim Androgei non innocentes, si iustus ille fuit, petiisset. Cur autem si deus ex ambiguis homines oraculis in perniciem deceptos crudeliter & iniquiter intrudis? Crœsus enim imperiũ Lydiæ à maioribus successione susceptum, pietate in deos maiores suos statuens superare, vt eorum patrocinio tutior esset, te Apollo maximè coluit: templúmque tuum Delphicum auro atque argento ita ornauit, vt ditissimum templorum omnium & sit, & videatur. Vnde iure tua beneuolentia fretus, aduersus Persas arma mouere statuit: neque id absque cõsilio tuo. Tu enim ea de re interroganti sic respondisti, C

Intrepidus si Crœsus Halym transmiserit amnem,
Imperium perdet magnum, regnúmque superbum.

Hac responsi ambiguitate tui numinis cultorem, qui te suis opibus ditauit, euertisti: & regnum Lydiæ, quod longissima successionis serie in eum deuenerat, in Persas transtulisti: non spontè opinor. Non enim tam pium religiosúmque regem, & præcipuè tui amicum decipere vnquam voluisses, sed futurorum ignorantia id factum arbitror. Nam si tanquam Deus futura cognosceres, non latuisset te non intellecturum oraculi ambigua Crœsum. Miser igitur tu, qui Delphos habitans, inde ad vniuersum orbem inania fundis responsa. Insani autem omnes homines, qui ad te quasi ad veridicum Deum accurrunt, nec me ipsum insanum fuisse inficior, qui & bis ambiguitate, ne ignorantia tua dicam, deceptus, tertiò etiam nõ diuitiis aut vana re quapiam, sed quomodo faciliùs atque tutiùs philosophari possem, abs te quæsiui. Sed mea omittenda forsan sunt, alienáque simul, quæ temporibus nostris efficiens, omnia confundis. Antiquissima verò, quæ vniuersis patent, omnino prædicanda. Magno Xerxes terrestribus copiis atque naualibus in Græciam impetu ferebatur. Quare Athenienses, quibus maximè infensus erat, turbati, cùm nulla salutis spes sibi aliunde restaret, ad te Delphice confugerunt. Quid autem tu, num amicos atque cultores tuos defendisti? minimè, sed ligneo muro munitos, derelicta vrbe fugere consuluisti: D E

Effugite extremas mundi, & penetrate sub oras.
Ne miseri tardate: feret fuga sola salutem.
Non saluum caput vllius, non pésve, manúsve,
Vlla nec in reliquo pars denique corpore salua.
Curribus ecce furit natus de gente Syrorum:
Mitis erit nulli, rapiet ferus omnia Mauors.
Non templis diuûm parcet, non mœnibus vrbis.

Cuncta

A *Cuncta igni consumet.an ipsa exterrita magno*
Sudore aspicitis superûm simulacra madere?

Hæcne diuinatio est? Nemo profectò conditionem illorum temporum perspiciens hoc ignorasset. Sed quid deinde sequitur:

Post multas tandem prostratas Iupiter vrbes,
Lignea mœnia dat Pallas, quam condidit vrbi: Salus in ligneis muris
Vnde optata salus fœlix & palma sequetur, id est nauib.
Si tantùm pugnam non expectarit equestrem.
Tu verò Salamis, vel cùm successerit æstas,
Vel cùm tristis hyems, propriis priuabere gnatis.

Quo pacto si Apollo futura quasi præsentia præuidere potest, amissuram sciebat filios Sa-
B lamina? vtrum verò hyeme, quando Cerealia semina iaciuntur? an æstate, quando metuntur, ignorabat? quia videlicet certum erat non potuisse illos ingenti Persarum exercitui resistere. Quo autem tempore aggrederentur, maleficus ille, qui hæc omnia responsa fingebat, minimè scire poterat. Simili ratione ruinam vrbis Atheniensium præuiderat: ac ideò fugere illos nauibus, quasi ligneo munitos muro consulebat, quòd etiam Themistocles humani viribus ingenij præuiderat. Sed antequam tu auctoritate tua populum mouisses, persuadere non poterat. Nunc quid hac de re quærentibus Lacedæmoniis responsum fuit, videamus:

Qui Spartam antiquam colitis, vel mœnia vestra
A Persis deuicta cadent: vel regis adepti
Herculidis mortem grauiter plangetis amaram.

C Hæc certè si quieto tempore cecinisses, omnibus friuola visa fuissent: sed terrore factum est, vt ignorantia tua lateret. Non enim solùm vaticinia, verumetiam aruspicia, & auium volatus atque cantus in talibus solent temporibus facilè credi. Considerasti enim, vrbe prostrata regem quoque non euasurum. Sin autem rex egrederetur, casurum illum nemo dubitasset, qui & multitudinem hostium, & virtutem Lacedæmoniorum non ignoraret. Ita fieri posse coniecisti, vt perterriti hostes, admiratíque animos hominum, consilium aggregiendæ vrbis relinquerent: quam si tamen cepissent, ac diruissent, rex etiam euadere non poterat. Rege interempto, posse vrbem euadere sperasti, ac ideò ita ex ignorantia disiunxisti, vt quoquò res se verteret, veridicus videreris. Prætereo multa, quorum ambiguitate magnas vrbes plerumque scimus euersas fuisse. Nihil enim vnquam hominibus hæc deorum responsa contulerunt, obfuerunt verò sæpius, alios in alios cupidi-
D tate ac spe victoriæ Apollinis auctoritate concitantia. Sed audiamus quid Lycurgo respondit:

Chare Ioui magno qui templa ad nostra Lycurge
Venisti, chare & cunctis dilectéque diuis,
Téne hominem appellémne Deum? sed quando sacrarum
Cur tibi tanta est documenta exquirere legum:
Te potius natum cœlesti ex stirpe putarim.
Has autem concedo libens cognoscere binas
Prima vias opus est, bina & vestigia vitæ
Humanæ, quarum vna fouet, lætáque fouetur πολιτειῶν
Libertate homines. semper contrà altera tristi formæ.
Seruitio & turpi premit. hanc ignauia vecors
E *Seditióque parit: pax illam dulcis, amórque.*
Hanc igitur fugiet, illam sed quisque sequetur.

Quæris an Deus sit, & Deum potius fore putas, etiámne coniiciens illum propter virtutem futurorum memoriæ? Leges autem illis eas concedis, quas aniculæ quoque mediusfidius & mancipia non ignorant. Quis enim virtute atque concordia ciuitates crescere, contrariis libertatem amitti ambigeret? Sed doce, quomodo fortes, quomodo concordes ciues erunt, nec mortales homines velis hæc videre, quæ tu nescias. Non autem de rebus publicis atque grandibus solùm, sed priuatis etiam ac leuioribus inutilia dabant responsa. De ducenda enim vxore interrogatus respondit: Argiuam eligito puellam: de filiis autem Neue, Labdacides vxor pariet tibi perniciosum, demigratione ad aureos migrate viros de inani gloria.

Excedit cunctas exculta Pelasgica tellus,
Thraces equis præstant: virtus sed maior eorum
Est hominum, qui pulchræ Arethusæ è gurgite potant.

Socratis de ducẽda vxore cõsilium. Non videris certè ô Apollo aruspicibus & auguribus melior. Multo enim te Socrates præstantior, qui cùm ab eo quidam quæreret, ducerétne vxorem, Vtrum facies, inquit, pœnitebit. Illi verò qui filios desiderabat, dixisse fertur, non rectè ipsum facere, quòd de habendis cogitet liberis, cùm potiùs cogitandum sit, quomodo si dabuntur, debent gubernari. Ei verò qui patriam deserere volebat, quoniam infœliciter in ea degeret, non proba ipsum agitare respondit consilia, patriam enim relinquebat: sed suam morositatem quæ faciet, vt apud alios quoque non prosperè viuat, secum afferebat. Tu autem ô Apollo non modò vocatus, sed etiam spontè nonnullis consuluisti. Nam Atheniensibus nihil petentibus, viginti antè vigintíque pòst caniculares dies opaca in domo Dionyso vti medico consuluisti, nec præclarum quid, sed quod vel mediocriter peritus medicus sciret, protulisti. Quòd seni cuidam, si liberos procreare vellet, iuniorem ducendam vxorem respondisti, quilibet id, qui naturæ vires ac ætatum considerauit, non peius teipso videret.

Scholia in Caput X.

MVltis exemplis probat, Apollini Delphici responsa ambigua, flexiloqua, falsa, obscura & noxia, Medica etiam quædam, non μαντικὰ, fuisse. In fine Socratem rectius ad interrogata respondisse quàm Clarium Apollinem, affirmat.

In hoc capite hæc addẽda. Præcipuè verò quæ de Heraclißis scribit his verbis. Quoniã autem in mentionem incidi huius sermonis, agè etiam narrabo, quæ de Heraclißis feruntur. Nam hi aliquando conati per Isthmum in Peloponnesum irrumpere. frustrati sunt. Aristomachus itaque Aridæi filius postquam Aridæus mortuus est in irruptione, venit vt audiret ab Apolline de profectione: cupiebat autem sicut & pater. Tu autem, Apollo dixit, victoriam tibi ostendunt dij per viam angustam humidã. Et ille quidem per Isthmum conatus est ingredi, & in pugna cecidit. C

Quòd malefici vates partem quæstus petebant. Caput XI.

CVr autem ei sapientissime deorum Chariabdo ac Archelao Lacedæmoniorum regibus multo vtilius fore respondisti, si agri quem bello acquisiuerint, mediam Apollini
1 partem attribuerint. Cui porrò alteri Apollini tribuerent? Non enim[1] tibi petebas, neque ita ego te impudentem adeò dicerem. Sint hæc.

Scholia in Caput XI.

REdarguit Apollinem & Pseudomantes, quòd quæstus causa responsa confingerent, & ex aliena insania rem facerent. Non enim tibiipsi, ô impudens vates, ne quis tibiipsi exprobraret, tanquam malè sic tibi diuisisses & latronibus. Hæc quidem igitur sic habeant. D

Quòd poetæ responsis Apollinis falsò laudabantur quasi diuini. Cap. XII.

ARchilochum autem poetam omnium poetarum petulantissimum, qui de mulieribus ea scripsit, quæ nemo frugi æquo animo audiret, & Euripidem à Socratica philosophia improbatum, & Homerum quem Plato tanquam inutilem à ciuitate sua repulit, laudibus ad astra tulisti. Archilochi enim patri de filio quærenti dixisti: Præclarus hic inter homines erit ô Thesicles. Similiter ferè de Euripide: Nascetur tibi filius Mnesarchide optimus atque gloriosus. Homerum autem & fœlicissimum quasi deum, & miserum,
1 quoniam in agenda vita non paruos tulit labores, pronunciasti.[1] Quid igitur erat, quo immortalitate tibi Archilochus dignus videbatur? Dic quæso absque inuidia, vt mirabilem eius virtutẽ etiam nos imitati, ad cœlum similiter conscendamus. An vituperandas omnes mulieres putas, quæ nobis nubere nolint, vt Archilochus fecit? Sed propter carmi- E
na videlicet tibi placuit, dij enim & viri diuini carmine vtuntur: nec domus, nec ciuitas
2 aliqua, nec nationes sine carmine probè gubernantur. Quare qui eum[2] occidit Archias à templo, quasi scelestus exire abs te iussus est, Musarum enim occidit amicum. Qua verò virtute dij Euripidem admirati sint nescio, nisi coronas ac plaudentia theatra soleant admirari, an quia publicè in arce Atheniensium cœnaret? an quia Macedonum populi eum laudabant, cœlo dignum iudicasti? Homerum verò cur Deum, cur fœlicem fore putabas? cui de morte interroganti respondisti, Patriam quære. Nam hanc mater tibi, non pater dedit. Sed non procul à Minois tellure insula est, in qua tibi erunt vltima fata, cùm adolescentium abditum sermonem audies. Grauè ô sapientissimi virorum,

A rum, deorum volui dicere, graue inquam est, si neque vbi natus est, neque vbi morietur sciet Homerus. Similéque mihi videtur, ac si scarabæus vehementia ventorum à stercore vbi natus est ad alia stercora latus, Delphicum Apollinem interrogaret, quoniam è stercore natus esset, & in quo denique moreretur. Sed de poëtis hactenus. *Lepida irrisio.*

Scholia in Cap. XII.

EVndem Apollinem accusat, quod poetas quosdam mendaces, Sycophantas, adulatores, laudibus ad cœlum extulisset.

1 Agè igitur ô Deus, ne contemnas ne nos quidem. Cupimus enim, nisi molesti sumus, alij quidem gloriam bonam, alij coronas sacras, alij partem communem cum diis, alij denique immortalitatem.

2 Neque intempestiua Pythia est vlciscens Archilochum olim mortuum, & iubens exire è templo reum criminis. Musarum enim occidit seruum. Non igitur videris mihi indecorè facere quòd vlciscaris necem poetæ. B

Quòd athletæ diuinis honoribus auctoritate Apollinis afficiebantur. Caput XIII.

TV verò non poëtas solummodò, sed pugiles etiam atque athletas in deorum tuis oraculis honores conduxisti. Vtinam cùm mare metiri possis, & arenarum numerum non ignores, surdos intelligas, & mutos audias, hæc omnia nescires, & illud probè teneres, quia pugiles à calcitrantibus nihil differunt. Sic enim aut asinos quoque deos putares, aut Cleomedem pugilem, non quasi Deum honorares: Vltimus heroum Diomedes, quem veneratur sacris. Cur enim ô Græcorum interpres, vt Plato dicit, ad cœlum illum hominem rapuisti? An quia vno ictu in Olympico certamine aduersarium deiecit, apertísque C pectoribus eius, manu pulmonem abstraxit? O rem mirabilem. An quia quatuor talentis damnatus non tulit, sed mœrore ac ira commotus, columnam qua domus sustentabatur vbi iudicium filij docebantur, subtraxit, miseráque omnes morte confecit? Sed illud forsan admiraris, quia in loculum persequentes fugiens, sacrum ingressus, tegmen loculi sic apposuit atque tenuit, vt inde non potuerit abstrahi. Ideò ergo Deus & non mortalis, ideò virtutem eius dij admirati in cœlum ipsum sicut Ganymedem rapuerunt. Sed illum pulchritudine persuasi, hunc robore corporis, & quia viribus bene vsus est, cur non de asinis quoque bene calcitrantibus, vt de pugilibus oracula reddis? Præcipuus deorum syluester asinus non Diomedes, quem veneratur sacris. Quippe & Diomedem & multos alios, si calcibus secum certaret, omnino superaret: ipsum etiam pugilem Thasium ad barathrum de cœlo calcibus facilè deiiceret. Credamus enim Deo, quòd etiam Thasius ambrosia ne- D ctaréque deorum in cœlo vtatur. Nunc demum intelligo, diuinum quid esse, cœlestibus vti. Quod si philosophi omnes intellexissent, omni virtutis genere spreto, Thasium pugilem imitati fuissent, cui immortalitatem quidem, vt Cleomedi dij non concesserunt. Sic autem honorarunt, vt cùm ænea statua eius, quasi animata super pulsantem hostem ceciderit: cúmque Thasij quasi diuinarum rerum ignari scelus illud putassent, in maréque statuam idcirco proiecerint, dij commoti, ingenti annonæ penuria eos vexabant. Tu autem Apollo quasi deorum humanissimus, ambiguum, vt soles, auxilium eius præbuisti, sic dicens: Reductis in patriam exulibus, Cererem metetis: Thasij verò quasi maiori curæ deorum humanitati exules quàm statuæ forent, restituerunt eos in patriam: & nullam vtilitatem consecuti sunt, donec quidam videlicet sapiens pugilis demersam statuam intelligi per oraculum exposuerit, qua restituta fœcunditas agrorum Thasiis restituta est. Simile quid Locris accidisse fertur, qui cùm Euticulem quasi proditionis conscium in car- E cerem intrusissent, & post mortẽ eius statuas dehonorarunt, fame laborãtes oraculum acceperunt, vt dehonestatum honorarent, si agros nõ frustra vellent arare. Non minus igitur athletas dij videntur diligere, quàm boues saginati ab hominibus diliguntur: quibus sacrificatis, tu Apollo placari soles.

ἀφροσύνα *Cleomedes crudelis Athleta.*

Quòd etiam tyrannis Apollo adulabatur. Caput XIIII.

QVid autem dicat, quòd crudelissimis etiam tyrannis sic adularis, vt summos viros putare videaris? Quid enim ais de Cypselo. Fœlix hic vir Cypselus Æacida. Quomodo autem si Cypselus felix, Phalaridem, cuius ille similis fuit, beatum fuisse negabimus? imò verò video qua ratione Phalaris etiam tibi ac Ioui placuit. Sic enim ipsi quoque respondisti, Apollo Iupitérque pater vitam Phalaridi prorogauit, quia Caritona &

Menalippum humanissimè tractauit. Nam cùm illos insidiantes sibi cepisset, patientiam quam dum torquerentur, ostenderunt, admiratus dimisit.

Quòd ligna & lapides adorandos Apollo consulebat. Cap. XV.

Methymnensibus autem perutile fore asseruisti, si ligneum Dionysij caput colerent, colunt enim certè Methymnenses ligneum Dionysij caput tibi hortanti persuasi. Alij verò lapideis, alij æneis, nonnulli aureis, multi argenteis simulacris sacrificant. Triginta deorum milia in terra esse censet Hesiodus. Ego autẽ multò plures lapideos atque ligneos hominum creatores ac dominos esse video. Sed tibi ô Apollo mirabile visum est, quòd ligneum humani capitis simulacrum dum iactũ traherent Methymnenses extraxerunt, colendúmque illud diuinis honoribus esse respõdisti. O rem mirabilem, ex profundo maris ita repentè retibus annexum Dionysij caput prosiluit. Hæc Oenomaus.

Triginta deorũ milia Hesiodus ponit.

Scholia in Cap. XIII. XIIII. XV.

Dignus est reprehensione, qui crudeles pugiles, Tyrannos & alia monstra generis humani laudibus ad cœlum tollit, non ignarus scelerum ab ipsis admissorum. Atqui Apollo tales laudat, & in deorum numerum refert. Reprehendendus igitur est ab omnibus. Illud etiam execratione dignum est, quòd vt ait Eusebius, τὴν ἄψυχον ὕλην *colere & statuas formare, Apollo præcepit. In fine libri hæc adiicienda Et reuerà multa milia deorum sunt in terra, non immortales quidem dij, sed lignei & lapidei domini hominum, qui si hominum iniuriam & iusticiam inspicerent, non tantæ & tot nugæ inuectæ: vt iam vsque ad nos processerit hoc malum, & in Olympum etiam vsque, vbi aiunt deorum sedem tutam semper esse: Et quidem si tuta erat, non potuit occupari nugis, neque quis Olympiorum eò dementiæ venisset, vt truncum oleæ Deum faceret, quem Methymnæi sagenæ implicitũ retibus attraxerũt. Quid autẽ fecerit in mari admirari posset quis. Quid verè aliud, nisi vt expectaret donec fanatici aliqui homines in eum incidentes, in vrbem tanquam bonam fortunam, ducerent? Hæc Oenomaus. Sed post hæc absoluta, transibo ad oraculorum philosophiam.*

IN LIBRVM SEXTVM EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica Argumentum.

Qvoniam oraculorum Apollinis & aliorum dæmonum certitudo, à falsa de fato opinione pẽdere videbatur, vt nullam in illis certitudinem esse ostendat, Fatum Stoicum in hoc libro oppugnat, ac nõ modò doctissimorum Philosophorum Porphyrij, Oenomai, Diogeniani, Alexandri Aphrodisæi, Bardesanis Syri, sed etiam celeberrimi Theologi Origenis argumenta fatum oppugnãtia recenset. Magno enim consensu, iisdem propè armis & argumentis, pro libero arbitrio, aduersus dogma de fato, isti omnes depugnauerunt, fortassis, tum quia durum videbatur, affirmare, quòd homo μήτε εἰδὼς, μήτε προαιθέμενος, μήτε μετακινητός, *(vt Aristotelis verbis vtar) secundum virtutem, vel secus agat: tum quia videtur dogma de fato, Deũ parcarum imperio contumeliosè subiicere: legum ciuilium, imperiorum, exhortationum, institutionum, precum, gratiarum actionis, comminationum vsum omnem è medio tollere, & homines vel in desperationis barathrum, vel Epicuræam securitatem coniicere.*

LIBER SEXTVS.

Nvnc in hoc sexto Euangelicæ præparationis volumine falsitatem oraculorum à falsa de fatis opinione profluxisse, neque aliunde quàm cœlestium motu corporum diuinationem illorum coniectura collectam fuisse, ostendemus.

Quòd

A *Quòd quæcunque dij gentium prædicebant, cœlestium motu præuidebant. Cap. I.*

ADSIT ergo rursus magnus apud gentes Porphyrius, qui in lib. 1. de Oraculis manifestè hoc his verbis aperit: Quæcunque inquit, dij fata prædicunt, stellarum motus ita futura significant, quòd omnes & maximè Apollo multis responsis aperuit.[2] Cùm enim ab eo quæreretur, marémne an fœminam in vtero habens mulier pareret: fœminam respondit, ídque à conceptionis tempore percepisse, declarat, dicens: Non sperato marem Phœbe, cùm Arares Cypriæ radiis tenebratur. Ægrotationes etiam stellarum cursu prædicabant. Malis enim pulmonē agitari humoribus respondit, quia salebris Saturnus premeretur. Et in alio responso, Fatatus tibi adest dies, quem Saturnus Mauórsque simul statuerunt. His abundè intellectum puto, non diuina quadam virtute, sed cœlestiū motus obseruatione ac ratione mathematica gentium deos futura cognouisse. Ita nihil diuinius quàm homines afferebant.

(Margin: A; B; 1; 2)

Scholia in librum sextum de præparatione Euangelica. Cap. I.

ORaculorum Ethnicorum auctoritatem, à falsa de fato opinione natam, & responsa ἐξ ἀστέρων ἐπιτηρήσεως κατὰ τοὺς μαθηματικῶν λόγους *edita esse, in principio libri sexti docet Eusebius. Recitat & responsa quibusdam data de sexu sobolis nondum in lucem editæ, de morbis & de fatali hora, vt intelligamus superstitiosa hæc responsa curiosis hominibus seruiisse.*

1 *Cùm oraculorum rationem in superioribus sufficiēter edisseruerimus, & diuinæ potentiæ seruatoris nostri per Euangelicæ eiusdem doctrinæ diuinitatem & vtilitatem ostenderimus, quòd scilicet per eam solam, & nō per aliam, à diabolicis phantasmatibus, quæ ab initio mundi hominum vitam obscurarūt & vastarunt, hominibus libertas parta sit: Agè etiam de iis, quæ de fato falsò dicta sunt ab ipsis, nostrū sermonem dirigamus: vt non solùm per malitiam, sed etiam per ignorantiam, maligni & inscij oracula dedisse dæmones ostendantur.*

2 *Et hoc ferè omnes monstrarunt veri Dei, deinde subiiciens inquit.*

(Margin: C)

Quòd voluntates hominum fatis agi arbitrabantur, liberum negantes arbitrium ídque deorum consiliis persuasi. Caput II.

QVare modò attentè considera, quòd non solùm exteriora, & quæ in potestate nō sunt, verumetiam voluntates hominum fatales arbitrabantur. Sic enim ipse Apollo cùm de milite quodam interrogatus esset, quare tam periculosæ rei studeret: respondit dicens,[1] Mars enim genethliacus concitat. Ideò autem generosi quidem illi dij fatum extulerunt, vt nec templa sua defendere se posseà fulminibus confiterentur. Qua igitur spe vota illis redduntur, aut cur piè colendi adorandíque sunt, qui sibiipsis sufficere nequeunt? Quæ omnia oraculo suo his verbis edito Apollo confirmauit.

(Margin: D; 1)

Vos ab Erichthonij generati sanguine magni,
Qui quando structura cadet pulcherrima templi,
Percupidi scire hæc oracula nostra petistis,
Cùm validi magno venti cum frigore surgent,
Compressus cum fulminibus ruet vndique crebris.
Exiliétque æther, quæ templa excelsa deorum
Sub mediísque vndis naues multásque cremabunt.
Atque altos ferient montes: ipsósque fugabunt
Pastores trepidos, spelæáque poscere cogent.
Tunc quoque terrifico percussum hoc fulmine templum
Ardebit, sic stat fatorum immobilis ordo.
Ferre autem longè præstat quodcunque seueræ,
Et fixa & stabili statuerunt lege sorores.
Esse etenim certum, stabile, inuiolabile semper
Quicquid nent fusis Parcæ, rex iussit olympi.

(Margin: E)

Si ergo nec templa sua defendere dij possunt, sed venire necesse est, quæ Parcarum fusis sunt euoluta, quid oportet deos aut colere, aut de futuris interrogare, si tam bonorū quàm contrariorum causa necessitas erit fatalis? Erit igitur hæc necessitas diis omnibus spretis sola veneranda. Quòd si Parcarum dominus Iupiter est, qui quodcunque fusis Parcæ

conuolent, immobile fore statuit: cur non cæteris omnibus relictis, solum illum Deum, & solum bonorum largitorem magna prædicas voce? præsertim cùm ipse solus consilia Parcarum, vt alibi dicis, mutare facilè possit. Vera igitur ratio illum esse Deum, illum sequendum atque colendum solummodò astruit. A

Scholia in Cap. II.

INgrata fuit veteribus quibusdam Theologis, Stoicorum de fato sententia, quòd ij qui omnia certis fati legibus stare affirmant, liberas esse hominum voluntates pernegare viderentur. Eo nomine damnat oracula Apollinis Eusebius noster, ac exemplum de Milite quodam proponit, cui de militiæ laboribus & periculis conquerenti, Apollo respondit:

Ἄρεα κραιπνὸν ἔχει γενεθλήϊον ὅσμιν ὀρίνει.

Postea ridet deos Ethnicos qui fulmina & ignem à suis fanis auertere non potuerunt, suámque ex ratione impotentiam prodiderunt. B

Martem velocem habet genitalem, qui illum excitat
Neque illum sepeliet. Iouis enim superat consilium,
Quod ipsi gloriam meliorem à Marte statim dabit. Et rursus de alio:
Comatus imminebat Saturnus, odiosis autem stimulis
Afficiebat filij Talij morosum sui.

Quòd fata Magica vi solui possent Apollo respondit.
Caput III.

COntra verò Pythius Apollo maleficis artibus fata solui contendit. Cùm enim quæreret quidam, cur ineptus ad rem quampiam ab Apolline iudicatus esset, quídque faciendum esset, quasi aptus susciperetur, fatorum impediri vi eum respondit, quam magicis artibus effugere poterat. Vnde apertè patet, magicam diuinitus artem hominibus concessam, vt aliquo modo fatum repellerent. Hæc Porphyrij, non mea sunt. Qui autem re magica fata hominibus soluenda consulit, quomodo ipse qui Deus est, fatatum templi nō repellit incendium? Nobis autem illud etiam considerandum est, quàm dignus Dei appellatione ille sit, qui non ad philosophiam, sed ad malas artes homines hortatur. C

Scholia in Cap. III.

FAta artibus præstigiísque magicis infringi posse, Apollinis responso ex Porphyrio allato, probat. Inde Eusebius noster vtrumque colligit, & pugnare inter se responsa & Ethnicorum doctrinam, & responsa ad malas artes & imposturas non ad veram philosophiam exhortari mortales.

Impetus diuinus satis occurrit robur
Tuæ proli, quem oportet fugere eiusmodi incantationibus. D

Cùm Apollo mendax sit, & ignarus futurorum euentuum, quotiescunque facultas probabiliter mentiendi ex astrorum motu nulla suppetit, manifestum fit, in ipsius responsis nihil diuinum esse, & eundem Deum non esse.
Caput IIII.

POrphyrius autem mentiri quoque deos fatetur, exquisitam futurorum cognitionem dicens, non hominibus solùm, sed multis etiam deorum incomprehensibilem esse. Vnde interrogati, non spontè mentiuntur, inquit. Quare prædicere solent, non posse verè se respondere: homines autem ex amentia perseuerantiùs cogunt vt respondeant. Apollo igitur Delphicus cùm huiuscemodi cœli ac continentis affectio esset, vt verum præuidere non posset: Retine, dicebat per vatem, vim istam, & potentia verba hæc non proferas: falsa dicam, si coges. Et in alio responso: Nihil hodie, inquit, stellarum mihi via dicendum præstat. Deinde concludens ait: Manifestum iam fecimus, vnde falsitas ad deorum oracula subrepat. Hæc Porphyrius. Nos autem dicimus, hinc patêre nihil in deorū oraculis diuinū fuisse. Quomodo enim Deus, qui natura veritas est, mentietur? aut quomodo boni dæmones falsitate quærentes fraudabunt? quomodo etiam homine superior erit, qui stellarum motu impeditur? Sed mortalem quidem hominem, cui aliqua cura virtutis sit, nulla ratione cogi posse vt mentiatur, non dubitamus. Nam si etiam verbera & cædem minaberis, non dubitabit exclamare: Ensem acue, ignem afferas, corpus meum incîdas, totum cremato: stellæ in terram antè descendent, & terra in cœlum ascendet, quàm falsum à me quicquam audias. Deum autem aut bonos dæmones, ad continentis cœli necessitatem ignoran- E

A ignorantiam suam referentes credemus minimè.

Scholia in Cap. IIII.

TRibus argumentis Apollinem & alia poëtica numina redarguit, quorum hæc summa & sententia est. Mendaces rerúmque futurarum ignari, dij non sunt: Apollò & alij dij gentium mendaces & inscij futurorum sunt: ergo pro dijs non sunt habendi. Deinde, cùm Deus sit ipsa veritas, non potest ei affingi quod interdum mentiatur. Postremò, si ne quidem vir bonus cogi potest vt mētiatur, multò minus in Deum vlla mendacij suspicio cadere potest. Conueniunt his quæ de Satana dixit Saluator noster Iesus Christus: Cùm loquitur Diabolus, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater mendacij. Hunc fuisse omnium Ethnicorum oraculorum præsidem, nemini fidelium dubium esse potest.

Quòd falsa est opinio de Fato. Cap. V.

B NOn enim dij aut boni, sed perniciosi aut nequam dæmones sunt, qui libertatem nostram destruxerunt: & stellis non exteriora solùm, verùm etiam voluntates nostras cogi nobis persuaserunt. Quod si esset, iaceret omnis philosophia, iacet pietas, nulla esset laus virtutis, nullus fructus laborum, nec puniendi essent improbi, nec admirandi studiosi, si nō libera voluntate, & nostra sponte susceptis laboribus, sed necessitate fatorum hæc fierent. Ita vniuersam hominum vitam hæc euertit opinio. Nam si euentura omnino sunt prospera vel aduersa vnicuique hominū, éstque necesse hęc me agere, & te illa, quid oportet cura laboréque confici? Nam si qui in militiam ire cupit, non spontè, sed fatis coactus id cupit, & latrones similiter ac adulteri, cæteríque nequissimi homines, & econtrà modesti & iusti fatis compelluntur. Quomodo igitur hoc dogmate imbutus quisquam monenti ac præcipienti mentem adhibebit? aut quomodo non exclamabit, Non sunt potestatis hæc

Sublato libero arbitrio, nulla est pietas, nulla virtutis laus, nulla præmia, nullæ pœnæ.

C meæ ô doctor, ac ideò quid oportet sollicitum esse, nisi etiam fatis hæc mihi sollicitudo destinata sit? Quòd si docendi præcipiendíque tibi necessitas instat, frustra tamen doces ac præcipis. Faciam enim si fata volunt, imò verò laborandum mihi non est. Aderit enim mihi necessariò quod fatatum est. Et profectò, qui hortatur & docet, qui peccantes castigat, & probos commendat, is re ipsa liberum nobis arbitrium inesse ostendens, solo fatorum vtitur nomine: similitérque facit, vt si quis bonitatem naturæ, qua vniuersa gubernantur, nequitiæ appellet vocabulo, eodem enim certè pacto cùm manifestè omnes non aliunde, sed à libera nostra voluntate admonendos filios, castigādósque seruos iudicamus, & spontè nos aliud velle, aliud nolle cognoscamus, vehementer errat, qui hæc necessitate fatorū fieri contendit, & studia hominum retrudit. Exhortatione namque atque doctrina, benè vitam agi humanam videmus, quæ omnia vnà cum legibus, hæc opinio si sibi constet, radicitùs euellet.

D Non enim erit opus aut peccantes castigare, siquidem coacti fecerunt, aut honores probis viris retribuere, quæ vtraque profectò videmus magnam vim, alterum ad improbitatem reprehendendam, alterum ad probitatem amplexandam retinere. Pietas enim in Deum nónne funditus euertitur, sic nec ipse Deus nobis, nec piæ orationes & cultus eius, necessitate vinctis hominibus, potest prodesse? Quomodo autem cùm sentiamus nostra nos appetitione moueri, non omnino amentissimum erit ab exteriore quadam vi, quasi animi expertes moueri nos credere? Sic enim libera voluntate alia fugimus, alia sequimur, vt quemadmodum dolere, gaudere, videre, audire, non ratiocinando, sed re ipsa comprehendimus: ita à nostro ipsorum consilio, aut fugiendum, aut sequendum moueri nos profectò sentimus: quas ob res rationalis naturæ libertas iure negari non potest. Si autem multa præter voluntatem eueniunt, quibus nonnulli turbantur, distinguendas res elegantius est: considerandúmque diligentiùs qua ratione fiant: videbimus enim non

E fatorum, sed alia quadam atque sublimiori prouidentiæ ratione ita fieri. Agè igitur altius rem consideremus. Vniuersa igitur diuina prouidentia existere ac gubernari, vera pietatis prædicant iura: propria verò ratione singula secundum formas suas quædam habitu, quædam natura, quædam sensu, alia ratione ac iudicio & voluntate mouentur, & alia quidem antecedente ratione facta, alia verò consequente ad ea quæ per antecedentem producta sunt, varium totius atque diuersum constituunt ornatum. Cúmque singula rerum genera propriam naturæ determinatámque fabricam à prima causa consecuta sint, hinc libertatis quis naturæ rationem facilè perspiciet. Cùm enim non simplex quædam res homo existat, sed à duobus contrariis animo atque corpore constet: cúmque corpus ex consequenti, vt organum animo attributum sit, anima verò de intellectus substantia prædicente sit ratione creata, & illud quidem, irrationale, corruptibile ac mortale: hæc autem rationalis

incorporea atque immortalis: cúmque corpore belluis, animo rationali immortalíque naturæ, coniungamur: iure ita compositum hoc animal cùm simplex natura sit, dupliciter, diuersáque via viuendi rationem complectitur. Nam & naturæ corporis seruit, & diuiniorem partem, si seipsum cognouit, non spernit libertatis suæ cupidum, ita idem & seruit, & liberum est, talem enim à Deo corporis atque animæ, quibus ipse seruit rationibus, coniunctionem homo consecutus est. Si ergo quispiam quæ corporis aut animi naturæ sunt, fati vocabulo abusus necessitati subiicit, vehementer errat. Si enim necessitas, quæ impediri non potest, fatum esse intelligitur, multa verò animæ & corporis naturam consequentia impediuntur, infinitáque forinsecus præter naturam & animæ & corpori accidunt, quomodo fatum & natura idem atque vnum erit? Fiunt enim in nobis multa voluntate, quæ in nobis est, cuiusmodi sunt, quæ secundum naturam animæ appetimus. Multa etiam corporis natura fiunt, alia istis animo dico & corpori accidunt, quæ aliis natura conueniunt, sed neque animi libertatem, neque corporis naturam, neque quæcunque forinsecus accidunt, iure quispiam à causa subtrahat. Causa verò omnium, & quæ libertatis nostræ sunt, & quæ naturæ corporis sunt, & quæ accidunt extrinsecus Deus est, à quo vniuersa quæ sunt producuntur. De omnibus enim quæ sunt, scriptura id dicit: *Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.* Si ergo cùm alia volumus, alia præter opinionem accidunt nostram, meminisse tunc debemus coniunctionis huius nostræ, quæ corpore atque animo constat, vnde rationalis atque intellectiua anima in infantis corpore præter naturam suam irrationalis esse videtur: & intellectus ægrotatione corporis versus insanit: & senectute instrumentis omnibus internectis, intellectiuæ animæ virtus hebetatur. Dolores rursus præter naturam vehementiùs corpus vrgentes, libertatem animi deiiciunt: quæ doloribus victa, corpus consequitur. Ita patet, ineuitabilia quædam vincula libertati animæ, partim à natura corporis, partim ab exterioribus imminere. Sed voluntas hominis ad tantum virtutis interdum peruenit, vt & naturæ corporis, & exterioribus cunctis resistat. Corpus enim plerumque ad Venerem fertur, & anima habenis vtens rationis subigit corporis impetum atque domat: fame, siti, ac frigore corpus conficitur, & remedia quæritat. At voluntas econtrà, ea ipsa nonnunquam eligit, & ieiunio, cæterísque laboribus appetitum carnis frænat. Præterea natura corporis titillatione gaudet voluptatum, & voluntas laborem plerumque amat. Multi autem peiora secuti, naturalem vsum ad eum, qui præter naturam est, conuertunt, masculi in masculos turpitudinem operãtes. Ita non in omnibus ratio vincit, sed interdum ipsa ducit, interdum autem ducitur: adeò, vt nonnunquàm cùm mori melius quàm viuere iudicauerit, propriis homo manibus seipsum interimat. Si ergo solummodò ad corpus sibi vniuersa esset concertatio, non magna benè viuendi esset difficultas. Nunc autem cùm hanc vitam Deus inter multa constituerit, inter homines, inter belluas, inter ignem etiam atque aquam, continentémque aëra, non est sibi solummodò pugnandum aduersus coniunctam corporis naturam, verumetiam ad infinita penè exteriora. Crebra enim etiam ciborum & continentis temperies, aut econtrà, frigora, æstus, aliáque huiusmodi complura natura quidem facta, nobis autem per accidens ingruentia non parum propter corporis naturam, quæ non facilè potest exteriores sufferre, voluntatem hominis perturbant. Ad hæc illi, quibuscum viuimus, voluntatem plerunque nostram rationibus, aut quouis alio modo ad suam conuertunt, & aliàs meliorem, aliàs peiorem efficiunt. Solet enim conuersatio praua nocere, sicut econtrà bona prodesse. Bonos quippe mores, conuersatio mala corrumpit: velut etiam praui mores proba conuersatione corriguntur. Sic igitur rationalis animæ virtus huc atque illuc ab exterioribus fertur. Rursus autem viribus suis diuinis aliquando superat cuncta, & inuicto robore philosophatur. Quid dicam, quòd quibusdam seculis excelso magnóque animo homines & robustissimis corporibus abundarunt, nonnullis ecõtra? quæ omnia gubernationi totius aptissimè congruentia quàm maximum ornatum varietate rerum faciunt. Omnibus autem simpliciter tam his, quorũ nos sumus causa: quàm his, quæ aut natura fiunt, aut extrinsecus accidunt, vna omnipotens atque omnia penetrans prouidentia Dei præsidet, quæ vniuersa ineffabilibus gubernans rationibus, multa etiam eorum quæ natura fiunt, commutat auxiliúmque affert, vt ea quorum nos sumus causa & eligamus, & operemur. His omnibus tripartitò, vt diximus, diuisis, in ea quæ in nobis sunt, in ea quæ secundum naturã, & in ea quæ per accidens fiunt, omnibúsque istis ad voluntatem Dei reductis, nullum locum fatorum possidet ratio. Hinc etiam vnde malorum scaturiat fons aperitur,

Causa omnium Deus. *Psal.148.*

Rationis, voluntatis, & inferiorum viriũ lucta. *Rom.1.*

1.Cor.15.

A aperitur:qui nullum locum habet in his,quæ secundum naturam,aut corpore,aut animo fiunt,sed nec in his quæ forinsecus accidunt. Solummodò autem in libero animi motu, quando non secundum naturam,neque rectè mouetur,sed à regia exiens via,spontè (Dominus enim sibiipsi animus est)præter naturam fertur. Cúmque præcipuum honorem à Deo acceperit,vt liber sit,& sui motus iudex,diuina quædam lex iniuncta sibi naturaliter est,quæ in ipso anteriore recessu exclamat,Via regia proficiscaris,noli ad dextram aut sinistram declinare.Via ergo regia recta est, quam vnicuique animæ quasi natura insitam legem,auxiliatricem ad opus creator nobis instituit.Sic per legem rectam ostendit viam, per potestatem verò liberam effecit,vt in ipsa essent virtutis præmia sine vi aliqua eligere, cùm possit etiam contraria malè. Ita si proprio motu naturalem despexeris legem, fons vitiorum spontè,non aliundè,neque vlla necessitate, sed libera voluntate atque iudicio B facta est. Eligentis igitur culpa est, Deus verò inculpabilis est,nec enim prauam Deus aut naturam,aut substantiam animæ creauit. Cùm enim ipse bonus sit, bona sunt omnia quæ ab eo creata sunt.Bona igitur sunt omnia, quæ natura insunt. Vnicuique rationali animæ liberum arbitrium natura inest,bonum ergo id ad eligenda bona creatum, ideo quando malè agit,non est natura culpanda:non enim natura, sed præter naturam malam agitur,cùm sit electionis deprauatæ,non naturæ opus. Cùm enim virtus ad eligenda bona inest,si ea non eligit,sed spontè melioribus spretis mala imitatus sequitur, quis potest eum dicere morbi sui causam non fuisse,præsertim cùm insitam atque salutarē legem volens contempserit? qui ergo istis omnibus reiectis, à necessitate motúque stellarum omnia dependere putat,nec nobis,sed virtuti qua omnia mouentur, peccandi causam tribuit,is quomodo non impius atque amēs erit?Nam si fortuna & causa absque aliqua pro-C uidentia fieri omnia opinatur,impietatis crimine reus, mente captus quoque videbitur, quoniam pulcherrimum rerum omnium ordinem non perspiciat. Sin verò prouidentia Dei & optima ratione cuncta gubernari fatetur,quoniam tamen non peccare vi fatorum delinquentes concedat necesse est, causámque dictorum diuinæ attribuat prouidentiæ, mutato vocabulo necessitatem & fatum ipsam appellās,impius profectò iudicabitur, imò verò pessimus omnium,qui à creatore vniuersi,alios ad adulteria,alios ad rapinas, alios ad alia vitia impelli arbitretur.Vnde sequitur,aut hæc peccata non esse,aut peccandi causam creatori referri.Nam siue cùm videat vniuersa,cunctísque adsit, peccare homines cogit: siue stellarum motui vim cogendi concessit,ipse certè aut seipsum,aut per orbes cœlestes, quasi per organum nolentes homines ad vitia immittit,quare non iure homo, sed creator eius peccator erit,quo dogmate nihil scelestius excogitari potest.Ita qui fatorum necessi-D tatem esse credit,is apertè Deum & prouidentiam negat:veluti econtra, qui Deum vniuersis præesse putat,vim fatorum omnino destruit.At enim idem est Deus quod fatū, aut diuersum.Idem certè non erit.Nam si seriem causarum ineuitabilem, cœlestium motu effectam,fatum esse opinātur,quomodo elementa corporea,vnde cœlestia etiam constāt, priora fato non erunt?& quomodo quod elementis & cœlo posterius est,idem erit quod prima causa?Quòd si elementa & rationis & animæ expertia sunt, Deus autem incorporeus & vita & sapientia est,rebus omnibus & vt sint,& vt bene sint,bonitate sua largiens, non erit profectò vnum ac idem Deus & fatum,quod cùm cœlestia corpora consequātur eorum accidens est.Si ergo diuersum,quærendum vtrum melius Deo est,an non. Sed nihil Deo melius,nihil potentius excogitari potest.Vincet ergo Deus,superabit exterminabítque omnino fatum:aut si patietur ipsum extare,cùm posit vim eius malignam cōpescere,ipse ad seipsum malignitatis causam attrahet,imò verò si quidem creator omnium E Deus est, fatum quoque ab ipso productum est. Ita nullæ videbitur ipsi curæ vniuersum esse,cùm tamen ab ordine rerum & alterius ad alteram affectionem,& ab his quæ à libera potestate animi fiunt, à parte prouidentiæ pateant effectus. Nam etsi nullæ quædam partim corporis,partim externarum rerum,animum plerumque à virtute repellant,ad omnia resistit,& inuicta diuino auxilio,libertas humana euadit,quæ res certamine martyrum,qui pro Euangelica doctrina cuncta liberè subierunt pericula,comprobatur. Infiniti penè homines,non solùm Græci & Barbari,verumetiam mulieres, teneræque puellæ intrepidè cruciatu omni superato,libenter à corpore abierunt.Nec quisque poterit fatorum necesitati hæc accommodare.Quando enim aliàs talia cœlestium motus effecit certamina?aut quando vita hominum ante Saluatoris nostri doctrinam tales luctationes proposuit?Vbi autem doctrina huiusmodi vnquam fuit,quæ prauam superstitionem deiice-

ret,& cognitionem veri de omnibus immitteret? Quis autem ſapiens vnquam potuit doctrinam ſuam ad vniuerſum orbem diſpergere,& Deus vel ab omnibus vel à pluribus credi? Quòd ſi hæc nunquam fuerunt, non eſt certè cauſarum ſeries, & fatalis neceſſitas omnium horum cauſa:nam ſi eſſet, profectò alius quoque eandem & ſimilem ſtellarum neceſſitatem naſcens habuiſſet. Quibus porrò fatis, Saluator noſter Deus verus per vniuerſum orbem prædicatur,& qui apud Græcos,vel apud Barbaros dij putabantur,non alia re quàm prædicatione noſtri Saluatoris deiiciuntur. Quòd verò fatum vniuerſi creatorem ipſum eſſe confirmauit, qui nullam eſſe fatorum vim docuit atque docet, quomodo igitur ipſum fatum non eſſe,ſeipſum prædicat? Qui autem prædicationis Euangelicæ gratia, vel certarunt iam multis annis,vel etiam nunc certant,quomodo ad vnam voluntatem & fidem,& ad eandem virtutem animi, viuendique rationem diuerſis temporibus, & tam multi noſtra memoria, compulſi ſunt? Quis mentis compos credere vnquam poterit iuuenes ſimul ac ſenes,viros & fœminas,ſeruos & liberos,doctos atque indoctos non in vno climate orbis,nec in eadem hora natos,ſed vbique terrarum,& diuerſis temporibus factis coactos,vnam atq; eandem,nouã & inauditam doctrinam,& quidem cum periculo mortis patriis ritibus antepoſuiſſet,& veræ philoſophiæ dogmata duritiémque viuendi, quàm delicias maluiſſe? Cæcus profectò de his,vt rito prouerbio dicitur,rectè iudicaret,non neceſſitate,ſed libero hæc fieri arbitrio.

Scholia in Cap. V.

Habent in hoc capite ſylulam argumentorum, quibus Euſebius fatum Stoicum refutat & liberũ arbitrium aſſerit eius dogmatis patronus. Nullum eſſe vſum philoſophiæ, præceptorum, comminationum, legum, precum, & aliarum rerum, ſublato liberi arbitrij dogmate, putauit Euſebius, ac de eius cauſa, impedimentis & lucta fusè diſſerens, eos qui diuerſum ab eo ſtatuerent, in Deum, eiúſque prouidentiam contumelioſos eſſe, docet.

Ipſorum gentilium philoſophorum verba, contra eos qui fatum eſſe opinantur. Cap. VI.

PLura dicere poſſem, ſed quoniam ſuis teſtibus gentes, non argumentis noſtris confundere inſtituimus, Oenomaum rurſus audiamus, qui magno animo in libro de maleficis artificibus, his aduerſus Apollinẽ verbis vtitur: ſed eas igitur in Delphis tu, neque poſſis tacere cùm velis, ſic Iouis filius Apollo vult modò, nõ quia vult, ſed quia neceſſitas velle ipſum compellit.[1] Videtur autem mihi, quoniam in hunc ſermonem deductus ſum, de poteſtate noſtra, quam fundamentum humanæ vitæ multi appellant, diligentiùs quærere, hanc poteſtatem nos libertatem nuncupamus. Democritus autem, ſi benè memini atque Chryſippus, alter ſeruam, alter ſemiſeruam pulcherrimam omnium humanorum rẽ conatur oſtendere, de quibus tamen non multum curandum eſt. Quòd ſi Deus etiam aduerſus nos eſt, quid faciemus? Sed non eſt æquum, vel Apolline repugnante, veritatẽ prodere.[2] Chriſto enim Chironis ſic reſpondit: Patria relicta, Eubœam pete, vbi fatatum tibi eſt vrbem ædificare. Quid ais ô Apollo? An non eſt poteſtatis meæ patriam relinquere? quòd ſi mihi fatatum eſt ibi vrbem ædificare, ſiue tu conſulas, ſiue non, & ſiue ipſe uelim, ſiue nolim, omnino faciam: eritque mihi neceſſe, etiam ſi nolim. Sed fortè melius eſt tibi, quàm rationibus credere. Aliud igitur afferas, nuncia Pariis ô Theleſicles in Aëria vrbem ſibi condendam fore. Nunciarem, inquam, etiam ſi tu non præciperes, quoniam fatatum eſt. Aëriam autem Thaſum inſulam Archilochus Theleſiclis filius priùs appellatum fuiſſe docuit, & Pariis coloniam illò mittere perſuaſit, qui videlicet nunquam id feciſſet, niſi tu iuſſiſſes. Cur igitur fatatum erat? Sed quoniam ocioſi ſumus, agè nunc mihi reſponde. Sumúſne ego ac tu aliquid? Sumus certè reſpondebis. Qua ratione id ita iudicabis? Non aliunde videlicet quàm ſenſu, perceptionéque quadam noſtra. Quòd porrò quomodo cognouimus animalia nos & ex animalibus eſſe? Vt ego quidem dico, homines ex hominibus, alter maleficus, alter malefici redargutor. Vt verò tu diceres, alter homo, alter Deus, & alter diuinator, alter ſycophanta. Quod tibi facilè concedam, ſi rationibus ita mihi eſſe oſtendes. Quid ais? Annon rectè iudicauimus ſenſu ac perceptione noſtra illud intellexiſſe?[3] Nam ſi non ita ſe habeat, quomodo aliquis ad Delphicum oraculum veniat, niſi ſentiat intelligátque alicuius ſe rei indigere? Quomodo autem Chryſippus qui ſe in ſeruitutem induxit, id quod dicebat, intelligebat? aut quomodo vel cum præſente Archeſilao diſputat, vel abſente Epicuro, reſpondet, ſi nec quid ſit Archeſilaus, nec quid ſit Epicurus

omnino

A omnino percepit, nec percipere potest, imò verò nec quid ipse sit? Si hæc aduersus vos quispiam diceret, nullo modo ferre possetis. Quare ô Democrite, & ô Chrysippe, & tu ô cœlestis diuinator, si molestum vobis videtur, cùm quis intelligentiam atque sensum eripere à nobis conatur, nónne nos quoque molestè ferre debemus, si magni sensum & mentem vestram putatis, nobis autem fati necessitatem nescio quam incutiatis, quum alius vestrûm à Deo esse asserit, alius ab atomis deorsum latis, ac inde sursum repercussis, quæ modò coniunguntur, modò resoluuntur, fieri contendit? cùm apertè eo sensu ac mente, quo nos aliquid percipimus, nec fugit nos quantum interest inter ambulare ac ferri, aut inter velle atque cogi. Quorsum hæc? quia hæc nescire videaris ô Apollo, quænam sint ea, quorum domini sumus, quæ à nostra voluntate dependent. Hæc certè voluntas nostra, nõ paucarum rerum principium est. Tu autem cùm omnia scias, hoc principium ita te latet, vt
B quæ hinc sequuntur, nullo modo scire iudicaris. Nónne igitur imprudens es, qui Laio respondisti, quia interimi eum à filio fatatum esset? Ignorasti quippe, quia voluntatis suæ dominus nasciturus filius foret. Illud porrò ridiculum est, coniunctionem nescio quam esse causarum & seriem. Vtuntur autem sapientiores ratione quadã Euripidis. Laium enim aiunt dominũ sui fuisse, siue vellet filium procreare, siue nollet: filio verò nato, necesse fuisse ab eo interfici: quare potuisse id rectè Apollinis prouidentia percipi, verùm filius quoque sicuti & pater suæ voluntatis erat. Et quemadmodum ille dare operam liberis & non dare, sic iste interficere & non interficere poterat. Huiusmodi sunt omnia responsa Apollinis, qui etiam apud Euripidem ad Laium dicit: Vniuersa tua sanguine corruet domus. Series igitur causarum quænam fuit? Cædes patris antecessit, & ænigmatis solutione matris nuptias consecutus est filius. Ad hæc alter nepotum regnum rapuit, alter profugus
C Adrasti filiam in vxorem dixit. Vnde septem duces ridiculosè mouentur, quæ series ista conglutinauit. Nam si Oedipus regnare voluisset, aut Iocastes nuptias repulisset, quomodo maledictionem illam Euripideam in filios edixisset? Præterea si Oedipodis filij conuenissent simul, vel vicissim regnare: vel si qui profugit, non ad Argos, sed in extremas terrarum oras abiisset: vel si cùm in Argos venisset, Adrastus ei filiam non dedisset: vel si vxore ducta, in patriam reduci non curasset: aut si cuperet quidem ipse, Adrastus verò & cæteri duces contempsissent: aut si cùm parati ad pugnam Thebas petiissent, timore perculsus frater cum fratre conuenisset, quomodo vniuersa domus corruisset? Sed facta omnia sunt ista, dices: fateor. Non enim rem, sed seriem istam rerum necessariarum pernego, quamcunque enim rem mihi obtuleris, simili quodam pacto eam incidere potero: ac ita ostendam, nullam esse in rebus necessariam seriem. Quippe cùm singula
D principia, & causas rerum agitabilium liberè homines mutare possint, ánnon intelligis, quia & asinus, & canis, & pulex proprio appetitu mouentur? Quæ omnia tu nullo modo sentire videris Apollo. Tibi Iupiter dedit, Locro respondisti, dabítque mala. Non rectè ô Apollo, non iniuriantem hominem tam malè dij tractant. Cur enim Iupiter huius necessitatis auctor nos ac seipsum non punit? Ipse quippe necessitatem agendi nobis imposuit. Cur ergo nos plectimur, qui huic seriei resistere nullo modo possumus? Tu quoque ipse vaticinandi inanem artem depone. Erit enim quod fatatum est, etiam si non prædixeris. Lycurgum autem illum qua ratione laudasti ô Apollo? Nam si bonus erat, non illi hoc, sed fatis tribuendum. Si enim omnia necessitate agimus, vt tu prædicas, non spontè, sed vi bonus erat. Quasi quispiam mente captus formosos laudet, & deformes vituperet, iure námque neque homines dicere possunt: Noluisti nos ô Iupiter bonos esse, imò verò etiam coëgisti prauitatem amplecti. Tibi autem ô Chrysippe atque
E Cleanthes nulla laus attribuenda est, sibi boni fuistis, ita virtutem quidem laudabo, vos autem minimè. Quare Epicurum quoque non dignum fuisse assero, quem opprobriis peteres. Mollem atque iniustum appellas eum ô Chrysippe, qui iuris sui non fuit? Hæc quomodo dicebas, si sponte ipsum peccare non credebas? Hæc Oenomaus, qui tibi si non satisfacit, reliquos philosophos perlegere non graueris. Multi enim atque insignes aduersus huiusmodi dogma scripserũt. Inde igitur aliqua, quoniam multi tam docti quàm indocti falsa opinione tenentur, sumere statui.

Scholia in Cap. VI.

OEnomai cuiusdam philosophi argumentis, responsa Apollinis vt inutilia reprehendit, & contra fatum Stoicum disputat, negans improbos esse accusandos, & pœnis afficiendos, probos

verò laudandos, si illi improbi, hi boni sunt non voluntate sua adducti, sed Stoico fato compulsi. Aliâs sic habetur. Placet autem mihi reliquis omnibus omissis, quandoquidem in hunc sermonem nescio quomodo delapsus sum, proprium quoddam & dignum consideratu inquirere. Periit enim philosophorum illud in humana vita. periit: siue quis gubernationem id, siue firmamentum, siue fundamentum appellet nostræ vitæ, Libertas quam nos quidem dominam necessitatis ponimus.

2 *Chironis chare fili celeberrimi optime,*
Pelium relinquens, Eubœæ vertices adi
Vbi sacram regionem condere tibi fatale est.

Hoc oraculum Apollinis hîc deest.

3 *Aliâs aliter. Nam si non ita se habet, nemo igitur ad te Delphos postea proficiscatur, nomine Alcmæon, qui matrem occidit, & domo eiectus est, & domum desiderat redire.*

Idem ipsorum gentilium philosophorum verba contra eos qui fatum esse opinantur. Caput VII.

PRimùm igitur Diogenianum aduersus Chrysippum audias. Chrysippus enim & nos causam esse agibilium, & omnia fieri fato contendens, Homeri testimonio vtebatur,
1 quod parum fuisse ab eo intellectum, Diogenianus ostendit. [1] Sed Chrysippi quædã priùs ponemus, qui in primo de Fatis libro, necessitate omnia fieri auctoritate multorũ arguit, & demùm Homerum inducit dicentem:

Quæ data sorte mihi est nato fors me inuida pressit,
Quæ nato inuoluit filis sibi Parca seueris
Quum mater peperit illum, Et alibi:
Non est qui fixas Parcarum auertere leges,
Effugere aut possit.

Non recordabatur enim, inquit, contraria istis alibi Homerũ cecinisse, quibus, ipse Chrysippus in secundo libro tunc vsus fuit, cùm multa etiam à nobis fieri ostendere volebat, quid enim clarius & acrius illis?

Vt caderent tribuit sua certè amentia causam. Et rursus:
Odyss. 1. *Quàm falsò accusant superos stultique queruntur,*
Mortales etenim nostrorum causa malorum
Nos sumus, & sua quémque magis vecordia lædit.

His enim & horum similibus nõ esse cuncta necessariò, & fatis faciunda nobis probatur: quamuis etiam ab illis carminibus parum ab Homero Chrysippi dogma confirmatur. Non enim omnia, sed nonnulla, fato fieri verbis suis Homerus significat. Cùm enim dicit,

Quæ data sorte mihi est nato fors me inuida pressit:

Non omnia profectò, sed mortem fatis ac necessariò euenire ostendit, hoc ipsum etiam illud vult,

Quæ nato inuoluit filis sibi Parca seueris.

Non enim omnia, sed quædam fato destinato necessariò sibi euentura confirmat. Illud quoque ab Homero optimè dictum est:

Non est qui fixas Parcarum auertere leges,
Effugere aut possit.

Quis enim potest, quæ necessariò impendent, effugere? Non ergo suffragatur Homerus Chrysippo, verumetiam refragatur. Ille namque apertissimè à nobis multa fieri prædicat, necessariò autem cuncta fieri, nunquam ab eo dictum est. Chrysippus verò, necessitate fatorum, cuncta fieri, conatur ostendere. Et ille quidem cùm Poëta sit, non pollicetur veritatem rerum docere, sed varias hominum opiniones plerumque ponit: vnde non est alienũ ab eo, contraria nonnunquam dicere. Philosophis autem, & contradicere sibiipsis turpe
2 est: & Poëtarum vti testimonio magis, quàm ratione, turpissimum. [2] Putat autem insolubilibus vti argumentis expositione nominum. Fatum enim dicit dictum quoddam determinatúmque diuinitus esse. Parcas autem è contrario, quoniam nemini parcant. Sortes, quia ita sortitum vnicuique sit: ac ideò tres esse Parcas arbitrantur, quia tria sunt tempora in quibus omnia inuoluuntur. Lachesimque dictam esse, quia λαγχάνειν, Græcè, euenire per sortem designat. Atropon, quia verti non possit. Clothon, quoniam contorta & coordinata omnia teneat, hoc enim nomina ipsa Græca lingua ostendunt. His nugis

Quid Fatũ Parcæ, Sortes.

A nugis fatalem putauit necessitatem demonstrasse. Ego autem satis mirari non possum, quomodo nihil se penitus afferre non sensit. Significent enim nomina quemadmodum exposuit, positáque ab hominibus sint ea de causa, cur igitur ô Chrysippe, vulgares vbique opiniones sequeris? An fortè, quia omnes vulgò veritatis perspicaces tibi videntur? Quomodo igitur scripsisti neminem esse hominem, qui non æquè ac Orestes & Alcmæon insaniat, præter solum sapientem. Deinde addis, vnum vel duos, aut admodum paucos sapiẽtes fuisse, opinionésque multorum de gloria, de diuitiis, de regno, de voluptate, quæ omnes penè bona arbitrantur, tanquam vulgares refutandas ducis. Aut quomodo omnes penè leges malè positas à rebus publicis putas? Cur autem tam multos etiam libros conscripsisti? Non enim docendi sunt, qui falsas opiniones non habent, nisi fortè rectè tũc omnes opinari dicas, quando tecum conueniunt. Cùm verò diuersa quàm tu putant, tunc furiosos appelles. B Nam cùm te sapientem non nomines, non erit nobis argumento, rectè illos sapere qui tecum conueniunt. Deinde quare omnes furere dixisti, cùm laudare quasi sapientes, quia te sequuntur, debuisses? Ad hæc etiam si non furere, illos ego asseram, cùm tamen à sapientia longè absint, ridiculosum est propter positionem nominum eorum vti testimonio, quos non præstantiores teipso, neque sapientiores arbitraris, nisi fortè eos, qui ab initio hæc nomina excogitarũt, sapiẽtes fuisse contendas, quod ostẽdere nullo pacto poteris. Sed sit ita, quomodo ergo nominibus significatur, omnia simpliciter fatis fieri, & non ea solùm quæ fatata sunt? Nam & parcarum numerus, & nomina ipsarum, & fusus, & glomeratum in eo filum, cæteráque huiuscemodi, ineuitabilem à seculo determinationem causarum ostendunt. Quæ tamen necessitas earum rerum solummodò est, quæ necessariò euentura sunt, quæque aliter accidere non possunt. Quæ verò non quas infinitas esse C scimus, earum alias diis homines attribuerunt, alias voluntati nostræ subiecerunt, aliis natura præest, aliis fortuna: quam mutabilem atque ineffabilem esse volentes prisci homines significare, in pila sedentem depingunt. An hæc omnibus ita esse non videtur? Ita quæcũque fato aut fortuna fiunt, omnia diuinitùs, fieri arbitrantur: quæcunque autẽ nos agimus, nostræ voluntati attribuunt.[3] Quare vides, non attestari tibi vulgarem hominum opinionem, sed potius repugnare. 3 Paulò post deinde ait: Sed in primo quidem libro huiusmodi demonstrationibus vtitur Chrysippus, in secundo verò repugnantia opinioni suæ soluere conatur, quæ nos incipientes cõscripsimus, vtputà studia hominum retunduntur, nec laus aut vituperatio mouere hominem poterit. Quare in secundo libro ait, manifestũ esse multa fieri à nobis: quæ tamen ad gubernationem totius referãtur, ea fatata esse. Vtitur autem huiusmodi exemplis: Non, inquit, simpliciter fatatum fuit, vestem te non posse amittere, D sed si eam diligenter custodieris: ab hostibus quoque non capite, fatatum est, si hostes caueris: liberos quoque habere fatatum, si vxorem volueris cognoscere. Nam vt si quis diceret Milonem, inquit, pugilem intactum fataliter certamine abiturum, nõ rectè arbitrareris, si luctaturum eum putares, sic & in aliis res se habet. Multa enim sunt quæ fieri nõ possunt, nisi nos quoque studium conferamus. Ita enim fatata sunt, si nos voluerimus. Miranda profectò est huius sermonis inconstantia. Nam quemadmodum dulce amaro, & nigrũ albo, & calidum frigido, contrarium est: sic & fatum libertati nostræ contrarium. Nã quæ fatata sunt, siue nolis, siue velis, omnino fiunt. Quæ verò in nostra potestate sunt, ea sicut volumus diligentia nostra disponuntur. Si ergo diligenti obseruatione in ea factum est, ne vestem amiserim: & liberi nati, quia vxorem cognoscere volui: nec captus ab hostibus, quia fugi: & intactus à gymnasio recessi, quia certare nolui: quomodo fatata hæc erant? Nam si fatata erant, nihil voluntas mea contulit: & si contulit, non fatata. Non possunt E enim hæc simul conuenire. Fatata, inquit, hæc sunt: nam voluntas nostra fatis continetur. Quomodo, inquam, fatata sunt, si meæ potestatis est pugnare, & non pugnare? Sed non contineri fatis voluntatem nostram, verbis quoque suis aperitur. Habebis enim filios inquit, si vxorem cognoscere volueris: si noluero igitur, non habebo. Hæc ita dicere in rebus fatatis non possumus. Non enim morituros omnes homines, aut non morituros, si hoc vel illud fecerint, sed simpliciter morituros dicimus: susceptibilésque doloris esse simpliciter dicimus, siue velint, siue non. Quare patet, quãdo aliquid fit, quia nos operã dederimus à nulla causa cõtineri, sed nostræ id esse potestatis: quod si ita est, nulla serie causarũ à seculo continebatur, nisi forsan ipsum quoque velle ac nolle fatatum in nobis sit, vt necesse sit velle aut nolle vxorem cognoscere. Nulla igitur in nobis potestas esset, nisi diligentia mea vestis saluaretur: & si amitteretur, omnis ego culpæ profectò expers: quemadmodum

nulla dignus laude, si saluaretur. Hæc Diogenianus. Nunc Aphrodisæum audiamus Alexandrum, præclarum in philosophia virum, qui in libro, quem de Fato ad Antonium edidit, his verbis Chrysippi dogma refutat: Omnium quæ fiunt, inquit, quatuor sunt causæ, vt diuinus Aristoteles demonstrauit. Causarum enim quædam efficientes, quædam ad materiam reducuntur, quædam ad formam, quædam finales sunt. Finalem autem causam dicimus, cuius gratia aliquid fit: quamuis enim non omnia quæ fiunt, quatuor his causis egeant, nulla tamen res quaternarium causarum numerum excedit: verùm vt res apertior fiat, in re aliqua ista consideremus. Statuæ igitur causa efficiens artifex est, quem statuariũ appellamus. Æs verò aut lapis, vt materia. Species verò aut forma, quæ huic subiecto ab artifice imponitur, etiam causa est. Nec istæ tres solummodò causæ sunt, verumetiam non minus finis, cuius gratia facta statua est, vt verbi gratia ad quendã hominem honorandũ. Nam absque aliqua huiusmodi causa non esset facta profectò statua. Cùm igitur istæ causæ rerum sint, ac inter se manifestissimè differant (quamuis in nonnullis concidere videantur) fatum ad efficientem causam, non iniuria reducimus. Nam ad ea quæ fato fiunt, ita se habent sicut ars ad statuam. Quare si apertè videre volumus, vtrum cuncta, an quædam fatata sint, efficiens nobis causa diligentiùs est consideranda. Omnium igitur quæ fiunt, quædam alicuius gratia fiunt, cùm efficiens ad finem aliquem tendens ea faciat: quædam nullius, vt barbæ tactus: manus nonnunquam extensio, & similia: quę quoniam sine aliqua intentione temerè fiunt, omnino relinquenda sunt. Quæ autem alicuius gratia fiunt, alia natura, alia ratione fiunt. Nam & natura certo quodam ordine ad finem peruenit, nisi impedita fuerit. Cùm autem finem consecuta sit, cessat motus: ratio etiam nihil frustrà facit, sed ad determinatum semper mouetur finem. Ratione autem fieri dicimus, quando qui facit cogitatione quæ facturus est prosequitur, eáque quæ sunt, quæ artificio, & quæ voluntate fiunt. Inter hæc & ea quæ natura producuntur id interest, quòd naturalia in seipsis principium atque causas generationis habent, & fiunt quidem ordine, sed natura faciens nulla vtitur ratiocinatione. Quæ verò arte ac voluntate fiunt, foris habent motus principium, & facientem causam, nam ipsis productioníque suæ facientis præest cogitatio. Fortunam autem & casum ad ea reducimus, quæ alicuius gratia fiunt. Differunt autem ab his quæ præcedenter alicuius gratia sunt, quoniam in illis quæ finem antecedunt, ipsius finis gratia fiunt. In casu autem atque fortuna, quæ ante finem sunt, alterius gratia fiunt. Accidit autem eis cùm alterius gratia fiunt quasi finis, quod à casu & fortuna factum est. Hæc cùm ita se habeant, considerandum est, ad quásnam efficientes causas connumerare fatũ debemus, an ad eas reducendum est, quæ nullius gratia: sed fatum ad finem aliquem tẽdere omnes dicimus, quamobrem in his quæ alicuius gratia fiunt, collocãdum est. Hæc cùm primùm ita partitus sit Alexander, multis deinde argumentis ostendit, nihil aliud esse fatum, aut fatatum quàm quòd natura fit. Nullo enim modo, inquit, ad rationem & voluntatem nostram reduci fata possunt. Præter naturam etiam fieri nonnulla ostendit, cùm interdum accidat impedimento quodam naturam detineri. Si ergo præter naturam quædã fiunt, profectò si natura fieri est fato fieri, fient etiam præter fatum. Videmus, enim, inquit, corpora humana ægrotationibus aliis aliud secundum particularem eorum naturam esse subiecta: nec sumus nescij huiusmodi naturam corporum dispositionem diligenti norma viuendi, & medicorum arte, & deorum cõsilio in melius verti, quod similiter animo quoque accidit. Nam præter naturalem inclinationem eius, quam complexio corporis habet, exercitio atque doctrina melior sæpè fit. Vnde cùm physiognomon Zopyrus turpia quædam de Socrate, & à virtute ipsius aliena dixisset, ac à multis idcircò derideretur, Non errat Socrates, respondit Zopyrus, huiusmodi enim natura essem, nisi naturam philosophia superassem. Huiusmodi ergo, ait, esse, quibus natura præest, quæ naturalia nihil à fatis differre ostendit. A fortuna verò ea fieri ait, quæ nullo modo intenduntur, quando alterius gratia quædam fiunt: & aliud accidit quod ab initio nec sperabatur quidem: vt si quis fodiens, thesaurum inuenerit, cùm huius gratia non foderet: & equus casu saluus, quando non huius gratia, sed alimenti cupiditate hostes fugiens, domum redierit, quæ omnia fato non fiunt. Sunt autem, inquit, causæ quædam hominibus penitus ignotæ. Nonnulla enim suspensa morbos aliquos curare dicuntur, in quibus nullam certam habemus causam. Incantationes etiam maleficęque artes, quam causam habeant, incertum est. Sed præter hęc sunt quædam, quæ ad vtrumlibet contingẽtia dicuntur, quæ fato fieri omnino negamus: vt, mouere pedem, leuare supercilia, tacere, loqui, cæteráque huiusmodi innumerabilia, quæ

Alexãdri Aphrodisæi de fato sententia.

Zopyri de Socrate iudicium.

Fortuna quæ sint.

Causæ hominibus ignotæ.

Contingẽtia.

A quæ fatis fieri nullo modo dici poſſunt. Non enim quod fatatum eſt, contrarium ſuſcipit.
Præterea conſilium hominis fruſtrà non eſt: eſſet autem fruſtrà, ſi homo neceſſariò ageret
quæ agit. Apertè autem id præter animalia cætera homo poſſidet, vt nō ſimiliter illis phā-
taſiam ſequatur, ſed rationem habeat qua faciunda iudicet: cuius quidem vſu ea quæ in
phantaſiam inciderunt, examinans, ſiquidem examinando probat, concedit phantaſiæ, &
ad agendum mouetur. Sin verò improbat, eiicit, expellítque ipſa rationi obtemperans: vn-
de ſolummodò de his quæ agere poſſumus, deliberare ſolemus. Etſi aliquando nimia cu-
piditate, non maturo quicquam conſilio egerimus, temeritatis atque ſpreti conſilij crimi-
ne poſtea nos ipſos accuſamus, omnes temerè aliquid agentes vituperamus, hortamúrque
conſilio vti, quaſi agendi poteſtas in nobis ſit. Quòd autem opinio quæ de fato habetur
falſa penitus eſt, inde patet, quia etiam eius opinionis auctores & docent, & hortantur, &
B diſcunt, & conſulunt. Increpant etiam, caſtigántque ſuos, quaſi propria voluntate peccan-
tes. Plurima quoque conſcribunt, quibus ad rectos iuuenes adhortantur mores: veniáque
dignum putant, ſi quis inuitus peccat: ſponte autem delinquentes, puniendos non negant.
Quare vel ſecundum ipſos hæc neceſſitas fati nulla penitus eſt, libertas igitur noſtra natu-
ra ineſt omnibus. Plura tamen non eſſe noſtræ poteſtatis concedimus, vt omnia, quæ na-
tura vel fortuna fiunt, nullus fatis ſubiecta dicere audebit. His ita nobis cōpendioſè à ſum-
mis philoſophorum ſumptis, quæ diuinis noſtríſque ſcripturis aſtipulantur, opinionē ve-
rò de fato ſimpliciter redarguunt, non eſt alienum aduerſus etiam malignam Chaldæorū
aſtrologiam, quam veluti diſciplinam aliquam profitentur, nonnihil afferre.

Scholia in Cap. VII.

C *CVm Stoicorum de fato dogma, Euſebius ſuſcepiſſet confutādum initio Diogeniani aduerſus Chry-
ſippum diſputantis, argumenta adducit. Is enim diſertè affirmat Homeri dictis perperam vſum
Chryſippum ad fatalem neceßitatem aſtruendam, cùm is non omnia, ſed quædam fato fieri dicat: ver-
bi gratia, vt quis præſtituto tempore moriatur: alibi autem homines accuſet tanquam auctores ſuorum
malorum. Quantum etiam tribuendum ſit Poëtarum teſtimoniis, in diſputationibus philoſophicis in-
dicat, & argumenta Chryſippi à notatione ducta, vnà cum eius paradoxis & abſurdis diluit, negans
laudem virtuti & vituperium vitijs competere, ſi homines neceſſariò omnia agant. Poſtea ſubiungit
admodum eruditam Alexandri Aphrodiſæi diſputationem de cauſis, & ijs quæ vel nullius gratia
fiunt, vel gratia alicuius finis fiunt, ſiue natura, ſiue ratione, artificio, & voluntate vtitur. Ad ea au-
tem quæ natura fiunt, fatum & quæ in fatis ſunt refert, vt intelligamus, non modò præter naturā mul-
ta fieri, ſed etiam præter fatum, quo conceſſo ſequitur, Non omnia fieri neceſſariò ſic vt aliter fieri ne-
D queant. Adiecit etiam exempla omnium iſtorum Euſebius, & vtilem doctrinam de ijs quæ natura,
voluntate & caſu fiunt.*

1 *Et quòd neque ab Homero de Fato dicta intellexit. Operæprecium autem his omnibus addere, &
quæ Chryſippo Stoico videntur de hac materia.*

2 *Aliàs ſic: Et Poetæ quidem, vt qui non veritatem nobis rerum naturalium pollicetur, ſed qui mi-
ſcet affectus, & motus, & opiniones omnium hominum, conuenit aliquando contraria dicere.*

3 *Cuius mutabilitatem & inconſtantiam, & quòd nunc ſic, nunc ſic ſe habeat, demonſtrare volen-
tes per idolum repræſentantes eiuſmodi rerum humanarum accidens, in ſphæra ſtantem Fortunam fe-
cerunt.*

Bardeſanes de eodem. *Cap. VIII.*

E DIcamus igitur non mea, ſed ea quæ de eo Bardeſanes vir genere quidem Syrus, doctri-
na verò omnium Chaldæorum excellentiſſimus in dialogo, quem ſciſcitantibus ami-
cis compoſuiſſe ait, hoc modo ſcribit: Natura homo naſcitur, inquit, alitur, creſcit, come-
dit, bibit, dormit, ſeneſcit, moritur: quæ omnia ſibi cum cæteris animalibus cōmunia ſunt.
Sed bruta quidem cùm animalia ſint coniunctione procreata, natura omnino feruntur.
Leo carneus eſt: ſaluti ſuæ propugnat, ſi quis iniuriam infert. Oues fœnum edunt,
carnes non tangunt, nec ab iniuria ſe defendunt. Scorpio terram comedit, & peſtifero
non iniuriantes ſtimulo petit. Formica natura duce hyemem ſuſpicatur, idcircò ſummis 1
laboribus futura ſibi alimenta in æſtate recondit. Apes mel operantur, & melle nutriun-
tur. Plura mirabilioráque poſſem narrare, ſed hæc ſufficere arbitror ad intelligendum na-
tura fieri expertia rationis animalia, & ſecundum eam iucundè viuere. Soli autem
homines cùm & natura ducantur, vt dictum eſt, mentem etiam & orationem quæ à

mente profertur, quasi præcipuum quoddam donum possident, quo non natura feruntur. Non enim vnus cibus omnibus est, sed alij sicut leones nutriuntur, alij sicut oues. Non est vnus vniuersis vestitus, non mos, non lex, non vnus viuendi modus, non simplex rerum cupiditas: singuli enim hominum propria voluntate vitam sibi eligunt: nec vicinos, nisi quantum volunt, imitātur. Libertas enim hominis seruituti subiecta non est. Nam etiam si sponte seruiat, libertatis suæ id quoque est, vt possit cùm velit seruire. Multi hominum, ac maximè Alaneorum gentis, quasi atroces bestiæ carnibus aluntur, panem non comedunt: non quia non habent, sed quia nolunt. Nonnulli carnes omnino fastidiūt, alij pisces solummodò edunt: nonnulli etiamsi fame morerentur, pisces non essent: alij aquam, alij vinum, alij ceruisiam bibūt. Adeò multiplex atque diuersa cibi & potus in hominibus est differentia, vt in oleribus quoque comedendis conuenire non videantur. Sunt etiam qui veluti scorpiones aut aspides non læsi iniuriantur: & qui non iniuriantur quidem, sed læsi propulsant iniuriam: nonnulli tanquam lupi rapiunt, & sicut catæ furantur: alij tanquam oues sic omnia ferunt, vt etiam iniuria vexari perpetiātur. Vnde alios iustos, alios iniustos appellamus. His rebus apertum est, non natura in omnibus hominem ferri: vna enim in omnibus natura est, hæc verò diuersa, sed in quibusdam natura, in quibusdam voluntate. Quare in his laudem vel vituperationem meretur, in illis autem iure inculpabilis est. Post pauca deinde subiicit diuersas hominibus leges scriptas, & non scriptas in diuersis regionibus latas esse: è quibus, inquit, narrabo quanto meliùs possum. Apud Seras lex est, nec occidere, nec fornicari, nec furari, nec adorare simulachra: vnde in illa regione nullum templum conspicitur, nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida: nec voluntatem alicuius illorum ardentissima stella Martis, in media cœli constituta, ad cædem hominis coëgit: nec Venus Marti coniuncta, vt alienam quispiam solicitaret vxorem, potuit efficere. Atqui singulis etiam apud eos diebus, in medium cœli Martem peruenire necesse est: & in tanta regione singulis horis nasci homines, non negandum. Apud Indos autem & Bactros multa milia hominum sunt, qui Brachmanes appellantur. Ii tam traditione patrum, quàm legibus, nec simulachra colunt, nec animatum aliquid comedunt: vinum aut ceruisiam nunquam bibunt: ab omni demum malignitate absunt, soli Deo attendentes. At cæteri omnes Indi in eadem ipsa regione adulteriis, cæde, temulentia, simulachrorum cultu inuoluuntur, inueniunturque ibi nonnulli, imò verò gens quædam Indorum est in eodem climate habitans, qui homines venantes atque sacrificantes deuorant: nec vlli planetarum, quos fœlices ac bonos appellant, à cæde ac sceleribus istis prohibent: nec maligni, Brachmanas pellere ad maleficiendum potuerunt. Apud Persas lex erat, filias, sorores, matres quoque ipsas in matrimonium ducere: nec in Perside solùm, verumetiam quicunque Persarum ad alia climata orbis è patria exiuerunt, nefanda hæc diligenter matrimonia celebrarunt, quos aliæ gentes hoc scelus abominatæ Magusseos appellant. Súntque vsque ad hodiernum diem in media Ægypto, Phrygia, Galatiáque plurimi Magussei successione patrum, eisdem sceleribus contaminati. Nec dicere possumus in terminis, & domo Saturni cum Saturno ipso in natiuitatibus omnium, Marte aspiciente Venerem fuisse. Apud Getulos lex est, à mulieribus agros coli, ædes ædificari, huiusmodíque cætera opera fieri, & ad hæc vt quibuscunque velint, conueniant, nec è maritis accusantur, nec adulteræ appellantur, cùm passim omnibus misceantur, ac præcipuè aduenis. Aspernantur quoque apud eos fœminæ vniuersos odores, nec tinctis vestibus induuntur, & nudis omnes pedibus degunt: cùm viri apud eos econtrà, & vestibus, & odoribus, & coloribus variis gaudeant, nec id mollitie faciunt. Fortes enim & bellicosissimi præter cæteras gentes sunt. nec omnes apud eos natæ fœminæ in Capricorno, aut Aquario malè affectam Venerem habuerunt. nec viri omnes in Ariete vnà cum Marte constituta Venere nati sunt, quòd fortes simul & delicatos efficere viros, Chaldæorum nugæ conclamant. Mulieres in Bactris præstanti ornatu atque vnguentis vtuntur, & ab ancillis & seruis multo magis quàm earum mariti cultæ, singulari quadam pompa equitantes exeunt, auro atque lapidibus phaleris equorum ornatis: nec castè viuunt, sed tam seruis quàm conseruis permiscentur: nec à viris accusantur, quippe cùm eorum dominari videantur. Nec Bactrianarum omnium natiuitas, Venerem cum Ioue ac Marte in medio cœli & terminis Veneris habuit. Apud Arabes adulteræ omnes interimuntur, & suspectæ solummodò puniuntur. In Parthia verò atque Armenia interdum à iudicibus, interdum occisi à cognatis homicidæ necantur. Qui autē vxorem,

Libertas hominis seruituti nō est subiecta.

Lex Serum.

Brachmanes.

Persarum ritus.

Getulorum mores.

Bactri.

Arabes. Parthi. Armeni.

C

D

E

A vxorem,aut filium,aut filiam,aut cælibem fratrem,aut innuptam sororē interfecerit, nec accusatur quidem:lege námque ita sancitū est,cùm apud Græcos & Romanos videamus maiori supplicio parricidā expiari[2].In Atriis qui aliquid vel minimum furatus est lapidibus obruitur.In Bactris qui pauca furatur,sputis dedecoratur. Romanorū legibus vulneribus cæditur.Ab Euphrate fluuio vsque ad orientalem Oceanum,cui cædes vel furtum obiicitur,non magno mœrore torquetur.Qui verò pudorem masculi eripuit,si res in lucē venerit,magnitudine ignominiæ seipsum interficere cogitur.Græcorum etiam sapientes speciosos sequi pueros non verentur.In eadem orientis plaga parentes atque cognati si cognouerit filios,aut agnatos turpitudini se subiecisse, & interficiunt, & sepulturæ tradere non dignantur. Apud Gallos autem pueri publicè nubunt, nullóque dedecore propter legem notantur. Nec est profectò possibile omnes, qui apud Gallos produnt florem B ætatis, Venerem & Mercurium in domo Saturni & Martis termino occidentes habere. Multi apud Britannos vnam vxorem habent:apud Parthos contrà multæ fœminæ vnum maritum ,castéque omnes viuunt, legibus obtemperantes . Amazones viros non habent,sed tempore veris fines suos egredientes cum vicinis conueniunt. Vnde omnes naturali lege eodem tempore pariunt,masculísque interfectis , solas fœminas alunt : bellicosæque omnes similiter sunt,magnam exercitationis bellicæ curam gerentes . Mercurius in domo sua cū Venere à Chaldæis efficere dicitur homines numularios,& qui fingere atque pingere sciunt . In domo verò Veneris vnguentarios , vocem exercentes, histriones,actorésque fabularum.At apud Saracenos & Mauros,in superiore quoque Lybia,& exteriore Germania,& apud Sarmatas,& Scythas cæterásque gētes,quæ septētrionales Ponti partes habitant,in Alania quoque atque Albania,Othene, Saunia atque Aurea, C nullus numularius,nullus pictor , non architectus , non geometra , nemo exercens vocem,nemo fabularum actor inuenitur:sed inanis omnino in tot tantísque orbis terrarum partibus Mercurij atque Veneris huiusmodi coniunctio inuenitur.Omnes Medi canes non parua alunt cura,quibus morientes homines adhuc spirantes proiiciūt, neque omnes in natiuitate diurna Lunam cum Marte sub terra in Cancro habuerunt. Indi mortuos cremant, quibuscum spontè vxores concremantur, nec omnes quæ spontè rogum mariti ascendunt,mulieres in natiuitate nocturna,Solem cum Marte in termino Martis in Leone habuerunt. Plurimi Germanorum laqueo gulam frangunt,nec est possibile omnes,qui ita se suspenderunt,interceptam è Saturno atque Marte Lunam habuisse.Quid plura ? singulis horis apud omnes gentes homines nascuntur . Vbique autem leges atque mores propter liberam hominis potestatem præualere videmus, nec natiuitas aliqua D nolentes Seras ad homicidium compellit , aut Brachmanas ad esum carnium , nec Persæ à sceleratis nuptiis remouentur,nec Indi à rogo , nec Medi à canibus , nec Parthi ne multas ducant vxores,nec à castitate Mesopotamienses fœminæ:nec Græcia gymnasiis,vbi nudis corporibus exercentur: nec Romani ab imperando, nec Galli muliebria patiantur:nec gentes omnes,quas Barbaras appellamus, musarum cognitionem approbandam ducunt . Singulę námque gentes, vt volunt , & quando volunt libertate sua vtuntur,legibus motibúsque obedientes. Naturam quoque ipsam , quæ corpus homini tribuit sequentes,interdum spontè, sæpiùs etiam coacti : súntque vbique diuites atque pauperes,principes & subditi,sani & ægroti:nemóque ipsorum necessaria natiuitatis sorte hæc consecutus est.Hæc,ô Bardesane,quamuis satis nos mouent,astrologi tamen terrarum orbem in septem climata partiuntur: & alius in alio climate planetarum dominari E dicitur?diuersásque leges hominum à principibus positas,quos non aliena à legibus quas tulerunt,loca stellarum habuisse , non est impossibile. Non est ô Philippe vera,inquam, hæc ratio .Nam & si terrarum orbis septem partibus diuidatur , in singulis tamen partibus multa,nec septem solummodò septem planetarum instar, nec duodecim ad duodecimum numerum signorum,nec facierum numero triginta & sex, sed innumerabiles legum differentias inueniemus. Repetere igitur debetis vobiscum crebrò, quæ dixi.In vno enim Indorum climate atque regione sunt,qui à carnibus omnino abstinent, & qui vel humanas carnes deuorant. Et Magussei non in Perside solùm, sed vbicunque habitant, qui filiabus matrimonij iure connectuntur,multæque Barbaræ gentes, aliæ meridiem, aliæ occasum, aliæ ortum, aliæ septentrionales partes, diuersas & regiones & climata habitantes,nulla mercuriali scientia participant . Quot sapientes putatis malas leges sanxisse?quot leges necessitate solutas?quot victores leges victis dedisse?nec tamen stellarum

Amazones. *Germani.* *Medi.* *Septē orbis climata.*

aliqua proprium clima mutauit. Nostra memoria in Arabia Romani vincentes irruerunt: & Barbarorum expulsis legibus, suas seruari iusserunt. Sed exponam vobis, quod omnes facilè ad hanc veritatem adducere potest. Omnes Iudæi Mosaica lege in octaua die pueros circumcidunt, nec alicuius stellæ vi coguntur, nec regionis tempore impelluntur, nec alienis moribus, vt aliter faciant, inducuntur. Nam siue apud Syros, siue apud Galatas, siue in Italia, siue in Græcia, siue in Parthia, vbicunque sint, legem suam seruant, quod necessitate natiuitatis fieri nullo pacto potest. Non enim possibile est, eandem habere natiuitatem omnes Iudæos. Præterea vna semper septem dierum vbicunque fuerint ab omni opere cessant, nec iter agunt, nec igne vtuntur: nec genethliaca quædam ratio coërcet Iudæum ædificare vel diruere domum, vendere aut emere illo die: atqui multi eorum eo die nascuntur, multi ægrotant aut sanantur, multi denique eo die moriuntur? Hæc enim liberi arbitrij non sunt. In Syria & Osroëne, sicut etiam Gallia, & Phrygia matri deorum multi abscindebantur: deinde rex Abagarus omnium quoque manus, qui id agebant, abscindi iussit, nec quisquam postea in Osroëne virilia sibi amputauit. Quid autem dicemus de Christianorum secta, qui in omni parte orbis, imo verò in omni ciuitate inueniuntur? nec multas Parthi Christiani ducunt vxores, nec canibus mortuos obiiciunt Medi, nec Persæ filias ducunt, nec Bactriani & Galli matrimonia corrumpunt, nec Ægyptij Apin, aut canem, aut hircum, aut felem colunt, sed vbicunque sunt, alienis legibus & moribus viuere, nec cogi possunt, nec genethliaca ratione, aut sua, aut principis alicuius impelluntur vnquam, vt quæ nefanda magister eorum duxit, facienda putent, sed paupertatem, labores, ignominiam, cruciatus intolerabiles sufferunt. Nam quemadmodum libertas nostra cogi non potest, sic corpus nostrum non facilè potest pericula effugere. Et certè si omnia potestatis essent nostræ, nos essemus vniuersa: sin verò nihil possemus, aliorum essemus organa, nihil nostra voluntate producentes. Deo autem volente, nihil impediri potest, illius enim potestati cuncta subiiciuntur, qui vnicuique naturæ præcipuum aliquid largitus est. Homini autem illud dedit eximium, vt libertate voluntatis atque iudicij vteretur. Hæc Syrus ille.

Scholia in Caput VIII.

Ardesanis Syri egregij philosophi, assertio τοῦ αὐτεξουσίου, in hoc capite ab Eusebio proposita est, in quo fatum optimè refellit, hominísque liberam in agendo voluntatem confirmat, quod vt probet longo & iucundo sermone varias leges, ritus & mores multarum gentium describit, & ex eorum diuersitate & varietate colligit, non pendêre à fato & motu astrorum vitam, occupationes, interitum hominis, sed vnicuique diuinitus esse concessum vt libertate voluntatis & iudicij vti queat. Non libet fusiùs ista persequi, cùm & res non sunt obscuræ, & nos summam tantùm istarum disputationum complecti non omnia ad viuum resecare voluerimus.

1 Petit] *Et eadem malicia omnium scorpionum est.*

Nutriuntur] *Et eadem agricultura omnibus apibus est.*

Secundum eam] *Ex necessitate iucundè fertur.*

Profertur] *Secundum communitatem naturam sequuntur, sed secundum prærogatiuam, non secundum naturam agunt.*

2 *Legitur aliâs sic. In Atris, qui vel obolo dignum aliquid furatur, lapidibus obruitur. Apud Romanos fustibus castigatur.*

De eodem per auctoritatem scripturæ ab Origene. Caput IX.

Verùm quoniam ab exterioribus multa iam ad hanc rem collegimus, non erit abre nonnihil à sacris afferre literis, vt vndique falsitate obruta, veritas faciliùs emergat: sed quoniam nudas intelligere sacras voces perfectorum est, ab excellenti earum interprete expositionem petamus. Audisti quippe quantus fuit ille Origenes, quem non negauerim, laboribus suis persuasus, ineffabili æternæ gloriæ vti gaudio, quem exteriores etiam propter mirabilem in omni genere rerum doctrinam, minimè ignorant. Audi ergo quid de proposita quæstione sentit, & quomodo totam hanc rem in commentariis super Genesim complexus est: Valde necessarium est, inquit, diligentiùs exponere in signa facta esse luminaria, Solem scilicet atque Lunam, & reliquas stellas. Non enim solùm gentiles stellarum coniunctione atque aspectu, quæ in terris fiunt, necessariò accidere credunt, quam vim fatum appellant: verumetiã multi ex fidelibus conturbantur, impossibile

A possibile aliter fieri credentes, quàm stellarum cursus effecerit. Vnde sequitur, nullam in nobis esse libertatem, nullam operationem nostram laudari aut vituperari iure posse, ita prædictum à scripturis Dei iudicium, quo alij ad æterna supplicia, alij ad æternam beatitudinem destinantur, falsò fore prædicaretur. Quid plura? ipsa quoque fides, & Saluatoris nostri aduentus, & omnis prophetarum labor, ac Apostolorum in constituendis ecclesiis prædicatio, inania erunt, nisi fortè Christum quoque quis audeat dicere cœlestiũ corporum vi coactum fecisse quæ fecit, passúmque fuisse quæ passus est, nec suæ deitatis, sed stellarum cuncta virtute euenisse. His impiis verbis etiam illud conficitur, vt fideles fato ducti, in Christum credant: quos libenter interrogabimus, quamobrem Deus huiusmodi mundum produxit. An vt in eo alij absque vlla culpa muliebria paterentur, alij immanes bestias crudelitate vincerent, homicidio & rapina gaudentes? Quid oportet hæc innume-
B rabilia dicere? in quibus non hominibus, sed Deo culpam attribuunt, quem nullo modo iustum esse ostendere poterunt? Quomodo enim qui tot tantáque mala produxit iustus esse dicetur? Præterea interrogandi sunt, vtrum etiam ipsi, qui hæc dicunt, stellis subiecti sunt, an soli miseriam effugerunt. Si primum manifestum est, quia à stellis etiam hanc opinionem consecuti sunt: quæ si vera est, cur omnibus insita similiter non est? Sin alterum, cur nõ omnes simpliciter ab huiusmodi necessitate liberamur? Ad hæc si fato res humanæ aguntur, cur orant? cur vouẽt? cur temerè aliquid à Deo petunt? quid plura? abundè nãque his paucis patet, temerè susceptam à multis opinionẽ de fato. Quare autem cùm illud considerемus, sint in signa luminaria, in hunc sermonem incidimus, nunc explicemus. Qui veram alicuius scientiam ab aliis acceperunt, aut ab his qui interfuerunt passíque sunt, aut ab his qui viderunt, aut ab his qui nullo modo interfuerunt, sed auditu didicerunt, docen-
C tur. Si ergo ab alio quis audit factum esse, aut facturum aliquid, cuius tamen ille nec fuit nec erit causa. Si hic idcircò quoniam ab illo didicerit, causam ipsius fuisse illum, vel futurum esse arbitratur, non parum profectò errat: veluti si quis prophetæ librum euoluat, in quo de proditione Iudæ scribitur: & cùm iam paratam rem videat, quoniam à libro futurum id didicit, librum causam putet: aut si non librum, ipsum auctorem libri: vel hunc quidem minimè, sed Deum qui inspirauit. Nam quemadmodum prophetiæ de Iuda diligentiùs verba examinata, non fuisse Deum causam proditionis ostendunt, sed solùm significasse quod prouiderat ex malignitate illius futurũ: sic si quis altiùs voluerit præscientiæ Dei vniuersaliter rationem scrutari, & quod in quibusdam futura non impressit, nec eum qui præsciuit omnium quæ præsciuit, nec eas res quibus præscita impressa sunt, causam esse profectò intelliget. Deum igitur omnia futura præscire, quanquam etiam per
D communem de Deo conceptum clarissimum sit, tamen & à scriptura nonnihil afferamus. Susannam ergo audiamus dicentem: *Deus æterne qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quod falsum testimonium tulerunt aduersum me.* Dilucidè autem in tertio Regum non solùm res gestæ, sed ipsum quoque nomen regis complures annos propheticè sic conscribuntur: *Et constituit Hieroboam diem solennem in mense octauo, quintodecimo die mensis, in similitudinem solennitatis, quæ celebrabatur in terra Iudæ, & ascendit in altare quod erat in Bethel, vt immolaret vitulos quos fabricatus fuerat.* Et post pauca: *Et ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Bethel, Hieroboam stante super altare, & thus iaciente, & exclamauit contra altare in sermone Domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit in te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt: & ossa hominum incendet super te, dedítque in die illa signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus*
E *est Dominus. Ecce altare scindetur, & effundetur pinguedo quæ in eo est.* Deinde significatur repentè altare scissum, ac effusam pinguedinem fuisse secundum signum, quod homo Dei dederat in verbo Domini. Apud Esaiam autem, qui multo ante captiuitatis tempora fuerat, nominatim de Cyro mentio fit, qui captiuitati finem attulit. *Hæc dicit autem Dominus, Deus, Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, & vires regum fundam: aperiam ante eum ianuas, & vrbes non claudentur. Ego anteibo & montes humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos, vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Israel, propter seruũ meum Iacob, & Israel electum meum.* Quibus dilucidè significatur, propter beneficia, quæ populo contulit, multarum sibi gentium regna diuinitus fuisse concessa. Apud Danielem quoque Nabuchodonosor per imaginem, futura regna conspexit. Aurum namque Assyriorum, argentum Persarum, æs Macedonum, ferrum Romanorum imperium prætendebat. In eodem propheta de Dario

Explicatiõ verborum Mose: sint luminaria in signa.

Dan. 13.

1. Reg. 13.

Esaiæ 45. De Cyro Persarum Rege.

Dan. 2.

ac Alexandro,& de quatuor Alexandri successoribns, de Ptolemæo quoque rege Aegypti,qui cognominatus est Lagus,his verbis scribitur:

Daniel.8.

Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terræ,& habebat cornu inter oculos suos, & venit vsque ad arietem illum cornutum,quem videram stantem coram Vbal, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Dúmque appropinquasset propè arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem, & contriuit duo cornua eius:nec poterat aries resistere ei.Cúmque misisset eum in terram, conculcauit: & nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis, cúmque creuisset,factum est cornu eius, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cœli.De vno autem ex his egressum est cornu vnum,& factum est magnum contra meridiem. De Christo verò etiam minutissima prædicta fuisse non ignoramus,locum vbi natus,vbi educatus est,recessum in Aegyptum,miracula etiam quæ fecit,& quomodo Iudas eum tradidit. Hæc enim omnia argumento sunt, Deum ab æterno cuncta præscire. Ipse quoque Saluator euersionem Hierosolymorum prædixit.Quorsum hæc?vt faciliùs enodare possimus, quomodo stellæ in signa factæ sunt.Sic igitur sitas esse in cœlo stellas non ignoramus,vt & contrario motu, qui vniuersum,& aliâs tardiùs, aliâs velociùs ferantur, vt modò per varios earum aspectus atque coniunctiones tam vniuersa quàm singula,non quidem homines(excedit enim omnino exquisitissima motus stellarum ratio mentem hominum)sed virtutes, quibus vt postea ostendemus,hæc scire necesse est,percipiant.

Hominis mens syderibus non subiicitur.

Dum autem homines aut quibusdam obseruationibus,aut aliquorum spirituum doctrina,qui ordinem suum transgressi, multa hominibus suggesserunt,nonnulla stellarum motu confusiùs præuiderint, putarunt ea à quibus capiuntur,causas earum esse rerum, quas non efficiunt, sed significant, de quibus omnibus breuiter ac exquisitè secundum vires nostras dicemus. Proponantur igitur hæc ordine consideranda, quo pacto cùm à seculo futura Deus omnia præsciat, libero nos arbitrio fruamur:& quomodo stellæ non sunt humanarum rerum causa, sed solummodò signa:& quòd homines exactam de his cognitionem habere nequeant,sed virtutibus, quæ superiores homine sunt,hæc signa diuinitus depicta sunt.Postremò, quænam causa fuerit, vt Deus signa futurorum ad cognitionem virtutum expresserit.

ἀπορία

Primùm igitur aggrediamur,quod gentilium sapiētes in magnos intrusit errores.Cùm enim præscire Deum vniuersa minimè negarent, necessariò nos agere quicquid agimus crediderunt. Nam si ab æterno, inquiunt,iniustum aliquem futurum Deus præuidit, nec sciētia diuina falli potest, erit omnino ille iniustus: nec possibile est iniustum eum non fore, cùm non possit aliter agere quàm Deus præscit,ex quo ad sequentia etiam nonnulli descendentes, frustra culpari iniustos contendunt.Similitérque de cæteris delictis & de virtutibus opinantur. Vnde sequitur,liberam non esse hominis voluntatem,si Deus futura præsciat.

λύσις. *Non quia Deus omnia futura prævidet omniū causa est.*

Aduersus quos dicendum,quòd omnia Deus ab æterno videat,antecedentia,sequentia,causas rerum atque effectus,nec tamen omnium est ipse causa.Nam quemadmodum si quis temeritatem hominis alicuius perspexerit, & quia ignorantem eum cognouerit, propter temeritatem eius non dubitet periculosa eum ac lubrica aggressurum itinera, in quibus lapsus miserè iacebit,non efficit hunc ipse temerarium illi homini lapsum: sic Deus cùm vniuscuiusque voluntatem præuideat, hunc perperam,illum rectè acturum non ignorat. Non ergo præcognitio futurorum causa, nec enim vllo pacto ad peccandum Deus quenquam impellit,aut mouet,sed econtrà,dicam enim etiam si absurdum multis forsan videatur id quod futurum est causa est, vt Deus euenturum illud præuideat. non ergo ideo fit, quia præscitur:sed quia futurum erat præscitur. Distinctione autem hæc res indiget.

Præsciētia Dei necessitatem non imponit.

Nam si quis quando futurum aliquid dicimus, sic accipit quasi necesse sit omnino fore, minimè ei id dabimus.Non enim dicimus, quia proditor Iudas præsciebatur, necesse fuisse ipsum prodere:si sic enim esset,nō vituperaretur ab his,qui proditurum præuiderunt: vituperatur autem nimirum,quoniam potuisset etiam non prodere. Audi quid Propheta de ipso dicit:

Psal. 108.

Nec sit qui misereatur pupillis eius,pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam,& persecutus est hominem inopem,& mendicum,& compunctum corde mortificare, & dilexit maledictionem,& venit ei:& noluit benedictionem,& elōgabitur ab eo. Si quis autem ita futurum accipit,quasi euenturum sit,posset autem etiam aliter fieri,hoc ipsum est quod dicimus:præscientiam enim Dei veram non esse,impossibile simpliciter est. Quæ verò contingentia sunt,quæque accidere & non accidere possunt,ea vel ventura,vel non euentura Deus certè præuidit.Sed liquidiùs forsan hoc modo dicetur:Si continget Iudam prodere,præsciuit hoc Deus: si non continget, similiter Deus præsciuit. Cùm ergo duo hæc contingentia sunt

A sunt, quęque accidere & non accidere possunt, ea vel ventura, vel non euentura Deus certè præuidit. Sed liquidiùs forsan hoc modo dicetur: Si continget Iudam prodere, præsciuit hoc Deus: si non continget, similiter Deus præsciuit. Cùm ergo duo hæc contingentia sint, & potestas in Iuda sit, Deus præscientia sua præuidit, quòd à Iuda eligetur: nec præscientia Dei ex contingenti, necessaria fiet proditio. Si enim ponamus Deum secum loqui, possibile est Iudam proditorem fore, sed contrarium quoque possibile est. Quamuis ergo contingens vtrumque sit, ego tamen video proditurum. Non enim similiter istud accipiendum est, quemadmodum si diceres præuidere Deum hunc hominem nunquam volaturum: nulla enim volandi potētia inest homini, sed delinquendi & non delinquendi potentia inest. Cùm ergo vtrumque possibile sit, qui rationi non obtemperat, is peiora sequitur. Qui verò ratione cuncta idcirco inquirit, vt rationi pareat, is virtuti adhæret.

Præsciētia in cōtingentibus.

B Ille voluptate delinitus, nihil de honestate curat: hic communi conceptioni persuasus, rationem anteponit. Sic alter voluptati resistere nō potest, qui laborem sufferre nolit: alter spernit atque repellit voluptatem omnem, quia dedecus eius formidat. Quòd verò præscientia Dei nullam necessitatem nobis imponit, inde quoque affirmari potest, quia sæpius in scriptura, pœnitentiam per prophetas mandasse inuenitur, nec cognouisse simulauit: vtrum conuerterentur delinquentes an non, vt apud Hieremiam scribitur: Forsan audient, & agent pœnitentiam. Sed æqualiter vtrumque contingens à dictis esse ostendit, ne præscientia sua palàm facta audientes deiiciat, quasi necessariò aliquid eorum futurum sit: nec in delinquentibus conuerti & non conuerti potestas insit, & hæc res peccandi causa foret. Et econtrà, si conuersionem eorum omnino futuram prædixisset, huiuscemodi prædictio dissolutionis causa fuisset, faceretque ne viriliter in voluptate insurgerent, quasi

Epicherema aliud, ductū ab exhortationibus ad pœnitentiam.

C emendatio velint nolintve futura sit. Sic enim prædicto impedimento futuri boni esse videtur. Cùm igitur perutiliter Deus mundum gubernet, meritò futura cælauit, quorum cognitio minimè hominibus conducit. Si enim malos futuros se præuiderent, desperatione sui bonos dissolutione ac eneruatione distraherent. Cuius rei gratia dictum est in Exodo arbitror: Quis fecit surdastrum & surdum, & videntem ac cæcum, ánnon ego Dominus Deus? Eundem enim cæcum atque videntem fecit, alterum ad præsentia, alterum ad futura. De surdastro verò ac surdo dicere, alienum ab hoc proposito est. Non autem ambigimus, ea quæ in nobis non sunt, causam esse interdum eorum quæ in nobis sunt. Facimus enim aliqua plerunque libenter, aut non facimus, quia nonnulla quæ voluntatis humanæ non sunt, præcesserunt. Si verò quispiam absolutam esse nostram voluntatem putat, vt nulla re præcedente, voluntas nostra hoc aut illud amplectatur, is mundi se par-

Exod.3.

D ticulam esse continerique ab vniuerso oblitus est, Sed de præscientia diuina, quòd nullam necessitatem agendi hominibus afferat, breuiter ita dictum sit. Nunc ostendamus nihil humanarum rerum à stellis effici, sed tantummodò significari. Primùm igitur illud patet, si quid à stellarum sextili ponamus aspectu, qui hodie fiat, efficeretur, nullo posse illud pacto præteritum esse, prius enim efficiens effectum est. Non ignoramus autem, eos qui hanc scientiam profitentur, multa præterita hodierna stellarum positione prædicere. Nam cùm positionem Zodiaci diligenter in duodenas sedes diuiserint, gradúsque ac minuta singulis conuenientia domibus perspexerint, ac erraticas stellas cæteráque vt solent aptè collocauerint, & ortus atque occasus, aspectus & coniunctiones considerauerint, non solùm futura, verumetiam ea quæ natiuitatem hominis & conceptionem præcesserunt, dicere conantur. Patris enim fortunas & corporis eius prosperas, aut econtrà dispositiones similiter matris, atque fratrum ab hodierna positione percipi posse putant. Verùm de gradibus do-

E morum aliisque huiusmodi posteà dicemus. Nunc quasi exquisitissimè omnia possint inuenire interrogentur, si res humanas necessitate agi stellarum putatis, quomodo talis hodiernus aspectus, ea quæ præcesserunt potuit efficere? Quòd si hoc impossibile simpliciter est, inuenitur autem vera dixisse astrologus de præteritis, patet non à stellis illud effectum fuisse. Si quis igitur nonnihil veri eam rem putat continere, certè necesse est, vt concedat non fecisse id stellas, sed solummodò significasse. Quòd si quispiam obiiciet, præterita quidem significari, futura verò à stellis effici, differentiā ostendat, causam discriminis afferat. Quare quæ ad patrem, matrem, fratrésque pertinent, præteritáque sunt, hæc positio significauit, futura verò quasi efficiens causa producit. Sed nullam huius rei causam afferre vnquam verisimilem poterunt. Quare nisi pertinaces sint, nihil humanarum rerum à stellis effici, sed forsan significari concedent, tanquam si non à stellis tàm præterita

quàm futura, ſed ab ipſo Deo per propheticam orationem quandam quiſpiam perciperet. Nam quemadmodum poteſtas humana, vt diximus, minimè tollitur, quamuis Deus quæcunque facturi ſumus præuideat: ſic etiam ſigna, quæ ad ſignificandum diuinitùs ordinata ſunt, libertati noſtræ nequaquam officiunt: ſed eſt vniuerſum cœlum quaſi liber quidam apertus, omnia futura in ſe conſcripta continens. Idcirco in oratione Ioſeph, quod à Iacob dicitur, ſic intelligi poteſt: Legi enim, inquit, in tabulis cœli quæcunque contingent vobis & filiis veſtris. Forſan autem etiam illud: complicabuntur cœli vt liber, ſignificatiuas futurorum rationes conſummatas, & vt ita dixerim, adimpletas fore oſtendit: ſicut prophetias etiam adimpletas dicimus, cùm iam euenerint. Hoc modo in ſigna ſecundum ſcripturæ vocem ſtellas factas arbitramur. Hieremias autem vt homines ad ſeipſum conuertat, vtque formidinem quæ à ſignis impendet auferat, ac vt omnem forſan huiuſmodi opinionem ab hominum animo eiiciat, *A ſignis*, inquit, *cœli non timeatis*. Sed rurſus alia ratione non efficientes ſtellas eſſe oſtendamus. Concedentes igitur interim poſſe ab hominibus hanc ſcientiam comprehendi, quærimus quomodo à multis natiuitatibus eandem rem contineri contendunt? Nam ſi patibulo moriturum aliquem dixerint, non à natiuitate ſua id ſolummodò, verumetiam fratrum, filiorum, aliorúmque attinentium, imò verò etiam interfectorum poſſe intelligi credunt. Stultum mihi certè videtur, in vnaquaque tam multarum natiuitatum mortem vnius eſſe contentam. Neſcio autem quomodo reſpondere poterunt, ſi quis eos interroget, in vnáne vniuerſi poſitione, Iudæi omnes in lucem eduntur, vt neceſſe ſit in octauo die omnes circumcidi, & ſtatim in hanc vitam ingreſſi, malè vulneribus affecti, medico egeant? Iſmaëlitas autem qui in Arabia degunt, tredecennes cunctos circumcidi? Ita enim de ipſis traditum eſt. Quomodo enim hæc in quibuſdam gentibus ſtellæ perpetuò faciunt, in quibuſdam nunquam, & nulla profectò ratio veriſimilis, vt mihi quidem videtur, afferri poteſt. Verùm cùm multæ prouidendi viæ ab hominibus excogitatæ ſint, vt augurium, auſpicium, ſomniorum interpretatio, neſcio cur alias omnes vias ſignificare tantum, genethlialogiam verò efficere putarunt. Si enim futura cognoſci poſſunt, vt hoc ſibi gratis concedamus, fiunt autem inde vnde cognoſcuntur. Quare à ſtellis potiùs quàm ab extis, aut auibus, aut ſomniis aut fulguribus, & tonitruis producuntur? His ſatis demonſtratum eſſe puto, ſtellas non eſſe cauſas humanarum rerum. Impræſentiarũ perſcrutemur, an verum ſit exquiſitè loca ſtellarum & domorũ poſſe ab hominibus inueniri, quòd ſuperiùs (nihil enim oberat) dedimus. Aſſerũt enim Genethlialogici, Planetarum loca exactiſſimè inuenienda, vt & gradus & minuta, & minutorum minuta non ignorentur. Similiter non ſignum ſolummodò, verumetiam gradum, & gradus minuta primæ domus, quam aſcẽdentem appellant, rectè teneri oportere. Quomodo igitur cùm vna hora largo modo mediam ſigni occupet partem, aſcendentis minutum inuenies, cùm tam minutam diuiſionem temporibus habere nequeas? Opus enim eſſet ſcire quota hora & minutis, minutorúmque minutis, ex vtero puer effuſus ſit. Alia enim atque alia poſſe ſignificare volunt, minimo temporis diſcrimine habito. In Piſcibus verò atque Ariete per obliquam iſtorum aſcenſionem ſignorum (hora enim & tertia horæ parte aſcendere penè videntur) minimam temporis partem, magnam mutationem facere non ignoramus, vt vel vigeſima hora vnius pars gradum aſcendentis immutet. Sed hoc etiam eis concedatur. Demonſtratum autem eſſe ſcimus, quemadmodum erraticæ ab occaſu ad ortum feruntur. Sic & fixas centum annis vno gradu moueri, & in hoc ſpacio temporis poſitionem ſignorum mutari, cùm aliud ſit intelligibile illud ſignum, aliud quod quaſi figura quædam eſt. At non ad figuram, ſed ad intelligibile aiunt, omnia ſigna eſſe referenda. Quòd neſcio quomodo comprehendere queant. Sed hoc etiam ſibi condonemus, vt aut intelligibile ſignum comprehendere, aut à ſenſibili veritas haberi poſſit. Quæ autem commixtione, compoſitione, ac cum temperie diuerſorum aſpectu vim fieri aſſerunt, profectò concedent nullo modo ſcire poſſe. Quomodo enim quantum diminuatur à læſione maligni propter inſpectionem benigni percipies? Et vtrum auferat malignus quod à benigno conceditur, quoniam locum eius aſpexerit, aut mutet, aut imminuat, aut mixtura quædam inde fiet, quis percipiet? Quæ omnia ſi quis altiùs inſpiciat, facile credat non poſſe iſta humano ingenio penitus percipi. Vnde ſi quis harum rerum periculum fecerit, videbit in pluribus errare, quàm veritatem conſequi genethlialogicos. Quamobrem Eſaias etiam quaſi hæc omnibus impoſſibilia ſint, ad filiam Chaldæorum, qui maximè iſta profitentur, ait: *Adſint, & ſaluam te faciant aſtrologi, cœli annuncient tibi*

quid ti-

Cœlũ liber ſcriptus.

Hier. 10.

Fortaßis ideo factum quia at. ſuæ an. 13. Circumciſus eſt Iſmael.

A *quid tibi accidat*. His enim verbis docemur, vel diligentissimos in hac re Chaldæos, non posse prædicare quæ velit vnicuique genti Deus attribuere. Hæc Origenes. Demonstratum iam esse puto, nec deos, nec bonos dæmonas gentilium deos esse. Sed econtrà, seductores quosdam atque maleficos, nulli magis rei studentes, quàm veritatis euersioni. Ita cùm magnos in genere hominum errores perspexerint, fatorum etiam necessitate falsa omnes penè gentes deceperunt, à quibus erroribus nemo à seculo quàm Dominus & Saluator noster Iesus Christus liberauit. Quæ omnia idcirco in hac Euangelica præparatione priora collocamus, vt rebus ipsis videas, qua fraude maiores nostri opprimebantur, & vnde nos per solam euangelij doctrinam emersimus.

Scholia in Cap. IX.

B *ORigenis Adamantij argumentis, depugnat in postremo capite Eusebius noster, aduersus fatum Stoicum, ac principio multis & vsitatis* ἐπιχειρήμασιν *liberum arbitrium astruit, & absurda, quæ eius negationem sequuntur speciosè excutit, vt aliàs ingratum plerisque dogma, prorsus exosum faciat.*

IN LIBRVM SEPTIMVM EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica Argumentum.

C *INTER cæteras Porphyrij & aliorum Ethnicorum Sycophantarum calumnias, quas nostræ religionis hominibus obiicere solebant, hæc præcipua fuit, Christianos superstitiosam Iudæorum religionem, & scripturas fabulis refertas, amplexos esse. Malè autem Iudæi, superstitionis causa, audiebant apud Gentiles, sicut monet Satyricus ille:*

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,
Nil præter nubes, & cœli numen adorant;
Nec distare putant humana carne suillam,
D *Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt;*
Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant ac metuunt ius;
Tradidit arcano quodcunque volumine Moses;
Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos,
Sed pater in causa, cui septima quæque fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, solam
Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur.

E *Verùm hanc* λοιδορίαν *conuellens Eusebius, in hunc modum argumentatur. Laude digni sunt, qui veram, diuinitùs patefactam & salutarem Theologiam amplexi sunt, quicunque tandem sint, siue Hebræi siue Allophyli, qui eam profitentur: econtrà verò reprehensione digni sunt, qui mendaciis refertam, confictam, & noxiam matæologiam, Barbarorúmque somnia receperunt, & mordicùs retinēt. Atqui, nos Christiani diuinā Hebræorum veterum Theologiā obuiis, quod aiunt, vlnis, totísque pectoribus, vtpote modis omnibus piam & orthodoxam, sumus amplexi: Vos autem, ô Ethnici, Barbararum Gentium portentosa commenta recepistis. Proinde nos laudandi, vos reprehen-*

dendi estis. Orthodoxam autem esse veterum Hebræorum Theologiam, ex collatione capitum doctrinæ (quam in toto hoc libro Eusebius ὡς ἐν τύπῳ *proposuit) nostræ & vestræ, facilè colligi potest. Quæ sit mundi, & omnium quæ sunt in eo, origo, Moses &* ὁμόψηφοι *Hebræorum Theologi rectè indicauerunt,* ζωογονίαν *& hominum, & brutorum, nec fortuitam, nec confundendā inter se, in Dei vnius & Trini cognitione & gratia erga nos, summum hominis, seipsum quoque agnoscentis, bonum esse positum: Verbum, hoc est filium Dei, vnà cum Spiritu sancto & Patre, esse Deum verum, æternū omnipotentē, homines peccati labe corruptos, in integrum Dei inæstimabili beneficio esse restituendos: virtuti & diuino cultui, iuxta norman præceptorum Dei, operam esse dandam quàm diligentissimè. Hæc omnia sana Theologia Hebræorū tradit, & homines Dei amantes & studiosos facit. Econtrà verò, Ethnicorum matæologia, innumerabiles Deos, Hylen ingenitam & Deo primo coæternam,* ζωογονίαν *hominum, & brutorum animantiū fortuitam & confusam, cultum idolorum, & alia opinionum portēta confingit, & peruersas ac distortas quorundam naturas deteriores, ac vt vno verbo dicam, omnes peiores, nullos meliores, reddit. Hæc septimi libri summa est.*

Repetitio gentilium theologiæ. Cap. I.

HIS ergo ita dictis atque ita dispositis, iam tempus est de philosophia Hebræorum, ac [1] pietate vitæque moribus disserere. Nam quoniam falsam religionem gētium non absque ratione spreuisse iam demonstrauimus, reddenda modò ratio est, quare sapientiam Hebraicæ scripturæ delegimus. Quòd autem nulla sit culpa, à Barbaris veritatem velle cognoscere, alio tempore omnem philosophiam, omnémque disciplinam à Barbaris Græcos accepisse, ostendemus. nunc verò aperire proposuimus, ab Hebræis solummodò veræ pietatis fundamenta iacta fuisse. Cæteri enim homines, cæteræque gentes vniuersæ, præter Hebræos, nihil ferè de immortalitate animi sentientes, nec aliquid præter hæc visibilia cogitātes, corporum voluptate fœlicitatē terminarunt: adeò, vt quasi maxima deorum voluptas ab eis coleretur, ac propter voluptatem vitam optabilem [2] ducerent. Quare alij Solem, & Lunam, & reliquas stellas, à quibus hanc vitam dari putabant: alij terræ fruges, & reliquas mundi partes, vnde nō paruam se voluptatem capere videbant, deos & auctores omnium rerum esse prædicarunt: alij nō veriti sunt titillationem sensuum, Cupidinem & Venerem non sibi solùm, verumetiam cæteris diis præposuisse: alij principes ac tyrannos, qui eis voluptati fuerunt, & viuos adorarunt, & post mortem in cœlum ascendisse crediderunt: alij malignos quosdam spiritus, qui cupiditates eorum incendebant, & culti voluptatibus explebant, venerati sunt: alij huius religionis falsitatem perspicientes, non esse deos omnino arbitrati sunt: alij multò impudentiùs cæteris, summum bonorum omnium, summámque beatitudinem ipsam voluptatem esse crediderunt, cui quasi supremæ deæ seruire perpetuò non erubescant. *Nam & eorum mulieres,* vt sacer Apostolus dicit, *mutarunt naturalem fœminæ vsum, in eum qui est præter naturam. Mares autem etiam similiter spreto naturali vsu fœminæ, alter in alterum exarserunt, masculi in masculos turpitudinem operantes, & erroris eorum mercedem in seipsis capientes.* Ita Græci simul & Barbari, docti omnes atque [3] indocti laudibus & hymnis tam in deorum solennitatibus, quàm in publicis spectaculis voluptatem efferebant. Fornicationis enim initium est idolorum [4] exquisitio. Tanto enim errore impliciti, mala malis addebant. In nefandis nuptiis parentes cum liberis, ac mares cum maribus sceleratissimè vitam trahentes, ac ipsas immanes bestias turpitudinis cumulo longè superantes. Quæ omnia à philosophis & historicis suis confirmata sunt.

(Margin: 1 … 2 … *Rom. 1.* … 3 … 4)

Scholia in Cap. I.

INitio monet nullam esse causam, cur nostris obiiciant Ethnici, eos auita & patria religione relicta Hebræorum Theologiam amplexos, cùm ipsimet Ethnici suam matæologiam à Barbaris acceperint, sicut suprà ostendimus. Postea compendium Ethnicæ matæologiæ subiicit, & docet magnos errores, & mala publica & priuata, ex ea orta esse, ac eo nomine iure à nostris repudiatam.

1 Pietate] *Quam omnibus patriis prætulimus.*

2 Du-

A 2 Ducerent] *Et vitam non propter vitam, sed propter suauem vitam amplecterentur, hanc liberis etiam suis, tanquam summum bonum existentem, optantes.*

3 Indocti] *Humi & in ventrem cadentes.*

4 Exquisitio] *Et quidem aliarum gentium Theologia, hanc varietatem, vt breuibus dicam, accepit. Ex vno enim principio impuræ & detestandæ libidinis accensa, Hydræ (quæ multos ceruices multáque capita habuit) in morem, in multas diuisiones & sectiones abierunt.*

Quòd solum Hebræorum genus veram sequebatur pietatem. Cap. II.

SOlum autem Hebræorum genus inter tot tantósque errores ab vno voluptatis collo, tanquam hydra in diuersa capita profusos, veram pietatem secutum est. Hebræi enim soli pia sanctáque consideratione primùm elementa, & quæ ab elementis composita sunt, *Theologiæ Hebræorũ.*
B Solem similiter & Lunam, & cæteras stellas, & cœlum ipsum non solùm deos non esse, verumetiam animæ penitus expertia iudicarunt. Deinde quoniam neque à lapidibus casu vnquam sine artifice domus ædificari, nec pannus absque[1] texente fieri, nec nauis sine gubernatore nauigare potest: cùm animalibus, rationalibus atque irrationalibus, & substantiis animatis atque inanimatis plenum hunc mundum viderent, non absque sapientia Dei hæc omnia facta putantes, à magnitudine atque pulchritudine creaturarum puritate mentis, creatorem omnium immortalem cognouerunt. Cùm autem non *Sap. 13.* contemnendam totius partem hominis esse viderunt, partem eius præcipuam, animam videlicet verum hominem, corpus verò quasi hominis indumentum esse, affirmarunt. Quare maiorem curam cultui animæ afferre non dubitarunt, creatori hoc Deo placere arbitrantes, quia genere hominum (non corporis robore sed animi ratione) omnia, quæ in
C terris sunt, gubernari[2] constituit. His fundamentis iactis, corpus quidem & quæ corporis suauia sunt, non maioris quàm reliqua pecora fecerunt. Animum autem, qui rationalis atque intellectiuus est, quique ad similitudinem Dei creatus est, summo studio excoluerunt: nec quicquam verum bonum præter bonorum omnium largitorem Deum credentes, extremum finem summámque beatitudinem in cognitione atque coniunctione Dei posuerunt, qui solus humanæ vitæ rerúmque omnium causa est. Quare illum solum Deum cognoscere, illi se soli vitæ puritate coniungere studuerunt, ac pietate veráque in Deum religione altissimi sacerdotes genus electum atque regium, & gens sancta aliisque similibus appellationibus digni visi sunt. Cur igitur reprehẽdendi nos sumus, qui hæc Græcorũ, Ægyptiorum, Phœnicum, cæterarúmque gentium nugis præposuimus? In tantum autem virtutis multi ex genere ipsorum peruenerunt, vt angelorum visione, diuinísque o-
D raculis non syllogismis, neque coniecturis instituerentur, vt quæ futura erant, plerunque gratia Dei repleti, quasi præsentia viderent. Hi antequàm Græcorum nomen esset, imò verò etiam ante Mosem à Iuda Iudæi appellati sunt. Hebræi verò ab Hebero, à quo Abraham originem traxit. Multis ante Mosem seculis absque lege aliqua scripta, piè sanctéque viuebant, absque doctrina legem oraculis, veritatem diuinis & mentis acumine magnitudinéque animi consecuti. Primus verò apud eos eximius ille theologus Moses scripta reliquit, qui diuinitùs, antequàm leges poneret, maiorum vitas animis hominum impressit. Ita bonorum præmiis, & impiorum suppliciis ad amplexandam virtutem, & fugiendam impietatem exhortatus, leges tandem in medium proposuit. Iudicauit etiam, ne fortè difficillima legis præcepta Iudæi ducerent, atque ab illis resilirent, priscorum exempla esse proponenda, vt omnibus pateret, absque legum mandatis, sola ratione nixos, optimè maiores Iudæorum vixisse: atque ideò non esse sibi difficile, vitas illorum imitari, si
E paria diuinitùs consequi præmia desiderarent. *Hebræi vnde.*

Scholia in Cap. II.

THeologiam veterem & sanctam Hebræorum, magnificè commendat Eusebius in hoc capite, & omnibus aliis doctrinis anteponendam censet. Eius hæc capita recenset, Elementa ἄψυχα *& corpora cœlestia, Solem, Lunam & Stellas, non esse in numerum deorum referenda: Deum totius Vniuersi opificẽ sapientissimũ & omnipotentẽ esse, ex eo collegerũt Hebræi: quod, vt ait Eusebius,* οὐχ οἷόν τε τὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου διάταξιν εὖ καὶ σοφῶς ἡρμοσμένην ἔμπλεώ τε ζώων ἐμψύχων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων, *casu & temerè factã esse. Hominẽ corpore & anima intelligẽte & immortali, cõstare sciebant, & potiorẽ animæ curã habebant, & eius arbitrio sensuum & perturbationũ moderationem cõmittebãt. Beatitudinẽ, in cognitione Dei & cõiunctione cũ eo, rectè collocabãt, & vt ille ait,* φιλόθεοι γεγονότες, τῶν ἀναγράπτων θεοφανειῶν, καὶ ἀγγελικῶν ὀπτασιῶν, καὶ χρησμῶν ἠξιώθησαν. *Horũ,*

omniũ exempla extare in libris Mosi, affirmat, & quo consilio & ordine cõscripti sint libri illi docet.

1 Texente fieri] *Neque vrbes & Resp. sine legibus & magistratuum edictis, neque sine gubernatore nauis. Neque vllum quantumuis paruum artis instrumentum subsistere posset sine artifice. Neque nauis vnquam bonum portum contingeret, nisi cum bono gubernatore. Nec igitur natura elementorum vniuersalis inanimata existens & irrationalis, secundum suam rationem, sine suprema Dei sapientia, rationem & vitam participaret. Hæc & alia eiusmodi cùm considerassent Hebræorum pij patres, ex magnitudine & pulchritudine eorum quæ condita sunt pura mente & animæ claris oculis, omnium rerum creatorem Deum coluerunt.*

2 Constituit] *Nam res in natura cæteras esse inanimatas, vt lapides & ligna. Alia autem habere animam vegetatiuam, vt plantæ è terra nascentes. Quædam denique sensibus & phantasiis, motibúsque prædita esse, vt animantia irrationalia. Hæc autem omnia vni hominum generi ad ministerium subiecta esse, non viribus corporis, & robore coacta: sed ratione & animi virtute, cui omnem regnorum & imperiorum honorem, supernè ab omnium rerum causa concessam deprehenderunt.*

Compendiosè nonnullorum Hebræorum vitæ narrantur. Cap. III.

Vitæ Patriarcharum.

NOn est autem ab re, cõpendio vitas illorum à Mosaica scriptura exceptas percurrere. Nam quemadmodũ ab Ægyptiis Ægyptiam, à Phœnicibus Phœniciam Theologiã, & à Græcis Græcã: sic & ea, quæ ab Hebræis dicuntur, ab illis ipsis petenda sunt. Non enim aliunde quàm à philosophis opiniones philosophorum narrantur: nec medicina ab aliis, quàm à medicis, perdiscenda est. Vt igitur Hebræorum scriptura docet, ante diluuium post primam originem hominum, multi iusti Deóque amici homines fuerunt, quorum primus nomen Domini Dei sperauit inuocare. Quibus verbis ostẽditur, quòd nihil aliud ille quàm creatorem Dominum & Deum secutus fuit, quem credebat, non solùm virtute sua non simpliciter ante cuncta produxisse, verumetiam tanquam magnæ ciuitatis Dominum vniuersa regere atque gubernare: atque ideo cæteris omnibus contemptis, sperauit inuocare nomen Domini Dei. His duabus appellationibus, creatoris atque gubernatoris totius virtutem amplexus. Quare primus homo verus apud Hebræos conscribitur. Enos enim vocatus est, quòd latinè verus homo interpretatur. Neminem enim putant verum esse hominem, præter eum qui verum Deum & cognoscit, & piè colit: alios verò nihil à pecoribus differre arbitrantur, quia videlicet veluti bestiæ ad terram proni, ventri & Veneri obediant: quorum alios lupos, alios canes, alios porcos, alios serpentes, varia quadam vitiorum similitudine scriptura Iudæorum appellare consueuit. Quemadmodum si quando communiter genus hominum appellandum est, commodissima similiter voce ac appellatione Adam significauit, quo nomine à terra natus designatur. Primus igitur iustorum Enos, qui primus nomen Domini Dei sperauit inuocare, & certè semper atque continuè Domini Dei nomen inuocare, id profectò est summa extremáque beatitudo. Illum nos nimirum non fallaces gentilium heroas imitandum arbitrantes optamus, illud nobis auxilio Saluatoris nostri contingere, vt nomen eius firma spe perpetuóque inuocare queamus. Post istum quidam alius ambulabat cum Deo, & non inueniebatur, quia propter virtutem eius transposuit eum Deus. Is certè perfectus homo in Deo est, qui periculosa multorum colloquia fugit. Si enim forum, curiam, theatráque aliquis sequitur, in ipso malignitatis profundo submergitur. Is autem hominibus inuisibilis est, neque ab ipsis facilè inuenitur: qui Deo charitate coniunctus, ab eo solo cognoscitur. Hunc Hebræi Enoch appellant, quod nomen latinè gratiam Dei significat, cuius solius imitationem diuinitus mihi concedi magis opto, quàm omnium simul, qui virtutis cultores apud gentes narrantur fuisse. Tertius vir iustitia eximius in seculo suo Noë fuisse perhibetur, cuius quanta fuit virtus & pietas, hinc cognoscitur. Nefanda malignitas vniuersa, genus hominum tunc occupauit. Nam & gigantes illi, qui per ora omnium volitant impiis factis (quod adhuc vsque prædicatur) Deo pugnam, id est virtuti & pietati, non erubuerunt inferre. Et qui eos produxerunt, siue immortales quidam, siue mortales malefica quædam artificia, & magicam prauitatem primi excogitasse dicuntur. Quas ob res, cùm Deus eodem omnes diluuio perdere statuerit, vnus cum suis in illo genere hominum Noë iustus repertus est: qui omnibus vi aquarum submersis, cum filiis suis simul ac nuribus mirabili quodam modo, quasi semen humani generis conseruatus est, quem vtinam quasi viuam quandam imaginem imitari nobis contingat. Et ij quidem ante diluuium fuerunt. Post diluuium autem alij, quorum vnus altissimi

Gen. 4. de Enos.

Enoch. Gen. 5. Hebr. 11.

Noe. Gen. 6.

A altiſſimi Dei ſacerdos, iuſtitiæ ac pietatis miraculo rex iuſtus lingua Hebræorum appellatus eſt, apud quos nec circumciſionis, nec Moſaicæ legis vlla mentio erat. Quare nec Iudæos (poſteris enim hoc nomen fuit) neque gentiles, quoniam non vt gentes pluralitatem deorum inducebant, ſed Hebræos propriè nominamus, aut ab Hebero, vt dictum eſt, aut quia id nomen tranſitiuos ſignificat. Soli quippe à creaturis naturali ratione, & lege innata, non ſcripta, ad cognitionem veri Dei tanſire: & voluptate corporis contempta, ad rectam vitam perueniſſe ſcribuntur. Cum quibus omnibus præclarus ille totius generis origo Abraam numerandus eſt qui ſcriptura numerabilem iuſtitiam, quam non à Moſaica lege (ſeptima enim poſt Abraam generatione Moſes naſcitur) ſed naturali fuit ratione conſecutus, ſumma cum laude atteſtatur. Credidit enim Abraam Deo, & reputatum eſt ei in iuſtitiam. Quare multarum quoque gentium patrem diuina oracula futurum, ac in

Melchiſedec. Gen. 4. Heb. 7.

Abraam. Gen. 11. 12. & c. 15.

B ipſo benedicendas omnes gentes, hoc videlicet ipſum, quod iam nos videmus, apertè prædictum eſt, cuius ille iuſtitiæ perfectionem non Moſaica lege, ſed fide conſecutus eſt: qui poſt multas Dei viſiones, legitimum genuit filium, quem primùm omnium diuino perſuaſus oraculo circumcidit: & cæteris, qui ab eo naſcerentur tradidit, vel ad manifeſtum multitudinis eorum futuræ ſignum, vel vt hoc quaſi paternæ virtutis inſigne filij retinentes, maiores ſuos imitari conarentur, aut quibuſcunque aliis de cauſis. Non enim id ſcrutandum modò nobis eſt. Poſt Abraam filius eius Iſaac in pietate ſucceſſit, fœlice hac hæreditate à parentibus accepta: qui vni vxori coniunctus, cùm geminos genuiſſet, caſtitatis amore ab vxore poſteà dicitur abſtinuiſſe. Ab iſto natus eſt Iacob, qui propter cumulatum virtutis prouentum Iſrael etiam appellatus eſt, duobus nominibus, propter duplicem virtutis vſum. Iacob enim athletam & exercentem ſe latinè dicere poſſumus, quam

Cauſæ circumciſionis.

Iſaac.

Iacob.

C appellationem primùm habuit, cùm practicis operationibus, multos pro pietate labores ferebat. Cùm autem iam victor luctando euaſit, & ſpeculationibus fruebatur bonis, tunc Iſraelem ipſe Deus appellauit æterna præmia, beatitudinémque vltimam, quæ viſione Dei conſiſtit ei largiens, hominem enim qui Deum videat, Iſrael nomen ſignificat. Ab hoc duodecim Iudæorum tribus profectæ ſunt. Innumerabilia de vita iſtorum virorum, fortitudine, prudentia, pietatéque dici poſſunt: quorum alia ſecundum ſcripturæ verba hiſtoricè conſiderantur, alia tropologicè ac allegoricè interpretantur, de quibus multi conſcripſerunt, & nos in libro, quem inſcripſimus de Doctrina priſcorum virorum. Præter hos Iob iuſtum, verum, pium, innocuum, ab omníque malignitate alienum fuiſſe inuenimus: qui quamuis Iudæo generi non fuit affinis, pietatis tamen laude vel in primis effertur. Verùm Iacob liberi religione ac pietate communiti, Hebræorum famam facilè

Liber de doctrina priſcorum virorum.

D ad maius adeò produxerunt, vt totius Ægypti principatu ab vno eorum Ioſeph dependeret: qui caſtimoniæ præmiis coronatus, gubernatione tot tantarúmque ciuitatũ ſuſcepta, virtutem Hebræorum manifeſtauit. Is ſuorum inſidiis ad ſeruitutem redactus tanto cumulo virtutis refulſit, vt nemo poſſit rem oratione aſſequi. Aderat enim ei libertas animi, maximè robur inuictum, pudor eximius, iuſtitia, modeſtia, prudẽtia ſumma, ſed pietate in verum Deum maximè præſtabat. Cúmque Domini ſui vxor (erat enim mirabili corporis præditus formoſitate, qua adoleſcentia virtutibus ornata inſignis videbatur) furore Cupidinis acta, verbis ac precibus perſuadere non potuiſſet, manúſque in iuſtum iniicere non dubitaſſet, præcepta parentũ non oblitus, réque ipſa Hebræũ ſe eſſe oſtendens, mulierem quidem magna vi repulit, quaſi autem à rabida fera euaſerit, fuga ſalutem quæſiuit, cogitabat enim, atque dicebat: Si dominus meus domui ſuæ me propoſuit, quomodo ego huiuſmodi rem turpiſſimam coram Deo faciam? His ille virtutibus ad Ægypti gubernacula

Præconia Ioſeph.

E diuinitus peruenit, quem vtinam, cęteróſque omnes, de quibus diximus, imitari poſſimus. Fuit autem etiam hic Hebræus, non Iudæus, nondum enim Iudæi fuerant, in multitudinem deinde magnam genus creuit, paulatímque diligentiſſima norma viuendi labebatur, & parentum pietas obtundebatur. Ita poſt aliqua ſecula Ægyptiorũ conuerſatione deprauati adeò fuerunt, vt nihil ab Ægyptiis differre viderẽtur. Tunc Deus patrum ſuorũ Moſem ad eos mittit, ac per eum inauditis factis miraculis, conuenientẽ Iudæorum moribus legem impoſuit. Nam cùm iam corrupti virtutẽ imitari non poſſent, alia manifeſtè mandauit, alia occultiùs ſuggeſſit, ſymbola vmbrámque, nõ nudam veritatem conſeruare ipſis præcipiens. Hoc pacto Iudæorum diſciplina à temporibus Moſi cœpta, vſque ad ſaluatoris noſtri aduentum ſecundum voces prophetarum durauit. Sic enim à Moſe aliíſque prophetis dictum inuenitur, Moſaicam legem vſque ad Chriſti tempora duraturam.

Hebræi Aegyptiorum conuerſatione deprauati.

Scholia in Cap. III.

PAtriarcharum aliquot sanctitatis nomine clarorũ, qui ante & post diluuium vixerunt, virtutes & gesta, in hoc capite describit Eusebius, primogenitum & propagatum ab illis sanctum Hebræorum populum, qui Dei peculium & Regale sacerdotiũ dictus est, & legem diuinitus per manus Mosis promulgatam ostendens. Quæ de ratione cognoscẽdi Deum, quam Patriarchis tribuit, dicit Eusebius, ita sunt accipienda, vt interim non dubitemus, promissionem de semine mulieris contrituro caput Serpentis, quasi per manus traditam esse à sanctis Patribus. Ea fide apprehensa & cognita, facit vt qui Christum Dei filium videt, Patrem quoque videat. Hæc demum salutaris Dei cognitio est, quæ nõ tãtùm ex lege naturæ colligit esse Deum, qui sit pura mente colendus, qui virtutis studium probet, vitia improbet, verumetiam Deum hunc, Patrem propitium nobis esse propter Christum & ius filiorum nobis dedisse, vt essemus cohæredes Iesu Christi. Quæ aspersit Eusebius de Isaaci cõtinentia & notatione nominis Iacob nescio vnde sint petita, cum Moses nullam eorum mentionẽ facere dignatus sit. Postremò, quod de Mosaica lege in fine adiecit, eam duraturam vsque ad Christi tempora, id non de Morali lege (quæ æterna & immota est omniúmque cordibus inscripta) accipiendum est, sed de ceremonialibus & forensibus, quatenus nihil vel morale vel naturale habent. Erant enim ceremoniæ typi & vmbræ futurorum bonorum, quorum veritas in Christo reuelata & exhibita est. De his solis locutum esse Eusebium testantur hæc eius verba: μὴ πρότερον ἐκλείπειν τὰ μωσέως νομιμά τε καὶ διατάγματα, ἢ τὰ τοῦ χριστοῦ φανῆναι.

De Iudæorum theologia. Cap. IIII.

VErùm quoniam breui Hebræorum, qui ante Mosem fuerunt, vitas tetigimus, & pietatis eorum adumbrationem edidimus: nunc theologica eorum dogmata à Mose aliísque prophetis fundata consideremus. Primus igitur omnium eximius ille theologus, qui diuinas leges conscripsit, cùm pietati conueniẽtem disciplinam tradere voluisset, non communibus atque tritis exordiis vsus est: sed nihil potius ducens, quàm priscorum generis sui theologiam ad rectè viuendi normam pertinere, à Deo secundum Hebræorum

Deus omniũ prima causa.

theologiam incœpit. nec, vt Ægyptij, aut Phœnices, aut certè omnes gentes, multitudinem deorum falsò induxit: sed à prima visibilium omnium atque inuisibilium causa exorsus, illum docet creatorem esse vniuersi, regem atque dominum, non solùm quas ipse scripturus erat legum, verumetiam naturæ ipsius: cuius solo nutu à non ente simpliciter cuncta fuisse producta, ostendit: cuius virtute omnia quæ producta sunt, gubernari docet.

Gen. 1. & 2.

Primúmque omnium cœlum verbo Dei fuisse firmatum, & pondus soliditatémque terræ præter naturam suam super aquas suspensum asserit: verbo etiam Dei, solis, stellarúmque motu, diem ac noctem sibi vicissim succedere: legéque diuina vicissitudines, mutationésque temporum, anníque volutiones fieri: lege Dei atque instituto in locis suis fluctuantia reuolui maria minimè statutos audentia terminos pertransire. Instituto similiter diuino innumerabilia plantarum atque arborum genera è terris germinare: ac vt breuiter dicam, naturam omnium matrem instituto Dei seruientem diuinæ legi semper parere. Non enim casu aut fortuna, neque irrationali latione orbẽ circumuolui: neque temerè mũdum, tantam, támque pulcherrimam rem esse productam, sed Dei esse creaturam, & ab eo gubernari, ita legibus hominum naturæ leges anteposuit, maximè Deo vacare exhortatus. Nam si vniuersus mundus, cœlum, Sol, Luna, stellæ omnes, terra & quæcunque in ipsa sunt, cuncta naturæ opera, naturáque ipsa creatori Deo seruit, quanto magis homines ratione ac libero decoratos arbitrio obtemperare creatori decet? Germinet terra virentem herbam (inquit Deus) & lignum pomiferum, faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam, & statim non modò tunc, sed vsque ad hunc diem

Tota machina cœli paret Deo.

paruit terra, parebítque semper in posterum. Producant aquæ reptilia animæ viuentis, & volatilia volantia sub firmamento cœli, & vnà cum verbo nutúque diuino opus effectum est: & eo instituto, semper ita factitatur. Sint Sol & Luna, cæteræque stellæ in signa & tempora, in dies & annos, neque vnquam hoc præceptum stellæ neglexerunt, sed incessabili mirabilíque suo cursu, dies & noctes, tempora & annos conficiunt. Quam igitur veniam homines consequentur, diuina negligentes mandata? Hæc illius theologia nos cœpit. Nihil enim huiusmodi apud cæteras gentes inuenire potuimus, sed post hanc primam theologiam ad eam quæ secunda est ordine, procedit: Deóque cognito, necessarium putauit homini esse, cognoscere seipsum. Quare deinceps quid homo sit, quídque ipsum in

Cognitio hominis.

cognitionem & pietatem Dei adducat, & qualis principaliter hominis vita esse debeat, docet.

A docet. In animam enim & corpus hominem diuidit: verúmque hominem anima terminat, quæ incorporea intellectualisque substantia est, tanquam ad imaginem Dei creata: corpus verò terrenum & indumentum animæ esse confirmat, quibus terti am partem addidit, spiritum scilicet vitæ, qui virtus quædam est, qua terrenum cor, & quæ ad imaginem Dei creata est, anima, coniungūtur atque vniuntur. Nunc hominem à Deo creatū in fœlicissimo paradisi loco bonis immortalibus pleno cōstitutum, legéque Dei munitum adfirmat: transgressione autem diuini præcepti, ad hanc miseram vitam peruenisse. Hac ille philosophiæ veritate antequam ponendarum seriem legum aggrederetur, auditores instruit. Non enim fas est imaginem Dei, vnde immortalitatem consecuti sumus, vitiosè viuendo despicere. Primitiua verò vtraque Dei imago, verbum suum est, sapientia, vita, *Imago Dei*
lux, & veritas, per seipsum existens: cuius imaginis menshumana, imago est, propter quam *primitiua.*
B ad imaginem Dei facti esse dicimur. Ita necessarium duxit hæc legibus esse prægustanda. Recordari enim profectò debemus, quid nostri à terra sumptum, in terram reuerteretur, & quid melius, Deóque simile: vt cognoscamus, quid sumus, nec vitiis eam partem nostri maculemus, quæ ad imaginem Dei facta est: vtque à perpetuo desiderio primæ illius beatitudinis pendeamus, & redire omnibus viribus diligenter conemur: præparemúsque nos ad iter, quo illuc peruenitur, vnde diuini mandati negligentia decidimus. Ad hæc rerum diuinarum atque humanarum nō humana doctrina, sed Dei visione peritissimus, nequam
quendam Dæmonem, inuidum, atque versutum vnicuique hominum inhærere docet: *Nequam*
quem serpentem veneni plenum, atrum, tenebrosúmque appellat: qui salutis nostræ *dæmon.*
inuidus, ad hunc vsque diem multos insidiis suis decepit: cuius fraude parentes quoque nostri beatitudinem illam amiserunt. Quare vigilandum est, sempérque aduersus mali-
C tiam eius insurgendum. Sed quid oportet hæc ita conscribere, cùm ipsum audire liceat non syllogismis, neque hominum callidis argumentis, sed spiritus sancti gratia, cum magna venustate atque grauitate cuncta scribentem? *In principio, inquit, fecit Deus cœlum & terram, & dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux.* Et rursus dixit Deus: *Fiat firmamentū, & factū est,* Et paulò pòst dixit Deus: *Germinet terra & germinauit.* Et iterum dixit Deus: *Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos, & luceant super terram.* Præterea dixit Deus: *Producant aquæ reptilia & volatilia, & factū est.* Item: *Producat terra quadrupedes, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas, & factū est ita.* *Gen. 1.*
In his igitur omnibus cùm à scriptura, dixisse Deum dicitur, nutum & voluntatem diuinam, non vocem syllabis prolatam, ostendere voluit, deinde vniuersum hunc repetens sermonem: *Hic, inquit, liber cœli & terræ, qua die fecit Deus cœlū & terrā, & omnia quæ in eis sunt.* *Dixit deus.*
D Huiusmodi Hebræorum theologia est, quæ de verbo creante vniuersa esse producta verissimè sola docuit, ad hæc non esse relictum mundum à Deo, gubernatione illius priuatum, sed prouidentia eius rei asserit. Non enim solùm creauit cuncta, verumetiam Salua- *Prouidētia*
tor rex,[1] dux, omnibus præsidens, omnia disponēs, dicitur: omnia eum videre, omnibus ad- *Dei.*
esse, vniuersa inde gubernari docet. Similiter & qui post eum fuerunt prophetæ, nōnun- I
quam à persona ipsius Dei exclamant, *Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus, & Deus de longe: Quid faciet occultè homo, quod non cognoscam? nónne cœlum & terram ego impleo?* Nonnun- *Ier. 24.*
quam à se ipsis hoc pacto interrogantes. *Quis aquam mensurauit? quis montes pondere, ac valles iugo firmauit? quis cognouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* Et rursus. *Quis constituit cœlum, & extendit tanquam scenam?* Et alibi: *Eleuate oculos vestros ad alta, & videte quis extendit hæc omnia.* Et deinceps: *Dominus Deus qui fecit cœlum, & fixit illud, qui formauit terram & quæ in ea sunt, qui dat spiraculum populis, qui degunt in ipsa, & spiritum eis qui calcant ipsam.* Et rursus:
E *Ego Dominus Deus solus extendi cœlum, & firmaui terram, & non est alius præter me.* Et alibi: *Sic dicetis ipsis, dij qui cœlum & terram non fecerunt, perdantur à facie terræ.* Dominus qui fecit terram in fortitudine sua, erexit habitabilem in sapientia sua & in prudentia sua extendit cœlum, & adduxit nubes ab extremis terrarum, fulgura fecit in pluuiam, & eduxit ventos ex thesauris suis. Et rursus, *Quò ibo à spiritu tuo, & vbi à facie tua me occultabo? Si ascendero in cœlū,* *Psal. 37.*
tu illic es, si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculò, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me. Hæc posteriores conuenientia priscis diuinitus prædicabant. Sed etiam audias, qui ante Mosen fuerunt. Dixit autem Abraam ad regem *Gen. 14.*
Sodomorum: *Extendam manum meam ad altissimum Deum, qui fecit cœlum & terram.* Melchisedech quoque Dei sacerdos Abraam his verbis benedixit: *Benedictus Abraam Deo altissimo, & benedictus Deus, qui fecit cœlū & terram.* Et Abraam rursus: *Pone manum tuam sub*

femore meo, vt adiurem te per Dominum Deum cœli. Et ſubiecit: *Dominus Deus cœli, & Deus terræ, qui cepit me à domo patris mei, & à terra in qua natus ſum.* Poſtremò in ipſa viſione Moſi Deus interrogatus quis eſſet, diuino reſpondet oraculo: *Ego ſum qui ſum. ſic dices filijs Iſraël: Qui eſt miſit me ad vos.* Hæc breuiter ab innumerabilibus excerpta ſunt. Eſtne igitur dignum gentium theologiam, imò verò impietatem cum iſtis vllo modo conferre, quorum alij nullũ eſſe Deum, alij cœleſtia corpora crediderunt, & ſtellas ignem in cœlo fixas dicentes, aut ignem via & arte circumlatum, loco Dei adorarunt. Alij nulla Dei prouidentia mundum, ſed irrationali quadam natura gubernari. Alij cœleſtia ſolummodò diuinitùs regi, non autem etiam terreſtria, mundúmque ſine ortu vllo modo à Deo productum, ſed caſu & fortuna conſtitutum eſſe. Nonnulli ex atomis & inanimatis corpuſculis eſſe conglutinatum
2 aſſeruerunt[2].

Scholia in Cap. IIII.

REdit iam Euſebius ad Theologiam Hebræorum, cuius profeſſores in præcedenti capite collaudauerat, ac eam duobus capitibus complectitur. Alterum eſt, de Cognitione Dei æterni vniuerſorum opificis, qui pro liberrimo ſuo arbitrio vniuerſas creaturas à ſe conditas moderatur & gubernat. Alterum, de cognitione noſtri, in qua ortus, vitæ ratio, pericula, lapſus Adæ, & reſtitutio in integrum humani generis & alia ſpectanda ſunt. Hæc omnia veriſsimè à Moſe tradita, & à Prophetis, qui ſeculis poſt eum non paucis vixerunt, comprobata fuiſſe, probat Euſebius noſter.

1 Dux] *Soli ipſi, & Lunæ, & aſtris, & toti cœlo, & mundo in ſecula præſidens, & magno oraculo & diuina potentia omnia videns, & omnibus cœleſtibus, & terreſtribus præſens, & vniuerſa in mundo ordinans & gubernans.*

2 *In fine capitis quarti adiicienda quæ ſic habentur: Thales quidem Mileſius, principium omniũ Aquam dixit, Anaximenes autem aerem, Heraclitus ignem, Pythagoras numeros. Epicurus vnà cum Democrito, Corpora atoma. Empedocles quatuor elementa.*

De Verbo. Cap. V.

De filio Dei HIs ita dictis, alteram quoque perſonam à prima perſona genitam, non creatam, Hebræorum ſcripturæ ſignificant, quam Verbum, ſapientiam, virtutem Dei appellant. *Vnde*, inquit Iob, *inuenta eſt ſapientia? Quis autem locus eius eſt? Nemo mortalis viam eius nouit.* Et *Pſal. 32.* Dauid in Pſalmis: *Verbo Domini cœli firmati ſunt.* Et Salomon ex perſona ipſius ſapientiæ. *Prouerb. 8.* *Ego*, inquit, *ſapientiam, & conſilium, & cogitationem conſtitui: &, Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum ad opera. In principio antequàm terra facta eſt, antequàm abyſsi productæ, antequàm montes firmati, ante omnes colles genuit me.* Et alibi: *Quid autem eſt ſapientia, vnde nata ſit, dicam, & non occultabo.* Spiritus ipſe eſt intellectualis, ſanctus, vnigenitus, omnipotens, omnia penetrans, vapor enim eſt virtutis diuinæ, & fluxus gloriæ omnipotentis, veriſſimus fulgor æterni luminis, & immaculatum ſpeculum virtutis diuinæ, ac bonitatis eius imago, ab extremo ad extremum omnia tranſiens, ac omnia rectè gubernans, quod quidem diuinum verbum à patre ad hominum ſalutem miſſum ſcriptura confirmat. Quòd Deum & Dominum, id eſt, creatorem & gubernatorem à Moſe Prophetíſque appellari conſpicimus. Venit autem ad homines homine aſſumpto à patre miſſum propter ſalutem noſtram. *Miſit enim verbum ſuum (inquit) & ſanauit eos.* *Pſal. 106.* Vnde doctrina etiam Euangelica propheticam *Ioan. 1.* & paternam Hebręorum renouans theologiam hoc pacto incipit: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factũ eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominũ.* Meritò igitur eodẽ ſpiritu Moſes plenus, facto cœlo & terra, quaſi cũ filio ſuo verba cõferẽtem, ſic Deũ patrem introduxit dicentẽ: *Genes. 1.* *Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram.* *Pſal. 148.* Quod plaſma etiam occultiùs deſignauit, dicens: *Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt.* Apertè namque patris ad filium ordinem atque mãdatum more humano (nec enim aliter poterat) expreſſit. Nemo enim negabit omnem qui aliquid dicit. ad alium dicere: & qui mandat ac præcipit alij, præter ipſum, mandare atque præcipere. Manifeſtiùs autem Moſes duorum dominorum, patris videlicet atque filij mentionem *Gen. 19.* fecit dicens: *Pluit Dominus à Deo ſulphur & ignem.* Et Dauid ſimiliter: *Pſal. 109.* *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.* Et paulò poſt æternam illam & ineffabilem generationem verbi deſignare deſiderans, ait: *Ex vtero ante luciferum genui te.* Hæc ita ſe habere, non ſolùm vetus ſcriptura occultiùs (non enim omnes tunc ferre poterant) verumetiam noua ipſis quoque ſolaribus radiis dilucidiùs prædicat:

quamuis

A quamuis nonnulli Iudæorum, ſancti gratia ſpiritus carentes, aliter interpretati ſunt, à quibus nonnulla ponam, idcircò non inutilia, quoniam non effuſum in aëra verbum dicunt, nec ſpiritum non ſubſiſtentem, ſed diuerſas perſonas probè ſicut & nos. Malè autem, quia diuerſas quoque naturas opinantur. Philonem ergo audias ſcripturæ voces interpretatione ſua explicantẽ. Quamobrẽ, inquit, quaſi de altero Deo dicitur, imagine Dei feci hominem. Perpulchrè id diuinitùs ſcriptori fuit inſpiratum. Nullum enim mortale ad ſupremũ patrem tanquam imago conferri poteſt, ſed confertur ad ſecundum Deum, qui primi verbum eſt. Neceſſe enim erat, rationalem vim à Dei verbo animæ hominis imprimi. Deus enim qui ſupra verbum eſt, ita ſupremus eſt, vt nulla rationalis natura ſimilitudinem eius poſſit recipere. Hæc in primo quæſtionum libro Philonis dicta ſunt, qui in primo de Agricultura primogenitum verbum Dei filium quoque Dei appellare, his verbis non dubitauit: hæc vniuerſa paſtor ille & rex Deus iure gubernat, legémque ſtatuit, rectum eius verbum & primogenitum filium, qui curam totius gregis quaſi maximi regis lux diligenter ſuſcepit. Idem in ſecundo: Qui dubitandi ruborem effugere velit, audacter dicat nulla re materiali machinam mundi conſeruari, ſed verbo æterni Dei ſempiterno, quod à mediis ad extrema, & ab extremis ad media protenſum, inuictum naturæ ſuſtinet curſum, fouens ipſum atque conſeruans, quaſi vinculum quoddam pater qui genuit ipſum conſtituit. Meritò igitur nec terra vnquam aquis ſubmergetur, nec ignis extinguetur, nec cætera peribunt, cùm verbum Dei vocale inter muta elementa conſtitutum, omnia conſeruet. Hæc Philo.[1] Nónne igitur vera hæc noſtra ſunt, qui verbo ac ſapientia Dei omnia producta eſſe prædicamus: falſa verò illa, quæ nec veri ſimilitudinem vllam habent, & inter ſe contraria ſunt. Thales enim Mileſius aquam originem rerum dicit, Anaximenes aërem, Heraclitus ignem, Pythagoras numeros, Epicurus atque Democritus indiuidua quædam corpuſcula, Empedocles quatuor elementa: hoc Dei verbum magni conſilij angelum, lucem veram iuſtitiæ Solem etiam nominant. Tertiò ſpiritus additur ſanctus à ſcriptura, quẽ ſicuti patrem & verbum ſuum eadem dignitate atque honore honorari præcipit. Tertius igitur à patre ſpiritus eſſe oſtenditur, tanquam à patre per ſapientiam elucẽs. Poſt hanc æternam Dei ſubſtantiam rationales virtutes, nec numero, nec ſpecie nobis notas, ſed ſolùm viſibilium proportione (*alia enim gloria Solis eſt, alia Lunæ, alia ſtellarum*) ſcriptura Iudæorum non vt deos, ſed vt miniſtras honorandas oſtendit. Et mortali quidem naturæ ſtellarũ numerus omnino ignotus eſt. Deus verò multitudinem etiam intelligentiarum & nomina non ignorat. Scribitur enim: *qui ſtellarũ multitudinẽ numerat, & omnibus ipſis nomina imponit*: innumerabilia enim genera profectò & intelligentiarum, & ſtellarum ſunt, Deo autem omnia numerata ſunt: de ipſo enim dicitur, *Mille millia miniſtrabant ei, & decies millies centena millia coram eo aſſiſtebant*. Cùm enim numerum videatur aliquem nominare, numeratas illas oſtendit eſſe virtutes à Deo. Cùm verò tantam numerari quãtitatem dixerit, ignotum nobis illum numerum propter innumerabilitatem ſuam eſſe oſtendit. Sed de ſubſtantia earum ſic Pſalmiſta ſcriptum reliquit: *Domine Deus meus, quàm vehementer magnificatus es, confeſſionem & decorem vidiſti, amictus lumine ſicut veſtimento: extendens cœlum ſicut pellem, qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignis flammã*. Noli credere de hoc corruptibili igni dicere, nec de irrationali aere atque ſpiritu, ſed altius quiddam atque ſublimius, neceſſe eſt enim, cùm à ſenſu noſtro verba prodeant tranſlatiuè, non propriè de intellectualibus dici: vnde ipſum quoque Deum ſpiritum, & ignem, & lucem, & huiuſmodi nominibus ſignificamus. Virtutes autem illas, angelos, archangelos, ſpiritus, cœleſtem exercitum, principatus, poteſtates, thronos, dominationéſque nuncupamus. Quarum omnium iuſtitiæ Solẽ, & ſanctum ſpiritum ei annexum, vnà cum Deo ac patre creatorem atque gubernatorem ſcriptura confirmat: quem vnum Deum ab vniuerſis ſicuti patrem ac dominum hymnis glorificandum Propheta præcepit, dicens: *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis, Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Laudate eũ cœli cœlorum, & aquæ quæ ſuper cœlum ſunt, laudent nomen Domini. Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Statuit ea in æternũ, & in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit & non præteribit.* Hæc Hebræorum dogmata meritò erroribus gentium ſpretis complectimur, virtutes cœlorum vt Dei miniſtros honorantes. Solum autem Deum, & verbum ac ſpiritum eius qui cœlum & terram, ac omnia quæ in ipſis ſunt creauit, & à nihilo ſimpliciter produxit, vt Hebræorum doctrinam occultis & Euangelica expreſſiùs præcipit, colimus atque adoramus.

Teſtimonia Iudæorum.

1

De Spiritu ſancto.

1. Cor. 15.

Pſal. 146.

Dan. 7.

Pſal. 103.

Pſal. 148.

Scholia in Caput V.

INterpres Trapezuntius doctrinam Ecclesiæ, de Christo Dei filio, (quem diuinæ naturæ respectu ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον *æterno Patri, rectè & constanter confitemur) secutus,* διὰ βραχέων *primā huius capitis partem vertit. Sunt enim quædam in hoc capite, meo quidem videre singulari cum iudicio ac præcipuè hæc Eusebij verba legenda:* ἴδωμεν τοιγαροῦν καὶ τὰ παρ' ἑβραίοις λόγια, μετὰ τὴν ἄναρχον καὶ ἀγέννητον τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων οὐσίαν ἄμικτον οὖσαν, καὶ ἐπέκεινα πάσης καταλήψεως, δευτέραν οὐσίαν καὶ θείαν δύναμιν, ἀρχὴν τῶν γενητῶν ἁπάντων, πρώτην δ' ὑποστᾶσαν, κἀκ τοῦ πρώτου αἰτίου γεγενημένην εἰσάγουσι, *&c. Postea subijcit testimonia de diuinitate* τοῦ λόγου, *& Spiritus sancti, ad demonstrandum filij Dei & Spiritus sancti diuinitatem, huc sunt pertracta. Quale est illud: Misit verbū suum, & sanauit eos. Ps. 106. Rectè tamen Eusebius dicit, obscurius fuisse in veteri testamento mysteriū, de sacrosancta Trinitate personarū, quàm sit in nouo Testamento, in quo hoc inenarrabile mysteriū, cùm in institutione Sacramenti initiationis & regenerationis nostræ, tum in historia de baptismo Christi, aliisque scripturæ locis plenius est expositum. Intulit enim lucem mūdo, Christus Sol iustitiæ & lux mundi, ac mysteria illa fidelibus enarrauit, illuminans omnes eos quos ipsi Pater dedit, ac Spiritu obsignans omnia bona in electis suis.*

1 Hæc Philo] *Aristobulus autem alius ex Hebræis sapiens vir, & tempore Ptolemæorum florens, confirmat hanc sententiam tanquam patriam, ipsi Ptolemæo dedicata interpretatione sacrarum legū, in qua hæc inquit: Transferri hoc quoque ad sapientiam potest. Nam omne lumen ex ipsa est. Quamobrem quidam ex secta Peripatetica dixerunt, facis illam habere similitudinem. Nam eam semper sequentes, imperturbati persistunt per totam vitam. Clariùs autem & meliùs dixit nostrorum patrum Solomon, ante cœlum & terram illam existere. Id quod cum priore consentit. Hæc & talia de his philosophati sunt Hebræi. Annon igitur hic sermo Deo maximè conueniens est, potentiam Dei rationalem & sapientem, imò potius ipsius sapientiam, & ipsam Dei rationem principium esse creationis totius vniuersi, quàm inanimata & irrationalia elementa? Sed hæc ab Hebræis, & quæ de principijs vniuersi videamus, & quæ de constitutione rationalium post primum rerum principium docent. Post essentiam omnipotentis Dei, quæ nec principium habet, nec facta est: docent principium quod non aliunde quàm ex patre genitum, primogenitum, & coadiuuans patris voluntatem, & ad eius imaginem expressum est. Id super omnia quæ postea generata sunt, excellere. Vnde & imaginem Dei, & potentiam Dei, & Dei sapientiam, & Dei* λόγον, *& archiducem potentiæ Dei, magnique consilij angelum vocare consueuerunt. Post hoc autem principium, intellectuales & rationales potestates, non esse effabiles humanæ natura, propter multitudinem, & propter specierum differentiam, nisi quatenus conijcere licet exemplis secundum visibilium proportionem, vt solis, Lunæ, astrorum, & ipsius cœli in se omnia complectētis. Alia enim gloria Solis, alia Lunæ, alia astrorum, inquit D. Apostolus: stella enim à stella differt gloria. Eodem modo & in incorporeis & intellectualibus essentiis ornatum oportet cogitare: nimirum ineffabilem & immensam potentiam Dei, & in vniuersum omnia comprehendere: secundo loco esse diuinum verbum conditorem & illuminatorem omnium. Vnde & lux vera, & iustitiæ Sol ab Hebræis sæpè appellatur. Tertio loco post secundam essentiam in loco Lunæ ponitur Spiritus sanctus, quē ipsum quoque in prima & regia dignitate, & honore principiorum vniuersi numerant, ad principium eorum quæ pòst creata sunt, dico autem hæc inferiora, & ea quæ auxilio indigebant.*

De contraria virtute, id est peruerso angelo. *Cap. VI.*

NVnc consequens esse videtur, vt qualem Hebræi de contraria virtute doctrinam tradiderunt, perspiciamus. Virtutes igitur ministrantes, & spiritus, qui ad ministerium mittuntur propter eos, qui æternæ consecuturi vitæ sunt hæreditatem, sanctos dico angelos Dei diuina luce frui, ac idcircò luminaribus cœli cōferri, docti à scriptura credidimus: à quibus peruersi quidam spiritus, cum sua nequitia, diuinam lucem suscipere nequiuerint, tenebræ factæ sunt. Quorum primum, qui etiam aliis defectionis causa fuit, quoniam penitus propter impietatē suam in terram decidit, quíque totius venenosæ prauitatis auctor est, spontè à lumine ad tenebras lapsum draconē, serpentémque lethiferi veneni productorem atrocem belluam, & leonem humanis carnibus viuentem, ac denique basiliscū scriptura solet appellare. Causa verò qua lapsus est, furor mentis, & arrogantia hoc pacto dicitur fuisse: *Quomodo decidit de cœlo Lucifer, qui manè oritur, contritus est in terram, qui mittit ad omnes gentes, tu autem dixisti in mente tua, In cœlum ascendam, super astra ponam sedem meam, & ero altissimo similis.* Et rursus: *Hæc dicit* Dominus, *quoniam exaltatum est cor tuum, dixisti Deus ego sum, & domicilium Dei habito.* Et iterùm: *In monte* Dei *natus es inter igneos lapides immaculatus in diebus tuis, ex quo die creatus es, donec iniustitiæ inuentæ in te sunt. Exaltatum*

Summus spiritus versus in draconem.

Esaiæ 14.

A *tum eſt cor tuum in pulchritudine tua, corrupta eſt ſcientia tua cum pulchritudine tua, propter multitudinem deliƈtorum tuorum in terram deieci te.* His verbis apertiſſimè cum ſuperioribus illum virtutibus conuerſatum fuiſſe, docemur. Et quoniam ceruices extulit, propter arrogantiam decidiſſe, ſub quo innumerabiles quidam ſunt ſpiritus, ſimili impietatis errore perlucida, diuina, regia, beatáque habitatione ad conueniẽtia ſibi ac omnibus impiis loca tartari ſententia Dei depulſi. Quæ loca abyſſum diuina ſcriptura & tenebras, non has, ſed quas diuina verba intelligunt, ſolet appellare. Ex numero quorum multi exercitationis hominum gratia in terra & regione, quæ ſub luna eſt derelicti, erroris humani, & impietatis gentium concauſa ſimul fuerunt, quibus interdum nomina indit ſcriptura, malignos ſpiritus & dæmones, poteſtates & principatus mundi huius appellans. Interdum ſymbolicè cùm pium atque religioſum virum ne multitudinem dæmonum formidet, hortetur:
B *Super aſpidem enim*, ait, *ambulabis, conculcabis leonem & draconem*. Signum autem eſt, Deum ab ipſis odio haberi, eiúſque voluntati repugnare, quoniam ſeipſos deos putari cupiunt, & Dei cultum in ſe transferre conantur, diuinationibus atque oraculis tanquam incentiuis ſtultos allicientes, quos à Deo rapientes ad profundum impietatis detrudunt. Solis autem Hebræis malitia illorum à priſcis fuit intellecta temporibus, apertiſſimè damnantibus omnes deos gentiũ dæmonas eſſe. Nunc autem Dei gratia per Saluatoris noſtri Euangelicam doctrinam vniuerſus orbis vinculis dæmonis ſolutus, Deum verum glorificat. *Pſal. 91.*

Scholia in Cap. VI.

Ex doƈtrina Hebræorum, de peruerſo dæmonum ingenio, eorum multitudine, impoſtura, pœnis, reƈte noſter Euſebius ſingula exponit. Quæ de Satanæ lapſu adducit, vt vera eſſe nemo dubitat, ita
C *ex adduƈto Eſ. 14. loco de Lucifero, probari non poſſe ſi literalem ſenſum ſpeƈtes, nemo prudens negabit. Quis enim in ſcripturarum leƈtione mediocri ſtudio verſatus non videat, prophetam de Rege Babylonico illa prædixiſſe, & oraculum illud eſſe ad impletum eo tempore, quo deuiƈto Balthaſare Chaldæorum rege, Cyrus Perſarum Rex Babylone potitus eſt, vt teſtantur Dan. cap. 6. & Xenophon lib. 7. Cyri Pediæ. Hunc tamen locum de caſu Angeli, veteres penè omnes myſticè ſunt interpretati.*

1 Angelos] *& Archangelos, & omnem miniſtram bonorum intelleƈtualem eſſentiam, lucidam exiſtentem, & omnium miniſtram bonorum à Deo hominibus donatorum, Deo omnium regi miniſtrare, & in cœlo ſicut ſtellas, circa Solem iuſtitiæ, & coæqualem ipſi Spiritum ſanƈtum vagari, & eius luce abundè frui.*

De hominum natura. Cap. VII.

D Sed Phœnicum quidem ac Ægyptiorum theologia, caſu hominum cæterorúmque animalium productionem factam è terra dicebat, nullum inter rationalem animam, & 1
irrationalem ſubſtantiam diſcrimen arbitrata, quibus abiectis, Hebræos laudamus, qui pulcherrimè ac ſapientiſſimè, ac ideo veriſſimè de prima hominum productione docuerunt, duplici quadam natura conſtitutum eſſe hominem aſſerentes: cuius altera pars cùm incorporea & immortalis ſit, verus homo exiſtit ad imaginem & ſimilitudinem Dei, non fortuna & caſu, ſed à Deo ipſo creatus. Voluit enim ſuprema omnium cauſa non carere rationalibus terram animalibus, vt non ſolùm à cœleſtibus, verumetiam à degentibus in terra maieſtas ſua laudaretur. Itaque dixiſſe Deum, ſcriptura teſtatur: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. Et fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam fecit eum.* Et rurſus: *Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Quem textum Iudæus Philo exponẽs, *Gen. 1. & 2.*
E his verbis vtitur: Cæteri quidem ab ætherea natura mẽtem noſtram conſtare dicentes, ætheri affinem eſſe hominem voluerunt. Moſes autem ille nulli creaturarum rationalem animam ſimilem, ſed numiſma de verbo ſuo inſignitum eſſe voluit. Inſpirauit enim Deus, inquit, in faciem eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem. Et quoniam neceſſe eſt mittenti, miſſum ſimilem eſſe, idcircò ad imaginem Dei homo, non ad imaginem creaturarum alicui factus eſſe aſſeritur. Anima igitur hominis verbo Dei deſignata, neceſſe fuit corpus ad fulgentiſſimas partes mũdi viſum erigere. Hæc Philo. Non ergo abſque cauſa cætera quidem animalia nutu diuino, vel à terra, vel aquis prorupiſſe. Solus autẽ homo ad imaginẽ & ſimilitudinem Dei factus aſſeritur. Quare ſolus omnium, quæ ſunt in terra, rationis particeps, principari ac regere, leges ferre, artéſque inuenire poteſt. Sola enim hominis intellectualis anima ac rationalis eſt, reliqua omnino mortalia *Philonis de hominũ ortu verba.*

ad seruiendum homini facta sunt. Præest enim vniuersis quasi dominus, atque dux homo rationis viribus robustiora corpore domans: idcircò prudentiæ, iustitiæ, aliarúmque virtutum capax est, & ad cœlestia seipsum extollens. Stellarum cursum orbiúmque volutiones ita quærit, vt cœlestem se esse, argumentum præbeat. Quòd autem sibi circumiacet terrenum corpus, & opus ipsum Dei est de terra sumptum, & in terram reuertens. Quapropter oportet sicut pecoris cuiusdam, ita corporis hominem curam habere, aleréque & ipsum seruum, vt ad huius vitæ ministerium perutilem, dominum verò interiorem, quasi Dei affinem vehementiùs amare ac honorare, quoniam & à prima causa honoratus est. Homini igitur sic diuinitùs ornato, idoneum Deus largitus domicilium fuit. Ipse autē sua sponte diuini contemptu præcepti in domicilium mortale decidit: propterea pietatem esse adhibendam censemus, & virtuti dandam operam, vt delictum nostrum deleamus, & ad primum redeamus statum. Non enim in terris finem homini esse constitutum, sed illic vnde resiliit restitutione imaginis, quam deprauauimus. Huiusmodi sunt quæ de natura hominis Hebræorum doctrina, anteaquàm Græci omnino essent, philosophata est. Græci verò heri vel nudiustertius nati, nonnulla è Barbaris, multa ab Hebræis, vt progredientes monstrabimus, furati sunt.

Homo dominus rerū inferiorum.

Domiciliū.

Scholia in Cap. VII.

Etiam hoc nomine magnifaciendam esse præ omnibus aliis doctrinæ sacræ generibus Hebræorum Theologiam docet Eusebius, quòd cùm Phœnicum, Aegyptiorum, Græcorum & aliarum quarūdam gentium matæologia falsò statuat, hominum & brutorum ζωογονίαν αὐτόματον καὶ μίαν φύσιν, *Hebræorum Theologia sola hominis ortum, partes dominium in inferiorum ordinum creaturas, domicilium, ornamenta, & alia priuilegia, & rectè & verè describat. Ad eam rem demonstrandam & scripturæ pronunciata adducit, & Philonis verbis ea explanat. Porrò, quòd de restitutione humani generis Eusebius his verbis dixit, & lapsum hominum, & reconciliationem describens:* τὸν δ᾽ αὐτεξουσίῳ αἱρέσει τῶν κρειττόνων ἀποπεσεῖν, καὶ τὸν θνητὸν βίον ἀντηλλάχθαι θείας ἐντολῆς ὀλιγωρίᾳ, διὸ καὶ μάλιστα προσήκειν, εὐσεβείας ἀντιποιεῖσθαι, καὶ τὸ πρώτως πλημμεληθὲν δευτέροις αἰτίοις ἐπιδιορθοῦσθαι, σπεύδειν τε ἐπὶ τὴν τῶν οἰκείων ἀναδρομήν τε καὶ ἀποκατάστασιν, *ea cum verbis Pauli conferenda, & ad ea, tanquam ad normam exigenda sunt: itaque sicut per vnius delictum (propagatum scilicet est malum) in omnes homines, ad condemnationem: ita & per vnius iustificationem (propagatur bonum) in omnes homines ad iustificationem vitæ. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti fuimus multi, ita per obedientiam vnius, iusti constituentur multi. Et cum illo Christi pronunciato: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum, ne quis fortè putet, in nostro situm esse arbitrio, redire in gratiam cum Deo, reuocare postliminio imaginē Dei, & semel deperditam gloriam, virtutis exercitio recuperare, cùm omnes peccatores sint, & destituantur gloria Dei, quam nemo nisi Dominus noster Christus solus potest restituere.*

Roma. 5.

1 Dicebat] *Vnam & eandem similiter naturam casu ex terra progressum describens, nihilque differre irrationalem à rationali anima & essentia statuens. Hæc quidem ostenderunt suprà positæ scriptorum lectiones.*

Quòd materia non est ingenita. Cap. VIII.

Verùm quoniam Hebræorum veritas vnum creatorem omnium Deum cognoscit, ipsius quoque subiectæ corporibus substantiæ, quam Hylen Græci appellare solent. Innumerabiles verò tam Barbari quàm Græci contrà opinantur. Alij malignitatis fontem esse Hylen, nec genitam, nec corruptibilem dicentes. Alia natura sui absque qualitate figuráque asserentes, virtute diuina mūdum ab ipsa formatum asserunt. Rationibus demōstrandum est, solam Hebræorum opinionem non falsam esse. [1] Vtar autem, vt soleo, non meis, sed alienis. Dionysius igitur in primo aduersus Sabellium, hæc de proposita quæstione reliquit: non tamen absque scelere illi, qui materiam primam ad fictionem totius Deo subiecerunt, quam dicunt cùm passibilis, mutabilísque natura sit, diuinitùs ad generationem omnium alterari. Sed ostendant nobis, vnde similitudo ac dissimilitudo materiæ primæ ad Deum est: necesse enim est, si positionem suam volunt sustentare, superiorem quēdam Deo excogitare, quod nefandissimum est. Prætereà cùm non genitum esse similiter de vtroque dicatur, & aliud alterum ab altero sit, vnde id ipsis aduenit? Nam si non genitus Deus per se est, & ipsum non genitum esse, vt quispiam diceret, substantia sua est, non erit non genita Hyle, non enim idem est Deus & Hyle. Quòd si vtrique est quodcunque est, id est, Deus quidem Deus, materia verò prima materia, inest autem vtrique, non genitum esse:

De Hyle.

Refutat cōmentum.

A esse: patet aliud esse ab vtroque, & vtrisque priùs atque superiùs. Ad hæc causam reddi postulabimus, quamobrem cùm vtrumque non genitum sit, Deus quidem impassibilis, immutabilis, immobilis atque actiuus est: materia verò prima econtrà, passibilis, mutabilis, mobilis, omnis alterationis receptiua: quomodo autem tam aptè conuenerunt? vtrum ad materiæ primam naturam adaptauit se Deus, cùm ab ea mundum fabricatus est, an econtrà? Sed hoc vltimum[2] impossibile. Non enim potest res insensibilis accommodare se ad 2
artificem. Primùm autem penitùs nefandum, si quis putet sicut artificem ad materiæ aptitudinem primam causam se accommodasse. Relinquitur ergo, vt à Dei sapientia varia, & vt ita dicam, multiformis formarum scilicet omnium receptiua Hyle producta sit. Multa dici possunt, sed modò non est nobis hæc quæstio proposita: meliores tamen sunt, qui hæc dicunt, quàm qui innumerabiles deos alium aliud creasse contendunt. Hæc à Dionysio
B sumpta sufficiant. Nunc Origenem audias: Si quis autem putat, non esse Deum absque subiecta, inquit, materia quicquam efficere, quoniam nec statuarius absque lapide statuã, nec lignarius faber sine lignis[3] rogandus est, si arbitratur Deum posse quicquid velit. Eo 3
enim pacto, quòd sicuti vult ad totius ornatum ineffabili virtute absque sapientia qualitates non entes producit: quod omnes qui prouidentiam fatentur concedunt: substantiam quoque quamcunque vult producere potest. Mihi autem videntur, qui hæc dicunt, fortunam quoque Deo annectere: qui si in materiam primam fortè[4] reperisset, non esset au- 4
ctor, nec pater, nec creator & dominus vniuersi. Præterea vnde factum est, vt sufficiens ad vniuersa fingenda, nec superfluens aut deficiens materia subiecta sit, sequitur enim necessariò à prouidentia quadam Deo superiore, nec scilicet ars Dei perderetur, si non haberet materiam artificij susceptibilem, Deo materiam esse abiectam. Vnde autem omniũ quæ
C Deus vult receptiua materia esset, nisi eam Deus talem qualem voluit produxisset. Sed nõ genitam esse materiã supponentes, sic aduersus eos insurgemus? Si nulla prouidentia Deo materiam non subiecit, quæ tamen ei subiecta est, quasi per prouidentiam esset subiecta, quid præstantius factum est quàm ea quæ casu fiunt? Quòd si non est à Deo producta materia, cur mundum ab eo formatum dicunt, an quia tantam mundi fabricam nisi à sapientissimo artifice non potuisse fieri credunt? Sed materiam quoque tantam atque talem, vt corporalium rerum formas omnes possit suscipere, non nisi ab omnipotente, sapientéque artifice fuisse credendum. Cùm autem obiiciant, neminem posse artificem absque materia quicquam facere, sciant se multùm dissimilia dicere. Prouidentia enim semper hominum artibus materiam subiicit. Hæc aduersus illos dicta sufficiant, qui quoniam inuisibilis terra informisque dicitur, idcircò materiam primam non genitam existimarunt. Hæc

καθ' ὑπόθεσιν hæc dicit.

D Origenes. Philo autem Iudæus de hac quæstione sic scripsit: De quantitate autem substãtiæ, vtrum facta sit, dicendum est ad formationem vniuersi tantam materiam Deum creasse, vt nec superflueret: nec deficeret. Absurdum enim est, hunc vel illum artificem diligentissimè de quantitate materiæ sufficientis præcipuè in preciosa materia prouidere: Deum verò, qui numeros & mensuram omnium nouit, minimè de hoc prouidisse. Ausim igitur exclamare nec pluri, nec pauciori materia ad creationem mundi opus fuisse. Non enim integer ex omnibus partibus mundus esset, si non à sufficienti materia esset formatus. Sed cùm prudentis psoprium artificis sit, antea quàm incepit sufficientiam materiæ prospicere, homo quidem mortalis errare potest, vt nonnunquam deficienti materiæ additamenta quærat, nonnunquam ablationem à superfluente. Deus verò cui nihil deest, quíque omnia potest, ad vnguem sufficientem produxit Hylen. Sed qui cauillari volunt, argumẽta multiplicant: qui verò philosophari, veritate rerum contenti sunt. Hæc etiam Philo.
E Maximo verò insigni apud Christianos viro liber quidem de materia scriptus est, vnde nonnulla mihi sumenda esse video ad exquisitam quæstionis decisionem. Credo, inquit, te quoque ipsum videre, duo non genita simul esse non posse: quamuis illud addidisti, alterũ ex duobus necessarium videri: aut separatum esse Deum à materia, aut coniunctum. Si igitur coniunctum esse quidam voluerit dicere, vnum non genitum dicet. Nam si coniuncta simul sunt, duo non genita esse non possunt. Sed sicut consequenter dicimus, vnam rẽ genitam hominem esse multis partibus constitutum: sic necesse est, si non est separatus à materia Deus, vnum non genitum dicere. Sin verò separatum quis dicet. necesse erit aliquod inter eos esse discrimen, quo dissiparentur. Non enim potest aliud ab alio distare, ni tertiũ quoddã sit, quo distare dicuntur. Illud autẽ vlterius progreditur. Nam si tria dabuntur ingenita, similiter de ipsis quæram, & si coniuncta quis dicet, superiorem referam rationem.

Sin verò separata, quartum necessariò introducet, quo separatio efficitur. Sed illud forsan A
quispiam cogitabit, nec separatum esse Deum à materia, nec rursus coniunctum : sed esse
in materia velut in loco, & materiam in Deo tanquam contineas. Erit ergo à materia cir-
cumscriptus Deus, cúmque ipse instabilitate sua huc atque illuc feratur, ipse quoque mu-
tabilis erit. Præterea si materia informis fuit, ornata verò formis, ad melius à Deo mutata,
Deus quoque erit in re, locóque informi. Ad hæc interrogādum est, vtrum Deus replebat
materiā, an in parte aliqua materiæ fuit, nam si in parte fuit, minor multo quàm materia
est: si totam replebat, quomodo eam transmutando formauit: necesse enim est aut contra-
ctum illud formasse, quod sui contractione vacuum fuit relictum, aut se quoque ipsum
vnà cum materia transformasse. Quòd si materiam esse in Deo quispiam dicat, similiter
quærendum est, vtrum quasi separata, vt volucres in aëre, an vt in loco. Si enim separatam,
vt volucres in aëre dixerit, partibus ergo Deus, imò reipsa scissus : scindi enim dissipari-
que necesse est ad reptionem aliorum. Sin verò, vt in loco, cùm deformis materia per se B
sit, nec à prauitate aliena, erit Deus deformitatis & prauitatis locus, quod cogitare, ne-
fandissimum est. Ita cùm Hylen ingenitam putes, ne malorum causa Deus esse videatur,
malignitatis receptaculum Deum dicere cogeris.

Scholia in Cap. VIII.

*Refutat Eusebius commentum Græcorum de Hyle, hoc est de materia prima, quam Chaos appellat
Ouidius, sicut suprà indicauimus, ac negat eam esse ἀγένητον & Deo coæternam. Si enim ingeni-
tam dixerimus, quódnam inter eam & Deum æternum (qui solùm ingenitus est) erit discrimen? Seque-
tur etiam illud absurdum: aliud scilicet ab vtroque esse: & vtrisque prius & posterius. Rursum si ma-
teria est παθητὴ τρεπτή, ἄστατος in Deum verò nihil horū cadit, quomodo tam aptè conuenerunt Deus
& Hyle? Deúsne materiæ ἑαυτὸν ἐξοικειώσας produxit vniuersa, an vero materia se accommodauit
ad artificem? Prius Deo indignum est, posterius simpliciter impossibile. His argumentis Dionysius fa- C
bulam de prima & præexistente materia conuellit: Origenes verò (cuius testimonium subnectit Euse-
bius) ex eo quòd, sicut artifices materiam creare nō possunt, ita Deus, cùm vult, materiam producit cum
rebus: quod indignum Deo est, fingere ipsum in materiam fortè fortuna incidisse, & ex ea res omnes
creasse: quòd Hyle in Dei opificio sufficiens fuit, non superflua nec deficiens: quòd denique fuit δεκτικὴ
πάσης ἧς βούλεται ὁ θεὸς ποιότητος, colligit eam ingenitam non esse Philo tertium Origenis argu-
mentum fusiùs persequitur. Maximum, postremò adducit, ἀδύνατον ὑπάρχειν ἀγέννητα δύο ὑπάρ-
χειν, affirmantem & multis argumentis id euidenter probantem.*

1 Vtar autem:] *Ponam autem sermonem eorum qui ante nos hæc diligenter examinarunt, & primò
quidem Dionysij.*

2 Impossibile.] *Absurdū sic vt homines, aurum fundere, & lapides fingere, & vt aliæ artes profi-
tentur, materiam formare & figurare, & manibus laborare Deum.* D

3 Rogandus est.] *Interrogandus est ipse de potentia Dei, Num si voluerit Deus facere aliquid, i-
psius voluntate non irrita existente, fieri posit, quod voluerit.*

4 Reperisset] *Nullum opus efficere potuisset, sed mansisset nec auctor, nec pater, nec benefactor, nec
bonus, nec quicquam aliud quod de Deo ritè dici potest.*

Quòd materia non est causa malorum. *Cap. IX.*

SI ergo materiam non genitam principaliter diceres, multis rationibus impossibile id
esse demonstrarem : verùm, quoniam malarum ipsam causam esse opinaris, & ex hoc
etiam induceris, vt non genitam credas: ad hoc vertenda mihi oratio est. Si enim adape-
riam quo pacto mala fiant, ostendámque nō esse possibile, quin malorum auctor Deus sit,
si materia ei aliunde ad creandum subiicitur, opinio hæc funditus euertitur. Sine qualita- E
tibus ergo coæternam Deo fuisse materiā, vnde mūdū istum creauit opinaris. Sic prorsus.
Si ergo sine qualitatib. materia fuit, sunt autē in mundo qualitates, qui à materia diuinitùs
factus est: qualitatum profectò Deus productor est. Ita mihi videtur. Qualitates porrò nō
à subiectis qualitatibus factas esse, & aliud esse à substantiis, dicis. Ita opinor. Si ergo nec à
subiectis qualitatibus eductæ à Deo qualitates, nec à substantiis, quoniam substātiæ non
erāt à nō ente, simpliciter creatas diuinitus, fateri necesse est. Falsò ergo abs te in superio-
ribus dicebatur, impossibile esse à non ente simpliciter fieri quicquam à Deo, quod tanto
absurdius videbitur, quanto si diligentiùs quispiam consideret, vel homines, qui maximè
ex aliquo facere videntur, à non ente quædam producunt. Architectus enim vrbem facit
ex non vrbe, & templa ex non templis. Quòd si quasi substantia subiecta ex architecto,
idcirco

A idcircò ex ente ipsum facere opinaris, non parum erras, non est enim substantia, quæ vrbẽ facit, aut templa, sed ars, quæ circa substantiam est. Hæc autem quamuis ex arte fiat, quæ in homine est, non est tamen in lapidibus. Sed forsan dices, ideò non esse ex non ente artẽ, qua vrbs constat, quia sit ab artificio quod in artifice est. Ego verò tibi respondeo, artem illam quæ in homine est, non ab alia quadam arte, sed à non ente in homine fieri. Accidentia enim omnia in substantiis & sunt, & fiunt. Homo enim sine vllo artificio existit: ars verò nulla erit, nisi prius hominem esse intelligamus. Quare ars à non ente in homine facta necessariò est. Quòd si in hominibus hoc modo se habet, quomodo non oportebit Deum non solùm qualitates, verumetiam substantias à nõ ente simpliciter arbitrari posse creare? Si enim aliquid ex non ente simpliciter posse fieri à Deo fateris, substantias etiam à nõ ente simpliciter ab eo posse fieri, concedas necesse est. Verùm quoniam apprimè audire desi-
B deras, vnde mala oriantur: quæro abs te vtrum substantias, aut qualitates substantiarum mala opinaris? Qualitates substantiarum arbitror. Materiam autem absque qualitate ac deformem fateris? Dictum memini. Si ergo substantiarum qualitates mala sunt, & materia sine qualitate est, Deúsque omnium qualitatum creator conceditur, erit malorum omnium auctor Deus. Quare si abs te materia nõ genita ponebatur, vt malorum causam Deũ dicere non cogereris, cogeris autem hoc facere, multò magis materiam ei ad creandũ subiiciens, frustrà id certè opinaris. Hæc sufficere mihi videntur, nisi tu aliquid habeas, ego si contentionis non veritatis cupiditate verba hæc faceremus, nihil amplius quærerem. Verùm quoniam charitas est, quæ nos mouet, & vtilitatis proximi causa disputamus, altius de his differendum arbitror. Et quoniam nihil aliud quàm veritas quæritur, quoquo modo putas faciliùs atque dilucidiùs id fieri posse. Sic oratione vtaris, vt non tibi solùm, verũ
C etiam mihi magnum congeras fructum. Sed quoniam qualitates esse mala, superiùs diximus: nunc substantias potius quasdam mala esse arbitror. Quid substantiam dicis? nónne illam quæ ita per se existit, vt nullo modo indigeat vt existat? Sic omnino. Malum autem actum alicuius esse opinaris? an quomodo? Actum profectò. Nónne igitur actus agentis est? Est prorsus. Cùm autem nihil agens sit, putas tu actum esse posse? Minimè. Si ergo substantia nulla re alia indiget vt existat, mala verò actus sunt: & omnes actus cùm alicuius sint, agente aliquo sunt, & non agente non sunt: non erunt profectò mala substantiæ. Quòd si ea quæ agunt substantiam putes, verum id est quidem, vt homicida ea ratione, qua homo est, substantia est. Cædes autem ipsa non est substantia, sed substantiæ opus: ac ideò interdum bonum hominem, interdum malum vocitamus, dicuntúrque ambo hæc nomina de homine propter bonos & malos actus, qui sunt accidentia. Cædes enim non est substãtia, sed
D ne liberalitas, nam quemadmodum à grammatica grammaticus, à medicina medicus dicitur, cùm substantia, nec medicina, nec grammatica sit, sed ab his accidentibus appellationem accipiat. Similiter à malis malus homo dicitur, & à bonis bonus, cùm neutrum eorum sit. Quare si quem alium præter homines causam esse malorum putas: simili modo in quantum hominibus suggerit mala, ab actu suo ipse quoque malus erit. Sic enim & homo malus dicitur, quia mala agit. Quæ autem agũtur mala, non est ipse qui agit, sed actus eius, à quibus appellationem accipit. Nam si agentem ea dicemus quæ agit, agit autem cædem, erit homo cædes. Et sic quoniam quæ aguntur, cùm aguntur, solummodò sunt, facta verò esse desinunt, erunt homines cùm agũt: & cùm non agunt, non erunt: quæ falsa atque impossibilia sunt. Sunt ergo mala hominis actus, appellatúrque homo malus non ex eo quòd substantia est, sed ex eo quòd mala agit. Malum enim dici ab accidentibus substãtiæ, quæ non sunt substantia, ideò cõcessimus, vt à grammatica grammaticus dicitur. Quòd si quæ
E aguntur, tunc incipiũt, quando actus incipit: certè is etiam qui malè agit tunc incœpit malus esse, quando malè agere cœpit. Non ergo malum absque principio: nec nõ genita mala sunt, sed ab eo genita atque profecta, à quo aguntur. Rectè, ô amice, è præsuppositis enim probè intulisti. Nam si absq; qualitatibus materia prima est, éstque qualitatũ auctor Deus, mala verò qualitates sunt, mala essent à Deo. Sed contra rationẽ istam hæc quæ dixisti sufficiunt. Mihi verò in mentem nunc venit, falsò absque qualitatibus Hylẽ affirmari. Nulla enim substãtia verè absq; qualitatibus dicitur: cùm enim absq; qualitatibus dicitur, qualitas eius profectò significatur. Qualis enim quædã materia certè prima dicitur, cùm huiusmodi esse dicatur, vt aliquid in se non possideat: quæ res certè qualitatis quædã species est. Ad hãc igitur rationẽ oro respõdeas: nã cùm non genita Hyle mihi videatur, qualitates etiã innatas habere videtur, & sic ab ea defluere omnia quæ mala sunt, ita Deus malorum

Quid mala sint.

Hylen non carere qualitatibus.

cauſa non erit. Magna te puto laude dignum, quòd abſque vlla pertinacia veritatem quæ- A
ras, cauſamq; nobis præbeas, vt aut à verbis tuis faciliùs tibi perſuadeamus, aut rationibus acquieſcẽtes, veritatem diſcamus. Sed ſi innatas habet materia qualitates, cuius rei auctor erit Deus? cùm neq; ſubſtãtias, nec qualitates produxerit: quippe cùm tã ſubſtantia quàm accidens ſecundum huiuſmodi rationis vim à principio fuerint. Dic igitur quæſo, quo pacto Deum creatorem appellas? Vtrum quia ſubſtantias in alias ſubſtantias mutauit, an quia ſubſtantias quidem non mutauit, qualitates autem eorum mutauit. Abſurdum mihi videtur, mutatam fuiſſe ſubſtantiam dicere. Qualitatum igitur mutatione, creatorem appellari Deum aſſero. Nam quemadmodum cùm è lapidibus domus fit, non eſt dicendum lapides in domum eſſe mutatos, ſed quali quadam eorum compoſitione domum factam eſſe, cùm qualitas iſta compoſitionis lapidum alia ſit ab ea, quam priùs habebant. Sic mihi videtur permanente ſubſtantia, qualitatum mutatione hunc mundum factum eſſe diuinitùs. B

Sitne Deus creator dictus propter ἀλλοίωσιν qualitatũ.

Quoniam ergo qualitates quodammodò quaſdam à Deo factas ais, reſpondere mihi non dedigneris, mala ſubſtantiarúmne qualitates ſunt, & qualitates inhærẽt materiæ ſemper, an impreſſæ fuerunt? In ſe dico abſque principio. Has igitur qualitates à Deo mutatas fuiſſe aſſeris? Ita prorſus. Vtrũ igitur ad melius, aut ad peius? Ad melius ſcilicet. Si ergo qualitates in materia inhærent, quæ in melius mutatæ ſunt, quærendũ adhuc reſtat, vnde mala orta ſunt: aut enim non permanſerunt qualitates illæ malæ natura, vt erant: aut ſi permanſerunt malæ, malignitatem earum in melius Deus non cõuertit: & ſic malorum cauſam ad Deum rurſus refert, aut forſan malas qualitates materiæ mutatas eſſe non dicis. Earum verò mutatione, quæ indifferentes erant, vniuerſa diuinitùs constructa opinaris? hoc modo certè. Cur igitur malas qualitates reliquit? vtrum quia euellere noluit, an quia non potuit? nam ſi noluit, & potuit, neceſſe tibi erit cauſam malorum Deo attribuere, qui mutatione mundum creans non deſtruxit, neque mutauit in melius mala, cùm potuerit. Nec C
poteris, ſi ita opinaris Deum non culpare, qui malignitatem materiæ nõ abſtulit, cùm poſſet, ſed ad perniciem creaturarum reliquit. Præterea maxima quædam iniuria ipſi quoque materiæ illata eſt. Peiùs enim modò ſe habet, quàm antequàm formaretur: tunc enim inſita ſibi eſſe mala, nequaquam ſentiebat: nunc verò multæ partes eius acerrimum malorum ſenſum percipiunt, quod exempli gratia in homine videamus. Materia enim hominis antequàm formaretur, & creatoris artificio in animal commutaretur, nihil percipiebat: poſtea verò quàm in hominem verſa eſt, acutum habet malorum ſenſum, ita quod diuinitùs materiæ ad beneficium ipſius eueniſſe aſſeris, peius illi fuiſſe inuenitur. Sin verò non potuiſſe Deum inſita materiæ mala tollere contendis, impotentem Deum aſſeris: qui autem impotens eſt, aut natura imbecillis eſt, aut ſuperioris cuiuſdam terrore ac formidine premitur. Si imbecillum arbitraris, & firmus in hoc propoſito conſiſtis, actum eſt de ſalute D
tua. Sin autem à maiore quodam premitur, erunt mala Deo efficatoria, quæ vires eius retundunt, quod dictu nefas de Deo eſt. Ad hæc quare malum potius Deus non eſt, ſiquidẽ illum eſſe Deum dicimus, cuius vires ſuper omnia ſunt? Sed reſponde mihi quæſo de materia ipſa rurſus quærenti, vtrum ſimplex quædam erat, an compoſita? Nam ſi vnica fuit atque ſimplex, quomodo mundus, qui ex ea eſt compoſitus verè dicitur? cùm illud compoſitum ſit, quod à multis variiſque conſtitutum eſt? Quòd ſi compoſitam fuiſſe reſpondebis, erat ergo à ſimplicibus quibuſdam compoſita, quare abſque principio non genita æternáque materia eſſe non poteſt. Non enim erat, antequàm ſimplicia, ex quibus componitur, conueniſſent: deinde non duo, ſed multa tibi erunt non genita. Simplicia enim, ex quibus Hyle tibi componitur, multa ac varia eſſe neceſſe eſt. Præterea videtúrne tibi quicquam ſibiipſi repugnare atque opponi? Nihil omnino. Quid porrò aquæ ignem opponi negas? E
nullo modo: luci autem tenebras, frigido calidum, ſicco humidum? nónne ſimiliter opponitur. Similiter non inficior. Si ergo nihil ſibiipſi opponitur, non erit materia vna, nec ex materia vna. Simile huic illud eſt, quod modò quæram, videntúrne tibi alicuius totius partes aliæ aliarum deſtructiuæ? nequaquam. Ignem autem aut aquam, cæteráque huiuſmodi, nónne materiæ partes putas? Sunt certè materiæ partes. Ignis porrò nónne aquæ deſtructiuus, & econtrà tibi videtur? Scilicet. Si ergo partes totius aliæ aliarum deſtructiuæ non ſunt: ignis autem & aqua cæteráque huiuſmodi alterum alterius deſtructiuum eſt: non erunt partes vnius materiæ, nec ipſa erunt materia, quoniam nihil ſuiipſius deſtructiuum eſt. Nihil enim ſibiipſi opponitur aut repugnat: aliud certè alij opponitur: vt album non opponitur albo, ſed nigro: & tenebræ non tenebris, ſed luci. Si

ergo

A ergo vna quædam esset materia, nulla oppositio in rebus inueniretur. Cùm autem aliæ rerum aliis opponantur, non eadem esse videtur materia omnium. Hæc Maximus. Sed huius voluminis iam modus sit, in quo priscorum sanctorúmque Hebræorum vitas, qui multò ante Mosem fuerant, breuiter perstrinxi: quos omnes admirati, diuinis laudibus prosequimur & prosequemur. Imitationem illorum tanti nobis facimus, vt eam nobis rectè cō- 2
cedi diuinitùs deprecemur.[2]

Scholia in Caput IX.

Maximi Christiani philosophi argumenta in hoc capite Eusebius adducit, vt ostendat materiam non esse ingenitā & Deo coæternā. Primum hoc est: Materia prima quā Deo coæternam fingunt, aut absque qualitatibus fuit, aut non fuit absque qualitatibus. Si fuit absque qualitatibus, tum consequitur Deum qualitates adiecisse, cùm bonas tum malas, & propterea dici creatorem. Si non tantum B *bonas qualitates, sed etiam malas impreßit materiæ, consequitur hoc absurdum, Deum videlicet esse auctorem mali. Sin verò dixeris, materiam qualitatibus informatam fuisse, tum quia mutauit qualitates Deus, ideò creator erit. Atqui mutatio qualitatum nec perfectum statuit conditorem, & si malas in bonas conuertat, vel malas qualitates non tollat, cùm mali auctorem tum impotentē creatorem, arguit. Horum autem neutrum de Deo optimo, maximóque dici potest. Non igitur talis materia prima fingēda est. Alterum argumentum. Materia prima aut simplex, aut composita fuit. Simplex non potuit esse, quia mundus nonnisi ex multis potuit componi. Quòd si composita fuit, non certè Deo coæterna esse potuit. Nam quod compositum est, posterius est ijs è quibus est compositum. At si nec simplex, nec composita fuit materia prima, nulla prorsus fuit. Hoc argumentum & alia quædam persequitur, & illustrat auctor vsque ad capitis finem.*

C 1 *Si ergo materiam ex existentibus rebus creatis cogitare, non genitam existere, diceres: multa verba de ea facerem, ad probandum quòd impoßibile esset ipsam existere.*

2 *Vitas veterum Hebræorū, qui verè Deo chari viri appellati sunt, & priusquàm Moses apparuisset, omnium virtutum præmijs decorati sunt. Illorum etiam doctrinam diuinam, & institutiones, & veras piásque Theologias, quorū amore & desiderio nos teneri fatemur, in superiore libro tradidimus. Nunc ordine progredientes.*

D
IN LIBRVM OCTAVVM EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica, Argumentum.

QVAE res, ad doctrinæ cœlestis, ac diuinarum legum præstantiam demonstrandam præcipuè faciunt, eas in hoc libro Eusebius operosè persequitur, vt quæ sit dignitas, veritas, & vtilitas doctrinæ & legum, quas Deus Mose ministro ad eam rem vsus, repetiuit & promulgauit, ostendat: τῆς νομοθεσίας *circumstantias initiò perstringit, vt Deum auctorem, eiúsque maiestate & potentia, finem legum & miracula amplificet. Testatur etiam tantam fuisse legum Mosaicarum apud Ethnicos auctoritatem, vt etiam Ptolemæus Philadelphus Aegypti rex, de ijs* E *certior factus à Demetrio Phalereo, non sine magnis impensis opera septuaginta duorū interpretum vsus, transferri in græcum sermonem curauerit. Ac si qui* ἀνίπτοις χερσὶν, καὶ ἀμυήτοις ποσὶν *hæc mysteria tractare aggreßi sunt, pœnas suæ audaciæ dederunt, sicut videre est in historia Theopompi & Theodectis tragici Poetæ, quorum ille ad tempus mēte captus, hic cæcus factus est, quòd sacra mysteria, eodem quo fabulas suas verborum lenocinio, describere conati essent. Porrò, Si quis leges sacras, Politicas, Oeconomicas traditas à Mose, & consuetudines Hebræorum consideret multis modis omnes omnium aliarum gentium leges & ritus excellere deprehendet. Nec esse causam cur quis vociferetur leges ceremoniales Mosi, non facere ad morum aliquam ciuilitatem,*

cùm illarum τροπολογικαὶ καὶ ἀλληγορικαὶ expositiones, cum primis ad vitam moresque re- A
ctè formandos faciant, proposito exemplo de mundis & immundis animalibus prolixè probat. Postremò etiam hac de causa Mosaicam legem probat, quòd ea piam & consolatione plenam de prouidentia Dei doctrinam contineat, ac quid de improborum successibus & pœnis, déque bonorum ærumnis statuẽdum sit, prolixè ex Philone indicat. Tacitè, interim monet Eusebius, commenta Ethnicorum nullam prorsus frugem afferre, cùm nec prouidentiam, nec inuocationis Dei vsum, tradant, sicut videre licet in istis Aristophanis Comici poëtæ versiculis, in quibus, Ethnica idola & dæmonia ridet.
ὅταμ γὰρ εὐχώμεθα διδόναι τ' ἀγαθὰ, ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν, οὐχ ὥς τι δώσοντ', ἀλλ' ὅπως τι λήψεται.

B

De Traductione sanctæ scripturæ, repetitio gentilium theologiæ. Cap. I.

NVNC ordine progredientes, ad Mosi disciplinam, quæ secundum gradum tenuit, & solis Iudæis, non aliis gentibus data est, transitum faciam. Quòd autem nulli alij genti, sed Iudæis solummodò Mosaica disciplina data est, nec idonea vel possibilis aliis fuit, tẽpore suo probabimus. Sed quemadmodum Ægyptiorũ doctrinam, ipsorum Ægyptiorum vocibus exponebam, cæterarúmque gentium theologiam suorum
1 testimonio auctorum explicabam:[1] ita nunc quoque faciundum est, à Iudæis ipsis, & ab illis maximè, qui doctissimi habentur, ante oculos omnia ponam: si priùs C
quomodo in linguam græcam, & quãta diligentia libri Iudaici tracti sunt, exposuero. Cõmodissimũ enim id mihi ad euangelicã doctrinam, cuius præparationẽ modò scribimus, fore arbitror. Cùm enim iã Saluatoris nostri tẽpora viderentur propius aduenire, cõducebátque maximè saluti omnium gentium, quæcunque à Prophetis scripta fuerant, intelligere per linguam græcam, quam ferè omnes gentes intelligunt, Iudaicam scripturam vniuersis proposuit. Aut enim post Saluatoris nostri tempora non habuissemus, Iudæis ex inuidia occultantibus: aut corruptiores nobis dedissent: aut si rectè habere potuissent, in suspicionem traductores facilè vocarentur. Saluator ergo noster, qui vt Deus omnia præuidebat, optima dispositione vsus, Ptolemæo Ægyptiorum regi traducendorum librorum cupiditatem iniecit. Quam rem Aristæus vir doctus, vtpote qui rebus aderat, diligenter conscripsit. Fuit autem traductio facta temporibus secundi Ptolemæi, qui Philadelphus D
vocatus est. Sed Aristæi verba operæprecium est audire. Demetrius, inquit, Phalereus, in regia bibliotheca constitutus, grandem à rege pecuniam accepit, vt vndique ad bibliothecam regis, vel emendo vel transcribendo libros congregaret: meminíque interrogatum me præsente à rege, quótnam libri iam in bibliothecis essent: dixisse plures quàm ducenta millia, sed breui tempore non erunt forsan pauciores quingentis millibus, si non ab vniuersa Græcia solùm quod feci, verumetiam ab aliis gentibus, ac præcipuè à Iudæis, quorum doctrina perutilis mihi esse videtur, quàm plurima possumus volumina, congregemus. Et quænam, rex inquit, causa detinuit, ne Iudæorum libros, quæ regio nobis affinis est, aut emeris iam, aut transcripseris, præsertim cùm ad hanc rem tanta tibi præstetur pecunia, quantum petieris? Tum Demetrius, Traductione opus est, inquit. Propria enim lingua, & diuersis vtuntur quàm Ægyptij literis. Multi eos Syriaca & lingua, & literis vti censent, quod ita esse, non inuenio: Post hæc rex præcepit Demetrio scribere ad se de Iu- E
daicorum librorum traductione. Omnia enim tanta diligentia faciebat, vt vel res minimas petitionibus atque mandatis exactissimè scriptis ageret. Quare ipse quoque cuncta, vt gesta sunt, conscripsit. Hanc igitur epistolam Demetrius Philadelpho misit: Regi magno, Demetrius. Quoniam præcepisti ô rex, vt vndecunque possim, in Bibliothecam tuam libros vtiles congeram, maiestati tuæ refero Iudæorum disciplinam & leges litteris & lingua sua conscriptas, perutiles mihi videri. Feruntur enim abiectè nonnulla translata tantæ certè admirationis, vt & integra & diuina sola legum sanctio Iudaica videatur. Sic enim etiam Hecateus Abderita propter sanctionem legis, nec à poetis gentium tractam arbitratur, nec diligenter ab historicis expositam. Si ergo tibi videtur ô rex, scribatur ad pontificem Iudæorum, vt de singulis tribubus seniores viros legisperitos & probos sex mittat, vt dili-

Quare Biblia sacra in linguam Græcã conuersa. Aristæi narratio de 72. Interpretibus.

Ante septuaginta interpretes biblia aut saltem bibliorum nõ nulli libri fuerant in græcã linguam traducti.

A vt diligenti examine id eligamus,in quo plures conuenient traductores.Ista quippe res di- *Iudaicorũ librorum sanctitas.*
gna mihi maiestate tua videtur,fœlix sis perpetuò . Tunc rex ad Eleazarum scribi iussit,
quòd captiuos Iudæorum remiserit,& auri quinquaginta talenta,²argenti centum,&lapi- 2
des non paucos ad crateras,phialas,& mensam,cæteráque vasa ad sacrificia faciunda Deo
Iudæorum obtulit,cuius Epistola hæc est : Rex Ptolemæus Eleazaro pontifici salutem.
Nõ ignoras multos Iudæorum in regione habitare nostra, qui ab Hierosolymis Persarum
tempore,quo illi regnabant,abstracti fuerunt,quorum multi cum patre nostro in Ægy-
ptum ingressi,maiori mercede in legionibus cõscripti sunt.Cúmque fideles inuenisset , in
præsidiis collocauit,vt eorum formidine animos Ægyptiorum comprimeret . Nos etiam
postquàm regni habenas suscepimus,humaniùs tuos tractantes,plures quàm centum mil-
lia captiuos redemimus ac liberauimus,conuenienti mercede dominis deposita:& si quid
B impetu multitudinis perperam gestum est,totum correximus.Putauimus enim id maxi-
mo Deo gratum fore,qui tantum regnum cum pace ac gloria nobis commendauit . De
tuis etiam florentes ætate,volentésque militare,cum dignitate aliqua in exercitu consti-
tuimus,& apud nos nonnullos admisimus . Quia igitur volumus & tibi & Iudæis , tam
præsentibus quàm futuris,gratissimum facere,decreuimus vt lex vestra literis Græcis ab
Hebraica lingua traducatur,vt vestra quoque volumina cum aliis regiis libris , in Biblio-
theca nostra inueniantur,rectè igitur facies,& nostro studio condignè , si viros probos &
seniores peritos legis linguæ Græcæ non ignaros,sex ab vnaquaque tribu elegeris . Opor-
tet enim quoniam res quàm maxima est,illud eligatur in quo plures conueniant traducto-
res,hac re gesta,non paruam nos gloriam consecuturos arbitramur . De his rebus latiùs
tecum loquentur Andreas de intimis cubiculariis,& Aristæus,qui & primitias ad vasa &
C sacrificia in templum portant,argenti atque auri pondus non contemnendum :Scribe tu
quoque ad nos de quibuscunque volueris. Gratum enim id nobis erit , & amicitia nostra
dignum:& quamprimùm fieri curabimus,quod petieris.Vale.Ad hæc Eleazarus sic re-
scripsit:Eleazarus pontifex amico vero Ptolemæo Regi S.Si tu & Arsinoë regina , & soror
& filij vestri valetis,bene est,& vt volumus fit:ipsi quoque valemus . Magno gaudio affe-
cti sumus,cùm per litteras tuas bonam erga Iudæos voluntatem & consilium cognoueri-
mus.Itaque vocato populo publicè,tuam epistolam legimus,vt scirẽt quoniam in Deum
nostrum habes pietatem:ostendimúsque viginti aureas phialas,quas misisti , & argenteas
triginta,& crateras quinque,& mensam argenteam ad sacrificandum,& ad alia faciunda,
quibus templum eget,argenti talenta centum,quæ Andreas & Aristæus viri probi & do-
cti & digni abs te nobis tradiderunt , quibus latiùs diximus quæ visa sunt . Omnia enim
D quæ tibi conferunt,etiam si præter naturam essent,tui petentis gratia efficere ³ parati su- 3
mus.Plurima enim ac maxima,& quæ obliuisci nunquam poterimus,nostro generi bene-
ficia contulisti.Quare ilico pro te,& regina , & filiis , & amicis tuis sacrificia obtulimus
Deo:& orauit vniuersus populus,vt cuncta tibi sicuti vis succedant:regnúmque tibi cum
gloria Dominus omnium Deus conseruet.Præterea vt diuinæ legis commodè ac securè
fiat traductio,sex ab vnaquaque tribu seniores elegi,quos ad te cum libris destinaui.Rectè
igitur facies,rex optime,exquisitissimè traducta scriptura,curare , vt ad nos viri redeant.
Vale.Multis deinde hac de re dictis,post iam traductam scripturam subiungit : Lectitata
igitur examinatáque traductione seniores interpretum,ac sacerdotes,& multi Ægyptio-
rum principes coram rege congregati,propositis in medio libris , magna voce dixerunt:
Quoniam probè ac sanctè diuina scriptura traducta est,decens modò est rex iustissime, vt
caueant ne quis peruertere aliquid audeat. Quod cùm omnes voce approbassent,iussit
E rex,secundum morem suum maledicere.Maledixerunt ergo vt solent , si quis addiderit,
aut subtraxerit,aut mutauerit aliquid,rectissimè id agentes,vt perpetuò inuiolata scriptu-
ra seruaretur.His ita gestis,mirabili rex fuit affectus gaudio (lecta verò vniuersa sibi fue-
rant)& admiratus legislatoris prudentiam,dixit Demetrio,Quomodo nemo poëtarum,
neque historicorum de tot tãtísque rebus gestis vllam mentionem fecit?Cui Demetrius,
Diuina hæc lex est,& à Deo data vt vides:ac ideò si qui tetigerunt , à Deo percussi resilie-
runt.Affirmauítque audiuisse à Theopompo,quòd cœperat nonnulla à Iudaica scriptura
translata,Græca oratione ornare:& illico turbatione quadam mentis & animi perculsus,
magno studio Deum orasse,cuius rei gratia id sibi accideret . Audiuisséque per somnium,
quia res diuinas lenocinio inquinatis hominibus adderet.Ego quoque ipse,inquit,à Theo
doto tragœdiarum poëta accepi , quòd cùm nonnulla è Iudaica scriptura ad fabulam

quandam transferre vellet, luminibus captus fuerit, qui quoniam credidit hac de cauſa id ſibi eueniſſe, magno tempore pœnitentiã egit, & tandem ſibi viſus fuerat reſtitutus. Tunc rex magna cum diligentia ſanctam ſcripturam Iudaicam iuſſit reſeruari. A

Scholia in Cap. I.

CVm Patriarcharum quorundam, qui ante Moſen Prophetarum principem vixerunt, Religionem, vitæ inſtituta, & egregias virtutes in libro 7. decantaſſet Euſebius: in hoc octauo libro, quam vocant Moſi legem, ceremonias ſacras & ſanctiones politicas explicandas duxit, vt Iudæorum Theologiam, omnes aliarum gentium doctrinas de diis & eorum cultu, excellere, ſolámque antiquiſſimam & veriſſimam eſſe oſtendat. Cæterùm in primo capite, quo Dei conſilio, quo tempore, vbi locorum & à quibus Lex Moſæa ex Hebraico ſermone in Græcum traducta ſit, oſtẽdit. Extat autem libellus Ariſtæi, è quo maximam partem capitis excerpſit Euſebius. In fine quædam ſcitu digna ſubnectit, de Theopompo & Theodecte tragœdo, quæ eò faciunt, vt intelligamus non eſſe Sacras literas impuris cordibus & illotis manibus, tractandas. B

1 Ita nunc quoque] *Sed priuſquàm ad illa perueniam, quomodo ad Græcos ab ipſis libri peruenerint, & quomodo in Græcam linguam traductæ ſint creditæ ipſis ſcripturæ, & per quos & quales viros, & quanto regis ſtudio, neceſſarium puto id ob oculos ponere lectoribus.*

2 Argenti centum] *In Græco eſt: argenti talenta ſeptuaginta.*

3 Parati ſumus] *Hoc enim amicitiæ & charitatis eſt ſignum.*

De vita & diſciplina Moſaica. Cap. II.

NVnc diſciplinam Moſaicam, vt doctiſſimi Iudæorum ſcripſerunt, exponam. Philo
1 igitur de Iudæorum ab Ægypto egreſſu in primo libro, quos de[1] Hypotheticis inſcripſit, vbi pro Iudæis quaſi aduerſus eorum accuſatores his verbis vtitur: Populus, inquit, iſte, qui à Chaldæo parente traxit originem, à Syria in Ægyptum tranſlatus poſt multos annos, quoniam multitudinem eorum Ægyptus non capiebat, & in magnitudine animorum, ac ſimul, quia ſomniis ac viſionibus exitus ei diuinitùs ſignificabatur, magnopere in eam terram, vnde maiores ſui in Ægyptum profecti fuerant, redire cupierunt. Quo facto adeo creuerũt, vt ad hæc vſque tempora Iudæorum genus durauerit. Et paulo pòſt: Ducebat autem eos vir vnus, quem ſi vis nihilo præſtantiorẽ cæteris putato. Petunt enim multi eum opprobriis, arte quadam malefica, & lenocinio verborum omnia illi confecta fuiſſe dicentes. Sit ſanè, ſed artificium tamen illud maleficum, & verſutia hominis non modò vniuerſum populum à ſiti, fame, cæteríſque periculis, quæ quotidie locorum aſperitate & ſolitudine accidebãt, liberauit, ac velut in copia rerum omnium aluit, verumetiam longè ab omni ſeditione & ſibi obtemperantes obtinuit. Nec breui tempore iſta, ſed tanto ſeruata ſunt, quanto nec domus vna in pace atque concordia conſeruari facilè poteſt. D Itaque non ſitis, non fames, non calamitas aliqua, non futurorum formido, non ignoratio euentorum aduerſus maleficum illum virum ſeductos populos incitauit. Quam igitur vis artem, aut verborum lenocinia, aut prudentiam aduerſus tot tantáque accidentia quotidie mala ſuffeciſſe? Aut enim ſubditus illi populus natura obtemperans, humilis, & peritia futurorum munitus, libenter eum ſequebatur: aut ſi illi mala fuerant, Deus dura omnia eis mitigabat: & tam præſentium quàm futurorum notitiam Moſi concedens effecit, vt tandem ab omni periculo populus ſuus euaſerit. Vtrum enim iſtorum conceſſeris, magna laude Moſem certè affeceris. Poſteaquàm in terram iſtam venerunt, etſi quo pacto eam conſecuti ſunt, diuinæ literæ ſignificant, malo tamen ego probabili coniectura, quàm veritate hiſtorica vti. Vtrum enim quiſpiam voluerit ipſe concedam, aut multitudine, aut armorum peritia Syros & Phœnices patriæ propugnantes viciſſe, aut vi quidem nihil feciſſe, sed à dantibus ſpontè regionem accepiſſe: ac non multo poſt piè & ſanctè viuendi E omnem diſciplinam conſtituiſſe. Alterum enim fortiſſimos eos viros, alterum à Deo ſic amatos ſignificat, vt etiam inimicis ſuis venerabiles viderentur: quippe hoſtes atque inimici erant eorum, à quibus regionem, vbi & ipſi, & maiores ſui nati educatíque fuerant, repentè auferre voluerunt. Quomodo igitur non eſt mirabile atque diuinum, ſi quaſi melioribus ſine vlla vi ſpontè hoſtibus ceſſiſſe fatearis? Poſt hæc neſcio, quid primo, quid ſecundo collocabo, probitatémne legis, an obedientiam, ſanctitatem, iuſtitiam, & pietatem illorum, qui virum illum, à quo legem accepeRũt, ſic admirati ſunt, vt quicquid ille vellet, hoc Deum velle putarent. Nam ſiue prudentia illius hæc agebantur, ſiue à ſuperiore quadam virtute doctus faciebat, ad auctorem Deum omnia reducuntur. Mirabile nempe mihi videtur, duobus annorum millibus, imò maiore tempore iam ferè tranſacto (non

Exodi hiſtoria.

Moſes.

C

enim

A enim exquisitissimè annorum possum dicere numerum) nec verbum vnum in lege illius
esse immutatum: sed centies vnusquisque Iudæorum morietur, quàm legi Mosaicæ de-
rogabit. His dictis, compendio transcurrit disciplinam ciuilem, quam Iudæi lege Mosai-
ca tenuerunt deinceps. Nihil, inquit, huiusmodi apud Iudæos est, non forum & iudicia,
non postergationes & moræ, non lites & accusationes, sed omnia vera, simplicia, & con-
stantia. Si adulteratus es, si vim intulisti, si fornicatus, si aliquid horum feceris, morte pu-
nieris: si seruum si liberum vituperaueris, innocuum premes: si abductum vendideris,
si priuata, si sacra sublegeris, si impietate vsus fueris, non opere solùm, verumetiam
verbo. Propitius autem sit nobis Deus, qui hæc cogitauimus, si in patrem si in matrem,
aut in benefactorem tuum, morte morieris non communi, sed lapidibus obrutus.
Præterea mulieres viris seruire oportere non ad contumeliam, sed ad obedientiam, pa-
B rentes in filios ad salutem eorum habere imperium, vnumquemque suorum esse do-
minum, nisi Deo ea obtulit. Nam si verbo solùm Deo dedicauerit, tangere am-
plius non licet Dei oblata, neminem rapere, nec aliena omnino furari, verumetiam si ver-
bum emiserit, quo sua omnia Deo oblata esse videantur, ac demum pœnitentia ductus
tangere audeat, aut ad alium sensum prolata sibi verba interpretetur, animam amittat. Sed
longum esset omnia dicere. Innumerabilia præterea sunt moribus & consuetudine sine
scripto seruata, quæ quis odit, non faciat: quæ non locauit, non tollat: nec à prato, nec à tor-
culari, nec ab area, magnum aut paruum aliquid auferat: ignem petenti dare, aquarum
fluenta non includere, inopibus & mancis, opem petentibus, stipem propter Deum esse
concedendam, mortuis sepulchri locum non esse negandum, mortuorum sepulchra non
mouere, nihil mali cuiquam inferre, non obtundere aut eiicere sperma, nulla vi fœcundi-
C tatem mulierum retardare, nõ aliter vti animalibus quàm Deus & lex voluit, semina non
dispergere, iugum non imponere iniustè, non habere [2] modium præter mensuram, nec 2
numum adulteratum, amici arcana, inimicitias, lapsus non patefacias, non separes libe-
ros à parentibus, etiam si captiuos habeas: non vxorem à viro, etiam si argento tuo emeris.
Hæc maiora pulchrioráque sunt: illa parua multis videntur, non destruere domi nidum,
nullius animalis preces, cùm ad te lamentanti simile refugit, contemnere velis. Sed lex
quæ ista iussit, magna cura seruanda esse constituit: maledicunturque qui non seruant: &
Deus ipse qui omnia perspicit, vltor inuocatur. Et paulo pòst: Non semel, sed sæpius, imò
verò singulis diebus septimis propter malos hæc repetuntur, maledicunturque qui non
seruant. Ita non solùm ad agendum exercitatos, verumetiam legum peritos legislator sin-
gulos effecit. Septimis enim diebus in diem congregari voluit, vt considentes scripturam
audiant, ne quis se ignoratione possit excusare. Ita conueniunt semper & sedentes magno
D cuncti vtuntur silentio, nisi ad laudem dictorum verbum aliquod communiter emiserint.
Sacerdos autem aut de senioribus vnus, legem recitat & exponit, fitque id per totum diem
septimum vsque ad vespertinum crepusculum: deinde abeunt & sacrarum legum peritio-
res, & pietate multo munitiores. Num ociosi septimum peragere diem Iudæi tibi viden-
tur? an hæc quæ faciunt, cæteris omnibus necessaria magis ducis? hac enim re fit, ne
à iureconsultis quid faciendum sit quærerent, nec per ignorantiam fallunt. Sed vnusquis-
que facilè de legibus atque moribus interrogatus respondeat: & vir vxori, pater liberis, do-
minus seruis, legis præcepta tradat: Facilè de septimo quoque anno, quamuis nõ similiter,
dicere possumus, non enim ipsi ab operibus, sicut septimis diebus cessant, sed agros ipsos
cessare patiuntur, vt vires ad futura suscipiant. Multo enim fœcundiores redduntur, si
cum cessauerint, in noualia rursus proscinduntur. Quod etiam corporibus hominum ac-
E cidit, semper enim eundem ferre laborem, & valetudini obest, & robur animi atque cor-
poris deiicit. Sed si quis Iudæo polliceatur fœcundiorem in septimo anno agrum futurum
si eum coluerit, nequaquam id facere patietur, nam & ipsi à laboribus recipere se volunt,
& agros aliquando quiescere, vt & ipsi lætiores, & agri fœcundiores alio initio laborum
sumpto efficiantur. Magnæ autem humanitatis eorum illud præcipuè signum est. In sep-
timo anno quoque ipsi ab agriculturæ laboribus abstinent, si quid spontè agri protule-
rint, non colligunt, neque deponunt: sed quia nullo suo labore productum est, communi-
ter cuicunque volenti omittitur. Quare autem septimum numerum ita lex honorauit,
nemo à me quæret, qui à medicis atque philosophis de virtute, quam ad omnia maximé-
que ad naturam humanam possidet, audiuit. Hæc Philo. Similia verò ipsi & Iosephus in
secundo de Antiquitate Iudaica, hoc pacto conscripsit ab ipsis rebus: Si quis cæterarum

Integra cõseruata à Iudæis lex Mosi.

De Politia Mosaica.

Iudæi Scripturis non tantùm nitebãtur sed & traditionibus & consuetudinibus.

Septima die audiẽdum verbũ Dei.

Iosephi historici testimonium.

gentium leges nostris conferret, diligenter videre licet, quisnam maximè tam iustissimas A
leges, quàm pietatem in Deum veram hominibus tradiderit. Nam cùm infiniti guber-
nandarum ciuitatum modi in hos paucos generaliter reducuntur, ac alij principatu vnius,
alij paucorum potentia, alij totius populi iudicio gubernentur, nostræ legis conditor hæc
omnia despexit, & soli Deo (dicam enim etiamsi durum videatur) gubernationem Iudæo-
rum attribuit. Ad illum enim tanquam omnium bonorum causam respiciendum solum-
modò censuit, quem nec factum vllum, nec cogitatum fugere potest: qui cùm immorta-
lis æternúsque sit, omnia potest, nec alia nobis ratione, quàm creaturis suis cognoscitur.
Hæc enim de Deo opinari oportere, sapientissimi etiam Græcorum, principiis ab illo
sumptis, testantur. Nam & Pythagoras, & Anaxagoras, & Plato, multíque alij hæc ipsa
sensisse videntur. Sed paucis hac varietate tradita, in multos efferre ausi non sunt. Noster
autem legislator, quoniam opera legibus consona effecit, non solùm sui temporis Iu-
dæos, sed omnes vsque ad hunc diem in veram creatoris pietatem reduxit, atque reducit, B
cuius rei causa est, quoniam & leges ipsas vtilissimas omnium tulit. Non enim virtutis
partem pietatem esse docuit, sed omnes virtutes pietatis esse partes declarauit: & ipsas vir-
tutes, iustitiam dico, modestiam, fortitudinem, ciuium inter se concordiam, altiùs
omnibus impressit. Omnes enim operationes nostras, omnia verba & cogitationes ad
eum referendas esse voluit, nec aliquid horum incastigatum reliquit. Duplex enim disci-
plina morum est. Nam cùm & doctrina quid faciendum sit discamus, & exercitatio-
ne faciliores ad agendum simus, alij quidem legumlatores altera solummodò ratione
vsi sunt. Nam Lacedæmonij atque Cretenses non verbis, sed re atque consuetudine in-
stituebant. Athenienses autem & cæteri penè Græci omnes, quæ facienda essent, vel non
legibus iubebant. Re autem atque opera ad consuetudinem bene viuendi reducere ho- C
mines neglexerunt. At verò Moses diligenter hæc vtraque coniunxit, nec rectam viuen-
di consuetudinem doctrina priuauit, nec doctrinam procul ab exercitatione iacere passus
est: sed à primis statim elementis incipiens, domesticũ viuendi vsum ita complexus est, vt
nihil adeò paruum sit, quod voluntati vtẽtis prætermiserit. Sed quæ comedenda sunt, & à
quibus abstinendũ, ac de omnibus quæ simul viuunt, de diligẽtia præterea in agẽdo, ac de
requie à laboribus, legẽ quasi regulam posuit, sub qua tanquã sub patre ac domino viuen-
tes, nihil ex ignoratione peccamus. Nõ enim semel aut bis, sed singulis hebdomadibus ab
omni labore quiescentes, ad audiendam legem conuenire iussit, vt præceptis eius maximè
omnium cognitis, nemo se posset per imprudentiam purgare. Quod cæteri omnes legum
cõditores ita reliquerunt, vt plurimi ferè homines tunc tandem quicquã prohibitum esse
discant, cùm iam præuaricati sint: & qui præcipuos maximósque gerũt magistratus, igno-
rantiam legum præ se ferunt, cùm legisconsultos semper habeant secum assistentes. D
Quemcunque verò Iudæũ de Mosi legibus interrogaueris, faciliùs tibi omnes percurret,
quàm nomen suum proferre posset. Ita fit, vt ab ineunte nobis ætate leges imprimantur: &
raro quidem aliquis transgreditur: & si quis transgressus fuerit, nullo pacto pœnam depre-
cari potest. Qua ex re mirabilis generi nostro concordia inest. Nam & quia eadem omnes
de Deo sentimus, & quia in viuendi moribus nulla differentia est, summa omnes concor-
dia coniungimur. Non audies enim apud nos diuersas de Deo sententias, quod apud alios
non vulgares tantùm, verumetiam philosophi factitant: quorum alij nihil omnino Deum
esse cauillantur, alij Deum esse cõcedentes, gubernationem rerum ipsi concedere nolunt.
Apud nos autem à mulieribus etiam & seruis audies, omnia nostra studia ad Deum referri
oportere. Vnde factũ est, vt nonnulli tanquã magos atque inertes nos accusent, quia noua-
rum rerũ inuentores non sumus. Quod apud alios ita laudatur, vt qui patria consuetudine E
contempta, innouare quicquam potuerũt, sapientes fuisse videantur. Nos autẽ econtrà, id
præcipuũ prudentiæ atque virtutis munus existimamus, vt nihil omnino cõtra legem aut
facias, aut cogites. Quę res maximo argumẽto est, leges Mosi optimè atque diuinitùs latas
esse, nam quæ aliter se habent, experiẽtia redargutæ ceciderunt. Nostræ autem legis quíd-
nam aliquis mutare queat? vel quid meliùs aut inueniet, aut ab aliis accipiet? num vniuer-
sum disciplinæ ciuilis modum reprehendet? Sed quis iustior aut melior modus excogita-
bitur quàm hic sit, qui Deum principẽ proposuerit, & sacerdotibus cõmuniter maxima-
rum rerum gubernationẽ attribuerit: ac summo pontifici sacerdotis, tum omniũ regimen
commiserit, quos non censu aut genere, sed virtutis præstãtia ad Dei cultum assumpsit: &
legis aliarũque rerum curam illis cõmisit, vt ipsi & dubia decidant, & peccantes puniant:
quis

Omnes virtutes pietatis partes sunt.

Leges vel vsu receptæ, vel præscriptæ.

Moses omnes legislatores excellit.

Mosis Oeconomia.

A quis igitur principatus hoc melior?aut quis maior Deo poteſt honor afferri? Tota quippe multitudo piiſſimè Deum colit,& [3] ſacerdotibus maximarum rerum committitur. Ita fit, 3 vt tota diſciplina ciuilis quædam ſolennitas eſſe videatur.Nam quæ paucis diebus vix alij faciunt myſteria,& dies feſtos, appellantes, hæc nos toto animo firmáque ſententia multis ſeculis & conſeruauimus, & conſeruamus. Vide autem quàm veræ, ſimplices,integræque noſtrę opiniones ſunt. Primum enim omnium de Deo opinamur,quòd ipſe perfectiſſimus atque beatiſſimus ſit,ſibi atque cæteris ſufficiens: omnium ipſe rerum principium,ipſe medium,ipſe finis:operibus notiſſimus atque manifeſtiſſimus, ſubſtantia penitus inuiſibilis:cui ſimile nec videre,nec excogitare quicquam poſſumus. Quare nec materia vlla ad imaginem eius ſuſcipi,nec ars imitari eum fingendo poteſt. Opera eius oculis cernimus,cœlum,terram,ſolem,lunam,lucem,fluuios,mare, animalia, plantas quæ B ipſe fecit non manibus,neque labore,nec alicuius auxilio: ſed cùm voluerit omnia bene fieri,omnia illico bona facta ſunt.Hic ſequendus omnibus hominibus eſt, atque colēdus: colitur autem ſanctiſſimè,operatione virtutis. Vnum eſt templum vnius Dei, amicum enim omnibus quod ſimile eſt,commune templum omnibus eſt,quia communis Deus eſt, hunc ſacerdotes præcipuè colant,quibus vnus præeſt:huic qui non obtemperat,tanquam impius punitur. Sacrificia offerimus non ad repletionem ebrietatémque noſtram, quæ Deo ac omnibus probis odio ſunt: ſed ad emendationem purgationémque noſtram, in quibus pro communi priùs ſalute oramus,deinde pro noſtra. Gratiſſimus enim Deo eſt, qui communem ſalutem ſuæ anteponit.Petimus autem à Deo precantes,non vt bona nobis concedat,quæ ſponte iam præbuit:ſed vt capaces eorum bonorum ita nos faciat, vt cùm ceperimus,non efferamur.Sacrificantes à luctu,ab vxore, aliiſque permultis abſtinere lex iubet.Hæc de Deo ſentire,Moſaica lege didicimus.Lōgum eſſet omnia percur- C rere,quæ de nuptiis,connexionéque ſexuum cum vxore ad procreandum conſtituit,quā- quam ſeueriſſimè præter naturam agentes vlciſcitur,quæ de latrocinio atque furto,de rapina & vi,quæ de liberis educandis,quæ de parentationibus mortuorum, vt non magno ſumptu,neque magnificentia ſepulchrorum caritatéque fiant.Purgari autem à cadauere venientes iubet quaſi immundos,vt hinc diſcamus, quàm magna immunditiés in cæde hominis ſit.Parentes ſecundo loco poſt Deum honorari iuſſit:& ingratum aduerſus parentes hominem,lapidibus obruendum eſſe cenſet ſeniores à iunioribus honorari præcepit.nihil inter amicos occultum eſſe vult:& ſi diſſidium acciderit, amici arcana efferri non ſinit.Iudici muneribus corrupto,mortem intulit.qui non auxiliatur ſupplicanti,cùm poſſit,reus ſecundum legem eſt,non tollas quod non depoſuiſti,non tangas alienum, non D mutues fœnore.Innumerabilia huiuſmodi ſunt,quibus ſocietas noſtra & diſciplina ciuilis inter nos continetur.Sed non eſt prætermittendum, quomodo erga alienigenas affectos nos eſſe voluit,ſic enim diuinitùs hanc rem etiam curauit, vt nec noſtra corrumpi poſſent,nec inuidere his poſſemus,qui legem noſtram recipere velint. Quicunque enim noſtris legibus viuere deſiderant,omnes humaniter ſuſcipiendos iuſsit: cùm non genere, ſed viuendi diſciplina coniunctionem hominum diſtinguere videatur. Si qui autem non integrè,ſed ſimulatione accedunt,hos repellendos imperat, ne conuerſatione ſua corrū- pamur.Cætera verò,quorum vſus neceſſarius eſt,petentibus danda eſſe conſtituit,ignem, aquam,alimentum,cæteráque huiuſmodi:vt viam ignoranti oſtendere, inſepultum hominem non negligere.Quàm humaniter autem gerenda bella eſſe cenſuerit idem patet, quoniam nec igne,nec ferro agros hoſtium populari dimittit:nec eos ſpoliare, qui ceciderunt in prælio:nec captis iniuriam inferre, maximè mulieribus. Tantáque facilitate ac E manſuetudine fuit,vt vel brutorum animalium curam habuerit,nam vſum congruētem eorum nobis concedens,crudeliùs ea tractare prohibuit:nec interficere ſinit, ſi quæ quaſi ſupplicantia ad nos refugiunt,parcendum etiam in hoſtili regione, nec interfici animalia illa voluit,quorum labore homines iuuantur.Sic vndique cùm docendo, tum puniendo à vitiis ad virtutem reduxit.Mors enim imminet,ſi adulteratus es, ſi puellam rapuiſti, ſi matrem tentaſti,ſi tentatus conceſsiſti,de aliiſque omnibus punitiones rebus conuenientes abſque deprecatione conſcripſit. Seruatoribus autem legum præmia propoſuit,non argentum,neque aurum,non oleaſtri,aut hederæ ſerta,& inane quoddam præconiū: ſed quæ & ipſe prædixit,& Deus miraculis confirmauit.Si quis etiam mortuus eſſet pro lege, viuet tamen,& meliora maioráque præmia conſequetur.Vnde factum eſt (non enim vereor dicere,quod res ipſa prædicat) vt multi magno animo ſummos cruciatus & mortem

Quare viuus à mortuo contaminetur.

De Proſelytis.

Bellū quomodo gerēdum.

Quomodo animalia ab homine tractanda.

ipſam ſubire maluerint, quàm quicquam facere aut dicere præter legem. Et certè ſi gens noſtra ignota cæteris hominibus eſſet, nec legis noſtræ ſanctitas vllo modo cognoſceretur, & aliquis omnia diligenter ſcripta Græcis nunc legeret, narrarétque talem ſe aliqua in orbis parte viuendi vidiſſe diſciplinam, quam multis ſeculis cum ſumma in Deum pietate ſeruatam diceret, omnes admirarētur. Nullus enim ſanctiores leges excogitauit, nec tot ſeculis leges ſuas animis hominū firmiter imprimere potuit. Prætermitto Platonem, qui veram opinionem de Deo in multitudinem efferre, non eſſe tutum confitetur: & leges verbis inanibus conſcripſit, vnde nulla vtilitas, niſi forſan eloquētiæ, conſecuta eſt. Lycurgum autem homines admirantur: & Sparten in cælum efferunt, quia longo tempore leges illius inuiolatas Spartani conſeruarunt: quæ res certè non paruæ virtutis eſt, ſed illi breui tempore id feciſſe inueniuntur, ſi quis eos cum Iudæis cōparat, qui non minùs ferè, quàm duo annorū millia in legibus permanent. Præterea Lacedæmonij liberi quidem leges ſeruabant: quamprimùm autem fortuna mutata fuit, totius viuendi diſciplinæ, omniúmque ſuarum penè legum obliti. Nos autem ſæpius aduerſa fortuna multò magis, quàm cæteri homines vexati, nec etiam in ſummis periculis legem noſtram obliuioni tradidimus.

Platonis & Lycurgi leges.

Scholia in Caput II.

Ex Philone & Ioſepho, σύνοψιν Eccleſiaſticarum ceremoniarum & ſanctionum, Legum Politicarum & Oeconomicarū apud Iudæos, oculis ſpectandam ſubiicit, & Platonis, Lycurgi & aliarum Gentium legibus anteponit, quòd non apud Iudæos miſeræ leges clauis ferreis affixæ, in parietibus hærerent, quibus malos mores affigi æquum erat, vt ille ait: ſed longo vſu & obſeruatione comprobatæ eſſent. Videntur autem ambo iſti Philo inquam & Ioſephus in hac diſputatione reſpexiſſe, ad illa verba Moſi: Cuſtodite ergo & facite, quia ea eſt ſapientia veſtra, & intelligentia veſtra in oculis populorum, qui audient omnia ſtatuta iſta. & dicent: Vtique populus ſapiens & intelligens, gens magna iſta. Quæ enim eſt gens ita magna, cui ſint Dij propinqui, ſicut eſt Iehouah Deus noſter, in cunctis pro quibus inuocauerimus eum? Et quæ eſt gens ita magna, cui ſint ſtatuta & iudicia iuſta ſicut eſt vniuerſa lex iſta quam ego do coram vobis hodie? Deut. 4. Paulum autem Apoſtolum de legis vſu & eius obſeruatione diſſerentem ſequi præſtat, quàm Philonem aut Ioſephum. Quos enim Iudæi progreſſus fecerint in legis obſeruatione: quàm procul ab eius impletione abfuerint, & quòd lex iram & peccatum demonſtret & vniuerſos reos peragat, ſapientiſſimè & euidentiſſimè oſtendit. Rom. 2. & 4. 7. Gal. 3. & 4. Apparet autem hos, qui Moſi politiā & ſuæ gentis præconium ad eum modum decantauere, nec finem cuius cauſa illa Politia inſtituta fuit: nec legis perfectionem (de Morali loquor) nec ſuas vires earúmque imbecillitatatem, nec finem legis, nec promiſſionem de ſemine benedicto nec victimarum vſum, plenè cognouiſſe. C

1 Hypotheticis.] ὧν ἐπέγραψεν ὑποθετικῶς, *q. d quæ ſcripſit hypotheticè: quæ verba quid denotent, non intelligo.* D

2 Modium.] *In Græco eſt* μὴ χοίνικα ἄμετρον, *id eſt modium non ſine menſura.*

3 Sacerdotibus.] *In Græco eſt: & præcipua cura ſacerdotibus commiſſa eſt.*

Eleazarus apud Ariſtæum de allegorico ſenſu ſcripturæ. Cap. III.

HÆc Ioſephus de Moſaica Iudæorum diſciplina. Multa verò dicere poſſem de occulta legum virtute & allegorica ſpeculatione: ſed tangam pauca, quæ ab Eleazaro atque Ariſtobulo ſummis apud Iudæos viris nobiliſſimíſque ſumpta ſunt, qui Ptolemæi tempore perfulſerunt: quorum alter Eleazarus pontificatus etiam dignitate inſignis fuit vt paulo antè ſcriptum eſt, cum de Traductione ſcripturæ in linguam Græcam diceremus, qui regiis legatis virtutem ſcripturæ occultam eſſe oſtendens, his verbis vſus eſt, vt Ariſtæus alter ex legatis conſcripſit: Dignum autem eſt, inquit, nonnulla eorum quæ ab eo audiuimus breuiter ponere, præcipuè quoniam temerè quædam de cibo, potu, puris atque impuris animalibus in lege ſcripta multi arbitrantur. Interrogatus enim à nobis, quāobrem ſi à Deo vniuerſa creata ſunt, impura nonnulla ſcriptura vocitat, à quibus abſtinendum eſſe iubet, ita diſſeruit: Vides quantam vim habet conuerſatio atque conſuetudo: malos enim homines ſi cum improbis, laudabiles ſi cum probis conuerſantur, facilè facit. Primùm igitur legum diuinarum lator ita cuncta Deo patere oſtendit vt nihil agi, nihil excogitari poſſit, quod eùm lateat. deinde cæteros omnes homines falsò multitudinem deorum introducere docuit, cum ipſi multo præſtantiores ſint, quàm dij ſui, quos venerantur, quorum ſimulacra lapidea, vel lignea tanquam imagines eorum, qui ad vitam ſibi nonnihil contulerunt, adorant, ſenſum ipſi habentes, & adorantes ea quæ inſenſata

penitus

A penitus sunt. Cur autem omnino quasi dij à gentibus, coluntur illi, qui ad vsum humanæ vitæ aliquid inuenerunt, cùm non fecerint, neque produxerint ipsi quicquam, sed meliorem eorum quæ sunt vsum excogitarint. Aut cur hodie quoque multi non adorantur, cùm antiquioribus ad inueniendũ excogitandúmque multo sagaciores acutioréſque ſint? Nam de Ægyptiis quidem nescio quid dicere oporteat: belluas enim & serpentes, & viuos, & mortuos venerantur. Hæc igitur inspiciens, diuinus ille vir mœnibus ferreis, & inuiolabili vallo à cæteris gentibus separare nos voluit, quo pacto faciliùs corpore atque animo immaculatos, longéque ab huiuscemodi falsis opinionibus remotos fore videbat, vt solùm verũ Deum præter cæteras gentes adorãtes, illi solũmodò inhæreamus. Vnde factum est, vt à nonnullis Ægyptiorum sacerdotibus, qui disciplinam nostram altiùs considerarunt, Dei homines gens nostra sit appellata: quod nemini, nisi

B Deum verum colat accidere potest. Nec id iniuria. Reliquis enim cibo, potui, vestituique inhiantibus, nostri omnibus istis contemptis, per totam vitã de omnipotentia Dei cogitant. Ne igitur conuersatione atque cõsuetudine aliorum corrupti, ad impietatem eorum deferamur, cibi & potus, tactus & auditus, atque visionis purificatione legali nos à cæteris separauit. Cuncta enim ab vna potentia omnipotentis Dei gubernati naturali ratione similia sunt, quamuis singula à quibus abstinemus, & quibus vtimur, profundã habeant rationem, quorum vnum aut alterum exempli gratia ponam,[4] ne putes temerè de rebus tam paruis à Mose fuisse conscriptum, sed omnia videas ad probitatem hominum, & iustitiæ perfectionẽ sanctè pertinere. Volucres enim omnes, quibus vtimur domesticæ mundæque sunt tritico, aut leguminibus connutritæ, vt columbæ, turtures, ἀτταγαὶ, perdices, anseres, cæteræque huiusmodi. Quæ verò prohibitæ sunt, eas rapaces

Quæ aues mundæ & immundæ.

C carnibúsque aliarum auium nutriti comperies, à quibus agnis, hoedísque raptis hominibus quoque tam viuis, quàm mortuis infertur iniuria. Quæ omnia meritò immunda nominauit, vt vel huic rapina & cæde deterreret, & ad iustitiam hortaretur, monerétque iustissimè atque pacificè viuere, sicut omnes volucres mundæ, quę nulli auium, nec omnino aliis iniuriantur. Ita his quasi symbolis ad iustitiam intelligentes conuertit. Nam si animalia huiusmodi tangenda non sunt propter immunditiam suam, quales erunt homines, qui prauitate morum illis se similes reddunt. Omnia igitur hæc tropologicè, sanctéque intellecta, plurimùm conferent: consideratio enim vngulæ fissáne, an contra sit, distinguendos esse singulos actus probè significat: quos qui non distinguit, omnes quasi pecora, parentes simul & filiæ, sorores & fratres, quódque nec in pecudibus inuenitur, mares inter se commiscentur, à quibus omnibus nos longè absu-

D mus. Vnde mirificè vnà & hunc distinguendi modum docuit, & vitæ constitutionísque nostræ habendam esse memoriam monuit. Cùm enim dixisset, Quæcunque vngulam scindunt: adiecit, & ruminant. Nihil enim aliud per ruminationem significat, quàm vitæ constitutionísque nostræ, vt dixi, memoriam habentem viuere continuam. Hoc vita alimento conseruatur. Ita & alibi iubet dicẽs: Memoria recordaberis Domini Dei tui, qui fecit in te magna & mirabilia. Ingentia enim profectò sunt (si quis diligenter considerat) formatio corporis, alimenti dispensatio, & ad singula membra mirabilis transitus, ac multò magis, sensuum vis, mentis agitatio, & summa velocitas: vnde singulæ quoque artes inuentæ sunt. Quare monet memoria tenendum, omnia quæ diximus, diuina virtute & fieri, & gubernari. Loca deinde ac tempora omnibus accommodauit, vt semper & vbique Dei memoriam habeamus, & incipientes quicquam agere & desinentes, & 5

E cùm inter agendum sumus constituti,[5] iam cibi & potus tam munditia quàm immunditia, quàm primitiis: quibus factis postea vtimur, ad Deum nos conuertit. Præterea per vestitum etiam simile fecit. Quid plura? In ipsis quoque ianuis præcepta Dei scribere iussit, vt continuam eius haberemus memoriam: & in manibus ipsis circumferre ipsa voluit. vt ostenderet omnia nobis iustè faciunda, creatorem timentibus, & nostræ creationis memoriam firmam retinentibus. Iubet enim si quis dormitum eat, siue à lectulo se recipiat, siue ambulet, siue sedeat, Dei opera sibi esse meditanda: & in singulis Dei potentiam, qua sumus & possumus, non verbis tantummodò, verumetiam cogitatione atque animo admirandam, laudandam, amandam. Sed de cibo ac potu dicta sufficiant. De sensibus autem ita iussit, vt nihil audiendum, nihílque tangendum velit, quod immundum sit: & hoc si simili quadam ratione. Rapaces enim prauæque bestiolæ sunt, à quarum tactu nos prohibuit, sicuti catæ ac mures, pestifera

Contactus quorũ cam animalium cur vitandus.

quædam animalia, & omnino inutilia hominibus: ita lex nostra nec verbo, nec opere in- A
iuriosè quemquam dicere, aut facere permittit: & tam expresè quàm per signa & sym-
bola: omnibúsque modis non fabulosè, sed veris rerum indiciis ad iustitiam, & omnipo-
tentem nos Deum conuertit. Omnis enim mentio mundorum atque immundorum ani-
malium ad hæc refertur. Videbatur igitur mihi, Eleazarus rectè ad omnia respondisse.
nam etiam vitulos, arietes, & iuuencos non syluestres, sed domesticos offerendos dicebat:
vt qui sacrificabant, hac re intelligerent mites se atque humanos esse oportere, præsertim
cum oblatum affectus animi significet. Hæc Eleazarus ad legatos, qui ad eum de interpre-
tatione legum à Ptolemæo missi fuerunt. quibus apertè significauit, profundam quandam
rationem, ac allegoricam in lege diuina contineri, quam inuestigare deberent, qui scriptu-
ram intelligere optarent. Aristobulus autem ille, cuius secundus Machabæorum liber
meminit, quémque Aristotelica peritum fuisse philosophia constat, similiter manus &
cætera membra, quando de Deo dicũtur, intelligenda esse in libro quem ad Ptolemæum B
scripsit his verbis declarat: Veniamus nunc ad ea, quibus etiam tu ô rex significari tibi vo-
luisti, quid velit dicere scriptura nostra, cùm manus & brachia, facies & pedes, iter & quie-
6 tem Deo attribuat. Quæ omnia conuenienter [6] intellecta, rectam de Deo sententiam non
fabulosam confirmant. Magnæ námque res quæ in sensus non cadunt, multis profectò
modis à sensibilibus, à scriptore legum exponuntur. Et ideo, qui rectè intelligunt sapien-
tiam illius, & diuini spiritus gratiam, quæ prophetam eum efficit, vehementer admiran-
tur, ex quibus prædicti philosophi fuerunt, & poëtæ etiam nonnulli, qui propter illa, quæ
ab eo acceperunt, maximè admirantur. Qui verò à sensu eius profundiore remoti, literæ
tantummodò inhærent, nihil magni eum scripsisse arbitrantur. Explanabo igitur singula
breuiter, atque clarè, quantum in me situm est: quòd si longe à veritate abfuero, non scri- C
ptori, qui rectè ac profundè omnia edidit, sed mihi parum diuinas illas leges intelligenti
temeritatem attribuas. Manus igitur etiam nobis multis modis dici, apertissimum est:
nam cùm magnum exercitum & legiones tuas aduersus hostes mittis, magnam manum
te habere dicere vulgo solemus: & omnes qui audiũt vires tuas, per manum significari non
dubitant. quod etiam Moses designauit, dicens: *In manu potenti eduxit te ab Aegypto
Deus*. Et alibi à persona Dei: *mittam manum meam & percutiam Aegyptios*. Et rursus
ad Ægyptiorum regem: *Ecce manus Domini*, inquit, *erit in pectoribus tuis, & in omni-
bus agris mors magna.* quibus potentia Dei iurè significatur. Vis enim hominum, & actus
omnis in manu eorum sita esse, translatiuè dicitur. Idcirco legis scriptor vocabulum ma-
nus ad potentiam Dei transtulit. Quies autem diuina non iniuria, vt puto, dici potest sta-
bilis creaturarũ duratio atque immobilitas, quam esse percipimus, quia Deus, cui omnia
subiiciuntur, ita constituit. nunquam enim cœlum in terram conuersum est, neque terra D
in cœlum mutata: nec Sol Luna, neque Luna Sol facta est. Et in animalibus similiter est:
non est enim in naturam hominis fera conuersa, nec homo in beluam vnquam pertransi-
uit. Hæc igitur quies atque stabilitas diuina dici potest. Descendisse in montem etiam
tempore, quo lex ferebatur, scriptura Deum perhibet, vt omnes operationem Dei con-
spicerent, quam descensum appellamus. Scribitur enim exarsisse montem igne, quando
Deus descendit, tubarúmque voces exauditas fuisse. Cúmque tota multitudo non pau-
ciores quàm decies centena millia essent, per quinque dies in omni loco montis ardens
ignis aspiciebatur. Ita descẽsus ille nullum localem motum significat, vbique enim Deus
est: sed viribus ignis, quæ mirabiles sunt, quia vniuersa consumunt, quinque dierum spa-
cio sic ardentis, vt nihil ibi consumptum fuerit, sed ipsa quoque herbarum viriditas inta-
7 cta permanserit, tubarúmque sonitu intolerabili nullis edito instrumentis, [7] descensus Dei E
omnibus significatur. Descendit enim, quoniam voluit diuinis Iudæorum genus legibus
communire. Hæc Aristobulus.

Manus quid significet in scriptura.

Scholia in Cap. IIII.

Cum Eusebio visum esset demonstrare, etiam hoc nomine magnificiendam esse Iudæorum legem, quòd ea multas vtiles, ad vitam rectè instituendam, formandúmque de rebus multis magnísque iudicium, tropologias & allegorias contineat, Primum quidem ex Aristeæ, Eleazari Archipontificis sermonẽ refert, in quo ille ad hanc ἀπορίαν, (Quî fit, vt cum omnia sint à Deo condita, alia tamen munda, alia immunda censeantur, nec licitus Iudæis est quorundam esus & contactus,) respondens, allegoricè illa præcepta accipienda censet, & quid sibi illa velint, ac quæ sit natura quorundam animalium, exponit, ad mores vitæque institutionẽ illa referens. Postea Aristobulum testem adducit, qui idem asse-

rens in

A *asserens in libro ad Ptolemæum Philadelphum scripto, exempli causa, manus, quietē, descensionem Deo tribui dicit, sed μεταφορικῶς καὶ καθ' ἀνθρωποπάθειαν, cùm in Deo nihil sit corporeum, & vt ille dicit, κατάβασις τοπικὴ & alia huius generis in Deum, qui vbique est, non cadat.*

1 Impura] *Impura quædam existimat ad cibum, quædam ad tactum. In plerisque enim legem esse superstitiosam. In his autem rursus superstitiosè ad hæc in hunc modum differit.*

2 Improbis] *& miseros in tota vita.*

3 Lateat] *Sed quæcunque facit quis, ipsi manifesta sunt, etiam futura. Hæc diligenter explicans & aperta faciens, demonstrauit quòd etsi cogitet aliquis facinus committere, non lateat, nedum faciens: & ita per totam legem Dei potestatem demonstrauit.*

4 Ne putes] *Ne in stultam illam opinionem delabaris, quòd murium aut felium aut similium gratia otiosè legem tulerit hanc Moses.*

B 5 Iam cibi] *In Græco est. Nam in cibo & potu auspicatus, statim tunc vti iubet.*

6 Intellecta] *Neque repugnabunt prædictis vllo modo. Hortari autem te volo, vt naturaliter intelligas has traditiones, & conuenientem de Deo opinionem teneas, nec delabaris in fabulosam & humanam doctrinam.*

7 Ita descensus] *In Græco sic est. Vt certum esset per hæc descensum Dei factum esse, quòd ij qui hæc aspiciebant clarissimè singula comprehendebant, neque ignem vrere, vt dictum est, quicquam: neque tubarum sonitum per humanas vires aut instrumentorum apparatus fieri. Sed Deum sine quoquam ostendere suam ipsius maiestatem. Hæc Aristobulus.*

De Essæis, qui priscis temporibus apud Iudæos sublimi viuebant philosophia. Cap. IIII.

VErùm quoniam diuinarum legum præcepta percurrimus, & formam allegorici sensus tetigimus: illud prætermittendum non est, vniuersam Iudæorum gentem in duas maximè partes fuisse diuisam: vnam, quæ præcepta legis certo quodam litteræ sensu sequebatur: alteram, quæ maiore philosophia firmata, altiùs atque subtiliùs omnia speculabatur, qui & Philosophia Iudæorum esse putabantur. Horum disciplinam omnes qui nouerunt, vehementer admirati sunt. Iosephus verò atque Philo Iudæi perpetuæ memoriæ vitam eorum commendarunt. Itaque ne tam sublimes viri neglecti esse videantur, à libro Philonis, quem Iudæis composuit, nonnulla sumenda mihi esse arbitror. Præter cæteros, inquit, quos penè innumerabiles sanctio Mosaica ad viuendum incitauit, Essæi summi omnium atque maximi sunt παρὰ τὴν ὁσιότητα, id est Græca lingua, sanctitate (sicut mihi videtur) appellati: quorum secta non genere, sed virtute atque humanitate discernitur. Itaque nemo puer, nemo adolescens propter instabilitatem ætatis, sed viri omnes aut senes sunt, qui nullo corporis morbo, nulla animi perturbatione feruntur, sed vera soli hominum libertate fruuntur. cuius rei vita sua testimonium præbet. Nemo proprium aliquid possidet, non domum, non mancipium, non pecus, non vas aliquod: sed omnibus in medio positis, communiter vtuntur, habitant simul & conuiuunt quasi sodales. Cúmque omnia pro communi vtilitate faciant, alia aliorum negocia sunt, quæ impigrè subeuntes certant: non frigus, non calorem, non aliquam mutationem aëris formidantes, sed ante ortum solis ad solitos labores versi, crepusculo vespertino cum gaudio redeunt, non aliter quàm qui certamine gymnico exercentur. Meliora enim & iucundiora tam animo quàm corpori ea certamina putant, quæ non senescunt cum corpore. Sunt autem eorum alij agricolæ, alij pastores, alij apium cultores, alij aliarum artium magistri, ita vt perfectè inter se viuant, aliis non indigentes. nihil facere recusant, quod cùm vtile societati sit, turpe non est. Cúmque à laboribus suis mercedem ceperint, apud eum deponunt, qui quæstor creatus est. Is omnia diligenter procurat, quibus egent: egent autem paucissimis, cùm omnem luxum tanquam animæ atque corporis morbum aspernentur. Communis est ipsis non mensa solùm, verumetiā vestis, tenuis quidem omnis, sed grauior in hyeme, quæ in vno deposita loco est, vnde vnusquisque indifferenter assumit. Ægrotatio quoque corporis si acciderit, studio atque cura omnium & communi curatur. Seniores si absque liberis naturæ concedunt, felicissimi omniū putantur, honorati cæteris non minùs quàm si eos genuissent. Et quoniam acutissimè matrimonio huiusmodi societatem facilè dissolui posse perspexerunt, vxorem ducere omnino recusant, castimoniæ summopere studentes. Nimiùm enim mulier seipsam amat, & zelotypia maximè mordetur, ac viri mores artificio quodam atque lenocinio facilè potest in peius peruertere. Si verò etiam liberos viro pepererit, quæ priùs astutè faciebat, ea iam audacter atque apertè aggre-

Iudæi in vulgus Iudæorum & Essæos diuisi.

Vxorū procacitas.

C D E (margin letters)

ditur, omnísque vi regere maritum conatur. Quare vxor huic societati inimicissima iudicata est: non seruat enim mores:nec probus erga omnes est, qui aut voluptate victus, aut liberorum amore superatus,in seruitutem vxoris deductus est. Hac vita eorum fit, vt non priuati solùm, verumetiam reges atque principes, eorum philosophiam plurimùm admirētur. Hæc quidem in Apologetico Philo scripsit,vt diximus: in eo verò libro quem inscripsit,Omnes studiosos liberos esse, ita de Essæis narrat: Palæstinam maxima gens Iudæorum habitant, inter quos qui dicuntur Essæi comperiuntur, plures numero, vt ego opinor,quàm quatuor millia. Essæi dicti, quasi sancti Græcè, quoniam Dei cultores præcipuè sunt:non animalia sacrificantes, sed mentes suas virtute munitas, offerendas Deo putantes. In ciuitatibus non habitant,existimantes, vt contagionem aëris corporibus, sic conuersationem vulgi animo nocere. Horum alij agros colunt,alij pacificas artes ad vtilitatem suam & proximorum exercent: nec argentum, nec aurum reponunt: nec ingentes agros laudant,sed tantum colunt, quantum necessitati possit sufficere. Hi enim ex omnibus penè hominibus soli pecuniam & fundos negligentes,virtute ditissimi putantur,facilitatem viuendi & paucorum indigentiam rectè magnas esse diuitias iudicantes. Nemo eorum tela,enses, galeas,scuta,cæteráque belli factitat instrumenta: sed nec eas artes exercent,quibus facilè homines in improbitatem labuntur:nulla mercatura, nullus cauponatus, nulla eis cognoscitur nauigatio: omnes rapinæ occasiones depellunt. Nemo seruus apud eos est:sed cùm vniuersi liberi sint,alteri alteris seruiunt. Omnes qui seruis vtuntur, non solùm quia æqualitatem contemnunt,tanquam iniustos oderunt, verumetiam quasi naturæ leges transgressos omnino despiciunt. Omnes enim (aiunt) quasi mater eadem natura genuit:quare quamuis non vocemur,sumus tamē re ipsa fratres, auaritiæ crimine abalienati,rationalem philosophiæ partem non necessariam ad viuendum,naturalem maiorem humana natura consequi posse putantes, alteram sophistis, alteram leuioribus reliquerunt hominibus: illam philosophiæ partem solummodò approbantes, qua de Deo,& de creatione omnium scrutamur. Morali maximè inuigilant: ad quam absolutè consequendam, paternis legibus adiuuantur: quas rectè intelligere nemo sine diuino auxilio potest. Has semper quidē, sed maximè septimis diebus docentur. Dedicata enim septima dies deputatur, in qua cæteris omnibus neglectis, ad sacra loca concurrentes, quæ Synagogæ appellantur, ordine sub senioribus iuniores considere solent, leguntúrque scripturæ diligenter,& exponuntur à peritissimis: symbolis enim prisco more scripturam vti maximè arbitrantur. Discunt igitur piè, sanctè, iustéque viuere, triplici regula vtentes:amore Dei ardentissimo, virtutis cultu diligentissimo, charitate proximi feruentissima. Quòd igitur summè Deum diligant, multa nobis argumento sunt. Castitas perpetua,iurisiurandi nulla mentio, mendacij odium,& præcipuè quòd bonorum omnium, nullius mali causam esse Deum opinantur. Quòd virtuti studeant patet: quia pecuniam negligunt, gloriam spernunt,voluptatem oderunt,constantes, seueri, magníque animi sunt, cæteráque huiusmodi innumerabilia.Charitatis autem argumenta sunt,beneuolentia, societas, æqualitas. Nullus enim domum habitat, quæ omnium communis non sit. vnum ærarium, vnus sumptus omnibus est. Præterea vestis communiter omnibus proposita, communis cibus & potus, communis mensa, omnis vita communis est. Quæ omnia multò magis illi opere faciunt, quàm alij verbis significant. Nec mirum, quæcunque enim quotidie laborantes consequuntur,non ipsi seruant, sed in medium afferentes, communi vtilitati attribuunt: non negliguntur apud eos ægrotantes, sed à communibus curantur. Seniores,non minùs quàm parentes liberi venerantur. Huiusmodi homines sine Græca doctrina, Mosaica philosophia effecit, quæ virtutis opus hominibus proposuit, à qua libertas & oritur, & confirmatur. Nam cùm multi atque varij diuersis temporibus,alij crudelitate, carnificum more vniuersam Iudæam vexarint, alij astuta simulatione adeò ad improbitatem cunctos peruerterint,ac suæ impietatis, inhumanitatísque calamitates hominum perpetua monumenta reliquerint: nullus vnquam ita efferatus fuit, nullus ita veterator,ac malus,vt Essæorum, aut potiùs sanctorum vitam criminari voluerit: sed omnes probitate illorum superati, quasi à natura liberos putantes, summa veneratione atque laudibus prosecuti sunt. Hæc Philo.

Sabbato scriptura explanatur

Argumēta amoris diuini.

Scholia in Cap. IIII.

QVanti facienda sit Hebræorum Theologia, ex eo colligit Eusebius, quod sine Græca doctrina, Mosaica disciplina Essæos per virtutis studium verè, vt Philo putat, liberos reddidit. Multa de

Essæorum

A *Essæorum conuictu, studiis, κοινωνίᾳ, moribus, exercitiis & theologia refert. Plura qui desiderat, legat librum primum Ecclesiasticæ historiæ Eusebij, in quo multa habentur de Essæis.*

1 Appellati.] *Habitant autem in multis vrbibus Iudææ, multis etiam vicis, & multis magnisque & copiosis cœtibus.*

2 Vestis.] *Proponuntur enim illis hyeme pallia crassa: æstate verò humeralia tenuia, vt facilè liceat cuilibet volenti accipere quam velit. Nam vnius omnia & omnium res rursus vnius existimantur.*

De Deo, & quòd mundus creatus, & quòd prouidentia regitur. Cap. V.

VErùm quónam philosophorũ disciplina iam patuit, & totius etiam multitudinis mores diuinis legibus muniti expositi sunt: restare videtur, vt iuniorum theologiam pietati maiorum idoneam atque consentaneam ostendamus. Sic enim perdiscemus, quales in theologia, & in cæteris disciplinis Hebræi fuerunt. Philonem igitur rursus primo libro super legem audiamus. Nonnulli, ait, mundum magis quàm auctorem mundi admirati, non ortum, sed æternum esse mundum putauerunt malè, nullum penè opus Deo attribuentes: cùm econtrà oporteret Dei quidem virtutes, quasi creatoris atque patris admirari, mundo autem non maiorem, quàm creaturæ conueniat, laudem attribuere. At verò Moses, qui & ad summũ philosophiæ peruenit, & Dei responsis secreta naturæ didicit, optimè cognouit necesse esse, vt horum aliud quidem agat, cùm sit integerrimus intellectus atque purissimus, omni scientia præstantior, omni bono melior, omni pulchritudine formosior, aliud verò inanime per se atque immobile, sed ab intellectu commotum atque formatum, perfectissimum opus hunc mundum effecerit. Quem qui fuisse ortum negant, perutilem atque ad pietatem necessariam, prouidentiæ virtutem radicitus sustulerunt. Patrẽ enim atque auctorem operi suo prouidere, ratione probatur: pater enim omnis atque auctor, ea quæ genuit aut fecit diligenter studet conseruare, quæ opprimere possunt expellens, quæ vtilia sunt suis acquirens: ad id verò quod non fecimus, nulla coniunctio nobis est. Perniciosa igitur res omnino est, vt sine principatu ciuitatem, sic mundum sine auctore ac iudice, à quo vniuersa gubernantur, consistere posse putare. Mirabilis igitur ille Moses, quod sine principio est, alienum à re visibili omnino existimans. Quod enim sensibile est, mutationi subiectum, nunquam idem est, inuisibili quidem atque intelligibili perpetuitatẽ attribuit: sensibili autem aliud vocabulum accommodauit. Nam quoniam visibilis atque sensibilis hic mundus est, necessariò ipsum ortum habuisse affirmat. Vnde non ab re creationem etiam eius magna cum Theologica venustate conscripsit. Hæc de origine vniuersi. Quòd verò prouidentia mundus gubernetur, in libro quem de Prouidentia scripsit, contrariis primùm expositis, deinde confutatis, magnificè probauit. Quorum plura, quoniam longiora sunt, compendiosiùs ponam. Prouidentiam esse, inquit, arbitraris, cùm tantam rerum perturbationem esse videas. Quid enim humanorum ordine certo geritur? An solus ignoras, prauos atque rapacissimos homines bonis omnibus florere, diuitiis, gloria, cultu multitudinis, magistratibus, bona valetudine, quibuscunque dixeris voluptatibus affluere? Virtutis autem amicos omnibus malis oppressos, paupertate, infamia, humilitate, duritie viuendi affligi? His aliisque compluribus ita dictis, respondet postea hoc pacto: Non tyrannicè, neque vi aliqua, vel crudelitate, sed vt rex regum iustè vniuersum mundum Deus gubernat: rex autem verus iam pater est: vt enim se habet pater ad liberos, ita rex bonus ad ciuitatem, & Deus ad mundum: quippe qui naturæ stabili lege principatum, & prouidentiam insolubili coniunctione vnà copulauit. Quare quemadmodum non negliguntur omnino vitiosi à parentibus liberi, inimicorum opus esse putantibus submersos inuadere: sed maiore interdum ope fouentur, cùm nullum in se præsidium esse videatur. Similiter quoque Deus omnium curam gerit: nec minus eorum, qui perperam viuunt, tum vt occasionem eis pœnitentiæ præbeat, tum vt natura se propitium esse ostendat. Ad hæc longè absis à veritate, si malorum aliquem fœlicem arbitraris, etiam si Crœso ditior, acutior visu quàm Lynceus, maioribus corporis viribus quàm Crotoniata ille Milo, Ganymede formosior sit, omnibúsque aliis corporis, & exterioribus bonis abundet. Qui enim mentem suam plurimorum dominatui ac pessimorum subiecit, cupidinis, doloris, timoris, stultitiæ, iniustitiæ, fœlix atque beatus esse nullo modo poterit, etiam si vulgo beatus appelletur. Nam si animi oculos parumper volueris eleuare, atque vt possibile homini est, de vero bono cõsiderare; omnia quæ nunc admirari videris, magno risu prosequeris: semper enim cùm meliora lateant, in locum eorũ mala irrumpentia lau-

[Marginalia: B (beside "in theologia"); C (beside "runt. Patrẽ"); D (beside "dentia scripsit"); E (beside "tantibus submersos"); *Origo vniuersi.*; ἀπορία; λύσις.; *Vitiosos esse miseros, etiamsi vulgo videantur beati.*]

dantur.Cùm verò in medium adſunt bona,tunc quæ contraria ſunt, hac luce dilucidiùs A
turpitudinem ſuam oſtendunt.Si ergo diuinum illud bonum mente conceperis,nihil eo-
rum,quæ dixiſti,facilè apud vitioſos inueniri inter bona collocabis. Precioſiſſima nempe
illorum argenti atque auri metalla ſunt,quæ à peſſima terrarum parte ſolẽt prodire, per-
multùm námque profectò intereſt inter metallorum ſterilitatem, & fœcunditatem terræ
non metalloſæ. Longè quippe abeſt argenti atque auri natura à bonitate frugum, ſine
quibus viuere nequimus:quod maximè in annonæ patet caritate.Omnes enim theſauros,
pro modici temporis alimento rectè iudicantes propter neceſſitatem,libenter omnes pro-
iicere ſolent.Quando autem neceſſaria nobis cumulatè affluunt,naturæ bonis abundan-
tes,contenti eſſe non poſſumus:ſed argento atque auro inhiantes, & quaſi oculis capti,
terreno pondere huc atque illuc propter auaritiam ferimur,continuóque pecuniæ gratia
bello vexamur.Veſtes etiam magnificas cupimus,quæ nihil aliud ſunt quàm textoriæ ar-
tis laudes,& flos ouium,vt nonnulli poëtæ dixerunt.Qui verò gloriæ adeò cupidus eſt, vt B
vel à malis laudari cupiat,hunc improbum eſſe neceſſe eſt: quippe vnumquodque ſuo ſi-
mili gaudet: bonam autem valetudinem aurium non quæret, ſi didicerit non paruos a-
nimi morbos ab auditu oriri. Qui viribus corporis ceruicem eleuat, atrociſſimas ante
oculos belluas ponat. Ita enim intelliget turpiſſimum eſſe ferarum viribus hominem
gloriari.Formoſitatem corporis iactare mentis compos nemo poterit:quæ breui adeò ex-
tinguitur tempore,vt antequàm floreſcat,defloruiſſe videatur:præſertim cùm etiam ina-
nimata artis opera,picta,ficta,texta,non parua videat extare pulchritudine, quorum o-
mnium nihil vnquam apud Deum inter bona enumeratum eſt. Quid dico apud Deum?
cùm neque periti homines,qui rectè philoſophantur,bona caducas has res,aut arbitrẽtur,
aut appellant.Qui verò falſam,& nomine ſolùm philoſophiam ſequuntur,ij animi ſe me- C
dicos profeſſi,ſeruituti corporis inhærent: nec corporum quidem medicos imitantur,
quaſi ſi rex ac princeps ægrotet,omnia tranſgreſſi intercolumnia,porticus, tabulas,argen-
tum,aurilicium,aurum,lapides,cubile ipſum illico petunt, nec veſtem auro inſertam ad-
mirati,nec lapidibus ornatum conſiderantes lectulum, quàm citiùs poſſunt, cæteris o-
mnibus contemptis,manus ægroti tangunt,pulſum examinant, interdum etiam veſtibus
ſublatis,qua duritie ſit venter,quo calore pectus ardeat,quo motu cor exiliat, inquirunt.
Ex quibus omnibus aliiſque compluribus quantitate & qualitate ægritudinis percepta,
curam morbi tandem aggrediuntur.Oportet igitur etiam philoſophos cùm medicinam
animi tenere profiteantur,omnia deſpicere,quæ falſa homines opinione maximi faciunt
ac mentis ipſius cubile ingredi diligentiùs,& conſiderare ſi propter iram inæqualirer pul-
ſus mouetur:tactuque ipſo examinare,ſi aſpera maledicendo lingua effecta eſt,ſi cupidita- D
te tumidus venter,&(vt breuiter dicam)qua intemperie interiora turbata ſunt,Hoc enim
pacto,idonea poterunt adaptare remedia.Nunc verò cùm nequeant lucem veram aſpice-
re,exteriorum falſo rerum nitore perculſi,quaſi cæci pererrant,reginam omnino mentem
negligentes:& ſatellites eius,diuitias,gloriam,ſanitatem, aliáque huiuſmodi perſequen-
tes.Et quemadmodum ſumma inſania eſt,aut cæcos de coloribus,aut ſurdos de harmo-
nia muſica:ſic & vitioſos viros de bono & malo iudices conſtituere,mente námque capti
ſunt,& interioribus tenebris obcæcati,diſcernere nequeunt. Meritò igitur laudatur So-
crates,& alij,qui paupertatem amplexi,nec quæſtuoſa artificia didicerunt: nec ab amicis
aut Regibus magna ſibi oblata munera acceperunt:nihil enim aliud quàm virtutem bo-
num putabant.Quòd ſi mortali corpore circumducti,& morti vt homines ſubiecti, ac cũ
multitudine iniuſtorum hominum maxima viuentes iniuria perierunt, cur accuſanda
natura eſt,cùm crudelitas hominum culpãda ſit?Non enim facilè poteſt euadere, qui de- E
git in ratione peſtifera. Et veluti cùm magna vis pluuiæ deſcendat,niſi ſub tecto ſis,neceſ-
ſe eſt etiam ſi ſapiens ſis imbrem perferre: cúmque frigidiſsimus perflat boreas, frigore
1 premi,& æſtatis ardore calefieri: Eodem profectò modo,ſi cum iniuſtis vitam agis,neceſ-
ſe eſt multa inde perpeti mala.Verùm omnes,qui virtutem negligentes,falſa corporis lau-
dant bona,à Sole vngi,& à Ioue lauari putantur.Symbolica enim hæc priſcáque prouer-
bia re ipſa vera eſſe oſtenduntur:nec enim poſt mortem ſolummodò,ſed etiam per totam
uitam animo ſimul atque corpore iniuſti homines pendent. Cuius rei qui Siculam con-
ſcripſerunt hiſtoriam,teſtes locupletiſsimi ſunt. Nam vel amantiſſimam vxorem ſuſpe-
ctam adeò fuiſſe tyranno dicunt,vt tabulis cubiculum ſtrauerit, quo maior ſonitus cùm
ad eum iret excitaretur:nudámque ita eam ire iuſiſſe, vt nihil occultè ferre poſſet: adi-
túmque

A túmque ipsum fouea intercepisse, vt vel saltibus, vel longis gradibus, vel ascensu, descensúque pergendo, nullum posset telum occultare. Quot quantísque igitur animus hominis, qui vel vxorem ita suspectam habebat, malis refertus erat? Illis certè mihi simillimus videtur fuisse, qui cùm ad alta præcipitia scandant, antequàm ad cacumen peruenerint timore perculsi, nec altiora petunt iam fessi, nec descendere audent, cùm ad hiatum & profunditatem despexerint. Tyrannidem nempe quasi diuinam rem aggressus, cùm pericula eius cognouisset, & stanti in proposito, innumerabilia videbat indies pericula, & abeunti mortem imminere non dubitabat, omnibus & si non corporibus, sed animo tamen aduersus eum armatis, quod ille ipse Dionysius ita esse significauit. Nam cùm quidam vitam tyrannorum apud eum quasi beatam laudibus efferret, vocasse ad cœnam regio apparatu instructam hominem dicitur, ac super caput illius sedentis acutum gladium tenuissimo *Gladius. Dionysii.*
B filo suspendisse, quem posteaquàm repentè conuiua ille respexit, nec surgere inde ausus, timore tyranni, nec bibere aut comedere potens, periculo perculsus, ceruice aut oculis ad pendentem gladium directis mortem expectabat. Quod cùm vidisset Dionysius: Num, inquit, intelligis quàm beata sit vita nostra? talis enim est, nisi velimus nobismetipsis adulari. Omnium enim rerum copiam habentes, propter frequentiam periculorum, & impendentem formidinem, nulla frui possumus: illis similes, qui à deformibus sæpe meretricibus decipiuntur, quæ veste atque auro valde ornatæ, & fuco faciei deformitates occultantes, quasi hamo pisces his insidiis captos attrahunt adolescentes. Hac infelicitate nos apremimur, qui multis felices videmur, & sicut tormentis multi coguntur mentis suæ arcana pandere, sic interdum huius vitæ molestia victi, verissimas voces de miseria nostra emittimus. Illis enim certè similes animalibus tyranni sumus, quæ saginantur, quibus co-
C medendi bibendíque non ad aliud quàm ad perniciem suam copia solet offerri. Cuius rei exempla & si quotidiè videmus, vnum tamen ex priscis referre, operæprecium duximus. Dicunt igitur, qui Phocidos sacrum bellum conscripserunt, cùm lex esset, aut præcipites ex alto deiici, aut in mare submergi, aut igne cremari sacrilegos. Cúmque Philomelus, Onomarchus, & Phaylus, tres isti Delphicum spoliauerint templũ, secundũ legem diuinitùs supplicia dedisse. Alterum enim, cùm per aspera scanderet loca, præcipitem dedisse, ac ita exspirasse. Alterũ, cùm eques per litora ferretur, in profundo lapsum, vnà cum equo fuisse aquis demersum. Phaylum autem alij sacro morbo consumptum, alij cùm templum Inabis incenderetur, vnà concrematum fuisse tradiderunt. Nemo profectò hæc casu, nisi amẽs, accidisse putabit. Omnes enim hos tres eisdem temporibus, propter idem delictum non aliis suppliciis quàm lex volebat iure punitos, non à fortuna & casu, sed diuinitùs cre-
D dere debemus. Quòd si nonnulli rapaces & factiosi homines, qui non alienos solummodò populos, sed patrias etiam suas subiecerunt, impunè id fecisse videntur, mirandum nõ est. Primùm enim non similiter Deus atque homines iudicant, homines enim de manifestis tantummodò cognoscunt: Deus verò in animum ingressus ipsum, nudos voluntatis perspicit motus. Quare nunquam humana iudicia, diuino, tanquam meliora & iustiora præponenda sunt. Multis enim homines falluntur sensibus corporis, atque turbationibus animi: in Deo autem nihil est quod fallat, sed summa iustitia vnà cum veritate cuncta gerũtur.[2] Deinde rectè illud in primis fertur, id esse apud populum tyrannos, quod sunt in lege supplicia. Quando igitur in ciuitatibus deficit virtutis studium, & imprudentia adeò abundat, vt nulla legum reuerentia sit, tunc Deus vt vitia repellat & ad virtutem homines conuertat, crudelibus atque tyrannicis viris non iniuria potentiam præbet: vitiorum enim cumulus sine crudelitate mundari non potest. Et quemadmodum vindices publicarum 2
E rerum ad homicidas, proditores & sacrilegos interficiendos publicè aluntur, non quia tale hominis exercitium laudetur, sed quia populo necessarium est: eodem profectò pacto huius mundi gubernator, quasi communes vindices tyrannos, in ciuitates exsuscitat, vt iniuriam atque impietatem, aliáque huiusmodi vi & crudelitate istorum puniat. Qui quoniam non recto animi proposito, sed crudelitate commoti, diuinæ voluntati subministrarunt, vt ignis consumpta materia demum extinguitur: sic & ipsi cùm ciuitates prauas inanes hominum fecerint, tunc demum in perniciem incidunt. Quid autem miramur, si tyrãnorum interdum ministerio effusas hominum iniurias Deus compescit, cùm etiam sæpiùs non aliorum opere, sed per se ipse fame, terræmotu, peste, aliisque huiusmodi, quibus multas vrbes desolatas videmus, id factitet? Satis dictum esse puto, neminem qui malè viuat esse felicem: vndè maximè prouidentia esse probatur. Et post aliqua: Ventorum: *Lictores quare à republica aluntur.*

inquit, impetus, & pluuiæ vis, non (vt tu putabas) ad perniciem nauigantium, aut agricola- A
rum, sed ad vtilitatem humani generis, diuinitùs mittitur. Aquis enim terram, ventis verò
regionem quæ sub Luna est, mundare solet: & vtrisque animalia & plantas alit, auget, per-
ficit. Quòd si nauigantes aut agricolas nonnunquam perdit, mirari non debes: minima e-
nim quædam isti particula sunt, cura verò totius humani generis Deo est. Vt ergo in edi-
tione ludorũ atque certaminis, ædiles propter aliquos reipublicæ vsus die certaminis mu-
tato, fecerunt nonnullos luctatorum non affuisse: sic & Deus quasi magnæ cuiusdam ciui-
tatis, totius orbis curam gerens, humidiorem æstatem, & vernalem hyemem ad vtilitatem
totius effecit, quamuis nõnulli hac temporum inæqualitate magna damna patiantur. Ele-
mentorum igitur inter se transmutationes, ex quibus mundus constat, & quibus conserua-
tur, tanquam necessarias ipse instituit: pruinæ autem & niues, cæteráque huiusmodi ad
frigiditatem aëris consequuntur, sicuti ad cõcussionem nubium fulgura & tonitrua: quo-
rum nihil forsan ex prouidentia fit. Pluuiæ verò ac venti, cùm vitæ alimenti, crementique B
causa plantarum atque animalium sint, prouidentia certè fiunt, & ex istis illa consequun-
tur, vt si editoris munerum liberalitate atque magnificentia magna vnguentorum copia
proponatur, vnde guttis quibusdam in terram defluxis, lubricus valdè locus effectus sit,
nemo non insanus prouidentia editoris munerum lubricitatem factam esse contenderet,
sed ad magnificentiam abundantiámque vnguentorum consecutam concederet. Iris si-
militer, & alia huiusmodi, non sunt naturæ opera principaliter, sed nubibus naturali qua-
dam ratione accidentia: & tamen etiam hæc prudentioribus conferunt, tranquillitatem
enim aëris, motus ventorum, hyemes, & serenitatem, his signis prædicere solent. Fornices
porticúsque num vides, quorum plurimi ad meridiem respiciunt, vt deambulantes in
hyeme calefiant, & in æstate opaco frigore vtantur? Quam rem illud consequitur, non ab C
4 ædificatoris sententia[4] factum, quòd vmbris quæ à basi excidunt, horæ significantur?
Ignis similiter naturæ opus est necessarium, quem quasi accidens quoddam fumus con-
sequitur, qui tamen est, quando non paruam attulit vtilitatem. Interdiu enim non igne,
sed fumo aduentum hostium significamus. Talis ratio etiam in Eclipsibus dici potest,
quæ Solem atque Lunam consequuntur, & aut mortis regum, aut vrbium desolationes

Eclipsium significatio.

5 prudentibus signa solent[5] afferre. Lacteus verò circulus, stellas habet eius substantiæ, cu-
ius cæteræ. Cuius rei causam, quàm difficilis sit, non tamen negligunt, sed diligenter quæ-
ritant philosophantes: putant enim & rectè iucundissimam rem per seipsam esse scien-
tiam. Sicut igitur Sol & Luna, cæteræque stellæ per prouidentiam factæ sunt, sic profectò
cœlestia omnia, quamuis nos naturam atque virtutem omnium inuestigare nequeamus.
Terræmotus autem & pestilentiæ, fulminum ictus, & similia mala dicuntur: & non sunt, D
(nullius enim mali Deus causa est) sed elementorum mutatione generantur: neque sunt
principalia naturæ opera, sed ad ea quæ necessaria & principalia sunt, consequuntur: & si
aliqui damnum inde habuerunt, non est accusandus gubernator. Primò quia quos bonos
esse ipsi putamus, boni fortassis non sunt. Deinde quemadmodum in re militari ad sedan-
dam sedirionem, qui fortè primùm oblatus est plectitur, & ad extinguendam tyrannidẽ,
cognatos, etiamsi in culpa non sint, leges exterminant: eodem modo in pestilentia vt reli-
qui moderatiores fiant, interdum etiam innocentes communi corruptione aëris pereunt.
Sic & in nauigio æqualiter omnes periclitãtur, quamuis non æquè peccauerunt. De atro-
cibus autẽ bestiis exercitationis bellicæ gratia productas diuinitùs diceremns. Nihil enim
magis corpus ad labores, & animos ad resistendum hosti corroborat quàm venatio: nisi tu
huic defensioni opponẽdo detraxisses, sed tamen & qui bellicosi sunt, animosiores bestiis
se opponentes, faciliùs fiunt: & qui pacem amat, domi atque in vrbibus viuentes, longè ab E
omni huiusmodi periculo absunt. Sues enim & leones, similiáque animalia, ne insidiis ho-
minum aliquid patiantur, procul ab habitationibus hominum versantur. Si qui autem ex
negligentia inermes saltus peragrãt, seipsos potius quàm naturam accusent: sicut in eque-
stri certamine, qui vno loco sedere ac spectare nõ patiuntur, cùm hinc illinc transeãt, cur-
ruũ impetu plerumque conteruntur. Serpentes autẽ venenosi non prouidentia, sed conse-
quentia quadam rerum, vt in superioribus diximus, producti sunt. Fiunt enim cùm innata
materiæ humiditas calidior facta est. Sic & nonnullæ bestiolæ corruptione nascuntur: vt
corruptione alimenti vermes, pediculi à sudoribus. Quæ autem spermate natura duce ge-
nerantur, ea quoniam natura principaliter intendit, prouidentia nasci non negamus:
quamuis etiam illa duabus rationibus ad vtilitatem hominum audiui producta, quas ce-
lare

A lare nullo modo decreui. Primùm igitur venenosa animalia multos ad morbos,& maximè perniciosissimos, remedia conferre saluberrima medici perhibent. Videbísque, si diligenter attendere volueris, in magnis theriacis, nonnulla membra eorum accuratissimè sumi. Deinde à Deo ista esse parata dicunt in peccatores, sicut in aculeos & alia tormenta in iudiciis præparata videmus. Quòd autem dixisti in domibus hominum maximè ista nasci, falsum omnino est. Procul enim in desertis inueniuntur locis, hominem quasi dominum fugientia. Quæ verò in habitationibus hominum nascuntur, corruptione magis producuntur: quamuis & carnium nidore animalia huiusmodi attrahantur. Hirundines autem si nobiscum versantur, mirum non est, nam quoniam eas homines non venantur, idcircò plurimæ abundant: nam è regione fugere illa videbis, quibus insidiantur. Non enim hominibus solùm, verumetiam brutis, vt se salua velint, innatum est. Syriæ maritima quædā
B ciuitas est, nomine Ascalon, quò tunc applicui, quando oraturus atque sacrificaturus Hierosolymæ ad patrium templum missus fui: eò cùm applicuissem, magnam columbarum multitudinem videns admirabar, interrogantíque mihi quamobrem eæ aues omnia penè loca illa occupassent, responsum fuit, lege apud eos columbarum vsum esse prohibitum. Apud Ægyptios autem mirabilius quiddam consideraui, Crocodilus enim omnium belluarum atrocissimus, in sacratissimo natus & enutritus Nilo, quamuis sub aquis viuat, vtilitatis tamen suæ non est ignarus. Magna enim copia apud eos Crocodilorum inuenitur, qui animal id tanquam sacrum venerantur. Minimè autem reperiri apud eos potest, qui eum venetur: & nauigantes hîc quidem nec digito aquam fluuij tangere audent, crocodilis statim insultantibus. Ibi verò timidiores etiam homines, vel ludo in Nilum natantes[6] 6
prosiliūt. Barbaras regiones fœcunditate agrorum excellere videmus, vbi magno ingenio
C homines rarò nascuntur. Sic alimentis quidem abūdant, hominibus autem, quorum gratia diuinitùs alimenta producuntur, carere videntur. At cōtrà accusanda Græcia est, quia sine semine atque cultu nihil producit, sed sola homines generat, verè cœlestes atque diuinos, natura ad omnem scientiam natos, cuius causa est subtilitas aëris. Non enim temerè dixit Heraclitus: Aër siccior, anima prudentior atque melior: cuius signum, quòd ieiunantes atque vigilantes prudentiores illis sunt, qui cibo & potu semper replentur. Immergitur enim quodammodo motus mentis, quam cogitationē appellamus.[7] Verùm in Barbaris regionibns propter maiorum alimentorum copiam, aprorúmque robur, non solùm animalia plura maioráque, verumetiam arbores maximæ nasci solent. Non est autem culpa naturæ, si tam marinis quàm terrestribus animalibus crudeliter vescimur. Non enim ad huiuscemodi voluptates natura, sed crudelitas nos atque intemperantia incitat. Ad mundi enim totius consummationem necesse erat, vbique varia nasci animalium genera. Non

In sicco aëre nascuntur homines. 7

D fuit autem necessarium, vt homo qui sapientiæ decore ornatur, ab humanitate in feritatē conuersus, cæde animalium voluptatem sibi pararet. Vnde ad hæc vsque tempora qui curam continentiæ gerunt, ab huiusmodi abstinēt carnibus, suauissimo cibo herbarum fructúumque vtentes. Qui verò carnium vsum natura concedi arbitrantur, magistris & legibus, quibus curæ modestia est, ab esu immoderato prohibentur. Rosæ autem & crocus variíque flores atque aromata, non voluptatis gratia, sed bonæ valetudinis producta sunt. Nā & odore ipso iuuant interdum, & in compositione medicinarum (magnas enim vires habent) à medicis adhibentur. Multa enim singula nihil prosunt: coniuncta verò, quemadmodum maris atque fœminæ coniunctio ad procreationem, sic vires suas ostendunt. His cæterísque huiusmodi nisi contentiosus sis, concedas oportet, diuina vniuersum hunc mūdum prouidentia gubernari. Hæc à Philone compēdiosiùs sumpsi, tum vt ostendam quales Hebræi etiam iuniores viros habuerunt, tum vt pia de Deo sententia Iudæorum ap-
E pareat.

Scholia in Cap. V.

NEotericorum Hebræorum Theologia, quanti facienda sit, ostendit in hoc capite Eusebius, Philonem doctißimum virum, de vniuersi origine, & de Prouidentia aduersus Peripateticos, qui mūdum æternum fingebant, & Epicureos, qui prouidentiam Dei in dubium vocabant, grauißimè differētem, introducens. In aßertione prouidentiæ diuinæ, respondet ad hanc obiectionem: Si non casu & fortuito omnia fiunt, sed iuxta prouidentiæ diuinæ nutum & ductum, vnde tāta est confusio in rebus humanis, & qui fit quòd plerumque malis benè est, & bonis malè? Hanc querelam de confusione & perturbatione humanarum rerum, de succeßibus tyrannorum & aliorum improborum, de calamitatibus quibus laborant interdum boni, Philo operosè & rectè refutat, ac negat malos ideò fœlices censendos,

quia caducis bonis sint instructi, cùm sint reuera miseri, & malis magnis & periculis obnoxij, sicut docent historiæ de tyrannis. Bonos etiam, propterea quòd vel iniuriis aliorum sunt expositi, vel destituuntur copia earum rerum, quas tanquam bonas vulgus ignobile appetit & magnifacit, miseros & abiectos esse pernegat, ac disputationem concludens, inquit: ἱκανῶς μὲν οὖν εἴρηταί γε τὰ παρόντα, περὶ τοῦ μήτινα τῶν φαύλων εὐδαιμονεῖν, ὡς οἶμαι, λέλεκται, δι' ὧν μάλιστα παρίσταται τὸ εἶναι πρόνοιαν. *In hac doctissima disputatione multa de tyrannis, & eorum periculis, & interitu, de rerum natura, de historia animalium Philo exponit, vt ostendat non temerè confluxisse res ex atomis, vt Democrito visum est, sed Deum res omnes bonas creasse, & pro suo arbitrio vniuersas moderari & administrare. Cæterùm quodnam sit Spiritus sancti iudicium de successibus improborum, & ærumnis bonorum, videre est, Psal. 37. Ne commoueare propter malignos, neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam herba velociter excidentur, & sicut olus germinis decident. Spera in Iehouah, & fac bonum: inhabita terram & pasce veritatem. Et oblectare in Iehouah, & dabit tibi petitiones cordis tui. Deuolue supra Iehouam viam tuam, & confide in eo, & ipse faciet.*

1 Eodem profectò modo.] *In Græco est. Eodem modo eum qui in ijs locis habitat, vbi cædes, fames, & alterius fati gentes sunt, necesse est mutare honores etiam horum. Nam Polycrati ob scelera quæ perpetrauit, dux quidem adfuit, peior illa quidem vitæ infœlicitas, adde quòd à magno rege punitus est, & cruci affixus, oraculum implens, noui demisi me: cùm sibi non multò antè videretur, à Sole vngi, & à Ioue lauari.*

2 Deinde rectè.] *Deinde, ô bone, ne putes vtile esse, tyrannidem. Neque enim punitio vtilis est, sed pœnas dare bonis, aut melius est, aut non necesse. Ob quam causam in omnibus rectè scriptis legibus comprehenditur. Qui autem scripserunt, ab omnibus laudantur. Quod enim in populo tyrannus, id in lege pœna est.*

3 Deus vt vitia.] *Deus, tanquam fluctum torrentis, illuuiem malitiæ deriuare cupiens, vt purget genus nostrum, robur & potentiam dat illis, qui natura imperiosi sunt. Nam sine crudeli anima non purgatur malitia.*

4 Factum.] *Factum. Quid autem id est? Vmbræ à pedibus excidentes, nostra experientia horas designantes.*

5 Afferre.] *Quod & Pindarus significauit, cùm eclipsis facta esset, per ea quæ antea dicta sunt.*

6 Prosiliunt.] *Regio autem Cyclopum, quoniam gens ipsorum fictio fabulosa est, sine satione & agricolis fructus bonus non nascitur, quemadmodum nec ex nihilo quicquam generatur. Græcia quidem non est contemnenda, tanquam aspera & sterilis, nam & ipsa fertilis est.*

7 Verùm in Barbaris.] *Ideò & in barbaris regionibus germina quidem propter fertilitatem & trunci maximi sunt, & animalium brutorum plurima fœcundissima, mens autem nunquam aut raró gignitur. Quod in aëre ipsorum, ex terra & aqua continui & perpetui halitus eleuati, superant.*

IN LIBRVM NONVM EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica, Argumentum.

IN disputatione instituta pergit noster Eusebius, ac rectè factum à nostris, quòd commentis Ethnicis repudiatis, amplexi sunt Hebræorum verè sacras scripturas. Ex his omnibus colligit, primùm, quia hæ à multis magníque nominis philosophis, magno etiam consensu, tanquam sacrosanctæ & mysteriis refertæ, cōmendatæ sint, vt non sit, neotericorum Gentilium, eas contemnentium, calumnijs attēdendum. Deinde, quia bonos, & virtutis integritatísque studiosos faciant, sicut videre est in historia Essæorum. Parit enim bona doctrina, bonos fructus in discentibus & docentibus. Postremò, quia sit, in narrationibus quibusdā, Hebræorum, & aliorum quorumdam Græcorum historiographorum, mirabilis consensus, qui argumento est, vera esse, quæ memoriæ mandauerunt Hebræi veteres.

Quòd

A *Quòd etiam exteriores Iudæorum gentem admirati sunt.*
Caput I.

NVNC autem testimonia etiam exteriorum de ipsis diligenter citabi-
mus. Illustrissimi enim etiam Græcorum, non imperiti omnino Iudai-
cæ philosophiæ, alij vitam eorum scriptis suis approbasse videntur: alij
theologiam, quantum potuêre, secuti sunt. Sic enim disces non temerè
sed absoluta, exquisitáque ratione Iudaicam philosophiam, gentium
nugis, præpositam à nobis fuisse. Primùm igitur ea ponam, quæ de vita
Iudæorum præclarissimi Græcorum testantur. Theophrastum igitur *Theophrastus.*
audias, cuius nonnullos textus Porphyrius in his libris posuit, quos de abstinendo à carni-
bus conscripsit, his verbis: Iudæi ad hæc vsque tempora [1] (Theophrastus ait) animalia quo- 1
B modo sacrificant? vt si quis nos ad imitationem illorum hortaretur, audire non pateremur.
Non enim comedunt ex sacrificatis, sed mel atque vinum noctu infundunt, holocausta
facientes, nihílque inde relinquentes, vt nec ille qui omnia perspicit, rem tam prauam in-
spicere possit, quod faciũt interim ieiunantes: ac quoniam philosophi natura sunt de Deo
inter se colloquentes, noctu autem stellas aspicientes, orationibus Deum inuocant. Primi
enim isti omnium hominum, & bruta, & seipsos offerre cœperunt, necessitate non cupidi-
tate id facientes. Et in quarto eiusdem negotij, hæc à seipso scribit Porphyrius: Essæi Iu- *Porphyrius*
dæi genere sunt, hi alter alterum magis diligunt, quàm cæteri homines faciũt: & volupta-
tem omnem quasi vitiosam aspernãtur: continentiam & integritatem animi ab omni per-
turbatione remotam, præcipuam putantes virtutem. Vxores non ducunt, alienos au-
tem liberos teneros adhuc, & ad omnem aptos doctrinam adoptantes, pro suis educa-
C re, ac moribus suis stabilire solent: quod faciunt, non quia matrimonium abominen- *Quare Essæi matrimonium vitant.*
tur, sed quia mulierum mores cauendos putant. Diuitias omnes adeò spernunt, vt
mirabilis quædam in eis communitas sit. Nullus eorum præter cæteros aliquid possi-
det, omnia eis communia sunt. Nemo alio ditior aut pauperior. Vna omnibus quasi
fratribus facultas est. Vngi oleo non patiuntur: quòd si quis fortè oleo tactus fuerit, di-
ligenter quasi à magna macula corpus illi abstergitur: non enim molles, sed aridi atque
duri esse corpore cupiunt: alba semper induuntur, electione communi quæstores & gu-
bernatores sibi creant, & indiuisæ in omnibus res sunt. Nõ habitant vrbem vnam, sed hinc
illò facilè migrant, sempérq; ad sequentes hæresim suã proficiscuntur: à quibus ita susci-
piuntur, vt vnà eos semper vixisse diceres: vnde fit, vt proficiscentes nihil impensæ secum
ferant. Vestem & calceos antequàm omnino tempore dirũpantur, non mutant, nec emũt
D aliquid, nec vendunt: sed commutatione rerum vtuntur, cùm egeant. Nam inter eos com-
munia quæcunque volunt etiam nihil afferentes. Erga Deum maxima pietate vtuntur: nã
antequàm sol oriatur, nihil eis profanum dicitur, sed patria oratione vtuntur, qua solẽ ori-
ri precãtur, deinde à præfectis singuli ad artes operáque sua mittuntur: & posteaquàm ho-
ris quinque laborauerint, ad vnum rursus locum congregantur: & aqua frigida perloti in
domum veniunt, quò nemini nisi eiusdem sectæ introire licet. Ita mundi quasi in templũ
ad cœnaculum veniunt, vbi magna tranquillitate sedentibus ordine omnibus panis ap-
ponitur, & ferculum vnum vnicuique. Primus autem omniũ sacerdos, facta oratione co-
medere incipit, nefásque omnino putant ante orationem quicquã gustare. Cúmque pran-
si fuerint, multò diligentiùs orant. Ita & incipiẽtes & desinentes, laudes Dei diligenter cõ-
cinunt. Post hæc vestibus, quibus prandentes quasi sacris vtuntur, depositis, ad opera rur-
sus exeunt: nocturnóque reuersi crepusculo, similiter cœnant, hospitibus etiam considen-
E tibus, si qui fortè affuerint. Clamor aut tumultus nunquam apud eos auditur, sed ordine
ita colloquuntur, vt tãto eos inter se vti ordine atque silentio mirabile videatur, cuius cau-
sa, perpetua continentia est. Cibus & potus vitæ necessitate mensuratur. Qui in eam sectã
veniunt, non statim, sed posteaquàm foris anno integro eisdem moribus vixerint, tunc su-
scipiuntur, non tamen omnino, sed propinquiùs quidem accedunt. Vna verò cum illis
viuere non licet, nisi duobus aliis annis patientiæ signa dederint, & antequàm comi-
ter cum eis vescantur, [2] iureiurando confirmant, primò pios se erga deos futuros, deinde 2
iustitiæ ita fore cultores, vt nec spontè, nec imperio alicui homini sint nocituri, odió-
que semper iniustos sibi futuros: putaturósque semper seipsos lædi, si iusto videant in- *Essæorum iusiurãdum*
iuriam fieri: fideles fore omnibus, ac maximè principibus: non enim absque Dei volũ-
tate principatum alicui commendari. Ad hæc si ipsi præessent, nunquam se quicquam

facturos, vnde maculari præfectura videretur, nec veste aut ornatu quodam meliore A quàm subditi se vsurum: veritatis fore amicos, & mendaces accusaturos: manus à furto, animum ab iniusto lucro procul retenturos: nec occultaturos aliquid sociis, nec eorum secreta aliis se dicturos, etiamsi mortis periculum immineret: postremò nulli aliter hæreseos dogmata rradituros, quàm sicuti ipsi acceperunt, procul se futuros à latrocinio, conseruaturósque sectæ libros diligenter, & nunciorum nomina. Hæc seruaturos se omnia iurant. Qui autem non seruant diligenter, ilicò expelluntur, & omnes ferè, cùm ad aliam diætam ac vitam veniunt, moriuntur. Sed multos ipsi rursus miserandos recipiunt, cùm putauerint [3] non minores iam ipsos pœnas dedisse, quàm delicta eorum postulabant. Tanta verò tenuitate, paucitatéque vtuntur rerum, vt rarò plus quàm semel in septem diebus alui purgatione indigeant. Qua quidem ex continentia in tantam perueniunt patientiam, animíque robur, vt nec eculeo, nec igne, nec alio quæstionum genere impelli possint, vt aut verbis legislatorem vituperent, aut illicitum quicquam comedant, quod maximè in bello, quod sibi à Romanis illatum fuit, ostenderunt, nulla enim adulatione ad torquentes vnquam sunt vsi, nullas lachrymas torti emiserunt: sed suauiter in doloribus ridentes, & eis illudentes à quibus torquebantur, sic exspirabant iucundissimè, vt ad patriam redire viderentur. Firma enim hæc opinio apud eos est, corpora quidem morti esse subiecta, animas verò tãquam immortales semper viuere: cúmque à subtilissimo æthere dimittantur, naturali quodam delatos impetu corporibus cõiungi: cùm verò à vinculis corporum, quasi à longa seruitute liberati sint, tunc summo cum gaudio altiora petere. Qua quidem vita & pietate facilè fit, vt multi apud eos futura præuideant, præcipuè qui a sacris voluminibus & varia carnis castigatione, & prophetarum dictis exercentur. Hæc Porphyrius de pietate ac Philosophia Essæorum testatus est. C

3 Essæorum in victu parcitas.

Opinio de Animabus.

Scholia in Cap. I.

IN hoc libro ostendit Eusebius, non esse vitio vertendum Christianis, quòd Iudæorum scripta & oracula amplexi sunt, quæ à præstantissimis Philosophis magnificis elogiis iam olim celebrata sunt. Primùm autem introduxit in hoc capite Theophrastum singulari iudicio philosophum, qui Iudæorũ sacras ceremonias sacrificia & colloquia de Deo admodum pia descripsit. Deinde ex Porphyrij libro περὶ τῆς ἐμψύχων ἀποχῆς, *subiicit descriptionem Essæorum, quorum vita, mores, religio, exercitia & virtutes Ethnici & Iudæi alij magni fecerunt, quòd carni iustitia carnis non posset non vehementer placere.*

1 Theophrastum.] *Et sanè accipe Theophrastum & lege in illis quæ Porphyrius scripsit de abstinendo ab animalibus, quæ sic se habent: Etsi cur Syri Iudæi propter primum sacrificium adhuc, inquit Theophrastus, animalia sacrificant?* D

2 Iureiurando.] *Iusiurandum præstant terribile.*

3 Non minores.] *Sufficientem pœnam illos dedisse existimantes suorum peccatorum, per tormẽta quibus ferè commortui essent. Sarculum autem tradunt futuris sectatoribus. Nam & alioqui ipsi non sedent, nisi fossam foderint pedis profunditate, tegentes vestimentis, ne oculos dei contaminent.*

Hecatæus de eodem. Cap. II.

HEcatæus autem Abderita vir, & verbo & re philosophus historiam de Iudæis conscripsit: à qua nonnulla sumere, non erit alienum. Multa, inquit, castella oppidáque Iudæis sunt, vna verò vrbs munitissima, quinquaginta penè stadiorum habens circuitũ, plures quàm centum & viginti millia homines habitant, quæ vocatur Hierosolyma: in medio cuius ædes lapidea est, quinque iugerum longitudinis, latitudinis cubitorũ centum, cui portæ duplices sunt, in eo ara quadrata est integris lapidibus, ac inornatis cõposita, cuius singula latera viginti, altitudo autem duodecim est cubitorum, apud quam domus magna est, vbi altare atque candelabrum, vtraque aurea sunt, ponderum talẽtorum duûm, ubi lux nocte atque die inextinguibilis ardet. Nullũ ibi simulacrũ est, nulla omnino imago, nec planta, nec lucus, aut aliquid huiusmodi, ubi nocte ac die sacerdotes castè versantur, nunquam in templo vinum bibentes. Deinde cum rege quoque Alexandro nonnullos ait Iudæorum militasse, & successoribus eius fideles fuisse, séque cum vno eorum sermonem habuisse, his verbis narrat: Cùm ad mare rubrum proficiscerer, inter alios equites Iudæus quidam nomine Mosomamus me sequebatur, homo quem omnes tam Græci quàm Barbari, qui eum cognouerunt, & animi maximi & robusti E

Cultus Dei apud Iudæos à gẽt. cognitus.

corporis

A corporis prædicabant. Erat autem etiam arcu peritissimus. Is, cùm augur quidam omnes nos stare iussisset, interrogauit quare fixi staremus: auguréque auem ostendente, atque dicente, conducere ita stare quousque quò auis tenderet, perspexisset: vt si ad anteriora volaret, cœptum iter peragerent: sin autem posteriora volatu peteret, reuerterentur: silentio arcu tracto, auem percussit ac interfecit. Tunc augur & nonnulli alij valdè commoti, ei maledicebát. Ipse verò quis est, inquit, iste furor [1] ô homines? quomodo enim auis ista, quæ nihil de sagitta præuiderat, veri aliquid de itinere nostro poterat nobis prædicere, quæ si futura præscisset, nunquam huc venisset, ne à Mosomamo Iudæo interficeretur. Hæc ex Hecatæo sumpta modò sufficiant.

Scholia in Cap. II.

B *HEcatæus librum de Iudaicis rebus scripsit, in quo vrbem Hierosolymam, ritus Iudæorum, sacra, templum, contemptum auguriorum & alia descripsit, & non esse quicquam in Iudaica religione cuiquam aspernandum docet. Quo consilio eiusmodi testimonia historicorum & philosophorum adducat Eusebius, suprà indicaui.*

1 O homines.] *Quid insanitis ô miseri? Deinde auem accipiens in manus, quomodo auis ista inquit, &c.*

Clearchus de eodem. Cap. III.

CLearchus autem Peripateticus in primo libro de Somno Aristoteli attribuens, verba hæc de Iudæis scribit: Multa, inquit Aristoteles, possent de ipso dici, sed pauca modò referenda sunt: quamuis non ignoro multos somnia fingere me putaturos. Tunc Hyperochides, Idcircò quia mirabilia dicturus es, inquit, audire magis gliscimus. Tunc Aristoteles, Ergo, inquit, vt Rhetorici solent, de genere ipsius primùm, si placet, dicamus. Ita prorsus placet, Hyperochides inquit. Ille igitur subiunxit Aristoteles, Iudæus erat ex Celessy-C ria, qui sunt Calani ex India: Iudæi autem à loco quem habitant, appellati sunt. Vrbs eorum asperrimo quodam nomine Hierusalem nuncupatur. Hic ab altioribus Asiæ locis ad maritimas ciuitates descendens, & lingua & animo Græcus fuit. Cúmque accidisset, vt eo tempore nos quoque in maritimis Asiæ locis versaremur, philosophiæ amore ad nos spontè venit: qui multò plura nobis attulit, quàm accepit. Hæc Clearchus. [1] Clemens autem noster Numam Romanorum regem Pythagoricum fuisse asserit, & Mosaica nixum doctrina legem dedisse Romanis, nullam imaginem Deo attribuere, vnde annis centum atque septuaginta ab vrbe condita, nullam imaginem fictam, nec pictam in templis Romanorum respici potuisse. Ita Numa occultè significauit, nullo modo, nisi mente ad similitudinem Dei hominem peruenire posse. Megasthenes autem, qui cum Seleuco Nicanore D vixit, vir historiæ peritissimus, in tertio Iudaicarum rerum hæc dicit: Omnia quæ de natura prisci Græci scripserunt, alij etiam ante ipsos scripserunt. Nam & Brachmani apud Indos, qui & Iudæi vocantur, multò priùs philosophati sunt. Aristobulus etiam in primo apud Philometora his verbis vtitur: Legem nostram in multis Plato secutus est. Apertè námque in multis diligenter examinasse singula videtur: Mosaica enim volumina ante Alexandrum, & ante Persarum imperium traducta fuerant, vnde plurima, sicut & Pythagoras, philosophus ille accepit. Numenius autem Pythagoricus apertè scribit, nihil aliud esse Platonem, quàm Mosem Attica lingua loquentem. Et in primo volumine de Bono: Plato, inquit, atque Pythagoras, quæ Brachmanes magi, Ægyptij, Iudæique inuenerunt, ea Græcè ipsi exposuerunt. Et in tertio Mosi meminit his verbis: Iannes & Iambres ægyptij erant, viri magicis artibus adeò prępotentes, vt Musæo Iudæorum duci viro Deo con-E iunctissimo, soli resistere posse à cunctis ægyptiis iudicati sint. Multas enim calamitates, quas Musæus Ægypto intulit, soluere visi sunt, his verbis: Numenius & miraculis à Mose factis, & quòd Deo coniunctissimus esset Moses, attestatur. Sed Iudaicæ gentis [2] Chærylus etiam Poëta priscus meminit, & multos eorũ cum Xerxe in Græciam militasse affirmat. Porphyrius autem in primo de philosophia responsorum, Apollinem ipsum inducit de Iudæis hoc oraculum edidisse: Attendere, inquit, oportet, quoniã omni diuina repletum sapientia est oraculum Apollinis, quòd dicturus sum:

Numa deorum imagines in Romanorum templis passus non est.

Sacri bibliorum libri ante Alexandrum traducti.

Dura via illa nimis, ætatis clausáque portis,
Quæ vitam nobis aperit, donátque beatam.
Nec verò verbis facilè enarrarier vllis

Exponíque queat, illô quò semita ducit.
Quam primi ante omnes cœperunt tradere, pulchras
Qui Nili epotant lymphas. Phœnicibus inde
Proximáque Assyrijs ea cura: sed inclyta longè
Gens Hebræa illam nouit, notámque recepit.

Et subiicit exponens: Ita viam ad Deum à Barbaris inuentam fuisse, didicimus ab Ægyptiis scilicet atque Chaldæis: ij enim Assyrij sunt, & maximè à Iudæis. Idem Apollo etiã quodam oraculo apertissimè demonstrat, his verbis:

Chaldæis, quæ vera esset sapientia, tantùm
Hebræísque ipsis concessum agnoscere, pura
Aeternum qui mente colunt regémque, Deúmque.

Sed de Iudæorum pietate atque philosophia hactenus dictum est. B

Scholia in Cap. III.

CLearchi, Megasthenis, Aristobuli, Numenij & aliorum de Iudæis, eorúmque religione, & institutis narrationes & iudicia, in hoc capite Eusebius recenset, vt sapientißimis quibusdam viris apud Græcos probata fuiße ostẽdat. Quod de Platone dixit Numenius, τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων, *quàm sit verum, optimè nouerunt Theologi, qui Paulo interprete vsi sunt, in Mosi scriptorum scrutatione. Tum demum id verum eße isti credent, cùm Numenio aut alio aliquo Platonico philosopho locum commonstrante in Platonis scriptis, Christum semen mulieris & benedictionis auctorem ac Iehouah, repererint. Sed quis vel vnum talem locum, in istius Attici Mosis dialogis commonstrabit? Nemo certè. Porrò narratio de Ianne & Iambre illustrior erit, si cũ historia Mosaica, & verbis Pauli Apostoli 2. Tim. 3. conferantur.*

1 Clemens.] *Huius autem meminit & noster Clemens in primo Stromate, vbi ait: Clearchus autẽ Peripateticus, nouiße se ait Iudæum, qui cum Aristotele fuerit. Et post alia inquit: Numa rex Romanorum Pythagoreus fuit, &c.* C

2 *Versus Chærili:*

Post hos abijt vt genus admirandum videret:
Linguam Phœniciam ex ore mittentes,
Habitabant autem in Solymis montibus, iuxta latum stagnum,
Horridi capitibus, circumtonsi: sed supernè
Equorum excoriata capita ferebant, durata fumo.

Apollinis versus:

Vnus vndique est circulus mundi, sed cùm septem
Zonis circumfertur in sydereos meatus D
Quos Chaldæi, & insignes Hebræi
Cœlestes nominarunt, in septimum cursum repere.

Quòd multi conueniunt etiam alieni de veritate historiæ.

Caput IIII.

1 DE historia verò Hebraica [1] veritate dicendi conscripta, quàm multi conueniant, modò consideremus. Cùm igitur Moses diluuium diuinitùs illatum cõscribat, à quo Noë cũ suis arca lignea euasit: Berosus Chaldæus, Hieronymus Ægyptius, & Nicolaus Dama-
2 scenus historici eadem de re, vt [2] Iosephus in primo Antiquitatis Iudaicæ scribit, meminerunt. Scribit enim Nicolaus in nonagesimo sexto libro, super Niniada magnum montem esse in Armenia, Barin appellatum, quò multos temporibus diluuij confugisse, ac nonnullos arca vectos in cacumina montis applicuisse, lignáque arcæ illius longo tempo- E
ris spatio posteà perdurasse, vnde bitumine ablato, ad expiationes, vt Berosus ait, homines
3 vti solent. Hæc Iosephus. [3] Ego autem ab Abydeno historico nonnulla tibi transcribam: Sissithrus, inquit, principatum deinde accepit, cui Saturnus magnam vim aquarum futuram significauit. Quare saluare se cupiens, ad Armeniam nauigio confugiebat, sed aquæ ipsum in via oppresserunt. Tertio autem die, postquàm aquæ cessarunt, aues emisit, vt per eas sciret sicubi terra extaret: quæ cùm omnia pelagi facie tegerẽtur, ad Sissithrum (nullibi enim consistere poterant) reuersæ sunt. Post aliquot dies similiter factum fuit. Tertiò emissæ, reuersæ ad eum fuerunt limo pedes refertæ, & tunc dij ab hominibus Sissithrum rapuerunt. Nauis autem adhuc inuenitur in Armenia, cuius ligna remedium hominibus aduersus multos mirabiliter morbos afferunt. Rursus cùm primos homines Moses

longis

A longis temporibus vixisse asserat, huius rei testes Græcorum historicos Iosephus citauit: Nullus, inquit, breuitatem vitę nostræ considerans, falsò scribi opinetur, tam magno annorum numero priscos vixisse. Illi enim Deo amici, & ab ipso immediatiùs producti, & integriore vtentes alimento, quod longiore tempore poterat permanere, nō iniuria longioribus temporum spaciis viuebant. Præterea etiā virtutis gratia, & vt res posteriùs perutiles, Astrologiam, Geometriámque inuenirent, lōga sibi diuinitùs vita largita fuit: quæ inuenire non potuissent, nisi saltem sexcētis solaribus annis, quibus magnus annus reuoluitur, vixissent, cuius rei testes sunt omnes simul Græci atque Barbari, qui de antiquitate diligentiùs conscripserunt. Nam & Manethus qui Ægyptiorum, & Berosus qui Chaldæorum historiā collegit, Molus Hestiæus, Hieronymus Ægyptius, & qui Phœnicum historiam tradiderūt, & ad hos Hesiodus, Hecatæus, Elanicus, Acusilaus, Ephorus ac denique Nicolaus consona nostris dicentes, mille annos priscos illos vixisse affirmāt. Hæc Iosephus. De turris ædificatione scripsit Moses, & ab vna lingua in multas túc hominū genus confusum fuisse asserit, & Abydenus his verbis illi attestatur: Primos homines ferunt è terra natos, robore atque magnitudine confisos, diis spretis turrim eo in loco, vbi nunc Babylō est, ad Solem vsque tollere contendisse, cúmque iam ferè ad cœlū ædificando peruenissent, vim ventorum diis affuisse, qua super eos diruta turris cecidit: cúmque ad ea vsque tempora vnius linguæ fuissent, multas in linguas diuisos fuisse: bellúmque inter Saturnum & Titanum tunc inceptum: locúmque in Babylonis nomen habuisse propter confusionem linguarum, quam Hebræi Babel vocant. De turri autem & confusione linguarum etiam Sibylla meminit, dicens: Cùm omnes vno vterentur sermone, turrim ædificare constituerunt, qua in cœlum ascenderent, eam dij ventis diruerunt, & lingua hominum mirabili varietate confusa effecit, vt Babylon ea ciuitas vocaretur. De campo autē, qui Senaar appellatur. Hestæus sic memorat: Sacerdotes, inquit, qui euaserunt, Ioui sacra in Senaar Babyloniæ contulerunt: confusáque lingua hominū, diuersas orbis partes habitare cœperunt. Moses rursus vitam Abrahæ latè conscripsit: cui multos exteriores historicos attestari, Iosephus his verbis conscripsit: De patre autem nostro Abraham, quamuis non nominat, scribit tamen Berosus ita, vt à rebus ipsis non de alio, quàm de ipso dicere videatur. Decima, inquit, post diluuium, generatione præclarus quidam iustúsque vir, & singulari cœlestium doctrina præditus apud Chaldæos fuit. Hecatæus verò librum de Abraham conscriptum reliquit. Nicolaus etiam Damascenus in quarto Historiarum hæc narrat: Damasci Abrahamus regnabat cum exercitu à Chaldæa profectus: nec multo tempore pòst etiam à Damasco abiēs, ad Cananæam, quæ modò Iudæa dicitur, migrauit: cui nomen etiam nunc magnum apud Damascenos est, villáque ibi demonstratur, Abraham domus appellata. Verùm cùm fame Cananæa premeretur, Ægyptus verò magna copia rerum affluere diceretur, libenter illò, vt etiam Ægyptij sacerdotes de iis dicentes audiret, cum suis profectus est. Aut enim aliquid ab illis discere, aut meliora se traditurū ipsis arbitrabatur. Et post pauca: Cúmque vnà cum peritissimis Aegyptiorum versaretur, & virtutem & gloriam suam multò clariorem effecit. Aegyptiis enim diuersis viuentibus moribus, & aliis aliorum mores obscœnis prosequentibus verbis, ille semper quæ in absentes dicebantur, falsa esse demonstrans respuebat. Vnde factum est, vt tanquam grauem sapientémque virum admirati, tam ad intelligendum, quàm ad persuadendum quod vellet paratissimum ducerent, ipse verò Arithmeticam & Astrologiam eos docuit. Nam ante aduentum eius nihil harum rerum sciebant Aegyptij, sed à Chaldæis in eos, vnde in Græcos quoque, disciplinæ istæ effluxerunt. Hæc Iosephus. Alexander autem historicus, qui multarum rerum peritiam habuit, in volumine de Iudaica historia Eupolemon ait hæc de Iudæis scripsisse: Ciuitas, inquit, Babylon ab his cōdita primùm fuerat, qui à diluuio euaserunt. Quos omnes Gigantes fuisse constat, sparsos per vniuersam terram, postquàm turris, quam ædificabant, diuinitùs concussa decidit. Decima verò generatione in Camerine Babylonię vrbe, quā alij Vrien dicūt, quod nomē latinè Chaldæopolim significat, natus est Abrahā, qui sapientia omnibus excelluit, à quo astrologia fuit apud Chaldæos inuēta. Is iustitia pietatéque sua sic Deo gratus fuit, vt diuino præcepto in Phœnicē venerit ibíque habitauerit: & rationē solaris motus atque lunaris, aliáque Astrologica Phœnices docuerit: vnde Phœnicū regi gratissimus fuit. Sed cùm Armenij temporibus suis bello Phœnices vicissent, fortè factū est, vt fratruelē etiā eius captiuū abduxerit. Abrahā verò

Quare priscis seculis homines diutius viuebant.

Gen. 11.

Gen. 13. vsque ad 35. cap.

Vt Casdim vt est Gen. 11.

Dan. 14.

(Margin letters: B, C, D, E)

vernas suos armauit, factóque impetu fudit fugauítque Armenios, nec fratruelē solùm A
liberauit, verumetiam magnam ab hostibus prædam habuit. Qua de re legati ad eū pro
captiuis ab Armeniis missi. Ille autem omnem oblatam recusauit pecuniā, sumptísque
solūmodò, quæ ad victum pertinebāt, captiuos humanissimè reddidit. Cùm verò ab eo
bello Abrahā rediret in vrbe Algariza, id est latinè in mōte altissimo, à Melchisedech Dei
sacerdote ciuitatísq; illius rege hospitaliter susceptus, magnificis fuit donat⁹ munerib.
Gen. 12. Et post pauca: Annonæ autem caritate oppressus, in Ægyptū migrauit: vbi vxorem eius,
quam sororem & viduam esse dicebat, rex Ægyptiorum abduxit, sed peste domum eius
ingressa, ab aruspicibus didicit, id mali sibi accidisse, quoniā alienam vxorē abduxerit.
Ita viro suo intactam reddidit mulierem. Vixit autem Abraham in Heliopoli cum sacerdotibus,
à quo Astrologiā sacerdotes didicerunt: qui tamē nō inuenisse, sed ab Enoch
per successionem sibi traditam fatebatur. Subiungit deinde primum Babyloniis Belum B
regnasse, quem latinè Saturnum dicimus, à quo Belus secundus, & Chanaam orti fuerūt,
atque à Chanaam patrem Phœnicum natum fuisse, qui genuit Chum. Hunc ait Chum
Chus pater Aethiopū Gen. Absolum appellari à Græcis, ac Æthiopum patrem & fratrem Mezraim patris Aegyptiorum
fuisse. Græcis autem, inquit, Atlātem aiūt Astrologiam inuenisse. Sed Atlātem
& Enoch eundem asserit fuisse. Enoch porrò, inquit, genuit Mathusalē, qui ab angelis
Dei multa cognouit, & cæteros docuit. Artapanus verò historic⁹ Hermuit Iudæos dicit
appellatos fuisse, & Hebræos ab Abrahamo dictos, quē ait ad Pharetatē Aegyptiorum
regem migrasse, & astrologiam illi tradidisse, ac post viginti annos in loca Syriæ rursus
4 rediisse.[4] Melo autem in libris, quos aduersus Iudæos cōscripsit: Post diluuiū, inquit, ab
Armeniis reliquias diluuij, quæ ad eos peruenerunt pulsas, montana Syriæ, quia deserta
erant, occupasse & post tertiam generationem Abrahamum natum fuisse: quod nomē C
patris amicū significare asserit: eúmque sapientissimū ait fuisse, duásque vxores duxisse,
alteram Aegyptiam, alteram indigenam, suscepisséque ab Aegyptia, quæ ancilla erat, filios
duodecim, qui Arabiam obtinuerunt vniuersam, vnde ad hæc vsque, inquit, tēpora
duodecim regibus Aburam populi reguntur. Ab indigena verò, inquit, vxore vnum habuit
filium Isaac, quem latinè risum appellare possumus, à quo duodecim similiter filij
nati sunt, quorum vltimum Ioseph appellauit, à quo tertius Moses fuit. Ad hæc Alexāder
historicus addit præcepto Dei ab Abrahamo, in mōtē quēdā ductū Isaac fuisse ad sacri-
5 ficium, diuinitúsque à tali sacrificio ereptū, arietémque qui repentè astitit, pro eo[5] sacrificatū
fuisse. Iosephus etiam in primo de antiquitate Iudaica quòd Afram Lybiam oc-
Gen.22. cupauerit, ac ab eius nomine illa regio Africa appellata sit, Alexander, inquit, in omni pe-
Gen.25. ritissimus historia his verbis testatur: Cleodemus, inquit, propheta, qui & Malchas dici D
tur, nō aliter ferè quàm Moses de Iudæis scripsit. Is à Cethura multos Abrahamo fuisse
filios narrat. Quorū tres nominat, Afer, Assur, Afran: & Assyriam ab Assur dictā cōtendit:
6 ab Afran verò atque Afer, vrbem Afram, & regionem Africam[6] appellatā. Sed de Abra-
Ge.29.28. hamo hactenus. De Iacob autem idem Alexander dicit: Cùm septuaginta quinque annos
natus esset, in Mesopotamiam parentum iussu fugisse, vt iram fratris Esau vitaret, reliquisséque
parentum Isaac centem & triginta septem annos natum. Et postquàm septē
annis in Mesopotamia fuit, fratris materni filias Lian & Rachel duxisse, ac in aliis
septem annis duodecim filios suscepisse, quorū non modò nomina, verumetiā mēses in
quibus nati fuerunt, memorat, cúmque redire ad parētes vellet, rogatum à Laban, alios
sex annos permansisse. Ita viginti annis illum in Mesopotamia vixisse, redeuntémque
ad Chanaam, cum angelo Dei fuisse colluctatum, vnde non Iacob, sed Israëlem appel-
latum: habitasséque ipsum apud Hemor annos decem, & à Sichen filio Hemor Dinam E
natā sex annos quatuórque menses raptam fuisse. Quare Simeon viginti & vnum annos
ac menses quatuor natum, & Leuin annos viginti & menses sex, cōmotos, Hemor
& Sichen filio eius, cæterósque omnes mares interfecisse, multis deinde locis mutatis
tandem in Ephrata, quam etiam Bethleem appellant, venisse: vbi Rachel, postquàm ei
genuit Beniamin, mortuam fuisse, quam cum Israële conuixisse annos viginti tres. Inde
ab Ephrata in Mambre ad parentem Isaacum rediisse. Tunc Ioseph decem & septem an-
Gen. 37. nos natum, Aegyptiis venditum fuisse asserit: & carcerum vincula tredecim annos per-
7 pessum, somnij regij declaratione liberatum, septem annis Aegyptum[7] gubernasse. Isaacum
verò anno vno ante venditionem Ioseph, centum & octuaginta natū annos diē suū
obiisse. Ioseph deinde in Aegypto Aseneth filiā Putheferi sacerdotis in vxorem duxisse,
ac duos

A ac duos Manassem & Ephraim natos ab ea suscepisse:& post annos nouẽ, postquàm in
magnum peruenit statum, patrem ac fratres ad se aduocasse. Pastores enim omnes illos
fuisse, quæ res Ægyptiis turpissima videbatur, ac ideo tandẽ vocatos docuisse, ne si à re-
ge interrogarentur de artificio suo, pastores se dicerent. Quæstionem etiam mouet, qua-
re in prandio quincuplas Beniamin germano suo partes apponi Ioseph iusserat, quod
ideo factum affirmat quoniam septẽ filios Lya patri eius pepererat. Rachel autem ma-
ter sua duos, propterea Beniamin quinque partes dedisse, & ipsum duas accepisse, vt
septẽ etiã ipsi partes quot & Lyæ filij haberent, ne domus matris suæ minor [8] videretur. 8
Habitasse autem eos in terra Chanaam annos ducentos & quindecim, Abrahã viginti
quinque, Isaac sexaginta, Iacob centum triginta. Cúmque iã tertio anno fames omnes
illas partes depopularetur, migrasse in Ægyptum Iacob, annos centum & triginta natũ.
B [9] Aetatem deinde omnium filiorum Iacob, quam transmigrantes habebant conscribit, 9
fuisséque affirmat ab Adam vsque in transmigrationem Iacob in Aegyptum annos tres *Chronologia.*
mille sexcentos viginti quatuor. A diluuio verò annos mille trecẽtos quadraginta: mor-
tuúmque fuisse Iacob in Aegypto annos natum centum quadraginta septẽ. Leuim au-
tem centum & trigintaseptem annorum naturæ concessisse: filiúmque reliquisse Caath
nomine annorum quadraginta: à quo natum esse alterum potius Amram Abraham, in
cuius ætatis anno quartodecimo Ioseph diem suum in Aegypto obiisse natũ annos cẽ-
tum & decem. Abraham deinde hunc pastorem duxisse vxorẽ Iocchabeth auunculi sui
filiã, & in septuagesimo septimo ætatis suæ anno Aaron & Mosem ab ea suscepisse, inter
quos tres annos interfuisse dicit: mortuúmque fuisse Abraham natum annos cẽtum &
triginta sex. Hæc ab Alexãdro sumpta sufficiant. [10] Theodotus autem elegantissimo car- 10
C mine gentis Iudæorum historiam conscribẽs, hæc eadem de Iacob & de filiis suis, & de
Ioseph conscripsit. Artapanus similiter & Philon non Iudæus in xiiij. die Hierosolymis,
ipse quoque carminibus similia de Iudæorũ maioribus testatus est. Aristæus autẽ in Iu-
daica historia de Iob quoque conscripsit, dicens: Esau ipsum filiũ fuisse habitasséque in
Idumæa atque Arabiæ finibus, fuisséque ipsum & iustitia & diuitiis pręcipuũ, tẽtatúm-
que diuinitùs magnis calamitatibus fuisse. Primũ enim armẽta eius latrocinio sublata,
deinde septem millia ouiũ vnà cum pastoribus periisse: & postremò filios eius domo su-
per ipsos lapsa, expirasse: atque vno eodémque die corpus eius vniuersũ vlceribus reple-
tũ fuisse. Cúmque malè ita affectus esset, Eliphã Tæmanitarum regem, & Baldad Sau-
cheorũ tyrannum, & Sophar Mineorũ regẽ, & Eliũ Barachielis filiũ Zobitem ad cõsolã-
dũ ipsum accessisse: quibus Iob respondisse, sponte sua se paratũ esse omnia ita sufferre,
D vt à pietate in Deũ nunquã remoueatur. Ita propter hãc magnanimitatem eius liberatũ
à morbo, & ditiorem quã priùs factum diuinitùs fuisse. Hæc de istis Polyhistor memo-
riæ prodidit, qui de Mose plurima referẽs, inquit: Eupolemus sapientissimũ hominem
Mosem fuisse, & literas Iudæis primùm tradidisse, & à Iudæis Phœnices accepisse, Gre-
cos verò à Phœnicibus dicit, Mosémque primũ leges Iudæis præscripsisse. [11] Artapanus 11
autẽ Merin Chenephri regis Aegyptiorũ filiã, ait, puerũ, quoniã ipsa non pareret, Iudæũ
adoptasse, quem Iudæi Mosem, inquit, Græci Musæum appellant, cuius doctrina multa
Orpheus didicit. Hunc Mosem instrumenta bellica inuenisse affirmat, litteras quoque,
quas sacerdotes tradidit, Aegyptiorúmq; vrbem in sexdecim partes diuisisse, ac singulis
præfectos instituisse, quæ omnia videlicet fecerat, ne populi, vt solebant conspirantes,
modò hunc, modò illum regno expellerent. Vnde factũ esse ait, vt quasi Deus ab Aegy-
E ptiis coleretur, & propter litterarũ sacrarum interpretationẽ Mercuriũ appellatũ. Qui-
bus rebus Chenephrim inuidia commotum, causam interficiendi Mosi quæsiuisse: & sic
aduersus Aethiopes in Aegyptum irruẽtes, cum imperio ipsum misisse, exercitúmque
sibi à Iudæis maximè conscripsisse, vt propter imperitiam militum vnà cum eis periret.
Quod bellũ, vt ab Heliopolitanis accepisse asserit, decẽnio gestũ fuit: & propter diutur-
nitatẽ eius ciuitatẽ in eo loco cõditã, vbi sedentes, Aethiopum imperiũ sustinebãt, quã
Hermopolim inquit, id est, Mercurij ciuitatẽ appellãt. Ibim consecratã ibi primò fuisse,
quoniã nocentes interficeret serpẽtes. Aethiopas autem admiratione virtutis ita Mosem
coluisse, vt etiam circumcisionem ab eo [12] didicerint. Ita peracto bello, cùm victor redi- 12
isset, verbo quidẽ à rege bene susceptum, re autem quotidie mortem illi quæsitam, ac
insidias multis modis paratas, maximè cùm ad Nerida matrẽ vltra Aegyptũ in Aethio-
piæ finib⁹ sepultã, ex præcepto regis proficisceretur: à nomine cui⁹ vrbẽ, vbi sepulta fuit,

Meroën appellarunt, nec minùs quàm Ibin cultam fuiſſe. Quæ cùm Moſes percepiſſet in Arabiam illico profugiſſe, & Raguelis Arabiæ regis filiam in vxorem duxiſſe. Interea elephantiæ morbo, quoniam multis modis Iudæos premebat, Ægyptiorum regem exſpiraſſe. Ad alia enim opera, quæ ipſos conſtruere iuſſit, diuerſam etiam quàm Ægyptij veſtem indui voluit, vt faciliùs cogniti, ab omnibus tanquam impij punirentur. Moſem autem à Deo quotidie liberationem populi petere, & quodam die repentè coram eo ignem è terra, vbi nulla incendio apta materies erat, ſubitò erupiſſe, ac vocem editam fuiſſe, liberandos ſibi eſſe Iudæos, & in antiquã patriam ducendos. Hac re fretum priùs quàm exercitum comparaſſet, ad regem Ægyptiorum ſoceri conſilio deſcẽdiſſe, dixiſſéque orbis Domini iuſſu liberandos eſſe Iudæos. Quo audito in carcerem ipſum fuiſſe intruſum, vnde nocte cuſtodibus mortuis, & repentè portis patentibus, ianuiſque omnibus, quæ ibi fuerant fractis, exiuiſſe, rectáque via in regiam vſque ad regis cubiculũ ianuis apertis ad ipſum regẽ intraſſe: interrogatúmque à ſtupente rege, quódnam eſſet Dei nomen à quo miſſus eſſet. Cúmque ceruicibus inclinatis, Moſes in aure ſibi dixiſſet, audientem mutum cecidiſſe, & à Moſe ſuſcitatum fuiſſe, ſcripſiſſe quoque ipſum nomen Dei in tabula dicit, quas literas cùm nonnulli ſacerdotum deriderent, legere neſcientes, ſpaſmo ait omnes exſpiraſſe. Tunc etiam ſignum rege petẽte baculum à Moſe in ſerpentem cõuerſum, omnibúſque magno timore perculſis, à cauda captum draconem, in baculum rurſus conuertiſſe. Deinde Nilum baculo percuſſum, abundaſſe adeò, vt vniuerſa Ægyptus ſummerſionem timuerit, ſinguliſque annis ex illo tempore ſimiliter abundarit. Poſtea cùm aqua rurſus baculo percuſſa, in alueum ſuum rediiſſet, animalibus in fluuio cunctis morte corruptis, magna fœtore aquam ita oluiſſe, vt Ægyptij ſiti & peſtilentia ſimul laborarent, regem autem perterritum inclinatum iam fuiſſe ad dimittendum populum. Sed Memphiticos ſacerdotes vocatos, morique iuſſos, niſi aliquod ſignum ipſi etiam ederent, magicis artibus dracone producto, & fluuij colore mutato effeciſſe, vt elatus rex, atrociter Iudæos tractaret. Tunc à Moſe terram baculo percuſſam, muſcas venenoſas: deinde rurſus percuſſam, ranas, locuſtas, aliáque huiuſmodi monſtra produxiſſe. Vnde apud Ægyptios vndique in templo Iſidis baculum deponitur atque colitur. Terram enim Iſidem eſſe, quæ baculo percuſſa, mõſtra producebat. Tandem cùm grandine percuteretur, & terræmotu Ægyptus vniuerſa quateretur, quo domus & templa multa ceciderunt, perfractum calamitatibus regem Iudæos liberaſſe, quos ab Ægyptiis argentea, aureáque vaſa, veſtem, ac aliam gazam mutuò accepiſſe, ac tertio die poſtquàm receſſerunt, in mare perueniſſe. Dupliciter deinde rem fuiſſe dicit. Memphitas enim dicere, cùm magnam locorum Moſes haberet peritiam, refluxum maris obſeruaſse, ac ita cum populo tranſiuiſse. Heliopolitarum propter gazam, quam Iudæi mutuo abſtulerũt, regem commotum magna manu in Iudæos profectum fuiſse. Moſem verò percuſſiſse baculo mare, vt cœleſti voce admonitus fuit, & ſic diuiſo mari tranſiſse. Cùm pòſt Iudæos perſequerentur Aegyptij, tum fulminibus, tum refluẽtibus aquis periiſſe, Iudæóſque liberatos annos triginta in eremo vixiſſe, quaſi niuẽ Deo quotidie illis pluente, qua nutriebãtur. Moſem autem longum ait fuiſſe, flauum, canũ, prolixiore capillo ac barba: & denique ſtatura & facie dignitatis permagnæ: omnia verò ipſum abſoluiſſe ait annos natum octoginta nouem. [13]. Ezechielus etiam poëta vniuerſam Iudæorum hiſtoriam carmine moréque tragico ſcripſit, & in omnibus ferè cũ diuina ſcriptura cõuenit. Et Demetrius hiſtoricus ſimiliter, qui dicit Moſem ex Ægypto in Madian profugiſſe, ac ibi Iethronis filiam Sephoram nomine in vxorem duxiſſe: quam, coniectura à nominibus capta, ex Abraham genus traxiſſe affirmat. Abrahã enim ex Cetura Ieſſan genuiſſe, & ex Ieſſan natum fuiſſe Adam, à quo Raguelẽ verò Iethro & Bab & Iethronis filiam Moſi nuptam fuiſſe. Generationes quoque ait ita conuenire, vt veriſimile ſit Sephoram, & Moſem, ex Abraham deſcendentes eiſdem tẽporibus fuiſſe. Moſem enim ſeptimum, Sephoram autem ex Abraham ſextam [14] fuiſſe, & Madian vrbem ab vno filiorum Abrahæ nominatam fuiſſe. Eupolemus verò Moſem ait L X. prophetaſſe annos, Ioſue autem X X X. & vixiſſe cẽtum, & X. & tabernaculum ab eo in Sylo fixum fuiſſe, & poſt eum Samuëlem prophetaſſe, à quo iuſſu Dei Saulem ad regẽdum electum regnaſſe annis X X I. Poſt eum Dauid filiũ Cis, à quo Syras & Phœnices vſque ad Euphratem domitos fuiſſe. Idumæos etiam Ammonitas, Moabitas, Ituræos, Nabathæos, Nabadæos, Suronémque Tyri, ac Phœnices regem bello coactos, tributa Iudæis contuliſſe,

Baculus Moſi in ſerpẽtem verſus.

Manna vt nix deſcendit in deſerto.

13 (margin, beside "ſam Iudæorum hiſtoriam")

14 (margin, beside "Moſem enim ſeptimum")

A contuliſſe,eíque petenti locum fuiſſe diuinitùs monſtratum , vbi templum eſſet ædificandum. Angelum enim vidiſſe in eo loco ſtantem,vbi altare poſteà conditum fuit,cui angelo nomen Dianathan fuiſſe,à quo non fuiſſe permiſſum Dauid(quoniam ſanguine hominum propter bella quæ geſſit contaminatus erat) templum ædificare , ſed quàm magnam poſſet facere præparationem,vt templum à filio eius faciliùs conderetur. Itaque comparaſſe ipſum æris,argenti,auri talenta non pauca , lapides etiam & ligna cupreſſi atque cedri:naues enim eum præparaſſe in Achanis Arabiæ ciuitate , miſiſſéque in inſulam Vrphen in rubro mari poſitam,auri metallis abundātiſſimam,vnde in Iudæā innumerabilia penè pondo auri delata fuiſſe: regnaſséque Dauid annos quadraginta, ac ab eo regnum Salomoni filio duodecim annos agenti traditum fuiſse , imperatúmque vt templum ædificaret:à quo iam regnante , ad Vaphrem Aegyptij regem hoc

Extructio primi templi Hieroſolymitani.

B exemplo litteras miſſas fuiſſe.Rex Salomon Vaphri Aegyptio regi amico paterno ſalutem.Scías me à Deo magno Dauid patris mei regnum accepiſſe , cúmque mihi pater præceperit templum Deo,qui cœlum & terram creauit,condere,vt etiam ad te ſcriberem præcepit.Scribo igitur & peto abs te,vt artifices atque fabros ad ædificandum templum Dei mittere velis.Ad hæc Vaphrem ſic reſcripſiſſe:Rex Aegypti Vaphres regi Salomoni ſalutem,Lectis literis tuis non paruo affectus gaudio ſum , quòd patri tuo optimo viro & diuinitùs probato in regnum ſucceſſiſti . Ad ædificandum autem templum Dei inter fabros atque miniſtros,octoginta millia hominum ad te[15] deſtinaui . Dabis igitur operam,vt ordine viuant,& rebus neceſſariis non careant,templóque Dei condito,incolumes ad nos redeant.Tyrio quoque regi ſcriptum fuiſſe hoc modo:Rex Salomon Suroni,Tyri,Sydonis atque Phœniciæ regi amico paterno ſalutem . Scias me à

C Deo magno Dauid patris mei regnum accepiſſe: cúmque mihi pater præceperit templū Deo,qui cœlum & terram creauit condere,vt etiam ad te ſcriberē præcepit. Scribo igitur & peto abs te,vt artifices atque fabros ad ædificādum tēplū Dei mittere velis.Ad hæc Suronem quoque ſic ſcripſiſſe:Suron Tyri,Sydonis & Phœniciæ rex Salomoni regi ſalutem.Lectis litteris,gratias egi Deo,qui tibi regnum patris tradidit.Et quoniam ſcribis fabros miniſtróſque ad condendum templum Dei eſſe tibi mittēdos,miſi ad te millia hominum octoginta,& architectum Tyrium hominem ex matre Iudæa , virum in rebus architecturæ mirabilem.Curabis igitur,vt neceſſariis non egeant,& templo Dei condito ad nos redeant.Scripſit autem Salomon ad Galilæam & Samariā , ad Moabitas (inquit)& Ammonitas,& Galaditas,vt frumenta & vinum, centum & ſexaginta milibus hominum diligenter ſubminiſtrarent.Oleum autem à Iudæa eis præbebatur . Li-

D gna igitur primū,quæ à patre ipſius in monte Libani cæſa iacebant,per mare in Ioppen, ac inde in Hieroſolymam duxiſſe,incepiſſéque tēplū Dei ædificare annos tredecim natum,populóſque prædictos in opere iugiter fuiſſe,& præter frumētū ac vinum, cæteráque neceſſaria ſunt à Iudæis per ſingulas tribus ſingulis mēſib⁹ miniſtrata, fundatúmque templum longitudinis cubitorum ſexaginta,latitudinis ſimiliter : fundamentorúmque latitudinem decem cubitorum fuiſſe.Sic enim Nathan Dei prophetam iuſſiſſe , ædificatúmque tēplū,totum vndique à pauimento vſque ad tectum deauratū, & tectū laqueatribus factum,& aureis tegulis,æneis deforis contectum,duáſque colūnas æneas altitudini æquales templo, decē cubitos in circuitu cōtinētes,auro deauratos ſoliditate vnius digiti,alteram à dexteris,alteram à ſiniſtris templi ſtatuiſſe. Candelabra quoque aurea talentorum ſingula decem,ad exemplar eorum,quę à Moſe in tabernaculo facta erāt fe-

E ciſſe,& alia à dextris templi,alia à ſiniſtris poſuiſſe.Lucernas autem aureas ſexagintaſeptem in vnoquoque candelabro factas:& fornicem maximum ad borealem tēpli partē ædificaſſe,quæ quadraginta octo æneis columnis ſubſtentabatur: feciſſe etiam labrum viginti cubitorum longitudinis,& latitudinis ſimiliter,profunditas autē cubitorū quinque,gradúſque circūductos conſtruxiſse,vt ſacerdotes adire,ac pedes & manus lauare poſſent:poſuiſſéque ad dexteram partem altaris,iuxtáque baſim feciſſe duorū altitudinis cubitorū,vt in ea rex ſtaret,quo faciliùs ab vniuerſo populo videretur . Altare quoque feciſſe duodecim cubitorum altitudinis, & catenas tanquam retia ſuper omnem templi altitudinem viginti cubitis,inſtrumentis quibuſdam extendiſſe , à quibus quadraginta tintinnabula ærea dependebant.Hoc factum fuiſſe,ne aues ſuper templum ſederent,neque nidos in laquearibus eius facerent,vt templum ab omni foret immūditia incontaminatum.Hieruſalē quoque vrbē muris,turribus,ac foueis ab eo fuiſſe circum-

Hieruſalē ſecundum Græcos ab Hiero appellata.

ductam regiam quoque ibi ædificasse, quæ Hieron Salomonis, id est latinè Salomonis
ædes fuit appellata: vnde corrupto posteà vocabulo, vrbem, Hierusalem vocatam fuisse
& Hierosolymam græcè appellari. Quibus factis, sacrificium Deo mille boum in Silo
fecisse, & tabernaculum altaréque simul & vasa omnia à Mose facta, inde in Hierosoly-
mam ad templum Dei transtulisse. Arcam similiter & candelabrum & mensam, cæterá-
que omnia, vt Propheta præcipit. Deóque holocaustum duo millia ouium, & tria millia
quinquagintáque vitulorum. Totum autem aurum, quod in templo, columnis, cæteris-
que omnibus templi vasis fuit consumptum, quadragesies sexies centena millia fuisse.
Argenti verò ad clauos, & alia instrumenta mille ducenta triginta duo talenta. Aeris ve-
rò in columnis, ac cæteris, talenta decem & octo millia & quinquaginta, misisséque o-
mnes in regiones suas, Phœnices simul atque Ægyptios: decē auri talenta singulis data.
Talentum autem dico, inquit, quod Syclum appellant. Et Ægyptiorum quidem regi B
Vaphri oleum & mel in magna quātitate misisse. Suroni autem columnam auream, quę
Tyri in templo Iouis conspicitur, vnde ille simulacrū filiæ fecit, quod in aurea colum-
na imposuit. Mille quoque scutā missa fuisse à Salomone aurea cōfirmat, vixisséque ipsū
ait annos quinquaginta duos, & regnasse quadraginta. Timochares autem, qui Antio-
chi res gestas conscripsit, quadraginta stadiis circumducti Hierosolymā asserit, abruptis
vallibus vndique natura munitā: vrbémque ipsam multis aquis adeò irrigari, vt hortos
quoque multos extra vrbē aquis inde defluentibus irrigari, cōtingat. Ab vrbe autē vsque
8 ad quadraginta stadia, magnam esse aquarum penuriam.[8] Philo autem fontem fuisse in
vrbe asserit maximum, qui tempore hyemis deficiebat, æstate verò copiosissimè deflue-
9 bat.[9] Aristæus etiam in libro de interpretatione legis Iudaicæ, de aquis Hierosolymorū
hoc modo scribit: Templum, inquit, ad ortum respicit, posteriora eius ad vesperam ten- C
dunt. Lapidibus autem ornatissimè pauimentum templi constructum est: & aqua sæpius
in tēplum immittitur, vt à sanguine detergat. Multa enim animalium millia in solem-
nitatibus offeruntur. Fons verò copiosissimè atque integer in templo ipso scaturit, ex
qua magna vis aquarum per cloacas plumbo consolidatas defluit. His ita dictis, non est
prætermittendum quod de Hieremia Polyhistor conscripsit Alexander: Temporibus
inquit, Ioachim, Hieremias prophetauit: qui missus à Deo, cùm Iudæos aureo simulacro,
cui nomen erat Baal, sacrificantes reperisset, futuram eius propter hoc calamitatem præ-
dixit, vnde Ioachim viuum iussit cremari. Illum autem dixisse foueas ipsos à rege Assy-
riorum captos iuxta Tigridem atque Euphratem eisdē lignis facturos. Hæc Nabucho-
donosorem Babyloniorum regem audiuisse, ac Astibare Medorum rege in auxilium
adducto, centum & octoginta peditum, equitum centum & viginti millia, ducenta ac D
decē millia curruum. Primò Samaritanos omnes, vrbes Galilæam, Scytopolim, & Ga-
latidem euertisse: deinde Hierosolymam & Iudæorum regē Ioachim viuum cepisse: &
aurum, argentū, æs, cæteráque omnia, quæ in templo fuerant arca excerpta, & tabulis in
10 Babylonem asportasse. Arcam enim (inquit) Hieremias detinuit.[10] Et rursus post aliqua
Euil merodach. Nabuchodonosor, inquit, prædicta mœnia ædificare cœpit, grauiter ægrotauit, mor-
tuúsque est post quadragesimum tertium annū regni sui, cui Euilmalurchus filius suc-
cessit, hic propter iniquitatem & lasciuiam à Nerglisaro sororio suo insidiis exceptus, in
secundo anno regni periit. Deinde filius eius Labesoracus mensibus nouem, quo insi-
diis interfecto, communi consilio Nabonida insidiatorum vnus regnauit, qui Babyloniæ
muros, qui iuxta fluuium sunt, lateribus & bitumine condidit. In septimo autem & de-
cimo anno regni eius, Cyrus rex Persarum magna manu Babylonios petiit. Nabonida E
verò regnum suum defensurus, exercitum construxit: & victus pugna, in Borsippum vr-
bem confugit, quam Cyrus Babylone capta obsedit. Sed Nabonida diu ferre obsidio-
nem non potuit, séque Cyro tradidit, qui quàm humanissimè ipsum tractauit, ac in
Carmaniam cum dignitate ire iussit: vbi non multo pòst naturæ concessit. Hæc Iudaicis
libris, imò verò nostris conuenire vidētur. Scribit enim in ipsis decimo atque octauo an-
no regni sui Nabuchodonosorem templum destruxisse: quod secundo anno regni Cy-
19 ri restitui cœptum, decimo anno regni Darij tandem conditum fuit.[19] Sed Alphœus
etiā de Assyriis & Nabuchodonosore hoc modo scribit: Megasthenes, inquit, vir pris-
cus, Nabuchodonosorem Hercule robustiorem dicit fuisse, vniuersámque Libyam, cæ-
terámque Asiā vsque ad Armenios domuisse, quem Chaldæi dicunt, cùm in regnū suū
rediisset, furore diuinitùs captum, magna exclamasse voce: Futuram, ô Babilonij, vobis
ego

A ego calamitatē prænuncio,quam nec Belus ille,nec vlla vis deorū auertet. Veniet Per- 20 sa semiasin⁹,qui vobis afferet seruitutē.[20] His aliisque huiusmodi dictis,subitò euanuit. *Persa semiasinus.* Cui filius Euilmerodach successit,quem Iglisares interfecit,ac loco eius regnauit. Cui Babaso Arascus filius successit. Quo insidiis interempto, Nabinidochus regnauit, hunc Cyrus,capta Babylone, Carmaniæ principem fecit. De Babylone quoque Abydenus hæc scribit:Omnia,inquit,illa loca aquis contecta fuisse dicuntur. Belus autem regionem siccasse perhibetur,& Babyloniā condidisse:quæ mœnia aquarū diluuione deleta, Nabuchodonosorus restituit,quæ remanent ad hæc Macedonum tēpora. Et post pauca:cùm principatum,ait,Nabuchodonosorus accepisset, continuò Babylonem triplici m̄uro quindecim diebus muniuit,& fluuios Armacalem atque Acracanū ab Euphrate ortos destruxit:paludem etiam effodit viginti passuum altitudinis parasangarúmque
B quadraginta:portásque in ea fecit:quas Riuotēentes appellabant,quibus apertis,Babyloniæ campos irrigabant,rubríque maris inundationem obstruxit, & Theredonem vrbem ad sustinendos Arabū impetus condidit,& in regia pensiles hortos plantauit. Hæc ab Abydeno sumere placuit. Quoniam legitur apud Danielem, Nabuchodonosorem in templo suo ambulantem arrogantia motum dixisse:At non est ista Babylon magna, quam ego in potentia mea ad laudem gloriæ meæ in domum regni construxi?& adhuc ista loquentem euersum fuisse. Ad hæc omnia illa placet afferre, quæ Iosephus in libro de Antiquitate Iudaica dixit: Sufficiunt,inquit,ad ostendendum antiquitatem Iudaicā Syriorum simul,& Chaldæorum,& Phœnicum scripturæ,& Græcorum innumerabiles historici,maximè Theophilus,Theodotus,Mnaseas,Aristophanes,Hermogenes, Euemerus,Comō,ac denique Zopyriō,qui & omnes alij forsan cōplures (nec enim omnia
C ipse legi)diligenter de nostris scripserunt:quorū multi & si in nonnullis aberrarint, cōmuniter tamē ab omnibus antiquitati nostræ testimonium perhibetur,quamuis Phalereus Demetrius,& Philō senior,qui carmine cōscripsit,ac Eupolemus,nō lōgè absunt à veritate,quibus venia dāda est,quoniā magnam nostrarū literarū peritiā non habuere.

σχετογνώμονες.

Dan. 4.

Scholia in Cap. IIII.

Probat in hoc capite magnum esse consensum, Ethnicorum Historiographorum & historiæ Iudaicæ veteris testamenti. Ideò magni faciendam esse διαφωνίαν *in quibusdam narrationibus facilè deprehendet lector eruditus, sed pro suo candore in optimam partem accipiet. Poterat hoc loco Eusebius Xenophontis mentionē facere, qui in 7. lib. de Cyri* pædia, πολιορκίαν *Babylonis ita descripsit, vt cum Danielis 16. narratione egregiè consentiat.*

1 Veritate.] *De domestica ipsorum historia, vide quòd consentiant.*

D 2 Iosephus.] *Iosephus in primo libro Antiquitatis Iudaicæ scribit hoc modo: Diluuij istius & arcæ meminerunt omnes Barbarorum scriptores, ex quibus est & Berosus Chaldæus. Narrans enim de diluuio, sic ait: Dicitur autem nauis pars adhuc in Armenia in monte Cordyæorum esse, & auferre aliquos, bitumine ablato. Vtuntur autem ablato homines ad expiationes. Meminit autem & Hieronymus Aegyptius qui antiquitates Phœnicum scripsit: & Mnaseas quoque, & alij plures, & Nicolaus Damascenus in nonagesimo sexto libro.*

3 Ego autem.] *Ego autem tibi res Medicas & Assyrias recensens ex Abydeni scriptis, de eadem historia hæc verba auctoris tibi exponam. Post quos alij regnarunt, inter quos & Sisithrus.*

4 Rediisse.] *Multos autem ex iis, qui cum eo fuerint, in Aegypto mansisse, propter felicitatem regionis. In incertis autem libris inuenimus Abraham venisse ad Gigantes. Illos autem habitātes in Babylonia, propter impietatem à Deo esse extinctos, quorum vnum Belum aufugientem, in Babylone habitasse, turrímque extruxisse in quo vitam egerit, ab eóque Belum esse nominatam. Abrahamum autē*
E *in Astrologia eruditum, primum in Phœniciam venisse & Phœnices Astrologiam docuisse. Deinde etiam in Aegyptum peruenisse. Sed Melo qui de Iudæorum fraudibus scripsit &c.*

5 Sacrificatum fuisse.] *Dicit autem etiam de his & Philo in primo libro de Hierosolyma: & Iosephus in primo &c.*

6 Appellatam.] *Hos autem cum Hercule militasse in Libya & Antæo. Herculem autem ducta filia Aphra in vxorem, genuisse filium ex ipsa, Diodorum. Huius fuisse Sophonam, à qua Barbaros Sophos esse dictos. Hæc pauca de Abrahamo.*

7 Gubernasse.] *In quibus etiam cohabitarit Aseneth, Pentephri sacerdotis Heliopolitani filia, & generasse Manassem & Ephraim, & famem durasse annos duos: Iosephū autem nouem annos fœlici statu vtentem, non vocasse patrem, quia ipse & fratres eius pastores fuissent.*

8 Videretur.] *Sic etiam vestes cuilibet binas dedisse. Beniamin autem quinque & triginta aureos*

& patri posteà misisse, vt domus ipsius, maternæ par esset.

9 Natum.] *Ruben annorum* XLV. *Simeonem annorum* XLIIII. Leui *annorum* XLIII. *Iudam ann.* XLII. *mensium trium Aser ann.* XL. *mensium octo. Nephthalim annorum* XLI. *mensiũ* VIII. *Gad annorum* XLI. *mensium* III. *Zabulon anno.* XL. *Dinam ann.* XXXVIII. *Beniamin ann.* XXVIII. *Iosephum autem ait fuisse in Aegypto annis* XXXIX.

10 Theodotus.] *Desunt hic eius versus:*

Ipsa verò erat bona & capras alens & syluosa,
Neque erat via longa ad vrbem eundi
Ex agris: neque syluæ comosæ laborantibus.
Ex ipsa autem valde propè duo montes videntur soli
Herbis pleni & syluis: inter hos media
Via secta est tenuis acuta. Ex altera parte
Sacellum Sicimorum apparet, sacra vrbs
Inferius sub radice extructa: circum autem murus
Arduus, subtus autem circuit vrbis septum.

Paulò pòst, inquit, ipsam ab Hebræis incoli, imperante Emmor. Emmor enim filiũ fuisse Sichẽ, aitque.

Huc ô hospes à pascuis ad vrbem venit Iacob, Latam Sicimorum & viris istis imperabat
Dominus Emmor cum filiis Sichem, valde implacabiles viri.

Deinde de Iacobo & eius aduentu in Mesopotamiam, & de duarum mulierum matrimonio, & de generatione liberorum, & aduentu ex Mesopotamia in Sicimam.

Venítque Iacob in Syriam abundantem iumentis, & latum
Flumen Euphratis reliquit fluuij sonori.
Venit enim & ibi linquens acerbam obiurgationem
Fratris. Beneuolus suscepit ædibus
Laban, qui illi erat auunculus, sed tum solus
Imperabat Syriæ, diuinum nactus genus.
Huic autem nuptias filiæ promisit & annuit
Iunioris. sed non perficere cogitauit prorsus:
Sed dolum excogitauit, & in lectum viro posuit
Liam, quæ ipsi erat grandior: sed tamen ipsum
Non latuit, sed intellexit dolum & suscepit
Filiam alteram, & commixtus est cum vtraque sua cognata.
Huic filij nati sunt mente prudentes valde
Vndecim, & filia Dina pulchram habens
Formam, pulchrúmque corpus & prudentem animum.

Ab Euphrate autem ait Iacobum venisse in Sicima ad Emmor. Illum autẽ suscepisse hunc & partem regionis dedisse. Et ipsum quidem Iacobum terram coluisse: filios verò eius vndecim pastores fuisse. Filiam autem Dinam & mulieres lanificium tractasse, & Dinam virginem existentem in Sicima venisse cùm mercatus esset, volẽtem videre vrbem. Sichem autem filium Emmor postquàm hæc vidisset, amore eius captum, raptam secum abduxisse & eam corrupisse. Deinde cum patre venisse ad Iacobum & petiisse eam in vxorem. Illum autem noluisse dare nisi omnes habitantes Sicimam circumciderentur: & Emmor dixisse se hoc illis persuadere velle. Dicit autem de circumcidendis Iacob.

Non enim fas est Hebræis illud
Generos aliunde in domum adducere,
Nisi eos qui genere gloriantur esse simili. De circumcisione:
Qui olim è sua patria eduxit Diuum Abrahamum
Ille cælitus iubet virum cum omni familia
Carnem detrahere à pudendis, & fecit.
Immotũ autem est, quia Deus ipse iussit.

Eunte igitur eo in vrbem Emmor, & subditos adhortante vt circumciderentur, vnũ ex filiis Iacobi nomine Simeonẽ, cõstituisse Emmor & Sichẽ occidere, quòd nõ posset ferre iniuriã sorori illatã. Et id cum fratre Leui cõmunicasse: quo cõsentiente accepto, ad facinus prosiliisse, oraculum prætendentẽ quo Deus promisisset posteris Abrahã decem gentes, si hi occisi essent. Inquit autem sic Simeõ ad Leui.

Bene autem audiui ego Dei sermonem:
Daturum enim se dixit decem gentes liberis Abraham. Deum autem ipsis hoc in mentem misisse, quia Sichimitæ impij essent. Ait autem:

perde

A *Perde Deus Sichimorum habitatores. Neque enim illæsus*
Ad illos venit, quisquis honestius & bonus est.
Neque iudicia iudicant in vrbe, neque æquitatem.
Venenata autem cernuntur illis curæ esse opera.

Leui igitur & Simeon armati vrbem ingreßi, obuios quosque primò cedebant. Deinde & Emmor & Sichem occidebant. Dicit autem de ipsorum cæde ita:

Sic tum quidem Simeon in ipsum Emmor irruit,
Percußitque ei caput, ceruicémque apprehendit manu sinistra.
Liquit autem adhuc palpitantem, nam labor alius oriebatur.
Tunc & Leui robore præstans accepit crinibus
Tangentem genua Sichem, valde precantem:
B *Transfodit autem ceruicem mediam: ingressus autem est gladius acutus*
Viscera per pectus, reliquit autem anima corpus ilico.

Postquàm autem reliqui fratres hoc audiuerunt, auxilio venerunt, & vrbem vastarunt, & sororem liberatam cum captiuis in paternam domum duxerunt. His & alia de Iosepho in eiusdem Polyhistoris scriptis subnectuntur. Artapanus autem ait in libro de Iudæis, Abrahami nepotẽ fuisse, filiúmque Iacobi. Prudentia autem & sapiẽtia reliquis excelluisse, & à fratribus insidiis circumuentũ. Præuidentem autem insidias, rogasse vicinos Arabes, vt in Aegyptũ se abducerent: ipsósque quod rogabãtur, fecisse. Esse enim Arabum reges, posteros Israël, filios Abraham, fratres Isaac. Venientem autem eum in Aegyptum & regi traditũ, præsidẽ totius regionis factum fuisse: & cùm Aegyptÿ anteà inordinatè terram coluissent, quòd regio indiuisa esset, & minores à maioribus iniuria afficerentur, ipsum primum terram diuisisse, & terminis signasse, & maximã partem, quæ sterilis erat, culturæ aptam effecisse, &
C *quosdam agros sacerdotibus sorte attribuisse. Illum etiam mensuras inuenisse, & ideò valde ab Aegyptiis dilectum fuisse. Duxisse autem ipsum Heliopolitani sacerdotis filiam Aseneth, ex quo sustulit liberos. Post hæc ad eum venisse patrem & fratres ferentes magnas opes, & habitasse in vrbe Cæsan, & Syros creuisse in Aegypto. Hos ait templum in Athos & Hieropoli condidisse, Hermiuth appellatos. Post hæc mortuum esse Iosephum & regem Aegyptiorum. Iosephum igitur cùm Aegypto præsideret, septem annorum frumentum quòd in magna copia natum erat, seruasse, & Aegypti dominum fuisse. Astipulatur autem sacris libris & Philo in decimoquarto de Hierosolymis sic dicens:*

His sedem beatam condidit magnus Actor
Supremus, & anteà ab Abrahamo & Isaac
Iacob parentis filius Ioseph, qui somniorum
Interpres, præses in Aegyptiis thronis. Et cætera.

D *Hæc de Iosepho. Audi verò quæ de Iob narrat idem. Aristeas autem, &c.*

11 Artapanus.] *Artapanus autem ait in libris de Iudæis, Abrahamo mortuo, & filio ipsius Mempsastenoth, itèm rege Ægyptiorum, regnum suscepisse filium eius Palmanothem. Hunc autem Iudæis durum fuisse: & primo Cessam habitasse, & fanum eius ab ipso illic conditum. Deinde etiam templũ Heliopolitanum. Hunc autem generasse filiam Merrhin, quã Chenephri cuidam despondit, regi terræ Memphiticæ. Nam plurimos tunc in Ægypto regnasse. Hanc autem sterilem existentem, subiecisse quendam Iudæorum infantem, eúmque Mosem appellasse, quem Græci virum factum Musæum appellarunt.*

12 Didicerint.] *Nec ipsi solùm, verumetiam omnes sacerdotes. Chenephrem autem finito bello, verbo ipsum amasse, reuerà autem ipsi insidiatum fuisse. Acceptum itaque ipsius populum, partim in confinia Aethiopiæ misisse custodiæ gratia: partim iußisse, vt in Iouis vrbe templum ex coctis lateribus extructum diruerent, & aliud lapideum exstruerent, ex vicino monte lapidibus cæsis. Ordinasse autem ad ædificationem præsidem Nacherotem. Hunc autem venientem cum Mose in Memphim, interro-*
E *gasse ipsum, quídnam aliud sit vtile hominibus, dixisséque ipsum genus boum, quòd terra ab ipsis colatur. Chenephrem autem appellantem Taurum Apim, iußisse plebem ipsius templum ædificare, & animalia consecrata à Mose, iußisse illic sepelire: obscurare volentem Mosis doctrinam. Auersantibus autem ipsum Egyptiis, iuramento astrinxisse amicos, ne enunciarent Mosi intentatas ipsi insidias, neque indicarent occisuros ipsum. Cùm autem nemo obediret, increpasse Chenephrem Chanethotum, quem ille maximè appellauerat. Illum autem increpatum, promisisse insidias data occasione. Eo tempore, Merrhi mortua, promisisse Chenephrem Mosi Chanethoto corpus, vt translatum in superiorem Aegyptum sepelirent, sperantem fore, vt Moses à Chanethoth obtruncaretur. Abeuntibus autem illis, insidias Mosi quidam consciorum enunciauit: Ille igitur eum obseruans, Merrhim quidem sepeliuit, fluuium autem & vrbem eius Meroem appellauit. Et deinde honorata fuit hæc Merrhis ab incolis non minùs quàm Isis. Aaron autem cognoscens de Mosis insidiis, suasit fratri, vt in Arabiam fugeret: ille obse-*

cutus, à Memphi Nilo transmisso in Arabiam peruenit. Chanethothes autem audita Mosis fuga, insidias illi posuit vt eum occideret: & videns eum venire, extraxit gladium contra ipsum: sed Moses præoccupans, manum eius tenuit & extracto gladio, Chanethothem occidit. Fugit autem in Arabiam & Ragueli regionis præsidi conuixit, eiúsque filiam vxorem duxit.

13 Ezechielus poëta.] *Ita autem dicit, Mosem loquentem introducens:*

Ex quo Iacob terram linquens Chananæam
Venit in Aegyptum habens septuaginta
Animas secum, & genuit insuper multum
Populum malè habentem & afflictum,
In hæc vsque tempora malis oneratum
Malis à viris & potenti manu.
Videns enim nostrum genus satis amplificatum,
Dolum in nos magnum excogitauit
Rex Pharao, alios lateritiis
Aedibus & grauibus lædens homines,
Vrbes & turres, ipsorum infœlicium causa.
Deinde iussit vt Hebræorum gens
Masculos iaceret in flumen profundum.
Ibi mater quæ me peperit, abscondit me
Tres menses, vt dixit: cùm autem latere non posset,
Exposuit, habitum circumdans mihi
Iuxta littus fluuij herbosum, in vluam densam.
Maria autem soror mea speculata est prope.
Inde filia regis pedissequis cum suis
Descendit, vt lauacro ablueret suum corpus.
Puellum autem videns & accipiens sustulit,
Agnouítque quòd Hebræus essem: & dicit hæc
Maria soror adcurrens ad reginam.
Vis nutricem tibi puero inueniam statim
Ex Hebræis? ipsa autem annuit puella.
Veniens autem dixit matri: & aderat statim
Ipsa mater, & accepit me in vlnas.
Dixit autem filia regis: Hunc mulier
Ale, & ego mercedem dabo tibi:
Nomine autem Mosen appellauit, eo quòd
Humido sustulit fluuiali à littore.

His post alia subiicit, & de his Ezechielus in tragœdia, Mosen introducens dicentem.

Postquam autem tempus infantiæ abiit mihi,
Duxit me mater reginæ ad ædes
Omnia narrans, & dicens mihi
Genus paternum & Dei dona.
Quandiu itaque puerilem egimus ætatem,
Victu regio & institutione
Omnia promittebat, tanquam de suis visceribus.
Postquàm autem plenus sinus dierum aderat,
Exij regias ædes. Nam ad opus
Animus me adigebat & artificium regis.
Video igitur primùm viros manus conserere
Vnum Hebræum genere: Alterum Aegyptium,
Videns autem solos, & præsentem neminem,
Liberaui quidem fratrem, alterum autem occidi ego,
Et arena contexi, ne videret
Alius aliquis nos, & detegeret cædem.
Postridie autem rursus videns duos viros,
Maximè per eos meos fratres afflictos,
Dico, quid verberas imbeciliorem te?
Ille autem dixit nobis, quis te misit iudicem,
Aut inspectorem huc? num occides tu me
Sicut heri virum? & metuens ego
Dixi, quomodo apertum hoc factum est?
Quis omnia hæc regi nunciauit mox?
Quærebat autem Pharao animam meam capere.
Ego autem audiens, è medio abibam,
Et nunc erro in terra aliena.

Deinde de Raguelis filiabus sic subiicit.

Video autem illas septem virgines quasdam.

Cúmque ipse interrogaret, cuiæ essent virgines, ait Sepphora:

Libya vocatur tota terra ô hospes,
Habitant autem illam tribus variorum generum
Aethiopes nigri homines: Rex autem terræ est
Vnus & gubernator & dux solus.
Præsidet autem vrbi huic & iudicat homines
Sacerdos, qui est meus & harum pater.

Deinde de aquatione pecoris narrans, de Sepphoræ nuptiis mentionē iniicit, alternis inducens loquentes ipsum Chum & Sepphoram.

Tamen dicere oportet te Sepphora hæc
Hospiti. Pater me huic dedit coniugem.

6 Fuisse.] *Dicit autem de his & Ezechielus in eductione, scribens de somnio à Mose viso & per socerum explicato. Dicit autem sic Moses ad socerum.*

Videbar videre in monte thronum magnum
Quendam esse, ad cælum tendentem,
In quo sederet vir quidam generosus
Diadema gerens, & magnum sceptrum in manu
Sinistra maximè: dextra autem me
Vocauit, & ego ante thronum constiti:
Sceptrum autem mihi dedit & in thronum
Magnum me iussit sedere. Regium autem mihi
Dedit diadema, & ipse volens de throno
Cessit. Ego verò intuitus sum terram vniuersam
Rotundam, & infra terram & supra
Cælum, & quædam multitudo stellarum
Ad pedes mihi cecidit, ego verò ordine omnes
Numeraui, & mihi adfuit tanquam
Exercitus hominum. Deinde territus experrectus
Sum somno.

Ipsius autem socer somnium exponit ita:

O hospes bona tibi prædixit Deus.
Vtinam viuam cum tibi accident hæc aliquando
Nam magnum quendam euertes thronum

A *Et ipsi præmium auferes, & dux eris hominum.*
Quod autem vidisti terram totam habitabilem,
Et quæ infra & supra cælum Dei sunt,
Videbis præsentia, præterita & futura.

De ardente autem rubo & missione eius ad Pharaonem, rursus introducit alternis loquentem Mosem cum Deo. Ait autem Moses:

Age. Quodnam mihi signum ex rubo
Prodigiosum & hominibus incredibile fuit?
Repente rubus ardet multo igne,
Ipsius tamen viride manet omne germen.
Quid tum? progressus video miraculum
Ingens, neque enim credibile hominibus est.

Tum Deus illum alloquitur:

B *Siste ô bone, noli appropinquare*
Moses, priusquàm tuorum pedum soluas calceos.
Sancta enim terra, in qua stas, est.
Ex rubo verò tibi diuinus splendet sermo.
Confide ô puer & sermones meos audi.
Videre enim faciem meam non potes
Cum sis mortalis: verba autem mea licet tibi
Audire ob quæ huc veni.
Ego Deus tuorum, vt me vocas, patrum
Abrahami & Isaaci & Iacobi tertij.
Memor illorum & meorum donorum,
C *Adsum vt saluem populum meum Hebraicum,*
Videns afflictionē & laborem seruorum meorum.
Sed abi, & significa meis verbis
Primò ipsis Hebræis omnibus simul,
Deinde regi, mea mandata.
Vt tu populum meum educas de terra.

Deinde alternis respondens Moses, ait:

Non sum promptus loquendo, lingua mihi est
Impedita, gracilis, vt meus sermo
Non fieri possit coram rege.

Ad hæc Deus ipsi respondet:

Aaronem mittam tuum fratrem statim,
Cui omnia dices à me dicta,
Et ipse loquetur coram rege.
Tu quidem accipies à me, ille à te.

De virga aūt et aliis miraculis, sic alternis dixit:

Quid autem in manibus habes, dic statim?
Virgam qua quadrupedes & homines abigo.
Abiice in terram, & recede statim,
Serpens enim fiet terribilis, vt mireris.
Ecce abieci, tu autem mihi propitius sis,
Quàm terribilis, quàm magnus, miserere mei,
Horresco videns, membra corporis tremunt.
Ne timeas, manum extendens accipe
Caudam, rursúmque virga fiet, sicut fuit.
Mitte manum in sinum, & profer.
Ecce quod tectum fuit, est tanquam nix.
Remitte rursus in sinum, erit sicut fuit.

His subiicit quædam quæ ab ipso interim dicta sunt, aiens: Hæc autem sic etiam Ezechielus in eductione loquitur de miraculis, Deum introducens sic loquentem.

In virga omnia facies mala.
Primò sanguine fluuius fluet,
Fontésque omnes, & aquarum stagna.
Ranarum autem multitudinem & culices intermittam terræ.
D *Deinde cinerem tanquam ex camino spargam,*
Erumpéntque in hominibus vlcera mala.
Musca canina veniet, & homines Aegyptiorum
Multos affliget. Post hæc autem rursus
Pestis, morientur quibus inest cor
Durum. Acerbum faciam cœlum. Grando nunc
Cum igne cadet, & mori faciet homines.
Fructúsque peribunt, & quadrupedum corpora.
Tenebras autem ponam diebus tribus totis,
Locustásque mittam, quæ circumcirca frumētum
Omne absument, & fructuum herbam.
E *Super hæc omnia filios occidam hominum*
Primogenitos: delebóque iniuriam hominū malorū
Pharao autem rex patietur nihil eorum quæ dico,
Nisi quòd filius eius primogenitus morietur.
Et tunc perterritus populum dimittet statim.
Ad hæc, dices omnibus Hebræis simul,
Mensis hic vobis primus anni erit,
In quo abducam populum in aliam terram,
Quam promisi patribus vestris.
Dices autem populo omni, mensis quem dico
Nouilunio postquàm pascha celebraueritis Deo
Priore nocte, sanguine tingite ianuas,
Vt transeat signum iratus angelus.
Vos autem noctu assas comedetis carnes.
Libenter autem rex emittet totum populum.
Cúmque iam aufugietis, dabo gratiam
Populo: & mulier à muliere petet
Vasa, ornatúmque omnem quem homo fert,
Aureum & argenteum, & vestes, vt
Pro iis quæ fecerunt, mercedem eis soluant.
Cùm autem in vestram terram ingrediemini,
A quo die aufugiebatis ex Aegypto,
Septem diebus iter facientes,
Omnes tot diebus morem
Azyma comedetis & Deo seruietis,
Primogenita animantia sacrificantes Deo,
Quæcunque pepererint primitus virgines
Mascula, aperientia matris ventrem.

Et rursus de eodem festo diligentiùs dicit:

Virorum Hebræorum hoc mense accipe
Secundum cognationes oues & vitulos boum
Integra decima, & seruentur vsque ad
Decimum quartum diem & vesperi
Sacrificantes ossa omnia cum visceribus.
Tum comedetis ea cincti,
Et calceos pedibus induetis & manu
Baculum habentes. Nam ocyùs
Rex iubebit omnes eiicere è terra.

Vocabitur autem quisque, & postquàm sacrificaueritis, oportet
Fasciculum accipere hyssopi,
Et sanguine tingere & tangere postes duos,
Vt transeat mors ab Hebræis.
Hoc festum domino seruabitis
Septem diebus azyma, neque comedetur
Fermentum: nam liberabimini ab his malis,
Ex hoc mense exitum dabit Deus.
Initium autem mensium & temporum hic erit.

Deinde nuncius nunciat Hebræorum statum & Aegyptiorum interitum.

Postquàm enim cũ turba ista prorupit ex ædibus
Rex Pharao cum multis millibus armatorum,
Omníque equitatu & quadrigis,
Et ducibus & millibus simul,
Omnibus metuendus erit acies exercitus.
Pedites quidem in medio & Phalangitæ
Excursui habentes curruum spacium.
Equites autem locauit, alios à sinistra,
Alios autẽ à dextra quosdam ex Aegyptio exercitu.
Omnium autem illorum numerum dicam ego
Exercitus myriades centum erant.
Postquàm autem Hebræorũ nobis obuiam factus exercitus,
Alÿ iuxta littus, propè iacentes.
Rubri maris, erant congregati.
Alÿ liberis infantibus dabant cibum,
Simul & vxoribus, fatigati labore,
Iumentáque simul & domorum suppellex,
Ipsi autem inermes omnes ad pugnam,
Videntes nos exclamarunt lachrymabilem
Vocem, & ad cœlum conuersi innumeri
Deum paternũ: multa autem erat hominum turba.
Nos autem omnes gaudium cepit sigillatim.
Deinde contra illos fecimus castra,
Belzephontis appellatur vrbs.
Postquàm autem Sol occidisset,
Quieuimus expectantes crastinam pugnam,
Confisi populo & horrendis armis.
Deinde diuinorum incipiunt miraculorum
Prodigia videri: & aliqua repente magna
Columna nubis stetit in terra,
Inter nostra & Hebræorum castra.
Deinde illorum dux Moses, accipiens
Virgam Dei, qua prius Aegypto mala
Monstra & signa machinatus fuerat,
Verberauit rubri terga, & diuisit medium
Profundum maris, ipsi verò omnes fortiter
Ruebant celeres per salsum vadum:
Nósque in ipsos sequebamur statim,
In vestigia ipsorum nocte ingressi,
Cum clamore currentes, curruum autem rotæ
Non vertebantur, tanquam vinculis illigatæ. C
De cœlo autem lumen tanquam ignis magnum
Videbatur nobis: vt coniicere licet, aderat
Ipsis auxiliator Deus. *Postquàm autem iam vltra*
Mare erant, fluctus illidebat magnus
Iuxta nos: & aliquis clamauit videns,
Fugiamus domum ab omnipotenti manu:
Quæ his auxiliatrix est, nobis autem miseris
Perniciem affert. Et inundauit vadum
Rubri maris, & exercitum perdidit.

Et rursus paulo pòst perrexerunt triduum, vt idem Demetrius *ait, & huic congruenter sacra biblia. Non habentes autem ibi aquam dulcem, sed amaram,* Deo *iubente lignum quoddam iniicere in fontem, factam aquam dulcem. Inde in Elim peruenerunt, & inuenerunt ibi duodecim fontes aquarum & septuaginta arbores palmarum.* De *his, & aue quæ apparuit, Ezechielus in libro de Eductione, introducit quendam cum Mose loquentem de palmis, & duodecim fontibus hoc pacto:* D

Optime Moses attende, qualem locum
Inuenerimus iuxta hunc salubrem campum:
Vidistíne vnquam similem huius
Illic? Tunc lumen circumfulsit illum
Et lætitiæ signum, sicut columna ignis.
Illic campum inuenimus opacum
Humidósque fontes: liberalis locus profundus
Fontes ebulliens duodecim ex vna petra,
Arbores autem multæ palmarum sunt
Fructuosæ, septuaginta, & abundans
Est herba iumentis in pabulum.

Deinde *subiicit de aue quæ apparuit.*

Aliud autem præterea vidimus animal nouum
Mirabile, quale nunquam quisquam vidit.
Duplum *enim erat longitudine ad aquilam,*
Pennis variis & coloribus.
Pectus quidem ipsius purpureum erat.
Crura milto similia, & in ceruice
Crocea lanugine variatum erat,
Caput autem † simile
Et melina pupilla aspexit
Circum circa: pupilla autẽ sicut gramũ videbatur.
Vocem autem omnium habuit optimam.
Réxque videbatur omnium auium, E
Quantum licebat intelligere. Omnes enim volucres simul
Post ipsum timidæ incedebant:
Ipse autem primus tanquam taurus superbus
Ingrediebatur, celerem gressum gerens pedum.
Eupolemus verò, &c.

15 Destinaui.] *Ex Sebrithide regione, decem millia, ex Mendesia & Sebennetide, viginti millia: Bursiritide, Leontopolitide, Bathrithide, ad decem millia.*

16 Penuriam.] *Sed vltra* 40. *stadia, rursus irriguam esse. Sed is quidem mensuram Syriacorum schœnorum scripsit in primo libro ait, Hierosolyma sita esse in sublimi & aspero loco. Structáque*

esse aliquas

A *esse aliquas partes murorum ex lapide polito, plerasque autem ex silice, & esse circumferentiam urbis stadiorum* XXVII. *Esse autem & fontem eo loci, qui abundè aquam ebulliat.*

16 Defluebat.] *Dicit autem in primo libro sic:*

Fluens autem desuper admirabile aliud
Visum † maximi lauacris
Fluxus implet profundum fluxum egressum.

Flux⁹ enim in sublimis cõspectus, in pluuiis niuib.
Missum multiglandium montosis in verticibus
Vertitur, & sicca campo puluerata fontis

Et deinceps. Quibus subiiciẽs de impletione ait: *Longe visa ostendit summa miracula populo.*

Hæc ex Alexandro Polyhistore.

18 Detinuit.] *His adiungenda sunt & ea quæ de Iudæorum captiuitate sub Nabuchodonosore traduntur, qui contra deficientem expeditione suscepta vicit, & regionem sibi subiecit. Accidit autem vt eodem tempore pater ipsius Nabopallasarus ægrotaret, & Babylone moreretur, cùm regnasset annos*
B XXI. *Cognita itaque non diu post mortem patris, Nabuchodonosor rebus Aegypti compositis & reliquarum regionum, & captiuos Iudæorum ac Phœnicum & Syrorum in Aegypto mandans amicis, in Babyloniam rediit.*

19 Fuit.] *Hæc Iosephus. Inueni autem & in historia Abydeni de Assyriis de Nabuchodonosore hæc. Megasthenes autem ait, Nabuchodonosorem Hercule fortiorem fuisse. &c.*

20 Seruitutem.] *Cuius causa erit Medes Assyrium germen. Vtinam ille priusquàm datus fuisset à ciuibus, Charybdi aliqua aut mari submersus periisset radicitùs, aut alio itinere arrepto in solitudinem delatus fuisset, vbi neque vrbes, neque via hominum: Belluæ autem pascua habent & aues errant, in petris & speluncis solus errans.*

C

IN LIBRVM DECIMVM EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica, Argumentum.

IN hoc decimo libro Ethnicos sycophantas ingratitudinis & furti reos peragit noster Eusebius. Ingratitudinis quidem, cùm ostendit eos ab Hebræis & Barbaris quibusdam Geometriam, Arithmeticen, Astronomiam & alias præclarißimas artes accepisse, ac nihilo seciùs eos, à quibus artes didicerant, Vatiniano odio prosecutos: ipsis etiam Christianis vitio vertisse: quod Hebræorum Theologiam (omnes alias artes quamtumuis liberales excellentem) propter Dei gloriam & salutem animarum recepissent, ac constanter profiterentur. Furti verò, cùm probat eosdem quæcunque poterant Ethica præcepta & alia vtilia dogmata ex Hebræorum libris excerpsisse, ac pro suis venditasse. Multos etiam Philosophos, Historicos, Oratores, Poëtas: instar Aesopicæ corniculæ alienis plumis se ostentasse, ac versus, sententias, periodos, orationes & libros alienos, suppreßis auctorum nominibus, pro suis obtrusisse legendos. Econtrà Christianorum Mosi scripta probantium, candorem, vetustatem Mosi & prophetarum, egregiè laudat & ex annorum mundi χρονολογία *colligit, & semina qualiscunque de vno Deo cognitionis Ethnicos ab Hebræis accepisse, monet. Supputatio annorum mundi, huic libro inserta, maiorem fructum feret, si quis eam cum Hebræa* τῇ χρονογραφίᾳ *(quam omnes cordati optimam certißimámque esse fatentur) accuratè contulerit. Cætera in Annotationibus breuiter sunt indicata.*

D

E

PRÆFATIO.

HÆC Iosephus: & alia huiusmodi multa, quæ breuitati consulentes prætermisimus, & ad alia transire constituimus. Nam
1 quoniam [1] quibus rationibus, gentilium fabulis contemptis, scripturam Hebræorum suscepimus, dictum est: ac ipsos Græcos, & vitam, & doctrinam Hebræorum admiratos fuisse auctoribus suis demonstratum: agè iam declaremus, multa quoque ab Hebræis sumpsisse. Quemadmodum, inquit, Geometriam, Arithmeticam, Musicam, Astronomiam, Medicinam, ipsa denique literarum elementa artésque cæteras à Barbaris, vt posteà ostendam, acceperunt, sic de pietate in vnum Deum, ac reliqua, quæ ad vtilitatem animæ pertinere videntur dog-
2 mata, non aliunde quàm à Iudæis, vt paulo pòst patebit, habuerũt, [2] Quod si quis contendat, naturali quadã ratione ipsos ea inuenisse, nec hoc quidem recusabimus. Nam si ea, quæ à prophetis Iudæi acceperunt, & præclarissimi Græcorum philosophi conscripserunt, diligenter sequi volumus, non erimus certè accusandi.

Scholia in Prooemium libri decimi Eusebij Pamphili de Euangelica præparatione.

IN hoc libro asserit Eusebius, Ethnicos iniustè Hebræorum scripta damnare, cùm illorum maiores, non modò honorificam mentionem, scripturarum Iudaicarum, in suis libris fecerint, sed etiam artes pulcherrimas & honestißimas Geometriam, Arithmeticam, Musicam, Astronomiam & Medicam artem, à Iudæis traditam didicerint, & magna cum laude profeßi sint. Quòd si has artes nemo iure reprehendere potest, multo minùs Theologia Hebræorum, quæ diuinitùs patefacta, & omnibus istis artibus quamtumuis liberalibus præstantior est, exagitanda & contemnenda est. C

1 *Quibus de rationibus Hebræorum philosophiam Græcæ prætulerimus, qualibúsque consiliis ab ipsis sacros libros receperimus, suprà diximus: deinde etiam ipsos Græcos non ignaros fuisse virorum horum, sed nominatim illorum meminisse & vitam admiratos esse: addentes etiam regiæ metropolis & eius historiæ mentionem illos multam fecisse. Agè nunc videbimus, quòd non solùm dignati sint meminisse huius scripturæ: sed etiam in simili disciplina & doctrina in quibusdam ad cultum animæ tendentibus dogmatibus imitatores fuerunt.*

2 *Quemadmodum igitur de plurium deorum crudelitate, de mysteriis & sacrificiis, de historiis & fabulosis deorum narrationibus, déque fabularum allegoricis mythologiis, & de reliquo superstitioso errore in præcedente sermone diximus, quòd scilicet ipsi hæc à Barbaris habeant, simúlque quòd antiquißimi Græcorum per multas peregrinationes non sine labore tanquam stipem à Barbaris emendicantes mathemata, propriam philosophiam constituisse vidimus: sic etiam quòd quæ de pietate erga vnum omnipotentem Deum, & dogmatibus in animæ vtilitatem quæsitis, quæque aliâs in philosophia præstantißima sunt, non aliunde quàm à solis Hebræis nacti sunt, breui demonstrabitur. Quòd si non ita sit, & aliquis dicat illos naturalibus notitiis motos: illa etiam nobiscum facient: si quæ non solum Hebræis inde ab initio per multa secula è theologis prophetis tradita, sed etiã ab aliquibus, si non omnibus, attamen iis qui in Græcia laude excelluerunt, agitata, & philosophorum scholis trita sunt, imitari conati sumus.* D

Quòd Græci non solum à Barbaris artes, sed alter alterius inuenta dictáque furantes, suo nominis attribuebant. Cap. I. E

1 NON [1] autem miretur quispiam, si ab Hebræis multa eos furatos esse, asserimus, cùm non modò disciplinas atque artes à Barbaris abstulerint, verumetiã ad hos vsque dies ambitioni seruientes, alter alterius inuentionem furentur: imò verò nonnulli vniuersa aliorum volumina suis nominibus ascripserũt. Non sunt mea hæc verba, sed eos ipsos audias, cùm alter alterũ furti arguat. Quod primũ ostendere aggrediamur, vt mores eorũ faciliùs cognoscas. Cùm enim ipsi alter ab altero furti honorẽ sibi arripiat, quomodo abstinere à nostris poterũt? Clemẽs igitur noster in sexto aduersus gẽtes
2 poëtarũ, philosophorũ, historicorũ, oratorũque furta præ oculis posuit. [2] Textus enim ipsos Orphei,

A Orphei, Homeri, Hesiodi, Heracliti, Platonis, Pythagoræ, Herodoti, Theopompi, Thucydidis, Demosthenis, Æschynis, Lysiæ, Isocratis, aliorúmque transcripsit & contulit: réque ipsa ostendit, multos nominibus suis aliorum edidisse volumina, veluti Eugramon Cyrenæus Musæi Tesprotis librum integrum sibi attribuit: nec solùm perutilia à Barbaris dogmata furatos esse, verumetiam quæ nobis per sanctos viros miraculosè tradita sunt, imitatos, fabulis implicuisse: percontamúrque ab eis falsáne sint quæ scribunt, an veritatis aliquid contineant. Si falsa, inquit, dicent, vt mendaces contemnemus: si vera, cur ea quæ à Mose ac prophetis facta esse dicuntur, non credunt? Similia enim multa esse nemo ignorat, sicut illud quod in primis fertur, longo tempore Iouem non pluisse, vniuersámque Græciam aquarum penuria confectam, Apollinem interrogasse, quid sibi esset faciendum: responsúmque, oratione ipsius Æaci opus esse. Ascendit igitur rogatus in mon-
Multi aliorum inuēta sibi ascribunt.

B tem Æacus, & nudus in cœlum extensis manibus communē patrem omnium inuocauit, orauítque vt ab hac calamitate liberare Græciam dignaretur. quo adhuc orante, nubes excitatæ, tonitrua facta, magnáque vis pluuiæ subitò erumpens, vniuersam Græciā irrigauit. Ita orationibus Æaci fœcundissimus Græcis annus tunc fuerat. Hoc inde sumptū esse quis nō viderit? *Et vocauit Samuel Dominum, & dedit Dominus voces & pluuiā in diebus messis.* 1. Reg. 12.
Innumerabilia huiusmodi Clemens conscribit, quibus furacitatem Græcorum ostendit: quem si legeris, quanta sit eorum ambitio, non ignorabis. Verùm quoniam iste noster est, ab ipsis Græcorum philosophis, vt solemus, latrocinia Græcorum ostendamus. Audis ergo quid de hac ipsa re scribit Porphyrius in libro de Studioso auditu: Apud Longinum, 3
inquit, ad honorem Platonis, vt singulis annis fieri solet, multi simul philosophi cœnabamus, & post cœnam, vt fit, colloquebamur. Cùm interim inter Caystrium & Maximum

C orta dissensio est. Maximus enim Ephorum Theopompo anteponebat. Caystrius verò furem fuisse, nihil à seipso scripsisse ostendebat, ac à Damacho, & Callisthene, & Anaximene plura quàm tria millia cōmatum sublata, & in conciones transposita ostendebat. Tunc Apollonius grammaticus: Ignoras, inquit, Caystri, Theopompum etiam quem tu laudas, furtis plenum esse. Nam in vndecimo de Philippo ab Areopagitico Isocratis, quòd nihil aut boni, aut mali aliunde, quàm à seipsis hominibus accidat, cæteráque huius ad verbum transcripsit. [4] Sed non orationes solummodò ille furatur, verumetiam aliorum gesta falsò 4
Comma pro sententia capitur, seu oratione.
aliis tribuit. Nam cùm Andro historiam diuinationum conscripsit, dicátque [5] de Pythagora, quòd aquam à puteo haustam in Metaponto sitiēs, postquàm bibit, in tertium diem 5
terræmotum fore prædixerit: hæc omnia Theopompus ad alios transtulit. Phærecidem enim Syrum ita prædixisse asserit, nec in Metaponto, sed in Syria id fuisse dicit. Sybaris

D quoque vrbs captiuitatem ad Messenæ vrbis causam transtulit. Tunc Nicagoras: Ego quoque, inquit, cùm historiam eius legerem, multa ipsum à Xenophonte accepisse, mutasséque ad peius, consideraui. Xenophon enim in quarto Pharnabazi & Agesilai collocutionem propter Apollophanem Cyzicenum factam ita conscripsit, vt & dignitas & mores vtriusque, quomodo legas, cerni oculis videantur. Hanc in vndecimum historiæ Græcæ Theopompus traduxit. Itaque dicit, vt muta tardáque videantur. Vt enim furtum celaret, ea interposuit quæ cunctationem quandam colloquentium ostendunt, & animatam Xenophontis orationem corrumpunt. Tum Apollonius: Cur Theopompum & Ephorum viros in dicendo tardos furti accusamus, cùm Menander quoque similiter fecisse inueniatur? Et ab Aristophane grammatico, qui cùm valde amabat, admonitus fuisse dicatur? Vnde Latinus sex libros edidit, quos de Menādri furtis inscripsit, vbi omnia quæ ab aliis accepit, vnum in locum contulit, sicut Philostratus Alexandrinus de Sepho-
Poetarum furta.

E cle fecit. Cæcilius autem integram ad finem fabulam Antiphonis, quæ Ionista dicitur, à Menandro in Disidæmonem transcriptam ostendit. Sed quoniam in hanc rem nescio quomodo incidimus, ego quoque accusare Hyperidem volo, multa fuisse à Demosthene furatum: [6] verùm quoniam eisdem fuerunt temporibus, vestræ puto coniecturæ relinquendum, quísnam ab alio furatus sit. Ego verò Hyperidem existimo: si autem vos Demosthenem ab illo accepisse contendetis, laudandum: quoniam quæ accepit, multò præstantiora reddidit. Vituperandum autem Hyperidem duco, si elegantissimam Demosthenis orationem ad peius conuertit. Et post pauca: Hellanicus etiam, inquit, quæ de moribus Barbarorum cōscripsit, ab Herodoto, & Damaso intercepit. Quid verò aut de Herodoto dicam, qui in secundo ab Hecatæo Milesio multa transtulit, veluti de Phœnice, aut de fluuiali equo, de venatione crocodilorum: aut de Isocrate atque Demosthene, quorum 6

alter in numularia oratione, alter in oratione aduersus Onetorem, omnia quæ de quæstionibus Isæus in oratione de hæreditate Colonis dicit, eisdem ferè verbis transtulerint? Aut
7 de Dinarcho, qui multa eisdem verbis transcripsit?[7] Antimachus etiam poëta, multa fu-
8 ratus ab Homero, parúmque immutata scripsisse inuenitur:[8] verùm ne alios furti crimine accusando, ipse quasi fur reprehendi possim, vnde hæc habui, dicendum mihi esse video. Lysimachus igitur duos libros de furtis Ephori conscripsit. Polionis etiam ad Soteridem epistola extat de Cresij furtis. Liber etiam eiusdem legitur de simili Herodoti crimine. Et in libro quem de Vestigiis inscripsit, furta Theopompi recitat. Tum Prosenes: Alios quidem fures deprehendistis. Platonem autem, cuius solennitatem tanquam herois celebrantes apud Longinum conuenimus, hoc ipsum fecisse (vereor enim furti vocabulum dicere, cùm de Platone verba facio) non deprehendistis. Quid ais, inquit, Callietes? Aio, inquit, quod rebus ipsis probabo. Et fortassis multo plura inuenirentur, si eorum qui apud Platonem philosophati sunt, libri omnes reperirentur: Nam cùm fortè his diebus Protagoræ de ente librum legerem, aduersus eos, qui vnum ens dicunt esse, eadem omnino inueni scripta quæ apud Platonem leguntur. Quod vt ita esse cognoscatis, ipsum audiatis: nouitate námque rei commotus, memoriter omnia tenere studui. His dictis, verba ipsorũ philosophorum conscribit, quibus apertissimè furem fuisse Platonem ostendit. Sed satis iam dictum est, quod alter ab altero Græci furentur, & alter alterum studiosè redarguat.

Scholia in Cap. I.

GRæcorum furta in hoc capite redarguit Eusebius. Vtitur autem testimoniis Clementis Alexandrini, qui præclarissimas artes, leges & instituta, Græcos ab Hebræis & Barbaris veluti per manus traditas accepisse, & se illarum inuentores gloriatos esse ostendit, & Porphyrij, qui in libro περὶ φιλολογίας ἀκροάσεως *furta historicorum, Poetarum & Philosophorum, adeóque ipsius Platonis, descripsit. Fortassis idem istis visum fuit, quod Senecæ, qui alicubi scribit: Quod ab aliis benè dictum est, nostrum est. Et ob eam causam, aliena pro suis venditauerunt scripta, mancipia gloriæ vanissimæ.* C

1 *Vnde non solùm reliqua mathemata Aegyptiis & Chaldæis & aliis barbaris gentibus furati esse probantur.*

2 *Cùm autem in Græcæ opinionis ex veritate scripturarum nobis tradita fulgentem, vnde etiam ad eos peruenit, furtum veritatis accipientes, si ita licet dicere, ostenderimus: agè ipsos Græcos sibimet ipsis de hoc furto testimonium dantes, aduocabimus. Nam qui sua ipsorum sic apertè alius ab alio auferunt, probant se fures esse, sed tamen inuiti demonstrant, quòd clam in suam tribum nostram veritatem inseruerunt, propriámque fecerunt. Si enim neque suorum rebus, multò minùs nostris abstinebunt. Et dogmata quidem Philosophica omittam, cùm fateantur scriptis suis illi ipsi qui sectas distribuerunt, ne videantur ingrati esse, se à Socrate præcipua dogmata accepisse. Paucis autem eorum qui apud Græcos clari sunt vsus testimoniis, ad futura ipsorum coarguẽda, nullo temporum respectu habito, ad ea quæ sequuntur me vertam. Hæc præfatus quodammodò, confutationem deinde subiicit, variis vtens demonstrationibus: & primos poetas à suis æqualibus furatos esse, à collatione singulorum verborum, ostendit. Deinde hæc infert: Nec philosophiam, nec historiam, neque Rhetoricam immunem ab hac repræhensione videbimus, & horum quædam ascribere operæprecium duximus.* D

3 *Cùm nos in Plotiniis Athenis* Longinus *conuiuio excepisset, vocauit tum alios, tum Nicagoram etiam Sophistam, & Mæoram Apollonium Grammaticum, & Demetrium Geometrã, Prosenemque Peripateticum, & Stoicũ Calieten. Cum quibus ego septimus discumbens, conuiuio procedente, & quæstione de Ephora mota, audiamus, inquit quísnam sit tumultus de Ephoro: Erant autem Caystrius & Maximus, qui inter se contendebant.*

4 *Quanquam cõtemnit Isocratem, & eum à se victum dicit magistrum, in certamine ad Mausolum. Rerum autem furtum fecit, transponens alia aliis, ita vt in furto deprehendatur hoc modo.* E

5 *Si quidem de Pythagora diceret, fortasse & alij sciuissent, & dixissent, & ego idem dixissem. Nunc autem furtum manifestum fecit nominis transpositio. Rebus enim vtitur iisdem, nomen saltem mutauit.*

6 Furatum.] *Cùm in oratione ad Diondam, tum de donationibus Euboli. Et quod alter ab altero sumpsit, certum est.*

7 Transcripsit.] *Ex Demosthenis oratione contra Cononẽ, aut de Hesiodo, à quo sumpsit hanc sententiam. Non enim quicquam vir muliere bona melius iuuenire possit: mala autẽ nihil acerbius. Simonides lib.* XI. *transtulit iisdem verbis. Euripides autẽ in Menalippa vincta: Muliere mala nihil peius est. Bona autem nihil melius. Naturæ autem differunt. Cúmque Euripides dixisset, Nos mulieres sumus*

miserrimæ

A *miſerrimæ plantulæ: Theodectes in Alcmæone ait, Sapiens inter homines fertur ſermo, quod non eſt miſerior planta muliere. Hic non ſolùm ab illo ſumpſit, ſed & iiſdem verbis vſus eſt, & maluit callidè tanquam prouerbiali eo vti, & tanquàm valdè trito: quàm videri id accepiſſe ab eo, qui id inueniſſet.*
8 Inuenitur.] *Nam cùm Homerus dixiſſet, Ideothum qui fortiſsimus hominum fuit mortalium: Antimachus iiſdem verbis vſus eſt. Et Lycophron laudat hanc tranſlationem tanquam per hanc verſus ipſe ſit firmatus. Vt enim taceam illud. Hunc reſpondens allocutus eſt rex Diomedes, cum Homerus in Comœdia à Cratino exagitatus ſit, propterea quia hoc verſu ſæpè vtitur. Quę ſic vſitatum, nõ dubitauit Antimachus in ſe transferre.*

Quòd diſciplinas omnes & artes à Barbaris Græci acceperunt. *Caput II.*

B NOn eſt autem ab hac præparatione Euãgelica[1] alienum, breuiter oſtendere, diſciplinas omnes & artes à Barbaris Græcos habuiſſe, ne quis accuſare nos audeat, ſi ab Hebræorum ſcriptura pietatem didiciſſe prædicemus: cùm qui veri aliquid apud eos dicere videatur, nec fabulis theologiam immiſcere, Hebræorum doctrinam planè imitari[2] 2
cognoſcãtur. Iuniores enim omnes ſunt, qui apud Græcos rectè aliquid philoſophati ſunt, non Hebræis ſolùm, nec Phœnicibus atque Ægyptiis, ſed priſcis etiam ipſis Græcis. Primus enim omnium ex Phœnicia Cadmus Agenoris filius myſteria & ſolennitates deorum Græciæ tradidit, ſimulacrorum conſecrationes etiam & hymnos, deinde ex Thracia Orpheus. Linus etiam & Muſæus, quos circa tempora Troiana floruiſſe aſſerunt, à quibus nihil aliud quàm Ægyptiorum & Phœnicum falſitas paucis commutatis Græciæ commendata eſt.[3] Quibus quidem in temporibus Pythius, Clarius Dodonæus maximè cole- 3
C bantur, ſimulacráque aliorum deorum atque heroum & templa conſtituebantur. Et poſt multa ſecula philoſophiæ data ita diligenter opera eſt, vt cùm nihil veri in traditionibus maiorum philoſophantes inuenirent, præclara illa maiorum oracula cum auctoribus ſuis contempſerunt, quippe ab illis nullam ſe conſequi vtilitatem videtes, aliena tanquam nudi atque pauperes veritatis & diſciplinæ non temerè ſcrutabãtur, & ab aliis gentibus, quæ vtilia veráque cenſebant, in omnibus artibus atque diſciplinis non ſine labore mutabantur. Nempe ipſi Græci confitentur poſt Orphea, Linum & Muſæum antiquiſſimos, vt ipſi dicunt, theologos multorum auctores errorum ſeptem quoſdam viros admirabiles adeò ſapientia fuiſſe, vt ſapientes vulgò appellati ſint, qui omnes temporibus Cyri Perſarum regis floruerunt. Quo quidem tempore apud Hebræos nouiſſimi omnium prophetæ fuerunt, annis poſt Troiana tempora pluribus quàm ſexcentis. A Moſe autem non paucioribus quàm mille & quingentis, quod paulò poſt planiùs faciemus. Verùm ab iſtis ſapienti-
D bus nihil aliud quàm ſentẽtiæ quædam commodè atque breuirer dictæ, ad vtilitatem humanæ vitæ compertum eſt. Magno deinde ſpacio temporis interpoſito, philoſophorum genus incœpiſſe fertur. Pythagoras enim primus omnium fuit, quem philoſophię quoque nomen inueniſſe conſtat. Hunc multi Samium, alij Tyrrhenum, alij Syrium, aut Tyrium fuiſſe contendunt. Ita non planè Græcus maximus, & primus philoſophorum ab omnibus dicitur. Nam Pherecydem doctorem Pythagoræ Syrium omnes fuiſſe tradunt: quamuis non eum ſolummodò, ſed Perſarum etiam Magos, & Aegyptiorum diuinatores audiſſe Pythagoram aſſerunt, eo tempore, quo Iudæorum alij in Babylonem, alij in Aegyptum tranſmigrarunt. Audiuit autem & Brachmanas Indorum philoſophos, ſic ab aliis Aſtrologiam, ab aliis Geometriam, ab aliis Muſicam, ab aliis Arithmeticam, & aliud ab aliis habuiſſe. A Græcis autem nihil eum habuiſſe auſus quiſpiam eſt dicere, tanta doctrinæ &
E bonarum artium penuria in Græcia fuit, antequàm Pythagoras omnia quæ ab illis collegit ſummo ſtudio, docuit, & diuinos propterea meruit honores, à quo prima philoſophia proceſſit, quam Italicam, quoniã ibi maximè docuit, appellare ſolent. Secunda eſt, quam Thales vnus de ſeptem ſapientibus tradidit, quæ Ionica nominatur. Tertia Eleatica dicitur, cuius Xenophanes Colophonius auctor aſcribitur. Thalem autem multi non Græcum, ſed Phœnicem dicunt: nonnulli Mileſium fuiſſe arbitrantur: quem tradunt ab Aegyptiorum diuinationibus pleraque accepiſſe. Solonem verò vnum de ſeptem, qui leges *Solon quan-*
Athenienſium conſcripſit, tempore quo Iudæi Aegyptum frequentes habitant, illò per- *do fuerit.*
ueniſſe, Plato in Timæo teſtatur. Quo quidem in libro doceri eum à Barbaro videmus his verbis? O Solon, Solon, Græci ſemper pueri eſtis: ſenex autem nullus vnquã Græcorũ fuit, ac ideò apud vos nulla diſciplina vetus inueniri poteſt. Plato quoque ipſe, cùm Italicam

philosophiam hauserit, in Ægyptum abiisse traditur, nec breui tempore conuersatus ibi fuisse. Vnde grato animo omnia quę optima sunt, à Barbaris se consecutum profitetur. Dicit enim in Epimenide, causam fuisse barbarum illum, qui primus hæc inuenit. Vetusta enim regio, inquit, eos aluit qui primi hæc inuenerunt. Longam autem ætatem multi consecuti sunt propter æstiui temporis serenitatem, quam Ægyptus maximè atque Syria possidet. Quare ab initio vsque ad hæc tempora innumerabilibus annis examinata verè nobis tradita sunt. Deinde subiicit: Fateri autem oportet, quicquid à Barbaris Græci acceperunt, ad meliorem illud finem perduxisse. Hæc Plato. Democritus autem multò priùs à Barbaris se didicisse, his verbis gloriatur: Ego verò, inquit, multò plures quàm omnes cæteri homines, qui modò sunt, regiones peragraui, multas vrbes vidi, sapientes verò audiui, nec quisquam me in demonstratione linearum superare potuit, nec ipsi quidem, qui Arpedonaptæ apud Ægyptios appellantur. Octoginta enim annos longè à patria disciplinarum amore abfui. Babylonem enim etiam iste & Persas & Ægyptum, vt disceret, petiit.

Democriti peregrinatio studiorũ causa suscepta.

Quid de Heraclito, ac de aliis Græcis dicam, per quos omnes illuminatã doctrinis Græciam constat? Nam ante secula eorum vatibus & oraculis dęmonum inhiabat, nec aliquid solidæ disciplinæ vestigium continebat. Mirabilia verò Apollinis illa responsa nihil penitus hominibus contulerunt, sed errantes huc atque illuc magno sudore aliena sibi homines congesserunt. Geometriam enim ab Ægyptiis, Astrologiam à Chaldæis, & alia ab aliis acceperunt. Sed nihil vnquam tantùm mutuati sunt, quanti hoc est, quod ab Hebræis habuerunt: vnius enim Dei cognitionem inde receperunt, & multitudinem dæmonum suorum [4] spreuerunt. Cur ergo nos incusant, si Hebræorum scripturam Barbaram, vt ipsi dixerint, Græcæ philosophiæ anteposuimus? quoniã omnia bona à Barbaris ipsi furati sunt, nec quicquam vtilitatis à diis suis habuerunt? Quos iure multi apud eos contempserunt, C vt impij dici quàm dæmonia venerari maluerint. Cur igitur nos accusant, aut non magis laudant atque admirantur, qui falsitate contempta, eam theologiam secuti sumus, quæ sola vera est ab omni falsitate remota? Nam neque in impietatem incidimus, vt multi Græcorum sapientes, nullum Deum colẽtes, neque rursus, vt mirabiles philosophi, summum Deum cognoscẽtes, multorum falsitatem deorum veritati permiscuimus. Sed de his aliàs.

4 *Ab Hebræis vnius veri Dei cognitionem Græci acceperũt.*

Nunc autem non philosophicas solùm doctrinas, sed omnia inuenta hominum humanæ vitæ vtilia à Barbaris Græcos accepisse comprobemus. Primus igitur qui literarum elemẽta Græcis tradidit, Cadmus ex Phœnicia erat, vnde Phœnicia literarum elementa prisci Poëtæ dixerunt. Multi Syros literas primos cõperisse asserunt: Syrij autem etiam Hebræi sunt. Nam Iudæa in Syria semper à scriptoribus habita est, & Phœniciam etiam apud priscos appellari constat. Temporibus autem nostris Palæstinam Syriæ appellant. Argumento autem illud maximo est, ab Hebræis repertas esse literas, ipsarum literarum apud Græcos appellatio. D Singula enim apud Hebræos elementa appellatione significatiua vocãtur: quod apud Græcos nullo modo fieri potest. Vnde non esse ab illis inuenta, sed ab aliis accepta declaratur. Omnes autem literæ apud Hebræos viginti duæ sunt, quarũ prima Aleph dicitur, quod latinè disciplina dici potest. Secunda Beth, quod domus significat. Tertia Gimel, quod vocis plenitudinem significat. Quarta Daleth, quod librorum dici potest. Quinta He, quod vocabulum, ista significat: quæ omnes voces talem sensum efficiunt, disciplina domus, plenitudo librorum hæc. Sextum elementum apud eos Vau dicitur: quæ vox latinè, in ipsa, dici potest. Deinde Zain, quod vocabulum significat viuit. Octauum Heth, quod significat viuens: totum hoc simul, In ipsa viuit viuens. Nonum Teth dicitur, id est bonum. Decimum Iod, & interpretatur principium. Simul hæc duo bonũ principium significant. Vndecimum Caph, latinè tamen. Duodecimum Lamed, quod disce: E & postea Samech, quod interpretatur auxilium: totum hoc simul significat, Tamen disce auxilium. Deinde sequitur elementum quod Mem appellant, quod interpretari potest, ex ipsis. Deinde Nun, id est, sempiternum auxilium. His accedit Ain, quod latinè fontem aut oculum significat. Deinde Phe, quod os dici potest. Deinde Sade, quæ vox iustitia interpretari potest: simul sensus est, Fons aut oculus, & os iustitiæ. Elementum deinde accedit Coph, id est vocatio. Deinde Res, quod caput significat. Deinde Sin, quod dentes dicere possumus. Postremò Thau, quod signa dici potest. Omnium igitur sensus elementorum hic est, Disciplina domus, plenitudo librorum hęc, in ipsa viuit viuens, bonum principium: tamen disce ex ipsis sempiternum auxilium, fons aut oculus, atque os iustitiæ, vocatio capitis, & dentium signa. Hæc est elementorum Hebraicorum

Græci nomina literarũ ab Hebræis habent.

Literæ Hebræorum alphabeticæ ordine recẽsitæ quem sensum efficiunt.

A braicorum latinè dicta ſententia, quæ diſciplinæ literarum ſummoperè conuenit, quod a-
pud alias gentes inueniri nequit. Vnde fateri neceſſe eſt, non ab aliis quàm ab Hebræis li-
teras eſſe inuentas: Græcos verò ab Hebraicis accepiſſe, ipſa literarum appellatio ſignifi-
cat. Hebræi enim Aleph, Græci Alpha dicunt: illi Beth, Græci Beta: Gamma Græci, Gi-
mel illi: deinde Daleth illi, Delta iſti: & alteri Zain, alteri Zeta, cætera quoque ſimiliter.
Vnde patet ab Hebræis literas inuentas ad alios & ad Græcos tandem perueniſſe. Hæc de
literis dicta ſufficiant. Clemens quoque cùm in ſimilem inciderit materiam, Ægyptios
oſtendit medicinam Apim docuiſſe, & Aeſculapium amplificaſſe. Atlãtem autem ex Ly-
bia primam nauium conſtruxiſſe ac nauigaſſe. Aſtrologiam primos Chaldæos, Aegyptios
deinde edidiſſe. [5] Phryges auium volatus primos obſeruaſſe, & Tuſcos aruſpicium com- 5
periſſe, Telmiſſinos ſomniorum interpretationem, Tyrrhenos tubam, Phryges fiſtulam: *Artium et instrumentorum inuẽtores.*
B ex Phrygia enim erat Olympus & Marſyas, qui fiſtulam inuenerunt. Lucernæ vſum Ae-
gyptios, qui annum in duodecim partes primi diſtinxerunt, primíque lege non conuenire
mulieribus in templis prohibuerunt, nec intrare in templa quenquam à muliere niſi lotũ
ſanxêre. Geometriam etiam ipſum inueniſſe, Tolmentem verò & Damnamenæum Iu-
dæos in Cypro primos ferrum inueniſſe: ferri autem tincturam aut temperiem, qua robur
accipit, Delam Iudæum comperiſſe, quamuis Heſiodus Delam ex Scythia fuiſſe aſſerat.
[6] Falcem Thraces comperiſſe, vt primò peltis equeſtres vſos, quam Illyrij primò inuene- 6
runt. Cadmum auri metalla primùm in monte Pangæo excogitaſſe. Quadriremem à Car
chedoniis primùm factam fuiſſe, cuius architectus Boſporus fuit. Medeam primùm tin-
cturam capillorum excogitaſſe. Pannones, qui Noricum habitant, quos Noropes appel-
lant, æris vſum inueniſſe. Olympum ex Myſia, Lydiam harmoniam, dichordum Aſſyrios:
C ſambucam, inſtrumẽtum etiam id muſicum eſt, Trogloditas, Marſyam Phrygem trichor-
dum, diatonumque harmoniam, & myxophrygiam atque myxolydiam Thamyrinthra-
cam, harmoniam Doricam, [7] Sidonios triremem, Siculos phormyngen, non valdè à ci- 7
thara differentem. Hæc Clemens noſter, cæteráque huius à Cydippo Mantineo, Ariſto-
demo, Antiphane, ac Ariſtotele collegiſſe ait, operæ autem precium eſt, à Ioſepho etiam *Ioſephi teſtimonium.*
Iudæo nonnulla tranſcribere. Is enim vir cùm de Antiquitate Iudaica ſcribat, multò iu-
niores fuiſſe Græcos oſtendit, ac à Barbaris omnia collegiſſe, diuerſaque inter ſe ac varia
conſcripſiſſe. Verba igitur eius hæc ſunt: Non poſſum, inquit, non admirari eos, qui putãt
de vetuſtiſſimis rebus, ſolis Græcis credendum, nobis autem cæteríſque hominibus nullã
eſſe fidem adhibẽdam. Nam ſi ab ipſis rebus, veritatem diſcere voluerimus, quæ à Græcis
facta inuentáque, ſiue vrbes conditas dixeris, ſiue artes excogitatas, ſiue legum ſanctiones,
D heri aut nudiuſtertius, ſi cum noſtris conferas, incœpiſſe putabis. Scribendæ verò hiſtoriæ
curam omnium poſtremam ipſis fuiſſe conſtat. Vnde ipſi quoque Chaldæos, Phœnices, &
Aegyptios (non enim libet modò nos quoque iſtis connumerare) apertè fatentur, vetuſtiſ-
ſimam firmámque priſcarum rerum traditionem tenere. Regiones enim habitant, quæ
minimas continentis regiones patiuntur, multaque opera ac magno ſtudio ſemper incu-
buerunt, omnia præclara facinora publicis ſcripturis ab eloquentiſſimis viris poſteritati
commendari. Græciam verò non ignoramus ſæpius deuaſtatam, rerum geſtarum memo-
riam amiſiſſe. Ita nouo genere viuendi ſæpius inſtituto, à ſe originem rerum incœpiſſe pu-
tarunt. Literas autem poſteriores penè omnibus acceperunt: à Cadmo enim didiciſſe glo-
riantur. Nec tamen, aut ex templis, aut loco publico ſcripturam ſe habuiſſe dicere audent,
quæ id ſignificet. Vnde magna quæſtio eſt, vtrum Troiani belli temporibus literis vteren-
tur. [8] Et paulo pòſt: Cadmus verò Mileſius, & Argiuus Acuſilaus, qui primus apud Græcos 8
E hiſtoriã ſcribere aggreſſi fuerunt, nõ multò ante Xerxis tẽpora fuiſſe perhibentur. Præter-
ea Phærecydes Syrius, Pythagoras, & Thales, qui de cœleſtibus atque diuinis rebus pri-
mi Græci pauca ſcripſerunt, ab Aegyptijs & Chaldæis cuncta didicerunt, quos omnes vna
voce Græci vetuſtiſſimos omnium prædicãt. Quomodo igitur ſupremæ arrogantiæ non
eſt, ſibi ſolis veritatis & antiquitatis memoriã attribuêre? At quis ab ipſis ſcriptoribus non
facilè percipiet, nihil certum, ſed omnia coniecturis Græcos ſcripſiſſe? Pugnant enim in-
ter ſe omnes, & alter alterius falſitatem redarguit. non eſt opus vt eos moneam, qui meliùs
me ſciunt, quòd Hellanicus, contra quem Acuſilaus de genealogiis ediderit: nec vt enu-
merem in quot, quantíſque Heſiodum reprehendit: nec dicam quomodo Ephorus Hella-
nicũ, Timæus Ephorum, Timæum poſteriores, Herodotum omnes reprehendunt. [9] Non 9
eſt neceſſe de ſingulis atque minoribus dicere, cùm de Perſarum in Græciam impetu, &

de præclaris facinoribus tunc gestis, inter se vehementer scriptores discrepent: cùm etiam
Thucydidem, qui accuratissimè suorum temporum cõscripsisse historiam creditur, quasi
mendacem nonnulli accusent. Huius discrepantiæ quamuis multę possint esse causæ, duæ
tamen mihi præcipuæ videntur. Quarum prima & maxima est, quia nullam curam, vt pu-
blicè præclara facinora scriberentur, Græci populi habuerunt: ac ideò magna in scriptori-
bus mentiendi licentia fuit. Nam ipsi etiam Athenienses, quos & indigenas putant, & di-
ligentiores fuisse constat, primas omnium publicæ scripturæ leges Draconis de cæde, qui
paulò ante Pisistratum fuit, commendatas fuisse asserunt. Non oportet de Arcadibus dice-
re, qui quamuis vetustissimos se omnium prædicent, vltimi tamen omnium literas didice-
runt. Quare cùm nihil extaret publicè, quo & ignari docerentur, & mendaces redargue-
rentur, partim ignorantia, partim affectione factum est, vt magna inter scriptores discre-
pantia inueniatur. Altera causa est, quia non veritatis amore, quamuis ita profiteantur, sed
eloquentiæ suæ ostentatione, quoniam veteres scriptores superaturos se facilè credebant,
scribendi laborem sumebant. Ita nonnulli fabulas, nonnulli ciuitatum, aut regum laudes,
aut vituperationes, nonnulli veterum scriptorum, vt ipsi eloquentiores viderentur, emen-
dationem conscripserunt. Vnde fit, cùm historiam scribere profiteantur, non id, sed huius
oppositum faciãt. Veritatis enim historiæ signum illud est, vt de eisdem rebus eadem om-
nes conscribant. Illi verò sic se veraces visum iri putarunt, si vnusquisque aliter quàm cæ-
teri conscripsisset. Hæc Iosephus. Sed non erit ab re, quasi apicem Diodori testimonium
afferre. Is igitur in primo his verbis vtitur: Dicendum modò de his est, qui priscis tempo-
ribus prudentia doctrinàque clari ad Ægyptum vsque profecti sunt. Sacerdotes enim Æ-
gyptiorum in sacris libris scriptum inueniunt Orphea, Musæum, Melampoda, Dædalum,
Homerum poëtam, Lycurgum Spartiatam, Solonem Atheniensem, Platonem philoso- C
phum, Pythagoram Samium, Eudoxum mathematicum, Democritum Abderitam, Eno-
pidem Chium Ægyptum petiisse: quorum omnium vestigia, aliorum imagines, aliorum
nomina, locis aut instrumentis indita extant: asserúntque vniuersa illos, quibus apud Græ-
cos claruerunt, ab Aegyptiis accepisse. Orphea enim mysteria Dionysij, & errores Cereris
sic conscripsisse, vt mysteria Osiridos, & errores Isidos se habent, nominibus solummodò
immutatis. Supplicia verò impiorum apud inferos & amœnos piorum campos ad imita-
10 tionem eum fecisse earum rerum, quæ in sepulchris ab Aegyptiis geruntur. [10] Quam rem
Orpheus primus apud Græcos transtulit, & Homerus amplificat. Melampodem autem
aiunt ea, quæ de Saturno & de Titanum pugna dicuntur, ac de aliis deorum calamitati-
bus, ab Aegypto in Græciam traduxisse. Dædalum autem affirmant volutiones Labyrin-
thi fuisse imitatum, qui vsque ad hæc tempora in Aegypto permanet à Mendote, vel sicut D
quidam dicunt à rege Maro multis annis ante Minoëm constructus: cuius rei signum est
statuarum numerus, quas Dædalus apud Græcos cõfinxit: neque enim plures, neque pau-
ciores sunt, quàm apud Aegyptios sint. Ita verò esse, inde maximè patere aiunt, quòd in
Memphide Propylæa Vulcani à Dædalo architecto facta ostendunt. Quo quidem opere
adeò admirabilis ingenij visus, vt lignea eum statua ipsius manibus facta donauerint, quæ
in eodem Vulcani templo conspicitur. Adeò enim superauit Aegyptios, à quibus didicit,
vt propter multa quæ adinuenit, honores diuinos apud eos cõsecutus sit. Templum enim
Dædali ad hæc vsque tempora in insula quadam iuxta Memphim summoperè colitur.
Argumenta quoque nonnulla solent afferre, quibus fuisse in Aegypto Homerum planè
ostendunt, ac maximè, quia Helenam scripsit potionem Telemacho apud Menelaum
hospitanti præbuisse: qua factum est, vt calamitatum suarum obliuisceretur. Quam qui-
11 dem potionem [11] ab Ægyptiis dicit poëta Helenam à Polydamnesta quadam Thonis vxo- E
re didicisse. Nam vsque ad nostra tempora solæ Diospoliticæ mulieres, iram atque mœsti-
tiam potionibus sedare sciunt. Diospolis autem Thebæ sunt. Venerem quoque auream
Homerus appellat, quo nomine vulgò ab Ægyptiis nominatur: & lucus Veneris aureæ a-
12 pud eos adhuc inuenitur apud Memphin. [12] Lycurgum similiter, Platonem atque Solo-
nem, multa in libris atque legibus suis conscripsisse patet, quæ ante illorum tempora Æ-
gyptij habuerunt. Pythagorã quoque Geometriã & Arithmeticam ab eis didicisse, animæ
in cætera animalium migrationem à dogmatibus Ægyptiorum sumpsisse. Democritum
verò putant quinquennio in Ægypto conuersatum, multa inde in Astrologia didicisse.
Oenopidem quoque ab Aegyptiis Astrologis, & alia complura, & obliquationem Zo-
diaci percepisse. Eudoxum etiam ab Aegypto in Græciam multas astrologiæ rationes
transtulisse.

A transtulisse. Teracleum similiter atque Theodorum Rhœci filios, qui simulacrum Apollinis Pythij fabricati sunt, quíque fingendo apud priscos omnes excelluerunt, multis annis in Ægypto versatos contendunt. Hæc à Diodoro sumpta sufficiant. Si ergo ab omnibus Barbaris quicunque clari apud Græcos fuerunt, non pauca, neque minima acceperũt, nec idcircò quispiam eos accusauit: cur nos accusant, qui vera pietate commoti, scripturã Hebræorum complectimur?

Scholia in Cap. II.

PErgit in suo instituto Eusebius noster, ac multorum fide dignorum testimonijs probat, ab omnibus fere Barbaris, artes, & vtilia ad vitam documenta, Græcos didicisse: ac vel ob hanc causam, non non esse Christianis vitio vertendum, quòd Hebræorum sacras scripturas & historias, totis pectoribus
B *sunt amplexi. Quas autem artes singulæ gentes præ cæteris tradiderint ostendit Eusebius affirmans Astronomiam à Chaldæis, Geometriam ab Aegyptijs, literas à Phœnicibus, vnius Dei notitiam ab Hebræis, Græcos accepisse. Omnibus autem alijs artibus notitiam Dei vnius anteponendam his verbis monet:* οὐδὲν δὲ παρὰ πᾶσιν ἄλλοις οἷον τινὲς αὐτῶν τὸ παρ' ἑβραίων ἀγαθὸν εὕροντο. τοῦτο δ' ἦν ἡ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ γνῶσις, καὶ ἡ τῶν οἰκείων θεῶν κατάγνωσις. *Quem autem vsum hæc Dei notitia habuerit, docet Paulus noster his verbis: Quæ sunt inuisibilia illius (Dei) ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipsáque æterna eius potentia & diuinitas: in hoc vt sint inexcusabiles. Propterea quòd cùm Deum cognouerint, non vt Deum glorificauerunt, neque grati fuerunt: sed frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum. Roman. 1. Siue igitur ab Hebræis edocti philosophi, Deum vnum cognouerunt, vt ait Eusebius, siue per diuini opificij considerationem progreßi sunt ad eius auctorem Deum, vt Paulus verißimè affirmat, inexcusabiles sunt: quia agnitum*
C *à se Deum, non vt Deum coluerunt, eiúsque gloriam quantum in ipsis fuit, mutauerunt per imaginem, non solùm ad mortalis hominis similitudinem effectam, verumetiam volatilium, quadrupedum & reptilium Rom. 1. Sap. 12. ideò iusto Dei iudicio traditi sunt in immunditiam, cupiditates ignominiosas, reprobam mentem, digníque morte fuerunt.*

1 Alienum.] *sed necessarium, generatim ostendere, omnem famosam Græcorum doctrinam, & philosophiam, & prima ipsorum mathemata, & doctrinam logicam cum Barbaris ipsis esse communem.*

2 Cognoscantur.] *Nam alij alijs iisque falsis opinionibus variisque abducti, in profundum nugarum demersi sunt. Alij temerarijs consilijs vsi, vbi veras sententias assecuti essent, ibi Hebræorum cõmunicarunt disciplinæ. Consentaneum itaque est cùm multiscij fuerint, gentilium illos instituta & mathemata exactius illos expendisse, & eorum quæ dicta sunt philosophiam non ignorasse iuniores.*

D 3 *Et sanè etiam in reliquis gentibus, omnibus regionibus & vrbibus, in omnibus sacris & mysterijs, eadem & his similia custodita sunt. Et sanè grauis opinio de dijs erat, & templa pulcherrima varijs statuis & donarijs ornata apud omnes excolebantur. Præterea & simulacra ex omni materia ad omnem mortalium animantium formam ficta studiosè fabrefiebant. Et quidem oraculorum plena erat apud omnes copia, & præcipuè quidem apud Græcos nobilis & magnus erat deus.*

4 Spreuerunt.] *quod paucis demonstrabimus. Nam veteres Græci non solùm vera theologia priuati fuerunt, sed etiam mathematis quorum magnus in philosophia vsus est: neque his solùm, sed etiam communibus & ciuilibus studijs.*

5 Edidisse.] *Cares autem prædictionem ex astris inuenisse. Isauros autem & Arabes elaborasse auspicia.*

6 *Et Thraces primi Harpen inuenerunt: est autẽ gladius incuruus, & primi peltis in equis vsi sunt. Sic etiam Illyrij peltam quam appellant, inuenerunt.*

E 7 *Persas audiuimus primos bigas, lectos & scabella inuenisse, Sidoniósque triremẽ fabricasse. Siculi quoque iuxta Italiam, primi phormingen inuenerunt, quæ citharæ non admodum dißimilis est, & crepitacula excogitarunt. Et tempore Semiramidos reginæ Aßyriorum vestes byßinas inuentas narrant. Et primam epistolam conscripsisse Atoßam Persiæ reginam ait Hellanicus. Scammon quidem Mitylenæus & Theophrastus Ephesius, Cydippúsque Mantineus, & Antiphanes, & Aristodemus, & Aristoteles, & Philostephanus, & Strabo Peripateticus, in libris de Inuentoribus hæc scripserunt.*

8 *Et veritas tenet illos eas literas quæ nunc in vsu sunt ignorasse. In vniuersum autem apud Græcos nullum scriptum extat antiquius Homerico poemate. Ille autem post Troiana tempora fuit. Aiúntque ne ipsum quidem suum poëma scriptum reliquisse, sed cùm memoria tenerent homines, postea in scripta redactum esse, & ideò multa in ipso sæpè contineri pugnantia.*

9 *Sed nec Timæus consentit cum Antiocho & Philisto & Callia de rebus Siculis, neque de rebus Atticis illi qui res Atticas descripserunt: neque de Argolicis qui Argiuorum historias ediderunt inter se conueniunt.*

10 *Nam Mercurius qui animarum dux est veteribus legibus, apud Aegyptios reducens corpus Apis aliquousque tradidit induto Cerberi pellem.*

11 *Quæ Nepentes pharmacum dicitur.*

12 *Quæ verò de Ioue & Iunone fabulatur de coitu & peregrinatione ad Aethiopas, inde illum sumpsisse. Annis enim singulis apud Aegyptios templum Iouis transire fluuium in Lybiam, & post aliquot dies rursus reuerti, tanquam ex Aethiopia Deus adsit. Coitum autem horum Deorum, in festis templis vtriusque circumgestatis in montem, floribus varijs à sacerdotibus coronari.*

De antiquitate Mosi, ac prophetarum. Cap. III.

VErùm ne fortè, quoniam cognitionem vnius Dei Hebræos solummodò verè habuisse
diximus, ac ab eis cæteros, si quid hac de re præter Hebræos verè senserunt, accepisse
1 contendimus, ne quis vnquam aliter actum putet, ' ac à Græcis Iudæos hoc habuisse dogma contendant: declarandum est, quibus temporibus Moses & prophetæ fuerunt. Plurimi ergo (perutilis namque res est) de antiquitate Mosi & prophetarum scripserunt, à quibus nonnulla transcribam: quamuis ipse noua via rationeque vsus: hoc modo rem disponere statui. Nemo inficias ibit, imperatoris Romanorum Augusti temporibus Saluatoris nostri natiuitatem fuisse, doctrinamque quintodecimo Tiberij Cæsaris anno Euangelicā incœpisse. Si quis ergo ab hoc Tiberij anno ad superiora scandens, diligenter vsque ad Darium Persarum regem, & restitutionem templi perueniat, quingentos quadraginta octo annos inter Tiberium & secundum Darij annum interfuisse comperiet. Secundus enim Darij annus, sexagesimæ quintæ Olympiadis primus fuit: Tiberij autem quintusdecimus, ducentesimæ quintæ, ac primæ Olympiadis quartus inuenitur. Ita centum ac triginta septem Olympiades interfuisse, manifestè videntur, qui numerus quaternario auctus (quadriennium enim Olympiadi attribuitur) quingentos quadraginta octo annos efficit. In secundo autem anno Darij septuagesimus Hierosolymorum, & templi destructionis fuit, vt Iudæorum historia ostendit. Quòd si à secundo Darij anno ad primam Olympiadem percurras. Olympiades quidem sexaginta quatuor, annos ducentos quinquaginta sex interfuisse comperies. Quos quidem annos, si ab vltimo desolationis anno, ac restaurationis principio ascendendo auferas, ad quinquagesimum annum Oziæ Iudæorum regis, quo tempore Esaias & Osee prophetarunt, omnino peruenies. Ita prima Olympias Esaiæ temporibus fuisse inuenitur. Inde autem à prima Olympiade vsque ad captiuitatem Troiæ, vt Græcorum ipsorum historiæ significant, quadringenti ac quinquaginta anni colliguntur, quem annorum numerum à quinquagesimo Oziæ anno similiter auferendo, ad tertium annum Labdonis Iudæorum iudicis peruenies. Ita Troianę vrbis destructio septem annis, antequàm Samson Hebræos iudicasset, fuisse ostenditur: quem corporis robore inuictum fuisse, vt Herculem Græci scribunt, Hebræi testantur. Inde à captiuitate Troiana, si quadringentos ascendendo annos auferas, ad Mosem, terrigenam Cecropem deuenies. Omnia verò, quæ apud Græcos mirabilia narrantur, post Cecropem fuisse constat. Nam Deucalionis diluuium, Phaëtontis incendium, natiuitas Erichthonij, Proserpinæ raptus, Cereris mysteria, Eleusiniorum constitutio, Triptolemi satio, Europæ raptus à Ioue, Apollinis partus, Cadmi ad Thebas aduentus, & ad hæc iuniores illi Dionysus, & Minos, Æsculapius, Perseus, Dioscuri, Hercules, post Cecropem omnes fuerunt. Quare omnibus his multò vetustior Moses fuisse confirmatur. A Mose verò vsque ad primum annum vitæ Abraham quingentos ac quinque annos comperio: quos si à Cecropis regno ad superiora auferas, ad Assyrium Ninum tandem peruenies, quem aiunt primum toti Asiæ, India solùm excepta, regnasse: à cuius nomine ciuitas Ninus appellata est, quam Iudæi Niniuen dicunt. Eo tempore Zoroastres magus apud Bactrios regnabat. Nino autem vxor Semiramis successit. Nini ergo atque Semiramidos Zoroastrisque temporibus Abraham fuisse constat. Nam hæc omnia nobis certis rationibus in eo libro demonstrata sunt, quem de temporibus inscripsimus. Vtar autem impræsentiarum Porphyrij de vetustate Mosi testimonio, illius videlicet, qui Hebræorum atque Christianorum inimicissimus odij cumulo, ipsum quoque Mosem atque prophetas improbis petere verbis ausus est. Sic enim inimicorum testimonio vetustas Mosis magis comprobabitur. In quarto ergo eorum, quos aduersus

Luc. 3. — *Hic videtur esse Abdon de quo Iud. 3.* — *Gal. 3.* — *Quando Abraham fuerit.*

A aduerſus nos liberos euomit, his verbis vtitur: Narrat autem Iudæorum hiſtoriam veriſſimè, quoniam & locorum, & virorum nomina ſimiliter atque ipſe poſuit Sanchoniatho Berutius, qui earum rerum omnium monumenta ab Hierombalo, Dei Leui ſacerdote, aſſerit habuiſſe. Quam quidem hiſtoriam Abelbalo Berutiorum regi inſcripſit, quorum virorum tempora, multò ante Troiana tempora fuiſſe comperiuntur. Is Sanchoniatho Phœnicum lingua partim à ſingularum vrbium annalibus, partim à libris ſacris, qui templis dedicari ſolebant, collegit ingenio, quem Reginæ Aſſyriorum Semiramidos temporibus fuiſſe ſcriptum eſt. Hæc Porphyrius. Si ergo Semiramidos temporibus Sanchoniatho fuit, ea verò multò ante Troianam calamitatem fuiſſe perhibetur, erit Sanchoniatho quoque Troianis temporibus multò vetuſtior. Sanchoniathonem verò ab aliis collegiſſe hiſtoriam ipſe Porphyrius teſtatur,
B quos & ipſos iuniores Moſe fuiſſe concedendum eſt. [1] Sed ponamus etiam eiſdem temporibus Moſi Sanchoniathonem fuiſſe, quoniam tamen Moſes Semiramidos temporibus huius philoſophi teſtimonio comperitur, quando nos Abraham fuiſſe contendimus, antiquior eſt Moſes ſecundum Porphyrium, quàm ipſi opinantur. Fuit autem Semiramis octingentis annis ante Troiana tempora: quare Moſes quoque ſimiliter. Primus verò apud Argiuos Inachus regnauit, quando nec ciuitas, nec nomen Athenienſium erat. Primus autem Argiuorum rex, quinti Aſſyriorum regis temporibus fuit, centum quinquaginta annis poſt Moſem atque Semiramidem, in quibus nihil apud Græcos illuſtre factum inuenitur. Quadringentis autem annis & quinquaginta ferè poſt Semiramidem primus apud Athenienſes Cecrops indigena, vt ipſi dicunt, regnauit. † Triopa ſeptimo poſt Inachum regnante apud Argiuos, & poſt, *Troipha ſecundũ alios*
C Inachi autem tempore Ogygium dicitur diluuium fuiſſe. Et Apis apud Ægyptios primus Deus appellatus eſt: & Inachi filia, quam Iſidem Ægyptij nominarunt: Prometheus quoque & Atlas illis temporibus fuerunt. A Cecrope autem vſque ad Troianorum calamitatem paulò pauciores quàm quadringenti anni colliguntur: in quibus diluuium Deucalionis, & incendium Phaëthontis fuiſſe, non ignoramus. Cecrops autem primus Deum Iouem appellaſſe fertur, & aram inſtituiſſe primus, & ſimulacrum Palladis erexiſſe. Poſt Cecropem autem dij Græcorum omnes nati fuiſſe videntur. Ita ad Troiana tempora à temporibus Moſi plures quàm octingenti anni Porphyrij teſtimonio fuiſſe comperiuntur. Homerum verò atque Heſiodum multò iuniores Troia fuiſſe, manifeſtum eſt. Pythagoram verò & Democritum in quinquageſima Olympiade ſeptingentis ferè annis poſt Troiam fuiſſe conſtát. Quare huius philoſophi auctoritate mille quingentiſque annis ante Græcorum philoſophos
D Moſes fuit. Verùm quoniam multi præclari apud nos viri, atque doctiſſimi Iudæorum antiquitatem certis veriſque argumentis probarunt, quorum alij à Græcis, alij à Chaldæis atque Ægyptiis, nonnulli etiam à Phœnicibus atque Hebræis propoſitum ſuum approbarunt: imò verò cuncta ſimul conferentes, mirabili ratione ac via, ac ſingularum gentium præclara facinora, quæ in eiſdem temporibus geſta ſunt, collegerunt: eorum nonnullas voces verbáque tranſcribam, ne laborum ſuorum fructu auctores priuentur. [2] Vtar autem teſtimonio multorum, vt ex omnibus Hebræorum vetuſtas indubitata habeatur. Africanus igitur in tertio Annalium, his verbis vtitur: Vſque ad Olympiadas nihil exploratum in hiſtoria Græcorum inuenitur, ſed omnia confuſis conſcripta temporibus ſunt. Poſt Olympiadas verò quoniam quadriennio 2 *Teſtes vetuſtatis Hebræorum.*
E diligentiſſimè omnia notabantur, nulla penitus confuſio temporum fit. Quare præclara fabuloſáque facinora, quæ ante primam Olympiadem fuerunt, ſummatim colligam. Quæ verò poſt geſta ſunt, ita cum Hebraicis, Perſiſque hiſtoriis conferam, vt ea quæ in eodem tempore fuerint, apertè ſignificem. Hebræorum igitur in Babylonem migratio, à Nabuchodonoſore facta, ſeptuaginta durauit annos. [3] Cyrus regnauit Olympiade quinquageſima quinta, vt à Diodori, Thalli, Caſtoris, Polybij, Phlegontíſque hiſtoriis patet, quo anno Ieſus filius Ioſedech primam particularémque deductionem populi fecit, vt apud Eſdram Iudæum conſcriptum eſt. [4] Verùm iſta, vt dixi, propter Olympiadum certitudinem eodem modo ab omnibus conſcripta ſunt, cùm nullam omnino confuſionem patiantur. Ab Ogyge autem indigena, cuius temporibus primum & maximum diluuium in Attica fuit, & Phoroneus Argiuus 3
4

regnabat, vſque ad primam Olympiadem anni fuère mille atque vinginti. Ita enim omnes aſſerunt,qui Athenienſium annales conſcripſerunt.Hellanicus dico atque Philochorus,Caſtor etiam & Thallus in hoc conueniunt,qui Syriacam hiſtoriam diligenter tractarunt.Diodorus quoque qui orbis hiſtoriam in bibliothecas contulit,aliíque permulti. Et poſt pauca:Dicimus ergo Ogygem, à quo primum diluuium nominatum Ogygium eſt, temporibus Moſi fuiſſe quod hoc pacto probamus: Ab Ogyge, vt diximus, mille vigintique anni vſque ad primam Olympiadem fuerunt: à qua vſque ad quinquageſimam quintam Olympiadem, id eſt, vſque ad primum annum Cyri Perſarum regis, & Iudaici populi reductionem anni fuerunt ducenti & ſeptem. Quare ab Ogyge ad Cyrum mille ducenti triginta ſeptem fuerunt: quos ſi auferes, aſcendendo ad annum illum peruenies, quo ab Ægypto Moſes populum eduxit.Fuit ergo Moſes Ogygij temporibus,à quo Eleuſis condita eſt.Atticos igitur annos ab iſta ſumamus.Et poſt pauca: Poſt Ogygem verò propter vaſtationem diluuij centum nonagintanouem annis vſque ad Cecropem Attica ſine rege & penè deſerta fuiſſe perhibetur. Actæum enim,quem poſt Ogygem fuiſſe nonnulli fingunt,cæteróſque vſque ad Cecropem nuda ſolummodò eſſe nomina, Philochorus ſcribit, & poſt aliqua computatione annorum à Iudaica ſcriptura diligentiùs facta. A Moſe igitur, inquit, vſque ad Cyrum mille ducenti triginta ſeptem anni colliguntur. Quod ab Ogyge ad Cyrum etiam ſecundum Græcorum hiſtoricos colligi demonſtrauimus. Sed Græcorum etiam nonnulli hoc ipſum teſtantur. Polemon enim in primo Græcarum hiſtoriarum libro: Temporibus, inquit, Apidos Phoronei filij magna pars Ægyptij exercitus ab Ægypto expulſa, in Palæſtina Syriæ non longè ab Arabia habitarunt. Apion etiam Poſſidonij filius, grammaticorum omnium diligentiſſimus hiſtoriæ perſcrutator in quarto Hiſtoriarum, & in libro aduerſus Iudæos, Inacho, inquit, regnante apud Argiuos,& Amaſi apud Ægyptios, Iudæi duce Moſe ab Ægyptiis defecerunt. Herodotus quoque Amaſidos & defectionis huius in ſecundo mentionem facit. Iudæorum etiam quodammodò meminit, cùm Aſſyrios dicat, qui Palæſtinam inhabitant, circumcidit ſolere. Ptolemæus præterea Mendeſius, qui Ægyptiorum hiſtoriam ab initio conſcripſit, his ita conuenient, cæteríque omnes, vt minima quædam annorum differentia eſſe videatur. Ita nobilia geſta mirabiliáque Græcorum, ſiue vera, ſiue ficta, poſt Moſem fuiſſe comperiuntur. Viſum eſt autem mihi à tempore regni Attici, res Græcorum Hebraicis conferre. Primo igitur Ogygis anno, à quo vſque ad primam Olympiadem mille ac viginti fuiſſe oſtendimus, exitus Iudæorum ab Ægypto factus eſt, & in Attica Ogygium illud diluuium, neque id iniuria. Cùm enim ira Dei grandine ac tempeſtatibus percuterentur ægyptij, non poterant aliquæ partes etiam orbis non commoueri, Attica præcipuè: quia coloni ægyptiorum, vt multi alij, & Theopompus in Tricaremo affirmat, Athenienſes fuerunt. Poſt quatuor autem & nonaginta annos, Prometheus fuiſſe à nonnullis dicitur: quem finxiſſe homines fabulantur atque formaſſe, quoniam ſapientia eloquentiáque ſua à beſtiarum vita in ciuilem

5 transformauit. Hæc Africanus. [5] Tatianus verò qui ſeipſum in Aſſyria regione natum dicit, vir lingua Græca doctiſſimus, Græcis omnibus Moſem antiquitati anteponens. De Homero,inquit Steſimbrotus Thaſius, Callimachus Colophonius,Reginus Theagenes, qui fuit Cambyſæ temporibus, & Herodotus Halicarnaſſæus, aliíque complures ſcripſerunt. Et poſt illos, Ephorus Cumæus, Philochorus Athenienſis, Megaclides & Chameleon peripatetici. Deinde Grammatici quidam Zenodotus, Ariſtophanes, Callimachus, Crates, Eratoſthenes, Ariſtarchus, Apollodorus. Sed quoniam aliter alij tradiderunt, quibus fuerit temporibus, affirmare non poſſumus.Crates enim ante reductionem Herculidarum octuaginta poſt Troiana tempora annos floruiſſe contendit. Eratoſthenes poſt centum annos, Ariſtarchus quando Ionica colonia ducebatur centum & quadraginta annos poſt deſtructionem Troianam, Philochorus Archippi Athenienſium principis tempore centum & octoginta annis poſt captiui-

6 tatem Troianam, Apollodorus ducentis & quadraginta poſt Troiana tempora, nonnulli in prima Olympiade quadringentis annis poſt Ilij euerſionem, [6] alij Archilochi æqualem fuiſſe contendunt, qui fuit Olympiade vigeſima tertia, temporibus Gygæ regis Lydorum.Sed hæc relinquantur. Nam quando ita confuſè de temporibus ſcribitur,vniuerſa hiſtoria titubat. Sed ponamus Homerum ipſius Agamemnonis temporibus fuiſſe.

Diuerſitas hiſtoricorũ adimit eis fidem.

A Moses enim non modò multò ante hæc tempora, verumetiam ante Dardanum fuit. V-
tar autem testimonio Chaldæorum, Phœnicum, & Ægyptiorum. Berosus enim vir Baby-
lonius sacerdos[7] Beli multo antiquiorem Troiano bello Mosem fuisse scripsit. Theodotus 7
autē, Ipsicrates Mochus, phœnices fuerunt, quorum historiam in Græcam linguam Asitus
vir disertus traduxit, vbi scribitur, Troianum bellum paulò ante tempora Salomonis fuis-
se. Aegyptios omnes sciunt magnam temporum diligentiam semper habuisse, quorum
annales Ptolemæus non rex, sed Mendesius sacerdos à sacris libris collegit, ac edidit. Is re-
gnante Amaside apud Ægyptios, Mose duce Iudæorum exitum ab Ægypto fuisse affirmat.
Amasimque fuisse tunc dicit, quando Inachus Argis regnabat. Apion etiam grammati-
cus, Inachum & Amasidem eisdem temporibus fuisse affirmat. Fuerunt autem ab Inacho
ad bellum Troianum generationes viginti. Quare ante Iliacum bellum quadringentis ad
B minus annis ipsum fuisse concedendum est. Si igitur post Inachum omnia præclara faci-
nora Græcorum fuerunt, necessariò etiam post Mosem fuerunt, Inachus enim primus Ar-
gis, vt diximus, regnauit: deinde Phoroneus, quādo Ogygium in Attica diluuium fuit. A-
pis postea, deinde Argius, Criasus, Phorbasque regnarunt,[8] quo tempore Actæus, à quo 8
Actæa regio Atheniensium appellata est. Triopas deinde Argis regnauit, quando Pro-
metheus, Epimetheus, Atlas, Io, & biformis Cecrops fuisse traduntur. Post Triopam
Crotophus regnauit, temporibus cuius Phaëtontis incendium, & Deucalionis diluuium
fuit. Sthenalo postea regnante, Danaus in Peloponnesum venit, & Dardanus Darda-
niam condidit, & ex Phœnicia Europa rapta fuerat. Danaus postea regnauit. Deinde
Lynceus, quo regnante Proserpina rapitur. Cadmus Thebas condidit, qui Græcis li-
teras tradidisse vna voce ab omnibus dicitur. Minos in Creta regnat. Prœtus postea re-
C gnauit, quando Eumolpus Atheniensibus bellum intulit: deinde Acrisius, cuius tempo-
re à Phrygia in Græciam Pelops transiuit, Ion Athenas petiit, secundus Cecrops flo-
ruit. Perseus postea regnauit, & præclara gessit facinora. Eurystheus demùm, Atreus,
atque Agamemnon, qui decimo atque octauo sui regni anno vrbem Troianam ex-
pugnauit. Quare omnibus diis ac heroibus Græcorum multò vetustior Moses inueni-
tur: &[9] oportet seniori, à quo iuniores hauserunt, multò magis credere. Non enim Ho- 9
mero solummodò Moses superior, verumetiam omnibus qui aliquid apud Græcos
scripsēre. Quippe Cadmus, à quo literas Græci habuerunt, multò posterior Mose inue-
nitur. Scripserunt autem apud Græcos ante Homerum Linus, Philammon, Tamyris,
Amphion, Orpheus, Musæus, Demodocus, Phemius, Sibylla, Epimenides Cretensis qui
Spartam petiit, Aristæus Prœconesius, Asbolus Centaurus, Isatis, Orimon, Euclus Cy-
D prius, Orius Samius, & Atheniensis Pronetida. Linum igitur Herculis magistrum fuisse
constat, qui ante Troianum bellum vna fuit generatione. Tlepolemus enim filius eius
cum Agamemnone in Ilium militauit. Orpheus autem æqualis Herculi fuit, quem Mu-
sæus audiuit. Amphion duabus generationibus Troianum bellum præcessit. Demodo-
cus verò atque Phemius alter in Ithaca, alter apud Phæacas Troiani belli temporibus vi-
uebant. Thamyris etiam, & Philammon non ante ipsos fuerunt. Sed de Poëtis satis di- Sophi.
ctum est. Nunc de his scribamus, qui apud Græcos sapientes habiti sunt. Minos igitur,
qui sapientia & legum solertia cæteris omnibus excelluisse videtur, Lyncei temporibus,
qui post Danaum Argis regnauit, vndecima generatione post Inachum fuit. Lycurgus
autem centum annis ante primam Olympiadem leges Lacedæmoniis dedit. Dracon in
Olympiade trigesima sexta, leges Atheniensibus tulit. Pythagoras in sexagesima & se-
cunda floruit. Ostendimus autem in superioribus quadringentis & septem annis post
E Ilij euersionem Olympiades incœpisse. Thales vetustissimus omnium qui septem sa-
pientes appellantur, in quinquagesima viuebat Olympiade.[10] Hæc Tatianus. Nunc Cle- 10
mentem audiamus. Apion, inquit, grammaticus, vir historiarum peritissimus, qui Pli-
stonices nominatus fuit, acerrimus Iudæorum hostis, adeò vt etiam aduersus eos volu-
men ediderit, nec iniuria, Ægyptius enim erat, Ptolemæum Mendesium sacerdotem, qui
tria volumina de rebus gestis Ægyptiorum edidit, testem adducit, quòd Amasis, qui Aua-
rin Ægyptiorum vrbem euertit, & Inachus Argiuorum rex eisdem temporibus fuerunt.
Quo quidem Amaside regnante ab Ægypto, Mose duce, Iudæos profugisse confirmat.
Res autem Argolicas, quæ ab Inacho cœperunt, Dionysius Halicarnassæus in libro de
Temporibus omnium Græcarum rerum vetustissimas fuisse ostēdit.[11] Ab Inacho autē ad 11

Troiana tempora viginti generationes connumerentur, anni ad minus quadringenti. Assyriorum autem regnum antiquius cæteris omnibus fuisse constat, cuius quadringentesimo atque secundo anno, trigesimo scilicet atque secundo Beluchi octaui, Mose dicente, populus ab Ægypto exiuit, Inacho Argiuis, & Amaside in Ægypto regnante. Post Inachũ
12 Phoroneus Argis regnauit, quando Ogygium fuit diluuium, [12] & Egialeus in Sicyone regnauit, à quo Sycionum regnum incœpit. Tunc etiam Cretus primus, qui in Creta regnauit. Acusilaus verò Phoroneum omnium hominum primum ait fuisse, vnde Phoronides poëta mortalium patrem appellat. Sed ab Inacho ad Agamemnonem viginti generationes fuerunt. Decimo autem & octauo anno Agamemnonij regni Troia euertitur, Demophoonte Thesei filio Atheniensibus regnante. Fuit autem Theseus imitator Herculis generatione vna ante bellum Troianum. Ita Moses ante Dionysij in deos translationem sexcentos & quatuor annos fuisse inuenitur. Perseo enim regnante trigesimo iam atque secundo anno, vt Apollodorus in libro de temporibus scribit, Dionysius hominem exuit: à quo ad Herculem & Iasonem, alió sque Græcorum heroas, qui in Argo fuerunt, sexaginta tres anni colliguntur: quibuscum etiam Æsculapius, atque Dioscuri, vt Rhodius Apollonius in Argonautis testatur, fuerunt. A regno autem Herculis in Argis vsque ad translationem suam, & Æsculapij in deos triginta & octo anni fuerunt, vt Apollodorus scribit. Hinc autem ad Castoris & Pollucis assumptionẽ anni quinquaginta tres,
13 quando etiam Troia euersa fuit. Verùm quoniam [13] vt Hesiodus cæteríque poëtæ dicunt, Semele Cadmi filia Dionysium peperit, Cadmus autem Lynceo regnante, Thebas petiit, & literas Græcis tradidit: patet etiam testimonio poëtarum, qua ætate Dionysius fuit. Leo verò, qui de Ægyptiorum diis conscripsit, Isidem Cererem esse affirmat, quæ Lynceo regnante fuit vndecima generatione post Mosem. Apis verò Argiuorum rex, vt Aristippus C
in primo Arcadiæ historiæ scribit, Memphin in Ægypto condidit, quem Aristæus Argiuus Serapidem appellatum asserit, hunc ab Ægyptiis diuinos honores consecutum, non ignoramus. Nymphodorus autem Amphipolitanus in tertio de Asiaticis legibus, Apim taurum mortuum in Soro græcè, quod latinè arcam dicere possumus positum, Soroapim ac inde
14 Serapim appellatum fuisse contendit. Fuit autem Apis tertius ab Inacho, [14] Latona verò Titij temporibus fuit, quem Tantalo æqualem fuisse omnes testantur. Zetus verò atque Amphion musicæ inuentores, Cadmi temporibus fuêre. Nam & si Phœmonoë oraculo cecinisse Acrisio dicatur, tamen post Phœmonoëm viginti septem annis Orpheus, Musæus, & Linus Herculis magistri floruerunt. Homerus autem ac Hesiodus multò iuniores bello Troiano extitêre. Lycurgus verò & Solon legum apud Gręcos conditores, & septem sapientes, Pherecydes etiam Syrus & Pythagoras circiter primæ Olympiadis tempora, vt D
diximus, fuerunt. Non ergo solùm Poetis ac sapiẽtibus, verumetiam diis Græcorum multò vetustior Moses inuenitur. Verùm, quoniam non Græci solummodò, sed Iudæi quoque de hac diligenter scripserunt, non erit ab re ab ipsis etiam aliquid sumere. Vtar autem hoc loco Flauij Iosephi testimonio: Incipiam, inquit, primò ab Ægyptiorum auctoritate. Verùm quoniam voces illorum ponere impossibile est, Manethi Ægyptij, qui Græcè scripsit, quique à sacris Ægyptiorum literis, vt dicit, transtulit, verba transcribam. Hic igitur in
15 libro secundo hæc de Iudæis scribit: [15] Tuti meis temporibus, inquit, ab orientali parte ignoti homines in Ægyptum irruperunt, facileque ipsam, ac sine bello cepeiunt, quam gentem Hycussos appellant, quod significat reges: hyc enim lingua sacra rex dicitur. Vssos autem pastor appellatur: hos nonnulli Arabes fuisse opinati sunt, quamuis multi Hycussos non reges, vt diximus, sed captiuos pastores significare asserunt. Hyc enim cum aspiratione Ægyptiorum lingua captiui dicuntur, quod mihi verisimilius videretur. Isti tenue- E
runt Aegyptum quingentis atque vndecim annis. [16] Deinde cùm pellerentur, locum oc-
16 parunt, cui nomen Auaris: quo vndique munito, Aegyptiorum impetum euitabant. Themosossis autem cùm obsidendo non posset eos capere, conuenit cum eis, vt liberè cum suis, quò vellent, abirent. qui non pauciores ducentis quadragintáque millibus virorum non in Syriam, quam tunc Assyrij, quorum vires erant amplissimæ, tenebant: sed in eam
17 profecti regionem, quæ nunc Iudæa vocatur, Hierosolymam condiderunt. [17] Hæc Manethus, qui secundum Ægyptias literas & historiam, duo nobis non parua testatus est. Primum quòd aliunde nostri maiores in Ægyptum migrarunt. Deinde quòd ab Ægypto mille ferè annis ante Troiana tempora abierunt. Hæc Iosephus ab Ægyptiorum historia.

Hyc significat regem aut captiuum.

Phœnicum

A Phœnicum autem teſtimonio etiam vſus, oſtendit centum quadraginta tribus annis antè à Salomone templum fuiſſe cõditum, quàm à Tyriis Carthago conderetur. Sed quid opus eſt pluribus vti teſtibus, cùm vna voce ab omnibus multò ante Troiana tempora Moſes fuiſſe prædicetur. Sed de illis etiam aliquid dicamus, qui poſt Moſem fuerunt. Poſt eum igitur Ioſue Iudæorum, annis, vt nonnulli aiunt, triginta principatum tenuit: deinde, vt aſſerit ſcriptura, annis octo alienigenæ dominati ſunt: poſtea Othoniel annis quinquaginta. Deinde Eglum rex Moab annis decem & octo: poſt quem Aud annis octoginta: rurſus alienigenæ annis viginti, poſt quos Debora & Barach annis quadraginta, Madianitæ ſeptẽ, Gedeon quadraginta, Abimelech tribus, Thola viginti tribus, Iahir viginti nouem, Amanitæ decem & octo, Iephthe ſex, Esbon ſeptem, Ealo decem, Abdon octo, alienigenæ quadraginta, Samſon viginti, Eli ſacerdos quadraginta, quibus temporibus Troia euerſa eſt.

Iudices Hebræorũ poſt Moſem.

Heleon.

Reges Hebræorum.

B Samuel deinde populum iudicauit, poſt quem Saul regnauit annis quadraginta. Dauid ſimiliter quadraginta, Salomon etiam quadraginta, Roboam decem & ſeptem, Abia tribus, Aſa duodecim, Ioſaphat vigintiquinque, Ioram octo, Ochozias anno vno, Athalia annis ſeptem, Ioas quadraginta, Amaſias viginti nouem, Ozias quinquaginta duobus. Tunc prophetarunt Amos, Ionas, Eſaias: deinde regnauit Ioathan annis decem & ſeptẽ, Achas ſimiliter ſexdecim. Huius temporibus Olympiades cœperunt, primúſque Olympico ſtadio victor Argiuus Corylus fuerat declaratus. Achas autem ſucceſſit Ezechias annis vigintinouem, tunc Roma condita fuit. Deinde Manaſſes annis quinquaginta quinque, Amon duobus, Ioſias triginta vnum, quando prophetarunt Hieremias, Baruch, Olda, aliíque nonnulli. Deinde Ioachas tribus menſibus, Ioachim annis vndecim, ac demùm Sedechias annis duodecim. Vrbe deinde ab Aſſyriis euerſa, templóque cremato, in Babylonem populus abducitur, vbi Daniel, Ezechiel prophetarunt: & poſt annos ſeptuaginta

C Cyrus Perſarum rex regnauit, qui Iudæos libertate donauit: & tunc Ieſus Ioſedech filius, & Zorobabel Salathielis in patria deducti, fundamenta iecerũt, Aggæo, Zacharia, & Malachia prophetantibus: poſt quos non fuit amplius apud Iudæos propheta. Cyri autẽ temporibus, ſeptem Græcorum ſapientes, quibus nullus philoſophus antiquior traditur, floruerunt: quorum Thales Mileſius apud Græcos primus appellatus eſt Phyſicus: [18] quem audiuit Anaximander, ipſe quoque Mileſius, & Anaximandrum Anaximenes Mileſius: 18
& hunc Anaxagoras Clazomenius: quem audiuernnt Pericles, Archelaus & Euripides: de quibus Pericles opibus & potentia inter Athenienſes excelluit. Euripides autem poëticæ arti ſe tradidit, & Scenicus à nonnullis philoſophus appellatus eſt. Archelaus autem primùm apud Lampſacum Anaxagoræ ſcholam ſuſcepit. Deinde Athenas profectus, & multos alios, & Socratem auditores habuit. Anaxagoræ verò temporibus, Xenophanes & Pythagoras fuerunt. Pythagoræ ſucceſſit Theano vxor, ac Telauges, & Mnesarchus filij. Telaugem verò Empedocles audiuit, quando etiam Heraclitus cognomine Scotinus, id eſt Latinè tenebroſus, florebat. Xenophani verò Parmenides ſucceſſit, Parmenidi Meliſſus, Meliſſo Zenon Eleata, quem aiunt, cùm tyrannidem deponere conaretur, linguam dum à tyranno, vt conſcios diceret, torqueretur, [19] dentibus abſciſſam in faciem eius ſpuiſſe. Hunc audiuit Leucippus, Leucippũ Democritus, Democritum Protagoras temporibus Socratis. Omnes igitur philoſophi Græcorum poſt Cyrum Perſarum regem fuiſſe comperiuntur. Cyrus autem ſeptuaginta annis poſt Iudæorum captiuitatem, id eſt, poſt Moſem mille ac centum ferè annis fuiſſe perhibetur: ita neceſſe eſt, vt fatearis philoſophiam Græcorum, ac maximè Platonicam, multò poſteriorem Moſe fuiſſe. Plato enim cùm Socratem primò, deinde Pythagoricos audierit, omnes qui ante ipſum fuerãt, in philoſophia, tum eloquentia, tum prudentia ſuperauit. Floruit autem Plato circa finem regni Perſarum, paulò ante Alexandrum Macedonem, quadraginta annis, vel paululum plus ante Auguſtum Cæſarem. [20] Quare cùm nonnulla ita dixiſſe Platonem oſtenderimus, vt apud Hebræorum ſcriptores inueniuntur, collatione temporum certior eris, non Hebræos à Græcis, ſed Græcos ab Hebræis accepiſſe.

Septẽ Græcorum primi ſapiẽtes

19 (D, E in margin)

20

Scholia in Cap. III.

Moſem vetuſtiorem eſſe philoſophis & ſapientibus Græciæ, ex eo colligit Euſebius, quòd multò ante Troiani belli tempora vixiſſe Moſen, philoſophos autem, poſt Cyri Perſarum monarchæ tempora floruiſſe, plurimi perhibent. Quod autem dicit Euſebius annos 505. à natiuitate Abrahæ vſque

ad Mosem, hoc est, non natum, sed legem promulgantem, intercessisse, verum est sacrísque literis demonstratum. Anno ætatis suæ 75 discessit Abraham ex Haran. posteà ipse Isaac & Iacobus cum suis familijs peregrinati sunt in Cananæa annis 215. Totidem annis fuerunt filij Israel in Aegypto. Quod si hos annos omnes coniungas, habebis 505 annos. Cæteras Eusebij χρονολογίας ad amussim Hebrææ exigendas puto, vt verior certiórque sit supputatio annorum mundi. Vide historiam in Genesi & Exodo, Act. 7. Gal. 3.

1 Putet aut dubitet vtri ab vtris quid acceperint. Vtrum antiquiores à posterioribus, Hebræi à Græcis, Barbari à philosophis, quorum ne nomen quidem audiuerunt: an quod verisimilius est, posteriores ab antiquioribus & Græci curiosi rerum gentilium ab Hebræis assumpsisse videantur.

2 Fuerunt enim eruditi viri, & scientia nulli secundi, & in rebus diuinis non obiter versati.

3 Sicut prophetauit Hieremias. Nabuchodonosoris meminit Berosus Babylonius. Postea, Cyrus regnauit.

4 Itaque historiæ consentiunt in Cyri regno & fine captiuitatis, & secundum Olympiades etiam sic nobiscum inuenientur consentire.

5 Hæc Africanus. Transeamus autem nos ad alia: ostendamúsque nostram philosophiam Græca esse antiquiorem. Termini autem nobis erunt Moses & Homerus. Nam cùm vterque ipsorum antiquissimus sit, hic quidem poëtarum & historicorum, ille verò omnis barbaræ sapientiæ, a nobis ad collationem sumantur.

6 Alij etiam inferiorem tempore faciunt, dicentes Homerum Archilocho æqualem fuisse.

7 Qui tempore Alexandri fuit: & Antiocho post Seleucum tertio Chaldæorum historiam tribus libris scripsit, ponit cuiusdam Nabuchodonozoris nomen qui contra Phœnices bellum gessit & Iudæos, quæ omnia à Prophetis prædicta fuerunt, & Mose multò fuerunt posteriora.

8 Argiuorum reges hi fuerunt, Inachus, Phoroneus, Apis, Argeus, Criasus, Phorbas, Triopas, Crotopus, Sthenelaus, Danaus, Lynceus, Abas, Prœtus, Acrisius, Perseus, Erystheus, Atreus, Thyestes, Agamemnon. C

9 Et oportet seniori ætati magis credere, quàm Græcis, qui à fonte hauserunt, sed non secundum scientiam, ipsius dogmata.

10 Hæc Tatianus apud Barbaros philosophatus scripsit, natus quidem in Assyriorum terra, institutus autem in græcis disciplinis.

11 His autem per quadraginta generationes recentiora sunt Attica à Cecrope. Nouem autem Arcadica à Pelasgo. His recentiora sunt adhuc duabus Phthiotica à Deucalione.

12 Primus Argialeus, deinde Europus, deinde Telchinus & Cretus in Creta.

13 Hesiodi versus sunt:

> Ioui autem Atlantias Maia, peperit celebrem Mercurium
> Nuncium deorum, sacrum lectum ascendens. D
> Cadmea autem Semele peperit clarumfilium
> Mixta in amore, Bacchum gaudentem.

14 Latonem enim duxit Iouis vxorem.

15 Ascribam autem ipsius verba, tanquam ipsum testem adducens.

16 Post hæc Thebaidis & aliorum Aegypti regum ait fuisse ortam seditionem contra pastores & bellum exortum magnum & diuturnum. Sub rege autem cui nomen fuerat Misphragathosis, victos ait pastores & Aegypto expulsos, conclusos fuisse in locum, arua continentem decem millia nomine Auaris.

17 Post hæc seriem regum Aegyptiacorum, à tempore quo singuli inceperunt, numerans, recenset.

18 Déque conuersione Solis, & eclipsi, & illuminatione Lunæ disseruit: fuitque vir apud Græcos clarissimus. E

19 Contemnentem tyranni pœnas.

20 Ante Cæsarem Augustum circiter annos quadringentos.

IN

A

IN LIBRVM VNDECIMVM EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica, Argumentum.

DISPOSITIO libri vndecimi de Euangelica Præparatione, hæc est. Cùm duo sint, secundum Philosophos, præstantissima doctrinarum genera, vnum diuinarum rerum, quod Græci θεολογίαν *vocant, alterum humanarum rerum, quod* φιλοσοφίαν *appellare solemus: & testibus iisdem Philosophis, Pla-*
B *to in vtroque ad miraculum vsque eruditus fuerit: si quis Christianus demonstret Platonem suam Philosophiam & Theologiam ab Hebræis accepisse, & Sacris Hebræorum literis, in præcipuis doctrinæ suæ capitibus subscribere. Is certè solidè calumniis Ethnicorum respondisse censeri potest. Atqui vtrumque verum esse probari potest, & Platonicam doctrinam Hebræis acceptam esse referendam, & magnum esse consensum doctrinæ Hebræorum & Platonis. Quare iniustè & falsò obiiciunt Ethnici Christianis, eos Barbarorum deliramenta, relicta Græcorum Philosophia, amplexos esse. Minus lemma probat Eusebius, primum de singulis totius Philosophiæ partibus,*
C *posteà de præcipuis locis sacræ Hebræorum doctrinæ agens, Platonem sua Hebræis debere, & cum eisdem consentire ostendit. Hæc lib. 11. summa est. Cætera in scholiis notauimus.*

PRÆFATIO.

QVOD aliud principium facientes, iam aggrediemur, ostendemúsque sapientes Græcorum Iudaicam fuisse imitatos doctrinam, vt nullus non accusare iurè possit, si quos ipsi non rectè intelligentes, imitati sunt, eos nos Saluatoris nostri doctrina & gratia rectiùs iam intelli- 1
D gentes, & admiramur, & sequimur. Hoc enim facto, nihil magni à Græcis compertum præter eloquentiam comprobabitur. Omnia verò à Iudæis atque Barbaris furatos commodiùs dixisse, nullus admirabitur, qui & eloquentes & fures fuisse non ignoret. Quod in superioribus non auctoritate nostra, sed suo ipsorum testimonio[2] confirmauimus. Non autem in omnibus, sed in principalibus: neque omnes (longum enim id esset) sed principem omnium Platonem id fecisse confirmabimus: facilè námque vnusquisque posteà per seipsum considerare poterit, si à Platone cæteri ferè omnes Græcorum philosophi acceperunt, & Plato ab Hebræis: fundamenta
E omnis bonæ philosophiæ, à Iudæis Græcos accepisse. Verùm, quoniam apud ipsum nonnulla obscuriora sunt, expositorum eius testimonia etiam non recusabo. Illud verò ante omnia dictum sit, nonnulla Platonem non conuertisse, sed peruertisse: quod non accusandi illius sed excusationis nostræ causa dicimus, vt non iniuria cæteris contemptis, Iudaicam amplecti scripturam videamur.

Plato quædam in sacris literis peruertit.

Scholia in præfationem Libri XI.

IN præcedenti libro, multis veterum Philosophorum & Theologorum testimoniis, Eusebius probauit, Artes liberales & qualemcunque vnius Dei notitiã Græcos ab Hebræis & Barbaris accepisse, non contrà, & Hebræorum Prophetas vetustatis quoque commendatione, præ Philosophis & Græciæ sapientibus excelluisse. Ita nihil reliquum facit Græcis, præterquã μόνην τὴν ἐν λόγοις δεινότητα καὶ εὐγλωττίαν, *vt Eusebij verbis vtar. Nunc in hoc vndecimo libro Platonem, quem Philosophi diuinum appellare solent, introducit, & ostendit magnam & optimam partem Philosophiæ suæ Platonem ab Hebræis accepisse: eundem multa peruertisse in sacra Hebræorum scriptura, ac magna esse consensionem Hebræorum Theologiæ & Philosophiæ Platonicæ. Quàm euidenter hæc tria, ac in primis tertium, demonstrauerit Eusebius, æqui Lectores libro perfecto, facilè deprehendent.*

1 *Græca ab initio sic sonant: Superior liber, qui decimus tomus est Euangelicæ præparationis, non meis vocibus, sed alieno vsus testimonio cõprobauit non esse vero dißimile Græcos nihil à se sapientiæ habere præter solam in dicendo vim & eloquentiam: sed omnia è Barbaris esse furatos.*

2 Confirmauimus.] *Hic autem præsens liber, tanquam debitum, promissam pollicitationem præstabit & in quibusdam, non in omnibus, dogmaticorum theorematum cum Hebræorum oraculis consonantiam apud Græcos philosophos docebit.*

De tripartita philosophiæ diuisione secundum Platonem. Cap. I.

OMnem philosophiam Plato in tres partes, Physicam, Ethicam, Logicam, partitus est. Physicam deinde in sensibilium doctrinam, & incorporalium speculationem suppartitur:[1] quam diuisionem etiam apud Iudæos multò ante Platonem factam esse inuenies. Sed primò quæ Platoni placuerunt, ab Attico præclaro Platonico sumã ex eo libro quem aduersus eos conscripsit, qui Aristotelicam habentes scientiam, Platonicam profiteri non C audent. Cùm igitur tripartitò, inquit, vera perfectáque philosophia diuidatur, in moralem scilicet, & naturalem, & logicam: cúmque prima pars & singulos hominum probos constituat, & domos integras ad rectam gubernationem reducat, ac populos denique diuersis regendi modis construat: secunda ad diuinarum rerum cognitionem perducat: ipsarum dico, quæ primæ sunt causarum altissimarum, & aliorum omnium, quæ inde duce natura emanant: cúmque ad harum duarum partium inuentionem atque cognitionẽ tertia pars accedat, manifestum omnibus est, Platonẽ primùm maximè omnes has philosophiæ partes vsque ad ætatem suam, sicut membra Penthei disiectas atque confusas in vnum corpus, atque animal integrum reduxisse. Thales enim Anaximenes, atque Anaxagoras de naturalibus solùm rebus considerarunt. Pittacus verò, Periander, Solon, Lycurgus, cæterique istis similes, de gubernandis hominum cœtibus solummodò conscripserunt. Zeno autem & omnis Eleatica disciplina, Logicæ solummodò studuerunt. Plato deinde post hos omnes natus, vt natura præstãs, & verè diuinitùs missus, nullam partẽ philosophiæ imperfectam reliquit, sed omnes diligenter complexus, nec in necessariis defuit, nec ad inutilia delapsus est. Verùm quoniam singulas philosophiæ has partes, Physicam scilicet, Ethicam, atque Logicam Platonem diximus perfecisse, agè nunc ita esse, vt diximus, cõprobemus: Hæc Atticus. Quibus attestatur Aristoteles peripateticus in septimo eorũ libro, quos de Physiologia edidit, his verbis: Plato propriè atque perfectè præ cæteris omnibus philosopatus est: nam Thalem secuti, naturales solummodò fuerunt, Pythagorici verò cuncta celabant: Xenophanes, quíque ab eo profecti sunt, ita contentiosas mouerunt rationes, vt confusionem potius quàm auxilium philosophantibus attulerint: Socrates, vt Plato scripsit, & prouerbio dicitur, ignem igni addebat. Cùm enim natura ingeniosissimus esset, & de omni re dubitare peritus, morales & ciuiles considerationes in- E duxit, & de Iudæis primùm dicere aggressus est. Omnes autem alij partes philosophiæ tractarunt: quidam medicinam, nonnulli mathematicas disciplinas, alij musicam & poëticam: complures autem orationis vim admirati sunt, quorum alij se rhetores, alij dialecticos profitebantur. Socratis verò successores varij atque contrarij sibiipsis fuerunt: alij enim humilitatem, & turbationum sedationem laudabant, alij voluptatem secuti sunt: ac nonnulli quidem omnium scientiam sibi arrogabant: nonnulli nihil se scire profitebantur: & alij vel cum infimis conuersabantur: alij econtrà difficiles & soli secum viuebant. Plato autem primus & rectè intellexit, atque diuisit: dixítque primum esse de natura vniuersi negocium, alterum de hominibus, tertium de oratione: putauítque non posse nos res humanas perspicere, nisi priùs diuinas intellexerimus. Nam quemadmodum medici, cùm membra

A membra quædam corporis curare velint, ad totum priùs se corpus conuertunt: sic qui velit res humanas perspicere, naturam vniuersorum priùs considerare debet (pars enim vniuersi homo est.) Bonum etiam duplex esse dicebat: alterum nostri, alterum vniuersi. Principalius autem esse bonum vniuersi, ab illo enim hoc profluere, quam rationem Aristoxenes musicus ab Indis emanasse contendit. Indum enim quendam ait Athenas petiisse, Socratique colloquentem ab eo quæsiuisse, quomodo & quid faciendo philosophus esset. Cúmque Socrates respondisset, Si quomodo viuendum sit homini consideres, risisse Indum, atque dixisse, neminem posse rectè humanas res intelligere, qui diuinas ignoret. Vniuersam igitur philosophiam Plato in physicam, ciuilem, & logicam partitus est. Hæc Aristoteles.

Scholia in Cap. I.

B *VT quænam sit Philosophiæ Platonicæ & doctrinæ Hebræorum consensio, constet omnibus, Eusebius initiò, diuisionis Philosophiæ cuius auctor Plato fuit, mentionem facit, ac deinde subiicit narrationem de studiis Philosophorum, quorum alij moralem, alij logicam, alij naturalem Philosophiã, excoluerunt. Vtrumque probat & illustrat Attici Platonici Philosophi & Aristotelis testimonio. Platonica diuisio totius philosophiæ, hæc est.*

C *Vniuersa Philosophia diuiditur in*
- *Logicen quæ diuidenda est in*
  - *Grammaticen.*
  - *Dialecticen.*
  - *Rhetoricen.*
- *Ethicen quæ diuiditur in*
  - *Eam, quæ singulorum hominum vitam, sermonem, occupationes & consilia, moderatur & format.*
  - *Oeconomicen, quæ de officio totius honestæ familiæ agit.*
  - *Politicen, quæ cœtus hominum gubernat.*
- *Physicen, quã partitus est Plato*
  - 1 εἰς τὴν τῶν αἰσθητῶν θεωρίαν
  - 2 εἰς τὴν τῶν ἀσωμάτων κατανόησιν.
  - *Seu vt loquitur Atticus:* τοῦ δευτέρου δὲ πρὸς τὴν περὶ τῶν θείων γνῶσιν διήκοντος, αὐτῶν τε τῶν πρώτων, καὶ τῶν αἰτίων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ἐκ τούτων γίνεται, ἃ δὴ περὶ φύσεως ἱστορίαν ὁ Πλάτων ὠνόμαζεν.

D 1 *Græca sic sonant: Quam diuisionem tripartitam apud Hebræos quoque inuenies: apud quos eadem philosophata sunt, priusquàm Plato natus esset.*

De morali Hebræorum philosophia. Cap. II.

HAnc tripartitam partitionem si diligenter attenderis, multò ante Platonem Hebræos perspexisse non ignorabis. In primis enim moralem partem summo studio, réque magis quàm verbis, amplexos fuisse Iudæos constat. Finem enim bonorum beatæque terminum vitæ pietatem[1] erga Deum arbitrantur: quem quidem finem præceptis Dei conseruandis, non voluptate corporum secundum Epicurum consequi putabant: neque tripartita secundum Aristotelem bona, corporis scilicet, animæ, & exteriora æquali lance pensabant: nec ignorantiam omnium rerum, quam nonnulli honestiore vocabulo retinentiam appellarunt, multi fecerunt: nec denique in ipsa animi virtute finem posuerunt. ἐποχὴν

E Quid enim ipsa sine diuina gratia, & absque pietate ad quietam vitam conferre potest? propter quam à spe, quam in Deo habebant, quasi à fine dependentes, Deo gratos solummodò beatos opinati sunt. Quia profectò cùm omnium bonorum largitor Deus, vitæ fons, & virtutis origo sit, solus ad beatam vitam eis sufficit, qui vera pietate ad ipsum tendunt. Vnde sapientissimus ille Moses, qui primus omnium hominum vetustissimorum vitas Hebræorum conscripsit, ciuilem atque actiuum viuendi modum narratione historica docuit. Quam quidem doctrinam ab vniuersalioribus ita instituit, vt Deum causam auctorémque omnium, quasi fundamẽtum iniecerit, & mundi atque hominis ortum præ oculis posuerit. Deinde ab vniuersalioribus ad particularia descendens, ex priscorum virorum vita ad imitationem virtutis ac pietatis eorum lectorem hortatur. Præterea cùm legum etiam auctor summa cum pietate fuerit: certè patet quàm magnum studium ad

Moses qua Methodo vsus in Morali philosophia tradenda.

corrigendum hominum mores habuerit. Longum esset, si prophetarum quoque, qui post Mosem fuerunt, vel exhortationes ad virtutem, vel dehortationes à vitiis recensere vellemus. Quid autē si sapientissimi Salomonis Ethicam vellem modò doctrinam traducere? Nam inter alia librum quoque edidit, quem Parabolarum seu Prouerbiorum, propter sententiarum breuitatem appellauit. Sed moralem quidem disciplinam, vel antequàm prima elementa literarum Græci cognoscerent, sic absolutè perfectéque re potius, quàm verbis Iudæi retinebant.

Scholia in Cap. II.

QVod priùs καθολικῶς dixerat Eusebius, de Philosophiæ Platonicæ & Hebræorum consensione, id iam κατά τι ita se habere demonstrat. Agit autem in hoc capite de Philosophia, quam Hebræi professi sunt, eam magnificè commendat, propter has causas. 1. Quia τ' ἀγαθὸν, id est hominis bonum præcipuum, in vera erga Deum pietate & amicitia coniunctioneque cum ipso, non autem in bonis animi, corporis aut fortunæ, neque in voluptate secundum Epicurum, neque in virtute animi, nec denique in Academica epoche (quam rectè Eusebius noster vocat, ἐσχάτην ἄγνοιάν τε καὶ ἀμαθίαν) statuit. 2. Quia non verbis tantùm, sed præcipuè factis totáque vita, expressa & tradita fuit hæc pars Philosophiæ apud Hebræos, non verborum lenocinio in vmbra tantùm Academiæ comprobata vt apud Ethnicos. 3. Quia vetustissima est, & priùs apud Hebræos vsu comprobata, quàm Græci prima literarum elementa didicissent. Quia optima Methodo ab Hebræis tradita est. Moses enim serie historica vtitur, & vt ait noster Eusebius, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν καθόλου, τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο, θεὸν τῶν ὅλων αἴτιον ὑποστησάμενος, κοσμογονίαν τε ἀνθρωπογονίαν ὑπογράψας. εἶθ' οὕτως ἀπὸ τῶν καθόλου ἤδη τὰ κατὰ μέρος προελθὼν τῷ λόγῳ, καὶ διὰ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν μνήμης, εἰς τὸν τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τε καὶ θεοσεβείας ζῆλον τοὺς φοιτητὰς παρορμήσας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐθέντης νόμων εὐσεβῶν, &c. Ergo legibus & exemplis descripsit & illustrauit Moses hanc Philosophiæ partem. Prophetæ sermonibus grauissimis ad virtutis amorem studiúmque exhortati sunt suos auditores, & à vitiis absterruerunt. Salomon, γνώμας ἀποφθέγμασιν ἐοικυίας, de Ethica doctrina conscripsit. In hac tradendi docendíque ratione, quid tandem desiderare homo prudens posset?

1 Pietatem.] *Et per morum emendationem erga Deum amicitiam.*

De rationali Iudæorum philosophia. Cap. III.

RAtionalem verò partem, non vt Græci cauillationibus & ficta oratione discebant, sed ipsius veritatis recta perceptione: quam quidem veritatem diuinitùs illuminati adinuenerunt. Hac rationali doctrina ab ineunte ætate sacrarum rerum & vtilissimarū narratione historiarum, cantuum epodarúmque exercitio, compositione ænigmatum quoque, & speculationis allegoricæ diserta elegantíque oratione suos erudiebant. Erant enim legum sacrarum ac ænigmatum apud eos expositores, quos Deuterotas solebant nuncupa-
1 re.[1] Vnde sapiens quoque Salomon in Parabolarum initio, quasi causam libri hanc esse dicit. *Prouerb. 1.* Vt scirent sapientiam & disciplinam, intelligeréntque verba prudentiæ, ac susciperent eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem: vt detur paruulis astutia, & adolescentibus intellectus. Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam, & obscura verba, dicta sapientiæ, tum etiam ænigmata eorum. Ita negocium logicæ accommodatissimè ad sapientiam, linguámque suam in omnibus prophetarum libris, si libros diligenter legeris profectò inuenies. Quòd si quis linguæ suæ peritiam habebit, eloquentissimos certè multos eorum oratores fuisse putabit. Sunt enim etiam apud eos artificiosissima carmina, vt Mosi cantus ille magnus, & 118. Psalmus Dauid heroico metro, quod hexametrum dicitur, componuntur. *Psal. 118. heroico carmine compositus.* Sunt alia quoque trimetra, & tetrametra: sed quæ ad dictionem pertinent elegantissimè, grauissimè, iucundissiméque composita sunt. Quæ verò ad sensum, nulli hominum scriptura comparanda. Dei enim ipsiúsque veritatis verba per eos prolata sunt, quibus pia doctrina, rerum cognitio, & salutaria dogmata continentur. Argumentum autem exquisitæ illorum doctrinæ ab impositione nominum capi potest: cuius rei Plato Hebræis testimonium præbuit. Nam cùm Moses primus multo antequàm philosophiæ nomen Græci cognoscerent, innumerabilia de impositione nominum dixerit: vnde aut natura duce, aut Dei iudicio nomina esse imposita ostendit. Plato quoque non impositione nuda, sed natura duce commodè rebus imposita esse nomina docet: ídque Barbarorum auctoritate confirmasse videtur, Hebræos meo quidem iudicio significans. Non enim apud alios fa-
2 cilè talem obseruationem inueneris. Sic igitur in Cratylo[2] scribit: Non est illud nomen quod

A quod aliqui (quoniam ita velint) rei cuipiam indiderint. Sed rerum quædam conditio natura duce apud Græcos & Barbaros nominibus præmittitur. Et progressus aliquantulum, ergo ita dignum est, inquit, legis quoque latorem rationalis partis ac nominum impositionis scientiam habere. Lignarij certè fabri officium est, clauum commodè, vt gubernator iubet fabricari: aliter enim clauus inutilis erit. Legislator autem nomen ita est inquam. Non ergo vile quidem est ô Hermogenes recta nominis impositio, sed doctissimorum atque præstantissimorum virorum. Tum Cratylus, Rectè ais, inquit, duce natura nomina rebus accommodata putans: nec quemuis hoc facere posse, sed illum solummodò, qui ad naturam rei respiciens potest ad eam nomina accommodare. Et post multa: Intelligo, inquit, plurima Græcos à Barbaris sumpsisse: quæ si quis, quasi Græca lingua essent deducta, interpretari velit, nunquam rebus poterit adaptare. Hæc Plato.

Plato Hebræos Barbaros vocat.

B *Scholia in Cap. III.*

E*Am quoque Philosophiæ partem, quam Græci* λογικὴν *appellant, non fuisse ignotam Hebræis, siue quis in ea* τὴν λέξιν, *siue* τὴν διάνοιαν, *spectet, Eusebius noster in hoc capite probat. Fuisse enim apud Hebræos in frequenti vsu historias, ænigmata, odas, epodas, quæstiones, responsiones, & singulare studium* περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος, *lectio Propheticorum librorum, & Platonis testimonium satis ostendunt. Atqui hæc omnia, & multa alia Logices propria sunt: non igitur imperiti Logices Hebræi fuerunt.*

1 Deuterotas.] *Sic enim placet appellare expositores scripturarum apud illos: qui quæ per ænigmata inumbrata sunt, etsi non omnibus, tamen illis qui apti essent auditores, per interpretationes exponebant, & declarabant.*

C 2 Cratylo.] *Verba Platonis ita habent: Non esse id Nomen, quod aliqui consensu imposuerint, suæ sermonis particulam adiicientes: sed quandam rectitudinem nominum esse, & Græcis & Barbaris eadem. Et paulò pòst inquit. Sic cogitabis nomenclatorem nostrum & barbarum, vt speciem nominis cuilibet conuenientem imponat in quibuscunque syllabis, non peiorem nomenclatorem esse eum qui hîc sit, quàm qui è cælo aliunde. Deinde rursus peritum rectitudinis nominum, appellans Dialecticum & nomenclatorem, sic ait: Lignarij certè fabri.*

De commodissima nominum apud Hebræos impositione. Cap. IIII.

NVnc autem considera, quomodo quæ ipse verbo docuit, multo ante Moses veluti sapientissimus ac eloquentissimus re ipsa præstitit. Et *formauit*, inquit, *Deus de humo omnes feras agri, & omnia volatilia cœli, & adduxit ipsa ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Omne*
D *enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius.* Cum enim dicat, ipsum est nomen eius, nihil aliud certe vult dicere, nisi conuenienter ad naturam rei nomen inditum fuisse. Quod enim vocatum est, inquit, hoc est in ipsa natura. Nam & nomen ipsum Adam terrigenam, aut terrenum potest significare. Adam enim apud Hebræos humus dicitur, quamuis per translationem rubram corporeámque naturam significet: ita terrigenam atque terrenum aut corporalem hominem hac appellatione signauit. Sed hominem Enos quoque appellant: quo vocabulo non terrenam, sed rationalem naturam significant. [1] Proprie autem si verbum de verbo Latinè exprimas, obliuiscentem Enos denotare videtur, qualis certè natura rationalis corpori alligata efficitur. Quod enim verè incorporeum, diuinum, rationaléque est, non solùm transacto recordatur, sed futurorum propter sublimitatem speculationis habet cognitionem. Quod autem carni coniunctum est, quódque magno corporis pondere premitur, igno-
E rantia obliuionéque inuolutum rectè Iudæorum sermo Enos, id est obliuiscentem appellauit. Ita enim iacet apud quendam prophetam: *Quid est Enos, quòd memor es eius? aut filius Adam, quòd visitas eum?* quasi dicat, quid est iste homo? iste dicam obliuiscens, quòd tu, qui es Deus, memor es eius, quamuis obliuiscens sit, aut filius Adam, id est terreni hominis. Ita carnalis homo, Adam nomine: rationalis verò Enos appellatione significatur. Sic Hebræorum sermo exquisitissimè nomina deducit. Plato autem hominem, hoc est Anthropon Græcè, à verbo ἀναθρεῖν, id est videre, atque cogitare dici opinatur: [2] vt sit Anthropos, qui recogitat quæ vidit. Rursum Hebræi virũ Isch vocant: quodquidẽ vocabulum ab Esch, quod ignem significat, deducitur, vt natura virilis ignea & calida verbo exprimatur. Fœmina verò quoniã à viro sumpta Ischa. Rursus Moses Hebraica lingua cœlum firmamentũ appellauit: primum enim post incorporalẽ intellectualẽque substãtiam

De nominũ impositione.
Adam.
Enos. 1
Psal. 8.
2
איש
יהוה
אשה

firmum ſenſibiléque corpus eſt. Nomen autem Dei propriè ineffabile dicunt eſſe, nec ipſa mente hominis comprehenſibile. Quod verò nos Deum dicimus, Elohim vocant: apud eos robur & potentiam ſignificat: vt ſit nomen Dei, quaſi omnipotens. Plato verò deus, id eſt Græcè θεὸς à θέειν, quod eſt currere dici opinatur: ſtellas enim quæ ſemper mouentur, deos appellabant. Clarorum quoque hominum appellationes non fruſtra eſſe poſitas, Pla-
3 to contendit. Ita Hectora ab ἔχειν, quod ſolus Troiam ſuſtinebat: [3] Agamemnona, quia valdè μένειν, hoc eſt, perſeueranter, conſtantérque in rebus permanſit, appellatos contendit: Oreſtem, quia montanus atque ſylueſter: immanis enim moribus fuit, cæteráque ſimiliter accommodare conatur. Nemo autem ita violentia Moſaica dicere audebit, ſic didicerit, Cain apud Hebræos inuidiam dici (arſit enim certè ille inuidia fratris), Abel Latinè luctum dicere poſſumus: nam quia primus omnium parentibus luctum intulit, hoc nomine ab eis diuina quadam prouidentia fuit appellatus. Quid de Abraham dicam? qui cùm cœleſtium corporum ſcientia maximè præſtaret, Abram, id eſt Latinè pater ſuperiorum corporum vocabatur: cùm Deus ab his, quæ videntur ad inuiſibilia protrahens, Non vocaberis, inquit, Abram, ſed Abraham erit nomen tuum, quia multarum te gẽtium patrem poſui. Sed longius modò eſſet, extráque propoſitum, diligentiùs hæc percenſere. Platonis autem teſtimonium non negligamus, aſſerentis nonnulla nominum diuina quadam poſita virtute eſſe: Magno, inquit, ſtudio in ponendis nominibus vigilandum eſt, quamuis nonnulla eorum diuiniore quadam, quam hominum virtute indita eſſe videantur. Verùm quod ipſe paucis verbis dixit, id Hebræorum ſcriptura, ac primus omnium Moſes ipſius Abraham, Iſaac & Iſraël, nominibus reipſa diuinitùs factitatum edocuit. Riſus enim Iſaac interpretatur, ineffabilis ſcilicet gaudij, quod piis daturum ſe Deus pollicitus eſt, ſymbolum gerens. Huius quidem filius Iacob, Iſraël à Deo appellatus eſt, ab actiua vita ad contemplatiuam videlicet tranſlatus. Supplantator enim Iacob interpretatur, quaſi virtutis certamina peragens, atque percurrens. Iſraël verò videns Deum dicitur, qualis certè contemplatiui hominis mens atque intellectus eſt. Non eſt enim opus longiorem eſſe, omnia percurrẽtem. Cuncta enim apud eos nomina ad vnguem rebus accommodata ſunt, vſque ad ipſa prima literarum elementa: quorum quidem nomina quid Græcè velint, nec ipſe Plato adinuenire vnquam poterit, cùm Iudæorum etiam pueri, ſi fortè interrogarentur quid Alpha, quod ipſi Aleph dicunt, ſignificat, confeſtim diſciplinam reſpondebunt. Beta verò, quod ipſi Beth vocant, domũ: vt ſenſus ſit, domus diſciplina: ac ſi quis diceret, diſciplina atque doctrina quædam œconomiæ ac diſpenſationis. In cæteris quoque omnibus hoc ipſum inuenies: vt in ſuperioribus latiùs dictũ eſt. Quatuor quoque vocales ad vnum collatæ, ineffabile atque arcanum Dei nomen illis vocabulis cõtineri vulgò apud eos fertur: quod Græcorum etiam aliquis ab Hebræis ſcilicet doctus, his carminibus ſignificauit:

Iacob qui Iſraël dictus eſt.

Nominis tetragrãmaton literæ vocales.

Inuictum magnúmque Deum nil melis habentem
Corporeæ, cunctorum hominum, rerúmque parentem,
Dulciſona extollunt ſeptem me carmina vocum,
Ex ſeptémque meum conſtat vocalibus ipſum
Compoſitum, miro ſignorum fœdere nomen.
Aſt æterna chelys, ego ſum, quæ montibus acta
4 *Cœlorum dulci reſono modulamine cantus.* [4].

Quid plura? ipſum quoque gentis nomen à nomine Heber deductũ eſt, quod tranſitum & tranſeuntem lingua eorum ſignificat. Ita ipſa gentis appellatione à terrenis ad cœleſtia tranſire, & à viſibilibus iſtis ad inuiſibilia, cognitionémque creatoris migrare admonentur: vnde priſcos illos, qui creatori Deo vera inhærebant pietate, Hebræos appellarunt. Quid oportet plura congerentem immorari, cùm apud eos exquiſitiſſimè accommodatiſſiméque rebus nomina impoſita ſint? Qua ex re maximè ſummam rationalis partis doctrinam habuiſſe demonſtratur, cùm etiam ſecundum Platonem, non cuiuſuis, ſed ſapientis ſumméque dialectici viri ſit, rerum naturæ aptè nomen accommodare. Sequitur nunc, vt quomodo in phyſicis ſentiebant Hebræi, oſtendamus.

Scholia in Cap. IIII.

QVod Plato proprium eſſe σοφοῦ καὶ διαλεκτικοῦ νομοθέτου, affirmat, recta nimirum & naturæ rerum ſingularum congruentia nomina rebus imponere, id Hebræis familiare, & in vſu crebro fuiſſe, demonſtrat Euſebius. Etymologias nominũ propriorum, quas ex aliis Euſebius hauſiſſe videtur,

Hebrææ

A *Hebrææ linguæ peritis diiudicandas relinquo. Allegorias, quas nonnullis nominibus aspersit, magis esse ingeniosas quàm certas, nemo non videt. Quibus enim rationibus probabit aliquis, Adamum ideo sic dictum quia* τὸν σωματικὸν καὶ σάρκινον ἄνθρωπον *significat. Enos autem, quia* τὸν ἐν ἡμῖν λογικὸν, ἕτερον ὄντα τὴν φύσιν τοῦ χοώδους ἀδὰμ, *repræsentat? Verùm nihil est periculi in istis allegoriis, si quis eas sobriè tractet.*

1 Rationalem.] *Enos aiunt esse nostram rationem: ita vt ille alia natura sit, quàm terrenus Adam.*

2 Opinatur.] *Decens, Homo simul videt & considerat & intelligit, id quod vidit, vt sit* ἄνθρωπος *quasi* ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε.

3 Sustinebat.] *Quia Rex fuerit Troianorum, ait Plato.*

4 Cantus.] *Inuenies autem & reliquarum literarum Hebraicarum significationes, si eos quæres. Id quod iam in prædictis ostendimus, cùm demonstraremus Græcos in omnibus à barbaris fuisse ipru-* B *tos. Multam autem nominum rectitudinem aliquis deprehendet in Hebraica lingua, si quis eam operam sumere velit.*

De Physica parte secundum Hebræos. Cap. V.

HÆc igitur pars etiam apud eos intellectualium, incorporaliúmque rerum contemplationem, & sensibilium physiologiam diuersa rectè à prophetis non coniectura, nec mortalium aliquo, sed sancti spiritus gratia docente habebatur. Mirum enim in modum, cùm opus sit nonnulla physica in libris suis scripsisse, ipsos videmus, hinc multa illis futura prædicta, multa de vniuersi constitutione, multa de animalium natura, multa de plantis naturaliter expressa. Moses autem an vestiendo pontifice, lapidibus, quorum scilicet virtutes optimè perceperat, non absque causa vtitur. Salomon etiam summus physiologus fuisse à scriptura perhibetur. *Locutus est enim Salomon, inquit tria millia parabolas: fuerúntque* 1. Reg. 4.
C *odæ ipsius quinque millia: locutúsque est de lignis a Cedro quæ est in Libano, vsque ad Hysopum, quæ à muris progreditur, & locutus est de pecoribus, & volatilibus cœli, & serpentibus & piscibus: & confluebant vniuersi audire sapientiam Salomonis.* Hac ratione commotus, qui librum Sapientiæ personæ suæ inscripsit: *Ipse enim mihi dedit horum quæ sunt scientiam,* ait, *veram: vt sciam dispositionem orbis terrarum, virtutem elementorum, initium, finem, & medietatem temporum, ipsorúmque temporum permutationes atque vicissitudines, stellarum cursus, anni volationes, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias plantarum & virtutes radicum, & quæcunque sunt abscondita, inuisibilia cognoui: omnium enim artifex Sapientia docuit me.* Idem rursus fluentem corporum substantiam ostendens in Ecclesiaste ait: *Vanitas va-* Eccle. 1.
nitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Et subiicit: *Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil nouum sub sole.* Cæteros quoque si diligenter percurras, non expertes natura-
D lis doctrinæ comperies nec de plantis, omniúmque animantium natura solummodò, verum etiam de cœlo, ac stellis magnam peritiam habuerunt. Non enim paruam in libris eorum inuentionem de Vrsa & Pleiade, de Orione atque Arcturo, quem Græci Booten appellant, fieri videmus. Ad hæc de origine mundi, de omni mutatione, alterationéque rerum, de animæ substantia, de rationalium omnium natura, de visibili atque inuisibili creatura, de vniuersali prouidentia, ac præcipuè prima rerum omnium causa, de cæterísque omnibus, quæ sola mentis inspectione comprehenduntur, ita tractarunt, vt si Græci voluissent, ac potuissent, tanquam iuniores vetustissimam eorum doctrinam in omnibus sequi nulla profectò in re fundamentis eorum iactis errassent. Sed physiologiam duplicem esse, vt diximus, non ignorantes, eam quidem partem quæ de sensibilibus est, non omnino efferendam arbitrabantur, præter necessarias quasdam eius partes, vt puta non casu fa-
E ctum esse vniuersum, nec temerè circumferri, sed Deo auctore, virtutésque illius ineffabili gubernari.

Scholia in Cap. V.

HEbræos eam philosophiæ partem quæ naturam, causas & effectus rerum inuestigat & tradit, cognitam perspectámque habuisse, in hoc capite probatur. Tres autem capitis huius partes sunt. In prima diuidit Eusebius vniuersam physicen, in τὴν τῶν νοητῶν καὶ ἀσωμάτων ἐποπτείαν *hoc est, eorum quæ intellectu constant, & secreta sunt à concretione mortali, & incorporea sunt contemplatione: & in* τὴν αἰσθητῶν *physiologiam. In secunda ostendit, qui apud Hebræos in rerum naturalium cognitione excelluerint, & multa de iis memoriæ literísque mandauerint, ac in eorum numero Mosen & Salomonem Regem sapientissimum, recenset. In postrema, subiicit indicem locorum physicorum, & quomodo quidam loci à Prophetis illustrati sint, docet. Harum rerum obseruatio iis grata & fructuo-*

sa erit, qui in sacris literis primùm τὰ θεολογικά, quæ fidei, Charitatis & Spei sunt: deinde τὰ φιλοσοφικά, sedulo scrutantur & quærunt.

De intellectuali Hebræorum physiologia Cap. VI.

DE intellectualibus autem quia sunt, & quæ sunt, quo ordine, qua virtute, quo discrimine dissiparentur, quantum scire oporteat ad bene viuendum: piéque sentiendum, per sacratissimam scripturam omnibus qui audire volunt, traditum est. Profundum autem atque occultum rerum istarum sensum in arcanis reliquerunt, vt ij videlicet quærant, qui hæc perspicere atque discere digni sunt. Plato autem in intellectualibus etiam atque in incorporalibus, siue ab illis didicerit, quando in Ægypto fuit, vbi multi Hebræorum Persis regnantibus iterum à patria expulsi, exulabant, siue à seipso intellexerit, siue à Deo talem cognitionem habuerit, Mosem Hebræorúmque poëtas secutus videtur. *Deus enim,* inquit, *ipsis manifestauit, cuius inuisibilia creatione mundi creaturis intellecta conspiciuntur, æternaque ipsius virtus atque diuinitas, vt excusari nō possint.* Quod ita esse, verbis ipsius Platonis probatur: nam cùm ex persona Dei Moses scripserit: *Ego sum qui sum: sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos.* Quibus verbis apertè soli Deo Esse attribuit. Cúmque vt diximus, Salomon futurum esse quod fuit, & faciendum quod factum est: nec nouum aliquid esse sub sole, vnde dupliciter ens partiri videtur. Nam aliud immortale, incorruptibile, stabiléque natura, intellectuale, incorporaléque aliud in fluxu & mutatione semper esse determinat: & vt breuiter colligam, cùm ad vnum cuncta Iudæi principium referant, vnúmque esse absque ortu, quod verè atque propriè appellant ens, corporalium omnium atque incorporalium causam: vide quomodo non solùm sensum, verumetiam verba ipsa Plato expressit: Quid est, inquit, quod semper est, ortum non habens? & quid quod semper fit, est autem nunquam? Illud certè mēte ac ratione percipitur, eodem semper ens modo: hoc verò irrationali sensu comprehenditur, & ortum occidit, veréque & stabiliter nunquam ens est, ita quod à Mose breuiter dicitur, percunctationibus latiùs explicauit. Sibi enim ipsi respondet, dicens mente ac ratione comprehendi. Illud verò Salomonis, quod fuit scilicet, quódque futurum est per ortum & occasum expresè, quibus subiicit. Hæc enim omnia, erat scilicet, ac erit, temporis partes sunt, quæ non rectè ad æternam substantiam transferimus, cui Est solummodò verè accommodatur, Erat autem & Erit, fluentibus solùm verè adaptatur. Nam quod semper eodem se habet modo, cùm incorruptibile sit atque immobile, nec senescit tempore, nec fuisse aut fore verè dicitur, nec aliquid eorum quæ sensibilibus accommodantur, rectè illi adaptatur. Species enim istæ sub tempore sunt, quòd æternitatem circulari ac ordinato motu imitari videntur. Verùm ne quis malè me forsan Platonis verba intelligere suspicetur, à præclaro Pythagoreorum Numenio huius rei probationem assumam, qui sic in secundo volumine de bono scriptum reliquit: Age igitur, inquit, quantum possumus proximè ad ipsum ens accedamus, dicamúsque ipsum ens nec vnquam non fuisse, nec vnquam futurum, sed esse in determinato præsenti tempore solum. Quod quidam præsens sic intellectum, æternitatem appellamus. Præteritum enim tempus præteriit iam, & non est: futurum verò nondum est, sed venturum videtur. Quare si præteritum atque futurum ipsi enti accommodabitur, impossibile quoddam euenit, idem esse videlicet, & non esse. Transiit enim quod fuit, & nondum peruenit, quod futurum est: ipsum autem ens est: erit ergo, & non erit. Ipsum autem ens verè est, nec localiter vnquam mouebitur: nec enim sursum, aut deorsum: nec antè, aut retrò, nec ad dexteram, aut sinistram, nec circa medium mouebitur. Satis ergo ipsi cōuenit, quoniam eodem modo semper se habet. Et post pauca: Dicam, nec me quispiam derideat, incorporeæ rei nomen scire contendentem. Est enim nomen eius essentia, & ens: nec enim factum est, neque corrumpetur, nec motum vllum suscipit. Simplex præterea est atque incommutabile, in vna eadémque simplicissima idæa constitutum, nec voluntate sua, nec alia cogi potest, vt ab identitate sua recedat. Plato quoque in Cratilo ait, similitudine rerum nomina esse imponenda. Sit ergo nomen intellectualis incorporeæ æternæque substantiæ ipsum ens. Hæc maioris cuiusdam inuenta fuisse puto potentiorísque viri quàm Plato fuit, vtputa Pythagoræ. Plato quoque dicit: Quid est quod semper est, & ortum non habet? & quid quod semper fit, est autem nunquam? Illud certè mente ac ratione percipitur, hoc irrationali sensu & æstimatione comprehenditur, factúmque transiit, & verè stabilitérque nunquam ens est. Percunctatus igitur, quid sit ipsum ens, absque origine ipsum esse, respondit: mutatur enim quod oritur: quod autem mutatur, æternum esse non potest: deinde pro-

Rom. 1.

Exod. 3. 4. *Solus Deus propriißimè est, cum à se, & à nullo alio sit.*

Est soli Deo creaturæ verò erat et erit accommodatum.

gressus

A gressus aliquantulum, subiicit: Si ergo ipsum ens æternum atque immutabile est, nec exit vnquam à seipso, sed eodem modo semper se habet, hoc profectò est, quod mente atque ratione percipitur. Corpus autem fluit: cúmque transierit: non est. Quare hoc est, quod sensu atque æstimatione percipitur: vtque Plato dicit, ortum occidit: veréque nunquam ens est. Hæc Numenius. Non iniuria ergo dixisse ipsum fertur: Quis enim alius est Plato, quàm Moses Atticè loquens?

Scholia in Cap. VI.

QVàm fuerint Metaphysices periti veteres Hebræi, facilè est colligere ex eruditissimis, eorundem de Natura diuina, de ente & de iis qui vel intellectu vel sensu percipiuntur, disputationibus solum Deum æternum, propriè esse, cùm à se & à nullo alio sit, initio & fine non circumscribatur, & omnibus aliis creaturis τὸ *fuisse, esse & futuras esse largitus sit, adfirmauerunt Hebræi. Et vt omni-*
B *bus constaret quænam esset ipsorum sententia de iis quæ dicuntur Esse, ea in duos ordines diuiserunt, quorum alter eius est qui incorporeus, æternus,* ἀπερίγραπτος, *immensus, omnipotens est, & intellectu agnitus, pura mente colendus est: alter earum est creaturarum, quæ corporeæ sunt, & sensu percipiuntur. Lubet hæc verbis Platonis paucis perstringere:* τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γινόμενον μὲν ἀεί, ὂν δὲ οὐδέποτε, τὸ μὲν νοήσει μετὰ λόγου περιληπτόν, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ὄν, τὸ δὲ αἰσθήσει ἀλόγῳ δοξαστόν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον. *Hanc eorum quæ sunt diuisionem, Platonis & Numenij Pythagorici philosophi testimoniis astruit & illustrat Eusebius. Pronunciatum verò Salomonis adductum ad doctrinæ huius explicationem, non tantùm de ipsis rebus, sed etiam de earum vsu & abusu, de occupationibus & studiis hominum, dictum videtur.*

De εἶ *verbo Græco, ex Plutarcho. Cap. VII.*

TV autem considera, quomodo & Mosaicæ theologiæ, & aliis etiam verbis, quibus Deus à scriptura dicere introducitur: *Ego sum Dominus Deus vester, & non sum mutatus.* *Psal. 101.*
C Et propheta ille qui dicit: *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Considera igitur, si Plutarchus in libro, in quo sensum εἶ verbi Græci, quod in Delphici templi Propylæis scriptum erat: quódque aut sis, aut es Latinè significare potest, his quæ diximus conuenienter exponat. His verbis non numerum, neque ordinem, nec cõiunctionem aliquam, nec aliquid aliud imperfectum ea dictione significari existimo: sed perfecta quædam ad salutantem Deum mihi responsio videtur, vna cum voce ad diuinæ virtutis memoriam respondentem conuertens. In eodem enim loco scriptum est: Cognosce teipsum: quod Deus ad accedentes salutando conclamat: ac ideo vicissim nos respondentes dicimus εἶ, quod est, es: per quam vocem quasi veram & soli Deo accommodatam salutanti Deo respondemus. Nobis enim verè, esse, accommodari non potest. Natura enim nostra inter
D ortum & mortem consistens, instabilis quædam, & quasi phantastica est: nam si mentem collegeris, ac ipsam comprehendere omnino volueris, quemadmodum aqua manibus hausta, quanto magis premitur, tanto citiùs defluit: sic mutabilia cuncta, quanto magis ratio persequitur, tanto magis amittit. Cùm enim omnia sensibilia in fluxu sint, continuè fiunt, atque corrumpuntur: nec eadem vnquam permanere possunt. Fluuium autem eundem bis intrare secundum Heraclitum impossibile est: quare nec mortalem substantiam, si iterato cõsideres, eandem habitu esse dices: sed mirabili commutationis velocitate modò dissipatur, modò contrahitur: imò verò non recto dixi modo, & modo, cùm simul aliud asciscat, aliud perdat, & aliud habeat ab eo. Ita nunquam ad, esse, peruenire potest: nunquam enim generatio eius stat: sed Embryo à spermate: deinde infans, puer, adolescens, vir, senex, decrepitus: ac quibúslibet primis corruptis ætatibus, ad nouas veniens, tandem omnino moritur. Ridiculo si ergo sumus homines, vnam timentes mortem, qui multoties *In creatura nunquã est solidum esse.*
E iam mortui sumus, & sæpius moriemur. Non enim extinctio ignis, aëris solummodò generatio est, vt Heraclitus dicebat: sed apertius hoc ipsum in nobis quoque videtur. Corrumpitur enim iuuenis in virum, vir in senem, puer in iuuenem, infans in puerum: & qui heri fuit, in eum qui est hodie, quíque hodie est, in crastinum: manet autem nullus idem. Nullus enim est idem: sed in vno momento circa phantasmata circa vnam & communem materiam influentem ac refluentem omni momento commutantur. Quomodo enim si sumus iidem, aliis nunquam antea gaudemus? Alia modò amamus atque odimus, alia laudamus atque vituperamus, aliis verbis vtimur, aliis passionibus mouemur, non eandem figuram, non eandem de rebus sententiam habentes? Non enim possibile est, sine contumatione aliis nunquam anteà commoueri: nec qui aliàs atque aliàs mutatur, idem profectò est. Quòd si idem non est, nec est, sed fluit continua mutatione: sensus autem ignorantia

ipsius entis fallitur, & esse putat quod non est: quid igitur verè ens est? quod æternum est, A quod ortum non habet, quod incorruptibile, quod nullo tempore mutatur. Mobile námque tempus est, & mobili materia coniunctum, fluit semper: & quasi corruptionis atque generationis vas nihil retinet. Vnde prius atque posterius, & fuit & erit, nihil omnino sunt. Quod verò ex tempore esse videtur, quod adesse dicimus, & nunc dicimus, hoc ipsum tanquam fulgur velociter transit. Quare cùm tempus mensura sensibilium sit, cúmque ipsum nunquam sit, aptè dicemus ipsa sensibilia nunquam permanere, nec entia esse, sed gigni atque corrumpi secundum mensurantis naturam. Erat igitur & erit, ipsi enti accommodari non possunt. Transitum enim hæc & mutationem rei significant. Deus autem, si fas est dicere, nec est in tempore aliquo, sed in æternitate immobili, cuius nihil prius, nihil posterius, nihil futurum, nihil præteritum est, sed cùm vnus sit ens, in vno nunc illud quod est semper, repleuit. Solum igitur ipse est verè ens, quod nec fuit, nec futurum est, nec incœpit, nec cessabit, & sic ipsum colere ac salutare oportet: aut certè ita intelligendum est, quemadmodum nonnulli priscorum dicebant, ἓν pro εἷς accipiens, & vnum supplentes, vt sit, Tu solus vnum es. Non enim multa Deus est, vt singuli nostrûm ex innumerabilibus ferè compositi, sed vnum est verè ens. Diuersitas enim cùm differentiam in ente faciat, in ortum non entis peruenit. B

Scholia in Cap. VII.

EX Plutarchi commentario de εἶ verbo, quod propylæis fani Delphici erat inscriptum, suprà traditam τῶν ὄντων diuisionem, fusiùs explicat, & argumenta aliquot producit Eusebius, quibus probatur, Deum verè esse, quia nihil in eo sit prius aut posterius. Cæteras creaturas, inter ortum & interitum positas, variè transmutari, ideóque non verè esse, sed fuisse & futuras esse.

1 *Aliquando etiam ad se respiciens Propheta, ostendit, quòd omnia visibilia vertentur aliquando* C *& mutabuntur: Tu autem idem ipse es, &c.*

Quòd Deus ineffabilis est. Caput VIII.

PRæterea cùm Moses omnésque prophetæ ineffabilem rem intellectúque solùm perceptibilem Deum esse doceant, huiúsque rei symbolum scriptum apud eos quatuor vocalibus nomen Dei feratur, quod proferre non possunt. Consona his etiam Plato in magna epistola dicit: Fabula, inquit, nullo modo est, sed ex multa inhæsione, inhærentiáque, vt ita dixerim, circa rem ipsam, & vitæ integritas, repentè, quasi ab igne accensum lumen, animo innascitur, quod seipsum alit. Hoc quidem lucis exemplum multo priùs ante
Psal. 55. Platonem Hebræorum propheta protulit, dicens: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo.* Et rursus: *Et in lumine tuo videbimus lumen.*

Scholia in Cap. VIII.

HEbræi nomen יהוה *τετραγράμματον καὶ ἀνεκφώνητον appellant. An ad illud explicandum* D *Platonis adducta verba faciant, aliorum esto iudicium. Psaltes, lumen vultus appellat serenum & clarum vultum, qui beneuolentiæ signum est: & alio sensu hæc verba extulit, quàm illo quem præ se fert allusio Eusebiana. Sic enim Dauid dicere voluit. Hostes mei me cupiunt, perinde ac si magnum ex interitu meo bonum ad ipsos rediturum sit: Ego verò illis omissis te oro, vt sereno vultu (qui sit tuæ erga me beneuolentiæ τεκμήριον) intuearis, & me serues incolumem.*

Quòd Deus vnus est. Cap. IX.

Exod. 10. MOses vnum esse solummodò Deum docuit. *Audi enim*, dicit, *Israël: Dominus Deus tuus Deus vnus est*, Plato quoque in Timæo, cœlum vnum & Deum vnum esse dicit, his verbis: Vtrum igitur rectè vnum cœlum esse dicimus, an multos finitos dicere rectius erit? Vnum, inquit, certè: siquidem ad exemplar creatum est: Quod enim intellectiua continet animalia, duplicatum esse non potest. Qui & secundum aliorum consuetudinem plures nonnunquam esse dicere videatur: ab epistola tamen ad Dionysium, vbi E deorum nomen earum epistolarum facere principium dicit, quas negligenter, & ad gratiam aliorum non ex animi sui sententia scripserit: ab vnius verò Dei nomine illas incipere, quas studio suis edidit, apertè patet, vnum Deum putasse. De signo inquit epistolarum, quas cum studio mitto, & quas non rectè arbitror te meminisse. Aduertendum autem est tibi diligenter, quia multi à nobis literas petunt, quos repellere non possumus. Cùm ergo studio, & ex sententia scribimus animi, Deus principium epistolæ præbet. Cùm autem non, non Deus, sed dij. In legibus verò à priscis id se didicisse, his verbis ostendit: Deus igitur, vt priscorum sermone accepimus, cùm principium, finem, & medium rerum omnium contineat, rectè omnia natura perfectiùs determinat, cui semper adhæret iustitia,

Platonis epistolarum signum.

δίκη.

A iustitia, seuera vltrix eorum, qui diuinam legem contemnunt: quàm qui ad beatitudinē erigitur, humiliter seruat. Si quis autem arrogātia elatus, pecuniis aut dignitatibus effertur, vel fortuna corporis, & iuuentæ amentia incensus, animum deturbat, & quasi nullo principe ac duce indigens, ipse aliis posse se præesse arbitratur, is derelictus à Deo, vniuersa cum sodalibus suis perturbat, & multis magnus quidem videtur: breui autem diuinitùs deiectus, se ipsum, domum, patriámque suam simul euertit. Hæc Plato. Tum autem quod dixit principium, finem, & medium rerum à Deo contineri, illi prophetico conferas: *Ego Deus primus, ego etiam post hæc.* Quòd verò natura perfectū determinat, dixi illi simile est: *Rectitudines sciuit facies eius.* Quòd autē dicit iustitiam Deo adhærere vltricem eorum, qui diuinam negligunt legem, illi consentaneum: *Iustus Dominus, & iustitiam dilexit.* Et: *Da mihi vindictam, & ego vlciscar, dicit Dominus.* Quòd humiliter Deo adhæ- *Esa.41.* *Deut.32.*
B ret, qui ad beatitudinē erigitur, illi compar est: *Post Dominum Deum tuum ambulabis:* Et denique, quòd à Deo derelinquatur, qui arrogātia effertur, illi omnino quadrat: *Deus superbis resistit, humilibus autem gratiam præbet. Et lætitia impiorum casus singularis.* Sed hæc quidem de vno Deo dicta sufficiant. *1.Pet.5.*

Scholia in Cap. IX.

QVæ ex Mose & prophetis, de Deo vno, primo & nouissimo, malos mulctante, bonis subueniente, cui vindicta commendanda, & qui superbis resistit, humilibus dat gratiam, testimonia adducit Eusebius, eā siquidem sententiam spectes, Platoni nota esse potuerunt. Docet enim vniuersos mortales, cordibus eorum inscripta lex naturæ, ita de Deo sentiendum esse, sicut testimonia illa docent. Sed hæc generalis de Deo notitia, vt omnes inexcusabiles facit, ita non sufficit ad salutem, nec ea propriè,
C *quam fideles sibi vendicant & adscribunt. Hi intelligunt veram Dei agnitionem, in Christi cognitione sitam esse, vt qui hunc norit, Deum Patrem norit. Iuxta illud: Qui videt me, videt & patrem. Item: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Iohannis 17.*

De Verbo. Cap. X.

NVnc de vnigenito filio Dei,[1] quem verbum Dominum & Deum ex Deo, Hebræorum scriptura esse denotat, dicendum est. Moses igitur apertissimè Dominos duos appellat, dicens: *Et pluit Dominus à Domino ignem & sulphur:* vbi bis quatuor vocalium ineffabilem concursum, quo ineffabile nomen Dei significatur, conscripsit. Et Dauid quoque, & propheta, & rex Iudæorum in Psalmis scripsit: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dex-* 1 *Gen.19.* *Psal.109.*
D *tris meis.* Quomodo enim à dextris Domini Dominus sedet? nisi duas personas intelligamus: Quam quidem rem alibi apertiùs dicit, Deum omnipotentem & creatorem omnium esse, dextris assidentem patris declarans. *Verbo*, inquit, *Domini, cœli firmati sunt.* Saluatorem quoque ipsum omnium qui eum suscipiunt, his verbis ostendit: *Misit verbum eius, & sanauit eos.* Filius autem eius Salomon, vocabulo sapientiæ pro vocabulo verbi vsus, hæc ex persona ipsius sapientiæ dicit: *Ego sapientia consilium atque cognitionem fabricata sum.* Et post pauca: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequàm quicquam faceret à principio. Ab æterno ornata sum, & ex antiquo antequàm terra fieret. Nec dū montes graui mole constiterant, ante colles ergo parturiebar, quando præparabat cœlos, aderam.* Et alibi: *Est in illo spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, mobilis, discretus, incoinquinatus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, per intellectuales omnes spiritus mundos atque subtiles ingrediens: omnibus* *Psal.32.* *Psal.106.* *Prouerb.8.*
E *enim mobilibus mobilior est sapientia, transit autem ingreditúrque per omnia propter munditiam. Vapor enim virtutis Dei, & emanatio gloriæ omnipotentis syncera: & ideo nihil inquinatum in illam incidit. Fulgor enim est lucis æternæ, & speculū immaculatum Dei maiestatis, & imago bonitatis illius: attingit autem à fine vsque ad finē fortiter: & disponit omnia suauiter.*[2] Hæc à priscis Iudæorum auctoribus modò sufficiant. Philonē etiā audias, quāuis nō rectè in omnibus: dilucidiùs tamen hæc ita exponentem, vt iurè quis credere possit non alium esse scripturæ sensum, quàm Ecclesia prædicat. In libro enim quem inscripsit, Quòd peiora soleant melioribus insultare, his verbis vsus est: Decet omnes, qui scientiam quærunt, ad Deum patrem mentem erigere. Si verò nequeunt, ad imaginem, saltem eius scilicet verbum sacratissimum. Item in eodem: Et si nondum aliquis filius Dei appellari dignus est, studeat tamen ad primogenitum eius verbum, angelis autem omnibus antiquius, & quasi principem angelorum[3] sequi. Origo enim & Deus & verbum, & imago, ad quā homo creatus 2 *Philonis testimonium.* 3

eſt,& Iſraël Iudæus appellatur.Quare paulo antè profuſior ad laudes eorum fui, qui dicunt omnes nos vnius hominis filios eſſe.Nam & ſi nondum digni ſumus exiſtimari Dei filij:ſumus tamen perpetuæ imaginis eius verbi videlicet ſacratiſſimi. Dei enim imago eſt verbum antiquiſſimum.Percepimus etiam à quodam Moſi ſodaliũ dictũ eſſe:

Oriens. Ecce homo,cui nomen eſt Oriens,noua inauditáque appellatio,nec rei cõueniẽs,ſi ex anima & corpore hominem eſſe putabis.Sin verò incorporalem illũ, qui diuinã habet formam intelliges,commodiſſimè orientis nomine appellatus eſt.Hunc enim primum filium pater omnium oriri fecit,quem alibi primogenitum nominauit: Filius quoque

4 patris vias imitatus,& ad primitiua illius exemplaria reſpiciens,ſpecies rerum [4] formauit.

Platonis teſtimonium. Nunc Platonem audiamus,qui huiuſmodi verbis in Epimenide vſus eſt : Laudem autem non quidem,alij anno,alij menſe,alij nullo in tempore,in quo polum ſuum trãſcurrit mundum efficiens,quem verbum illius ordinauit, quod rerum omnium eſt diuiniſſimum. Et in epiſtola tres ſibi amiciſſimos,Hermiam dico,Eraſtum, & Coriſcum his verbis cautiſſimè ſacratiſſimum hoc dogma illis commendauit: Hanc, inquit, epiſtolam omnes tres vnà legetis,vel ad minus duo communiter, toties quoties poteritis. Oportet enim vos vti hac lege iureiurando confirmata diligentia eleganti , & ſtudio, eiúſque ſorore doctrina,vt per Deum principem omnium præſentium & futurorum, & per patrem,& dominum principis,& cauſa iuretis.Quæ ſi rectè philoſophamur,clarè quantum homini contingere poteſt,cognoſcemus. Nonne tibi videtur Plato Hebræorum ſcripturis inſudaſſe?Vnde namque ipſe quem ab Hebræis diſcere poſſet, patrem & Dominum Deum appellare,ac Deum principis,& Domini patrem nominare? Aut quis vnquam apud Græcos ac diuiniſſimo verbo mundum dixit eſſe ordinatum?

5 [5] Quod ſi Platonicorum teſtimonio philoſophi ſententiam confirmari cupis, Plotinum C

Plotini verba. audi,quid in eo libro dicat,quem de tribus hypoſtaſibus,à quibus omnia principium habent,inſcripſit. Mundum,inquit,hunc ſenſibilem , ſi quis admiratur magnitudinem, pulchritudinem,& perpetui motus ordinem conſiderans,& Deos qui ſunt in eo, alios viſibiles,alios inuiſibiles,dæmonas etiam,animalia,plantas,cæteráque omnia ad primitiuum exemplar mente aſcendat,& ibi cuncta intellectualia contempletur, eorúmque omnium æternam mentem atque ſapientiam præſidentem.Et paulò poſt ſubiungit, dicens,Quis igitur hunc genuit?Ille ſimplex ſcilicet,qui ante hunc eſt,qui cauſa eſt, vt ille ſit,& tantus ſit qui numerum facit.Non enim numerus primus eſt, ante qualitatem enim vnum eſt,deinde dualitas eſt ab vno nata.Et progreſſus aliquãtulum,addit: Quomodo igitur,& quid intelligendum eſt circa illud,quod ſtabile manet?Splendorem ſcilicet ex illo:ex illo autem manente,ſicut ſplendentem lucem ex ſole , ita ex eo ſemper D profluentem.Ex manente autem vniuerſa etiam quæ ſunt, ab ipſo inquam manente progrediuntur,& ab eius virtute ſubſtantia eorum neceſſariò dependet. Imago igitur primitiui eſt,vnde nata eſt. Sic ignis caliditatem ſuam,& nix frigiditatem non in ſe ſolummodò continet,ſed extra etiam producit:maximè autem quæ odorem emittunt, iſti rei teſtantur,quæ donec ſunt,emittunt quędam circa ſe,quo qui propinqui ſunt perfruuntur, omnia etiam quæ perfecta ſunt,generant.Quare quod ſemper eſt, & ſemper perfectum eſt,ſemper generat,& quod ex eo generatur,perpetuum eſt: quamuis & minora etiam quàm ipſe ſit generat.Quid igitur oportet de perfectiſſimo dicere , aut de maximo poſt illud:maximum autẽ & ſecundũ poſt illud intellectus eſt:intellectus enim intelligit,& eget illo ſolummodò,illud autem hoc nõ eget,& quòd à ſummo intellectu natum eſt,intellectus eſt?Melior autem omnibus intellectus eſt : quoniam omnia poſt ipſum.Et poſt pauca:Amat autem omne,quod genuit,& maximè quando ſola ſunt generãs,& generatum.Quando autem etiã optimũ eſt,illud quod genuit neceſſariò cum illo ſimul eſt:vt in eo ſolummodò,quod alius eſt,ſeparetur.Imaginẽ enim illius intellectum eſſe dicimus,& progreſſus ſubiicit,Idcirco etiam Plato,terna omnia eſſe circa regem dicit,primum circa prima.Deinde circa ſecunda,& tertium eſſe circa tertia:ipſam quoque cauſam rerum patrem habere dicit:cauſam rerum intellectum appellãs. Creatorem enim intellectum eſſe cẽſent,& ab hoc animam eſſe creatã in illo creatore.Cùm igitur cauſa intellectus ſit ipſum bonũ,quod vltra intellectũ,& vltra ſubſtantiã eſt,patrẽ eius appellat.Multis autem in locis ipſum ens, & intellectum ipſum Idæam nominat. Cognouit igitur Plato ex ipſo bono intellectum eſſe:ex intellectu verò animã & ſermones hos non eſſe inanes,nec modò,ſed à priſcis temporibus nõ ita explanatè dictos, po-

E

ſteriores

A ſteriores autem ſermones expoſitionis pacto eſſe factos, Feſtibus verò, quòd hæc opinio priſca ſit, ſcriptis ipſius Platonis vtemur. Hæc Plotinus. Numenius etiam libro de bono, his verbis vtitur. Qui de primo & ſecundo Deo quicquam intelligere gliſcit, ſingula priùs ordine diſtinguere debet: aliter enim ſui ſtudij theſaurum effundit: quod ne patiatur, Deo huius orationis duce inuocato, vt cogitationis noſtræ theſaurum eliciat, incipiemus. Orandum autem prius eſt, & deinde diſtinguendum. Deus primus quidem, cùm in ſemetipſo ſit, indiuiſibilis ac ſimplex eſt. Deus autem ſecundus & tertius vnus eſt: & materiæ quæ dualitas eſt inhærens, vnit eam quamuis diſſiparetur ab ipſa, quæ tota currit & fluit. Et poſt pauca: Nec enim oportet, inquit, Deum primum creare, ſed creantis Dei patrem eſſe. Et progreſſus aliquantulum: Primum, inquit, Deum regem omnium ab omni opere ceſſare oportet. Creatorem verò Deum omnia gubernare dici- *Numenij teſtimonia.*

B mus, à quo interior mens mittitur ad omnia, quæ ad communicationem illius ordinata ſunt. Cùm igitur ad nos conuerſus Deus reſpiciat nos, tum ipſius radiis fit, vt viuamus, corpora quoque alantur ac viuant. Cùm verò in altitudinem ſuam Deus ſeipſum cõuertat, tunc corpora quidem extinguntur: mens verò viuit vita beatiore. Iſta illis Pſalmiſtæ ſimilia ſunt: *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua. Omnia a te expectant, vt des illis eſcam in tempore. Dante te, illi colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Quid enim hæc ab illis differunt, cùm philoſophus aſſerat: Reſpiciẽte Deo, viuunt ipſius radiis animalia: conuerſo autem in ſuam altitudinẽ, extinguuntur. Cùm rurſus ſalutari doctrina Saluator noſter prædicet: Ego ſum vitis, & pater meus a- *Pſal. 103.*

C gricola eſt, vos palmites. Audi quomodo Numenius cõſentanea iſtis ſcripſit: Quemadmodum, inquit, agricolæ ratio quædam eſt ad plãtas relata, hoc modo ſe habet primus Deus ad creatorem. Primus enim cùm ſemẽ omnis vitæ rei ſit, res omnes ſeminat. Creator verò plãtat & diſtribuit, transfértque ad ſingulos nos, quæ inde iacta ſunt. Et aliquantulum progreſſus, vt oſtendat quomodo ſecundus Deus à primo eſt: Res quidem humanæ (inquit) ab eo qui dat, ad accipientem tranſeunt: diuinæ verò à Deo dantur, & ab eo non abſunt: quale quid ſcientia eſt, quam qui accipit melior factus eſt: qui autem dedit, nihil amiſit. Lucerna etiam ab alia lucerna ſic accenditur, vt prima non extinguantur. Materia enim alterius ab igne alterius accenditur. Sic & ſcientia non recedit à dante, & tamen in accipientem tranſiuit, cuius cauſa humana non eſt. Subſtantia verò quæ ſcientiam habet, idem eſt apud Deum dantem, & apud accipientem. Idcirco Plato quoque

D à Prometheo in homines magno quodam ſplendore ignis ſapientiam veniſſe affirmat. Et poſt pauca: Alia, inquit, primi Dei vita eſt, alia ſecundi, primus enim ſtat, ſecundus autem mouetur: & primus in intellectualibus, ſecundus in intellectualibus & ſenſibilibus. Nec mireris de his verbis: mirabilius enim illud eſt, quod modo dicã. Nam ſtatum etiam primi motus aſſero eſſe innatum, à quo vniuerſi ordo, ſtatúſque ſempiternus, & ſalus in res omnes transfunditur. Idem in ſexto: Nam quoniam non ignorabat Plato creatorem ab hominibus ſolùm cognoſci: primum autem intellectum, quem ens ipſum appellat, omnibus eſſe ignotum. Idcirco his vtitur verbis, quaſi magna voce clamat: Quem putatis intellectum ô homines, non eſt primus, ſed alius ante ipſum eſt maior atque diuinior. Et aliquantulum progreſſus: Gubernator, inquit, cum in pelago feratur clauo inhærens, gubernaculo ſedendo dirigit nauem, oculi verò eius & mens in altum ad æthe-

E ra tendunt: ſic via nauiganti per maria, per cœlum dirigitur. Non alio modo creator, ne materia appellatur, aut defluat, harmonicè ipſam ligauit: & tanquam naui in ipſa inſidet & harmonicè dirigit per Idæas, quaſi per clauum gubernans: reſpicitque non in cœlum, ſed in Deum ſuperiorem, quem ſpeculando diſcernendi vim accipit, quem deſiderãdo motionem recipit. Hæc illis ſimilia ſunt: Nihil poteſt filius à ſeipſo facere, niſi videat patrem facientem. Ita Platonici omnes, & ante Platonicos ipſe Plato ab Hebræis ea nomina videntur habuiſſe, quibus excelluerunt. Nam & ſi non rectè intellexerunt, verbis tamen ſuis manifeſti ſunt, cuncta ab Hebræis accepiſſe. Vnde Amelius quoque illuſtris inter iuniores Platonicos, quamuis Ioannis Euangeliſtæ nomen celauerit, barbarum ipſum quoniam Iudæus fuit, appellando, verbis tamen eiſdem ferè vtitur dicens: Hoc profectò erat verbum, quo ea quæ ſunt, facta ſunt: vt Heraclitus etiam diceret, Quod etiam ipſe barbarus putat in ordine principij, atque dignitate conſtitutum apud Deum

esse, & Deum esse, per quod vniuersa simpliciter esse producta, in quo quæ viuunt, vitam habent, & in corpora ipsum cadere, & carnem iudutum hominem ita videri, vt naturæ dignitas nõ lateat: quare rursus resolutũ in Deum redire, & Deum talem esse, qualis fuit, antequàm in corpus, carnem & hominem deduceretur. Hæc enim non occultè, sed apertè & nudo capite, vt dicitur, à Barbaris Iudæi theologia transposita sunt. Barbarum enim neminem alium certè hic, quàm Saluatoris nostri euangelistam Ioannem

Ioan. 1. appellauit, qui euangelium sic incipit: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius.* Sed alium etiam ab Hebræis theologum audias. Qui est, inquit, imago inuisibilis Dei totius creaturæ primogenitus, in quo creata sunt omnia, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, siue visibilia, siue inuisibilia. Sed quæ de filio Dei dicta à Platonicis sunt, ad hoc vsque procedãt. Cùm autem scriptura Hebræorum cum patre ac filio spiritum numeret, ac beatissimam sanctissimámque trinitatem vnum Deum esse significet, quod expressiùs ecclesia & sentit,

6 & prædicat, operæpretiũ est audire, in quo ænigmate Plato ad Dionysiũ scribẽs vsus est: Dicendum, inquit, tibi ænigmaticè censeo, [6] vt si epistola excidat, qui legant non intelligant. sic enim res se habet: Omnia circa regem vniuersi sunt, illius gratia cuncta sunt, ille causa bonorum omnium est, secundum circa secunda, & tertium in tertiis. Hominis igitur anima discere gliscit, quænam ista sunt, trahitur enim ad sui cognata. Hæc, qui Platonem exponunt, ad primum Deum, & ad secundam causam atque tertiam, quam mundi animam esse dicũt, pertinere arbitrantur. Tertium enim Deum mundi animam esse dicunt, diuina verò scriptura patrem & filium & spiritum sanctum, vnum rerum omnium principium esse confirmat. C

Scholia in Caput X.

EVsebius in hoc capite, primùm scripturæ pronunciatis, Verbi Dei, hoc est Filij Dei diuinitatem, astruit. Deinde Philonem testem eiusdem doctrinæ adducit, cuius tamen sententia vbique non est probanda. Quis enim non videat hæc incommodè dicta falsáque esse? Si quis ad Dei patris cognitionem assurgere nequit ad eius imaginem deflectat oculos. Item verbum Dei, est archãgelus. Apparet Philonem alienum à fide nostra, mysterium περὶ λόγου *ignorasse.* Tertiò, *Platonis de Deo patre principiísque Domino, testimonia obscurissima & dubia adducit, de quibus non libet nisi hoc vnum dicere, istas voces dictasse Platonẽ in legẽ naturæ, nec ex his posse colligi Platonis doctrinã de Filio Dei plenè cognitã fuisse. Quæ ex Plotino &* Numenio *adduxit Eusebius, tametsi obscura sunt: non tamen in hoc argumenti genere inutilia fuerũt. Operæpretium enim erat, Ethnicos sacris Prophetarum & Apostolorum literis non attendentes, Philosophorum testimoniis & argumentis, oppugnare. Fortassis autem ferẽdum in Eusebio est, quod sacra quædam oracula, cum Philosophorum pronunciatis confert: nemini tamẽ nostrum imitandum, cum Spiritus Christi responsis, illæ quisquiliæ neutiquam respondeant. Rectè autem in fine capitis* Eusebius *testatur, nos credere in* Deum *patrem,* Filium *& Spiritum* Sanctum, *quia illud mysterium in Nouo testamento multo illustrius est, quàm olim fuerit in Testamento veteri, quo durante plerique tenui & obscura eius cognitione (sed quæ in electis pro ratione temporis ad salutem sufficeret) præditi fuerunt. Tantum abest, vt illud* Philosophis *Græciæ, & inter cæteros Platoni perspectum fuerit.* D

1 *Hæc de prima vniuersi causa, hoc modo dicta sufficiant, videamus etiam de secũda causa. Vnigenito scilicet Dei filio &c.*

2 *Hæc ex sacra scriptura.* Hanc *verò dogmatis sententiam* Philo *Hebræus dilucidiùs exprimens, hoc loquitur modo:* Decet *omnes qui scientiam querunt, & amant, desiderare ipsum ens videre: id si nõ possint, saltem imaginem ipsius, sacratissimum Verbum.* E

3 *Archangelum multis nominibus appellatum.*

4 Formauit.] *Hæc ex* Hebræo Philone, *sumpta ex libro cuius inscriptio est:* De *eo quòd peiora soleãt melioribus insultare. Cùm autem & alibi dogmata antiquæ* Hebræorum *descripserim, in libro de Euãgelica præparatione etiam de secunda causa dictum est satis, ad quæ discendi cupidos remitto.*

5 *In Græco est. Quòd si & aliis testimoniis nobis opus est ad certam & minimè dubiam comprobationem sententiæ* Philosophi, *& sermonis nostri confirmationem: audi quæ* Plotinus *dicit.*

6 Censeo.] *Vt si quid epistolæ vel in mari vel in terra accidat.*

De Bono. Cap. XI.

A DE bono quid nunc[1] scriptura, quid Platonici dicant, perscrutemur. Scriptura igitur 1
ipsum bonum nihil aliud esse docet, quàm ipsum Deum. *Bonus enim*, inquit, *Dominus* *Bonũ quid sit.*
omnibus sustinentibus eum. Et, *Confitemini Domino, quoniam bonus est, quoniam in seculum miseri-* *Psalm. 17.*
cordia eius. Et Saluator: *Cur me*, inquit, *dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus.* Plato autem in *Matth. 19.*
Timæo: Dominus, inquit, qua de causa vniuersum hoc à creatore productum est. Bo-
nus erat, bono vero nulla nunquam inest inuidia: quare omnia quàm maximè similia sibi
facere voluit. Et in libris de Republica: Sol quoque, inquit, visus quidem non est, causa
verò ipsius sic est, vt ab eo ipso videatur: sic puta me dicere boni emanationem, genuit
enim simile sibi, quódque ipsum in intellectualibus est ad intellectum & intellecta,
hoc in visibilibus ad visum & visa. Et post pauca: Quod igitur veritatem rebus cognitis
B præbet, & cognoscenti cognoscendi virtutem idæam esse boni credendum est. Et rursus:
Non enim rebus, quæ oculis cernũtur, vim quia videantur, solummodò à sole præberi cõ-
cedes, verumetiam generationem, crementum, alimentum, cùm sol ipse generatio non
sit. Sic igitur etiam rebus cognitis, nõ solùm vt cognoscantur, sibi à bono inest, verumetiã
esse & substantiam ab illo habent, cùm tamen ipsum bonum substantia non sit, sed omnẽ
substantiam virtute sua excedat.[2] His verbis Plato sententiam suam manifestissimè ape- 2
rit, quod intellectuales etiam substantiæ à bono, id est à Deo habent, vt sint, & substantiæ
sint. Bonum autem ipsum vltra omnem substantiam censet. Quare non sunt Deo consub-
stantiales intelligentiæ: & cùm esse atque substantiam à Deo acceperint, creatæ profectò
sunt. Quæ autem creatæ sunt, nefas erit deos putare, cùm etiam natura ipsum bonum non
sint, quod vni soli verè, atque per se bono attribuitur. Sed Numenium rursus Platonis sen-
C sum de Bono latiùs exponẽtem audiamus. Corporalia, inquit, à signis & similibus quibus-
dam comprehendere possumus, ipsum verò bonum à nullo insito signo, nec à similitudine
sensibili comprehendi vllo modo potest. Quare necesse est, quemadmodum si quis in spe-
cula sedens, paruam nauiculam solam in magno pelago inter vndas acutie visus vno in-
tuitu perspexerit, sic longè à sensibilibus auocamentis, quasi in specula sedentem solum,
ita vt nihil penitus magnum, aut paruum eum perturbet.[3] Sed diuina quædam omnium 3
desolatio sit, ipsum bonum profunda tranquillitate ac pace quęrere. Inuehitur enim & in-
hæret substantiæ quasi nauiculę. Si quis autem sensibilibus detentus ipsius boni quasi phã-
tasmatibus mouetur: ac ideò putet bonum ipsum prospexisse, vehemẽter peccat. Nullum
enim phantasma ipsius est. Via igitur atque ratio intelligendi boni optima est, vt primùm
sensibilia omnia negligantur: deinde vt in disciplinis numeri ipsi inspiciantur, ac inde ad
D intelligendum ipsum ens eleuari. Hæc in primo libro de Bono. In quinto verò: Si est, in-
quit, substantia & idæa intellectuale quid, cuius causam intellectum esse concessum est,
sequitur vt intellectus iste solus sit ipsum bonum. Nam si creator Deus generationis est, sa-
tis est vt ipsum bonum substantiæ principium sit, cui quidem bono creator Deus propor-
tionalis est, cùm sit imitator eius, substantiæ autem generatio proportionalis: imago enim
enim est eius & imitatio. Quod si creator generationis bonus est, erit substantiæ creator
bonum ipsum substantiæ consitum. Cùm enim duplex secundus sit ipse, & mundum & i-
dæam eius facit, cùm sit creator. Quatuor ergo sunt, Primus Deus qui est ipsum bonum,
imitator eius, creator est bonus: Essentia verò altera quidem primi, altera verò secundi,
cuius imitatione est pulcher mundus boni[4] participatione ornatus. Sic Plato bonum pri- 4
mo Deo solummodò tribuit. Nam si bonus secundus Deus est, à primo tamen bonus est.
Separata verò, & in diuersis hæc libris posuit. Seorsum enim circulare creatorem appella-
E uit, dixítque in Timæo, Bonus erat. In libris autem de Republica ipsum bonum, boni esse
idæam censet: vt sit creatoris idæa ipsum bonũ, qui participatione solius primi bonus esse
probatur. Sicut enim homines dicuntur hominis idæa, vt ita dicam, impressa, & boues bo-
uis: sic cùm creator sit bonus in participatione primi boni, primus intellectus idæa eius
erit, qui est ipsum bonum: quæ cùm ita se habeant, hunc mundum necesse est imaginem
non esse alicuius. Intelligentias enim omnes illud in seipso cõtinet, sicut hic mundus nos.
Hæc Plato in Timęo, quorum sensum ab eo libro Didymi sumam, quem inscripsit de pla-
centibus Platoni. Determinata, inquit, sensibilium exemplaria, idæas appellat, ex quibus
scientiam & definitiones fieri censet. Præter enim omnes homines hominem quendam
intelligi, & præter equos omnes equum, ac communiter præter animalia animal, nec ge-
nerabile, nec corruptibile. Vt quemadmodum, ab vno sigillo multa signantur, & multæ

viriles fiunt inde imagines, sic à singulis sensibilium idæis multa formantur. Est autē idæa perpetua substantia, causa, & principium, vt singularia talia sint, & qualis ipsa est. Et quemadmodum primitiua sensibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt: sic quæ omnia in seipsa continet pulcherrima atque perfectissima, huius mundi exemplar est, ad quam à creatore Deo ab vniuersa substantia mundus simillimè formatus est. Hæc Didymus ex sententia Platonis, quæ omnia multò altiùs sapientissimus ille Moses, à quo hæc isti detorserunt, breuissimè conscripsit, qui ante hunc solem & stellas, & cœlū visibile, quod firmamentum appellat, ante aridam hanc terram, ante diem & noctem, hanc lucem aliam, & diem & noctem aliam, à Deo vero creatoreq; omnium facta fuisse ostendit, Propheta quoque inuisibilem solem ostendens, oratione Deo accommodata, *Timentibus*, inquit, *me, sol iustitiæ orietur.* Ipsam quoque iustitiam non dico qualitatem aliquam, sed qualitatis creatricem Hebræorum ille propheta significauit, cum de Deo dicat: *Quis suscitauit ab oriente iustitiam, vocauit eam in facie eius?* Verbum quoque prioribus creatorem ab

1. Cor. 2. Hebræis appellatum ostendimus. De quo quidem verbo hæc apud eos feruntur: *Qui natus est nobis sapientia à Deo, iustitia & sanctimonia, & redemptio*: dicitur enim & vita, & sapientia & veritas, & omnia substantialiter. Subsistit enim & sapientia hæc, & verbum hoc, vt ab Hebræorum scriptura docemur, quamuis Philo Iudæus scripturæ interpres ac expositor aliter sentire videatur, quem non est alienum audire.

Scholia in Caput XI.

Bonum esse Deum solum, scripturæ sacrosanctæ & Platonis testimonio, probatur. 2. A Deo qui bonus est, intellectuales substantiæ acceperunt, & τὸ εἶναι, & quod substantiæ sunt. 3. Bonum summum, cùm sensibili signo comprehendi nequeat, sola mentis contemplatione perquirendum est, vt monet Numenius. 4. Duos deos Platonem finxisse (quidni ita loquar, cùm hæc commenta hominum sint) primum, quem αὐτὸ ἀγαθὸν appellat: secundum, quem dicit esse μιμητὴν primi Dei, & Demiurgum mundi. Essentiæ secundi dei μίμημα esse dicit, hunc mundum καλλωπισθέντα μετουσίᾳ τοῦ καλοῦ, vt ipsius Platonis verbis vtar. 5. Didymi verbis de Idæis ad illustrandā Platonis doctrinā subiicit.

1 *Hebræorum diuina scriptura præcipuè Boni essentiam, & ipsum Bonum nihil aliud esse ait quam Deum docet.*

2 *Bonum verò non esse essentiam, sed supra illam, ætate & vi excedens.*

3 *Sed quædam inenarrabilis & indicibilis verè solitudo sit diuina, vbi boni ipsius mores, conuersationes & lætitiæ.*

4 *Et in sexto ait. Participant de ipso participantia, in alio quidem nullo, sed tantùm in intelligendo.*

De Idæis secundum Mosem ex Philone. Cap. XII.

SI quis uoluerit, inquit, significantioribus vti verbis, nihil aliud intellectualem dicet esse mundum, quàm Dei iam creantis verbum. Nihil enim aliud ciuitas illa intellectualis est, quàm creatoris ratio creare iam cogitantis, quod dogma Mosi, non meum est. Apertè

Gen. 1. 2. námque scribit ad imaginem Dei hominem esse formatum. Quod si pars mundi imago imaginis est, vniuersus iste mundus sensibilis ad exemplar diuinæ imaginis factus est: primitiuum ergo sigillum, quod intellectualem mundum appellamus, ipsum exemplar est. Primitiua idæa idæarum omnium Dei verbum. In principio autem dicit fecisse Deū cœlum & terram, non secundum tempus principium intelligens, vt multi putant. Non fuit enim tempus ante mundum, sed aut cum ipso aut post ipsum: Mensura enim motus tem-

Tempus natura motus pus est: motus autem re mota prior esse non potest, sed aut posterior, aut vnà simul. Quare necesse est, tempus aut post mūdum, aut vnà cum eo factum fuisse. Relinquitur ergo principium, hic numeri esse intelligendū, vt in principio pro Primum accipiatur. Et post pauca. Primum igitur cœlum fecit incorporale, & terram inuisibilem, aëris idæam & vacui. Quorum alter tenebras, niger enim aër ex natura est, alterum abyssum appellauit. Vacuū enim profundissimum & effusissimum est. Deinde aquæ atque spiritus incorporalem substantiam, & denique septimæ lucis, quæ etiam incorporalis & intellectualis solis exemplar & omnium stellarum fuit. Duo autem spiritus scilicet & lux, digniora videntur. Alterum enim nominauit, quia spiritus viuacissimus est, vitæ autem Deus causa est: alteram autem valdè bonam esse affirmauit. Tanto enim intellectualis lux visibile hac fulgentior est, vt mihi videtur, quanto sol tenebris, dies nocte, & intellectus totius animæ lux, oculis corporeis. Inuisibilis autem & intellectualis illa lux diuini verbi est imago, quod generationem eius lucis explicuit, quæ est supercœlestis stella, fons sensibilium stellarum, aqua, sol, luna, cæteræque stellæ pro virtute sua fulgorem hauriunt, qui fulgor

A fulgor ſimplex atque ſyncerus tantum denigratur, poſteaquàm in mutabilia tranſierit,
quantum ab intellectualibus ſenſibilia diſtant. Nihil enim ſyncerũ eſt eorũ quæ ſentiũtur:
quoniam verò luce facta tenebræ abierunt, & termini vtriuſque ſpacij fixi ſunt certè, ve-
ſpere & mane. Spacium temporis, quod hinc effectum fuit, diẽ nuncupauit, & diem non
primam, ſed vnam, quæ dicta eſt propter intellectualis mundi ſolitudinẽ, qui vnicam ha-
bet naturam. Et ſic quidem incorporalis mundus abſolutus eſt, diuino verbo conſtitutus,
ad cuius exemplar ſenſibilis creabatur, cuius primam partem atque optimam cœlum effe-
cit: & firmamentum appellauit, quia corporeum eſt. Natura enim firmum atque ſoli-
dum corpus eſt propter trinam dimenſionem. Nulla enim alia corporis ſolidi atque firmi
notio eſt, quàm trina dimenſio. Iure igitur ita nominauit, vt ab intellectuali atque incor-
poreo, ſenſibile, hoc eſt corporeum, diſtingueret. Hæc Philo quibus conſentanea Cle-
B mens quoque noſter in ſextum ϛρωματέ dicit: Mundum, inquit, philoſophia barbara,
alium intelligibilem, alium ſenſibilem cenſet: alterum primitiuum, alterum boni exem-
plaris imaginem, & intelligibilem quidẽ vnitati attribuit, ſenſibilem vero hexadi: connu-
bium enim à Pythagoreis hexas, dicitur, quia fœcundus numerus eſt. In vnitate igitur cœ-
lum inuiſibile factum eſt, & terra ſancta, lux intellectualis. In principio enim fecit Deus
cœlum & terram & terra erat inuiſibilis. Et ſubiungit: Et dixit Deus fiat lux & facta eſt lux. *Senarius*
Inſenſibilis autem mundi creatione ſolidum creauit cœlum quod verò ſolidum eſt, ſen- *numerus*
ſibile etiam eſt, terram viſibilem, & lucem quæ cernitur. Hæc latiùs diximus, vt oſtenda- *perfectus.*
mus idæas animalium in intelligibili mundo poſitas, à quibus ſenſibilia iſta ſecundum
Platonem creantur, ab Hebræorum ſcriptura eſſe deriuatas. Vnde etiam didicit Plato, in-
corporeas virtutes & bonas & contrarias eſſe.

C

Scholia in Cap. XII.

*DEi creantis verbum, eſſe νοητὸν κόσμον & Idæam Idæarum omnium Philo cenſuit. 2. Ordo quem
Philo à Deo obſeruatum in creatione omnium, & commentum de Spiritu, Moſaicæ narrationi de
Opificio Dei Gen. 1. & 2. non reſpondet, ideóque probandum non eſt. Quæ ἁπλῶς & verè Moſes ex-
poſuit, ea viſa ſunt Philoni ἀλληγορούμενα. Hinc opinionum & errorum exordia nata ſunt. 3. Intel-
lectualis, lucis præſtantiam τῇ ἀντιθέσει ad lucem non intellectualem, illuſtrat. 4. Intellectuali mundo
abſoluto, ſenſibilem eſſe conditum, cuius prima & optima pars eſt cœlum. Hæc Philonis dogmata Cle-* 1
mentis Alexandrini verbis Euſebius noſter plenius explicat & conuellit falſa.

Ab Hebræis didicit Plato, contrarias eſſe virtutes. Cap. XIII.

Scribit enim in decimo de Legibus: Si omnia, quæ quò volunt mouentur, anima guber-
D nat, quare cœlum etiam ab anima gubernari non dicimus? Certè inquam dicendum
eſt. Vnúmne igitur, aut plures? pauciores inquam duabus, benefactrice ſcilicet atque con-
traria ponendæ non ſunt. Et poſt pauca: Conceſſum iam nobis eſt, multarum bonarum
virtutum cœlum eſſe repletum, contrariis etiam non vacare. Vnde nobis bellum abſque
fine inductum eſt, in quo agendo patrocinio nobis opus eſt. Auxiliatores autem nobis dij
& dæmones ſunt, nos verò poſſeſſio quædam ſumus dæorum ac dæmonum. Vnde iſta 2
Plato adinueniſti? ego quidem neſcio aliud, præterquàm quod mille annis ante tuam æta-
tem vulgò apud Hebræos hoc dogma ferebatur. Scribitur enim: *Et venerunt Angeli* Dei,
vt coram Deo *aſſiſterent, & diabolus venit in medio ipſorum.* Diabolum quidem contrariam *Iob. 1.*
virtutem: angelos autem bonos appellauit, quas & virtutes bonas, & ſpiritus diuinos, &
miniſtros Dei, ſcriptura nominat, dicens: *Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros eius ignis*
E *flammam.* Bellum etiam à contrarijs nobis inferri ſcriptura ſignificat, dicens: *Non eſt nobis* *Pſal. 103.*
colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus, poteſtates & principes huius
mũdi, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Cùm autem poſſeſſionem nos deorũ & dæmo- *Eph. 6.*
num cẽſeat, illud Moſaicũ traduxiſſe videtur quo dicitur: *Quando altiſsimus gentes patiebatur*
diſſeminauit filios Adam, & conſtituit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum Dei. *Deut. 32.*

Scholia in Caput XIII.

*PLato fingit cœlum bonis quidem virtutibus (Deos & Dæmones bonos intelligit) plenum eſſe: ſed ta-
men contrariis (id eſt malis dæmonibus) non vacare 2. A malis Dæmonibus genus humanum in-
feſtari, ideóque ei opus eſſe patrocinio & τῇ συμμαχίᾳ Deorum & bonorum dæmonum 3. Hæc Plato-
nica dogmata. cum oraculis Spiritus ſancti de bonis & malis Angelis, de Diabolorum & fidelium in
militante Eccleſia verſantium, ἀσπόνδῳ πολέμῳ, egregiè conſentire, & è ſacris eſſe deprompta lite-*

ris Eusebius noster existimat. Nos non dubitemus, Platonem (siquidem illi dæmonum natura perspecta fuisset) nullum poëticum deum aut dæmonem, in cœlo ad eum modum collocaturum, & præconio prosecuturum fuisse: cùm omnes dæmones (loquor cum scriptura sancta) pessimi & Deo nobísque infensissimi sint.

Quòd animi quoque immortalitatem ab Hebræis Plato didicerit. Caput XIIII.

De animæ autem immortalitate Mosem est secutus, qui primus immortalem esse docuit, cùm eam imaginem esse Dei, imò verò ad imaginem Dei esse asseruerit. *Et fecit,* inquit, *Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum.* Et distinguens in corpus & animam hominem, subiungit: *Et sufflauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Principem verò esse hominem atque regem omnium, quæ in terris sunt ostendit, dicens: *Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, vniuersæque terræ, & creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit eum.* Quomodo autem aliter imago Dei, & Deo similis erit, quàm secundum intelligendi vim? Sed Platonem quoque audiamus, vt quàm bonus Mosaicæ scripturæ discipulus fuerit, non ignoremus. Scribit enim in Alcibiade:

Gen. 1.2.

1 Habemúsne aliud melius atque diuinius in anima quàm illud est, [1] quod sapit atque intelligit? nihil prorsus. Hoc ergo illud est, quod Deo simile est. Quod si vnusquisque in seipso cognouerit, Deum quoque non ignorabit. In libro verò de Anima: Duo, inquit, genera rerum ponenda sunt; visibile atque inuisibile: quorum alterum, scilicet inuisibile, eodem semper modo habet: alterum verò nunquam se habet eodem modo. Nostri quoque alterum corpus est, alterum anima. Et corpus quidem visibile, anima verò inuisibilis est: & quando corpore vtitur ad considerandum aliquid (vtitur autem aut videndo, aut audiendo, aut omnino sentiendo) tunc à corpore ad hæc trahitur, quæ nunquam eodem modo se habent. Quare fit vt erret, turbetur, ac quasi temulenta deficiat. Quando autem per se ipsam aliquid considerat, tunc ad immortale, sincerum, sempiternum, codéque modo semper se habens, seipsam erigit, & quasi quædam emanatio eius ad illud redit.

Plato de hominis dignitate & partibus.

2 [2] Quando ad seipsam redit, tunc ab errore cessat, & eodem modo semper se habet, quia sempiternum attingit, quæ passio animæ prudentia nuncupatur. Valdè, inquit, rectè & verè dicis, ô Socrates. Tunc Socrates: Vtri ergo tibi videtur cognatius atque similius esse anima? Eine quod eodem modo se habet, an rei mutabili. Primò, inquam, omnino. Cùm autem ad seruiendum corpus, ad principandum animam natura finxerit, nónne hac etiam ratione cùm principari diuinum sit, seruire autem caducum atque mortale, manifestum est Deo animam similem esse? Omnino ita est, Cebes inquit. Si ergo ita est ô amice, Socrates intulit, nónne vt corpori conuenit mori atque dissolui, sic animæ conueniet nunquam mori atque dissolui? Quod cùm Cebes concessisset, Si ergo, inquit, Socrates munda mihi à corpore secum contrahens decesserit, quia videlicet seipsam quãtum poterat in corpore colligebat, sempérque corpore contempto, de morte meditabatur, quod nihil aliud est, quàm rectè philosophari. Meditatio enim mortis philosophia est, ad similem naturam, inuisibilem, diuinam, immortalem, prudentémque profecta, vera beatitudine fruitur, ab omni errore, stultitia, terrore aliísque hominum malis liberata. Sin verò immunda, maculísque plena exierit, quia corpus dilexit & coluit, ab eo & voluptatibus eius adeò allecta, vt nihil aliud bonum putaret, quàm quod corporeum est: quod verò intelligibile est, oderit atque fugerit, sincera in seipsa non est. Hæc Plato. Quæ in primo ad Boëtium latiùs exponit Porphyrius, dicens: Firmam certámque rationem eam Plato putauit, ad astruendam animæ immortalitatem, quæ à similitudine aliquorum vim accipit. [3] Nam si Deo immortali similis anima est, quomodo etiam ipsa sicut exemplar suum immortalis non erit? Cùm enim duo quædam apertè opponantur, quærit cui oppositorum adhæreat anima, qui optimus demonstrationis modus in his rebus inuenitur. Et quamuis à prima ætate vsque ad senectutem multa contra rationem faciamus peccantes: tamẽ quia verè rationali in Deo multis similis anima est, rationalis esse ab omnib. creditur. Cùm igitur duo apertè opponi concedantur, immortalis videlicet atque diuina natura, & terrestris atque corruptibilis, dubitatur autem à nonnullis cuius partis anima sit. A similitudine putauit Plato veritatem esse quærendam. Et quoniam non sensibili & mortali corpori, sed viuo & immortali Deo secundum operationes similis est, huic similitudinem etiam in substantia quandam habere,

Porphyrius

3

A bere, ac inde immortalem esse ratiocinatur. Nam vt quæ irrationalia sunt, statim à diuina substantia, cùm sint caduca & instabilia, longè abesse videntur, sic certè consequens est, quæ operatione intelligendi conueniunt, ea immortalitate quoque substantiæ conuenire. Quoniam enim substantia conueniunt, idcircò etiam operatione conueniunt. Fluunt enim à substantia operationes, ac quædam eius sunt emanationes. Nam si simillima Deo anima est, quid opus est pluribus verbis ad demonstrandam immortalitatem eius? Non enim diuinis operationibus vteretur, nisi etiam ipsa diuina esset. Nam & si cùm in caduco mortalique corpore defossa sit, continet tamen & viuificat illud, diuinam suam ostendens substantiam, nec pondus corporis eam omnino deiicere potest, quomodo si è corpore liberabitur, aurea sua species non perfulget? Aut quomodo ipsa immortalis non erit, cuius præsentia corpus non moritur. Et progressus aliquantulum, Diuina est anima, inquit, quo-
B niam indiuisibili similis est: mortalis autem videtur, quia mortali corpori coniungitur, ita & mortalibus similis est. Homo enim etiam est, qui ventri sicut pecora deditus est: homo autem & in mari à periculis naues gubernando liberat, morbis affert remedia, veritatẽ rerum perscrutatur diligenter atque inuenit. Instrumenta varia fabricatus est, quibus cœlestium corporum motus comprehendere potuit, quæ diuinæ atque immortalis certissima mentis argumenta sunt, quamuis multi voluptatis deliniti illecebris mortalem eam putauerunt, ex his quæ videntur extrinsecus ratiocinantes. Hæc Porphyrius. Horum igitur omnium doctor Moses fuit, qui à similitudine creatoris, quam anima possidet, immortalitatem animæ confirmauit. Sed reliqua videamus. In omnibus enim Hebræorum similis Plato est, quamuis in multis, vt diximus, errare ideò forsan videtur, quoniam scriptura nemini præter Prophetas ante Saluatoris tempora patuit.

Anima vis in corpore & extra corpus.

Scriptura sacra obscura ante aduentũ Christi.

C

Scholia in Cap. XIIII.

Eandem de Homine sententiam Platonis & Mosi fuisse ostendit in hoc capite. Vterque enim fatetur, animam (quæ principem in homine locum obtinet, & ad Dei imaginem condita est) intelligẽtem, immortalem esse. Vterque homini imperium in belluas, & alias inferiorum ordinum creaturas, cõcessum esse docet. Vterque hominem in corpus & animam diuidens, illud mortale, hanc eodem se habere modo, & vbi à corpore discesserit, (siquidem pura sit,) Dei beneficio, ad diuinam & sibi similem naturã proficisci, & beatitudine vera frui, testatur. Hanc Platonis probauit & de Animæ principatu & immortalitate doctrinam Porphyrius diligenter explicuit, cuius verba adscripsit Eusebius.

1 *Apparet itaque quòd sicut specula oculi speculo altero sunt puriora & clariora, sic & Deus illo, quod in nostra anima est, purior & clarior existit.*

2 *In Deum itaq; conuersi, ipso speculo vtemur optimo: & sic nos ipsos etiam optimè cognoscemus.*

D 3 *Nam si similis est, diuino, & immortali, & inuisibili, & non dissipabili, & indissolubili, & substantiato, & consistenti in incorruptibilitate.*

4 *Sed quoniam ea quæ de incorporea & inuisibili substantia dicta sunt, consentiunt & conueniũt Mosi cum Platone, tempus est etiam reliquas partes Platonicæ philosophiæ considerare.*

Quòd productum esse Mundum ab Hebræis Plato accepit. Cap. XV.

Mose igitur vniuersa à Deo creata prædicante, *In principio*, inquit, *creauit Deus cœlum & terram.* Vide quemadmodum non excidit ab hac sententia Plato. Omne, inquit, quod factum est, necessariò à causa factum est: fieri enim nihil potest absque causa. Vniuersum igitur, aut cœlum, aut mundus, aut quauis alia notetur appellatione, considerandum, vtrum erat semper, nullum generationis suæ habens principium: an factum est, & ab aliquo incœpit principio. Visibilis igitur & tangibilis est, cùm corpus sit: cuncta verò hæc
E sensibilia sunt. Quæ verò sensibilia sunt, opinioni subiacere, & facta esse demonstrauimus. Quod porrò factum est, à causa factum esse, necesse est. Causam igitur & creatorem vniuersi qui sit, inuenire difficile est: & cùm inueneris, in vulgus edere impossibile. Et post pauca: Sic igitur rationem sequentes, nefas est dicere animatum hunc mundum ac verè mentalem à Dei prouidentia non esse factum.

Gen. 1.

Scholia in Cap. XV.

Consentaneum esse Eusebio videtur, si quis affirmet, Platonem optimam philosophiæ suæ partem ab Hebræis accepisse, cùm is quoque Mosen secutus fateatur, vniuersum hoc σύστημα cœli, terræ, & eorum quæ istorum ambitu comprehensa sunt, à causa aliqua prima productum esse, non autem ab æterno fuisse, multò minus ex atomis temerè confluxisse & coaluisse. Risit hoc nomine magistrum

suum princeps ille philosophorum Aristoteles, quem nonnulli ferunt dixisse: solus magister meus Plato mundum genuit. Plin. lib 2. natur. histor. cap. 1. Aristoteli subscribens: Mundum inquit, & hoc quod alio nomine cœlum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur omnia, numen esse credi par est, æternũ, immensum, neque genitum, neque interiturum vnquam.

1 *Desunt hæc Moysi verba, quæ extant Gen. 2. Iste est liber generationis cœli & terræ, quando creata sunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram.*

De Luminaribus. Cap. XVI.

Rursus cùm Moses solem & lunam, & cæteras stellas à Deo productas ostendit, *Et dixit*
Gene. 1. *Deus*, inquit, *Fiant luminaria in firmamento cœli & sint in signa, & in tempora, dies & annos. Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento cœli, & stellas.* Similiter Plato quoque dicit, à verbo & mente diuina solem & lunam, & alias quinque stellas cognominatas erraticas ad generationem temporis factas esse. Quorum corpora Deus fecit, & posuit in circulis. Diligenter igitur considera quod dicit, à verbo & mente diuina. Illis enim verbis
Psalm. 32. quoque ipsis consentaneum est, quod Psalmista dicit: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Deinde cùm Moses in firmamento positas stellas dixerit eadem voce Plato vsus in circulis posuit, inquit. Ad hæc per singula opera Dei scriptura di-
Gen. 1. cit: *Et vidit Deus quia bonum.* Et summatim repetens: *Et vidit Deus omnia, & erant valdè.* Plato autem, Si pulcher est, inquit iste mũdus, & creator bonus, manifestum est eum ad æternum respexisse. Et rursus, Hic pulcherrimus effectuum, ille optima causarum.

Scholia in Cap. XVI.

Dvæ sunt huius capitis partes. Prima, de cœlestium corporum causis. Plato, cum Mose consentiens, illorum efficientem & principem causam, Deum constituit. Et sicut Moses Solem, & Lunam in firmamento esse posita dicit, ita Plato εἰς τὰς περιφορὰς. *Finalem causam astrorum eandem ambo profitentur, nimirum* διορισμὸν καὶ φυλακὴν τοῦ χρόνου. *Vterque etiam fatetur Solem diei, Lunam nocti præesse, innumerabilésque alias stellas à Deo esse creatas, quæ de Demiurgi sapientia & bonitate, eos admonent, qui Astronomiæ operam dant. Secunda, de omnium opificij diuini partium præstantia, generatim agit, eásque bonas esse, tum scripturæ Mosaicæ testimonio, tum argumento à causa ad effectus, probat. Nam vt ait Plato,* εἰ μὲν καλός ἐστιν ὁ κόσμος, ὅ,τε δημιουργὸς ἀγαθός.

De alteratione & mutatione mundi. Cap. XVII.

Præterea de consummatione & immutatione mundi apertè, & magna voce scriptura prædicante, quia *complicabitur cœlum sicut liber.* Et rursus: *Erit cœlum nouum, & terra no-*
Esa. 34. & 65. *ua.* Et rursum: *Præterit enim figura seculi huius.* Audi quomodo Plato etiam hoc dogma comprobauit in Timæo dicens: Constituit cœlum visibile atque tangibile, & propter hæc, & ex istis, & talibus, & ex quatuor numero, mundi corpus factum est, proportione conueniens, à cæteris omnibus indissolubile, præterquàm ab eo qui colligauit. Et post pauca: Té-
Tempus cũ cœlo factũ. pus igitur cum cœlo factum est, vt simul facta, simul etiam dissoluantur, si quando solutio quædam ipsorum fiet. Et post pauca subiicit: Quod ligatum est, solubile est: quamuis si benè aptatum benéque ligatum soluere vult, bonus non sit. Quare, inquit, Deo attribuens verba: dij quorum ego creator ac pater sum, quoniam facti estis, immortales quidem non eritis, nec indissolubiles omnino. Non ergo dissoluemini, nec in mortem deducemini, maiore vinculo colligati. Et in libro de Republica hoc inquit: Vniuersum aliquando quidé ipse Deus conuoluit, aliquando autem dimittit, cùm circulationes conuenientis mensuræ tempus habuerit. Nonnunquam autem casu in contraria circumducitur, cùm animal sit, & prouidentiam ab eo qui fecit, in principio sumpserit. Cœlum enim corporeum est, quare absque mutatione penitus esse impossibile est. Circulariter autem motum, minimá sui motus habet mutationé: nihil autem potest seipsum semper voluere, præter corpus, quod omnium quæ mouentur habet principatum, quod nullo modo potest, modò sic, modò aliter moueri. Ex quibus omnibus non oportet hunc mundum à seipso volui semper, cócedere: nec à Deo binas & contrarias volutiones accepisse: nec quidem à duobus diis inter se diffidentibus, sed sicut modò dictum est, aliquando quidem à diuina causa ducitur, vitá rursus consecutus, immortalitatémque à creatore super iniunctam: aliquando auté, cùm dimissus fuerit, per seipsum voluitur tempore quo dimittitur: quoniam cùm maximus sit, ac æqualissimi ponderis minimo nixu mouetur, multa annorum millia voluitur. Omniũ igitur, quæ mirabiliter accidunt, hæc vniuersi circulatio causa est, quæ aliquando, sicuti nunc,

A nunc, voluitur, aliquando in contraria. Maximas igitur tunc mutationes fieri putandum, ac multas corruptiones animalium, interitus hominum, & alia noua atque inaudita.

Scholia in Cap. XVII.

SAcræ literæ mundum à Deo conditum esse, & vanitati obnoxias esse omnes creaturas, mundúmque τῇ ἀλλοιώσει καὶ μεταβολῇ destinatum, disertè affirmant. In eadem sententia fuit Plato si Eusebio credimus adducenti obscura Platonis de mundi mutatione argumenta & testimonia. Omnium verissimè de his scripserunt Apostoli Paulus & Petrus. Ille quidem Rom. 8. causas rei istius describit his verbis: Etenim solicita creaturæ expectatio expectant vt palàm fiant filij Dei. Quippe vanitati creatura subiacet, non volens, sed propter eum qui subiecit eam sub spe. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura congemiscit, simúlque nobiscum parturit vsque ad hoc tempus. Hic verò circumstantias recitat 2. Epist. 3. Cœli procellæ in morem transibunt: elementa verò æstuantia soluentur, terráque & quæ in ea sunt opera exurentur. B *Et paulò post: Cœli incensi soluentur, & elementa æstuantia liquescent. Sed cœlos nouos & terram nouam, iuxta promissum illius expectamus, in quibus iustitia inhabitat. Esa. 65. 66. Apoc. 21.*

Quòd resurrecturos mortuos etiam concedit, non aliunde quàm ab Hebræis Plato discere potuit. Cap. XVIII.

PRogressus deinde aliquantulum, mortuos reuicturos dicit: quod nescio vnde iam aliũde quàm à Iudaica scriptura intellexerit.[1] Ferebatur, inquit, à priscis illis, eos, qui in vl- 1
tima circulariter moriuntur, vicinos futuro tempori in prima rursus resurgere: ac ab eiusmodi hominibus multa nobis nunciata esse, quę nunc vulgò non rectè falsa putantur. Cõsequens enim est, hos senes ad puerorum rursus naturam conuerti: & mortuos, qui iacent in terra, rursus tunc esse reuicturos, generationem sequentes, quæ in contraria reuoluitur, C nisi quos Deus in aliam conditionem traduxerit. Et progressus dicit: Tempore omnium exacto, quoniam mutationem fieri oportet, cùm terrenum genus defecerit, omni anima per generationem corpus iussum deducta, tunc vniuersi gubernator, habenis gubernationis dimissis, ad altitudinem suam abibit: mundum autem rursus Parcæ, & innata cupiditas euertet. Quod cùm fieri viderint dij minores, partes suæ gubernationi commissas relinquent. Mundus autem reuolutus, & in contrarium latus, & magno terræ motu concussus, inauditam omnibus animantibus pestem incutiet, & tempore aliquo exacto, omni turbatione sedata solitum cursum recipiet. Deus enim, ne omnino dissoluatur, gubernacula rursus capiet: & omni expulsa turbatione, immortalẽ ipsum & insenescentem efficiet. Et post pauca: Dicam, inquit, tibi sermonem Alcinoi apologum, sed fortissimi viri, Eris nomine, genere Armenij, è Pamphylia oriundi, qui olim in prælio mortuus, post decimum diẽ ferè iam corpore corrupto delatus à suis domum, cùm in rogum poneretur, decimo die post- D quàm decidit, reuixit: multáq; ibi vidisse, narrauit, ac inter alia, quòd anima egressa è corpore cum multis in locum quendam admirandum deuenisset, vbi terræ hiatus inter se cõnexi maximi erant, & ex opposito duo ad cœlum itinera: iudices autem sedentes vidisse, a quibus, qui iusti fuisse iudicabantur, in anteriore parte signis alligatis ad dexteram, & sursum in cœlum ire videbantur. Iniusti verò ad sinistram, & deorsum signis ad posteriorem partem eorum alligatis, in quibus scripta erant eorum facinora. Quæ cùm vidisset, accessisse atque rogasse dicebat, vt liceret ei hominibus hęc nunciare, quod cùm illis placuisset, per omnia illa loca diligentius ductum fuisse. Hæc Plato. Plutarchus autem in primo de

Resurrexit quidã apud Gentiles à mortuis.

Anima hæc narrat:[2] Enanchus, inquit, nuper ægrotans, tanquam iam mortuus à medicis 2
fuit relictus: & breui tempore in seipsum postea reductus, dicebat se mortuum fuisse, & in corpus iterum restitutus, nec me in ægrotatione moriturum, reprehensúsque aiebat vehe- E menter à domino suo eos spiritus, qui animam eius duxerunt: ad Nicandam enim missos, non ad illum fuisse. Nicandas autem coriarius erat, & in palæstris non ignobilis, qui eo tẽpore, quo Enanchus reuixit, in maximas incidit febres, ac repentè mortuus est. Hic autem viuit, superstésque est fœlicissimè nobiscum manens. Hæc ideò posui, quia scriptura etiam Hebræorum nonnullos reuixisse verissimè narrat.

Scholia in Cap. XVIII.

PLatonem non ignarum fuisse doctrinæ Hebræorum, de Resurrectione mortuorum, & fine mundi huius, in hoc capite ostendit Eusebius, Platonem & Plutarchum testes adducens. Narrationibus de Ero Armenio & Enancho, quid sit tribuendum nescio. Paucos Platonicos philosophos, Athenis tempore Pauli Apostoli apparet, si Plato mortuos reuicturos credidit. Cùm enim sanctus Apostolus istic doceret, philosophi eum deridere cœperunt, quòd resurrectionem mortuorum annunciasset.

Sed si quis Platonis verba, quæ hic noster Eusebius adducit, presšiùs consideret, facilè animaduertet, lõgè alio consilio Platonem ista dixisse. Nisi fortè de resurrectione more Ethnicorum loqui libet, quod indignum hominibus fidelibus non dubito. Notæ sunt fabulæ de magno Platonis anno, qui exactus eandem, quæ olim fuerat, mundi constitutionem, easdem occupationes hominum, reducturus videbatur.

1 *Sed quínam ortus tum erat animantium ô hospes, & quo pacto ex se mutuò nata sunt?*

2 *Antyllo autem huic & ipsi afficimus: sed Sositeli & Heracleoni narrabimus. Enanchus enim, &c.*

De cœlesti terra secundum Platonem. Cap. XIX.

Matth. 5. Gal. 4. Esaiæ 54.

VErùm quoniam in repromissionibus scripturæ, solis piis terram quandam reseruari fertur, secundum illud, *Mites autem hæreditabunt terram.* Hæc verò cœlestis est, sicut manifestè indicat sermo dicens, quam Propheta ex preciosis lapidibus allegoricè constare significat, dicens: *At quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrûm. Ecce præparo ego tibi Anthracem lapidem, & ponam pinnacula tibi ex iaspide, & fundamenta ex sapphiro, & circuitum tuum ex lapidibus electis.* Considera quomodo ipse quoque Plato similia in libro de Anima, ex persona Socratis scribit: Glauci artificiũ, inquit, non posset exponere quæcunq; ibi sunt: ego autẽ etiam si possem ô Simmia, vita tamen mihi non sufficit. Nihil tamen prohibet formam illius terræ, vt mihi quidẽ videtur, breuiter explicare. Satis hoc est, Simmias inquit. Credo igitur, Socrates addidit, quoniam est in medio cœlo rotundo, nihil sibi opus esse, ne cadat, nec aëre, nec vlla re alia. Deinde maximam rem quandam esse, nec huic similem, in qua tanquam in sterquilinio formicas, aut in palude ranas, homines video habitare. Et post pauca: Ipsam verò terram mundam in cœlo mundo, vbi stellæ sunt, positam esse credo. Et progressus: Si natura, inquit, humana illa posset superiora perspicere, cognosceret ibi esse verum cœlum, veram lucem, & veram terram. Hac enim terra, & isti lapides, & omnia quæ hic sunt corrupta, exesáque sunt, quemadmodum ea quæ prope mare sunt, à salsedine maris. Et post pauca: Dignam rem auditu dicerem, inquit, si fabulam audire velletis. Nos autem, inquit Simmias, libenter audiemus. Dicitur ergo, Socrates inquit, talem illam terram esse, si quis totam ab alto prospiceret, qualis esset duodecim coloribus exornata sphæra, quorum isti colores quibus pictores abutũtur, quasi feces sunt. Ibi autem vniuersam illam terram à fulgentioribus & melioribus esse depictam, atque aliam partem eius cærulæam, aliam auream, aliam albam multò albiorem niue, & ex aliis coloribus alias mirabili pulchritudine coloratas, & vltra quàm oculus hominis perspexerit. In tanta igitur talique terra proportionabiles arbores nascuntur, flores & fructus proportionabiliter gerentes: montes quoque collésque sunt & lapides in simili proportione, quorum quasi particulæ isti lapides sunt. Sardius dico, iaspis, smaragdus, & similes, quibus multò meliores illi sunt. Nihil enim boni est, quod ibi non sit.

Scholia in Cap. XIX.

EVsebius περὶ γῆς ἐπουρανίου, *hoc est, de cœlesti terra disputans, eandem fuisse Platonis & sacrorum Scriptorum vtriusque Testamenti sententiam, de cœlo nouo & terra noua, probare conatus est in hoc capite. Testimonia quæ adducit Eusebius ex cap. 5. Matth. Galat. 4. Esa. 54. de Ecclesia electorum sunt accipienda, Ecclesiæ autem in cœlis triumphãtis* κατάστασιν, *Platoni notam fuisse tum demùm credemus, cùm quis nobis fidem fecerit, Platonem credidisse in Iesum Christum, qui caput Ecclesiæ est & eundem philosophum non ignorasse, Esse catholicam Ecclesiam. Verùm ista nemo hactenus affirmare ausus est, & nemo vnquam affirmabit.*

Quod etiam de iudicio futuro Hebræos Plato sequitur. Cap. XX.

Dan. 7.

CVm etiam scriptura iudicium postquàm hinc abierimus, animarum futurum dictitet, & per alia multa, & per hoc non minus: *Iudicium,* inquit, *sedit, & libri aperti sunt, & antiquus dierum sedit fluuius igneus coram eo fluebat, mille millia ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Audi etiam Platonem de iudicio dicentem, & fluuij nomine vtentem, multásque piorum mansiones, & diuersa impiorum supplicia, non aliter ferè quàm Hebræorum scripturam narrantem. Scribit enim in libro de Anima sic: Tertius amnis in medio istorum exit, & iuxta ostium in latissimum incidit locum igni ardentem, vbi facit paludem mari nostro multò maiorem, aqua & limo ebullientem: ac inde turbidus atque limosus terram circumamplexus, prope paludem Acherusiadẽ defluit: nec ipsi permixtus, sed

A ſed crebris ſub terram vorticibus circumuolutus, infra Tartarum exit. Hic eſt amnis,
quem Pyriphlegethonta nominant, ex oppoſito huius Stygius eſt quartus amnis, à
quo paludem Stygium nomine fieri creditur, Pyriphlegethonti oppoſitus, tandémque
prope Acheruſiadem paludẽ ex oppoſito venit. Nec etiam huius aqua quippiam miſce-
tur, ſed circumlata in Tartarum, tãdem exit in oppoſitum Pyriphlegethonti. Hũc poëtæ
Cocytum appellant. Hæc cùm ita ſe habeant, cùm defuncti ad eum locum deuenerint,
quò deportãtur, primùm diiudicantur, quinam iuſtè, & quinam cõtrà vixerint: & ſi qui
videbuntur medio quodam modo vixiſſe, in vehicula ſcandunt ſua, & per Acheronta
in paludem deferuntur, vbi graui ſupplicio depurgantur, & poſtea liberati honores cõ-
ſequuntur ſecundum benefactorum ſuorum dignitatem. Qui autem videbuntur pro-
pter magnitudinem peccatorum curari non poſſe, in Tartarum omnes deiecti, nũquam
B inde poſſunt exire. Qui verò curabiles ſunt, quamuis maximè peccauerint, vt puta ſi
contra patrem & matrem ex ira aliquid fecerint, & poſtea pœnitudinem habuerũt, vel
homicidio, vel alio quodam facinore contaminati, hos in Tartarũ deuenire neceſſe eſt:
& annuo torti temporis ſpacio, eiiciuntur ab vnda: homicidæ quidem in Cocytum, pa-
tris autem & matris violatores in Pyriphlegethonta. Cúmque ad Acheruſiadem fuerint
paludem, clamantes vocant alij quos vituperarunt, alij quos occiderunt. Cúmque voca-
rint, rogant & ſupplicant, vt in paludem ſuſcipiantur. Et ſi exorauerint, exeunt, & libe-
rantur à malis: Sin verò non exorauerint, rurſus in Tartarum feruntur, ac inde iterũ in
fluuios: nec priùs ceſſant, quàm exorauerint quos læſerunt: Hæc enim vltio à iudicibus
imponitur. Qui autem ſanctitati vitæ excelluiſſe videbuntur, ij ſunt qui ab iſta tertia
quaſi à vinculis liberantur. Horum qui ſe philoſophia purgarunt, ſine labore in ſempi-
C ternum viuunt, & habitationes pulcherrimas conſequuntur, quas nec verbis exprime-
re poſſibile: nec, ſi poſſem, tempus ſufficeret. Horum igitur gratia ô Simmia cunctis viri-
bus virtutis curam oportet in hac vita gerere: optimum enim propoſitum eſt, & ſpes
maxima. Hæc Plato. Quod autem dixit, non eſſe poſſibile verbis pulchritudinẽ illarum
habitationum exprimere, nónne ſimile illi noſtro eſt: *Nõ vidit oculus, nec auris audiuit, nec* *Eſa.64.*
in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus amantibus eum. Habitationes autem multas dicit, *Ioan.14.*
& nos multas eſſe apud patrem manſiones didicimus. Pyriphlegethonta verò ignem æ-
ternum eſſe quis dubitabit? Hebræorum enim propheta ſimiliter clamat: *Quis nunciabit
vobis, quia ignis ardet? quis nunciabit vobis locum æternum?* Et rurſus: *Vermis eorum non morietur,
& ignis non extinguetur.* Plato quoque in Tartarum deiectos impios, non exituros inde *Eſa.66.*
aſſeruit, & pios in beatis locis in ſempiternum victuros affirmat. Quod verò addit, Sine
D labore: nónne illi ſimile eſt, Vnde abeſt dolor, mœror, & gemitus? Quod autem dixit nõ
ſimpliciter, ſed cùm in vehicula conſcenderint ſua, in Acheronta amnem depelli: quæ-
nam alia vehicula denotare poteſt quàm corpora, quibus aſſumptis, vnà ſecundum He- 1
bræorũ ſcripturas vitæ retributio fit?[1]

Scholia in Cap. XX.

*EX [1] capite ſeptimo prophetiæ Danielis, in quos viſio de Monarchiis quatuor deſcripta eſt, Euſe-
bius extremum quod vocant, iudicium aſtruit. 2. Flumina infert Pyriphlegethontem, Stygium, Co-
cytum, & purgatorium Platonicũ deſcribit. 3. Subiicit iudicij de bonis, malis, mediis, ἐκφράσιν. 4 De
gradibus pœnarum, quas damnati & alij, (quibus ſubuenit ipſis ignoſcentium clementia) ſuſtinent, a-
git 5. Platonicis μονὰς τῶν εὐσεβῶν, & fœlicitatem cuius erunt participes ij, qui in hac vita virtutis
E ſtudioſi & amantes fuerunt, commendat. 6. Scripturæ ſanctæ pronunciatis aliquot iſta omnia probat,
& τὰ τῶν ψυχῶν ὀχήματα, quæ conſcendunt, interpretatur de corporibus reſuſcitatis à mortuis, &
cum animabus ſuis iterum coniunctis.*

1 *Nam terra, & lapides, & omnis locus ille, corrupta ſunt & detrita, ſicut & ea quæ in mari ſunt,
à ſalſugine.*

IN LIBRVM DVODECIMVM EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica, Argumentum.

COnsensionem Philosophiæ Platonicæ, & Hebræorum sacræ scripturæ in duodecimo libro declarat Eusebius. Quo consilio id faciat, sæpè admonui. Erant inter Ethnicos non pauci, qui vitio Christianis hominibus vertebant, Iudaicæ scripturæ professionem. His respondens Eusebius, iniustam esse hanc querelam ex eo colligit, quòd de rebus maximis, Platonis (quem Ethnici propter sapientiam magni faciebant) & Hebræorum doctrinæ miranda consensio esse videretur. Id verò ita se habere demonstrat multis argumentis, quorum primum ductum est à docendi discendique ordine ac methodo vtrisque cõmuni. Alterum, à doctrinæ capitum τῇ συμφωνίᾳ, quam partim historicis exemplis, partim dogmaticis, illustrat. Habent Philosophi, & Physiologi, vberrimam in hoc libro materiam cogitandi & disputandi, de viri boni ornamentis & ingenio, de legibus Politicis & Oeconomicis, de Prouidentia & aliis rebus, quarum ἀκοημέλωσις extat in nostris scholiis. Hæc breuiter annotare in gratiam Lectoris visum est.

PRÆFATIO.

VErùm quoniam hoc volumen satis iam creuit, ad duodecimum librum transgressi, quæ restant ad ostendendam Platonicam philosophiam ab Hebræis defluxisse, conscribemus, vt multi videant non nobis solùm, verumetiam Platoni iam pridem scripturam Hebræorum probatam esse.

Quòd parere legibus, non quærere rationem iuuenes debent. Cap. I.

1 CEnset[1] igitur sine dubitatione aliqua, leges sequendas esse, hoc modo
2 scribens in primo de Legibus: Si quis rectè Laconum aut Cretensium leges reprehendere possit, alia quæstio est.[2] Ego autem iudico optimam esse legem, quæ iubet, ne quis iuuenum inquirat, quænã lex præclara sit, quæ non. Senex autẽ si quis dubitauerit, principibus aut æqualibus referat, nemine iuuenum audiente. Nónne igitur multo ante Platonẽ diuinæ literæ fidem cæteris proposuere virtutibus cùm inquit: *Nisi credideritis, non intelligetis.* Ac rursum: *Credidi, propterea locutus sum*? Vnde apud nos quoque incipientibus ac imperfectioribus quasique secundum animum infantibus simpliciùs scripturæ leguntur, credendum enim omnibus est, omnia quæ in ea ferũtur, sicuti Dei verba verissima esse. Illis autem, qui ad maiorem iam habitum scripturarum peruenerunt, altiora petere, ac rationem singulorum quærere conceditur. Hos Iudæi quasi scripturarum expositores Deuterotas appellare solebant. Poëtam deinde, Plato ait, Theognim ex Megara Siciliæ testem habemus, qui ait fidelem virum omni argento atque auro in seditione
3 meliorem.[3] Nemo enim integer atque fidelis, sine omni virtutis numero, in seditionibus esse potest. Quorsum hæc? quia legislatorem, qui à Ioue missus est, ita leges conscribere oportere censemus, vt ad maximam semper virtutem respiciat, quam Theognim secuti fidem, quæ maximè in periculis lucet, esse arbitramur. Eam nõ iniuria perfectam iustitiam nominare possumus. Ita Plato non irrationalem fidem, sed eam quæ virtuti coniuncta est, comprobare videtur, quod Saluator noster breuiùs, apertiùs ac diuiniùs
4 posuit: Euge, inquit, serue bone atque fidelis. Et rursus: *Quis ergo erit[4] fidelis & prudens pater*

Esai. 7.
Psal. 115.
Matth. 25.

A *ter familias?* prudentiam enim & magnanimitatem fidei coniunxit. Præterea Plato aliquantulum progressus: Certè, inquit, defunctorum animæ virtutem quandam habent, qua vel post mortem rebus humanis auxiliantur. Vera enim hæc opinio est, sed nisi prolixis rationibus probari non potest. Credere autem oportet huiusmodi sermonibus, quoniam à priscis valde viris traditi sunt. Credendum ergo est etiam illis, qui ita hæc se habere, legibus confirmant. Sic certè de Hieremia traditum fuisse Iudæi contendunt, *2. Mac. 15.*
Machabæorum liber retulit, visum ipsum fuisse post mortem orare pro populo.

Scholia in Cap. I.

1 *QVemadmodum Philosophorum facilè princeps Plato, leges in Repub. bene constituta à nemine in dubium vocādas esse censuit, quod bonas leges religiosè obseruare præstaret, quàm scrupulosè ex-*
B *cutere & ad viuum resecare: Ita Hebræi eos qui doctrinam sacram discere volebant, fidem adhibere sacrosanctis* Dei *legibus, & oraculis nequaquam in scirpo quod aiunt nodum quærere, iusserunt. Aperit enim vt præclarè dicit Beatus Augustinus, fides intelligētiæ ianuam quam infidelitas recludit. Fuit ergo vtrisque persuasum, addiscentem oportere credere. 2. Elementa doctrinæ prima rudioribus, solidum autem cibum cælestis doctrinæ, doctioribus, olim quidē Hebræi nunc verò Christiani tradere bono sanè consilio, consueuerunt, vt omnibus satisfacerent, habita in singulis ratione ingenij & captus 3. Fidem cum præstantißimis virtutibus prudentia & bonitate coniunctam vsque ad capitis finē probat. Hæc omnia ideo exponit Eusebius, vt Platonis & Hebræorum de his omnibus consensionem, demonstret.*

1 *Duodecimus liber Euangelicæ præparationis, hic tandem ea quæ prioribus desunt ex Platone suppeditabit: initium autem sumam ex defensione eorum, quæ à multis contra nostram fidem obiecta*
C *sunt.*

2 *Sed vna voce & vno ore omnes consentire, quòd omnes ritè scriptæ sint. Quod si quis aliter dicat, non velle id audire.*

3 *Hunc autem dicimus in bello difficili meliorem illo multò esse, quantò melior est iustitia & tēperantia & prudentia, si cum fortitudine conspirat.*

4 Fidelis] *Apertè itaque in his ostendit se non probare fidem irrationabilem, sed eam quæ virtutibus coniuncta sit, vt sunt prudentia & bonitas.*

Quòd commodè per fabulas adolescentibus maiora tradenda sunt. Cap. II.

PRimùm deinde, inquit, pueris fabulas tradimus.[1] Fabula verò est, vt breuiter dixe- 1
D rim, falsum quiddam, quamuis & verum esse possit. Fabulis autem priùs quàm gymnasiis pueri exercendi sunt. Hæc Plato. Iudæi autem re ipsa scripturæ historiam simpliciter, quasi fabulam adolescentulis tradere solent. Cúmque non magis ætate quàm habitu scripturarum creuerit, altiora & latentia dogmata per[2] Deuterotas docent. Maxi- 2
mum deinde, ait Plato, in omni opere principium est, præsertim in iuuene atque tenero, tunc enim præcipuè animus formatur, & quicquid dixeris, faciliùs ingressum insidet. Quare non quascunque fabulas, sed probatas ac vtiles à matribus atque nutricibus tenellis puellis infundant, quasque iam adultos prouectósque retinere non erit inutile. Hæc multò ante Platonē Iudæi obseruabant. Qui enim sancti spiritus gratia discernere de spiritibus poterāt, dicta & scripta diligenter examinabāt: & quæ aliena videbātur à veritate, sicut pseudoprophetarum libri, reprobantur. Scripturæ quoque sanctæ historias parentes & nutrices tenellis pueris infundere solebant, vt eis faciliùs, cum viri es-
E sent, vterentur.

Scholia in Cap. II.

QVæ fuerit docendi ratio Platoni *probata, & apud Hebræos vsitata, fusiùs exponit, Operæ pretiū videbatur* Platoni, *pueros* ἐν μύθοις ὠφελίμοις, *adultos* ἐν γυμνασίοις *erudire. Illud non probo, quod Eusebius historias veteris testamenti, tanquam fabulas, pueris Hebræorum inculcatas putauit. Vt dein quosdam abusos historia sacra, nec eam maioris, quàm Apologos Alcinoi, fecisse: non tamen decet* συγκρίσεως χάριν *fabulis nugísque poetarum conferre historiam veritatis & sapientiæ plenam: & à spiritu sancto dictatam? Non enim* σεσοφισμένοις μύθοις, *sed verbo veritatis, nobiscum agit spiritus sanctus, cuius oraculorum tanta est euidentia, vt ne apex quidem eorundem,* μυθῶδές *aliquid contineat.*

1 *Oratio autem duplex est, Vera & falsa. In utrísque autem institutio facienda: sed primò in falsis. Itaque primò pueris fabulas tradimus.*
2 Deuterotas] *per eam quam* δευτέρωσιν *vocant &* σαφήνειαν.

Quòd syncera fide Plato scripturæ inhæsisse videatur. *Cap. III.*

PLato autem in Gorgia: Audi sermonem, inquit, quem tu fabulosum dices, ego verò verissimum arbitror. Et post pauca: Qui iustè sanctéque vixit, eum postquàm mortuus fuit, in beatorum insulas profectum absque vllo incommodo summa in beatitudine viuere. Qui verò iniustè atque impiè, eum in atrocissima proficisci supplicia, quæ Tartarum appellãt. Et post pauca: Nudi autẽ mortui iudicantur, & iudex ipse nudus est, quia defunctus, & animo animatũ perspicit ab omnibus derelictum cognatis, ac cæteris quæ hic habebat, vt iustum iudicium fit. Et subiicit: Hæc sunt ô Callicles, quæ ipse audiui, & vera esse apprimè credo. Ex his autem sermonibus tale quid ipse mecum ratiocinari soleo, nihil aliud mors mihi videtur, quàm corporis atque animæ dissolutio, quæ postquam disiuncta fuerit, retinet vtrumque habitum suum, quem homine viuo habuerat. Nam corpus si magnum erat viuo homine, & mortuo quoque magnum: & si pingue, pingue quoque postquam anima decesserit, aliquo tempore manet: & si cicatrices vulnerum habebat viuens, aut ossa quædam fracta, vel membra trunca, eodem modo profectò se habet post mortem, anteaquam omnino corrumpatur. Similiter & in anima postquam denudata corpore fuerit, habitus omnes in quibus exercuit passiones & studia inesse perspiciuntur. Cùm igitur ad iudicem anima peruenerit, veluti ad Rhadamanthum Asiaticum, confestim iudex etiam si regis magni anima esset, in ea perspicit vulnera & cicatrices iniuriarum, quas singulæ operationes animæ impresserunt. Videt C tortuosa omnia falsitate atque superbia: cognoscit nihil ibi esse rectũ propter licẽtiam, delicias, contumelias, incontinentiámque in viuẽdo: cernit omni turpitudine animam esse repletam. Quare recta ad carcerem tartari immittit, vbi suppliciis torquetur, vt aut ipsi purgati meliores fiant, aut exemplo suo alij moniti formidine cruciatus, à peccando deterreantur. Purgantur autem quicunque curabiliter peccarunt doloribus, & hic viui, & apud inferos mortui. Nõ enim aliter possibile est impressas vitiorũ detergi maculas. Qui verò maximè iniuriati sunt, ac incurabiliter peccarunt, nulla his vnquam vtilitas accidere potest, quia incurabiles sunt, sed alij exemplo suo iuuantur, ex quibus ego Archelaum fore, & similes ei tyrannos non dubito. Reges enim propter peccãdi licẽtiam, omnes penè scelestissimi sunt. Testis est Homerus, qui reges atque tyrannos apud inferos in sempiternum cruciari asserit, Tantalum, Sisyphum, Tytium, Thersiten, alió́sque D cõsimiles. Priuatos autem homines, nullus vnquam scripsit, perpetuis, tanquã incurabiles, apud inferos cruciatibus detineri. Quare fœliciores certè sunt priuati principibus. Nec tamen prohibet aliquem bonum virum principem esse, sed cùm arduum atque difficile sit in magna peccandi licentia seipsum continere, magna laude dignũ est ô Callicles, pauci tamen inueniũtur. Vnus de his, qui potentiã habuerũt, Aristides Lysimachi virtute præclarus fuit. Vt ergo diximus, atrocissimas vitiorũ ferentes in anima cicatrices à iudice in pœnas mittuntur. Quum autem ab omni cicatrice peccatorum detersam videbit animam, nec quæ sit, nec vnde fuerit, quærens admiratus, ad beatorum insulas misit. Hæc eadem etiam Aeacus baculum habẽs, sicut & Rhadamanthus iudicat. Minos autem aureum sceptrum tenens, solus sedet, vtriusque iudicium considerans. Ego igitur ô Callicles, has rationes verissimas esse credens, nihil aliud considero, quàm E quomodo mũdissimo animo ad iudicem accedã, ac ideo neglectis humanis honoribus conabor rectè viuendo quàm optimus fieri. Obsecro autem cæteros omnes, & teipsum, ad hunc calcem virtutis curriculo tende, turpissimum enim est, si tibi ipsi in illo iudicio nullo modo prodesse poteris. Hæc forsan fabulosè tibi quasi ab anu quadam dici videntur, ac ideo spernis. Non esset autem mirum, hæc à te sperni, si diligenter quærẽtes, meliora veriorá que istis inuenire possemus. Nunc verò cùm sitis tres Græcorum omniũ sapientissimi, tu, & Polus, & Gorgias, non poteritis tamen verè dicere, quòd oporteat alia quadam noua vita quàm ista viuere, quæ illic etiã plurimũ conducit. Omnia enim alia facilè redarguuntur. Hic verò sermo firmus atque stabilis semper manet. Quare cauere magis debes ne lædas, quàm ne lædaris. Omnes enim studere debent, non vt boni videãtur, sed vt & publicè & priuatim boni sint. Plato igitur Æacũ, Minoem, Rhadamanthum

Purgatorium Platonicũ.

Reges rarò saluantur.

Aristides.

A thum defunctorum iudices constituit. Diuina verò scriptura ipsi Deo iudicium attribuit, qui singulis secundum opera sua redditurus meritum est.

Scholia in Cap. III.

1 Platonis sententiam de Bonorum felicitate, quæ hanc vitam consequitur, & Improborum penis, ex Gorgia desumptam, initiò exponit, & eandem corporum ἕξιν in hac & altera vita fore, affirmat. Paulus Apostolus, de corporibus resurgentium 1. Cor. 15. scripsit in hunc modum: Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate: seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in potentia: seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale: Est corpus animale, & est corpus Spirituale. Et alibi idem Apostolus affirmat, Christum nostra corpora conformia facturum ipsius glorioso corpori. De Platonico purgatorio, in quo purgantur à peccatis nonnullæ sanabiles animæ: de pœnis eorum qui atrocia scelera perpetrauerunt, nec perpurgari possunt, ex sententia eiusdem Platonis multa subiicit, B *Priuatos homines, Tyrannis hac in parte feliciores esse, Plato censuit, quia maxima illorum pars beatitate illa perfruatur in Elysiis campis: hi verò in Tartaro dent pœnas in perpetuum, quæ calamitas consequitur eam, quæ à Poeta his verbis est descripta.*

Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt Reges & sicca morte Tyranni.

Illud autem Platonis ethnici hominis dictum, de vita & morte sua, vellem omnes eos diligenter expendere, qui verbis se Christianos esse profitentur, factis autem totáque vita negant. Verba philosophi pietatis plena, hæc sunt: ἐγὼ μὲν οὖν ὦ Καλλίκλεις ὑπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ, ὡς ὑγιεστάτην ἔχων τὴν ψυχήν. χαίρειν οὖν ἐάσας τὰς τιμὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν ἀσκῶν, πειράσομαι τῷ ὄντι, ὡς ἂν δύνωμαι, βέλτιστος ὢν καὶ ζῆν, καὶ ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. *De veræ pietatis studio & fructu omnium verißimè Paulus Apostolus* C *de seipso loquens, Certamen inquit, bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Quod superest, reposita est mihi iusticiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die, qui est iustus iudex: non solùm autem mihi: sed & omnibus qui diligunt aduentum ipsius. Hæc verè fidei vox est: sicut illa Platonica legis naturæ.*

Quòd non in omnes efferenda sunt veritatis dogmata. Cap. IIII.

Caueas, Plato inquit, ne rudibus hæc omnibus committas. Hi enim nihil magis quàm has vtilissimas narrationes derident: quemadmodum econtrà ingeniosi ac sapientes nihil magis admirantur. Quare cùm eis sæpius hæc narrantur crebro audiendo, vix tandem, vt aurum, multo labore purgantur. Et apud nos salutaris ille sermo dicit: *Ne detis sanctum canibus, neque proieceritis margaritas ante porcos.* Et illud, *Animalis homo non percipit ea* D *quæ Dei sunt. Stultitia quippe illi sunt.* Sic & diuina scriptura res mysticas ad multos efferendas prohibet, apud quam primus Moses scribitur recusasse præfecturam.[1] *Alium enim*, inquit, *supplico Domine, qui hoc onus ferre poßit, mittere velis.* Saul etiam occultasse se dicitur, ne regnum susciperet. Hieremias quoque recusasse fertur: & Plato similiter consuluit, dicens: Propterea[2] ô Thrasimache, vt modò dicebam, nemo sponte ad gubernandam rempublicam accurrat.

Prudentes viri fugerunt dignitates.
Matth. 7.
1. Cor. 10.
Exod. 4.
1
Ierem. 1.
2

Scholia in Cap. IIII.

Qvemadmodum Apostolus Paulus, rudioribus lac doctrinæ cœlestis, doctioribus solidum eiusdem doctrinæ cibum, se dedisse profitetur: 1. Cor. 2. Ita Plato hæc sua mysteria nequaquam vbique & omnibus inculcanda & tradenda esse censuit. Habenda enim captus cuiusque ratio est, in illa præsertim institutione, de rebus diuinis & de cultu Dei.

E 1 *Cuius particeps, secundum rationem viuit qui illa caret, domum perdit & vrbem.*

2 *O thrasimache certum est, quod nulla ars, neque geminatus sibi vtile comparat, sed quod antea dixi, ei quod sub domino & præparat & imperat.*

De viro iusto secundum Platonem. Cap. V.

Ad hæc cùm Hebræorum prophetæ contumelias omnes atque pericula subeunda propter virtutem & veritatem conclament, consentanea Plato in secundo de Republica scripsit: Non vt videatur, inquit, iustus generosus vir qui iustitiam colit, sed vt sit. Si enim quia iustus videatur, honores quispiam nanciscitur, incertum fit vtrum propter virtutem, an propter honores iusticiam sequitur. Sed fingamus, vt cùm neminem vnquam læserit, iniustus videatur. Si ergo sic affectus, nullo periculo, nullo cruciatu à virtute remo-

uetur, tunc verè iustus atque generosus est. Hæc Plato verbis, quæ re ipsa iusti viri apud Iudæos comprobarunt, qui tanquam iniqui, alij lapidibus, alij gladio, alij alio modo necati sunt: caprarum atque ouium pellibus induti, rebus penè omnibus egentes, in desertis

Heb. 11.
1. Cor. 4.

errantes, in montibus & speluncis & terræ cauernis. Apostoli etiam Saluatoris nostri maxima pietate & iustitia viuentes, malefici multis videbantur, quare spectaculum facti sunt mundo, & angelis, & hominibus, esurientes, sitientes, nuditate ac verberibus laborantes, vt ait Apostolus. Sed iniuriam, vt ipse addit, passi, benedicebant, persecutiones magno ferebant animo: turpi affecti fama, afficientes ad virtutem exhortabantur: & quasi quisquiliæ orbis reputati, gaudebant: & vsque ad hæc tempora generosi martyres vbique terrarum non vt videantur, sed vt sint pij atque iusti, multo plura maioráque quàm Plato verbis expressit, re ipsa patiuntur, vincti verberibus, afflicti tormentis, atque eculeis cruciati. Et demũ post multos diuersósque dolores crudelissimo genere aliquo mortis consumpti. Quibus similem apud gentiles aliquem nunquam inuenies, vt non iniuria de nostris praeclaris viris, qui pietate ac vera iustitia perfulserunt, Plato illa perscripsisse videatur.

Scholia in Cap. V.

Hebræi veteres & Plato magno consensu fatentur, eum demum esse virum bonum & generosum, qui non vult videri tantum, sed esse bonus studio habet & præter meritum pro improbo habitus & exosus ingenti & excelso animo odia, obtrectationes, persecutiones & omnia aduersa, fert & superat, cùm vt Aristoteles rectè dicit, in aduersis τὸ καλὸν præcipuè luceat.

Quòd etiam de serpentis fraude Mosem Plato sequitur. Cap. VI.

Cvm Moses, ineffabili quadam ratione, in principio creationis mũdi, paradisum quendam à Deo plantatum dixerit, hominémque ibi à serpente per mulierem deceptum narrauerit, apertè Plato commutatis nominibus, in Symposio allegoricè similia posuit. Pro paradiso enim Dei, hortos Iouis appellauit, pro serpente deceptionéque ipsius paupertatem insidiantem posuit, pro viro autem primo, quem Dei consilium atque prouidentia quasi nuperrimè natum filium produxit, Consilij filium, Popum nomine posuit. Cúmque Moses in ipsa cõstitutione mundi factum hoc dixerit, cùm Venus facta esset, id accidisse Plato narrauit. Verùm allegoricè propter pulchritudinem mundum appellans. Sed verba eius hæc sunt: Cùm inquit, facta esset Venus, & alij dij & consilij filius Porus, in conuiuium conuenerunt, & post cœnam Inopia tanquam mendica ad ianuam domus vbi conuiuebant accessit. Porus autem nectare superatus (nondum enim vini vsus iuuentus erat) in hortos Iouis ingressus, grauiter dormiebat. Inopia verò propter indigentiam ad insidiandum parata, vt ab eo liberos susciperet, apud eum accubuit, & hoc dolo Cupidinẽ à Poro concepit. His Plato allegoricè illa Mosaica voluit significare.

Scholia in Cap. VI.

Fabulam Platonicam allegoria turpi Fucatam, Eusebius cum narratione Mosaica de lapsu Adæ confert, vt eadem quæ Hebræi olim, sensisse Platonem ostendat. Quem vsum habeant eiusmodi συγκρίσεις narrationum sacrosanctarum, & fabularum Ethnicarum, non video. Non quidem me fugit Apostolum, ex Arato, Menandro & Epimenide quædam veluti emblemata suis exhortationibus aspersisse: Verùm raro, sobriè, & magno consilio, id ab eo factum comperio. Et aliud est sententiam vel à lege naturæ, vel ab experientia communi profectam, ac veritatis vsúsque nomine commendabilem, inserere suis scriptis: aliud est Ethnicæ doctrinæ & sacrosanctæ Theologiæ, comparationem instituere, Platonica dogmata propè æquiparare mysteriis diuinitùs reuelatis. Sanè, si quadrata rotundis æqualia sunt, si lux & tenebræ non à se inuicem distant: & si nihil interest inter verum & falsum: tum libenter dabo Platonicas fabulas & allegorias, cum Mosaicis historiis, conferri posse. Non damno Philosophiam Platonis, & ea que de Repub. de Oeconomia, déque aliis vtilibus ab vitam rebus præclarè ab eo scripta sunt: sed eius de rebus diuinis ματαιολογίαν, Christianis hominibus fugiendam, & neutique cum fidei nostræ mysteriis conferendam, censeo. Pugnant enim inter se δὶς διὰ πασῶν hæc doctrinarum genera, exceptis iis quæ à lege naturæ edoctus, rectè Plato dixit.

Quomodo Plato quasi ioco ex viro sumptam mulierem scripsit. Cap. VII.

Præterea Mose dicente, Adæ autem non inueniebatur coadiutor similis eius. Immisit ergo Deus soporem in Adam. Cúmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea: & ædificauit Deus costam quam tulerat ab Adam in mulierem. Cùm non intellexerit Plato quo sensu id dictum est, quia tamen Mosaica omnia fuerat admiratus,

A admiratus, noluit omnino præterire. Itaque Aristophani comico, qui etiam rebus honestis illudere solebat, orationem in Sympoſio attribuit, dicens: Oportet primùm vos naturam humanam & passiones ipsius prædiscere. Prisca enim nostra natura alia erat quàm nunc est. Non enim duo genera hominum, vt modò, sed tria fuerunt. Ad masculum enim atque fœminam, tertium etiam aderat vtrisque commune, cuius rei nomen solummodò relictum est, res verò penitus periit. Nam Androgynũ tunc re ipsa & nomine ex vtrisque, mare scilicet atque fœmina, constabat. Istis cum aliquantulum, vt Aristophanes solebat, illuserit, subiungit dicens: Hæc Iupiter dixit: & incidebat homines medios, & Apollini iussit partes incisorum ita coniungere, vt facies ad cæsuram verteretur. *Duo sexus in vna persona.*

Scholia in Cap. VII.

B *Ridiculam Platonis fabulam, de Primis hominibus, & Androgyni sectione, recenset Eusebius, & eam narrationi de creatione Euæ respondere, affirmat. Quid si dicamus, Satanam eiusmodi fabulis, velut sarcasmis, irridere voluisse, sacram historiam de ortu primorum hominum? Mihi sanè ita videtur. Non est autem ferendum, vt quod* χλευασμῷ *sapientes huius seculi protulerunt, id nos velut* παράλληλον *cum historiis sacris exosculemur. Valeant illa somnia, nos exosculemur ea oracula quæ* τὴν τῆς πίστεως πληροφορίαν *alunt & firmant. Vt sæpe conficta hæc narratio occurrit apud Platonem, Diodorum Siculum & alios, qui sibi ignotam primorum hominum historiam literis mandare conati sunt, ne suam ignorantiam agnoscere viderentur: Ita ex diametro pugnat cum Geneseos historia, & ob eam causam repudianda est.*

De prima hominum vita. Cap. VIII.

CVm Moses primam hominum vitam in paradiso Dei nulla re indigentem, quasi diuinam asserat, omniáque sponte à terra producta, nudósque fuisse cõfirmet, audi quem-
C admodum ea ipsa Plato Græcè conscripsit: Deus inquit pascebat eos, sicuti nunc homines nonnulla animalium genera: nulla tunc erat respublica, nec liberorum procreatio. A terra enim homines emergebant, & hæc omnia quæ modò sunt habẽtes, magna optimorum copia fructuum facillimè atque optimè viuebant: quos non culta, sed spontè terra edebat: [1] nudi sine aliqua erant molestia: vicissitudines enim temporum summa temperie connectebantur.

Scholia in Cap. VIII.

DE vita, Politia, Oeconomiis, artibus, agricultura primorum hominum, quæ Moses memoriæ mandauit, extra omnem controuersiam posita sunt. Ideo Platonica fabula de Saturni seculo probanda non est. Vt igitur vetustas dixit: ἅλις δρυός, *ita nos* ἅλις ματαιολογίας ἐθνικῆς *rectè dicimus. Deo sanè immortales gratiæ agendæ sunt, quod sacræ primorum hominum historiæ thesaurum, nobis,*
D *Mosen, Prophetas & Apostolos, velut per manus dare voluit, ne ignari essemus veteris historiæ.*
1 *Nudi & sine lectis in foribus plerunque agebant. Nam tempus, erat illis non molestum. Moles autem lectos habebant, crescente ipsis ex terra gramine copioso.*

Quòd etiam collocutionem serpentis & Euæ secutus est. Cap. IX.

PRudentiorem omnibus bestiis terræ serpentem fuisse, & sermonem eius vicissim cum muliere habitum, Moses scribit: quam rem quomodo Plato narrauit, non est alienum audire. Qui Saturni temporibus erant, inquit, tanta virtute pollebant, vt non cum hominibus solùm, verumetiam bestiis oratione vti possent. Sed non ad philosophiam, & inter se, & cum bestiis hac virtute vtebantur, diligenter scrutantes de singulorum natura ad accumulationem prudentiæ: sed cibo atque potui tanquam helluones continuè inhærentes, fabulas secum & cum bestiis tales conferebant, quales modò de ipsis narrantur.

Scholia in Caput IX.

E *SErpentis & Euæ colloquium, descripsit Moses Gen. 3. Platonica fabula de hominum & animantium brutorum confabulatione, eiusdem farinæ est, cuius superiores de Iouis hortis, & vita primorum hominum. De rebus sibi ignotis, qui potuit Plato pronunciare, cùm is veritatem in iniustitia detineret?*

Quòd diluuij mentionem fecerit Plato. Cap. X.

MOses in scribendis legibus antiquitate magna pro exordio vsus, vitas hominum & diluuium narrat: & virtutes atque delicta nobilissimorum virorum, qui post diluuium fuerant, diligenter exponit. Nam perutilem hanc historiam legibus futuram iudicauit. Hunc scribendi modum in legibus Plato imitatus est: his primordiis enim legum antiquitate vtitur: & diluuij mẽtione facta, vitam etiam, quæ post diluuium fuerat, explicare non renuit. An, inquit, igitur prisci sermones veri nobis videntur. Quinam? multis pestibus

atque diluuiis homines ita perisse, vt paucissimi relicti sint? Valde inquam hoc verisimile cunctis videtur. Intelligendũ est igitur eos qui nunc effugerunt montanos quosdam fuisse in cacuminibus altissimorum montium habitantes, à quibus posteà homines multiplicati sunt. Quare necesse fuerat artium disciplinæque ciuilis imperitos fuisse, ac ab omni ambitione, habendíque cupiditate, cæterísque vitiis, quæ in ciuitatibus maximè sunt, liberos. His talibúsque latiùs narratis, vitas hominum, qui post diluuium fuerunt, exposuit. Deinde ad Græcorum antiquitatem descendit, vt ab Hebræorum Moses. Eorum igitur meminit, qui præclara facinora in Troia fecerunt. Disciplinam Lacedæmoniorum ciuilem non prætermittit. Persarúmque vitas, tam eorum qui rectè, quàm eorum qui perperam vixerãt nobilissimorum tetigit. Et post historiam huiusmodi legum positionem aggressus est, adeo etiam in his Mosi doctrinam admiratus est.

Vitia in ciuitatibus plura, quã in pagis.

Scholia in Cap. X.

EAdem methodo in legibus, vitis illustrium virorum, cataclysmo & aliis rebus memorabilibus describendis, vsum esse Platonem, qua Moses, qui seculis aliquot Mosen præcessit, ostendit in hoc capite Eusebius.

Quòd Plato à pietate in Deum leges exorsus est, vt Moses. Cap. XI.

CVm Moses vniuersas leges suas disciplinámque viuendi à pietate in Deum dependere voluerit, ac ideo à creatore omnium initium librorum suorum fecerit, & res humanas à diuinis dependere docuerit, ipsásque diuinas ad Deum creatorem omnium retulerit: operæprecium est considerare quomodo Plato eum diligentissimè sequens, Cretensium ac Lacedæmoniorum leges incusat: Mosaicam verò legem apertè probat sic in primo de Legibus dicens: Cretensium leges hominibus Græcis non sine causa maximè conferunt: ita enim rectè positæ sunt, vt vtentes eis, cùm omnia bona inde consequantur, felices sint. Dupliciter autem bona dicuntur: alia enim humana sunt, alia diuina: dependent autem à diuinis humana, Diuinis igitur, quæ maiora sunt, susceptis, minora etiam possidentur. Illis autem spretis, vtrisque ciuitas priuatur. Minorũ verò primùm est sanitas: deinde pulchritudo: tertiò vires ad cursum, & ad alios corporis motus: quartò diuitiæ, quæ non cæcæ sunt, vt vulgò dicitur, si prudentiam sequuntur: quæ quidem prudentia diuinarum rerum prima est, deinde post mentem temperans animæ habitus. Ex his duobus fortitudine adhibita, iustitia tertiò emergit: & quartò fortitudo: quæ omnia natura rebus humanis anteponuntur. Quare oportet, vt legislator hunc ordinem sequatur. Deinde mandandum ciuibus, vt ad hæc respicientes operentur.[1] Humana enim ad diuina hæc verò ad principem intellectum referenda sunt. Et post pauca: Omnibus istis legislator custodes præficiet eos qui prudentia & vera laude gaudent: vt intellectus hæc omnia moderatione atque iustitia coniuncta, non autem diuitias, aut ambitionem sequatur. Quæ omnia in Legibus Iouis & Apollinis Pythij, quas Minos & Lycurgus composuerunt, inesse videbitis. Patent enim his, qui artificio & exercitatione legum peritiam habent: cæteris verò nullo pacto. Et à nostris dictum est: *Quærite primum regnum Dei & eius iustitiã, & cætera adiicientur vobis.* Moses quoque multo priùs à diuina doctrina facto principio, & viuẽdi disciplina ad illam relata, omnibus principes atque custodes Dei sacerdotes præfecit, viros scilicet iustos, prudentiæ ac veræ laudis amatores.

Ordo & gradus bonorum corporalium.

Matth. 6.

Scholia in Cap. XI.

1 *PLato, Mosen (si Eusebio credimus) secutus, leges & politias à pietate erga Deum dependere, censuit. 2. Bona in hunc modum idem Philosophus diuisit.*

Διττὰ δ' ἀγαθά ἐστιν — *Duplicata sunt Bona*

- τὰ μὲν ἀνθρώπινα, καὶ ἐλάττονα — *Alia quidem humana & minora*
  1. ὑγίεια, *Sanitas.*
  2. κάλλος, *Formæ elegantia.*
  3. ἰσχὺς εἴς τε δρόμον, καὶ εἰς τὰς ἄλλας πάσας κινήσεις τῷ σώματι. *Robur corporis.*
  4. πλοῦτος οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων ἄνπερ ἅμ' ἕπηται φρονήσει. *Opes.*
- τὰ δὲ θεῖα καὶ μέγιστα — *Alia diuina & maxima*
  1. φρόνησις. *Prudentia.*
  2. σώφρων ψυχῆς ἕξις. *Temperantia.*
  3. δικαιοσύνη. *Iustitia.*
  4. ἀνδρεία. *Fortitudo.*

3 *Quoniam*

A 3 *Quonam autem ſingula hæc bona referenda ſint, Plato hiſce verbis indicat:* τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνθρώπινα, εἰς τὰ θεῖα. τὰ δὲ θεῖα, εἰς τὸν ἡγεμόνα νοῦν σύμπαντα βλέπει.

1 *Poſt hæc in puerorum generatione, educatione, ſiue maſculorum, ſiue femellarum, iuuenum & ſenum, vſque ad ſenectam curam rectam habere oportet.*

Quòd à pueritia in legalibus pietatis exercitiis pueri exercendi ſunt. Cap. XII.

COnſulo igitur, vt ab ineunte pueritia, inquit, ludendo atque ſtudendo rebus tamen ſemper congruenter, has res pueri percipiant. Hoc enim modo in bonos viros euadẽt. Si enim agricolam quendam aut ædificatorem probum fore deſideramus, eum in tenera ætate ludentem, pueriles quaſdam domos ædificare iubebimus, aut inſtrumenta quædam agriculturæ fabricare: quæ quamuis inutilia ſint, ad imitationem tamen vtilium, verorúmque inſtrumentorum non parum conferunt. In omnibus enim etiam ludendo conari debemus, vt puerorum ſtudia & cupiditates eò vertamus, quò ipſos peruenire deſideramus. Caput autem doctrinæ infantium alimentum eſt, quod ludentium animum ad expetendum illud adducet, quo in virili ætate ipſos vti decreuimus.[1] Multo breuiùs hoc Moſes atque dilucidiùs: *Et erunt verba hæc*, inquit, *quæ ipſe tibi hodie præcipio in corde tuo, & in anima tua, & propones ea filiis tuis.* Quod ex priſca conſuetudine ad hodiernum vſque diem diligenter Iudæi conſeruant. In ſecundo autem Legum: Diſciplinam, inquit, appello virtutẽ, quæ puerorum animos continere poteſt: voluptas enim & dolor, amor & odium quàm rectè fieri poteſt, antequam ratione moueantur in animis eorum fluunt: vt faciliùs, cum ad ratiocinandum peruenerint, conuenienter rationi omnia peragant: quorum cõuenientia virtus perfecta eſt. Aſſueſcant ergo à pueritia dolore ac voluptate rectè moueri, vt à principio, vſque ad extremum vitæ oderint quæ odiſſe oportet, & amẽt quæ amanda ſunt. Sed multo antè Dauid, quæ odio inſequenda, & quæ amanda ſunt iuuenibus & prouectis ſimiliter declarauit, dicens. *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam.* Et Salomon:[2] *Audite filij*, inquit, *diſciplinam patris: legem meam nolite obliuiſci.* Et rurſus: *Viam impiorum non ingrediaris.* Innumerabilia huiuſmodi facilè in ſcriptura inuenies, quibus adoleſcẽtes atque profecti ſimul ad pietatem exhortantur.

Platonis cõſilium de inſtituẽdis pueris.

Alimento pueri traduntur ad ſtudia. 1

Deuter. 6.

Pſal. 33.

Prouerb. 1. 2

B C (section markers in margin)

Scholia in Cap. XII.

1 *MOſis præceptum, de lege pueris inculcanda, Plato quoque comprobauit, cuius hæc verba ſunt:* λέγω δὴ καὶ φημὶ τὸν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἄνδρα μέλλοντα ἔσεσθαι, τοῦτ᾽ αὐτὸ ἐκ παίδων εὐθὺς μελετᾶν παίζοντά τε καὶ σπουδάζοντα ἐν τοῖς τοῦ πράγματος ἑκάστου προσήκουσι, *&c.* 2 *Cúmque*
D *illa ætas voluptate & dolore præcipuè moueatur, aſſuefaciẽdi ſunt pueri à teneris vnguiculis, vt diſcat odiſſe odio digna, & amare, quæ ſunt amanda.* 3. *De Inſtitutione ſancta, pronunciata aliquot ex Pſalmo 33. & libro Prouerb. Salomonis in fine annectit, vt* περὶ παίδων ἀγωγῆς *eandem ſententiam tum Hebræorum tum Platonis fuiſſe, conſtet.*

1 *Caput eruditionis dicimus rectam educationem, quæ ludentis animum maximè in amorem rapit eius rei, quam oportet habere eum qui in virtute rei perfectus eſſe velit.*

2 *Audite filij diſciplinam patris donum enim bonum donabo vobis, legem meam nolite, &c.*

Quòd diuinarum rerum imagines hæc inferiora Plato putabat. Cap. XII.

DIuinis oraculis Moſi dictum eſt: *Facies omnia ſecundum figuram, quæ tibi monſtrata in monte eſt.* Id Apoſtolus latiùs expoſuit, dicens: Vmbra exemplúmque cœleſtium legalem cultum fuiſſe. Apertiſſimè namque Moſaica vniuerſa, tanquam vmbræ ac ſymbola cœleſtium ſunt. Nunc verò audi quemadmodũ Plato in ſexto de Republica hunc locum imitatus eſt. Deo, inquit, & mundo verus philoſophus loquens, mundus atque diuinus quantum poteſt efficietur. Si ergo neceſſe fuerit, quæ ibi videt in moribus hominum & priuatim & publicè ponere, vt non modò ſeipſum, verumetiam alios per illa confirmet, putáſne modeſtiæ, iuſtitiæ, & omninò vniuerſæ virtutis improbum magiſtrum futurum? Minimè, inquam. Sed multi videlicet parum nobis credunt, dicentibus non aliter poſſe fœlicem ciuitatem fieri, niſi pictores illi eam depingant, qui diuino exemplari ad pingendum vtuntur. Imò credent, inquit. Sed quis eſt modus picturæ? Quaſi tabula in quam ciuitas & mores hominum primùm, quod omnium difficillimum eſt, mundi, puríque faciundi ſunt: non enim priùs ſcribendæ ſunt leges, quàm mundam feceris ciuitatem: deinde formula diſciplinæ ſcribenda depingendáque eſt.

Exod. 25.

E

Scholia in Cap. XIII.

QVemadmodum Mosi Iehouah præcepit, vt tabernaculum, vasa, aras, candelabrum, & alia (quæ, vt ait Apostolus, vnà cum cæremoniis, suis erant σύμβολα καὶ ἀντίτυπα futurorum bonorum) id eum modum adornaret, vt essent conformia schemati, quod in monte viderat: Ita Plato de Repub. rectè instituenda disserẽs, vult vrbe priùs probè à vitiorum sordibus repurgata, leges ferri & Politiam, quæ habeat aliquid θεοφιλὲς καὶ θεοείκελον, constitui. Tu, si plura ea de re legere cupis, Thomæ Mori Vtopiam euolue. Non libet autem scrupulosè excutere, quàm aptè Eusebius noster, ea quæ περὶ τῶν ἱερατικῶν & de tabernaculi structura, dicta sunt, detorserit ad Platonicæ Politiæ formam & institutionem commendandam. Rectè quidem Plato πολιτείαν θεοείκελον esse debere censuit, sed quid hæc sententia ad Tabernaculi Mosaici fabricam?

Quòd adolescentes cantibus ad virtutem præparandi sunt. Cap. XIIII.

ODas etiam canendas putat, sic dicens: Ter iam & quater dictum est, disciplinam esse B puerorum educationem, quæ ad rectam legalémque vitam perducat. Vt igitur pueri animus legem ita sequatur, vt vnà cum ea gaudeat, atque doleat, odas perdiscant, crebróque cantitent, quibus laudes atque vituperationes earum rerum contineantur, quas lex laudat, atque vituperat. Quoniam enim teneriores anni, rationem virtutis non suscipiunt, ludo atque cantu præparantur. Iure igitur apud eos prophetarum odæ à pueris addiscuntur.

Scholia in Cap. XIIII.

ODas, de legibus & earum obseruatione, velut epodas animis puerorum inculcandas, Plato censuit, vt earum cantus, in memoriam illis reuocet, non tantùm præmia obedientiæ, sed etiam pœnas transgreßionis. In eadem sententia Moses & Prophetæ fuerunt, sicut odæ sacræ & hymni eorum testantur. C

Quòd poetæ rectè dicere cogendi sunt. Cap. XV.

POëtæ, inquit Plato, cogendi sunt carminibus dicere, bonum quidem, modestum, iustúmque virum fœlicem esse, atque beatum, siue magnus siue paruus sit, & siue diues, siue pauper. Si verò iniustus esset, etiam si ditior esset, quàm Cinyras aut Midas, miserrimum omnium esse. Dicant igitur poëtæ, neminem esse virum appellandum, qui non omnia, quæ vulgò bona dicuntur, iustè acquirat, atque disponat: quamuis hæc bona non rectè bona dicuntur: Sanitas enim primò, deinde forma, tertiò vires, quartò diuitiæ numerantur. Innumerabilia huiusmodi cætera sunt. Nam & acutè cernere, atque audire, aliísque sensibus integrè vti, bona videntur: & ad hæc omnia posse facere quæ cupias, & demum immortalitas cum ipsorum omnium possessione. Ego autem assero, iustis, sanctísque viris hæc optima esse, iniustis autem pessima. Sanum enim esse, acutè cernere, & omnino facilè sentire, ac immortaliter viuere, absque virtute pessima sunt. Talia ergo rhythmo ac numero à poëtis composita, adolescentes perdiscant. Ego enim dicere non dubito D ea, quæ mala vulgo dicuntur, iniustis bona esse, iustis mala. Quæ vero bona videntur, bona verè bonis sunt, malis autem mala. Hæc multo antè Odis Dauid sancti spiritus gratia commonitus conscripsit, docuítque quis verè beatus est, & quis beato contrarius. Psal-
Psal. 1. terium enim suum incipiens, inquit: *Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum*, & cætera.
Psal. 61. Vnde Plato admonitus, poëtis dicendum esse ait, bonos viros beatos esse. Diuites autem si mali sint, miseros esse, quod ipse Dauid sic in Psalmis edidit: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Cætera quoque omnia, quæ hic Philosophus dicit ad verbum ferè in sacro Psalmorum volumine scripta inuenies.

Scholia in Cap. XV.

1 POëtas idem Plato cogendos esse censuit ne quem alium, quàm virtute præditum, bonum & fœlicem, prædicarent. 2. Bona humana & vulgaria, improbos non reddere bonos & beatos. 3. Quæ videntur bona, bonis quidem bona sunt, malis autem mala. 4. Bonus vir quisnam sit, ex Psal. 1. docet. 5. Solus bonus vir, beatus est, etiamsi pauperior sit Iro Homerico. Diues si malus est, infœlix est, etiamsi ditior sit, quàm Cinyras olim fuit. E

Quòd hymni cani non debent, nisi priùs examinentur. Cap. XVI.

ADdit deinde Plato, Dei aut viri diuini opus esset rectè rhythmo atque carminibus vti: quare diligenter hac de re leges ponendas esse censet, quibus ad virtutem vniuersa musica respicere cogatur. Hoc ille verbis, re autem ipsa Iudæi cogebantur non alios hymnos, & odas suscipere, quàm eas, quæ à spiritu sancto per prophetas essent compositæ.

Concedo

A Concedo deinde Platoni, quod vulgo dicitur, voluptate musicam diiudicari: sed illam esse optimam musicam, quæ optimos & doctos viros delectat: ac maximè illum, qui virtute cæteris præstet. Virtute igitur opus est iudicibus, & præsertim fortitudine, atque prudentia. Neque enim theatri plausu, aut propter ignorantiam, aut propter formidinẽ duci debent. Apud Iudæos etiam priscis temporibus diuinorum cantuum iudicium non multitudini tradebatur, sed erant aliqui, quamuis paucissimi, diuino spiritu hæc iudicantes, quibus solummodò licebat prophetarum libros consecrare, vt ita dicam, ac comprobare. Ea verò, quæ aliena à spiritusancto viderentur, improbare, atque reiicere.

Scholia in caput XVI.

Plato, sententiam Hebræorum de odis sequens, vtrumque affirmat, & vel solius Dei vel diuini hominis esse odas sacras scribere, & hymnos de Deo scriptos à viris sapientibus priùs diiudicandos, B *quàm publicè decantentur.*

Quòd non semper vino vtendum sit. Cap. XVII.

Carthaginensium, inquit, [1] legem magis quàm Lacædemoniorum, atque Cretensium 1
laudo, vt nunquam in castris quisquam vinum gustarè audeat, sed toto militiæ tempore aquæ vsum comprobari. In ciuitate autem seruis & ancillis nunquam vini vsus concedendus est: nec magistratus, tempore quo rempublicam gubernant, vino vtantur: nec gubernatores, nec iudices, nec qui deliberaturus in consilium vocatus est, nec vllo modo in die nisi valetudinis gratia, nec nocte eos tàm viros quàm fœminas, qui liberis dare operam statuerunt: leuiores enim homines vini vsu fiunt, & animæ calefactæ, tanquam ferrum ignitum, molliores redduntur. Hæc multo antè Moses constituit. [2] Sacerdotes enim 2
C iubet sacrificandi tempore à vino abstinere: *Locutus est enim*, inquit, *Dominus ad Aaron dicens: Vinum & siceram non bibetis, tu & filij tui tecum, quando in testimonij tabernaculum ingrediemini, aut quando ad altare accedetis, ne moriamini: & lege hoc in æternum in generationes vestras firmatum sit.* Votum etiam vouentibus similiter præcipit, dicens: *Vir aut mulier qui votum facit, à vino & sicera mundus erit, & acetum vini, & acetum siceræ non bibet.* Salomon quoque magistratus & iudices à vino abstinere iubet: *Consilio*, inquit, *omnia facias, consilio vinum bibe: potentes qui iracundi sunt, vinum non bibant, ne si biberint, sapientiæ atque laboris obliuiscantur.* Et Apostolus propter morbos, præcepit Timotheo, dicens: *Vtere modico vino, propter stomachum tuum, & crebras tuas infirmitates.* Nec ignorabat Plato scripta hæc apud Barbaros fuisse, quod occultis his verbis denotauit. Siquidem, inquit, dubitant, vtrum huiuscemodi disciplina ciuilis fuit, aut etiam nunc est apud aliquos Barbaros procul ab oculis nostris, D aut futura vnquam sit, parati sumus rationem ostendere, factum iam fuisse, & esse in præsentia, futurámque esse, quando eadem musa in aliqua ciuitate præualebit, [3] nec nos im- 3
possibilia dicere.

Leuit.10. Leuit.6. Prouerb.31.

Scholia in Cap. XVII.

Vtilißimam de Sobrietate & Temperantia commonefactionem, partim è sacris literis, partim è Platone depromptam, in hoc capite tradidit Eusebius. Vtinam verò illa tam esset in vsu, quàm est vulgo nota, minus certè malorum, plus bonorum, esset in vita hominum, quàm ebrietas Iliade malorum replet, dum videntes & sentientes intemperantiæ incommoda, perdit. Nimis etiam verum est tritum illud:

Ense cadunt multi, perimit sed crapula plures.

1 *Si qua vrbs aut politia iis quæ diximus studiosè vti volet, cùm aliis rebus tum potißimum ebrietate abstinebit.* E

2 *Itaque iuxta hanc rationem neque multis vitibus opus fuerit vlli ciuitati.*

3 *Quæ enim impoßibilia sunt fieri, neque nos impoßibilia dicimus.*

Quòd nobiscum nobis gerendum est bellum. Cap. XVIII.

Rectè, inquit, à nobis dictum est, omnes [1] homines sibiipsis pugnare, neminémque esse, 1
qui sibiipsi hostis non sit. Quare præcipua optimáque victoria est, seipsum vincere: sicut econtrà, turpissimum atque pessimum, à seipso vinci. Et post pauca: Vnus est vnusquisque nostrûm, sed duos secum contrarios amentes habet consiliarios voluptatem atque dolorem, quibus opiniones futurorum accedunt, quas communiter spei nomine appellamus: Propriè autem, quæ ante dolorem spes est, timor: quæ verò ante voluptatem, confidentia nominatur. Ad hæc omnia ratio accedit melior aut peior, qua cùm quid

publicè constitutum sit, lex nuncupatur. Deinde hæ passiones, inquit, in nobis quasi nervi aut funes huc & illuc ad contrarias operationes attrahunt. Ratio verò vni semper parti oportere constanter inhærere licet ciuitatis inniti solet: Aliæ autem duræ asperæque tanquam ferreæ sunt. His similia vbique fermè diuinæ literæ, prædicant. *Delector lege Dei secundum internum hominem: video autem aliam legem in membris meis, militantem aduersus legem mentis meæ.* Ac rursum: *Cogitationibus se inuicem accusantibus, & excusantibus.* Et si quæ alia cognata sunt.

Rom. 7.

Rom. 2.

Scholia in Cap. XVIII.

Tametsi Veteris & noui, externi & interni hominis ἄσπονδος *in huius vitæ curriculo* πόλεμος, *quem Paulus grauissimè & verissimè (vt cætera quoque omnia) descripsit, non fuit satis cognitus Ethnicis: Plato tamen & alij Philosophi, experientia tum sua, tum aliorum indocti de perturbationum, quæ hominem vehementer exagitant, & transuersum rapiunt, lucta & intemperie, homines sibiipsis repugnare, collegerunt. Pugnæ huius internæ euentum his verbis descripsit Plato:* τὸ νικᾶν αὐτὸν ἑαυτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη. τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἴσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. *Causas luctæ esse dicit, quòd cùm in vnoquoque homine duo sint consiliarij non tantùm imprudentes, sed etiam sibi inuicem repugnantes, voluptas nimirum & dolor: ac præterea duplex de rebus futuris opinio, metus videlicet mala imminentia ac confidentia bona sperata, exspectans, hi affectus veluti funes miserum hominem raptant hinc inde, & vt Homeri vocibus vtar,* διάνδιχα μερμηρίζειν *cogunt. Ratio autem accedens vni parti, legum bonarum normæ respondenti, subscribit & hortatur ad obedientiam legibus præstandam. Hæc ita se habere grauissimo beati Pauli testimonio, probat Eusebius.*

1 *Sibiipsi autem contra seipsum pugnáne est tanquam contra hostem, aut quomodo dicemus hospes Atheniensis? neque enim te Atticum volo dicere.*

Quòd peccatorum anima est causa. Cap. XIX.

Decimo autem legum: Necesse est, inquit, tam virtutem quàm vitiorum causam esse animam: quod Mosaico illi consentaneum est: *Si anima peccauerit, & si anima delictum fecerit.*

Scholia in Cap. XIX.

Animam esse causam eorum, quæ rectè vel contrà faciunt homines, non corpus (quod ὄργανον *animæ est, & propter peccatum in anima hærens interitui est obnoxium) Plato affirmat. Testimonium quod ex libris Mosi adducit Eusebius non planè quadrat huic institutæ disputationi, cùm de toto homine loquatur Moses, & eum* κατὰ συνεκδοχὴν, *à parte præstantiore, animam vocitet.*

De vero philosopho Cap. XX.

Thren. 3.

Cvm in Hebraica scriptura de studioso veróque philosopho dicatur: *Bonum est viro, si tollat iugum in iuuentute sua: sedebítque solus, ac tacebit.* Cúmque diuini prophetæ ac sublimi philosophia in montibus atque speluncis degerint, ad solum Deum mentem erigentes: audias quemadmodum etiam Plato hunc viuendi modum comprobauit, dicens. Qui præcipui in philosophia sunt, ab adolescentia etiam ipsam viam, quæ in forum abducit, ignorant: nec vbi curia, aut communis alius conueniendi locus sit, sciunt. Leges autem & decreta nec scripta viderunt, nec audierunt: sodalitia & magistratus, cœtus & cœnas ne somnio quidem viderunt. Si benè autem aliquid aut malè à viris vel mulieribus in ciuitate factum est, non minùs eum fugit quàm maris arena: quæ omnia ita nescit, vt nec nescire se quidem sciat. Non enim hæc fugit, vt melior videatur, sed vt sit. Quare si etiam corpore in ciuitate sit, mens tamen omnia hæc contemnens, super terram volauit, vt est apud Pindarum. Quomodo id dicis ô Socrates, inquit, cùm Thressa quædam Thalem cœlestia respiciétem, quia cogitatione occupatus in puteum deciderat, reprehédisse dicatur, quòd dum cœlestia quæreret, quæ ante pedes sunt, non videret. Hoc, inquit, scomma in omnes philosophos dici potest. Verè namque, qui rectè philosophatur non solùm ignorat, quid vicinus faciat, sed penè si homo est aut pecus, non animaduertit. Quid sit homo, & quid præcipue hominem facere conueniat, id verò diligentissimè quærit. Quare ô charissime Theodore, si quando huiusmodi philosophus in iudicio, vel alio loco publico loqui de rebus istis hominum cogitur, risum omnibus præbet: & in difficultates, quoniam inexpertus est, quasi in puteum incidit. Propriũ enim sibi est, neminem

Platonis in Theæteto verba.

Quæ magis necessaria, primum discenda.

A neminem conuiciis petere:& in laudationibus cùm non fictè,sed verè ac ex animo dicere videatur,leuis quidam atque insanus videtur. Si regem enim laudari aliquem audierint,agasonem aut bubulcum laudibus efferri arbitratur:quòd si mille iugera terræ possidere aliquem audierit,parua hæc dicit, qui vniuersum orbem cogitatione cõplecti consueuit. Valdè autem etiam illos contemnit,qui se generosos prædicant, & auos, proauos,atauósque suos in medium adducunt :amentiam ipsorum ideo spernit quia vniuersum hominum genus cognoscere nequeũt. Auos enim & progenitores innumerabiles singuli habuimus:quorũ alij diuites,alij pauperes,alij reges,serui,barbari, Græcíque fuere: ideo ridet quòd in quinque aut viginti progenitorum genealogia nõnulli gloriẽtur. In omnibus igitur istis verus philosophus vulgò deridetur,& modò superbus, modò rerum humanarum ignarus putatur. Et paulò pòst: Si omnibus, inquam, ô Socrates,

B vt mihi persuaderes,maior pax,& pauciora mala essent in hominibus, nõ est possibile ô Theodore,inquit,mala omnino ab hominibus auferri:non enim apud deos,sed apud mortales necessariò,& in hoc loco versantur:quamobrem toto animo conari debemus hinc illò transire. Transitus autem & fuga terrenorum,est imitatio Dei,quãtum homini possibile est:imitatur autem Deum iustitia,sanctitate,prudentia. Sed non est,inquit,facile persuadere multis,ita se ista habere:sed nequitiam fugiendam, virtutémque sequendam putant:non rerum ipsarum gratia,sed vt bonus videaris. Hæc,inquam,aniles fabulæ sunt:veritatem altiùs nos exponamus : Deus nullo modo iniustus est, sed quàm maximè iustissimus,nec est ei similius aliquid,quàm si quis nostrũ iustissimus fiat. Quare Dei cognitio sapientia est,& virtus vera:ignoratio verò ruditas est, & nequitia manifesta. Quæcunque autem alia dicitur sapientia,videtur quidem,sed non est. Nam

Imitatio Dei.

Dei cognitio.

C quæ in rebus ciuilibus,est onerosa:quæ verò in artibus,fabrilis. Quicunque igitur iniuriatur,sapiens propter astutiam suam dicẽdus non est:ignorat enim quod minimè ignorare oportet,quantum iniustitia detrimentum afferre soleat:non quòd ipsi detrimẽtum putant vulnera vel mortem,quæ patiuntur etiam,qui nihil iniuriantur: sed quòd effugere iniuriantibus impossibile,apud scripturam etiam humana vniuersa hæc sapientia stultitia nominatur. Scriptum est enim: *Perdam sapientiam sapientum, & intellectum intelligentium destruam,vbi sapiens,vbi conquisitor huius seculi?* Quòd autem qui verè ac secundum Deum philosophatur,nihil praui sapere debet,inde discimus,quia non ea quæ videntur,quæ tẽporalia sunt:sed ea quæ non videntur,quæ æterna sunt,considerare iubemur. Nequitiam autem in terris & in hac mortali vita conuolui,diuinus sermo affirmat. *Redimẽtes tempus,quia dies mali sunt.* Et: *sufficit diei malitia ipsius.* Propheta etiam dicit: *Quia furtum,*

Esa.29.& 33.1.Cor.11.

Ephes.5.

D *& adulterium,& cædes fusa in terram sint, & sanguinem sanguini commiscent*. Ad Deum autem hinc fugiendum esse Moses ostendit: *Post Dominum Deum tuum ambulabis, & ipsi adhærebis.* Imitandum quoque Deum esse significat, dicens: *Sancti sitis, quia Dominus Deus noster sanctus est.* De iustitia verò Dei Dauid clamat: *Iustus Dominus iustitiam dilexit.* Idẽ diuitias contemnendas esse docuit,dicens: *Diuitiæ si affluant,nolite cor apponere.* Et rursus. *Noli timere cùm diues factus fuerit homo,& cùm multiplicata fuerit domus eius,quoniam cùm interierit, non sumet cum eo omnia.* Principatus etiam hominum non multi facere monet,cùm dicat: *Nolite confidere in principibus, nec in filiis hominum,in quibus non est salus. Exibit spiritus & abibit in terram suam,& in die illa perdentur omnes cogitationes eius.*

Deuter.19. Leuit.11

Scholia in Cap. XX.

E *QVemadmodum Sacræ literæ filios lucis hortantur,vt omissis terrenis & caducis rebus, cœlestia, & æterna bona quærant & expetant,ac se totos ad Christi Iesu imitationem componãt, vnde etiam fit,vt illis filij huius seculi prudentiores sint in sua generatione: Ita etiam Plato verum philosophum describit,eúmque occupationem vitæ humanæ ignarum,sublimia & perpetua,mente sua cõsectari,docet. Fieri enim non potest,vtrique rei,studiis videlicet & occupationibus hominum, & contemplationi rerum pulcherrimarum,vnus idémque homo operam dare queat. Qui ergo serio philosophatur,omissa cura de rebus nihili,aut etiam operosis,non autem vtilibus ad studium Philosophiæ, totus in consideratione rerum maximarũ versatur terrena despicit,diuina magnificat,vulgi stulta de se iudicia non moratur,totus est in imitatione Dei,de qua præclarè Plato in Theæteto in hũc modum disseruit:* Φυγὴ δὲ *(rerum terrenarum)* ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. ὁμοίωσις δὲ ἐστι, δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. *In Dei etiam cognitione,sitam esse sapientiam, idem Plato paulo pòst indicat,cùm ait:* ἡ μὲν θεοῦ γνῶσις, σοφία, καὶ ἀρετὴ ἀληθινή. ἡ δὲ ἄγνοια, ἀμαθία καὶ κακία ἐναργής.

Psal.61.

αἱ δ᾽ ἄλλαι δεινότητές τε δοκοῦσαι καὶ σοφίαι ἐν μὲν πολιτικαῖς δυναστείαις γιγνόμεναι φορτικαὶ. ἐν δὲ τέχναις, βάναυσοι. Cæterùm quid de ſapientibus huius ſeculi & eorũ ſapientia, quam Euſebius noſter σοφίαν ἐν ἀνθρώποις vocat, ſtatuendum ſit, docet Spiritus ſanctus in teſtimoniis Eſaiæ, & B. Pauli, quæ in fine capitis adiecit auctor.

1 *Iniurianti igitur & nefanda dicenti aut facienti, maximè conducit ne permittatur callidus à malicia eſſe. Lætantur enim probro, & putant audire nõ quod nugæ ſint, onera terræ, ſed tales vires qui Reip. ſalutares non eſſe poßint.*

Quòd nonnunquam falſo velut pharmaco ad vtilitatem audientium, vtendum eſt. Cap. XXI.

NOn autem, inquit Plato, alienùm à grauitate ſua legiſlator putabit falsò aliquid ac ferè ineptè ad vtilitatem iuuenum dicere, maximè ſi quod falsò dicitur audientes ita trahat, vt non vi, ſed ſponte iuſtitiam velint ſuſcipere: ſolidum enim & præclarum quiddam, ô hoſpes, eſt veritas, ſed non ita facilè plerunque perſuadet. Innumerabilia huiuſmodi verba ſunt in ſcriptura, vtputa, quando pœnitere Deum, aut dormire, aut iraſci, aut aliis perturbationibus ferri ſcribitur: quæ quamuis altiùs interpretata, nõ procul à veritate ſint: verba tamen ipſa vel terrendo, vel permulcendo nonnihil proſint illis qui altiorem veſtigare ſenſum nequeunt.

Scholia in Cap. XXI.

CVm modis omnibus, iuuentus ad iuſtitiæ & aliarum virtutum amorem ſtudiúmque excitãda ſit, non ab re viſum eſt Platoni ἐπ᾽ ἀγαθῷ ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς νέους. Cauſam hãc reddit, quia etſi veritas ſtabilis & præclara eſt, non tamen facilè omnibus perſuadet, ſæpe etiam odium parit, vt ait Comicus. Fabulæ autem ingenioſè confictæ ſuam in perſuadendo, & gratiam & vim habere videntur. Neſcio autem quàm fœliciter Euſebius noſter, ea quæ in ſcripturis κατὰ τὴν ἀνθρωποπάθειαν de Deo dicuntur, cum Platonica docendi ratione, comparauerit. In Politiis conſtituendis fortaſſe minus periculi eſt, ſi quis fabulis ludat, quod feciſſe Numam Pompilium Regem Romanorum, Plutarchus auctor imprimis grauis, teſtatur. At cùm de vera Religione, de cultu & agnitione Dei docendi ſunt homines, fabulis locus nullus eſt. C

Quòd omne genus hominum ad veritatem vocandum eſt. Cap. XXII.

REctè in ſuperioribus Plato inquit, viros & mulieres, liberos & ſeruos, iuuenes & ſenes, ſic diſciplinam ciuilem, vt dictum eſt, amplecti oportere, vt nunquam ceſſent variis modis atque carminibus, quæ diximus, decãtare. Et in quinto de Republica: Nihil inquit, ô Theodore ad gerẽdam rempublicã pertinet, quod ad mulierẽ, quia mulier, non pertineat: aut ad virũ pertineat, quia vir. Sed cùm vna natura vtriuſque animalis ſit, quæ ad virum natura, hæc ad mulierem etiam natura pertinet. Eſt autem in omnibus imbecillior viro mulier. Vtrum igitur viris omnia, mulieribus verò nihil concedemus? non rectè inquam. Rectè, inquit, dicis: nam mulier alia medica eſſe poteſt, alia muſica, alia ad vtrunque inepta natura. Similiter alia bellicoſa, alia nõ: alia philoſophica, & alia non: alia magni animi, & alia puſillanimis: & alia ad cuſtodiendam ciuitatem nata, alia non, ſicuti & viri. Eadem enim eſt vtriuſque natura, præterquã quòd altera imbecillis, & altera robuſta eſt: quare ſimiles natura mulieres ad cohabitãdũ, ſimúlque rempublicam gerendam viris dandæ ſunt. Decet enim vt natura ſimiles potius quàm diſſimiles conueniant. Hæc re ipſa apud Iudæos factitata cognouimus. Docet enim eorum hiſtoria nonnullas mulieres virtute atque prudentia ciuitatem ab hoſtibus liberaſſe. Doctrina quoque noſtra omne genus hominum tam virorùm quàm mulierum, liberorum ſimul & ſeruorum, Græcorum aliqualiter ac Barbarorum, paruulorum ætate, ac ſenum in hoc diuino veróque philoſophandi genere noſtro libenter ſuſcipitur. D E

Scholia in Cap. XXII.

CIuilem diſciplinam omnium ætatum & ordinum hominibus, inculcandam & præſcribendam eſſe, nec ab adminiſtratione Reipub. mulieres generoſas arcendas eſſe, Plato cenſuit. Cuius ſententiam Euſebius probans, meminit earum Matronarum, quæ in Hebræorum gente Reipublicæ gubernacula tenuerunt & fœliciter rexerunt. Verùm haud ſcio an valeat conſequẽtia. Quædam Heroicæ Matronæ Rẽpublicã adminiſtrauerũt apud Hebræos: Ergo vt à viris, ita quoque à Mulieribus, adminiſtranda eſt Reſpub. Nos potius à ſimili argumentantes, dicamus: Sicut Paulus mulierem in Eccleſia loqui vetat, & domi maritum interrogare, & in ſilentio diſcere, rem familiarem adminiſtrare, & τεκνοτροφεῖν vult: Ita quoque ab adminiſtratione rerum politicarum remouendæ ſunt Mulieres. Nõ autẽ loquor de iis virginibus et Matronis, quæ propter generis nobilitatem, et ſucceßionem, ſedent ad gubernacu-

A *gubernacula & Politiis præsunt, sed de priuatorum hominum coniugibus, filiabus, viduis, quas obedire legitimo Magistratui, non imperare (nisi is cõtra decorum γυναικοκρατουμένου videri velit) decet.*

Quòd etiam de Salomonis Parabolis Plato multa accepit. Cap. XXIII.

IN Parabolis Salomonis memoriam iusti laudibus efferri, & nomen impiorum extingui, breuiter atque commodè dicitur, similitérque dictum est, *Ne beatum aliquem putes, antequàm moriatur.* Audi ergo quomodo hanc ipsam rem latiùs in septimo de Legibus posuit Plato: Quicunque, inquit, ciues præclarè laborioséque aut animo aut corpore gesserint, legibúsque semper obtemperãtes fuerint, laudibus post mortẽ efferri oportet: viuos enim laudare, antequàm, è vita exierint, ac bonorum operum finem imposuerint, tutum non est. Hec non de viris solùm, verumetiam de mulieribus intelligendũ cẽseo. Prouer. 10.

B *Diuitias atque paupertatem ne mihi des*, in Parabolis Salomon dixit: Plato quoque in tertio de Republica: Iam diximus, inquit, quæ custodes ac magistratus ciuitatis, diligenter pellere semper debent, curaréque ne aditum in ciuitatem habeãt, quæ ista, inquit, sunt? Diuitiæ, inquam, & paupertas: altera námque delicias, otium, & factiones afferunt: altera illiberalitatem, malignitatem, & factionem. Malignitatem verò appello operationem infamem. Moses in legibus, patrem atque matrem, scripsit, vnusquisque timeat: Et alibi dicitur: *Honora patrem & matrem, vt bene tibi fiat*: quæ ambo in Libro de Legibus Plato coniunxit: Vnusquisque, inquit, nisi mente captus sit, & timet, & honorat parentum preces: quas nouit multis & sæpè impletas esse. Et rursus: Seniores re & verbo vnusquisque vereatur: & si vltra viginti annos mas aut fœminæ excedunt, tanquam parentes honoret. Prouer. 30. Exod. 30.

C

Scholia in Cap. XXIII.

1 *DE encomiis defunctorum, eandem quæ Salomonis, Platonis quoque sententiam fuisse, Eusebius monet, nulla legum distinctione facta.* 2 *Salomon precatus est, ne diuitias & paupertatem Dominus ipsi daret, eo consilio & fine ne in securitatem Epicuream, vel in desperationem incideret: Plato etiam dandam esse operam censuit ne in Repub. πλοῦτός τε καὶ πενία pariter regnarent.*

3 *Moses, Parentes honorandos & timendos censuit, in qua sententia Plato quoque fuit, Ex his patet quæ sit diuinarum legum & Platonicarum sententiarum harmonia.*

De seruis. Cap. XXIIII.

CVm Moses Hebræum Hebræo seruire indecens duxerit: & si acciderit, septimo anno, liberum emitti iusserit, Plato in libris de Republica, Græcũ Græco seruire prohibet, dicens: Nec Græcum seruum habeas, & cæteris Græcis similiter facere consulas: D sic enim ad Barbaros Græcia versa faciliùs à seipsa abstinebit. Nemo, inquit Plato, fines atque terminos terræ moueat, nec domestici, nec ciuis, nec vicini: putauit enim ita illud intelligendum esse: *Non transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Quicunque autẽ, inquit, fines transgressus vicini arauerit agros, damnum restituat: impudẽtiæ autẽ atque illiberalitatis pœnas det, duplúmque loco supplicij ei deponat, cuius agrũ arauit. Prouer. 22.

Scholia in Cap. XXIIII.

LEx Mosæa de seruis Hebræis, anno septimo dimittendis, & de terminis antiquis non trãsferendis planè congruit cum sanctionibus Platonis, quæ præcipiunt, ne quis Græcum hominem seruum habeat, cum Barbari potius in seruitutem redigendi videantur, néue quisque τὰ τῆς γῆς ὅρια, ἀκίνητα mutet, Vt autem Charitati Lex Mosi de seruis Hebræis pulchrè respondet, ita sanctio Platonica, Græcorum ambitioni, accommodata fuisse videtur.

E

Legum Mosi & Platonis consensio in quibusdam. Cap. XXV.

PAtris, inquit, peccata non luant filij: nisi quis mortis supplicium alicui deberet: hoc autem non ad filium aut nepotem solùm, sed vsque ad pronepotem procedat. Hoc apertissimè inde traxit, *qui reddit peccata patrum filiis vsque ad tertiam generationem*. In furto quadruplum reddi iussit Moses, [1] si occiderit aut vendiderit quæ furto ablata fuerunt: sin autem quodcunque animal sit viuum apud aliquem reperiatur, duplum reddi iubet. Et Plato, Vna inquit, lex de furto ponatur: duplum enim reddi par est. Si autem reddere non habet, vinculis teneatur quousque aut reddat, aut aduersarium placet. Cùm Moses scripserit, non esse homicidam eum, qui furem perfodientem parietem deprehensum interfecerit, congruenter Plato dicit nocte furẽ interficere licere: innocens quoq; sit, inquit, qui spoliãtẽ interfecerit, [2] Si verò, inquit, brutum aliquod animal hominem interfecerit, extra vrbẽ interficiatur, nisi in certamine id factũ sit. Moses verò: *Si cornu,* Num. 14. 1 2

Ezech. 22. inquit, *taurus virum aut fœminam percusserit, atque interfecerit, lapidibus interficiatur: nec carnes eius comedantur: Dominus autem eius innocens erit*. Cùm prophetica scriptura dicat: *Ecce domus Israel, ô filij hominis, permixti omnes sunt æri, stanno, plumbo & ferro, in medio camini argentum permixtum est. Ideo hæc dicit Dominus: Quoniam facti estis omnes mixtura vna, ideo ego suscipiam vos, sicut suscipitur argentum, & æs, & ferrum & plumbum, & stannum, in medium camini, vt suffletur in eo ignis, & infundatur*. Perspice quomodo Plato totum hunc locum intellexit, & quasi fabulam exposuit. Audiatis, inquit, fabulam: omnes qui in eadem ciuitate viuimus, fratres sumus: sed cùm Deus nos fingeret, aurum cum illis miscuit, qui ad gubernandum apti sunt: argentum autem cum illis, qui armis ciuitatem defendunt: nam & isti honore digni sunt: ferrum autem & æs agricolis, & aliis opificibus infundit: hæc nonnunquam alterum ex altero fiunt. Nascitur enim ex auro argentum, & ex argento aurum. Magistratibus igitur Deus præcipit, vt magnam diligentiam habeāt: si quis degenerauerit ab auro in argentum, aut ex argento in peiora: nullo modo agnoscant, sed naturæ congruentem reddētes honorem, in opifices aut agricolas deducant. Quòd si à peioribus argentum aut aurum productum sit, honoretur iste, ad conuenientémque locum arg͞enti aut auri conscendat. Hoc maximè omnium seruādum est. Cùm enim ferrum, aut æs ad regendum peruenerit, tunc ciuitas destruetur, cùm prophetica scriptura

Hier. 10. 22. & 23. ad præsules populi dixerit: *O pastores Israel, an pastores se ipsos pascunt? nónne oues pascuntur pastoribus? Ecce lac deuoratis, pinguem ouem occiditis, velleribus indumenta conficitis: oues autem meas non pascitis, nec quod perierat quæsiuistis, nec fractum alligastis, nec errantē reduxistis*. Plato in primo de Republica sic ista interpretatus est: Nunc, inquit, Trasymache illud dicendum, pastoris esse, pingues quàm maximè potest pecudes reddere. Tu autem dicebas non ad ouium vtilitatem, sed ad suam istud sibi esse faciendum, quasi ad opes, aut vt maioris vēdat oues pasceret. Non esset autem hoc modo pastor, sed heluo quidam aut auarus. Pastor autem ille est, cui nil curæ aliud est, quàm vt optimè opus suum faciat: opus autem suum pascere est. Quare fateri oportet, principis quoque opus esse, non alterius vtilitatem considerare, quàm subditi, cùm in scriptura feratur: *A timore tuo Domine in vtero concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis*. Socrates apud Platonem in Theæteto sic imitatus est: Qui mecum, inquit, versantur, idem patiuntur quod parturientes, doloribus enim partus ac dubitatione replentur, multóque magis quàm mulieres parturientes exagitantur, quem quidem dolorem partus excitare, & sedare ars mea facilè

Ezech. 1. potest. Ezechiel scribit: *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone*. Ac paulò pòst: *Et in medio eius similitudo quatuor animalium, & aspectus eorum similitudo hominis in eis: & quatuor facies vni. Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorū quatuor, & facies aquilæ à dextris ipsorum quatuor*. Quæ Plato imitatus sic est: Imaginem, inquit, animi fingamus talem videlicet, quales apud priscos naturæ quædam factæ narrantur, Chimeræ scilicet, Scyllæ, ac Cerberi, dicuntur, inquit, hæ. Finge igitur vnam quidem idæam variæ feræ atque multicipitis, quæ domesticarum capita, & syluestrium ferarum habeat. Difficile, inquit, est quod fingere te volo, sed tamen, quia faciliùs oratione, quàm cera fingimus, progrediamur. Altera ergo idæa leonis fingatur, & postremò hominis. Coniungatur deinde sic in vnum, vt hominis imago extrinsecus complecti cætera videatur: vt qui oculis hoc animal cernit, consimiliter cùm eam solummodò videat, & interiora lateāt hominem solummodò esse putet. His ita factis iniustissimè faciet, & inutiliter consulet, qui dicet leonem & cæteras feras nutriendas esse: hominem autem fame sic deneruandum, vt facilè à feris ducatur: ipsásque feras non esse ad amorem reducendas, sed incitandas potius, vt inter se pugnantes, alia aliam deuoret. Is autem iustissimè simul atque vtilissimè consulet, qui dicet: dandam esse operam diligenter, vt animalis huius compositi, ac multicipitis principatum solus teneat homo: & quasi agricola, quæ mansuetæ sunt, moderatè nutriet: immanes autem feras leonis viribus vsus domet.

Scholia in cap. XXV.

De pœnis parentum & filiorum in tertiā & quartam generationem, de furti restitutione & pœna, de Boue cornupeta, easdem leges Moses & Plato tulerunt. Frequenter etiam iis paradigmatibus, de Metallis, Pastoribus, Parturientis fœminæ doloribus, idæis animalium, quæ in sacris literis passim occurrunt, Plato vsus est, leges pariter & exempla sacra probans.

1 Moses

A 1 *Moses ait: Si furto quis abstulerit vitulum, aut ouem, & occiderit eam, aut vendiderit, quinque vitulos reddet pro vitulo, & quatuor oues pro oue.*

2 *Si verò iumentum aut animal aliud aliquod occiderit aliquem, nisi si in certamine publico tale quid acciderit, persequantur occisi cognati cædem.*

3 *Non est pastoris diligenter custodire, sed pascere oues quatenus pastor est, non ad commodum ouiũ respicientis, sed.*

Quòd in duodecim tribus ciuitatem suam Iudæorum imitatione Plato diuidit.

Caput XXVI.

IN duodecim tribus Iudæorum genus diuisum, nemo ignorat: quẽ diuisionis numerum ciuibus suis Plato attribuit, dicens: In duodecim, quàm æqualiter fieri potest, vniuersa regio partes partiatur, & sorte vna tribus vnam partem possideat, & duces singularum tri-
B buum eligantur.

Scholia in Cap. XXVI.

REspublica Israelitica diuisa fuit in duodecim tribus, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Isachar, Zabulon, Gad, Aser Ioseph, Manasse, Ephraim Beniamin. In totidem ἴσα μόρια τὴν χώραν *diuidi, & singulis tribum assignari vnam, cui præsit* ταξίαρχος, *Plato voluit. An imitari Plato Israelitas voluerit, non liquet.*

Et duces] *Desunt hæc verba:* φυλακὴ δὲ μία τῷ μορίῳ ἑκάστῳ ἐπικληρωθεῖσα, κατ᾽ ἐνιαυτὸν παρεχέτω πέντε, οἷον ἀγρονόμους τε καὶ φρουράρχους καὶ πάλιν φησὶ ταξιάρχους αὐτοῖς, προβάλλεσθαι μὲν τοὺς αἱρεθέντας στρατηγοὺς δώδεκα, ἑκάστης φυλῆς ταξίαρχον.

Quòd situm vrbis Iudæorum secutus est. Cap. XXVII.

PRisci Iudæi Metropolim suam diuino consilio longè à mari in montibus condiderũt,
C Plato quoque quam in Legibus condit vrbem, in simili Hierosolymorum loco eam constituit, vt videatur ad vrbem Hebræorum respiciens verba composuisse. Fermè namque, inquit, ô amici, octoginta stadiis à mari aberit hæc ciuitas, portúmque habebit quàm optimum, & agros, regionémque fœcundissimam: cauebitur autem, ne alia ciuitas propè nimium sit. Maritimam enim condere non debemus, ne alienis moribus variis vilibúsque faciliùs corrumpatur. Cùm autem octoginta stadiis distet à mari, portuosaque optimè sit, nec vtilitate, iucunditatéque maris omnino priuatur, nec ita facilè moribus alienis repleta nequitiam fouebit.

Scholia in Cap. XXVII.

VRbem, quam suæ politiæ destinauit, ita descripsit Plato, vt Hierosolymorum ciuitatem descripsisse videatur. Ex eo colligendum, quanti eam vrbem, Iudæorum gentem & leges fecerit.

D 1 *Cùm Hebræorum olim regia Metropolis longè à mari abfuerit, & in montibus condita fuerit, & fertilem terram habuerit: & Plato talem aliquam debere esse ait, tanquam ipse in legibus condit.*

De Prouidentia. Cap. XXVIII.

VNdecimo autem de Legibus omnium rerum minimarum etiam curam & gubernationem Deo creatori attribuit, impietatísque crimine illos accusat, qui non agi, gubernarique omnia diuinitùs putarit. Primùm enim, inquit, iam ambo conceditis, videre, audire, scirêque vniuersa, nihilque ipsum penitus effugere atque latere posse. Estne ita, inquit, an aliter? Ita prorsus. Quid porrò? possêne Deum omnia concedimus, an contrà? non est negandum, inquit, omnia Deo possibilia esse: optimum autem esse omnes concorditer iam concessimus. Nónne igitur desidia quadam ocióque pernicioso teneri Deus videbitur, si cùm possit & sciat, vniuersum gubernare negligit? Rectissimè id abs te dictum est, inquit. Deum igitur putare debemus quanto melior, potentiórque cæteris est: imò verò
E potentissimus, atque optimus, & sapientissimus omnibus simul prouidere. Non enim fas est, aliter omnino opinari, falsúmque omnino est, nõ habere curam artificem his de rebus, quas artificio suo efficit. Et post pauca, Nulla, inquit, mundi particula Dei prouidentia effugit: nam cùm pars totius gratia, non totum partis factum sit, nullus penè totum gubernat, nisi parti quoque prouideat. Et post aliqua: Nec enim neglexeris rectè faciẽs, nec si in profundum terræ deueneris, aut si in cœlum euolaris: sed supplicio congruenti vexaberis, aut hic, aut apud inferos, quod mihi de illis etiam dictum putato, quos tu, quoniam magnos de paruis scelere quodam euasisse vidisti, à miseria in beatitudinem venisse dicebas. Hæc nónne similia illis sunt: *Quò ibo à spiritu tuo? & vbi à facie tua me abscondam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas ventorum, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua ducet me.*

Prouidẽtiæ diuinæ assertio ex Platone.

Psal. 138.

Scholia in Cap. XXVIII.

Ex potentia, ſapientia & bonitate Dei, rectè collegit Plato mundum, & res quæ in eo ſunt vniuerſas, non caſu volui & confundi, ſed cœleſti τῇ προνοίᾳ Architecti & Demiurgi ſapientiſsimi adminiſtrari. Fruſtrà etiam ſceleratos cogitare, de vitanda vltione diuina, quæ lento procedens gradu, tarditatem ſupplicij grauitate pœnæ compenſat, idem Plato iudicauit. Hæc Platonica congruunt egregiè ſacris literis.

IN LIBRVM XIII. EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica, Argumentum.

DVAE ſunt partes libri decimitertij. Vna dependens à ſuperiore τῇ συγκρίσει philoſophiæ Platonis & Hebraicæ theologiæ, in qua diſputat, de mythologijs Poëtarum, de Deo quòd is auctor mali non ſit. De eodem quòd ſit ἄτρεπτος, de non mutanda vera ſententia de dijs, etiamſi capitis periculum ſubeundum ſit, de viris fortibus qui etiam poſt funera patriæ proſunt: de his agit in ſeptem primis capitibus. Alter complectitur accuſationem Platonis, cuius hæc capita ſunt. 1. Quòd de dijs in bonam & malam partem ſcripſit, & ex eodem ore calidum & frigidum deprompſit. C
2. Quòd dæmonas ingenitos confingens, eos in duos ordines parum ſcitè diuiſit, quorũ alter eorum eſt, qui τῇ φύσει mali ſunt: alter autem eorum, qui natura boni ſunt. 3 Quòd prodigioſum commentum περὶ μετεμψυχώσεως non veritus eſt profiteri. 4. Quòd cœlum & quæ in eo ſunt corpora, in numerum deorum retulit. 5. Quòd indigna viro graui, de mulierum exercitiis & communione, in legibus ſanxit.

Quòd Plato Gentilium deos contemnebat. Cap. I.

Quorũ narrationibus de dijs, fides ſit adhibẽda.

SED abundè iam vt puto, Platonicam philoſophiam quaſi Hebræorum in linguam Græcam eſſe tranſlatam demonſtratum eſt: nunc reliqua perſequamur. D
Primùm igitur conſidera, quomodo patriam de dijs opinionẽ tanquam falſam redarguebat, hoc modo ſcribens in Timæo: Sed de aliorum dæmonũ, atque deorum generatione ſcribere maius eſt opus, quàm numeris noſtris ferre poſſumus: quare his qui hæc tradiderunt credere debemus: qui cùm à diis orti ſunt, & parentes ſuos qui ſint, optimè teneant, nullo modo falluntur. Quare quamuis nec neceſſariò, nec veriſimiliter dicant: tamen quia rẽ ſuam enarrant, æquum eſt vt eis fidem adhibeamus, legi obtemperantes. Quare ſecundum priſcorũ inſtituta, genealogia deorum terminetur: credantúrque Cœli & Terræ filij Oceanus & Thetis fuiſſe, ex quibus Phorcis, Saturnus, Ops, & alij quàm plures nati ſunt: à Saturno autem & Ope, Iupiter, & Iuno. Primùm igitur deorum nepotes Poëtas appellans, deridere mihi deos videtur, non deos, ſed homines nepotibus eorum natura ſimiles fuiſſe oſtendẽs. Deinde theologos ipſos, quos deorum nepotes appellauit, vehementer carpere videtur, E
cùm inferat, quamuis abſque neceſſaria, imò verò veriſimili demonſtratione dicant. Iocari autem videtur dicens, quia ipſi probè progenitores cognouerint ſuos: & quòd impoſſibile ſit, deorum filiis non credere: præter ſententiam autem animi ſui, deos appellaſſe manifeſtè oſtendit: quia vt legem patriam videlicet ſequeretur, ita dixiſſe fatetur. Quæ omnia ita eſſe faciliùs cognoſces, ſi audias quomodo clara voce theologos gentium omnes his verbis in Epinomide reprehendat: Theologiam ergo, inquit, & vniuerſi productionẽ, quoniam malè maiores noſtri de his tradiderunt, ſuſcipere melius eſt, ac ita defendere, vt aduerſus impios dicere nihil timeamus. Iurè autem maiorum theologiam contemnendam eſſe in ſecundo de Republica docet, vbi de Poëtis & Theologis, & gentilium diis his verbis vtitur, quæ diligenter quæſo animo voluas: In maioribus, inquit, minores quoque videbi-

A videbimus: oportet enim eandem esse naturam, & idem posse maiores atque minores. Nónne ita tibi videtur? Videtur, inquit, sed non intelligo quos tu maiores appelles. Eos, inquam, quos Hesiodus atque Homerus, cæterique Poëtæ nobis tradiderunt. Omnes namque Poëtæ fabulas componentes, falsa hominibus & cecinerunt, & canunt. Reiiciendi ergo sunt non solùm quia mentiuntur, verumetiam maximè, quia non benè mentiuntur, sed sunt quasi pictores, dissimilia omnino illis pingentes, atque contraria quæ pingere debuerunt. Hæc, inquit, rectè accusanda sunt: sed quænam sunt falsa, atque improbè dicta? Primum inquam maximum, & de rebus maximis mendacium non benè mentitus est, qui dixit: Cœlum ea fecisse, quæ ab Hesiodo narrantur, & quòd Saturnus ipsum vltus fuerit. Nam etiamsi vera essent, tacenda omnino tamen putarem: nec ipsa facilè ad omnes efferenda, sed maximè certè cælanda. Quòd si necessitas quædam dicere cogeret paucissimis tradenda fuisse. Ardua enim sunt, nec prædicāda, ô Adymante, in ciuitate nostra. Nec
B enim iuueni persuadendum est, vlcisci parentes oportere, etiamsi iniuriam inferant: nec autem omnino credendum est; deos inter se ita dissidere, vt alius alij bella & pugnam cieant: nec enim vera hæc sunt, nec nobis conducibilia: qui si rempublicam conseruare volumus, intestina bella, odia, & simulationes turpissimas fugere debemus: nec Gigantum aduersus deos pugnas, & heroum in cognatos, adolescentibus explicandas iudico: sed si aliquo modo possemus, nunquam ciui ciuem fuisse inimicum id libenter persuaderemus. Hæc enim maximè adolescentibus, hæc viris, hæc senioribus prædicanda. Quare Poëtæ cogendi etiam sunt hæc carminibus ædere. Saturni autem vincula, & Vulcani a patre proiectio, cùm auxilium pulsatæ matri afferret: deorúmque pugnæ, quas Homerus conscripsit, nullo modo audiendæ. Nam etiam Poëtæ quàm optimè atque vtiliter de
C Deo fingere debent. Multum enim ad virtutem huiusmodi carmina conducunt. Quas igitur dicemus vtiles ad virtutem de diis fabulas esse, vt respondeamus, si quis interroget?

Scholia in Cap. I.

Plato, veterum Poetarum Hesiodi, Orphei, Homeri & aliorum de dijs eorum turpissimis facinoribus fabulas, totámque Ethnicorum dæmoniorum genealogiam, interdum τῷ χλευασμῷ, vt vanitate plenam excepit, interdum verò liberè reprehendit, tanquam falsam & perniciosam. Id autem velut sacris Hebræorum literis consentiens, probat Eusebius.

Quòd mendosissimè de Deo Poetæ scripserunt. Cap. II.

Non sumus, inquit, ô Adymante, in præsentia Poëtæ, sed vrbium conditores. Conditorem autem vrbis oportet formas quasdam rerum tenere, in quibus versari Poëtæ
D ita debent, vt inde digredi sibi non liceat. Rectè, inquit, dicis. Sed quænam istæ formæ sunt? Tales certè, inquit, qualis sit Deus, heroicis, lyricis, tragœdiisque dicendum est. Nam cùm Deus bonus verè sit, nihil ei mali attribuere debent. Bonum autem nullum nocet, ánnon? Ita videtur, inquit. Putásne igitur quod innoxium est nocere, ánnon? Nullo modo, inquit. Quod autem non nocet, facítne quicquam mali? Neque id quidem. Quod porrò nihil mali facit, nullius certè mali causa erit? Assentior. Nihil ergo nocebit. Præterea omne bonum vtile est, ánnon? Vtile videlicet. Erit ergo causa fœlicitatis? Ita prorsus: Sequitur ergo ipsum bonum non esse causam omnium, sed eorum solummodò quæ probè se habent, malorum verò minimè. Id iam negari non potest. Necesse igitur est inquam, quoniam Deus bonus est, non omnium, vt multi putant, sed paucorum (pauciora enim bona quàm mala sunt) causam esse. Malorum verò non Deus, sed alia quædam causa
E est. Hæc mihi verissimè dici videntur. Non ergo audiendus est Homerus, cùm ita impudenter de Deo loquatur, quòd duo apud Iouem dolia sunt, alterum bonis, malis alterum fatis plenum: & cui Iupiter ex vtrisque dederit, is modò fœliciter, modò contrà se habet: cui autem mala solummodò destinauerit, hunc magna semper ærumna, calamitosáque pestis insequitur. Fœderis autem confusionem si quis per Pallada & Iouem esse cecinerit, non approbabimus: nec contentiones atque pugnas deorum, nec quòd Æschylus dicit, occasiones diuinitùs hominibus dari malorum, quando eos Deus perdere voluerit, nec nobis calamitas cæteráque huiusmodi audienda sunt. Sed vel non fuerunt à Deo facta illa, vel, si à Deo facta contendunt, dicendum, cùm qui puniuntur miseri sint, non Deum creatorem, sed miseriam suam sibi debita supplicia concitasse, quibus cruciati meliores facti sunt. Sed modò hæc prætermittenda. Malorū autē si quis audet causam Deum

Plato perstringit Homerum.

dicere, ſiquidem volumus bonis ciuitatem legibus fundare, nullo modo patiemur. Nec enim fas eſt id dicere, nec conducibile, nec congruens, ſed omnino nefandum ac falſum. Probatur mihi hæc lex, inquam, ſitque iſta prima formula, quòd nulli omnium liceat malorum, ſed bonorum ſolummodò cauſam Deo attribuere.

Scholia in Cap. II.

DEum auctorem eſſe omnis boni, Plato poëtarum fabulas refutans demonſtrat, ac diſputationem hãc concludens præclarè dicit: κακῶν δὲ αἴτιον φάναι θεόν τινι γίγνεσθαι, ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ μήτε τινὰ ταῦτα λέγειν ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεσθαι, μήτε τινὰ ἀκούειν, μήτε ἄνευ μέτρου μυθολογοῦντα, ὡς οὔτε ὅσια ἂν λεγόμενα εἰ λέγοιτο, οὔτε ξύμφορα ἡμῖν, οὔτε ξύμφωνα αὐτὰ αὐτοῖς. *Loquitur autem Plato non de pœnæ malo, quod iure optimo Deus iuſtus iudex, & ſcelerũ vindex ſceleratis infligit, ſed de culpæ malo, quod* δὶς διὰ πασῶν *à Deo diſtat & maximè alienum eſt. Hanc autem primam de Deo legem Plato tradidit.*

Quòd Deus immutabilis ac verus. Cap. III.

AD hæc reſponde quæſo, vtrum putes ab illa in aliam formam Deum mutari, vt nos decipiat, an ſimplicem eſſe, ac nunquam mutationem aliquam ſuſcipere? Nõ habeo, inquit, modò quod reſpondeam. Si quid autem à forma ſua mutetur, vel à ſeipſo, vel alio mutari neceſſarium putas, an non? Neceſſarium certè. Quod autem ſummum, optimum, potentiſſimumque eſt, mutari ab illo non poterit: hæc autem omnia Deus eſt, non ergo diuerſas ab alio formas accipiet. A ſeipſo autem mutari qui poteſt dici? vtrum enim ad melius, an ad peius mutabitur? Neceſſe eſt, inquit, ſi quod mutatur optimum eſt, ad peius mutari. Videtur igitur tibi ô Adymante, ſponte ſe quenquam in peius mutare: Minimè, inquit. Neceſſe igitur eſt, cùm ſit pulcherrimus atque optimus, ſimpliciſſimum eum eſſe, ac in forma ſua ſemper conſtantiſſimè manere. Mihi etiam ita videtur, inquit. Nullus ergo nobis deos quaſi peregrinos orbẽ circumire aſſerat, nec multa de Proteo ac Thetide mendacia dicat, nec Iunonem in Antiſtidem commutatam ea feciſſe contendat, quæ multi conſcripſerunt. Sed hæc, omniáque his ſimilia pellantur à ciuitate. Sed forſan, inquit, ipſi quidẽ dij nullo modo mutantur: noſtra vero phantaſmata ita mouent, vt mutari nobis videantur. Quid igitur, inquã, vellétne vnquã Deus mentiri, aut ſeducere re vel verbo falſa nobis phantaſmata imprimens? Neſcio id quidem, inquit. An ignoras, inquit, quod verè falſum eſt, ſi ita dicere connenit, id non diis ſolùm, verumetiã hominibus odio eſſe? Quomodo id dicis, inquit? non enim intelligo: putas enim inquam, magnum quid me dicere: ego verò dico cùm falſum ita in anima ſe habeat, vt errore intellectus circumuoluatur, atque ignorantia nemo penitus id vellet, & oderũt omnes id falſum: hoc enim eſt quod paulò ante dicebã, verè falſum animi eius qui mentitur ignorantia. Falſitas enim quæ in verbis eſt, eius falſitatis imago eſt, qua animus ſeducitur: quod quidem falſitatis ſimulacrum ſyncera puráque falſitas non eſt, atque ideò non ſemper odio dignum eſt: conducit enim nonnunquam vel aduerſus hoſtes, vel ad eos qui amici videntur, quando mali aliquid inferre conantur. Tunc enim ad incommodorum euerſionem falſitate vti, non incommodum eſt: priſca etiam, quæ certè ſcire nequimus, quàm veriſimiliter fingentes nonnihil inde vtilitatis adipiſci conamur. Qua igitur ratione falſitas Deo conueniet? vtrum quia priſca neſciat? an quia hoſtes vehementer formidet, an quia ſuorum inſidias velit effugere? Nihil, inquit horum de Deo dici poteſt, mẽtiri ergo Deum nefas eſt dicere: vnde ſimplex maximè & verus verbo atque re eſt, nec ipſe in ſeipſum mutatur, nec alios aut phantaſmatibus, aut verbis, aut ſignis vigilantes, aut dormientes decipit. Rectè iſta omnia dicta ſunt, inquit. Sit ergo iſta ſecunda formula, ne cui liceat ſeductorem, aut mendacem, aut mutabilem aliquo modo Deum appellare. Quare non eſt laudandum illud Homericum, quòd ſomnium Agamemnoni miſſum eſt, nec Æſchylus audiendus, cùm fingit Thetida dicere, Apollinem in nuptiis ſuis optimos eam filios ac lõgæ vitæ habituram ceciniſſe. Et ego Thetis apud eum dicit, diuinum Apollinis eos falſum poſſe dicere nõ ſperabam: nunc autem video ab eo ipſo, qui mihi ſecũda de filiis cecinit, filium meum eſſe interfectum: hæc cæteráque huiuſmodi pellenda omnino à ciuitate ſunt. Quod igitur Plato verbis præcipit, id ipſum re in Hebræorum ſcriptura factitatum inuenies: nullam enim de Deo turpẽ fabulam, nullam de angelis, nullam de piis viris inuenies. Cùm autem bonorum cauſam eſſe Deum Plato aſſerat, nónne à Moſe illud accepit? qui ſingulis creatis ſubiungit: *Et vidit Deus quia bonum.* Et omnia ſimul repetens, *Et vidit Deus*, inquit, *vniuerſa quæ fecerat, & ecce erant*

A *erant valdè bona.* Nec vnquam apud Hebræos malorũ causa Deus putatus est. Quare Propheta etiam ad hominem, qui sua se voluntate deprauauit, his verbis vtitur: *Fructuosam ego te vitem plantaui, quomodo retrò versa es?* Quòd si alicubi mala diuinitùs improbo dare scribitur, pœnas atque supplicia mali vocabulo intelligere debemus, quas Deus cùm sit bonus non ad detrimentum eorum qui puniuntur, sed ad vtilitatem atque commodũ mittit: sicut medicus ad salutem laborantium cura nonnunquam vtitur amara, dolorísque plena. Vnde apud Platonem quoque dictum est, vtilitatem consequi eos qui puniuntur. Et Iudæus quidam dixit: *Castigat Dominus quem diligit.* Quòd autem mutari Deus non potest, sic à persona eius in scriptura dictum inuenitur: *Ego Dominus Deus vester, & non mutor.* Et apud Psalmistam: *Omnes sicut vestimentum veterascet, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Quòd si Dei verbum in forma figu- Ierem.2. Hebr.12. Prou.3. Psal.101.

B ráque hominis venturum scriptura prædicat, quod nos iam venisse affirmamus, atque ideò mutationem Deo attribui nonnulli putent: sciant quia non vt gentium fabulæ de Proteo, Thetide, atque Iunone, nec vt cæteri dij, qui errantes sicut peregrini orbem circumeunt: ita Verbum, de Hebræorum scriptura in hominem mutatum esse affirmat. Verùm quoniam rationale animal homo à Deo errauit, vt neque Deum, Deíque prouidentiam, neque seipsum cognosceret, sed in naturam bestiarum malè agẽdo inciderit, idcircò Deum vt medicum & saluatorem venturum prædicabat, non quidem à sua natura mutatum. Nõ enim seduxit eos qui viderunt, sed vtramque verissimè conseruauit, visibilem dico atque inuisibilem naturam. Visus enim homo est, & quidem verus homo fuit: verbum etiã Dei verum, filiúsque Dei verus est. Quare non seduxit credentes, neque falsitas vlla in eo inuenta est, qualis etiam Platoni Deus esse videtur. Maximè igitur Deus verbum verbo at-

C que re simplex est, nec à seipso mutatus vnquam fuit, nec alios, aut phantasmate, aut verbo, aut signo vigilantes aut dormientes decepit: sed sicut rationalium medicus animarum salutem vniuerso generi hominum afferens, verè non phantasticè hominem assumpsit, ac ita nobis omnibus ad veram pietatem, ad verámque Dei cognitionem conuersionem largitus est. Talia igitur nostra sunt, eos verò qui aliter dicunt, ab ecclesia tanquam à ciuitate Platonis consilio expellimus.

Scholia in Cap. III.

FAbulas Poetarum de μεταμορφώσει deorum, refutat Plato, ostendens, Deum optimum, maximum & potentissimum, simplicissimum quoque & ab omni mutatione alienum esse, cùm in melius & in peius, summum bonum transmutari nec possit nec velit. Deinde respondens ad obiectionem, (fortassis dij non mutantur, nostra verò phantasmata ita mouentur, vt dij videantur transformati:) secundam de Deo legem proponit, cuius hæc summa est: Deum ne quis appellet seductorem, aut mendacem, aut mu-

D *tabilem. Tertiò scripturæ propheticæ testimoniis probatur, Deum caussam omnis boni & immutabilẽ esse, ideò non affingendam illi malorum causam. Quartò diluit obiectiones, quarum prima est: atqui mala improbis diuinitùs dari, scriptura sæpius affirmat? Vt in verbis prophetæ dicentis: Ecce ego adduco malum ab Aquilone. Item, Non est malum in ciuitate quod non fecit Dominus. Respondet Eusebius, hæc de pœnis atrocibus quæ atrocia scelera comitantur, non autem de culpa, dicta esse. Altera obiectio est: atqui verbum Dei formam hominis assumpsit, cur igitur dicitis Deum esse ἄτρεπτον? Respondet Eusebius, nullam mutationem diuinæ naturæ consecutam esse, incarnationem Verbi, nec τὸν τῷ πατρὶ συναΐδιον λόγον conuersum esse in carnem, sed Verbum carnem esse factum, hoc est absque confusione & permixtione naturarum, Filium Dei assumpsisse humanam naturam, eámque ἀῤῥήτῳ & indissolubili, sed tamen personali vnione, sibi coniunxisse. Vt igitur humana in Christo natura, nihil à nostra differt, præterquàm quòd illa expers est labis & peccati, nec amisit corpus glorificatum, τὰ τοῦ σώματος*

E *ἴδια, quanquam est ad dexteram Dei exaltatum, hoc est gloria & honore exornatum, nec est obnoxium ταῖς ἀσθενείαις vitæ huius. Ita diuina in Christo natura, etsi mirando & imperscrutabili & indissolubili fœdere, humanam naturam, hoc est corpus & animam, sibi copulauit: non tamen transmutata est, ab eo quod erat in id quod non erat, sed sibi similis semper fuit & erit.*

Quòd Socrates, qui Gentilium deos spernebat, occisus est. Cap. IIII.

DEos autem gentium à Socrate quoque contemptos fuisse, & hac de causa eiectum ab Atheniensibus diximus. His enim ferè verbis in Euthyphrone Plato vtitur. Ipsi enim homines Euthyphrõ, inquit, Iouem optimum atque iustissimum deorum putant: & tamẽ fatentur, patrem ab eo vinctum fuisse, quia filios impiè deuorabat. Mihi autem irascũtur, quia patrem iniuriantem vlciscor. Et si contraria sibiipsi de diis & de me dicere inueniũtur. Num, inquit Socrates, ô Euthyphron propterea ipse accusatus sum, quia ægrè fero

talia dici de Deo? Hæc Numenius in libro de arcanis Platonicis hoc modo exponit. Si accusationem de Atheniensium theologia Plato scripsisset, ostendissetque seditiones parentum atque filiorum, & deuorationes vltionésque iniquas, & nefanda matrimonia impiè diis à theologia eorum attribui, dedisset meo quidem iudicio causam Atheniensibus, incitassetque ipsos ad cædem suam, atque ita morte Socratis obiisset, sed viuere quidem ille impietate inuolutus nunquam voluisset: quoniam verò & viuere & verè ac piè dicere tutò poterat, Euthyphronem quidem virum arrogantia corruptum pro persona, nõ Atheniensium solummodò, sed omnium qui piè non sentiunt, ipsum autem Socratem pro persona sua posuit, atque ita veritatem & securitatem simul consecutus est.

Scholia in Cap. IIII.

Socratis querelas de Atheniensium ergà ipsum odio, quod ex reprehensione fabularum poëticarum de Ioue & Saturno ortum duxerat, & eiusdem interitum paucis describit Eusebius, Platonem & Numenium testes adducens. Dolendum autem est, Socratem vanitatem commenti Ethnici de dijs intellexiße, veritatem autem de Deo patefacto non esse aßecutum.

Veram sententiam De rebus veris bonísque, non esse mutandam, etiamsi capitis periculum immineat viro bono. Cap. V.

IN Critone autem mortem pro veritate omni despiciendam, his verbis ostendit: Ego verò, inquit, ô Crito, non modò nunc, sed semper talis fui, vt nulli magis quàm rationi credam ei, quæ mihi optima videatur. Quamobrem non possum nunc, quoniam isto casu oppressus sum, rationes eas quasi falsas contemnere, quas & priùs vt optimas prædicaui, & nunc similes mihi videntur. Et nisi meliores alias dicere habemus, nec si etiam maiora quàm mors & vincula pecuniarúmque ablationes imminerent pericula, tanquam puer laruis territus, à proposito desistam. Sed videamus an rectè priùs dicebamus, quòd oporteat opinionem aliàs improbare, aliàs minimè. Nam si hoc antequàm mors instaret rectè dicebatur, nunc verò aliter videtur. Ludus quidem & deliratio, disputatio nostra fuit. Sed quoniam præsens tibi calamitas nulla impendet, nónne sententiam meam probas, quia scilicet aliæ hominum opiniones amplectendæ sunt, aliæ nequaquam? nec hominum omnium, sed aliorum opiniones eligendæ, aliorum verò minimè? Quid ais? Probè, inquam, dicitur. Bonas ergo eligendas, prauas autem eiiciendas asseris, ánnon? Assero, inquit. Bonæ autem nónne sapientum sunt, prauæ autem insipientum? Quidni? Vtrum igitur vir bonus laude ac vituperatione & opinione cuiusuis mouebitur, an eius solũmodò: qui in ea re præcipuũ habeat artificiũ? Eius solummodò mihi videtur. Fugienda ergo est vituperatio, & laus expetenda? Non quidem multorum, sed eius solummodò qui præcipuam habeat rei (cuius laudes desideras) doctrinam. Ita faciendum viuendúmque, vt ipse monet, cæteris omnibus contemptis. Quare ne cætera percurram, de iustis quoque atque iniustis, turpibus & honestis non multorum opinionem sequi oportet, sed eius solummodò qui hæc rectè intelligit, quem vereri atque timere, quàm cæteros omnes oportet, ipse cẽseo: quem nisi sequamur, nec iusti videlicet, nec probi erimus viri. Quare nec viuendum nobis est ita corruptis. Non ergo curare debemus quid multi, sed quid dicturus esset, si quis intelligeret, aut ipsa veritas, si ei attribueretur oratio. Hoc vbique pro pietatis veritate ita factitatũ à nostris est, vt nullus nostrûm voluntatẽ aliorum consideret: sed omnes vno animo Christum sequamur, nullas pecuniarum ablationes, nulla vincula, sed nec mortem quoque ipsam timentis, quales apud Hebræos etiam priscis temporibus multi fuerunt.

Scholia in Cap. V.

Socrates suo periculo edoctus, Critonem aliósque amicos admonuit, non esse viro bono mutandã veram de dijs sententiam, quam veritas ipsa cum paucis prudentibus probet, vulgus autem ignobile damnet, etiamsi capitis periculum subeũndum sit. Hanc sententiam, martyrum Christianorum exẽplo in medium proposito, Eusebius noster commendat. Multùm verò interest inter Socratis opinionem, & Martyrum fiduciam. Et non pœna in his, sed causa præcipuè spectanda est.

Quòd nemo iniuria sit afficiendus. Cap. VI.

IN eodem, nullo pacto iniuriandum esse Plato censet. Affértne, inquit, turpitudinem iniurianti, & dedecus iniuria, ánnon? Affert, inquit. Nullo igitur pacto iniuriari oportet. Fateor, inquit. Nec ergo etiam læso referenda iniuria est, vt multi putant, quoniam nullo pacto iniuriandum est: & quoniam malefacere nihil aliud est, quàm iniuriari, non oportet malè alicui facere, etiamsi innumerabilia mala perpessus sis. Hæc nobis à Christo clariùs

præcipiuntur

A præcipiuntur,& propheta multò ante Platonem: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis.* Et rursus: *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Quòd autem pro veritate mori debeamus, quod multi Hebræorum fecerunt, Christianorum verò fermè innumerabiles, Socratem audi apud Platonem in Apologetico, dicentem: Si diceris, inquit, mihi ô iudices, Anyto quidem accusatori tuo Socrates, valedicemus, te autem hoc pacto ac fœdere liberamus, vt nunquam amplius, vt solebas, philosophari audeas: & si aliter feceris, vt moriaris. Si hæc mihi diceretis, constanter responderem, quòd ego diligo quidem vos ô viri Athenienses, credo autem Deo magis quàm vobis. Quare quousque viuam & possum, nunquam philosophari, id est, rectè viuere desinam: nec desistam vnquam hortari admoneréque uos, quemadmodum consueui. Hanc Platonis Socratisque sententiam vix à solo Socrate, ab Hebræis autem & ante Christum multis & post Christum innume-
B rabilibus constanter ipsa re approbatam inuenies. Hebræos enim etiam Saluatoris nostri discipulos fuisse non ignoramus.

Scholia in Cap. VI.

1 *NEminem iniuria esse afficiendum. 2. & quemque pro veritate tuenda vel mortem fortiter oppetere debere, Socrates censuit. Eius sententiam exemplis nostræ fidei hominum, probat Eusebius, qui mihi videtur non habuisse rationem diuersitatis. Socrates (si Platoni & Xenophonti credimus) fortiter mortuus est, fateor. Sed ob eam causam Martyribus conferendus non est, cùm non fuerit eadem causa necis illius, & martyrij Polycarpi. Ille enim veritatem in iniustitia detinens, patrios ritus & sacra spreuit, suas de dijs opiniones pertinaciter asseruit, & ob eam causam supplicio est affectus. Hic verò, & Deum verum in Christum nouerat, & quid de idolis Ethnicorum statuendum esset intelligebat, ac cùm ab impijs idololatris ad martyrium abriperetur, fide in Christum acquiescens, morte sua Deum*
C *glorificauit. Libenter tamen dabo, aliquam in proposito animi & constantia similitudinem fuisse, sed si causas cæteras spectaueris multò maximam diuersitatem deprehendes.*

Quòd fortes viri, etiam post mortem, patriam defendunt. Cap. VII.

SEd videamus quid de his dicat, qui pro defensione patriæ magno animo militãtes mortui sunt. Nónne igitur, inquit, eos qui in bello fortiter pro patria facientes interierunt, aurei generis fuisse dicemus? Omnino, inquit. Credemus igitur Hesiodo postquàm aurei generis homines mortui sunt, à multis homines angustiis semideos factos liberare, mortaliúmque omnium esse custodes: ac in posterum quasi deos colemus, eorúmque adorabimus monumẽta. Similiter etiam omnes, qui præclarè vixerũt, quoquo modo mortui sunt honorabimus. Hæc nos quotidie factitamus, qui veræ pietatis milites, vt Dei amicos ho- *Sanctorum precibus et intercessione adiuuamur.*
D norantes, ad monumenta quoque illorum accedimus: votáque ipsis facimus, tanquam viris sanctis, quorum intercessione ad Deum non parum iuuari profitemur. Hæc à Platone collegimus, vt ostenderemus Hebraica illum philosophia munitum, nostris consentanea scripsisse. Plura de istis apud eum inueniri, ab Hebræornm sumpta scriptura, non sum nescius, sed omnia colligere longum est. Verùm ne soli nos ab Hebræis tam Platoni, quàm aliis multa furto esse ablata conspexisse videamur, aliorum quoque testimonia qui hoc ipsum perspexerunt, ponenda sunt. Primúmque Aristobulum audias, qui in libro quem ad regem Ptolemæum conscripsit, his verbis vtitur: Apertissimum quidem est leges & disciplinam nostram diligenter fuisse Platonem secutum. Non enim latet, si quis attẽtiùs eum legat, perlectam ab eo, & quidem diligenter, scripturam fuisse. Scimus etiam omnes ante Demetrij Phalerei tempora, imò verò ante Alexandrum & Persarum imperium quinque Mosi libros in græcam linguam, quamuis non commodè, traductos fuisse. Tota verò scri-
E ptura nostra Demetrij Phalerei opera, & Philadelphi regis cui progenitoris iussu aptissimè translata est. Et post pauca diuinam vocem inquit, cùm dicatur, *Et dixit Deus, Fiat, & factum est:* non syllabis prolatum sermonem, sed operis nutu ipsius constitutionem intelligere debemus. Quod mea quidem sententia Pythagoras, Socrates atque Plato secuti Dei voces audire dicebant, vniuersi productionem à Deo emanasse videntes, & virtute illius contineri non dubitantes. Sed Orpheus etiam in carminibus, quæ inscripsit de verbo sacro, diuina virtute omnia gubernari, cunctáque à Deo producta hoc modo asserit. *Genes. 1.*

Vos qui virtutem colitis, vos ad mea tantum
Dicta aures adhibete, animósque intendite vestros.
Contrà qui sanctas leges contemnitis, hinc vos
Effugite, & procul hinc miseri, procul ite profani.

Tu verò qui diuina specularis, & alta
Mente capis, Musæ voces amplectere, & illas
Aspiciens sacris oculis sub pectore serua.
Hoc iter ingressus, solum illum suscipe mundi
Ingentem auctorem, solum interitúque carentem,
Quem nos præsenti, qui sit, sermone docemus:
Vnus perfectus Deus est, qui cuncta creauit,
Cuncta fouens, atque ipse ferens super omnia sese:
Qui capitur mente tantùm, qui mente videtur,
Qui nullúmque malum mortalibus inuehit vnquam,
Quem præter non est alius, tu cuncta videto,
Hîc ipsum in terris melius quò cernere possis:
Hîc etenim video ipsius vestigia, fortem
Hícque manum video: verùm ipsum cernere, quis sit,
Nequaquam valeo: nam nubibus insidet altis.
Nemo illum nisi Chaldæo de sanguine quidam
Progenitus vidit, quem cœlorum aurea sedes
Sublimísque tenet, cuius se dextera tendit
Oceani ad fines, quem de radicibus imis
Concussíque tremunt montes, nec pondere quamuis
Immenso sint ferre queunt: qui culmina cœli
Alta colens terris, nunquam tamen ille sit absens:
Ipse est principium, medium quoque, & exitus idem.
Priscorum nos hæ docuerunt omnia voces, C
Quæ binis tabulis Deus olim tradidit illis.

Aratus etiam sic de Deo loquitur:

Ab Ioue principium, nam sunt Iouis omnia plena,
Quem reticere nefas, Ioue cuncti vtuntur, ab ipso
Nos sumus, ille fauet, vires cunctísque ministrat.

Iouem enim hîc Aratus supremum Deum nominauit. Sed non his solùm, sed omnibus philosophis, qui hoc nomine digni visi sunt, ita pia de Deo sententia videtur habẽda, nostra lex sola diligẽtissimè sanxit. Ad pietatem enim veram sola nos adducit, & veræ virtutis curam habere compellit. Et post aliqua, Omnibus ergo productis, inquit, ad requiem à laboribus septimum diem nobis concessit. Et paulò post: Prima verò res naturaliter lux, in qua vniuersa conspiciuntur, dici potest, quam quidem lucem sapientiam quoque appellare possumus. D Tota nempe lux ex sapientia est: vnde quidam Peripatetici fulgorem ipsam
Prou. 8. appellarunt, quoniam qui eam sequitur, per totam vitam nunquam cespitabit. Quod clariùs Salomon ille dixit, ante cœlum & terram sapientiam genitam esse affirmans. Quod autem scriptura dicit, requieuisse Deum in septima die: id non quia nihil Deus postea faciat dictum est, vt nonnulli putant: sed quoniam ordo rerum fixum habuit statum qui
Gene. 1. 2. nunquam mutatur, cessasse Deus dicitur. Ideò enim dicitur, in sex diebus illum cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt creasse, & vt tempora & ordo rerum secundum prius & posterius significetur. Eo enim ordine facta sunt, quo postea gubernantur & transmutantur. Lege autem iussit hanc idem nobis esse seruandam, in signum rationis septimę, quæ in
Hebdomadibus vniuersum voluitur. nobis constituta est, in qua humanarum diuinarúmque rerum cognitionem cõsequimur. Hebdomadibus autem vniuersum voluitur, cuncta fouens, quæ viuunt & germinant, vnde nomine quoque sabbatum appellamus, quod latinè quies interpretari potest. E Hoc ipsum Hesiodus quoque his carminibus, probauit.

Primùm prima dies, dehinc quarta & septima sacra est. Et rursus:
Septima lux rursum sacra & præfulgida venit.

Homerus etiam sensisse videtur cùm dicat:

Septima lux aderat, cuncta & perfecta fuerunt. Et rursus:
Septima vbi orta dies, Acherontis liquimus vndas.

Hoc enim significat, quòd obliuione vitióque animæ, in septima secundum veritatem ratione, vbi cognitionem veritatis adipiscimur, omnia prædicta relinquuntur.

Linus etiam hæc cecinit:

Septima

Lini versus

A *Septima cùm venit lux, cuncta absoluere cœpit*
Omnipotens pater, ínque bonis est septima, & ipsa
Est etiam rerum cunctarum septima origo.
Septima primum eadem perfecta & septima septem:
Vnde etiam cœlum stellis errantibus altum
Voluitur, & circlis totidem circùm vndique fertur.

Hæc ab Aristobulo nobis sumpta sunt. Nunc Clementem, quid de hac ipsa re scripserit, audiamus: Modò, inquit, à Barbara, vt ipsi dicerent philosophia, multa furatos Græcos fuisse ostendamus. Deum Stoici corpus dicunt, & spiritum secundum substantiam quasi ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὴν ψυχὴν totius animã. Hæc aperta in scriptura inuenies: altiorem enim sensum atque verum perspicere nequiuerunt: vnde per vniuersam mũdi substantiam tanquam fouentem animam transire Deum, asseruerunt. Seducti autẽ sunt, quia de sapientia dicitur, per omnia ipsam transire tenuitate atque munditie sua, non enim intellexerunt de ea sapientia quæ prima creatura est, scripta esse. Hylen quoque in principiis, philosophi Stoici, & Plato, Pythagoras, & Aristoteles peripateticus posuerũt, quã informem & absque qualitatibus asserunt, quamuis Plato in Timæo vnũ occultè principium censere videatur his verbis: Quid nobis videatur de omnium principio, aut principiis, modò dicendum non est: nõ alia de causa, nisi quia difficillimũ est. Ille etiam locus scripturæ, *Terra quoque erat inuisibilis & informis*: occasionem eis dedit, vt Hylen Deo subiicerent. Vacuum autem Epicurus posuit, quoniam illud non rectè intellexit, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Aristoteles vsque ad lunarem pilam prouidentiam Dei deduxit, illo Psalmo deceptus: *Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.* prophetica enim dicta ante Saluatoris nostri tempora magna obscuritate tegebantur. Supplicia verò apud inferos esse, tam poëtæ quàm philosophi à nostris acceperunt. Ad hæc autẽ sequitur necessariò immortalitas animi, quod enim supplicio & cruciatu vexatur, omnino viuit. Plato verò, quod Hebræi gehennam dicunt ignis fluuios, Tartarum, Cocytum, Acheronta, Pyriphlegethonta secundum poëtas appellat. Viros verò igneos dicit dãnatas animas ad supplicia impellere, angelos videlicet quosdam, quibus iniusti puniuntur. Ad hæc angelum vnicuique ad custodiam diuinitùs datum à scriptura nos didicimus. Et Plato scribere nõ dubitãt hoc modo: Quoniam, inquit, omnes animæ sorte viuẽdi modum elegere, ordine ad sortem suam progrediuntur motæ à dæmone, quem singulæ sortitæ sunt, qui ad custodiendum hanc vitam, & ad perficienda quæ elegerunt, vnà cum eis mittitur. Hoc ipsum credo Socratem etiam significasse, cùm dæmone quodam sæpius gubernari se dixerit. Mundum quoque factũ esse, à Mose didicerunt. Apertissimè namque Plato vniuersi huius factorem atque patrem Deũ appellat, quasi ab eo solo ex non ente formatum. Stoici quoque huius opinionis sunt, & quem scriptura diabolum nominat, malignã animã in decimo de Legibus Plato appellauit, aduersus quam pugnam nobis esse cõstitutam ostendit. Cùm autem mundũ alium intelligibilem, alium sensibilem, esse Moses ostendat, & alium primitiuum atque exẽplar, alium exemplaris illius simulachrum, quorum alterum scilicet intelligibilem vnitati, alterum scilicet sensibilem senario accommodat numero, qui à Pythagoreis quasi fæcundum coniugium appellatur. Nam in vnitate quidem inuisibile cœlum, terrã sanctam, & lucem intelligibilem creatã fuisse asserit. *In principio enim*, inquit, *fecit cœlum & terram, terra enim erat inuisibilis. Et dixit Deus, Fiat lux.* In creatione verò mundi sensibilis solidum cœlum creauit. Solidum porrò nihil aliud quàm sensibile est. Terram similiter visibilem, & lucem sensibilem produxit. Hinc Plato idæas & species sensibilium, intelligibiles in intelligibili mundo collocauit. Corpus à terra formatũ Moses asseruit, quod terrenum Plato habitaculum appellauit: rationalẽ verò animam Adæ faciem affirmat, vnde philosophi in capite intellectiuæ animæ sedem arbitrati sunt. Ad similitudinem autem Dei factum hominem cùm audiuerunt, sequelam illam intellexerunt, de qua scribit alibi Moses, *Post Dominum Deum nostrum ambulate & mandata eius seruate.* Sequũtur nempe Deum omnes, qui piè ac sanctè ipsum colunt. Hinc Stoici philosophi philosophandi finem congruenter naturæ viuere terminarunt. Plato verò Deo per similitudinem inhærere, & omne bonum bono amicum esse atque simile. Et in Timæo iuxta libri finem: Oportere, inquit, vt intellecto intelligens secundùm priscam naturam simile facias: Cúmque simile factum sit, illũ semper præ oculis habere finẽ, qui omnibus optimæ

Clementis Alexãdrini testimonium.

B

Gen. 1.

Eccles. 1.

Psal. 35.

C

Philosophi quomodo vocent gehennam.

Psal. 91.

Socratis dæmon.

D

Mũdus intelligibilis & sensibilis.

Gen. 1.

E

vitæ finis à diis præpositus est, húncque finem in præsenti & in futuro tẽpore sequi fra-
tres quoque homines omnes, quoniam ab vno Deo producti sunt. Sed alios quasi fer-
reos, alios quasi argenteos, alios quasi aureos, ait. In Theæteto autem cùm veram philo-
sophorum vitam describat, nónne Christianorum vitam superiore quadam virtute
concitus descripsit? Pythagoras verò, Socrates, & Plato cùm se vocem Dei audire affir-
marent, constructionem vniuersorum diuinitùs factam atque gubernatam intellige-
bant, Mosaicam vocem exprimentes: *Et dixit, & factum est.* Hesiodus verò de creatione

Pandora apud Hesiodum.

Pandoræ dicit, quia Vulcano Iupiter iusserit aquam terræ commiscere, & vocem, atque
mentem hominis limo immittere, præterea ignem & lucem allegoricè Deum appellat
scriptura. Stoici verò naturam esse dicunt ignem artificiosum via in generatione gra-
dientem. Epicharmus autem Pythagoreus, vnde nisi à scriptura didicit, nihil clam Deo
esse, & ipsum natura omnia videre, nihílque impossibile ipsi esse: Democritus quoque
omnia, inquit, Iupiter cognouit, omnia ille dare, & omnia potest auferre, rex omnium
ipse solus est. Iouem enim plerunque primam causam solent appellare. Sed Pindarus
multo magis mysticè tanquam Pythagoreus, Vnum, inquit, hominum genus est, & ab
vna matre cuncti, vnum patrem creatorem summum atque optimum artificem habe-
mus, qui progressus singulis diuersos secundum merita præbet. Matrem profectò Hy-
len appellauit. Illud autem Platonis in epistola ad Erastum, & Coriscon omnino diui-
num, patrem enim & filium nominat, & per eos piè tanquam vniuersi causam iuran-
dum esse asserit, & illud similiter: Circa regem omnium omnia esse, secundum circa se-
cunda, tertium circa tertia. Quæ omnia aut illi diuinitùs reuelata sunt, aut quod reli-
quum est, ab Hebræis eorúmque scriptura accepit: sanctissimam enim trinitatem illis
verbis significari, non dubito: tertium enim spiritum, filium secũdum, patrem primum C

Heracliti de mundo opinio.

ordine posito collocamus. Heraclitus verò Ephesius, vnum mundum sempiternum at-
que incorruptibilẽ opinatur semper fuisse, futurúmque affirmans: alterum, corruptibi-
lem & factum diuinitùs. Plato rursus in septimo de Republica hanc diem, nocturnã diẽ
appellat, propter huius mundi fortè principes. Somnum autem & mortem viã animæ in
corpus similiter, vt Heraclitus, esse confirmat. Quamobrem, vt puto, spiritus sanctus o-

Psal. 3.

re prophetæ de Saluatore nostro his verbis prædixit: *Ego dormiui, & soporatus sum: surrexi,
quoniam Dominus suscepit me.* Non enim resurrectionem solummodo Dei excitationém-
que à somno, sed descensum etiam eius in carnem somnum allegoricè appellauit. Ego
verò de dominico etiam die, in decimo de Republica, his verbis vaticinatum fuisse Pla-
tonem censeo. Cùm inquit, in prato septem dies singuli affuerunt, tunc surgentes hinc
oportet in octauo die ipsos proficisci, & quatriduo peruenire, pratum enim octauam D
sphæram tanquam amœna sanctorum loca intelligimus, septem autem dies erratica-
rum sphæras & omnem operosam artem ad finem requietis festinantem. Via verò, in-
quit, quæ vltra erraticas stellas est, ad supremum cœlum ducit, ad motum videlicet &
diem octauum. Quatriduo verò peruenire ait, per quatuor elementa viam fieri signifi-
cans. Septimam etiam diem non Hebræi solùm, sed omnes ferè tam philosophi quàm

Philosophorum de Deo sententia.

poëtæ sacratiorem esse cognouerunt. Antisthenes quoque propheticum illud, *Cui me as-
similasti, dicit Dominus,* commutauit, Deúmque dixit nulli similem esse. Quare impossi-
bile est, inquit, ipsum agnoscere, cuius imaginem nullam habeas. Similia etiã Xenophõ
Atheniensis his verbis scribit: Qui omnia quatit, & omnia quiescere facit magnus po-
ténsque est: quod omnibus patet. Qualis autem forma sit, nemini patet nisi ipsi soli, qui
luce sua omnia perlustrat. Quis enim corporeus Deum verum cœlestem, atque immor- E
talem oculis cernere potest? Et Xenophanes Colophonius: Vnus, inquit, Deus inter
deos atque homines maximus, nec corpore atque mente mortalibus similis. Cleanthes
etiam Stoicus, Interrogas me, inquit, qualis Deus sit? attende igitur, bonus, ordinatus,
iustus, sanctus, seipsum possidens, vtilis, speciosus, opportunus, seuerus, liber, semper
commodus, intrepidus, sine mœstitia, sine dolore, tutus, gloriosus, charitas, quem esse o-
mnes conueniunt, mitis, acer, tardus, sine querela, semper manens. Deinde idolorũ cul-
tum occultiùs meo quidem iudicio reprobans subiungit. Illiberalis autem atque seruus
est, qui opinione vulgari ducitur, quasi bonum inde quicquam consecuturus. Noli er-
go vulgari opinione Deum colere, nec maligni luminis figuras honorare. Heraclitus
autem verbi, quod est semper, inquit, sensum homines non capiunt, nec antequàm au-
diant, nec cùm primò audierit. Hecatæus verò, qui vniuersam historiã colligit, cùm de

Abraham

A Abraham & Ægyptiis dicat, Sophoclem tragicum in tragœdiis scripsisse affirmat: Vnus verè, vnus est Deus qui cœlum latámque terram fundauit, qui cæruleam ponti vndam & ventorum flatus produxit. Mortales autem errore seducti, ex ære, ac lapidibus, auro eboréque simulachra nocentium deorum constituimus, quos sacris solennitatibus pestiferisque honorantes, falsam pietatem amplectimur. Manifestum autem, vnum principium rerum Locrensis Timæus in libro de Natura his verbis prædicauit: Vnum, inquit, principium omnium rerum est, ipsum absque origine. Non enim erit principium, si ab alio factum est: sed illud vnde factum est, principiũ erit. Epicharmus autẽ comicus de diuino verbo apertè sic scribit: Diuinum, inquit, verbum est, quod artes hominibus suggerit, docétque facere quod conducit. Non inuenerunt enim homines artes, sed Deus hominibus eas immisit, verbum autem hominum à diuino verbo defluxit. Cùm B autem per Esaiam spiritus sanctus clamet: *Quid opus mihi est sacrificiorum multitudine vestrò dicit Dominus, plenus sum holocaustis agnorum, pinguedinem & taurorum sanguinem nolo.* Et post pauca: *Lauamini, purificatéque vos, & eiicite iniquitatem ab animis vestris*: cæteráque huius. Menander comicus vide quemadmodum in comœdia eisdem ferè verbis ac sententia vsus est: Si quis ô Pamphile taurorum in sacrificium oblata multitudine, aut deorum aliorúmque huiuscemodi proprium se habiturum Deum arbitratur, penitus errat, mentis leuitate seductus: sed oportet iustitiam seruare, non adulterio, neque virginum vti corruptione: nec acus quidem tenue filum, si alienum est, concupiscere. Deus enim prope est, & omnia videt, quod illi simile est. Deus appropinquans ego sum, & non Deus de longe, faciétne aliquid homo in occultis, & ego non videbo ipsum? Deiphilus etiam comicus non aliunde quàm à scriptura in comœdiam transtulit ea quæ de iu- C dicio dicit: Tu putas, inquit, mortuos, qui deliciosè vixerunt, Dei iudicium effugisse. Sed est iustitiæ oculus qui omnia perspicit. Duo enim itinera mortuis proposita esse putamus, alterum iustorum, alterum impiorum. Caue igitur ne erres, nam & apud inferos iudicium est, quod Deus dominator omnium exercebit, cuius nomen terribile, quod ego dicere nequeo. Si quis autem mortalium male agens putat Dei oculum effugere is impia ducitur opinione. Cauete qui putatis Deum non esse, est enim inquam. Si quis autem perperam agit, tempus lucratur, nam postea dabit pœnas. In Orphicis quoque scriptum inuenitur: Cùm omnes deos occultauerit, ad latissimam rursus restituet lucẽ. Quare si iustè, sanctéque viuemus, & hic beati, & postquàm hinc recesserimus, beatiores futuri sumus, quam beatitudinem non determinato quodam temporis spacio habebimus, sed in æternum requiescere poterimus, vnà cum cæteris habitantes immorta- D libus. Idem Orpheus cùm inuisibilem Deum affirmauerit, vni solummodò cognitionem sui donasse de genere Chaldæornm asserit. Abraham, vt ego puto, aut aliquem ex suis significans his ferè verbis: Nullus, inquit, Deum, nouit, nisi quidam vnigenitus à genere Chaldæorum defluxus. Deinde commutatis verbis illud expressit: *Cœlum mihi est sedes, terra vero scabellum pedum meorum.* Deus, inquit, in cœlo aurea in sede firmus sedere cognoscitur, terra verò sub pedibus eius est, manum autem eius dexteram ad fines Oceani extendit, montium radices tremiscunt, ac viribus eius resistere non possunt. Cœlestis igitur ipse est, & in terram omnem peruenit. Ipse initium omnium, medium, atque finis. Hæc ab illis prophetis effluxerunt. Qui si aperiet cœlum, tremor vniuersa comprehendet: & abs te montes liquefient, sicut à facie ignis liquitur cera. Et quis metitus est cœlum palmo? Quid oportet singula singulis conferendo longiorem esse? o- E mnia quæ apud Græcos vel apud Barbaros siue poëtas siue philosophos rectiùs dicta sunt, apertissimè à Iudæorum scriptura deriuata videntur. Hæc Clemens. Nos autẽ Platonem maximè admirantes, neque id ab re: diligentissimè námque scripturam sequi videtur: philosophiam tamen eius reiiciemus, quoniam purissimum scripturæ aurũ non omnino immaculatum seruauit. Sola enim diuina eloquia sancta puráque sunt, lõgè ab omni mendacio remota, argentum purgatũ, & probatũ terræ. Platonis autẽ, cæterorúmque omnium dicta simul ac scripta, quoniam humanis cogitationibus atque coniectura ad considerandam naturam rerum accesserunt nonnihil falsitatis permixtum possident.

Esa. 1.

Menander.

Deiphilus.

Esa. 66.

Scholia in Cap. VII.

1 *Sicut Plato censuit fortes viros tantisper dum sunt in viuis armis patriam defendere, & vbi in fata concesserunt, eidem suæ patriæ plurimum prodesse: Ita Eusebius de fidelibus pronunciat, eos sanctorum communioni prodesse, cùm in carne ambulantes peregrinantur à Domino, & cum requie*

æterna fruuntur 2 Aristobulum testem adducens Eusebius ostendit, Platonem Orpheum Aratum & alios cùm Philosophos tum Poetas, plurima de Diis rebúsque diuinis sacris Hebræorum literis petiisse, & tanquam sua venditasse. 3 Clementem postea introducit Eusebius qui dicit; Stoicos Deo mundum, velut corpus cui ipse animæ loco esset, affinxisse. Eosdem vna cum Platone, Pythagora & Aristotele ὕλην ἄποιον ἀσχημάτιστον constituisse, Epicurum, vacuum finxisse. Aristotelem vsque ad lunæ Sphæram prouidentiam perduxisse, cùm neuter sacræ scripturæ pronunciatorum sensum assequeretur. Multos Philosophos de Mundi & eorum quæ in eo sunt ortu, de Deo eiúsque cultu, multa congruentia cum Hebræorum literis docuisse. Inter hos Platonem excelluisse, quanquam is non raro a scopo aberrauerit, cùm de diuinis rebus sermonem instituit.

Quòd inconstanter de Deo Plato locutus est. Cap. VIII.

NAm si quis voluerit amore atque odio depositis exquisita ratione veritatem inspicere, mirabilem illum philosophum simulachris quæ manibus hominum facta in viri similitudinem fuerunt, Dei appellationem turpiter attribuisse comperiet. Ita post sublimem illam theologiam, qua patrem & creatorem vniuersi vnum Deum esse conscripsit, à cœlo in profundũ idololatriæ delapsus, populi Atheniẽsis opinionibus ferebatur. Nec veritus est Socratem in Pyræũ ad soluenda deæ vota descẽdentẽ laudare. Gallum etiam Æsculapio sacrificare probè iussum à Socrate fateri videtur, & Delphicum dæmona paternum Græciæ interpretẽ appellat, & diuinis libẽter laudibus prosequitur. Audi enim eum quàm turpiter vulgarem de diis opinionem confirmat, dicens: Aliorum autem dæmonum generationem cognoscere, ac dicere, maius quoddam opus est, quàm nos ferre possumus. Sed credendum est his, qui iamdiu dixerunt, qui deorum nepotes sunt, & vt aiunt, clarè progenitores suos nouerunt. Non enim possibile est, deorum filiis non credere. Nam & si nullam necessariam aut verisimilem afferant demonstrationẽ, tamen quia sua se narrare affirmãt, leges patrias sequentes credamus. Propter C hæc & cætera huiusmodi, is philosophus nobis, quoniam secũ ipse dissidet, relinquẽdus est. Nam qui poetas, poetarúmque fabulas in libris de Legibus contemnit, quíque mẽtitum illum ait, qui primus fingere ausus fuit, ea Cœlum fecisse, quæ ab Hesiodo scribũtur: cæteráque huius, quomodo nunc deos & deorum nepotes Saturnum, Iouem, Iunonem & cæteros appellat.

Scholia in Cap. VIII.

HActenus ἐγκώμιον Platonicæ Theologiæ & comparationem cum sacra Hebræorum scriptura, proposuit Eusebius: Nunc ad errorum Platonis reprehensionem descendit, & primò omnium vitio illi vertit, quòd de diis Poeticis pugnantia professus est. Interdum enim dæmonia illa deridet & damnat, mox velut oblitus eorum quæ dixerat, patriam δεισιδαιμονίαν & Idololatriã, Deos etiam D *Ethnicos laudibus extollit & commendat. Quid autem illi credas qui de re tanta sibi ipsi contradicit? Apparet Paulinum illud impletum esse in eiusmodi Philosophis: Cùm sese putarent sapientes, stulti facti sunt. Rom. 1.*

Quòd non rectè Plato de dæmonibus sensit. Cap. IX.

AD hæc cùm mediam rationalium naturam non absque ortu, sed genitam scriptura prædicet, ex qua prolapsum genus dæmonum esse confirmet: atque ideo nullo modo angelorum, aut dæmonum aliquem deum appellet, quoniam nec natura immutabiles sunt, nec à se ipsis, sed à prima causa tam esse quàm bene esse, immortalitatémque cõsequãtur. Plato incorporeas quidẽ has intellectuales substãtias & rationales similiter asserit. Sed primùm non rectè non genitas tam ipsas quàm omnem animam opinatur: deinde quasi natura defluxisse à prima causa, & ita constitutas esse contendit. Non enim omnino à non ente simpliciter factas arbitratur. Quare plurimorum deorum genus, E quasi defluxus quosdam ac emanationes primæ causæ & secũdæ, vt ipse dicit, nobis proponit, hos natura bonos esse: nec posse à propria virtute labi, ac propterea deos esse affirmat: Genus autem dæmonum aliud quoddam facit, quòd omnis nequitiæ, ac in peiora mutationis capax esse dicit. Horum alios bonos, alios prauos & esse, & appellari. Hæc à scriptura Iudæorũ, id est à veritate ipsa, alienissima sunt. Sed vnde sibi hoc genus dæmonum constitutum est? Nemo enim mentis compos à corporali materia, quæ irrationalis est, rationalem naturam dæmonum vnquam cõstituet. Quòd si etiam ipsi emanationes quædam superioris naturæ sunt, vnde igitur nequitia in his posterioribus quæ à primis emanarunt, nata est: quomodo autem amaritudo à dulcedine processit: Nam si praui dæmones omnes tenebras, & omnem amaritudinem malignitate superarunt, quomodo

A modo ex defluxu melioris naturæ ortum habuerunt? ex qua si emanassent, non mutari profectò ad peiora potuissent: si verò mutati sunt, non emanarunt certè ab impassibili natura. Quòd si neque à superiore natura defluxu quodam emanasse ipsos ratione confiteri cogimur, nec à corporum materia productos, sequitur non genitos esse, & sic ad corporum naturam non genitam, tertiam quandam naturam absque ortu cum Deo vniuersi collocare videtur, ita non erit sibi Deus creator ac pater omnium. Sed de his satis dictum est.

Scholia in Caput IX.

Alium Platonis errorem de dæmonibus, reprehendit Eusebius. Putauit enim ille Dæmones ingenitos esse, & à prima causa defluxisse, dæmones & animas. Atqui Sacræ literæ testantur, Angelos & animas à Deo, ex nihilo vt cætera, conditas esse.. Errauit etiam in eo Philosophus, quod quosdam natu- B *rà prauos & pernitiosos, alios naturà bonos esse finxit, cùm extra controuersiam sit, Angelos omnes à Deo conditos esse & quidem bonos. Quosdam verò ex eis excidisse suo scelere è gloria & innocentia sua, & in dæmones esse conuersos.*

Quòd non rectè de anima Plato sensit. Cap. X.

NVnc de anima quid sentiat videamus. Eam igitur cum immortalem Hebræis similiter scripserit, ac ad Dei similitudinem formatum putauerit, substantiam eius tamen ex indiuisibili constare contendit. Dicit enim in Timæo, generatione atque virtute priorem corpore, quasi dominam animam esse productam, hoc modo: Ex indiuisibili substantia, inquit, quæ semper eodem modo se habet, & diuisibili, tertiam quandam substantiam inter hæc extrema constituit: & quod multo peius est, diuinam illam, incorpoream, rationalem, Deóque similem animam ad asinos, lupos, formicas, apes, cæteràsque bestias C descendere asserit, & huic opinioni absque demonstratione aliqua cæteros adhærere hortatur. Vsque adeò, inquit in libro de Anima, errant, quousque cupiditate corporis rursus corpori copulentur. Talibus autem copulantur, quales mores prius in hac vita comprobarunt. Nam quæ ventri atque turpitudini deditæ fuerant, asinorum & similium bestiarum corpora ingrediuntur: quæ rapaces atque tyrannicæ, luporum atque accipitrum corpora ingrediuntur: quæ populares fuerant, & vulgarē modestiam atque iustitiam consuetudine communi, non philosophia & mente approbarunt, vel formicarum, vel etiam hominum rursus accipiunt corpora. Et in Phœdro ad idem inquit: Vnde singulæ animæ venerunt, ad decem vsque annorum milia non reuertuntur. Non enim alatæ pennatæque fiunt ante hoc tempus, nisi sedulò philosophatæ fuerint, aut cum Philosophia puerorum indulserint amoribus iste autem ter deinceps. Si hanc viam elegerint, post mille annos circumuoluuntur, & sic alatæ atque pennatæ, in tribus annorum millibus tandem perue- D niunt: aliæ vero postquàm hanc vitam exierint, aut sub terra damnatæ puniuntur, aut in cœli aliquem locum leuatæ, congruenter huic vitæ conuersantur: & post mille annos ad quamcunque vitam elegerint, vtræque reuertuntur. Descendunt enim etiam in bestiarum corpora, & ex his alia periodo rursus corpora hominum ingrediuntur. In libris autem de Republica: Ab Orphei dicitur anima cygni vitam, muliebris odio generis, quoniam à fœminis occisus, nolebant fœmineum rursus vterum intrare, electam fuisse, sed cygnus ait, humanam vitam elegit. Hæc cæteràque huiusmodi scribens, non Hebræos, sed Ægyptios in hoc fuit secutus: quod certe non fecisset, si veritatis esset amicus: quam falsitatem non grauaremur refutare, si ratione aliqua niteretur. Nunc verò quoniam ipse sibi diffidet, relinquatur. Nam vt alibi ostendimus, impias animas apud inferos æternaliter puniri scribit. Et ex his quæ modò diximus, ex sententia sua corpus eligere asserit, pias autem in sem- E piternum in insulas beatorum profectas feliciter viuere, in aliis & in Gorgia scripsit. Quomodo igitur in corpora redeunt? Sed hoc quoniam manifestè falsum, contemnendum potius est, quàm refutandum. Illa vero sua opinio, qua rationalem animam ex diuina & ex passiua quadam atque irrationali compositam esse arbitratur, à multis etiam Platonicis spreta neglectáque est. Seuerus enim Platonicus in libro de Anima his verbis hanc positionem Platonis aggreditur: Si ex passibili atque impassibili substantia diuinitùs anima constituta est, quasi ex albo & nigro, medius quidam color, necesse est tempore dissaparatis extremis eam penitus dissolui. Quare non immortalis, sed mortalis anima erit. Conceditur enim, quæcunque natura sine contrario non sunt, spacio tandem temporis dissipari. Si ergo anima quoque ex impassibili atque passibili substantia facta est, necesse est quemadmodum siccum ab humido, calidum à frigido, leue à graui, dulce ab amaro, album à

Gen. 1.

Anima rationalis secundū Platonem, migrat in corpora brutorum.

Plato secutus Ægyptiorum errorem.

Seuerus Platonicus Philosophus.

nigro, ſic & ipſam tempore diſtrahi, ſoluta contrariorum compagine, cùm vnumquodque ad naturam ſuam neceſſariò tendat. An non videmus quod graue eſt, quamuis à leuiore victum eleuetur, deferri tamen & aſcendendi tarditatem atque difficultatem leuiori coniunctione afferri ſua? ac ſimiliter leue quamuis deferri cogatur, ad ſuperiora tamen niti? Quæcunque enim à duobus contrariis coniuncta ſunt, impoſſibile eſt eodem modo ſemper manere. Sed non eſt certè anima ex duobus contrariis compoſita, ſed ſimplex natura atque incorporea: vnde Plato rectè immortalem eam putauit. Verùm quoniã ex anima & corpore conſtare hominem ab omnibus dicitur, ac paſſiones quæ nobis ſponte, contráque accidunt, animæ paſſiones eſſe dicuntur. Hoc ſigno multi ſeducti, paſſibilem ſubſtantiam eius corporalem mortalémque opinati ſunt. Plato verò impaſſibili eius naturæ paſſibilem ſubſtantiam annectere coactus eſt. Quòd autem aliter ſe res habet, à virtutibus ipſius animæ actiuis conabor oſtendere. Hæc de anima ſufficiant.

Scholia in Cap. X.

Platonis de Anima doctrinam, partim probat Euſebius, partim damnat. Quod immortalem eſſe animam, Deique imaginem cenſuit, couſentaneum eſſe monet. Commentum autem περὶ μετεμψυχώσεως *reprehendit. Eius fabulæ Pythagoricæ* ἐξουθενισμὸν *in Micyllo Luciani Samoſatenſis reperies. In fine capitis etiam illud Platonis dogma conuellit,* ψυχῆς οὐσία σύνθετός ἐστι, *quia partim eſt* ἀπὸ τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης αἰτίας, *partim eſt* ἀπὸ τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς φύσεως. *vt ipſius Platonis verbis vtar. Argumenti, quo Seuerus Platonicus illud euertit, hæc ſententia: Si contrariis, paſſibili videlicet & impaſſibili ſubſtantia diuinitùs anima conſtituta eſt, tum neceſſe eſt diſſolui aliquando. Nam quæ ex contrariis compoſita ſunt, ea diſſolui ſuo tempore, non dubium eſt. Atqui anima immortalis eſt & diſſolutionis expers. Ergo non eſt conſentaneum eam* ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας συστῆναι.

Quòd non rectè de cælo Plato ſenſit. Cap. XI.

DE cœlo verò ac ſtellis, quamuis à patre omnium Hebræis ſimiliter productas aſſerat quaſi deos, tamen cœleſtes cunctas colendas conſulit, ſic in Epinomide dicens: Cœlum, inquit, ſicut omnes alios dæmones atque deos honorare oportet, & vota ipſi apprimè facere. Et poſt pauca: deos viſibiles maximos, colendiſſimos, perſpicaciſſimos, ac omnino primos ſtellarum naturam dicendum eſt, deinde dæmones colendi ſunt. Quomodo autem ſi hæc omnia facta ſunt, vt ipſe alibi teſtatur, ſicut in ſuperioribus diximus, deorum cultu honoranda ſunt? cum ille ſolus creator omnium ſecundum veritatem ſcripturæque auctoritatem colendus ſit? Hæc perſtringere placuit, vt videas quàm rectiſſimè à nobis Hebræorum ſcripturam Platonicæ philoſophiæ præpoſitam eſſe. Ex his autem, quæ nos ſcripſimus, facilè vnuſquiſque cætera comperiet, quæ tetigimus, non vt Platonem accuſemus, quem ſummopere admiramur: ſed vt oſtendamus quantò ipſe diſtet à Moſaica & prophetica veritate: Nam ſi quis accuſare vellet, multa certè in eo inuenire poſſet, qualia ſunt quæ de mulieribus in libris de Republica ſcripſit.

Scholia in Cap. XI.

Non modò cælum, & cœleſtia corpora, in numerum Deorum retulit Plato, ſed etiam cultu eodem, quo Deum, coli voluit. Quid autem magis indignum, quàm ſi iis rebus diuinos honores aſſignes, quas in creaturarum numero eſſe intelligas? Vide quæ de hac impietate ſcribit Paulus. Rom. 1.

Quid de mulieribus ſenſit Plato. Cap. XII.

QVorum nonnulla referre, alienum non eſt: Forſan, inquit, ſiquid præter conſuetudinem dixero, ridiculũ tibi videatur. Quid enim inuſitatius quàm mulieres in gymnaſiis nudas, nec ſolùm iuuenes, ſed etiam anus cum viris luctantes videre. Et ſubiungit: Si quis autem irridebit, quoniam gratia virtutis nudæ mulieres exerceantur, is quàm vtilis ſit res iſta, non intelligit. Similia & in ſeptimo de Legibus præcipit: Lex enim mea, inquit, quæcunque maſculis tribuit, eadem etiam mulieribus exercitia tribuit; nec vnquam ipſe dixerim equitare, armáque mouere, ita virorum eſſe, vt à mulieribus aliena ſint. Hæc longè remota à vera Hebræorum diſciplina, quis non viderit? Non enim non dico mulierum,
Pſal. 127. ſed nec virorum quidem viribus abſque nutu diuino præclariſſimæ res geruntur. *Niſi enim Deus,* inquit, *ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Niſi* Dominus *cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.* Mirabilis autem ille philoſophus, in gymnica mulieres certamina deducere non veretur. Mulieres, inquit, adoleſcentulæ nudæ, curſu & equis certent. Quæ verò quartum decimum annum exceſſerint, amictu conuenienti veſtitæ, in certamine rurſus deſcendãt: In aliis quoque certaminibus, quæ ad viros ſpectãt, vt in

A vt in luctatione & iactu lapidum, in arcu & funda, & similibus, non viros solùm, sed etiam mulieres adhibere præcipit. In solennitatibus etiam nudas, in sexto de Legibus, adolescentulas cum nudis iuuenibus tripudiis saltare iussit. His illa quæ in libris de Republica, de communitate mulierum dicta sunt, addenda mihi videntur. Lex, inquit, ponenda est, vt mulieres viris omnibus communes sint, nullâque cum vno solummodò habitare possit: hoc enim modo filij quoque communes putabuntur, nec pater filium suum, nec filius patrem cognoscet: post pauca: Non tamen quibusuis mulieres communiter subiicimus, sed potestati principum totam rem committendam arbitramur, vt quemadmodum pecunias publicas dignè distribuunt, sic mulieres quoque fortibus viris, vtriusque dignitate tribuant. Multa huiuscemodi sunt apud eum, imò multa etiam turpiora, quæ negligenda potius, quàm scribenda duximus. Sed vt quantum distet mens humana quamuis præcipui B philosophi à mente Mosaica, quæ diuinitùs docebatur, apertiùs videas, leges Platonis de cæde cum Mosaicis conferas.

Scholia in Caput XII.

TVrpißimas Platonis leges de Mulieribus, earum exercitiis, choreis, habitu & aliis rebus, meritò reprehendit Eusebius, vt qui eas à spiritu vertiginis & impuritatis dictatas esse, & cum honestate ex diametro pugnare, facilè animaduerterit.

Leges aliquæ Platonis. Caput XIII.

QVodcunque, inquit, Deus de furto & de fure dixerit, id diligenter ciuitas oraculum Dei secuta faciat. Et siquidem liber aliquis iudicium fecerit, gloriam virtutis assequatur: si verò sciens non dixerit, infamis esto. Seruus si quid indixerit publicè, domino C eius pecunia referatur, ipse autem liber sit: si verò sciuerit & obticuerit, morte supplicium luat. Morte crudelissimè (iudicio quidem meo) non indicentem puniri præcipit, cùm eos qui furta homicidiáque commiserunt, viuere patiatur, ac à domino interfici seruum pro nihilo putet. Purgetur, inquit, siquis seruum suum occiderit: si verò ira cōcitatus alienum obtruncauerit, duplum domino reddat. Si quis autem liberum hominem non præmeditatione atque insidiis, sed repentè ira commotus interemerit, cum ea fecerit, quæ illi facienda sunt, qui absque ira occiderit, duobus ad domandam iram exulet annis. Qui verò insidiis hominem excepit, hac & alia similiter faciat, & exulet non duobus, sed tribus annis. Quòd si post exilium rursus hominem interfecerit, perpetuò exulet. Parentes si filium vel filiam interfecerint, tribus exulent annis: cúmque redierint, conuersari iure simul non permittantur. Vir autem si vxorem, aut è conuerso necauerit, triennio similiter exulet: D cúmque redierit cum liberis suis non conuersetur. Frater si fratrem, aut soror si sororem similiter. Quòd si frater in defensione principis fratrem quasi hostem interfecerit, mundus sit. Similiter quemcunque aliquis seipsum defendendo trucidauerit, mundus sit, præterquam si seruus pro defensione sua liberum interfecerit de quo ea statuimus, quæ de parricida, qui parentes scilicet interfecerit, dicta sunt. Hæc si Mosaicis conferas, humana videbuntur ad diuina conferri. *Si quis*, inquit, *percusserit sponte hominem, & percussus decesserit, morte moriatur: sin verò non sponte percußerit loca dabo, quò fugiendum est. Siquis dolo atque insidiis hominem interfecerit, etiam ab altari, si illò refugerit, ad mortem rapiatur. Qui patrem aut matrem verberat, moriatur. Si qui in iurgio lapide aut pugno percusserit hominem, si homo non morietur, damnum & medicamenta restituet qui percußit. Si seruus aut serua in manibus domini, dum ab eo verberetur interierit, vltione dominus vindicabitur: si verò diem vnum vel duos superuixerit, non vindicabitur: argentum enim eius est. Si quis serui aut seruæ oculum eruerit, libertatem ei pro oculo dabit.* E Hæc Moses. Illa etiam non est ab re audire, quæ de rebus minimis inhumaniter Plato sancit: Si quis, inquit, ficus aut vuam absque consensu patroni acceperit, quoniam quæ sua non sunt accepit, damnetur. Quòd si seruus quispiam fecerit, per singulas ficus atque racemos, æqualia numero vulnera patiatur: Hæc certè magnifica mente Platonis digna non sunt. Sed audi modò vicissim, atque cognosce quàm humanissimè atque diuinè Moses: *Si introieris*, inquit, *in vineam proximi, comedes vuam & implebis animam tuam, nihil autem exportabis.* Et rursus: *Si in messem proximi tui veneris, non immittas falcem, sed spicas in manibus tuis colligas: si metēdo manipulum oblitus fueris in agro, non reuerteris ad accipiendum: inopi relinquas, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus, in vindemia non reuerteris ad vindemiandum iterum, inopi erit si quid relictum est.* Innumerabilia in Platone sunt, quæ reprehendi possunt, sed ea quæ dicta sunt, satis multa esse opinor ad ostendendum iurè nobis Iudaica Platonis anteferri.

Scholia in Cap. XIII.

Antithesin Legum Politicarum, Moysi & Platonis, in hoc capite eo consilio instituit Eusebius, vt quantum diuina humanis præstant, tanto maioris illas quàm has faciamus. Exempli autem gratia leges de pœnis furti, homicidij, parricidij, fratricidij, vxoricidij de fructibus agrorum, proponit, & Mosaicas leges plenas iustitiæ & humanitatis, Platonicas autem quasdam iniustas, inhumanas & stultas esse, ostendit.

IN LIBRVM XIIII. EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica, Argumentum.

TOTIVS *decimiquarti libri synopsin, syllogismo in hunc modum complecti possunt eruditi lectores. Nemo prudens sinistrè interpretabitur, si qui vetustissimam, sibiipsi vbique consentientem, nusquam contradicentem, & à sapientissimis sanctissimísque viris traditam doctrinam, omissa & neglecta noua, & discorde hominum excæcatorum doctrina, toto pectore amplectantur. Atqui doctrina Hebræorum vetustissima est, sibíque egregiè consentiens: Econtrà verò Philosophorum dogmata nuper nata sunt, &c. Ergo non est fidelibus vitio vertendum, quod hac prudenter repudiata, illam vtiliter receperunt. Minorem probat multis malis. Veterem esse ex eo astruit, quòd ea à Patribus & Prophetis, multis ante natos Philosophos seculis, tradita est. Symphoniam & consensum eius, per antithesin monstrata Ethnicæ Philosophiæ* τῇ διαφωνίᾳ, *probat. Factum autem ostendit vt inualescente opinionum varietate & pugnantia, alij in sectas diuisi hostilibus odiis decertarent, alij* τὴν ἀκαταληψίαν καὶ ἐποχὴν *laudarent, præcipuè autem Platonicorum successiones, quinque Academias, noua dogmata exagitat, designans dogmatum partes de quibus illis non conueniebat.* C

PRÆFATIO. D

NVnc aliorum quoque philosophorum sectas, imò verò nugas compendiosè ponamus: quorum errores non à meipso, sed contradictione & pugna inter eos mirabili cognosces. Quos quando inter se, aut cum aliis comparo, non facilè negauerim, illos claros fuisse viros. Quando verò Hebræorum theologis atque philosophis comparo, & doctrinam doctrinæ illorum confero, caduca & friuola omnia quæ philosophi excogitarunt, mihi videntur. Nec mirum, illa diuinitùs edita sunt, hæc humanitùs. E

Scholia in Præfationem libri XIIII.

Cvm in præcedenti libro, facta ἀντιθέσει *doctrinæ Platonis & Hebræorum, de eius consensione & discrepantia egisset: Nunc in hoc decimoquarto libro, cæteras Philosophorum* αἱρέσεις *& opiniones describit, eodem planè quo superiora omnia, consilio. Quis enim non intelligat, illud doctrinæ genus cæteris esse anteferendum, quod & diuinitùs patefactum est, & vtile est ad vitam & mores rectè formandos, & è quo velut è diuite quodam copiæ cornu, Philosophorum coryphæi optimam Philosophiæ suæ partem sumpserunt?*

A *Quòd omnes inter se philosophi repugnant: contrà, quòd nostri omnes concordant. Caput I.*

IDEO vt non simus accusandi, sic Græcorum doctrinam despicimus, & Hebræorum scripturam amplectimur, operæprecium est ad hanc præparationē euangelicam diuersas atque inter se contrarias multarū in philosophia hæresium opiniones videre, ipsósque philosophos verbis ambitiosè sibiipsis pugnantes. Plato enim ille omnes qui ante ipsum fuerunt, reprehendere acriter solebat. Platonem deinde ac Platonicos alij increpuerūt, & ipsi Peripateticos persecuti sunt: & peripatetici rursus eos nihil scire, nihílque dicere putabant. Stoici ab aliis deridentur, & ipsi cæteris illudere non verētur, ita vt iam non lingua & calamo solùm, verumetiam manibus prælium geratur. His Pyrrhonem, Aristippū, Metrodorum, Protagoram, Xenophanem, Parmenidémque addemus: nec voluptatis defensorem Epicurum prætermittamus. Hos omnes ita redarguemus, vt alterius armis in alterum vtamur. Sic enim inutilis esse disciplina ipsorum luce clarius videbitur: non dico hæc quia Græcos odio habeam, aut quia eloquentiam eorum contemnam, sed quia falsò accusare reprehendíque me video, quòd falsam ac fabulosam Hebræorum scripturam elegimus. Quomodo enim falsa est Hebræorum doctrina, qui ab initio humanæ vitæ veram philosophiam, & pietatem, & inuenerunt, & intemeratam conseruauerunt? qui nihil vnquam addiderunt, aut detraxerunt his quæ summi viri scriptis ediderunt. Principio enim sapientissimus ille Moses, quem omnibus Græcis multo antiquiorem in superioribus demonstrauimus, nihil omnino ex his mutauit, quæ sincera suorū maiorū theologia tradidit, præterquàm quod viuēdi disciplinā temporibus atque hominibus illis congruam diuinitùs sanxit, & qui multis seculis post eum vixerūt prophetæ, ne vnicum quidē verbum, aut Mosaicæ legi, aut theologiæ priscorum à Mose conscriptæ, incongruens minúsque consentaneū dixisse inueniuntur. Christiana quoque veritas à scriptura Iudæorum profecta, ita ei congruit, si rectè intelligitur, vt nulla repugnantia excogitari possit. Talia igitur nostra sub vna sententia, vna voce à primis, qui ante Mosem fuerunt à mediis qui scilicet à Mose vsque ad Christum rutilarunt: à nouissimis discipulis dico Christi, qui veram pietatem, id est Saluatoris nostri doctrinam virtute ac gratia ipsius connixi in lucem ediderunt, prædicantur ac confirmantur. Vniuersúmque orbem magis indies florentē fide conspicimus, nec imperatorum edicta, nec hostium insidiæ, nec inimicorum gladij præualere potuerunt. Gentium vero præclara illa philosophia quem vnquam fructum produxit? nam quemadmodum qui ante Platonem fuerūt, ab ipso derideantur, mox ipsius Platonis verba audies. Protagoram enim, Heraclitum, Empedoclem, & Parmenidē idcirco redarguit, quia dissentientes inter se manifestè videntur, quamuis Protagoras omnino impius, qui nullum esse Deum opinatus est. Sic enim in libro de diis edito ab eo statim incœpit. Nescio, inquit, si dij sint: nec, quali forma sint, cognoscere possum: Democritus verò, qui Protagoram docuit principia rerum, inane ac plenum esse dicebat: plenum ens & solidum vocabat: inane verò ac vacuum, non ens, asserítque non magis ipsum ens esse, quàm non ens. Ab æterno enim, inquit, in vacuo continuè atque velociter entia mouentur. Heraclitus verò principia rerum ignem putauit, ex quo vniuersa fieri, & in quem resolui vicissim arbitratus est: tempúsque resolutionis omnium in ignem determinatum esse ait, & generationis ex eo similiter. Ij omnes cuncta moueri asseruerunt. Parmenides autem Eleata, vnum esse vniuersum affirmat, non genitum, neque mobile, pilæ quoque figura conglobatum. Hunc Melissus audiuit, ac eum in omnibus sequitur. De quibus omnibus hæc Plato in Theæteto conscripsit. Ex differentia, inquit, ex motu, & ex mixtura adinuicem omnia fiunt quæ esse dicimus, non rectè appellantes. Nunquam enim aliquid est, semper fit, & de hoc omnes philosophi præter Parmenidem conueniunt. Protagoras dico, Heraclitus, Empedocles, & vtriusque poëseos summi poëtæ: comœdiæ quidem, Epicharmus, Homerus autem tragœdiæ, qui cùm Oceanum generationem dicat deorum, omnia fluxu atque motu producta esse voluit. Et paulò post, Heracliti, ait, qui in Epheso Ioniáque philosophari videntur, nullo modo curant quietè aliquid interrogare, ac respondere, & si quid ab eis quæsiueris, ægnimatica quædam verba quasi sagittas ex arcu proiiciunt: quorum si rationem quandam, aut significationem quæsiueris, alio percutieris ænigmate, nec quicquam cum eis efficere poteris: quippe nec ipsi secum firmi vnquam aliquid dicunt: imò id apprimè studere videntur, ne quid certi, aut in verbis, aut in animis eorum insit. Et

Philosophorum reprehensiones mutuæ.

Falsam nō esse Hebræorum doctrinam.

In scriptura veteris & noui testamēti nulla discordia.

De Principiis opiniones plurimum inter se dissidentes.

subiicit: Ab istis igitur nihil vnquam discemus, sed ipsi nos consideremus, quod ab antiquioribus accepimus, occultiùs ab illis ac poëticè dictum, quòd oceanus & fluxus generatio rerum est: quia nulla res prorsus stet, atque quiescat. Quod posteriores apertiùs adeo dixerunt, vt iam etiam coriarij fabríque omnes rectè se tenere philosophiam putent, liberatique ab errore videantur: quia falsum esse cognoscant, alias rerum quiescere, alias moueri: omnia enim moueri, à præclaris illis philosophis didicerunt, quos magnis laudibus prosequuntur. Ferè autem oblitus sum ô Theodore illorum, qui vniuersum immobile esse contendunt. Melissus enim & Parmenides & quicunque eos sequuntur spernentes illos, stare omnia quiescereque affirmant. Ipsum enim, inquiunt, vniuersum non habet locum in seipso, quo moueatur. Quid igitur nos in medio istorum intercepti ô amice dicemus: nisi magno animo defensi effugiemus: quemadmodum in palæstra nonnulli intercepti, alij ab aliis simul tracti pereunt: sic nos in contraria isti trahentes penitus lacerabunt. Hæc in Theæteto. Sed videamus rursum, quæ de prioribus philosophis in Sophista scripsit: Facilia quædam Parmenides, inquit, locutus est, & quicunque de prioribus iudicare de entibus, quot, & quæ sint voluerunt, fabulam quandam quasi pueris nobis narrare mihi videntur. Alius enim tria entia dicit esse, & modò inter se pugnare, modò alterum ab altero fieri. Coniunctiones quoque, partus & educationes quasi filiorum confingit, Alius duo faciens, humidum videlicet atque siccum: aut calidum & frigidum in vnum copulat, & producit. Genus autem Eleaticum à Xenophane, & ante ipsum incipiens, omnia vnum esse affirmat. Iades verò quidam Musæque Sicelides coniungendum ita putarunt, vt dicerent ens & vnum & multa esse, sed amicitia & inimicitia differre. Distractum enim ens semper aiunt ferri per contentionem illis qui intensiores musas coluerunt: remissiores verò sic semper se habere, negarunt: sed modò quidem vnum esse aiunt vniuersum ex virtute Veneris, amicũ sibi atque conueniens, modò autem multa cùm ipsum sibiipsi propter contentionem repugnet. Et post pauca: Quidam autem, inquit, sunt, inter quos Gigãtum bellum assiduum geritur. Alij enim, quicquid manibus comprehenditur, tactúque sentitur, id solum esse contendunt, corpus atque substantiam idem omnino esse affirmans. Alij eis illudunt, qui separatas à corpore substantias esse asserunt. Dicunt enim quidam, intelligibiles atque incorporeas species veram esse substantiam. His aliisque huiusmodi verbis, omnes qui ante ipsum fuerunt Plato deridet. Qualem enim ipse de rebus opinionem habuit, in superioribus explanauimus, cùm à Iudaica ipsum scriptura accepisse plurima probaremus. Sed successores etiam in medium adducamus.

Scholia in Cap. I.

Consentaneum est, eam demũ doctrinam esse verã, quæ sibi ipsi consentiens, multis seculis à summis viris magno consensu tradita est, & numeris omnibus absoluta est, sic vt ei nihil addi nihil detrahi poßit, & quæ fructus optimos in animis & vita docentium & discentium profert. Atqui talis est Hebræorum doctrina, videlicet sibi consentiens, antiquißima, perfectißima, saluberrima: Ethnicorum autem Philosophia plena est διαφωνίας, *noua, mutila est. Ergo &c. Minus lemma probat Eusebius argumento ab harmonia vtriusque Testamenti ducto. Deinde monstrat, Ethnicæ philosophiæ de Principiis aliisque quæstionibus, contradictorias opiniones, & Platonis sarcasmos quibus philosophos exagitauit tamquam discordes, mendaces, ridiculos. Tales philosophos & opiniones, quis sequi tutò potest?*

De succeßione Platonica. Caput II.

Academica Philisophia. PLatonem igitur ferunt in Academia primùm docuisse, ac ideo & Academicam philosophiam vocitatam fuisse. Post illum verò Speusippum ex sorore nepotem Platonis, deinde Xenocratem, postea Polemona docendi vices suscepisse, qui post mortem Platonis nouis opinionibus illicò Academiam replerunt. Ita syncera Platonis doctrina vnà cum eo extincta. Contentiones namque ac pugnæ post eum inter philosophos coortæ, vsque ad hodiernum diem maximopere vigent. Paucissimi enim, imò verò duo vel ad summum tres in tanto spacio tẽporis veri Platonici sunt reperti, nec tamen etiam ipsi ab adumbrata *Archesilai opiniones.* cauillatione omnino alieni. Polemoni Archesilaũ aiunt successisse, qui fertur Platonicam omnino philosophiam commutasse, nouámque quandam constituisse Academiam, quoniam de omnibus dubitandum esse, cùm nihil comprehensibile sit, & in vtramque partem rationes æqualium sint virium: sensus quoque fallaces esse, rationémque nullam omnino firmam fieri. Vnde illud Hesiodicum,

Mens celata latet homines haud cognita cuiquam,
Atque ipsam secum dij detinuere latentem:

summis

A summis laudibus efferebat. Post Archesilaum autem Carneades atque Clitomachus priorum philosophia cõtempta, tertiam instituerunt Academiam, quartam Philon & Acharmidas, quintam quoque nonnulli dicunt Anthiochum induxisse. Ij quidem successores Platonis fuerũt, quorum philosophia qualisnam fuerit, si quis discere gliscit, Numenium audiat, qui in libro de Dissensione Academicorũ à Platone hæc scripsit: Speusippus nepos ex sorore Platonis, inquit, Platonem, Xenocrates Speusippum, Polemon Xenocratem in Academia secutus est, qui in omnibus ferè mores Platonis & dogmata permutabant, præterquàm, quòd hæc nobilis incomprehensibilitas, nondum illos inuaserat, ita statim post illum, aut ignorãtia, aut alia quadam de causa Platonis philosophiam contẽpserunt. Nolo enim amore Xenocratis id dicere, imò vero Platonis gratia dicã: doleo namque, quia philosophiam & vitã Platonis imitati non sunt. Nam & si non erat melior magno illo Pythagora, forsan tamen etiam peior non fuerat: quem quidem Pythagoram discipuli eius diligenter secuti, maiorẽ doctori suo accumularunt honorẽ. Quam rem quamuis vtinam non fecissent, studiosissimè imitati Epicurei sunt, qui cùm sapiẽtem putarint Epicurum fuisse, multis post eum temporibus nihil penitus, aut illi, aut alter alteri contrarium dixerunt: sed impietatis crimine inquinatus videtur, qui noui aliquid dicere audeat: ita magna quædam inter eos concordia est. Similísque est Epicuri secta disciplinæ ciuili, quippe cùm sine seditione summo consensu sic agatur, vt vnam mentem, vnámque sentẽtiam habeat. Itaque firmiter atque concorditer Epicurum defendunt, vt etiam in posterum secuturi videantur. Stoici verò statim ab ipsis principiis factionibus pleni nondum quieuerunt, súntque inter eos adeo diuisi, vt alij magis, alij minùs se Stoicos esse fateantur. Plato autem Pythagoricus certè fuit, nec ignorabat Socratem tres deos posuisse imitatione Pythagoræ, quod & ipse secutus eo modo conscripsit, vt nec vsitatè, nec clarè dixerit, sed inter manifestum atque occultum sententiam suam celauerit, non inuidia quadam, neque maleuolentia, sed rerum dignitate commotus. Hoc igitur considerantes, separare ipsum omnino debemus ab Aristotele atque Zenone: & quia Academia sua diuisa est, ab ea quoque ipsum distinguimus, ac ipsum in seipso considerantes, Pythagoreum appellamus. Sed nunc furiosissimè, & huc & illuc, & totus, & per singula membra trahitur vir inter Pythagorã & Socratem medius. Sublimitatẽ namque illam Pythagoræ ad humanitatẽ deduxit: humile vero atque deiectum Socratis, ad grauitatem reduxit, ac ita Pythagora popularior atque communior, Socrate vero grauior visus est. Sed redeamus illò, vnde nobis defluxit oratio, Polemona igitur Archesilaus & Zenon audiuerũt: quãmuis Zenon, antequã Polemon doceret, Xenocratis etiam fuerat auditor, qui etiam Cratetem Cynicum in nonnullis imitatus est, sed Stilponẽ quoque & Heracliticos est secutus. Nam cùm Zeno & Archesilaus Polemona simul audirent, disputandi ambitione concitati, quotidie pugnabant: ita Zeno Heracliti, Stilponis, & Cratetis auxilio nixus, insignis pugnator à Stilpone factus, & austerus ab Heraclito, Cynicus à Cratete, Archesilaus verò Crantora Platonicum, & Diodorum & Pyrrhona in subsidiis tenuit. Et Crantor quidem credibilem eius effecit orationem. Diodorus vero sophisticam, Pyrrho autem mutabilem eum fecit & transfugam, & omnino nihil. Vnde dicebatur de ipso: quòd ex anterioribus esset Plato, ex posterioribus Pyrrho, ex mediis Diodorus. His subtilitatibus Diodori, qui acutus dialecticus erat, & Pyrrhonis ratiocinationibus Platonicam eloquentiam fœdauit, & modo hoc, modo aliud dicens, hinc illò, & illinc huc facilè tanquam nihil sciens voluebatur: scire tamen multa eloquentiæ vmbra videbatur, nec vnquam fuit in eo, vt vnum & idem bis diceret: nec putabat ingeniosi esse viri, in eisdem permanere. Cauillator igitur summus vocabatur, cùm ita se his, quæ dicebantur, dare adaptaréque semper fuerit præmeditatus, vt cùm ipse nihil sciret, nec alios scire quicquam pateretur. Terrebat enim omnes turbabátque sophismatibus, gaudebátque ac gloriabatur fœditate illa mirificè, quia nihil honestum, nihil bonum, nihil malum cognosceret: sed si quid primò turpe dixerat, repentè commutatus, pluribus conabatur rationibus quæ prius astruxerat confutare. Erat igitur hydra capita sua proprio ense amputans, nec aliquid habens vtile, nisi quòd libenter & audiretur, & videretur. Nam & facie benigna, & ore rotundo, & suauibus erat oculis præditus, quæ non repentè arripuit, sed aptus ad hæc natura, exercitatione quoque ab initio firmauit. Audiuit enim puer Theophrastum mitem virum, nec à cupidine alienum, quoniam formosissimus erat. Ipse postea Crantori fuit amatus, & Diodori cauillatoriam naturæ commoditatẽ breuissimè secutus. Pyrrhonem quoque fuit imitatus, in cuius sententia quãuis

Numenij verba de philosophorum dissensionibus.

Epicureorũ concordia.

Stoicorum factiones.

Archesilaus.

Pyrrhonicus appellatus non sit, permansisse videtur. Apertè namque Mnaseas, Philomelus, & Timon Sceptici suum ipsum, id est Scepticum fuisse affirmant: verum enim & falsum, & verisimile, ipse quoque vt ille destruebat. Pyrrhonicus igitur re, non nomine fuit: sed Crantoris pudore, à quo amabatur, nomine non re, Academicus erat. Magna igitur pugna inter Archesilaū atque Zenonem fuit, & alter in alterum & dicendo & scribendo impudenter ferebatur: quamuis Zeno non melius faceret, quàm Cephisidorus orator, qui cùm grauiter ferret Isocratem, quem audiebat ab Aristotele premi, dicebat scribebátque non in Aristotelem quidem, vt putabat: sed in Platonem, quo alius non erat. Nam cùm Aristotelem nullo modo intelligeret, putaret autem quoniam Platonem Aristoteles audiuerat, Platonicum illum esse, bellum quidem dixerat Aristoteli: Platonem verò & eius dogmata, quæ tamen nesciebat, reprobare conabatur: putans, non Platonis dogmata, sed Aristotelis refutare. Ita magnus ille orator non eum percutiebat, cui bellum indixerat, sed eum, quo cum pacem habebat. Sic igitur & Zeno Archesilas pugnans, Platonē lacerabat. Non enim erat forsan nescius eorū quæ Archesilas dicebat. Platonica verò penitus ignorabat, vt à libris suis manifestè colligitur: ita quem non debebat, impudenter exagitabat, & quem debebat, minimè tangebat. Et certè si Platonica non oppugnasset dogmata, bonus meo iudicio fuisset philosophus. Sed de hac re latiùs, si ociū erit. Vtinam autem nunquam mihi tantum sit ocium, vt ad huiusmodi res non ioco sed seriò reuertar. Studebat igitur Meno Archesilæ omnia dicta refutare, ac maximè incomprehensibilitatem quibuscunque poterat argumentis aggrediebatur, quorum Archesilas alia depellebat, alia succidebat, alia supplantabat: ita contradicentes deiiciebat, auditores in stuporem vertebat facilè, putantes, non verbum, non operam, non passionē, non quicquam aliud esse magnum aut paruum, nisi quòd Pitaneo Archesilæ videretur. Illi vero nil prorsus videbatur, ne affirmabat quicquam, sed verbis solummodò pronunciando terrebat. C

Lacydes Oeconomicus qua ratione τὴν ἀκαταληψίαν Arcesilai probauerit.

Lacydes autem qui Arcesilæ successit, Oeconomicus appellatus est, quia rei familiaris magnam curam habebat. Manibus cuncta propriis negocia sua gerebat, nō paupertate oppressus, nec seruis indigēs: causam vnusquisque per seipsum excogitet. Ego verò illud suauitatis gratia breuiter perstringam quo maximo argumento vsus, nihil penitus ab hominibus comprehendi posse putauit. Solebat semper in seruorum absentia penu claudere, clauémque in loculo depositam obsignare: annulúmque quo diligenter signauerat, subtili filo ligatum, per paruulum quoddam ianuæ foramen intro iniicere. Cùm autem sibi aperiendum erat, retracto per filum annulo clauíque resignata, ac rursus simili modo & claudebat & aperiebat. Quam rem cùm astutia seruorum percepisset, absente Lacyde aperientes clanculum vniuersum penu, prout animus eorum ferebat, consumebat, exportabant, fundebant. Lacydes autem cùm signacula quæ fecerat integra inueniret, & annulum vt dimiserat: penu autem manifestè diminutum, putauit hoc illud esse, quod apud Archesilaum de incomprehēsibilitate rerum, quod nihil videre, nihil audire, nihil denique intelligere sincerè ac verè possumus, audiuit disputari: malitia quoque seruorum nihil verè cerni sciréque posse ab ipso se audisse affirmabat. Quare confusus non Academicam, sed Stoicam apud seruos disciplinam profitebatur. Illi verò Academicam incomprehensibilitatem veram esse contendebant. Ita coactus Lacydes, Aliter, inquit in scholis disputamus, aliter domi viuimus: disputationibúsque ac schola neglectis, domum sedens obseruabat. Hæc de Lacyde dicta sufficiant. D

Aristippus Euander.

Hunc audiuere quidem multi, sed præcipuus omnium atque insignis Cyrenæus fuit Aristippus. Successit autem ipsi Euander, post quem Carneades Academici factus princeps gymnasij, tertiam constituit Academiam. Is Archesilæ morem in disputando secutus est. Nam ad vtrámque partem ita dicebat, vt omnia quæ ab aliis afferebantur refutaret, incomprehēsibilitatem tamen Archesilæ non probauit. Non enim esse possibile dicebat, hominem ita in omnibus se retinere: vt nihil affirmet, esséque non paruam differentiam inter incertum & incomprehensibile: & cuncta quidem incomprehensibilia esse, sed non incerta. Is Stoicarū quoque rationum non ignarus, ambitione magis quàm veritatis amore Stoicam philosophiam persequebatur. E

Carneades.

De quo Numenius hæc scripsit. Carneades, inquit, pugnādi morē Archesilæ renouauit, omnibus contradicēs & huc atque illuc nunc affirmando, nunc negando, volubilitate orationis omnia distrahens cúmque rem nactus esset grauiorem, vt maximus atque vehemēs amnis, fluxu orationis, atque vorticibus contradicentes obruebat, ita cæteros quidem nonnunquam vi argumētorum seducebat. Ipse verò seipsum, quod in Archesila nō erat, rectè intelligebat: quippe multa priùs ille seipsum,

quàm

A quam auditores decipiebat. Carneades verò & permulcebat, & depopulabatur. nã furta quidem occultè, latrocinia verò apertè irruens faciebat, modò dolo, modò vi etiam præparatos, præmeditatos etiã homines confundebat. Ita nullus ei resistere poterat, sed erant omnes quibúscum pugnabat multo inferiores. Carneadi autẽ Clitomachus successit, Clitomacho Philon, de quo idem Numenius hæc perstrinxit. Philo cùm Clitomacho successisset, nimia lætitia perfusus, quasi gratiam habens, quæ illi visa fuerant cõfirmabat, amplificabátque, ac aduersus Stoicos cunctis viribus armabatur: sed temporis spacio, veritate rerũ cõuicta incõprehensibilitatis opinio fuit. Quare Philõ quoque ipse ne transfuga videretur, redargui magnopere cupiebat. Huic Antiochus in Academia successit, qui Stoicum Mnesarchum secutus; Philoni præceptori non paucis cõtradixit, & aliena dogmata in Academiam induxit. Hæc de successione Platonica ab ipsis, vt vi-B des, philosophis tradita sunt. Considera igitur altiùs oro falsitatem dogmatum, & pugnas philosophorum, qui & si per vniuersum orbem amore veritatis errauerint, nullum tamen laboribus dignum fructum posteris transmittere potuerũt: sed nec ipsi magnam vtilitatem consecuti sunt. Cultus enim idolorum & multitudinis deorum opinio quasi pestis omnia contagione sua inuaserat, quæ ipsos quoque philosophos moribus ciuitatum ac legibus sacrificantes submerserat.

Clitomachus; Philõ.

Antiochus

Scholia in Cap. II.

QVemadmodum Plato Philosophos, qui ante ipsius ætatem vixerunt, eo maximè nomine reprehendit, quòd ipsi inter se discordes, discordem philosophiam peperissẽt: Ita Platonis posteri & successores, relicta ipsius doctrina & Academia, quatuor alias Academias constituerunt, & sua potius dogmata, quàm doctrinam Platonis professi sunt. Vnde rarum colligi potest philosophiæ διαφωνία, C quæ ad sacræ Hebræorum doctrinæ τὴν συμφωνίαν commendandum, non parum facit. Hæc omnia Numenij testimonio probat Eusebius. Is enim prolixè scripsit de Platonicorum dissidiis, de Epicureorũ concordia, de Stoicorum factionibus, de Archesilai & Zenonis concertationibus & successoribus.

Quòd vnusquisque philosophorum, quod ipse coniiciebat de diis, sequebatur. Cap. III.

NIhil enim veri de diis à prioribus acceperunt, sed suis cogitationibus cõiectura ducti, de natura philosophantur. Quod Porphyrius in epistola ad Ægyptium Nectenabonem his verbis fatetur: Incipiam verò, inquit, à diis & dæmonibus bonis, de quibus plurima Græcorum philosophi dixerunt: sed quæ dixerunt, coniecturis præcipuè nituntur. Et subiungit: Magna pugna de his verbis apud nos est, humanis enim rationibus de bonis coniicimus. Qui autem altiora hoc modo inuestigant, cùm peruenire ne-D queant quò proficisci voluerint, frustra philosophantur. Idem ipse in libro ad Boethum de animæ historia inquit: Communis quidem hominum sententia immortalem esse animam prædicat: rationes verò, quæ à philosophis adducuntur, faciles refutatu sunt. Nulla enim apud philosophos opinio propter cõtrarias rationes, quas facilè cõtradicẽtes inueniunt, firma esse videtur. Imò verò etiam de diis quæ oculis cernuntur, nihil esse confirmandũ multi opinati sunt. Et in libro de Respõsis, ipso Apollinis oraculo in testimonium citato, seductos fuisse Græcos, & ab Ægyptiis, Chaldæis, & Hebræis veritatẽ, vt in superioribus diximus, conspectam affirmat. Videmúrne igitur accusandi nos, qui seductas gentes contempsimus, & Hebraicæ scripturæ tot animo adhæsimus? Cur enim oportet nos philosophos audire, ac magni quicquam ab illis velle discere, si coniecturis vtuntur, & variis rationibus atque diuersis, in summam omnium dubitationem addu-E cãt? quod vt re ipsa videas, ipsorum philosophorum de principiis, de diis, de vniuersi cõstitutione varias, imò contrarias sententias exponam.

Scholia in Cap. III.

NOn tantùm fugiendæ sunt hominibus prudentibus, ambiguæ, incertæ & ab hominibus confictæ opiniones de diis rebúsque diuinis, sed etiam detestanda est eorum impudentia, qui sua de diis somnia, nulla ratione subnixa, tanquam mysteria obtrudunt & venditant. Atqui Philosophi Græci vanis coniecturis & vulgi erroribus decepti, de diis pronũciauerunt, quidam animas mortales esse finxerũt, quidam omnia incerta esse dixerunt, & nescio quam ἀκαταληψίαν καὶ ἐποχὴν introduxerunt. Ergo damnanda sunt eorum commenta.

Quòd mathematicæ disciplinæ nihil conferant ad pietatem. Cap. IIII.

SI priùs ostẽdero nihil Astrologiam, Arithmeticam, Geometriam, Musicam, quæ ipsi mathematicas disciplinas vocãt, quæque nõ ipsi inuenerũt, sed à Barbaris acceperũt,

ad inueniendam, vt ipsi putant, veritatem conferre. Nam si disciplinarum, inquiunt, cognitio animum non formauerit, nullus rectè philosophari, nec Deū cognoscere potest. Ita quasi Deus ipse numeris teneatur, nos qui eas disciplinas non admiramur, pecudes esse arbitrantur: nec magni aliquid posse nos intelligere, contendunt. Res autem ipsa ostendit, multos apud Græcos fuisse innumerabiles apud Barbaros, qui quamuis has disciplinas optimè tenuerint, nec Deum tamen, nec rectè viuendi normam cognouerunt. Et contra multos sine illis piè simul atque sanctissimè vixisse. Itaque Socratem, quē meritò omnes admirantur, non magni has disciplinas fecisse, Xenophon in libro de dictis Socratis scripsit: Docebat, inquit, quantum oporteat singularum rerum atque artiū habere peritiam. Nam tantum Geometriæ studendum consulebat, quantum sufficeret ad mensurationem agrorum ac distributionem. Quod adeò facilè dicebat esse, vt si quis diligenter animaduertat, quamprimum quantitatem agri cognouerit, mensurationem ignorare non possit. Reprobat verò tantam eius rei curam ac studium, vt difficili figurarum cognitioni inuigilare velis. Nullam enim vtilitatē in illa speculatione videre se asserebat: nec erat Geometriæ imperitus, sed à multis atque vtilissimis studiis etiā hominis vitam ad alienarum considerationum studia deducere nō oportere putabat. Similiter Astronomiam quoque discendā consulebat, vt dies ac noctes, horas, & mēses, & annos rectiùs percipiamus. Quæ res ad iter agendū, & nauigationes atque custodias, multáque alia, quæ in die aut in nocte, aut in mense, aut in anno peraguntur perutilis est. Eoúsque autem Astronomiā discere, quoúsque planetarum motus, & distātias eorum à terra cōprehendas, vehementer improbat. Nullā enim vtilitatē etiam in hac re videre dicebat, nec erat expers omnium istorū. Sed cùm longa temporum spacia desiderant, nō conferre arbitrabatur vtiliora relinquere, & in his vitā conterere. Omnino autem non esse curandum homini dicebat, vt per cœlestia corpora futurorum, quæ in potestate diuina sunt, cognitionem perquirat. Nec enim posse homines illa cognoscere, nec diis gratum esse, si quæ illi occultarunt, ea tu diligēter inquiras, possétque facilè ira deorū in insaniā Anaxagoræ cadere: qui cùm cœlestium scientiam profiteretur, in id amentiæ incidit, vt Solem ignem penitus putaret, nec prospicere poterat facilè nos ad ignē oculos erigere, cùm Solem respicere nequeamus, nec corpora hominum atriora fieri ab igne, quēadmodum à Sole, nec cernebat omnia, quæ à terra germinantur, absque solaribus radiis atque colore cœlesti crescere non posse: quæ omnia igneo calore languescunt ac pereūt. Logicam quoque discendam ita consulebat, vt magnū eius studiū, multámque operam improbaret. Hæc Socrates apud Xenophontem, ipse autē Xenophon in quadā ad Æschinem epistola, hæc de Platone, ac de his qui naturalem scientiam profitebantur scribit: Omnibus inquit, patet, diuinas res cognitione humana cōprehēdi non posse: quare sufficit piè ipsos deos, & ex animo colere. Quales autem sunt, nec inuenire nobis possibile est, nec fas est quærere, nec enim seruis cōducit, nec eis laudabile dixerim, si dominorum suorum consilia, nisi quantum ad ministerium suū pertinet, scrutari voluerint. Quādo enim, ô Æschines, Socratem quispiā audiuit de cœlestibus aliquid corporibus dicere? aut ad subtiles linearum speculationes perdiscendas exhortari? Musicam enim ipsum scimus auribus solummodò percepisse: quotidie autem de fortitudine, de iustitia, de aliis virtutibus disserebat. Hæc namque bona hominū appellare solebat. Cætera verò aut percipi ab hominibus nō posse, aut nō longè à fabulis distare, sophistarúmque ludis similia esse. Hæc ille & cæteris consulebat, & ipse primus faciebat, ij ergo quibus Socrates non placuit, aut taceant, aut ad id quod æquū est redeant Socrati enim viuo sapientiam Deus soli attestatus est. Qui verò eum interfecerunt, pœnitentiæ stimulos effugere non potuerunt. Isti autem bona Ægyptij & prodigiosam Pythagoræ sapiētiam adamarunt, & solida Socratis tenuitate contempta, tyrannidem coluerūt, & tenuissimā vitam dapibus Siculis commutare non erubuerunt. His verbis Xenophon Platonē occultiùs impugnabat. Socrates verò apud ipsum Platonem in libro de Republica, Gymnastica, Musica, & Astronomia ita loquitur, vt etiam Plato non multū istis attribuere videatur.

Quæ pars Astronomiæ vtilis, & quæ inutilis.

Scholia in Cap. IIII.

ATticum Platonicum Philosophum, de Aristotelis & Platonis dissensione in doctrina de fœlicitate summóque bono, disserentem, in hoc quarto capite introducit Eusebius. Vt autem dem conciliari Platonis & Aristotelis sententias non posse, tamē negari nō potest, Aristotelis de summo bono sententiam Atticum hunc & alios æmulos, & aduersarios Aristotelis, non esse assecutos. Sophisticū autē est,

A *est, sententiam quam non intelligas, & quam tu alteri affingas, exagitare & couellere. Hæc in Morali Aristotelis Philosophia, antagonistæ eius reprehendenda putauerunt.*

Opiniones priscorum περὶ ἀρχῶν, id est de principiis. Cap. V.

VErùm vt faciliùs meritò contemptam esse à nobis hanc inanem Græcorum Philosophiam cognoscas, non grauabimur altiùs varias atque diuersas, imò verò inter se contrarias philosophorum opiniones repetere. Assumam autem ea à libro Plutarchi, quem de Dogmatibus philosophorum inscripsit. Thales, inquit, Milesius de septem sapientibus vnus, principium rerum aquam putauit. Is primus philosophari dicitur incœpisse, & ab eo Ionicam philosophiam esse appellatam: Dicitur autem iunior in Ægypto fuisse, & in Miletum senior rediisse. Inductus autem fuit, vt ex aqua vniuersa primò esse diceret, & in aquam demum resolui: quia spermatis omnium animalium origo humida substantia est. Vnde verisimile putauit, hoc modo ex humido cuncta oriri. Deinde quia herbæ, plantæ vniuersæ humido aluntur & fructus ferunt, eius autem penuria languescunt, ac decidunt. Tertiò quia ignis stellarum atque solis, & ipse mundus aqueis vaporibus alitur. Quam opinionem Homerus quoque approbare videtur, cùm dicat, Oceanum qui omnium fuit origo. Anaximãder autem Milesius, principiũ rerum infinitum esse asserebat, & ex hoc magna primùm oriri, & in hoc tandem deuenire: idcircò infinitos oriri mundos atque rursus corrumpi. Infinitum autẽ esse dicit principiũ, ne quid desit, néve generatio terminetur. Errauit autem, quia non aperuit infinitum istud, aérne an aqua sit, aut aliud quoddam corpus. Errauit etiam, quia subiectam materiam dicens, efficientẽ causam deseruit, infinitũ enim nihil aliud quàm materia est, quæ actu esse non potest, nisi ab efficiente eliciatur. Anaximenes verò Milesius, principium rerum aerem opinatus est, ex quo fieri cuncta, & in quem resolui contendit. Animam enim nostram aerem esse ait, hic enim nos continet, vniuersum etiam mũdum spiritus & aer fouet, idem autem aer & spiritus apud eum est. Hic etiã errauit, quia ex informi ac simplici spiritu atque aere animalia posse constitui putauit: Impossibile autẽ omnino est, principium rerũ solũ esse materiam, cùm necesse sit efficientem causam ponere. Nõ enim ex argento, aut ligno, aut ære vasculum vnquã fiet, nisi artifex fecerit. Heraclitus verò & Hippasus Metapontinus ignem esse principium putarunt, quo extincto cætera gignuntur, cuius solidiorem partem in se contractam atque constipatam terrã fieri. Terram porrò ab igne resolutam in aquam verti, & exhalationes aquarum in aerem trãsire. Rursus autem vniuersa corpora, mundúmque ipsum ignis ardore corrumpi. Principium igitur ignis est, inquit, quia in eo sunt omnia, & in eum demũ resoluũtur. Democritus, quem Epicurus sequitur, principium rerũ asserit corpuscula quædã minutissima, quæ atomos appellat, ratione cognoscibiles, solidas, non generabiles, nec corruptibiles, omni fractura superiores, quæ alterari non possunt. Has in vacuo & per vacuum moueri asserit, quod infinitum esse opinatur. Atomos quoque ipsas infinitas numero dicit quibus accidunt figura & magnitudo secundum Democritum. Epicurus autem pondus etiã adiecit: nõ enim mouebuntur, inquit, nisi pondere deferantur: Figuras porrò atomorum nec infinitas, & eiusmodi esse asserunt, vt frangi non possint. Atomos enim dicta est, non quia minima sit, sed quia diuidi ac frãgi nequeat. Atomos autem esse dicũt, quia vacuum atque vnitas elementa sunt. Empedocles verò Agrigentinus quatuor elemẽta, ignem videlicet, aerem, aquã, & terram principia ponit: duas etiam virtutes amicitiam atque litem, & amicitiam quidem coniungere, litem vero disiungere. Hæc fuit primorũ philosophorũ discrepantia, istæ sunt de principiis illorũ inanes opiniones, non enim Deum creatorem, nec deos omnino, aut incorporeas & irrationales substantias, nec illud quod supra sensum, sed principiorum numero acceperunt. Primus autẽ Græcorum omnium Anaxagoras fertur, intellectum rerum omniũ causam asseruisse, qui philosophandi amore agros suos dicitur incultos reliquisse. Is primus efficientẽ causam rationalem arbitratus est, confusa enim omnia simul fuerunt, sed intellectus à confusione in ordinem ea redegit. Admiratione verò dignum est, quod ita dicentem parum defuit, quin Athenienses lapidibus obruerent: quia videlicet non Solem, sed Solis creatorẽ venerabatur. Is etsi rebus omnibus intellectũ proposuit, non tamen consequenter vbique seruauit. Vnde Socrates apud Platonem de Anima vehementer eum incusat. Cùm legissem, inquit, Anaxagoram dicentem omnium causam esse intellectum, magna lætitia perfusus, putaui magistrũ iã me Anaxagorã inuenisse, qui mihi diceret omnia optimè

Thaletis opinio de principiis.
Anaximãder.
Anaximenes.
Heraclitus
Hippasus metapontinus.
Democritus
Empedocles
Quatuor elemẽta principia.
Anaxagoras.

Marginal letters: B, C, D, E.

ab intellectu esse disposita:& à quo discere possem, vtrũ terra rotũda an triangularis sit: causam enim afferre ipsum arbitratus sum. Quare altero alterũ melius, & quia optimũ est talem terram esse:& si in medio ipsam diceret, illico exponeret, quia optimum est in medio sitam esse, ac eodem modo de Sole, Luna, & de velocitate ipsorum, & de aliis singulis, quòd optimũ sit alia pati, alia facere quæ patiuntur & faciunt non enim alia causa quàm optima reddi potest, si à ratione atque ab intellectu disposita sunt. Magno igitur gaudio sæpe libros eius perlegi, & progressus aerem, aquam, ignẽ, cæteráque huiusmodi afferre Anaxagoram videns, eisque causas rerum attribuere, nec intellectui ac rationi aliquid attribuere, magna de spe decidi. Simillimum enim mihi facere videbatur, ac si quis diceret omnia intellectu, atque ratione à Socrate fieri. Deinde cũ reddere causam vellet, quare hic sedeam, responderet: quia corpus meum ossibus atque neruis constat, cùm ossa, articulos coniunctionésque habeant neruis colligatas:& nerui trahi atque retrahi soleant, flecti hoc modo corpus facilè posse, qua de causa fit vt sedeam. Non enim vera causa redditur, sed quia videlicet eum Athenienses mortis crimine cõdemnarint, & mihi iustius visum est, sententiam hanc subire: idcirco expectans hic sedeo. Nam per carnem nisi hoc esset, si fugere mihi melius visum esset, hæc ossa & isti nerui Megaræ & in Bœotia essent. Si quis verò contendat, non posse me quæ mihi optima videntur, absque neruis & ossibus, cæterísque huiusmodi efficere, verè quidem dicit, per hæc enim facio: ratio autem eorum, quæ intellectu fiunt, non hæc sed melioris, aut certè optimi est. Et post pauca: Ita & terram alius reuolutione cœlorum in mediũ depelli, alius propter latitudinem suam ab aere sustineri: quod autẽ melius sit in medio sitã esse, ne quærunt quidem. Est autem quod omnia ligat & bonum ipsum, quod nescio quomodo omnes negligunt. Hæc Socrates. Anaxagoræ autem successit Archesilas, quẽ Socrates audiuit. C Præterea & Xenophanes, & Pythagoras, qui Anaxagoræ temporibus floruerunt, de æternitate Dei, & de animæ immortalitate philosophati sunt.

Scholia in Cap. V.

PHilosophorum veterum, multiplices & inter se δὶς διὰ πασῶν discrepantes sententias, περὶ ἀρχῶν, recenset, vt nihil certi de iis cognouisse eos homines, qui omnia se scire putabant, ostendat. Quid de omnibus statuendũ sit diximus in primo huius operis libro, in quo ex Plutarcho adductæ sunt multiplices Philosophorum sententiæ de rerum principiis.

Opiniones philosophorum de diis. *Cap. VI.*

NVnc videamus quales opiniones de diis philosophi habuerunt. Plutarchus sic in libro prædicto scribit: Nonnulli philosophorum, inquit, veluti Diagoras Milesius, & Theodorus Cyrenaicus, & Euemerus Egiata, & Callimachus, nullo modo deos asserebant. D Euripides etiam tragicus, quamuis Areopagitarum formidine non omnino se aperuerit, Sisyphum tamen induxit, quasi huius opinionis protectorem: & quibuscunque potuit rationibus, sententiam eius tutatus est, & Anaxagoram qui vnà stetisse corpora confusè primò affirmauit, deinde à Deo in ordinem distincta, & Platonem qui nõ stetisse, sed inordinatè mota fuisse primò dixit, deinde à Deo in ordinem redacta, reprehendit, quia dixerũt Deo de his inferioribus curã non esse, beatũ enim illud animal, atque incorruptibile, inquit, omni bono repletum, & omnis mali expers ad beatitudinẽ suam conuersum res humanas nõ animaduertit: miserũ enim esset, si fabri aut operarij more ad huiusmodi fabricam se conuerteret. Præterea Deus, quem dicũt, ante ordinationem totius aut dormiebat, inquit, aut vigilabat: aut si neutrum est, nec erat omnino. Si ergo dormiebat, à seculo mortuum fuisse necesse est. Sẽpiternus enim somnus mors est. E Deus autem nec somni nec mortis particeps est. Sin verò vigilabat, aut perfectam beatitudinem habuit, aut mancam atque imperfectam. Si perfectã nullius rei indigebat, quare nec ad nouam rerum productionem descendisse ipsum verisimile fit. Sin autem manca beatitudo affuerat, quomodo verè dici Deus potest, cui quicquam abfuisse conceditur? Ad hæc quomodo si diuinitùs humana gubernantur, & boni vexantur, & mali fœliciter viuunt? Thales mundum Deum esse asserit. Democritus mundi animam ait Deum esse, & eum pilæ & igneæ formam possidere. Pythagoras de principiis vnitatem Deum & bonũ, vnitatémque esse vni⁹ naturã, intellectũ videlicet ipsum, dualitatẽ verò dæmonẽ esse ac malũ, in qua materialis est multitudo. Socrates & Plato vnicũ vniforme quod verè ens atque bonũ est: hæc autẽ vocabula ad intellectũ omnia spectare. Deus igitur intellectus est, & species separabilis, id est procul ab omni materia, & nulli passibili coniuncta. Aristoteles supremum Deũ, separabilẽ speciẽ vniuersi sphæræ insidentem,

Athei quidam philosophi.

Sẽpiternus somnus mors est.

A Sphæram autem corpus æthereum, quod ipſe quintum appellat. Quod cùm per multas
ſphæras diuidatur natura cõiunctas & ratione ſeparatas, vnamquamque ſphærarum com-
poſitam ex anima & corpore animal eſſe arbitratur. Et corpus quidem, vt diximus, cùm
æthereum ſit, circulariter moueri: animam verò, quamuis per ſe ſit immobilis, ipſam tamẽ *Stoicorum opiniones de Deo.*
motus cauſam eſſe. Stoici Deum artificioſum ignem atque intellectualem eſſe aſſerunt,
via rationeque ad generationem mundi progredientem, qui mundus omnes ſpermaticas
rationes quibus ſingula ſecundum fata gignuntur in ſe continet. Deum autem ſpiritũ eſſe
per vniuerſum mundum penetrantem, diuerſis nominibus appellatum, ſecundum rerum
per quas tranſit diuerſitatem: mundum etiam Deum eſſe, & ſtellas, & terram: ſupremum
autem omnium intellectũ eſſe in ęthere. Epicurus deos hominum formam habere, quam-
uis non ſenſu propter tenuitatem naturæ, ſed ratione percipiantur. Quatuor deinde in-
B corruptibiles ponit naturas, atomos, vacuum, infinitum, ſimilitudines, quas quidem natu-
ras ſimilium partium & elementa ipſe vocat. Hinc manifeſtè videmus, nullam Græcos
ante Pythagoram, & Anaxagoram Dei habuiſſe cognitionem. Quare antiquiſſimis tem-
poribus, vt Phœnices, & Ægyptij, qui vt oſtendimus non incorporeas quaſdam virtutes,
ſed mortales viros vt deos colebant. Sic Græci quoque diuinos honores hominibus con-
ferebant.

Scholia in Cap. VI.

QVanta in animis philoſophorum caligo, & rerum diuinarum ignorantia fuerit, vel σωυχθεοισμὸς
*opinionem de Deo, mundo, animabus, corporibus cœleſtibus, in hoc capite docet. Omnia eò ſpe-
ctant vt intelligamus, verum & æternum Deum qui ſe miſſo filio patefecit, ignotum fuiſſe philoſophis,
qui mirabilibus ſomniis de dijs ſe & alios deceperunt, & quæuis ſpectra tanquam numina coluerunt,*
C *Deum autem verum ex creaturis agnitum, non vt Deum coluerunt. Rom. 1.*

Aduerſus eos qui ſenſum tollunt inutilem dicentes ad cognitionem. Cap. VII.

VErùm quoniam alij philoſophorum ſenſibus cuncta cognoſci arbitrabantur, alij con-
trà rationi ſolummodò credendum, & ſenſum omnino abiiciẽdum dicebant, non eſt
inutile, quid aduerſus iſtos Ariſtoteles in octauo de Philoſophia conſcripſit, perſtringere.
Multi, inquit, rationem ſolummodò ſequentes, ſenſum ac phantaſiam omnino abiicie-
bant, Xenophantes Colophonius, & Parmenides Eleata, & Zeno, & Meliſius de anti-
quioribus: de iunioribus autem Stilpo & Megarici: qui dicebant vnum eſſe quod eſt, &
quod diuerſum eſſe videtur diuerſum non eſſe, nec gigni quicquam, nec corrumpi, nec
D moueri penitus: aduerſus quos quamuis in philoſophia multa dicantur, tamen etiam nũc
pauca dicamus. Diuina igitur res in nobis ratio eſt, indigemus tamen ſenſu, quemadmo-
dum & corpore. Nam & ſenſus naturæ de ſenſibili iudicat. Qui enim ſentit, aliquid pati- *Ratio & ſenſus in homine.*
tur: & qui ſentit quod patitur, eam paſſionem profectò cognoſcit. Senſus igitur cognitio
quædam eſt. Præterea ſi ſentire pati quoddam eſt, & omne quod patitur, ab aliquo patitur,
omnino diuerſum, aliúdque quod facit eſt, ab eo quod patitur: vt color & ſonus à ſenſu.
Deinde ipſum ens vnum nõ erit, ſed nec immobile: ſenſus enim motus quidam eſt. Quo-
modo autem ſi nihil ad cognitionem conferunt, nullus eſt qui nollet ſecundum naturam
ſibi ſenſus eſſe depoſitos. Omnes enim integritatem ſenſuum organorúmque ſuauitatem
deſiderant, qui meliùs ita de ſenſibilibus iudicant. Quare natura duce tantus nobis amor
ineſt, vt nullus non inſanus vnum ſenſum pro omnibus bonis quæ vocantur externa, vel-
let commutare. Cur autem ſi nihil ſenſibus egeant, non eruunt oculos, nec auditum de-
E ſtruunt, vt opere oſtendant veram eſſe doctrinam ſuam. Nunc verò verbis quidem eos vi-
tuperant, re autem maximè omnium vtuntur. Meliſſus enim cùm ſenſibilia nihil eſſe, ve-
lit oſtendere, per ſenſibilia hoc ipſum efficere conatur. Si enim terra eſt, inquit, & aër, &
ignis, & ferrum & aurum, & aliud viuens, aliud mortuum, aliud nigrum, aliud album, cæ-
teráque omnia, quæ verè eſſe homines credunt, ſi etiam nos rectè videmus, audimus atque
ſentimus: ens quoque tale quid eſſet, profectò quale nobis primò viſum eſt, neque tranſ-
moueretur, nec aliud ex alio fieret, ſed ſibiipſi ſimile permaneret. Nunc verò cùm dica-
mus, rectè ſentire videtur nobis quod calidum eſt in frigidum, & frigidum in calidum, ſi-
militer & molle in durum, atque permutari. Meritò igitur poſſet quiſpiam percunctari,
nónne igitur calidum econtrà in frigidum tranſmutari, cæteráque huius ſenſu cognoui-
ſti: ſed rationes opinionéſque iſtorum iam ita exploſæ ſunt, vt nec dictæ quidem eſſe vi-

deantur. Rectè igitur procul dubitatione illi philosophantur, qui & sensum & rationem & cognitionem rerum suscipiunt. Hinc Aristoteles Xenophanem & eius similes vexauit, Xenophanem autem Protagoras & Nessas audiuerunt, Nessam Metrodorus, Metrodorū Diogenes, Diogenem Anaxarchus, Anaxarchum Pyrrho, à quo Sceptici soli philosophi appellati sunt, qui nec sensu, nec ratione quicquam posse comprehendi docentes, magno risu omnium explosi sunt.

Scholia in Cap. VII.

Absurdas eorundem philosophorum sententias, qui omnia rationi, sensibus nihil, vel contrà, tribuebant, Aristotelis argumentis refellit Eusebius noster, finémque lib. 14. imponit.

IN LIBRVM XV. EVSEBII DE PRÆparatione Euangelica, Argumentum.

Qvemadmodum in præcedenti libro, Philosophorum, ac imprimis Peripateticorum iudicia, de Platonica philosophia fusè diligenter Eusebius exposuit: ita in hoc vltimo lib. de Præparatione Euangelica, initio reprehensione & quorumdam Aristotelis dogmatum, (quæ plerique sine delectu & iudicio complectuntur & profitentur) proponit. Quòd enim Aristoteles in Ethicis summum bonum non in γνώσει καὶ τῇ φιλίᾳ cum Deo positum esse: quòd prouidentiam ambitu Sphæræ Lunæ contentam, vim suam non vlteriùs extendere: quòd mundum non conditum esse, & alia his similia affirmare non est veritus, Platonici philosophi vehementer reprehenderunt. Verùm quàm sint iustæ quædam κατηγορίαι, inglorij cuiusdam Attici, quem indignis modis, in Aristotelem summum herclè philosophū, destomachantem, velut testem adducit Eusebius, philosophi Aristotelici iudicabunt. Mihi videntur isti Critici in non paucis iniuriam facere Aristoteli. Postea Stoicorum certamina, absurda quædam placita, spinosas & inextricabiles quæstiones, horridū de Fato & libertate voluntatis humanæ dogma, exagitat. Postremò, indicat quanta fuerit διαφωνία, in vniuersa τῇ φιλολογίᾳ, quam tamen velut modis omnibus vtilem & admirandam Ethnici sophistæ, præconiis suis extollebant: atque ita viam sibi sternit ad argumentum librorum de Demonstratione Euangelica.

EVSEBII PAMPHILI CÆSARIENSIS LIBER IN QVO VETERVM PHILOSOPHORVM DE MVNDI fabrica, rebúsque naturalibus lites ac dissensiones ex variis auctoribus breuiter adducuntur, qui de Euangelica præparatione est in Græco codice XV. adeóque vltimus,

MARCO HOPPERO INTERPRETE.

PROOEMIVM TOTIVS HVIVS OPERIS

Argumentum continens.

Commvnem hunc omnibus gentibus de deorum multitudine errorem, in principio statim Euangelicæ præparationis, confutasse, magni fore momenti existimans, pro defensionis quoque constitutione huius causa ab illis discessionis, qua rectè nobis consulimus: non solùm fabulas, quas Theologorum Poëtarúmque quos secum habebant,

A habebãt,pueri de diis suis veluti in proscenijs cecinerunt: sed graues quoque eorum & profundas de rerum natura inquisitiones, ad cœlũ vsque sursum,& per omnes mundi partes per nobilem philosophiam translatas, primum omnium in tribus prioribus libris pertractaui. Etsi nihil omnino in his approbandum ipsimet eorum theologi dicant. Aduertendum igitur, quòd theologorum,quos habuerunt,vetustissimi,nullam scientes historiã, solis autem fabulis inhærẽtes sua testati sint. Vnde meritò quidem in omnibus & vrbibus & pagis,quod veterum habet narratio, sacri deorum ritus & mysteria haud dissona prædecessorum fabulosis traditionibus admini-
B strabantur. Quemadmodum etiamnum deorum nuptias & liberorum procreationes,luctus & gaudia: præterea errores quoque eorum,horum quidẽ amores,illorum verò iras,aliorum denique alias omnis generis calamitates & tristitias,nihil diuersum ab his quæ à vetustissimis commemorantur, in cæremoniis suis & hymnis,nec non aliis,quæ diis suis consecrarunt, canticis celebrant. Ad hæc,pro vberiori ratione, penè tragicas quoque eorum, quas in physicis suis explicationibus facere consueuerunt, exclamationes, nec non sophistarum philosophorúmque disceptationes inspiciẽdas proposui. Hanc verò de eorum responsis captandis rationem atque de fato
C multis sanè iactatam hanc falsam opinionem in tribus aliis,post priores sequentibus libris firmis argumentis aperui: vbi non tam propriis rationibus quàm ipsorum quoque,præsertim verò,quos Græcia aluit,philosophorum testimoniis ad conuincendum eos vsus sum. Quibus posteà relictis ad Hebręorum oracula conuersus,breui quadam ratione legalem theologiam in iis contentam,nec non totam eorum historiam apud ipsos quoque Gręcos testatam æquali librorũ numero complexus sum. Consequenter verò Græcorum perstringẽs mores,quòd videlicet à Barbaris omnia acceperint, nec vllã bonam domi suæ natam disciplinam induxerint: quòd temporũ quo-
D que habita collatione,quibus apud Græcos quidem eorum sapientes, Hebræos verò prophetæ exstiterint,palàm faciens rursus tribus post hos libris celebrium quorundam apud Græcos philosophorum cum Hebræorum constitutione consensum,eorum similiter ipsorum testimoniis vsus,ostendi. Quin alitérque quo à nobis sentiens quosdam apud Græcos philosophos,imò non solùm à nobis, verumetiam cum domesticis quoque suis discrepantes,adeóque à familiaribus quoque suis confutatos in hoc præcedenti libro produxi: vt per ea omnia incorruptum nostræ sententiæ iudicium lectoribus ostenderem,firmiter demonstrans,non inconsideratè nos,
E sed probè meditato ac prudenti consilio Hebræorum vt antiquissimam, ita quoque veram philosophiam religionémque præ Gręcorum elegisse. Quemadmodum id etiam constat Græcanicorum quoque testimoniorum, allegatione cuius quod reliquum est huc nunc vltimum aggredientes librum, qui decimusquintus est nostræ, quam præ manibus habemus, institutionis,iis quæ tractanda hic sunt adiiciemus, etiam nunc sancta illa nobilis Græcorum philosophiæ in lucem proferentes,& omniũ ante oculos inanem eorum operam apponentes. Ac primum quidem omnium illud affirmantes,nihil nos eos curasse,non propter ignorantiã rerum earũ quas ipsi vt magnas admirãtur: sed vt neglecto hoc inutili eorum

ſtudio, rerum multò magis vtilium exercitio, ingentia eorum foueremus. Hoc igitur nobis, Deo duce, per veritatem abſoluto, finem his quæ de præparatione inſtituta fuerunt, imponam. Conuerſus autem ad perfectiùs illud de Euangelica demonſtratione argumẽtum, principium ſecundæ illius tractationis, quod nobis ab illa, quæ reliqua eſt de accuſatione noſtri, commẽtatione ſumitur, fini prioris coniungam. Erat autem hoc nobis vitio ab illis datum, quòd videlicet Hebræorum oracula quàm paterna ſanctiùs amplexantes, non etiam vitam Iudæorum ſimilem imitantes referremus. Cui obiectioni, finito præſenti hoc libro, per diuinam gratiam occurrere tentabo. Sic enim fore puto, vt poſteriora cum prioribus illis vno veluti nexu contenta, vnam quoque in vniuerſum totius noſtræ diſputationis quaſi intentionem abſoluant. Quantum itaque ad præſens, quoniam apparuit in præcedentibus libris Platonis philoſophia, Hebræorum oraculis partim conſona, partim verò ab ipſis diſſentiens, in quibus confutata ſunt, & ea quæ cũ placitis ipſius diſcordant, & aliorum, quos phyſicos cognominant, philoſophorũ opiniones, nempe Xenophanis, ac Parmenidis, Pyrrhoníſque nec non aliorum deinceps omnium, quorum opiniones præcedens diſputatio adhibitis eis ex oppoſito Hebræorum oraculis ac Platonis dogmatis, imò ipſa veritate, confutauit, quin ſuis ipſorum telis conuicti ſunt. Expecta nũc alium quoque faſtum eorum quę ab Ariſtotele & Stoicis philoſophis deſuper, velut ex ſcena inſpicere, & totam reliquam phyſiologiam horum ſuperciliosorum hominum intueri, quò cognoſcamus ea quæ veluti magna ipſi admirantur, nec non ea in quibus vel familiares eorum eis contradixerunt. Sic enim nullus quoque accuſationi locus relinquetur quam intendant nobis diſceſſionis ab ipſis cauſa, intelligentes nimirum quòd non ob ignorãtiam rerum ſuarum occultarum, ſed præmeditato atque examinato probè iudicio, barbarorum rectè inſtitutorum veram religionem præ omnium Græcorum elegerimus. Initium verò ſumam ab iis quæ de Ariſtotele ferũtur. Aliqui, qui & ipſi quoq; haud obſcuri philoſophi ſunt habiti, vitã quoque viri calumniati ſunt. Ego autem id non ſolùm faciam, ſed inuitus etiam audio virum hunc ſic à notis & familiaribus ſuis traductum eſſe. Quapropter defenſiones eius potius exponam ex Ariſtotele Peripatetico, qui in ſeptimo de Philoſophia libro talia de eo ſcribit.

Scholia in Procemium libri decimi quinti de Præparatione Euangelica.

CVm ſupremam manum, huic de Præparatione Euangelica operi, imponere decreuiſſet Euſebius noſter, in Procemio libri decimi quinti, coronidis vice, Oeconomiam librorum præcedentium, ſcopum totius operis & huius poſtremi libri argumentum, eruditè explicuit. Quinque ſunt τῆς πραγματείας de Præparatione Euangelica, præcipua κεφάλαια, quorum vnumquodque libris tribus Euſebius perſecutus eſt. 1. Quæ fuerint Ethnicorum de dijs fabulæ vulgò receptæ, & quo pacto Neoterici philoſophi, phyſiologicis commentis & allegoriis, turpitudinem fabularum tegere, & earum vſum aliquem oſtendere conati ſint. 2. Qui fuerint ritus, quæ ſacra apud Ethnicos, qualia dæmonum reſponſa, quales etiam de fato & libertate voluntatis humanæ opiniones Stoicorum & aliorum philoſophorum. 3. Quæ & quàm præclara fuerit Hebræorum δογματικὴ θεολογία & hiſtoria. 4. Quòd à Barbaris & Hebræis Græci non tantùm liberales artes & diſciplinas, ſed etiam rerum diuinarum cognitionem, hauſerint, & quòd Philoſophorum quorumdam, ac præcipuè Platonis doctrina in multis conſentiat cum ſacra Hebræorum doctrina. 5. Quòd Plato & alij quidam philoſophi, in quibuſdam doctrinæ partibus, non modò ſacris Prophetarum literis, ſed etiam ſibi inuicem contradixerint, & propter ſententiarum

&

A *& opinionum diuersitatem, magnas turbas dederint. Consilium & scopum huius operis Eusebius his verbis exponit:* οὕτω γὰρ καὶ τῆς τούτων ἀναχωρήσεως, τὸ παρ' κεκριμένον, ἀπὸ λόγου πάσης ἀπολύοιτ' ἂν κατηγορίας ὅτι δὴ μὴ ἀγνοίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς σεμνῶν ἐξητασμένην δὲ καὶ βεβασανισμένην κρίσει, τὴν παρὰ τοῖς νενομισμένοις βαρβάροις ἀλήθειάν τε, τῶν Ἑλληνικῶν ἁπάντων προτετιμήκαμεν. *Cæterùm in hoc postremo libro pollicetur se, Aristotelicorum certamina, sicut in præcedenti Platonicorum, descripturum, ac postea demonstratione Euangelica satisfacturum ijs qui dicebant, Hebræorum scripturas Christianis hominibus probari, vitam autem & mores displicere, &c.*

Quæ Aristocles Peripateticus de Aristotele scripsit, & quæ de ipso narrantur, ex septimo de Philosophia. Cap. I.

QVomodo possibile est, quemadmodum Epicurus in Epistola de viuendi ratione tradit, iuuenem cum paterna bona dilapidasse? postea verò in mi-
B litiam profectũ esse? vbi quum malo successu vsus esset, ad pharmacopolam rediisse? postremò autem ætate iam prorsus confecto & languido Platoni, in eum successisse? Aut quísnam verisimile tanquam admitteret Timæi illud Tauromenitæ, qui in historiis suis dicit eum vergente iã ætate claudendis ac recludendis ostiis, in ignobilis cuiusdã medici officina præfectum fuisse? Quis præterea Aristoxeni musici illius, quæ in Platonis vita habentur, verbis credat? qui dicit eum dum erraret hinc inde & peregrinaretur, seditionem commouisse, ibique tum peregrinos quosdam Peripatum ei extruxisse. Quæ verba de Aristotele dicta esse aliqui putant, cùm tamen Aristoxenus honorificè semper Aristotelis mentionem faciat. Sed & hæc ridicula quis non meritò dicet, quæ ab Alexino Eristico commemorantur. Fingit e-
C nim Alexandrum filium cum patre suo Philippo differentem, & Aristotelis rationes planè contemnentem, Nicagoræ verò (quem Hermem cognomine dicunt) recipientem. Eubulides quoque in libro quem contra eum scripsit, apertè mentitur primùm quidem frigida quædam poëmata proferens, tanquam ab aliis quibusdam conscripta, de coniugio & familiaritate cum Hermia ei contracta: postea Philippo eum maledixisse affirmans: nec denique Platoni eum morituro adfuisse, & libros eius corrupisse. Quid verò attinet hic Democharis contra philosophos criminationes recensere? non enim Aristotelem solùm, sed & alios quoque philosophos malignè perstringit. Equidem si quis istas probè cõsideret calumnias, nefariè locutum hunc esse dicet. Ait enim epistolas se Aristotelis inuenisse contra Athenienses: nec non Stagiram patriam suam Macedonibus eum tradidisse: præterea subuersa iam Olyntho, ditissimos quosque Olynthiorum Philippo eum ad spoliandum eos prodidisse. Cephisodorus autem Isocratis discipulus stultè eum calumniatus
D est: qui delicatum eum & voracem, necnon aliis quibusdam eiusmodi nominibus appellauit. Hæc verò omnia stultitia longè vincunt quæ à Lycone, qui seipsum Pythagoricum nominat, dicta sunt. Ait is Aristotelem vxori suæ defunctæ tale sacrificasse sacrificiũ, quale solent Athenienses Cereri: & oleum in quo calido lauisset, vendere solitum. Cùm enim Chalcidem nauigaret, eos qui ad telonium sedent, reperisse in naui septuaginta quinque æreos vrceolos affirmat. Ex his igitur qui Aristotelem criminati sunt, isti ferè præcipui habentur, quorum alij quidem coæui Aristoteli, alij verò post ipsum paulò fuerunt: omnes tamen aut sophistæ, aut Eristici, aut rhetores, quorum nomina & libri simul cum corporibus interierunt. Ablegandi autem prorsus isti nobis sunt, qui aut diu post hæc fuerunt, aut talia & talia ab illis dicta commemorant: aut (de quibus in primis hoc dictum volumus) qui in libros illorum nunquam inciderunt, sed ex seipsis tales finxère contumelias, quales
E sunt hi, qui trecentas eum ollas habuisse affirmant, quum tamen nullus eorum apud quenquam qui tum fuerunt, quicquam tale scriptum repererit, nec apud ipsum quidem Lyconem. Is enim (vt antea dixi) septuaginta quinque vrceolos inuentos fuisse asserit. Non solùm autem ex temporum collatione, & iis qui calumniati sunt, colligere quis potest, omnia hæc quæ dicta iam sunt, falsa esse: sed vel ex hoc ipso quoque, quia non omnes eadẽ dicunt, sed singuli eorum peculiare aliquid. Quorum sanè si vel vnum verum esset, nõ semel tantùm, sed millies ab iis qui tum fuerunt, periisset. Est igitur manifestum, idem Aristoteli accidisse, quod multis aliis quoque solet: nimirum propter amicitiam quam cum principibus habuit, nec non admirabilem illam, qua excelluit, sapientiam, odio à sophistis, qui tum erant, habitum esse. Oportet autem candidos non tam ad calumniatores respicere, quàm etiam eos qui laudes eius magno imitandi studio decantarunt, quorum multò plu-

Diluit calumnias de Aristotele sparsas.

Eubulides.

Demochares.

Cur exosus fuerit sophistis Aristoteles.

res & meliores inuenire est. Alia igitur omnia manifestè falsa sunt, præter duo hæc quæ [...]dentur probabilia, ob quæ vituperāt eum aliqui. Vnum quidem, quòd Hermiæ quasi ad[u]lans sororem eius, quod attinet naturam, filiam autem adoptiuam Pythiadem in vxorē [si]bi duxerit. De quo Theocritus ille Chius tale epigramma conscripsit:

Hermiæ eunuchi pariter & prudentis serui
Monumentum inane desipiens posuit Aristoteles.
Qui propter incontinentem ventris naturam elegit habitare
Pro Academia cœni in stercoribus.

Alterum verò, quòd ingratus fuerit Platoni. De Hermiæ quidem & Aristotelis quā in[ter] se habuerunt amicitiam, alij quoque multi scripserūt: inter quos & Appellicon, cuius libros qui legerit, desinet nimirum criminari hos. De nuptiis verò cum Pythiade ipsemet in epistolis ad Antipatrum multa satis exposuit. Mortuo enim Hermia, propter singularē beneuolentiam, qua erga eum semper affectus fuit, hic illam duxit, modestam aliàs, atque frugi fœminam, infortunatam tamen propter calamitates fratri eius acceptas. Inter alia quoque ait: Post Pythiadis autem Hermiæ filiæ obitum Aristoteles Herpyllida Stagiritā duxit, ex qua filius ei natus est Nicomachus. Hunc aiunt orphanum à Theophrasto educatum, postea verò in bello admodum iuuenem obiisse. Hæc hactenus Aristocles in loco citato. Nunc verò tempus est Aristotelis quoque dogmaticam philosophiam considerare.

De Aristotelis dogmatibus, quatenus ab Hebræis & Platone discrepant circa finem bonorum. Cap. II.

MOyses nec non cæteri Hebræorum prophetæ, finem fœlicitatis esse dicunt, Dei totius vniuersi conditoris, & cognitionē & amicitiam ex pietate perfectam. Pietatem autem veram esse docent summum illud omnis virtutis studiū, quo in gratia apud Deum manemus: hanc enim esse bonorum omnium causam: in solo enim Deo sita esse omnia, & donari ab eo Dei amatoribus omnia. Consona hisce Plato quoque dicit, qui fœlicitatis finem definiens, virtutem esse ait. Aristoteles verò diuersam ab his ingressus viam, nō posse alia ratione fœlicem aliquem fieri, nisi corpus quoque benè sit affectum, & per rerū externarum abundantiam, sine quibus ne virtutē quidem valere. Cuius falsæ opinioni quantum se Platonis intimi confutando opposuerint, ex his quæ sequuntur intelligere est.

Scholia in Cap. II.

PRiusquàm certamina Aristotelicorum, περὶ δογματικῆς αὐτοῦ φιλοσοφίας, *aggrederetur Eusebius visum est illi operæpretium, si præmitteret narrationē, de vita, moribus & vitijs Aristotelis, quorum pleraque falsò de illo ab æmulis sparsa, duo tantùm illius peccata agnoscens, videlicet suspectam cū Hermia familiaritatem, &* ἀχαριστίαν *erga Platonem præceptorem, Aristocles Peripateticus in lib. 7. de philosophia, indicat.*

Attici Platonici contra Aristotelem dissentientem à Moyse & Platone, in oratione de fine bonorum. Cap. III.

QVum tota philosophia, communi philosophorum sententia, humanam fœlicitatem promittat: trifariam autem sit diuisa, secundum actiuam rerum vniuersarum distributionem: tantùm aberrat in iis quæ Plato docuit, vt Peripateticus videatur, & inter eos qui Platoni aduersantur, omnium maximè contrarius habeatur. Et in primis quidem circa id quod commune & maximum ac valdè proprium est, à Platone discrepat, non videlicet obseruans fœlicitatis terminum: nec virtutem sufficientem ad eam esse concedere volens, sed auferens aliquid huic secundū virtutem potentiæ. Indigere eam fortunæ quoque bonis arbitratur, vt veram quis consequatur fœlicitatem: solam enim sumptam non posse præstare fœlicitatem contendit. Huius igitur opinionis indignitatem ac turpitudinem tam in hoc quàm etiam in aliis ostendere, temporis huius non est. Illud manifestum esse puto, quòd cùm finis fœlicitatis non idem sit secundum Platonem & Aristotelem (ille enim hunc fœlicissimum prædicat vbique & proclamat qui sit iustissimus: hic verò, non sequi ex virtute beatitudinem, nisi quis generis quoque nobilitatem & pulchritudinem, nec non alias eiusmodi dotes habeat, astruit) necesse sit iuxta hanc finis diuersitatē, ipsam quoque philosophiam quæ de fine disserit, plurimùm discrepare. Qui enim viam aliquam vnam natura sua incedit, quæ per exigua & humilia ducit, non potest ad maiora & in alto posita peruenire. Vides rupem hanc præruptā, asperam & inaccessam, in qua auis illa enixa sedet: in hanc profectò rupem fera quantumuis crudelis & vafra ascendere non potest,

vt

A vt videlicet ad auis huius pullos perdẽdos astuta vulpes deueniat, nisi fortè mala illi fortuna aliqua vsi, in terram eos decidere cum pernicie eorum contingat, aut celeres alas, quas tamẽ natura ei non producit, sibi accõmodet: quibus à terra leuata, super altã hanc rupem volitet. Donec autẽ in propria vtrinq; constitutione manserint, terrestria certè cum aëris animalibus in consortiũ sursum venire non possunt. Et post alia subiungit: His igitur ita se habentibus, & Platone iuuenũ animos ad diuinũ sursum pertrahere attentante, atque sic virtuti & pulchro cohabitare studẽte, cæteras verò res vniuersas despicere suadẽte: dic nobis ô Peripatetice, quomodo hæc nos edocebis? quomodo cò deduces eos qui adhærent Platoni? aut vbi tãta tibi sermonis eminẽtia, vt furentiũ penè animos occupare, & in cœliũ viam inquirere coneris, quã illi quidẽ montium cõtinua impositione effici posse putabãt? Sed hoc nimirũ fiet sublatis è medio humanis studiis, vt inquit Plato. Quod igitur auxiliũ
B ad hæc iuuenibus perueniẽdi præstas? aut vnde sermonis vis ea quæ virtutẽ in hoc certamine iuuet? ex quibusnã Aristotelis libris? aut cuius eorũ qui ab ipso docti sunt testimonio? vel aliorũ qualibusnã scriptis? Concedo enim tibi, quãuis fallere velis, vel saltem iuuenile quiddã. Sed non habes quod dicas: nõ enim sectæ tuæ principũ vllus committeret id tibi. Aristotelis igitur de hac re libri, in primis verò magna Ethica quæ inscripsit, exiguũ quiddam & humile, imò vulgare prorsus de virtute sentiunt, nec amplius quàm idiota aliquis, & homo indoctus, vt adolescens siue mulier aliqua sentiret. Cùm enim diadema (vt ita dicam) & regium illud sceptrũ quod à Deo virtus accepit, immutabile & perpetuũ sit (nam quicquid capite suo annuerit, irritũ id fieri nequit) adhuc tamẽ auferre id ei audent. Condere enim volunt, quòd sola ipsa fœlicitatem præstet: sed similẽ eam faciunt diuitiis, gloriæ, generis nobilitati, sanitati, pulchritudini, nec non aliis eiusmodi rebus: quibus incon-
C stantiæ malum coniunctum est. Quemadmodũ enim (inquiunt) quodcunque horum absque virtute præsto sit, sufficiẽs ad fœlicitatem possidenti esse non potest, ita nec virtus sine his habenti fœlicitatem vnquam præstabit. Quid igitur, ánnon hoc pacto vastatur & corruit virtutis dignitas? equidem. Sed multò bonis aliis omnibus præstare virtutem dicunt. Quid tum postea? quippe sanitas quoque diuitiis præstat: hanc tamen sine aliis ad fœlicitatem non sufficere, communis est omnium sentẽtia. Si quis igitur qui hæc sequatur dogmata, & huius fuerit sectæ, doceat omne bonum humanum in ipsa anima esse quærendũ: is fœlicẽ nunquam rotæ summitatẽ conscendere ait: non certè si vel Priami quis fortunis splendeat, fœlicem eũ & beatũ esse posse: hunc verò qui virtutẽ sit præditus, inter tales referre haud dedecet. At ex his sequitur, quòd nec plenè fœlicitas virtute præditos sequatur, nec, etiam si fiet, perpetuò ea duret. Folia etenim ventus humi deiicit, at alia sylua germi-
D nans producit, sic quoque hominũ se habet generatio: hæc quidem plantatur, illa verò perit. Sed heus ô poëta, exiguum adhuc & infirmũ hoc exemplum tibi est. Veris etenim mox sequitur venustas, nec non lõgum deinceps tẽpus, cui finis non est. Si exactiùs velis humanæ vitæ vanitatem & inconstantiam exprimere, Aristotelis compara ei fœlicitatẽ, faciliùs quippe foliis ipsa & plantatur & perit, non anni circumuolutionẽ expectãs: non vnius anni bonum, non vnius mensis, sed eo ipso die, ea ipsa hora qua cœpit, corruit sæpè rursus ac perit. Pleraque autem internecioni obnoxia, & omnia à fortuna pẽdent. Mortis mille formæ corpus sequũtur: est paupertas, est ignominia, sunt denique eiusmodi alia multa, quorum nulli amata illa virtus succurrere potest. Infirmior enim est, quàm quòd vel pellere infœlicitatem, vel conseruare fœlicitatem possit. His igitur instructus aliquis & acquiescens rationibus, quomodónam vel ipsemet Platonis accedet sententiæ, vel alios ad eam cõuertet vnquam? parum enim oblectabitur quicunque persuasus ab illis egregia hæc & diuina
E dogmata receperit: quod videlicet tam potens quiddam sit, & omne superans pulchrum virtus, non quoquam ad fœlicitatem indigeat, nec eam auferri ab ea vnquam posse, sed ingruentibus vel paupertate, vel morbo, vel ignominia, vel pice cum cruce, vel simul vniuersis, quas ob oculos nobis ponunt tragœdiæ, calamitatibus, adhuc tamen iustus, fœlix, & beatus erit. Magnificè equidẽ præconio, veluti athletã aliquẽ victoria clarũ, cõmendat iustũ: quòd hic sit fœlicissimus ille, qui ex ipsa iustitia fœlicitatis fructũ capit: Diuide igitur, si voles, & distingue trifariã vel quadrifariã, vel etiam multifariàm bona partiẽs: nihil etenim ad propositũ faciet: non equidẽ vnquã per ea nos in Platonis adduces sententiã. Quid enim? etiamsi bonorũ, quemadmodũ dicis, alia quidẽ sunt honoranda, quales sunt dij: alia verò laudãda, vt virtutes: alia potentię, vt diuitię & robur: alia deniq; vtilia, vt famulitium? Quid tũ porrò, si vel arctiori partiens diuisione, dicas, bonorum alia esse fines, alia nõ fines,

Fines quidem ea appellans quorum gratia reliqua sunt, non fines autem quæ illorum gratia fuerint sumpta? Quid denique, si docet aliquis quòd bonorum alia quidem simpliciter bona sint, alia verò non omnibus? Vel quòd alia animæ bona sint, alia corporis, alia extra vtrumque? vel rursus, quòd bonorum alia quidem sint potentiæ, alia dispositiones & habitus, alia verò actiones? vel denique alia fines, alia materia, alia instrumenta? Aut etsi quis secundum decem categorias decies secare bonum doceat, quid obsecro hæc ad Platonis sententiam faciunt? Quàm diu sanè tu quidem, siue æquiuocè, siue quocunque modo velis, verteris bona vocans, quædam ad fœlicitatem vt necessaria sumpseris, sublata virtutis sufficientia. Plato autem non nisi ex abundanti de cæteris quærat: ipsam verò fœlicitatis plenitudinem soli virtutem acceptam ferens: nũquam equidem in hoc nobis conueniet, sed semper diuersa tibi à Platonis ratione sit necesse ėst. Quemadmodum enim leonibus cum viris fidum iusiurandum non est, nec lupi & oues vnanimes redduntur vnquam: sic nec Plato & Aristoteles circa hoc, quod maximum & præcipuum est, fœlicitatis dogma vnquam conuenient. Omnino enim quæ vtrinque dicuntur, contraria videntur.

Scholia in Cap. III.

EVsebius Aristotelem eo nomine perstringit, quòd non in cognitione & coniunctione cum Deo, summum bonum positum esse dixit, neque alia ratione quemquam beatum fore existimauit, ἢ καὶ διὰ τῆς τοῦ σώματος εὐπαθείας, καὶ τῆς τῶν ἐκτὸς περιουσίας. ὧν ἄνευ μηδὲ τὴν ἀρετὴν ὠφελεῖν. *Quid si autem vulgi hanc esse opinionem, non Aristotelis sententiam de summo bono, dicamus? Id colligere non obscurè licet ex his verbis Aristotelis, quæ extant in primo libro Moralium ad Nicomachũ: Sed quæ res sit beatitudo, de ea re verò omnis controuersia est: neque vulgus & sapiens similiter eã declarant. Alij enim aliquid eorum quæ sunt in promptu, & quæ manifesta sunt, esse volunt, vt voluptatem, aut diuitias, aut honorem, aliique aliud. Sæpenumerò autem etiam vnus & idem aliud: æger enim bonam valetudinem, pauper diuitias. Vides non esse hanc Aristotelis, sed* τῶν πολλῶν, *quos vocat, opinionem? Quòd si quis librum primum & decimum Ethicorum cum iudicio legat, iniuriam Aristoteli factam deprehendet. Verùm de his non libet pluribus agere, cùm sint ista à multis & magnis viris sapienter explicata.*

Eiusdem contra eundem dissidentem à Moyse & Platone, in sermone de Prouidentia. Cap. IIII.

Aristoteles Dei prouidentiam ad Lunam solùm extẽdit.

MOyse rursus & aliis Hebræorum prophetis, & cum his Platone quoque rectè de prouidentia, quæ in rebus cunctis cernitur, sentientibus, Aristoteles non nisi ad lunam vsque porrigere se diuinum existimans, reliquas mũdi partes omnes à diuina gubernatione excludit. Propter quæ redarguitur per ea quæ iam antea à nobis vtcũque exposita sunt. Cùm enim hæc de prouidentia persuasio, maximum sit & præcipuum eorum quæ ad fœlicitatis perfectionem adhibentur, ea quippe est quæ quàm maximè humanam vitam secundum rectum instituit: nisi præterea ignorare velimus, fortuitóne, an ex alto consurgat, & oriatur genus humanum, Plato equidem ad Deum omnia, & ex Deo refert. Ait enim principium eum esse, medium, & finem rerum quæ extant omnium: omnia ipsum secundum rectum gubernare, à via aberrantem ipsum admonere. Ait præterea bonum eum esse, cuius bono inuidere nemo possit. Quòd bona ipse efficiat alia extra se posita omnia: quòd quæ sine ordine sunt confusa, ad ordinem reducat: omnia curet, omnia secundũ potentiam suam quam maximè ornet, & in primis humano generi prouideat, post paucula deinde subiungit: Et sic quidem sentit Plato. Ille autem diuinam hanc naturam è medio tollens, spem illam animæ rescindens, ac denique præsentis huius cum meliori commutationem nobis auferens, quam obsecro, cum Platone communionem habebit? aut quomodónam Plato quæ vult vel alios docebit, vel fidem astruere dictis suis vnquam poterit? omne quippe hìc contrarium est. Ille siquidem adiutor & patronus eorum, qui iniqua perpetrare volunt esse videtur. Nam merus aliquis homo existens, & humanis obnoxius concupiscentiis, si deos despexerit, nec sibiipsi rectè viuendi legem aliquam præscripserit, is dũmodò, quamdiu vixerit, celare iniquitatem suam ab aliis possit, mortuum se nihil curaturum existimat. Haud enim fieri non potest vt is qui clàm iniquè agit, fidem quoque inter homines consequatur, tantùm latêre homines omnes possit. Nec verò per omnem vitam latêre necesse est, modò eorum vincere suspicionem possit, qui obseruare alia solent. Est igitur prouidentiæ abrogatio, magna quædam ad iniquitatem incitatio. Ille enim valdè bonus est, quisquis voluptatem bonum tanquam nobis præponens, & à diuina vltione immunitatem

A munitatem promittens, adhuc tamen viam se ad iniquitatem præcludere putant. Simile quid faciens me dico, qui viuenti adhuc, ægro, auxilium pollicetur: post mortē verò aliquas demum parare medicinas mortuo ad salutem conatur. Proximè inquam, huic accedit Peripateticus. Non enim sic voluptatis studium, quemadmodum diuinitatis, quod nos curet, incredulitas iniustitiam confirmat. Quid igitur dicit mihi aliquis, Aristotelem cum Epicuro eundem facis? Prorsus equidem, quātum ad propositum. Quam enim nos differentiam dabimus inter eos quorum hic quidem deos ex mundo prorsus excludit, nec vllam nobis cum diuinitate communionē relinquit? Ille vero etsi deos in mundo esse concedat, omnem tamen eorum curam & prouidentiam rebus humanis penitus subducit? Pariter enim vterque deorum erga homines negligentiam asserit: æqualē quoque vterque iniustè agētibus, à diuina vltione immunitatē promittit. Quòd B autem vtilitatis quiddā & nos ex iis quæ circa cœlū mouētur, capiamus: id certè commune maximè est brutis quoque & rebus inanimatis. Quin & Epicurus tale quoddam desuper auxilium hominibus definit. Ait quippe meliores superiorum corporū influxiones magnorum, iis quibus contingūt, bonorum causas existere. At nec hoc, nec illud prouidentiæ ascribere, rationi æquum est. Siquidem & iuxta Epicuri sententiam cessat prouidentia, quantumuis deos omnem adhibere curam pro bonorum propriorum cōseruatione concedat: & secundum Aristotelem finem habet prouidentia, licet quæ sub cœlo sunt, suo quæque ordine & ornatu singulari disposita dicat. Nos autem quærimus prouidentiam quæ omne superet æuum: quam certè non habetis, qui nec dæmonū, nec heroū, nec in vniuersum vllius sempiternas esse posse animas concedit. Illud tamē maiori Epicurus verecundia fecisse videtur. Vt enim negauit prorsus posse deos ad homi- C num descendere curas conuenientes cum ipsis, tanquam in peregrina quadam regione habitare eos finxit, & extra mundum eos alicubi collocauit: sic eorū cum hominibus consortium per longinquam illam disiunctionē, & rerum omnium, quam habent, communionem abrogans. Hic autem vir multo nobis præstans, naturæ quasi inuector vnicus, & diligens rerum diuinarum speculator ipsi deorum obtutui res humanas proponens, adhuc tamen neglectas eas, nec vlla deorū cura prouisas relinquit: naturæ quodā ordine nec diuina ratione cōditas eas atque dispositas esse affirmās. Vnde meritò sanè ipse quoque hanc reprehēsionem haud effugiet, quā in Epicurū aliqui instituerūt: quòd nō spōte nostra, sed propter hominum timorē locū diis in rerū vniuersitate, tanquā in theatro spectaculū, constituimus. Hāc autē esse viri sententiā indicio sunt: quoniā eorū erga nos potentiā & efficaciā planè sustulit. Hoc idē quoque Aristoteles facit. Nam soli visui resti- D tuēs ac cōmendans fidē nullam verò esse posse propter tantū interuallū, eorū in res illas efficaciam, mox vtiq; impulsus verecūdia, deos illic esse dicere videtur. Quū autē nihil extra mūdū relinquat, nec iis quæ in terris sunt, deos admittat: necesse ꝓfectò est, vt aut prorsus deos tollat, aut opinione tantū eos colat, alicubi eos esse, quod tamē nec ipse credit, dicēs: Hic igitur spreto meliorū sano iudicio, planè nullā fidē diis adhibet. Hæc Atticus contra Aristotelē, omnē euertentē de prouidentia sermonē. His autem quæ dicta iā sunt, idem ille subnectit contra eundē concedere nolentē cœpisse aliquando mundum.

Scholia in Cap. IIII.

ATticum Platonicum philosophum, Aristotelis & Platonis dissensione in doctrina de felicitate, summóque bono, differentem, in hoc quarto capite introducit Eusebius. Vt autem dem conciliari Platonis & Aristotelis sententias non posse, tamen negari non potest, Aristotelis de summo bono sen- E *tentiam Atticum hunc & alios æmulos & aduersarios Aristotelis, non esse assecutos. Sophisticum autem est, sententiam quum non intelligas, & quam tu alteri affingas, exagitare & conuellere. Hæc in Morali Aristotelis Philosophia, antagonistæ eius reprehendenda putauerunt.*

Aristotelis in Physica & Metaphysica doctrina, errores, in sequentibus exagitat & traducit, ac principio illud vitio vertit Aristoteli, quòd de diuina prouidentia (quam nō nisi ad lunam vsque porrigere vim suam putauisse dicitur) parum religiosè sentit? cùm Plato, Deū esse auctorē omnis boni, ordinis & ornatus in natura, & eundē sua τῇ προνοίᾳ vniuersa moderari, verè docuisset. Alterū accusationis Aristotelicæ caput est, quòd animarū spē de præsentis vitæ cū meliori cōmutatione, quam Plato probauerat, ipse reprobauisset. Tertiū caput accusationis est, quòd Aristotelica illa Prouidētiæ diuinæ negatio, magna fuit ad omnē iniquitatē incitatio, & Epicurismi assertio. Hinc Atticus nactus materiā destomachandi in principē Philosophorū, odiosa cū Epicuro cōparatione eum exagitat, velut ἄθεον, qui deos quidē in mundo esse non iret inficias, idē tamen postea negaret, cū prouidentiā ad eum modū restringeret.

Eiusdem aduersus eundem dißidentem à Moyse & Platone, in hoc quòd concedere non vult genitum eße mundum. Cap. V.

Gen. 1. & 2 Psal. 32. πρὸς τοῦ δηλωθέντος συγγραφέως. ἀέμ verbũ à dicto scriptore Attico videlicet è cuius libro superiora desumpserat.

QVum porrò dicat Moyses cœpisse aliquando mundum, & totius vniuersi factorem & conditorẽ Deũ cõstituat, atque Plato similia Moysi in philosophia sua doceat, contrariũ rursus hisce Aristoteles astruit, qui redarguitur à Delothente historico sic ad verbum scribente: Primùm equidem de mundi generatione speculationẽ instituẽs, nec non magnam illam atque perutilem de prouidentia doctrinã, omnes homines quærere debere existimãs, ac denique consulta ratione colligẽs, quòd nec factore nec curatore opus sit illi, quod esse nunquã cœpit, ne prouidẽtia mũdum priuaret, sustulit penitus illud, mundũ vnquam cœpisse. Postulamus autẽ nunc, ne impedimẽto nobis deinceps sit, Eiusdem omnes illos farinæ esse, quibus placet, etiam secundum Platonẽ nũquã cœpisse mundũ. Æquũ enim est, veniã nobis dari, si quæ Platoni visa sunt, credamus: de quib. videlicet Græcus ipse ad nos Græcos aperto & diserto ore locutus est. Deus enim inquit, assũpto omni eo quod sub aspectũ venisset, nec à motu quiesceret, sed illegitimè & sine ordine certo moueretur, ad ordinẽ ex cõfusione reduxit, hoc multo melius illo esse existimans. Præterea quòd nec in ænigmate, nec clãcularia aliqua ratione mũdi generationẽ cœptarit, multo magis declarãt illa quæ pater omniũ de hoc post vniuersi constitutionem loquitur. Quoniam enim, inquit, facti estis (ad deos autem hæc dicit) immortales non estis, nec per omnia incorruptibiles. At immunes à corruptione eritis, donec volũtatẽ meã feceritis. Sed quia, quẽadmodũ dixi, cum nostris nobis vtrinque sermo sit, qui & nostri amici sunt, amicè quoque & cum tranquillitate mãsuetis rationibus disceptare vtique cõueniet. Videtur enim Aristoteles quoq; præterire hos, qui opponere se reluctando dogmati non possunt: sed vt existimationẽ tamen sibi parẽt, quasi qui falsum admittere nolint, Platoni totum negotiũ cõmittunt. Quemadmodũ igitur nos quidem audiuimus, astruente, ceu verum Platone, mundũ omnium operum tanquã pulcherrimũ à præstantissimo opifice factum esse, nec non potentiam eam totius vniuersi factori tribuente, per quam mundum, quia antea nõ extitisset, fecerit: nimirum quẽ fecit, integrum quoque, si volet, in perpetuum seruabit. Nam concesso secundũ eum, quòd & factus sit mundus, & incorruptibilis sit, quis non Peripateticorum hæc quoque nobiscum confirmabit? Horũ autem præmonere concertatorẽ oportet, quòd videlicet nõ necesse omnino sit corrumpi aliquid, propterea quòd factũ est: neque rursus, si quid non corrũpitur, tanquam ingenitum id existimare oporteat. Non enim sola incorruptibilitatis causa putanda est, quæ ab ingenito pendet: neque quod genitum est, quo se ab interitu vindicet, auxilio semper carere concedendum est. Quomodo ergo ex Aristotelis libris auxiliũ aduersus hæc petemus? quum vir ille non leuiter, nec exercitij solùm gratia de his rebus sermonem instituerit, sed rectà Platoni se opponat, dicẽs: quòd quæ facta sint, ex necessitate rursus intereant: quod verò ad interitu sit immune, id permanentiæ suæ causam inde solũ petere, quòd esse quidẽ nunquã cœperit: haud sanè tanquã potẽtiam Deo relinquens, qua vsus boni aliquid fecerit. Quod enim iam antea non extitit, id inquit, non vtique generabitur. Tantùm quoque abest, vt per hæc defendi Platonis ratio possit, vt aliquos etiam Platonis studiosos terrens, iis dixerit: Absterruit à dogmate eos quòd intelligere non possent, quod secundum ipsarum rerum naturam, si quis sine Dei voluntate & potentia eam cõsideret: nec quod cœpit aliquando, incorruptibile sit: nec quod fieri nunquã potuit, generabile esse. Si verò quis optimam esse causam constituerit eam quæ ex Deo pendet, non oportet propterea hanc velut aliis deteriorem causam censere: Ridiculum etenim est ob id quid corrumpi, propter quod factum est: si autem Deus nolet non corrumpi, & ob quod quid generari non potest, idẽ vim ei contra corruptionem præstare: Dei autem voluntatem inferiorẽ, quàm vt eorum quæ facta sunt, à corruptione conseruare aliquid possit. Et architectus quidẽ extruẽdã domũ quæ antea nulla fuerat, sufficit. Et statuam aliquis quæ prius nusquam comparebat, vt sit, efficere potest: alius similiter nauim à se ex rudi materia fabrefactam, iis qui opus ea habent, exhibeat. Haud aliter omnes quotquot factiuas illas artes exercent potestatem eã habent, vt eorum quæ non sunt, efficiãt aliquid. Rex autẽ ille totius vniuersi, & artifex optimus, non tantã quãtam humanus aliquis architectus potestatem habet? An expers nobis erit omnis gerendi artis? Non, siquidem diuinas causas perpenderimus, sed ad faciendum etiam quæ volet pulcherrima satis potens est. Est etenim bonus. Bono autem circa quoquam

A quoquam impossibile nihil est. At conseruare & custodire ea quæ facta iam sunt, potens
non est? Nam alij artifices satisfacere vtrique horum possunt. Architectus enim & naupæ-
gus non solùm nouas extruere domus & naues, sed & vetustate iam attritis, & tantum
non corruptis succurrere quoque possunt, resarcientes videlicet partes ea quæ collapsæ
sunt. Multo magis ergo de Deo quoque id concedendum omnino erit. Qui enim po-
tens est ipsum totum & vniuersum facere, quomodo in parte aliqua fabricanda vires eius
deficiēt? Cæterùm de nouo quoque factum aliquid oportet, si quis totius eius opifex con-
seruare perenniter opus suum pulchrum velit. Velle enim quod effectum probè est, de-
struere, mali id nimirum est. Fortius autem ad rerum conditarum conseruationem, quàm
Dei voluntas, vinculum aliud non est. Non enim multa opera, gentes, & vrbes acceden-
tibus hominum studio & voluntate consistunt, quæ tanto antea tempore, dum nemo, qui
B vellet esset, infecta manserunt: quæ verò Dei sunt firmata sententia, quæque per ipsum &
ab ipso facta sunt, eáne præsente etiā opifice cessabunt, nec persistunt? quænam causa tan-
ta, quæ Dei impedire voluntatem possit? num aliqua quæ ex ipsis rebus conditis promanat
necessitas? At ea ipsa Dei testatur in rebus creandis & ornandis solertiam. Aut extra rerum
circulum aliqua causa apponit se Deo? nihil verò est, nec in iis quibus effectis & ornatis
elucet diuina maiestas, tam dignum quod impedire aliqua in re Deum possit: nisi prorsus
nosmetipsos decipiamus, de maxima & diuina potentia differentes. Sed prompti probé-
que premeditati, de veritate sermonem instituisse videmus. Patet igitur ex his quæ iam ad-
ducta à nobis sunt, quod de mundi creatione doctores veri haud extiterint illi, qui cœpisse
aliquando eum negant. Cæterùm de quinta quoque corporum essentia, quam induxit
Aristoteles, ponenda nobis hæc sunt.

Scholia in Caput V.

C *Etiam in eo lapsum esse Aristotelem, Atticus verè dicit, quod Mundum æternum esse putauit, & Platonem mundum conditum esse affirmantem, Sardinio risu excepit. Attici sententiam sacrosancta literæ passim probant, & à quo, quando & qua de causa amplissimū istud Cœli & terræ theatrum conditum sit commemorant. Gen.1.& 2. Psal.32. Ioan.1. Col.2. Ebr.1.*

Eiusdem contra eundem, quintam corporum essentiam astruentem: de qua neque Moses, neque Plato quicquam nouerunt. Caput VI.

QVantum igitur ad elementa quæ vocant, ex quibus omnia primum corpora conflata *De quinta essentia.*
sunt, Plato quidem euidentem quæ in ipsis cernitur rationem secutus, quemadmo-
dum & alij qui ante eum fuerunt, quatuor esse certò statuit: ignem videlicet & terram, aë-
rem & aquam, quibus inter se concretis ac commutatis, reliqua omnia generentur. Aristo-
D teles autem, sicut videtur, existimationē de se auctam fore sperans, si quod insuper corpus
hisce adiiceret, quin etiam essentiam quatuor illis quæ apparēt corporibus annumerauit:
splendidè adeò & magnificè natura vsus: non verò intelligens haud decere eum, qui re-
rum naturas scrutatur, leges velle præscribere, sed naturæ quæ sunt, considerare debet.
Contra demonstrationem itaque, qua quatuor esse primas corporum naturas Platonici
probant, non solùm nihil efficere poterit Peripateticus, sed & solus propemodum contra-
rius ei erit. Quum igitur dicamus nos, quòd omne corpus sit vel calidum, vel frigidum:
vel humidum, vel siccum: vel molle, vel durum: vel leue, vel graue: vel rarum, vel densum:
& inueniamus nullū aliud præter quatuor illa esse, quo horum aliquod participet. Si enim
calidum fuerit, erit aut ignis, aut aër: si frigidum, aut terra aut aqua. Rursus, si siccum fue-
rit, ignis vel terra: si humidum, aqua vel aër. Denique si molle quid fuerit, erit aër vel ignis:
E si durum, aqua vel terra. Postremò si leue & rarum, veluti ignis & aër: si graue & densum,
aqua & terra. Et aliis simplicibus potentiis omnibus intelligamus aliud præter hæc corpus
non esse: solus hic se nobis opponit, dicens, posse aliquod esse corpus horum omnium ex-
pers. Corpus autem quod neque sit graue, neque leue: neque molle, neque durum: neque
humidum, at nec siccum, tantum non dicens corpus non corpus. Nam nomen rei reliquit
potentias quibus tale corpus vel constet, vel natura generetur, penitus tollit. Aut igitur nos
quæ suadendo ipse dicit à Platonis auertens sententia, aut Platonis confirmans, à sua opi-
nione absterrebitur. Quare nihil quicquam contra Platonem vtilis est. Porrò Plato qui-
dem vult omnia corpora, quæ in vna aliqua simili materia cernuntur, concrescere, & com-
mutare inter se inuicem. Hic verò nullum ab alterius substantia affici, sed incorruptibile
vnumquodque & immutabile prorsus manere autumat. Ne videlicet contemnendæ

alicuius rei auctor esse videretur, non sanè quicquã excellẽter vel singulare dicẽs. Quæ verò à Platone sunt commutabilia animaduersa, ea pulchrè ad res dissentaneas transtulit: quemadmodum quidam qui postea secuti sunt statuarij. Hi enim seorsim laborantes, alius quidem statuæ caput, alius pectus, alius rursus cinctum, res sæpè inter se componẽtes haud equidem consentaneas, persuadent sibi quod aliquid fecerint singulare, & reuerà ipsum quidem totum, quod licet quis ceu incongruũ reprehendat, eorum est: vt quæ in ipso sunt concinna, & pulchrè se habent, horum ea non sunt. Sic quoque Aristoteles audita Platonis sententia, quòd sit aliqua substantia intellectiua per se incorporea, nullo penitus colore tincta, à motu nunquam quiescens, nec facta, nec corruptioni obnoxia, non mutabilis, nec à loco suo vnquam cedens, sed in eodem semper & similiter permanens: rursus autem de cœlestibus quoque audiens, corpora esse diuina, incorruptibilia, atque omnis passionis expertia: ex vtrisque composuit & conglutinauit res haudquaquam sibi inuicem conuenientes. Sumptis enim ab his quidem corpus esse, ab illis verò passionibus nullis obnoxium esse, corpus equidem cõposuit ἀπαθὲς. De statuis quidem, etsi totum quod ex partibus præstantibus constat, pulchrum non sit, fieri id non potest: quẽadmodum & Homerus idem docet:

Oculis (enim inquit) *& capite similis est Ioui fulmine gaudenti.*
Marti verò cincto, pectore at Neptuno.

Corpus autem passionum expers nullum sanè erit. Quod enim passioni ac mutationi obnoxio est coniunctum, id nimirum, natura sic postulante, necesse habet compati cum eo cui coniunctum fuerit. Si quod verò ἀπαθὲς est, id oportet disiunctum ac liberum à patiente sit, atque adeò materiæ quoque expers, à qua separatum incorporeum vtique fateri necesse erit. Plura sunt præter hæc in quibus à Platone diuersum quoque Aristoteles sentit, quæ adiicere huc libet.

ἀπαθὲς.

Scholia in cap. VI.

CVm præter quatuor Elementa ignem, aerem, aquam, & terram (ex quibus omne corpus constat, siue calidum illud sit, siue frigidum: siue durum, siue molle: siue graue, siue leue: siue rarum, siue densum: siue siccum sit, siue humidum) Aristoteles quintam essentiam, velut ἀπαθὲς *corpus confinxerit: reprehendendum ob id figmentum Platonici arbitrabantur, vt est videre in hac Attici philosophi Platonici disputatione, de quatuor primis corporum naturis, & quinta Aristotelis essentia.*

Eiusdem contra eundem, diuersum à Platone circa cœlestium quoque rerum speculationes sentientem, quæ non adeò curauit Moyses. Cap. VII.

SEquuntur hæc multa alia, circa quæ sententiis hi discrepant. Hic enim ait suam cœlestia corpora præcipuam formam, ab igne habere. Ille verò contrà haudquaquam cum igne cœlestia conuenire. Et rursus astruit hic Deum supra terræ orbem lumen incendere, vt in primis totum illustret cœlum: nimirum de sole id pronuncians. Ille verò, quippe ignẽ esse solem admittere nolens, lumen autem ignem esse purum, aut aliquid saltem ab igne profectum sciens, haud concedit lumen ab ipso incendi. Hic porrò æternitatem cœlestibus corporibus omnibus secundum species tribuens, decessiones quasdam eorum & accessiones iusta proportione fieri affirmat. Putant autem eum hæc velle dicere, decessiones quidem radiorum solarium, necnon caloris secundum defluxionem eius factam diminutionem: accessiones verò, quæ est æqualis magnitudinis eius apparitio. Non enim æqualia semper parere ea voluit. Aristoteles autem omnino ea in eadem semper substantia persistere vult, ita vt nec quicquam eis vel decedat, vel accedat. Præterea hic quidem præter communem astrorum motum quo in sphæris contentæ omnes mouentur stellæ tam fixæ quàm erraticæ, alium insuper motum ipsis tribuit: qui aliâs quoque pulcherrimus esse, & corporum ipsarum naturæ maximè conueniens dicitur. Quum enim sphæricæ illæ sint figuræ, vero consentaneum prorsus est, sphærico quoque motu vnamquamque earum circumuolutam agitari. Ille autem vel hoc quoque motu eas priuare non dubitat, quo velut animatæ mouentur: solùm autem eum eis relinquit, quem ab iis quibus continentur, tanquam anima carentes sortiũtur. Dicit insuper imaginationem illam, quæ nobis circa stellas, quasi moueãtur, esse solet, vacillantis nostri ac titubantis visus passionem quandã esse, ipsam autem veritatem non esse: quasi Plato per hanc solùm imaginationem fidem huic motui astruxerit: nec rationem subiecerit aliam, quę necesse fore doceret, vnamquamque earum vita præditam, & animam habentem, nec non corpoream proprio mouere motu.

Motus astrorum.

Omne

A Omne quippe corpus cui aliũde motus accedit, anima caret. Quod verò propria quadam natura ac vi insita mouetur, animam habere id censendũ est: Stella autem mobilis, quippe quæ diuina est, præstantissimo meritò mouetur motu. At præstantissimus habetur is qui in orbem fit. Hoc ergo ipsam moueri constat. Quod igitur ratione prius constabat, id etenim sensus quoque postea testatur. Ipse verò sensus per se fidem huic motui non facit. Quantũ porrò ad vniuersi totius motũ, quod non in orbem fiat, victus ille rationis euidentia, quòd contradiceret Platoni, non habuit. Plato enim quum quatuor sint corpora, quæ sua natura omnia recto ac simplici mouentur motu, & ignis quidẽ extra alia omnia, terra verò in medio reliqua inter hæc duo: circularem motum ipsi animæ tribuit. Hic verò sicut alij corporialium motum, ita circularem veluti corporeum quendam quinto corpori attribuit, seipsum prorsus decipiens. Nam iis quæ recto mouentur motu, motus eius principium præ- *Motus vniuersi.* *Redarguit Aristotelẽ Atticus.*
B stant nunc grauitates, nunc verò leuitates. Ac quintum corpus nec grauitate nec leuitate participat, sed magis immobilitate. Quinimo nec circularis motus causam in se habet. Siquidem iis quæ recto mouentur motu, non figura motus causam præstat, quippe in libripende, corpus simile iuxta simile positũ non causam habebit inclinationis, siue ad dextram se inclinet solem versus oriẽtem, siue ad sinistrã, siue antè, siue retrò. Præterea aliis quidem corporibus delatis ex propriis suis locis, motus argumẽto est eorum in eadem loca reditus. Quintum verò corpus illud quum ex loco suo nunquam cedat, quiescere nimirum id necesse est. Cæterùm quod ad reliqua corpora, sublato iam quinto illo, contentioni solùm studere videtur, eo quòd non eadem cum Platone dicat. Quum enim quæsiuisset Plato, an sit corpus aliquod natura sua vel graue vel leue: & quoniã hæc secundum habitudinem quæ est sursum ac deorsum dici videntur, considerasset probè an aliquod sit sursum vel
C deorsum natura, an non, nec non euidẽti demonstrasset ratione, quod secundum proprias corporum naturas quibus ad loca feruntur, illud deorsum vnicuique dicatur ad quod fertur: sursum contrà singulis id à quo cedunt, ac eundem denique habitum vtrique tam ei quod graue, quàm quod leue tribuisset, ad hæc demonstrasset quòd nec medium, nec circulare, sursum vel deorsum rectè dicatur. Hic se ei opponit, omnes eius veluti absurdas rationes reiiciendas esse existimans. Et quod per medium fertur, graue esse cẽsendum: quod verò in orbem, leue docet: præterea locum qui est in medio, deorsum: qui autem circumcirca, sursum dici ait. De mundo igitur, ex quibus is constet, & iis quæ in cœlo videntur, tantũ illi inter se dissident. Et hæc quidem illi. Moyses verò & Hebræorũ libri nõ multum hæc curauere: nec immeritò, vt quæ parum ad vitæ emendationẽ conducere ipsi visa sunt.

Scholia in Caput VII.

D *De Astrorum materia, vsu, motu, quantitate, de Motu vniuersi, & quintæ essentiæ, déque motu recto & Sphærico, Aristotelem à Platonis sententia discedentẽ, Atticus reprehendit & refutat. Confutationem autem Aristotelicarũ opinionum, auctoritate Mosis & Prophetarum, confirmat Eusebius. Eiusdem contra eundem, circa animæ quoque immortalitatem à Platone, nec non Hebræis dissidentem.* Caput VIII.

QVin de anima quoque aliquid dicamus. Manifestum etenim est, non solùm philosophiæ studiosis, sed & ipsis propemodum idiotis, quòd immortalitatem Plato animæ tribuat, nec nõ multos super ea re sermones reliquerit, quibus firmiter & omnino probat, quòd immortalis sit anima. Magna verò his, qui à Platonis schola edocti fuerunt æmulatio fuit, quo Platonem & dogmata eius defenderent. In hoc enim tota fermè viri huius secta fundata fuit. Nam & mortalium illud constitutionum opus ex animæ immortalitate
E secutum est: hic inquam virtutis splendor atque præstantia, propter animæ diuinam naturam quæ seruari potis est: & omnia naturæ opera secundum animæ dispositionem disponi pulchrè & gubernari rectè possunt. Anima enim omnis, inquit, omne carens anima curat: hæc totum voluit cœlum aliter & aliter secũdum species facta. Quin denique ipsam quoque scientiam ac sapientiam Plato animæ immortalitati acceptam refert. Omnes etenim disciplinæ quædam sunt quasi reminiscẽtiæ: nec aliter seruari posse putat vel quæstionem, vel disciplinam, ex quibus scientia cõstituitur. Si autem anima non fuerit immortalis, nec reminiscentia erit: qua sublata, nec disciplina amplius erit. Quum igitur omnes Platonis doctrinæ magno iudicio constitutæ, ab animæ diuinitate & immortalitate dependeant, totam oportet Platonis Philosophiam is subuertat, qui concedere id nolit. Quis igitur primus ille demonstrationibus suis opponere huic audebit? Quis inquam alter ille fuerit Aristoteles? Ex aliis enim hi quidem permanere animam cõcedunt: illi verò, etsi hoc minimè

concedant,potentiam tamen quæ in corpore eſt,& motum,nec non operationes,& actiones ipſi animæ attribuunt. Hic autem quamtumuis magnis Plato præconiis animæ opi celebrarit:nunc generationis principiũ,nunc Dei diſciplinam, nunc verò rerum omnium baſim ac fundamentum eam appellans: contendere adhuc non dubitauit, quòd corpus ſubuertat, ac perimat animam: tantum non dicat, nihil prorſus eſſe animam. Non enim ſpiritum eſſe, non ignem, non corpus vllum,ſed nec veluti incorporeum quiddam peri & ſubſiſtere,& moueri. At nec,quatenus corpori ſubiacet,immobile,&,vt ita loquar,inanimatum quiddam. Quomodo hic dicere hoc auſus eſt,aut ad tantam proceſſit veſaniam, vt primarios quoque ab anima auferret motus? veluti ſunt,conſultare, intelligere,ſperare, meminiſſe, & ratiocinari? Nam non ſunt hæ animæ motiones, inquit ille naturæ ſcriba, non enim,ait,anima,ſed homo eſt qui vnumquodque horum operatur:anima verò immobilis eſt. Si hoc ſequitur iuſtitiæ ille princeps, adeóque ad ſpeculandum ſufficiens, totam iam animæ ſubſtantiam è medio penitus ſuſtulit. Quod enim inuiſibile quiddam anima ſit, & noſtrum effugiat aſpectum, manifeſtum eſt, vt ſit non contendere mediante ſensu animam eſſe, ſed ipſius latentis motiones cogere nos videntur, vt eſſe aliquid animam fateamur. Omnis quippe ſentire videtur animæ hæc opera eſſe, nempe conſultare ac ſpeculari, & quodammodo intelligere. Quoniam enim videmus corpus & potentias eius, nec non eiuſmodi potentias non corporis eſſe animaduertimus, conſtituimus equidem aliud quiddam in nobis eſſe conſultans, at illud ipſum animam eſſe dicimus. Vndénam aliàs de anima quicquam crediderimus? Si quis igitur,ea quibus maximè anima eſſe apparet auferens alij alicui rei attribuat,nec certè vnde eſſe animam conſtare poſſit, relinquit, nec vllus animæ eſſe vſus videbitur. Eſt ne igitur aliquod auxilium animæ immortalitatem aſtruenti, plus quàm animam necanti? nunquid ſanior eſt doctrina de motu, quo per ſe moueri ipſam dicimus,quàm eorum qui planè nullum ei motum tribuant? equidem. Verùm quod ad mentis immortalitatem,dicit aliquis,cum Platone conuenit. Etſi enim non omnẽ animam immortalem eſſe dicat, mẽtem certè diuinam & incorruptibilem fatetur. Quid igitur ſecundum ſubſtãtiam & naturam ſuam mens ſit,aut vnde ſit, quóve hominibus indita ſit,vel quò denique exiens ab homine euaneſcat,ipſe nimirũ ſcit:ſiquidẽ,quemadmodum de mente loquitur,ſic quoque ſentiat,& rei huius perplexitatẽ non obſcuriore ſermone confundens,reprehenſionem fugiat,ſepiarũ more extra tenebras locum ſibi,quo difficulter capi poſſit,eligẽs.At in hoc quoque omnino à Platone diſcrepat.Hic enim mentem ait ſine anima conſiſtere non poſſe. Ille verò mentem ab anima quoque ſeparat. Præterea hic quidem menti immortalitatẽ ſimul cum anima coniunctæ tribuit, ac ſi fieri aliàs non poſſit. At ille ſoli huic ab anima etiam ſeiunctæ contingere affirmat:nec animã ex corpore migrare; eo quòd Platoni placuiſſet, ceu verum admittere noluit: mentem verò ab anima decidere ad credendum quaſi compulit, quoniã vt impoſſibile id Plato iudicaſſet. Et hæc quidem hactenus Atticus.Hîc nunc ſubiungam Plotini hæc,quæ ſic habent.

Scholia in Cap. VIII.

E*Iuſdem Attici verbis Ariſtotelem Euſebius reprehendit,quòd æmulatione Platonis potius incitatus,quàm ratione aliqua ductus,animæ immortalitatem in dubium vocare auſus eſt.*

Plotini ex ſecundo de animæ immortalitate libro contra Ariſtotelem, qui entelechiam eſſe eam affirmat. Cap. IX.

HIc mihi entelechiam quis conſideret,quomodo de anima iis dicatur, qui animã aiunt ſe in compoſito vt ſpeciem habere quemadmodum ad materiam corpus animatum, non autem omnis corporis ſpecies,neque quatenus corpus,ſed phyſici, organici, potentia vitam habentis. Si igitur,cui comparata eſt,ſimiliter ſe habet,vt ad æs forma ſtatuæ, & diuiſo corpore ipſam quoque in partes vnà ſecari animam: & reciſa aliqua à corporis parte, cum abſciſſa particula,animæ quoque partem eſſe,nec in ſomnis ſeceſſum eius fieri:ſiquidem innatam ei,cuius eſt,eſſe entelechiam oportet:imò quòd verũ eſt,ſomnum nunquam accidere.Entelechia quippe exiſtẽte non aduerſa rationi per concupiſcentiam, ſed vnum atque idem omnino pati ipſum totũ,nec diſſidere ſecum ipſum. Senſus autem ſolùm fortaſſe poſſibile eſt fieri,at intellectus impoſſibile. Vnde quoque ipſi aliam animam, mẽtem videlicet introducunt,quam immortalem ſtatuunt.Rationalem igitur animã aliter quàm hoc pacto entelechiam eſſe neceſſe eſt,ſi nomine hoc vti oportet. Non autem ſenſitiua,ſiquidem & ipſa rebus ſenſibilibus iam amotis,typos ipſos retinet,cum corpore ſanè non habitura.Si autem non,ſic inerũt quemadmodum formæ & imagines.Sed impoſſibile aliter

ſuſcipere,

A suscipere, si sic insint. Non igitur inseparabilis entelechia est. Præterea nec concupiscentia, non dico cibi vel potus, sed aliarum quàm ea quæ corporis sunt, rerum, non ea inseparabilis entelechia est. Cæterum si vegetabilis fuerit natura, cõtrouerti fortasse poterit, num eo pacto inseparabilis entelechia sit. At nec eam sic se habere apparet. Si enim omnis plantæ principium circa radicem est, & alio sæpe crescente circa radicem, & imo plantarum loco corpore, anima nimirum relinquens cæteras partes, in vnum saltem quoddam constringitur. Non igitur quæ in toto, céu inseparabilis, entelechia est. Prius enim augeri parua ex mole plantam videmus. Si igitur ad paruam ex maiori redigitur planta, & rursus ex paruo principio ad ipsum totum, quid quæso prohibet omnino separari eam. Cæterũ, quomodo quæ impartibilis est entelechia, partibilis corporis partibilis fiet, quæ eadẽ anima aliud ex alio animali fit? quomodo enim quæ prioris est, posterioris fit, si vnius tantum entelechia
B sit? Apparet autem hoc ex illa animalium in alia trãsmutatione. Non sanè quòd species alicuius sit, esse habet, sed est essentia, quæ esse suum non ab eo quod in corpore collocata sit accipit, sed prius, antequam hoc gigneretur, extitit: quemadmodum animalis non corpus generabit animam. Quæ igitur essentia eius est, si neque corpus est, neque corporis aliqua passio? actióne & factio, siue alia aliqua, quæ multa tam in ea quã ex ea, essentia præter corpora existit, est? aut constátne ipsam, quemadmodum diximus, verè essentiam esse? Omne quippe corporeum quod & generatur, & corrumpitur, generatio quidem, essentia verò nõ dicitur, quum ens verè minimè sit: entis tamen firmitudinem assumet, quatenus cum eo participet. Posteaquàm verò quæ à Plotino tradita sunt exposuimus, absurdum haud erit intelligere ea quoque quæ à Porphyrio ad Boëthum de anima dicuntur.

Scholia in Cap. IX.

C *ARistoteles in secundo de Anima libro, affirmat animam esse ἐντελέχειαν corporis Physici organici & id quo viuimus, sentimus, mouemur & intelligimus primum. Hanc definitionem Plotinus arrepta occasione ex vocabulo τῆς ἐντελεχείας, conuellere conatur. Quibus autem argumentis, oppugnet Aristotelem rectè sentientem, non libet pluribus indicari. In eandem sententiam Porphyrius quoque disputat in sequenti capite.*

Porphyrij de eodem, ex iis quæ ad Boethum de anima scripsit. Cap. X.

DIcendum est cõtra eum qui entelechiã animam esse ait, & prorsus immobilem ipsam moueri asserit: vndénam istæ sint animalis impulsiones, quod nec quæ videt, nec quæ loquitur intelligit: quum verò anima futurum quoque nec solum præsens cernat, & circa id moueatur. Vnde autem hæc præter animalis constitutionem, animalis veluti animæ consilia, speculationes ac voluntates: quæ animæ, non certè corporis inclinationes sunt.
D Hisce consequenter subiungit: Velle autem animam grauitate efformare, nec non vnius formæ & immobilibus corporeis quibusdã qualitatibus eam exprimere, hominis est animæ dignitatem prorsus subuertentis, nec perspicientis animalis corpus animæ præsentia animale factum esse, quemadmodum ignis præsentia apposita aqua sua natura frigida calescit: & orto sole aër, qui sine huius relucentia obscurus per se est, clarescit. At aquæ calor, qui ignis antea calor fuerat, non ignis est: nec aëra illa lux solis lumen est. Similiter quoque hæc corporis animatio, quæ grauitati, & corpori adhærenti qualitati assimilatur, anima illa est quæ in corpore disposita est, per quam corpus animalis cuiusdam spiritus particeps fit. Deinde post alia quædam subiungit: Reliqua igitur quæ alij de hac dixerunt, sine pudore magno proferre non possumus. Quomodo etenim non turpis sermo ille videatur, qui animam entelechiam corporis physici organici esse ait? Quomodo autem hic non tur-
E pitudinis plenus sit, qui spiritum ipsam quodammodo habere affirmat, vel ignem intellectiuum, refrigeratione ac veluti aëris afflatu incensum ac corroboratum? præterea qui atomorum collectum aceruum eam ponit, aut prorsus à corpore remotam generari ipsam censet? Quem sanè sermonem in legibus impiorum impium esse pronunciauit. Omnes igitur hi turpitudinis pleni sunt sermones. Si quis verò substantiam eam esse dicat per se mobilem, haud equidem, ait, turpiter se dabit.

Contra eundem à Platone quoque discrepantem circa vniuersalis animæ rationem. Ex iisdem. Caput XI.

QVum porrò dicat Plato, omnia animam exornare peruadentem omnia & hanc illam esse, à qua, quod & alij concedunt, res singulæ disponantur: nec præter animam naturam quicquam aliud esse, & sanè animam haud irrationalem: ex quibus deinde colligendo inducit, quòd omnia ex prouidentia fiant, si quidem secundum naturam. In nullo

horum nobiscum Aristoteles sentit. Negat enim naturam esse animam, & ab vna omnia, quæ circa terram sunt, natura disponi: esse enim rebus singulis alias & alias causas tribuendas. Nam cœlestibus quæ semper in eodem & similiter se habent, Fatum vt causam eorū ascribit: iis verò quæ lunam infra habentur, naturam: rebus denique humanis prudentiam ac prouidentiam, animámque causas ponit. Ipsam quidem rerum venustatem eiusmodi diuisionibus nobis exhibens, at necessitatem non perspiciens. Nisi enim vna fuerit animata potentia quæ peruadat omnia, colligat atque contineat, haud equidem rerum illa vniuersitas habere se vel rectè, vel pulchrè poterit. Eiusdem namque cæcitatis est, sperare pulchrè ac probè constitui posse absque societate ciuitatem: & vniuersum illud rerum conseruari in pulchro & integro suo statu posse putare, nisi vnius alicuius similis communione inter se coniungantur, ac connectantur. Qualem quidem rem esse ait quæ singula disponat, ac veluti motus esse principium. Illud autem animā esse confiteri non vult: etsi Plato ipse demōstrarit, quod rebus mobilibus omnibus principium ac fons veluti motus anima sit. Et hic quidem, quod animæ est rationalis ac prudentis nihil videlicet temerè vel frustra facere, id naturæ opus imponit: animæ verò nomen ipsi non tribuit: quasi ex nominibus, non autem potentiis rès ortum suum habeant.

Deus et natura nihil faciunt frustra.

Scholia in Cap. XI.

PLatonis illud quoque in Philosophia Aristoteli displicuit, quod cœlestibus fatum: iis quæ infra lunæ Sphæram sunt, naturam: rebus humanis, prudentiam & animam velut causas adscripsit. Quàm verè id de Aristotele dicant Antagonistæ eius philosophis Aristotelicis discutiendum & diiudicandum relinquo.

Contra eundem Platonis Ideas ridentem, quas tamen haud ignorasse se Hebræorum quoque iam antea libri testati sunt ex Attico. Cap. XII.

QVod caput & cardo veluti est Platonicæ sectæ, illa videlicet de intellectiuis substantiis traditio, mirum est quantum apud Aristotelem non solùm contempta, sed etiam nullis non conuitiis explosa sit. Quum enim intelligere non posset, quod quæ magna diuina & excellentia in rerum ordine sunt, simili aliqua potentia ad sui cognitionem indigeant: sed suæ tantū tenui ac exiguæ eruditioni credens, qua perlustrare se res super terram omnes, & veritatem earum perspicere posse sperabat (qua tamē turpiter spe frustratus est) nec non seipso tanquam canone & iudice rerum captum eius longè superantium vsus, negauit prorsus quasdam esse proprias naturas, quales esse Plato affirmauit: sed deliria, aniléisque fabulas ac nugas, hæc quæ summa atque præcipua in rerum natura sunt, appellare ausus est. Principium igitur & finis eorum, quæ Plato per philosophiam tradidit, in hoc cernitur, quod de intellectiua illa & sempiterna idearum substantia habetur. Hinc enim maximus animæ labor & certamen dependet. Nam qui huius fit particeps, & eam consequitur, fœlix is per omnia est, qui verò contra relictus ab hac, nec spectator eius fieri potis est, expers is omnis fœlicitatis manet. Ob quam sanè rem Plato summo contendit studio, vt harum demonstret ac corroboret naturarum præstantiam. Non enim rerum vllarum causas reddi commodè posse ait, nisi harum participatione: nec veri vllius cognitionem contingere, nisi ad hæc relatione: imò ne rationis quidem participes esse, nisi harum substantiam confiteantur. Hinc quoque illi qui eadem quæ Plato statuit approbarunt, præcipuum cōtentionum suarum studium in hoc necessariò omnino intendunt. Nam nisi quis primas illas atque præcipuas naturas istis pro Platone defendendo cōcesserit, omne simul Platonicum subuertitur. Hæc enim sunt illa quibus omnes alios longè superat. Ipse namque quum intellexisset, Deum esse rerum omnium patrem & opificem, Dominum ac gubernatorem: nec non ex rebus ipsis cognouisset prius artificem mente concipere & intelligere, id quod facturus est, deinde verò quam apud se constituit rebus similitudinem inducere. Et hoc illud est quod dici solet, Dei conceptiones rebus ipsis seniores esse: vt quæ sint eorum quæ fiunt exemplaria incorporea, intellectiua, in eodem semper & similiter se habentia: & in primis quidem, quum ante omnia existunt, rebus aliis omnibus auctores & causæ sint, quo singula secundum eam fiant similitudinem. Hæc Plato videns haud esse intellectu facilia, nec claro satis sermone explicari posse, ipse quantum quidem dicere pro his atque sentire, componeréque licebat, quo qui secuturi essent, ipsum imitarentur tractato hoc negotio, ad quod veluti scopum totam quoque suam direxit philosophiam. Præter alia, inquit, harum substantiarum intellectum eam esse & sapientiam & scientiam, per quam finis ille humanus, & vita beatissima contingat. Hactenus Atticus. Licebat quidem

A quidem plura his addere ex viri huius scriptis. Sed his hactenus expositis contenti, ad Stoicorum sectam transeamus. Socratis itaque auditor fuit Antisthenes Heracleoticus quidam vir, qui tristitiam gaudio meliorem asserebat. Vnde suis quoque suadebat amicis, ne voluptatis gratia vel digitum tollerent. Huius auditor fuit Diogenes Cynicus, qui & ipse pecudum magis vitam instituens, multos suæ opinioni adduxit. Hunc Crates secutus est, Cratetem verò Zenon Citticus, qui Stoicæ sectæ philosophorum princeps fuit constitutus. Zenonem hunc excepit Cleanthes, Cleanthem verò Chrysippus, tunc postea Zenon alius, & reliqui qui hunc ex ordine sequuti sunt. Dicunt hi omnes magni semper vitæ austeritatem fecisse, & dialecticæ imprimis operam dedisse. Huius itaque sectæ dogmata sic quodammodo se habent.

Scholia in Cap. XII.

B *ATticum scurriliter Aristotelem insectantem, propterea quòd hic de Idæis non eadem cum Platone sensit, introducit Eusebius, & postea omissis Platonicis, ad Stoicos digreditur, eorúmque certamina describit, vt διαφωνίαν Ethnicæ philosophiæ traducat.*

De Stoicorum philosophia. Qualem Zeno de principiis rationem tradat: ex septimo de philosophia Aristoclis. Cap. XIII.

ELementum eorum quæ sunt ignem, esse dicunt. In qua sententia Heraclitus est. Huius verò principia esse materiam & Deum, quemadmodum Plato. At illi ambo corpora esse aiunt, nempe & agens & patiens: quum hic dicat primam causam, quæ videlicet agit, incorpoream esse: præterea mundum hunc vniuersum statutis quibusdam & à Fato præscriptis temporibus exuri, postea verò suo nitori restitui. Et primum quidem cedere, ac si semen quoddam sit rerum omnium, rationes continens & causas eorum, quæ & facta sunt
C & fiunt, & futura sunt. Hanc vero horum cohærentiam & consequentiam esse eorum quæ sunt & fatum, & sciẽtiam, & veritatem, & legem quandam sempiternam ac ineuitabilem. Atque propterea quæ in mundo cernuntur disponi omnia quàm rectissimè, tanquam in republica aliqua optimis legibus constituta.

Qualem Stoici de Deo ac vniuersi totius constitutione opinionem inducant. Ex epitome Arij Didymi. Cap. XIIII.

TOtum mundum vnà cum partibus eius Deum appellant, atque hunc vnum solum esse aiunt, & circũscriptum, & viuum, & sempiternum, & Deum. In illo enim contineri corpora omnia, nec vacuum esse in eo quicquam. Quod enim ex tota emergit substantia, quod inquam se secundum eiusmodi dispositionem ordinationémque habet, quale id
D appellari. Quapropter iuxta priorem quidem traditionem sempiternum esse mundum aiunt: secundum verò ordinatam dispositionem, generabilem eum atque mutabilem, per infinitos circuitus tam præteritos quàm futuros. Et ipsum quidem ex tota substantia quale, mundum esse sempiternum atque Deum. Dici autem mũdum, illam ex cælo, aëre, terra & mari, nec non aliis quæ in his continentur naturis constructionem. Dici quoque mundum, deorum hominúmque atque eorum quæ horum causa facta sunt, habitationem. Quemadmodum enim ciuitas bifariam dicitur, vno modo quatenus est habitatio, altero, ciuium cohabitantium collectio: sic mundus quoque veluti Ciuitas quædam ex Deorum hominúmque collectione cõstans: deorum quidem, penes quos imperium sit: hominum verò, tanquam subditorum. Conuenire autem eos inter se ratione, quam veluti naturæ legem communem habent. Et horum gratia reliqua omnia esse condita. Ex quibus sequi putandum est, Deum, vt qui cũcta gubernet atque disponat, prouidere homini-
E bus: Deum inquam beneficum, optimum, humani generis fautorem atque iustum existentem, nec non omnes in se virtutes habentem. Hinc quoque ζῶς mundus dicitur, quod nobis vitæ causa sit. Quatenus verò, quemadmodum dictum est antea, omnia ab æterno disponit, Fatum appellari: Parcam autem, quòd iudicium eius prætersugere nemo possit: Prouidentiam denique, quòd ad vtilitatem cuncta administret. Cleanthi verò solem esse mundo præfectum placuit: eo quod astrorum sit omnium maximum & plurimum ad rerum omnium constitutionem cõducat, vt qui diem & annum, nec non alia tempora, conficiat. Aliis aut quibusdam huius sectæ terram dominium in mundo tenere visum est. At Chrysippus æthera purissimum ac simplicissimum, vt qui motu esset citissimo, atque totam circundet mundi machinam, imperio præfecit. Hæc quidem ex Arij Didymi epitome posita nobis sint. Contra Stoicorum autem de Deo opinionem, hæc Porphyrij verba

ascripsisse sufficiat, quæ aduersus Boethum de anima sic sese habent.

Scholia in Cap. XIII. XIIII. A

Stoicorum de Principiis, de Deo & mundo ac huius constitutione, opiniones, & inextricabiles labyrinthos disputationum Stoicarum, teste Ario Didymo vsus, paucis exponit Eusebius. In sequentibus verò capitibus τὰ κεφάλαια philosophiæ & philologiæ Ethnicæ proponit vsque ad finem libri vltimi. Habent veteris philosophiæ candidati in hoc libro congeriem opinionum de quibus Principes in vniuersa Philosophia viri, olim viua voce & dentata charta inter se egerunt. Hoc loco finem scholijs, in libros de præparatione Euangelica, imponere libet.

Porphyrij aduersus Stoicorum de Deo opinionem. Ex his quæ ad Boethum de anima. Cap. XV.

Deum ignem intellectiuum dicentes, non verentur sempiternum eum relinquere, atque corrumpere eum omnia depascique dicere, quasi talis esset ignis, qualis qui penes nos est, esse videmus: nec contradicere Aristoteli eos pudet petenti, æthera ex tali igne dici. At illi respondentes, eiusmodi quodammodo permanet ignis, non alium ignem esse dicunt, sed talem eum dicentes, fidem sibi habendam esse putant, quum tamen, quæ hic coniungunt, omnem fidei rationem euertant, quòd videlicet sempiternum esse ignem ex parte, & ætherium illum nunc extingui, nunc accendi rursus ponunt. Sed quidnam addendum insuper quis censet, quòd hominum horum circa hæc cæcitatem, atque veterum inertiam stultitiámque prodere magis possit? B

Quòd ens non sit corpus secundum Stoicos. Ex primo de bono Numenij. Cap. XVI.

Sed quidnam est ens? nunquid quatuor hæc elementa sunt, terra & ignis, ac reliquæ duæ inter hæc mediæ naturæ? Hæc igitur entia sunt tam coniuncta inter se quàm separata? C Quomodo autem hæc quæ & generari, & corrumpi rursus possunt? Videre etenim est hæc ex se inuicem generari, & corrumpi, nec elementa simplicia esse, nec ex his connectiones. Ens igitur, quum hæc ita se habent, corpus non erit, at quum hæc non, materia ens esse potest? Vt hæc certè sit, multò minùs fieri potest, propter infirmam resistendi corruptioni naturam. Fluuius etenim materia est fluida, celeriter præterlabens, latitudo atque profunditas, longitudóque infinita & immobilis. Post pauca deinde subiungit. Rectè igitur sermo se ille habet, qui dixit: Si inscrutabilis sit materia, infinitam eam esse oportere: si infinita, irrationabilem: si irrationabilis, cognosci non posse: si verò cognosci non potest, ipsam malè dispositam esse necesse est. Quæ enim ordine suo probè constant, cognitu vtique prorsus facilia sunt: quæ verò disposita ordine non sunt, persistere ea nequeunt. Quod autem persistere nequit, ens id certè non fuerit. Hoc sanè illud est, quod iam antea apud nosmetipsos confessi sumus, absurdum videlicet esse hæc cum ente coniungi. Placeret hoc vtinam omnibus: sin minus, at mihi. Non igitur dico vel materiam, vel corpora ens esse. D Quid ergo aliud? Si quid præter hæc aliud in rerũ natura est, dicere id esse, alienũ certè nõ fuerit. An verò tale quid sit, primum quidem in nobis ipsis, instituto de eo colloquio, experiamur. Quoniam autem corpora sunt velut occisa & mortua languidáque, nec in suo statu permanentia, nunquid quod contineat ipsa &, conseruet, opus aliquod habent? permaximè. Si verò tale quid eis non contingat, num permanere poterunt? Nihilominus. Quid igitur, quod conseruat ea, illud est? Si fuerit & ipsum corpus, per Iouem videtur mihi oportere idipsum quoque corruptioni ac dissolutioni obnoxium esse. Siquidem ergo abesse procul à corporum passionibus id oportet, quo & illis ægrè affectis, minuere calamitatem possit, & ea contineat, mihi profectò haud aliud quicquam esse videtur, nisi solùm illud incorporeum. Hæc enim inter naturas omnes vel sola persistit, & reliquarum veluti vinculum, nec à corporis mole procul remota. Nec igitur generatur, nec augetur nec vllo alio motu mouetur. Ac propterea quidem iustum & æquum videtur, hunc incorporeæ naturæ honorem tribuere. E

Quid Stoici de vniuersi exustione sentiant. Cap. XVII.

Placet huius sectæ antiquissimis, in aerem omnia conuerti per maximos quosdam circuitus, & in ignem postea æthereum resolui omnia. Deinde de vero inducit. Ex his autem manifestum fit, quòd Chrysippus, non rerum hanc confusionem pro essentia acceperit: fieri enim id non potest: sed quæ pro mutatione hac dicta est. Non enim pro hac mundi per maximos circuitus facta corruptione propriè sumunt corruptionem, qui in ignem

A ignem omnium resolutionem, quam exustionem vocant, docent: sed corruptionis vocabulum pro hac, quæ secundum naturam fit, mutatione vsurpant. Placet enim Stoicis philosophis, in ignem vniuersam essentiam tanquam in semen suum commutari, ex quo rursus vniuersi constitutio, qualis antea fuerat, absoluatur. Hoc sanè dogma sectæ huius vetustissimi astruxerunt: Zenon videlicet & Cleanthes, nec non Chrysippus. Nam huius discipulum & scholæ successorem Zenonem prohibuisse hanc de vniuersi exustione doctrinam perhibent.

Quid Stoici de vniuersi regeneratione sentiant.
Cap. XVIII.

IN tantum progressa communis ratio, & communis natura maior ac plenior reddita † omnia, & in seipsam recipit † fit, ad pristinam reuersa B formam, atque restaurationem, illam quæ maximum annum conficit: in quo ex seipsa sola in seipsam rursus fit restitutio. Reuertens autem ordine, eundem nimirum, quod rationi consentaneum est progrediendi per circuitus tales, qui ab æterno indesinenter fiunt, modũ tenet, qualem quum disponi primùm atque perfici cœpit. Neque enim principij causam vel omnibus, si liceat sic dicere, fieri, neque perficientis ea. Nam & essentiam ijs quæ fiunt subsistere oportet, quæ natura sua ad suscipiẽdum eiusmodi omnes mutationes apta sit, & illud ipsum quod ex ea est, operaturum. Qualis enim in nobis natura quædam est operans, tale quoque necesse est in mundo esse ingenerabile quiddam. Generationis enim principium non sic dicendo, sub ipsa esse natura. Quemadmodum verò ipsa nec generari nec corrumpi potest, non inquam vel ipsa à seipsa, vel alio quoquam extrà accedente corrumpi potest.

C *Quid Stoici sentiant de Anima. Cap.* XIX.

SEmen quod homo effundit, ait Zenon esse spiritum cum humido coniunctum, animæ partem & auulsionem, adeóque seminis parentalis vtrinque commixtionem, animæ partem coitum vocat. Illud enim eandem cum toto rationem habens, quando in matricem dimittitur, comprehensa iam ab alio spiritu pars illa animæ fœmineæ, nec non eiusdem cum illo naturæ facta, absconditáque crescit mota agitatáque ab illo: & assumens semper humidum, ex seipsa augetur. Et paulo pòst subiungit: De anima verò Cleanthes quidem Zenonis dogmata adducens † alios physicos ait quòd † sensum aut exhalationem veluti † Volens enim ostẽdere quòd animæ exhalatæ intellectiuæ semper existant, fluminibus eas comparat, dum sic ait: Fluminibus ijsdẽ aliæ & aliæ affluxione aquæ ingeruntur. Sed & animæ ab humido exhalantur. Exhalationem igitur, sicut & Heraclitus, animam Zenon pronunciat. Sensitiuam autem esse eam D propterea dicit, quòd imprimi in eam per sensoria instrumenta possit magnitudo, pars & quicquid rerum tum existentium, tum subsistentium, ipsam antecedit: nec non figuras illas varias percipiat. Hæc enim quasi propria animæ sunt. Et post alia dicit, animam esse totum illud quod æthera & aerem vocant: qui terram, mare, & quæ ex his ascendunt exhalationes in orbem circundat. Reliquas verò animas quotquot vel in animalibus, vel continenti hoc sunt, huic esse agnatas. Permanere enim defunctorum animas. Quidam verò vniuersi totius animam esse dicunt sempiternum illud. Reliquas verò commisceri rursus post mortem cum illa. Præterea habere vnãqu amque animæ dominantis quiddam in se, qualia nimirum sunt: vita, sensus, & naturalis ille impetus. Et paulo pòst: Animam & generari & corrumpi dicunt: non verò statim discedentem à corpore corrumpi, sed ad temporis aliquod spatium per se constituere & permanere: sapientum quidem, donec in ignem E cuncta resoluantur. Quantùm verò ad tempus, saltem breue aliquod. Hoc autem nempe animas permanere sic dicunt, quoniam nos animæ facti permanemus exuti iam corpore, & trãsmutato in minorem animæ substantiam corpore. Rudium verò & animalium brutorum animas vnà cũ corporibus interire. Hæc & eiusmodi Stoicæ philosophiæ dogmata ex his quæ apud † dicta sunt. Contra hanc verò absurdam horum hominum de anima opinionem sufficiet hæc Longini nostri, quæ aduersus hos breuiter scripsit in hunc modum.

Longini aduersus Stoicorum de anima opinionem disputatio.
Cap. XX.

VT breuiter dicam, longè mihi abesse à veri ratione videntur omnes, quotquot corpus esse animam pronunciant. Quomodo enim quæ per se est, similem esse elementorum *Animam non esse corpus.*

alicui possibile est?vbi verò temperamentis & mixtionibus adhibetur? quæ multis sæpè factæ modis,innumerabilium aliorum corporum idæis gignẽdis causa & principium sunt: in quibus etsi non continuò , aliquando certè videre licet elementorum causam , & primorum de secunda & tertia auxilium . Eorum verò quæ ad animam , vestigium certè nullum,nullum quoque signum in corporibus reperitur: & siquis omnem mouere lapidem satagat,quod quidem fecerunt Epicurus,& Chrysippus, & omnem perscrutetur potentiam ad constituendũ corpus ex ijs quæ in animæ sunt actionibus,nunquid spiritus illa tenuis substantia ad phantasias nobis & ratiocinationes prompta est? Quid verò? num atomorum figura tantam præ aliis vim & potentiam habet , vt prudentiam generet, quando cùm alterius forma corporis commixta fuerit?non equidem puto, si vel ex Vulcani aliquis tripodibus & ancillis faceret:quorum,ait Homerus,illos quidem sua spõte in certamen progredi:has verò cooperari domino,nec quicquam potiorum partium post se B relinquere,non certè scobis aliquid sua sponte fluentis.Sed &lapillis per littora sparsis assimulat,quo excellentius quiddam,& sensui magis apertum facere posset. Zenoni & Cleanthi quis non meritò succẽseat?qui ignominiosè admodum de anima disseruêre † Corporis esse animam euaporationem ad Deorum communionem prorsus exhalabit huius verò conceditur,qui putauerunt huic similem esse & nostram,& aliorum animalium substantiam. Hoc quidem vt phantasias & memorias conseruet vtcunque diuturniores:illud verò impulsiones & voluntates rerum ad intellectum conferentium. Equidem † & deos, & rerum hoc tam cœlestiu mquam terrestrium vniuersum theatrum ad exhalationem, & fumũ, nec non similes nugas referemus: nec poetas reprehendemus , qui etsi exquisitam deorum mentem non teneant , partim tamen ex communi hominum sententia, partim verò ex C Musarũ instinctu(qualis quædam vis ipsos ad hæc permouens eis innata est)honestiùs maiorique verecundia his de rebus loquuti sunt,non certè exhalationes,non aëres,non ventos,nec alias eiusmodi stultitias esse dixerunt.Hæc tibi Longinus. Audi nũc Plotinum in hos eosdem talibus inuehentem.

Aduersus Stoicos , quòd non posit corporea esse anima.Ex Plotini de anima Cap. XXI.

Partes substantiales in homine.

VTrum verò immortalis sit vnusquisque nostrum,an totus intereat,an partim quidem sit caducus, partim verò perpetuus, qua scilicet parte ipse sit:in hunc modum quis discere poterit ordine quodam naturæ contemplans.Homo profectò non est aliquid simplex omnino,sed habet animam,habet & corpus,siue tanquam instrumentum,siue aliqua quauis conditione nobis adiunctum.Omnino verò proponendum est atque conceden- D dum,ita potissimum vtriusque naturam essẽtiámque distingui.corpus igitur quum ipsum quoque compositum sit, tum ratione monstratur perpetuò permanere non posse:tum sensu deprehenditur dissolui prorsus & dissipari,cùm quodlibet eorum quæ in ea sunt,reuertatur ad suum:& aliud interimat , aliud commutétque inaliud atque disperdat: præsertim quando anima,quæ conciliare solet,molibus iam non adsit.Atqui si corpus quodlibet relinquatur solum,nondum tamen prorsus est vnum, cùm solui adhuc possit in formam atque materiam, ex quibus necessarium est simplicia etiam corpora esse composita. Præterea corpora omnia quum necessariò habeant quantitatem , consequenter in minima quæque redacta dispereunt.Quamobrem si corpus pars est nobis,non sumus vndique immortales.Sin autem nostrum est instrumentũ,oportet ipsum ad tempus tributum nobis,tale esse natura.Ipsum verò principale,atque ipse homo erit vtique,vel tale ad corpus, E ceu materiam.Vel erit velut vtens corpore tanquam instrumento quodam . Vtroque denique modo anima præcipuè est ipse homo.Hoc ipsum igitur, quod nomine animæ nuncupamus,quam potissimũ naturam habere dicendum? profectò si corpus est,omnino est resolubile.Omne namque corpus est compositum.Sin autem non est corpus , sed naturæ diuersæ,oportet hanc quoque naturam vel eodem modo,vel alio perscrutari . Principiò quærendum est, in quodnam corpus resoluere corpus hoc,quod vocant animam,debeamus. Nempe quum vbique insit necessariò vita necessarium est, si id corpus quod fingitur anima,ex duobus pluribúsve corporibus componantur, aut ambo,vel cuncta simul, aut etiam quomodolibet singulatim vitã insitam possidere:aut hoc quidem habere vitam, illud verò nequaquam,aut neutrum hãc habere.Si igitur vni tantum insit vita,vnicũ hoc erit

Corpus esse caducum, colligit ex eo,quod illud est σύνθετον

Corpus an sit ὄργανον

A erit anima. Sed quodnam corpus hoc est, quod vitam possidet ex seipso? Sanè ignis, aer,
aqua, terra, suapte natura carent anima: & cuicunque horum adest anima, hoc vita vti-
tur peregrina. Alia verò præter hæc nulla sunt corpora. Tum verò quicunque præterea
elementa quædam horum introduxerunt alia corpora, ea tamen esse animas non dixe-
runt, neque vitam eis attribuerunt. Si quis autem dixerit, nullo eorum habente vitam,
congressum tamen cunctorum vitam constituisse, absurda loquetur. Itē si vnumquod-
que vitam habet, vnum iam sufficit. Omnino verò impossibile est, confluentiam corpo-
rum vitam facere, & quæ intellectu carent, facere intellectum. Atqui nec quomodo-
cunque mixta hæc dicent, vel intellectum vel saltem animam procreare. Oportet itaq;
esse quod ordinet, mixtionísque sit causa. Hoc igitur potius auctoritatē gradúmque ani-
mæ obtineret. Iam verò nedum corpus compositum, sed neque simplex quidem cor-
B pus erit in ordine rerum, nisi in vniuerso sit anima. Siquidem ratio seminalis accidens
materiæ facit corpus: ratio verò ipsa non potest aliūde quàm ab anima proficisci. Si quis
autem non ita dicat, sed atomos ἢ ἀμερῆ indiuidua vel quædam concurrentia corpora a-
nimam, vnione conficere: is profectò ipsa passionis consensione naturæ copula refelle-
tur. Quippe cùm non ita fiat per totum vnum vel compatiens ex corporibus non
patientibus, nec vllā admittentibus vnionem: ipsa verò anima sibimet compatiens est o-
mnino. Quin etiā ex indiuiduis neque corpus neque magnitudo fieri potest. Præterea
si corpus simplex adducat in medium, certè quantum in ipso est, materiale non dicet ex
seipso vitā habere. Materia enim qualitatis est expers: sed afferet potius quod in eo vicē
gerit formæ vitam afferre. Si ergo speciem hanc esse dicat essentia, certè nō vtrumque,
sed horum alterum erit anima. Quod quidem non amplius corpus existit, nō enim hoc
C est etiam ex materia alioqui eodem rursus modo resoluere cōpellemur. Sin autē subii-
ciat, eiusmodi speciem non essentiam quidem esse, sed quandam materiæ passionē, reli-
quum erit vt nobis assignet, vndénam hæc passio vitáque descenderit in materiam. Non
enim ipsa materia seipsam format, neque sibimet comparat animam. Oportet igitur a-
liquid esse quod huic suppeditet vitā, siue ipsi materiæ, siue cuius corporum suppedite-
tur: suppeditet inquam foris extās, corporeáque omni natura superius. Iam verò neque
corpus omnino erit vllū, nisi animæ vis extiterit: nam fluit semper, & in motu ipsa cor-
poris natura versatur, citóque periturum est vniuersum, si quęcunque sunt, sint corpora,
quamuis etiam alicui corporum quis animæ nomē accommodauerit. Sic enim anima
eadem prorsus atque alia corpora patietur, cùm eadem cunctis materia insit; imò verò
nihil alicubi fiet, sed omnia in materia residebunt, vbi non adsit formator ipse materiæ:
D fortè etiam nec ipsa quidem materia erit omnino. Soluetur & hoc vniuersum, si quis sa-
lutem eius corporis connexioni committat, huic attribuens ipsum animæ ordinem vi-
delicet vsque ad nomina solùm aeri cuidam & spiritui penitus dissipabili, vnionémque
ex seipso nullā prorsus habēti. Cùm enim corpora omnia sint diuidua, si quis alicui cor-
porū cōmittat hoc vniuersum, necessariò fateri cogetur demēs id totum esse, ac temere
nimirum agitari. Quísnam ordo esse potest in spiritu ceu vento quodā tantū ab anima
ordinē expetēte, vel ratio, vel intellectus? Cæterū si adsit anima, hæc omnia huic proti-
nus subministrant ad cōstitutionē mūdi animaliúmque reliquorū: dū alia passim ab alio
vis cōducit ad totū. Absente verò hinc anima hæc reliqua nedū ordine careāt, sed neque
omnino consistere poterunt. Ipsi etiam naturæ corporeæ assertores veritate cōpulsi fatē-
tur atque testantur, oportere speciem quandam rerum ad animam pertinentem præce-
E dere corpora, corporibus cunctis præstantiorem, quando spiritū intelligentiæ cōpotem
& ignem intellectualem adducat in medium, quasi gradus ipse naturæ summus absque
igne atque spiritu in ordine rerum esse non possit, & locum quendā quo stabiliatur na-
turaliter exigat, cùm deceret potius locū quærere, vbi corpora collocarent: quippe quū
hæc reuera sit in ipsis animæ viribus collocāda. Proinde si vitam & animam nihil aliud
esse dicant præter spiritum ceu ventum, quærendum est ab eis, quídnā sibi velit illud a-
pud eos tritum, quando scilicet dicunt: Anima est spiritus certo modo se habens. Ad id
enim confugere solent, quoties naturam aliam præter corpora efficacem introducere
cōpellūtur. Si ergo nō omnis spiritus est anima, quoniā innumeri spiritus sint inanimes
sed spiritus quidam certo modo se habens, interrogabimus, vtrum quod dicitur certo
modo se habens, & eiusmodi habitudo res aliqua sit, certè solus an nulla: si enim res
nulla sit, extabit spiritus. Quod verò adiungitur, se habens, nomen erit solùm. Ex quo

efficietur, vt nihil aliud præter materiam esse concedant: animam verò & Deum, & similia omnia esse duntaxat nomina fateantur: sed reuera tantùm corpus existere. Sin autem habitudo illa res quædam est, & aliud quiddã præter subiectũ atque materiã quod quidem sit in materia, sit tamẽ immateriale, propterea quòd ex materia rursus nõ cõponatur, certè non erit corpus, sed altera prorsus natura, & ratio quædam. Præterea nõ minùs ex his apparebit, animam corpus esse nõ posse. Sic enim haud calidum esset aut frigidum, aut durum, aut molle, aut compactum, aut fluidum atque laxum: item vel nigrũ vel album similitérque de cæteris corporum qualitatibus proponetur. Et profectò si calidum tantùm est, calefacit solùm, si frigidum, frigefacit tantũ, si leue solũ, eleuat redditque leuia vbicunque adest: ac si graue, grauat, ponderosáque facit: similiter nigrũ nigra, & album alba propriè parit. Neque enim ignis est frigefacere neque frigidi calefacere, verùm anima tum in aliis animalibus alia facit & alia, tum in eodem contraria parit: partim quidem cogens, partim verò fundens, atque liquefaciens: item alia dẽsa alia rara, alba, nigra, leuia, grauia pariter efficit, tametsi non alia per aliam, sed vnũ duntaxat secundum qualitatem corporis vnam fieri oporteret, atque colorẽ similiter: nũc verò mult. pariter affert. Motus autem quonam pacto non vnum tantùm, sed differẽtes asserere poterunt, cùm vna corporis vniuscuiusque sit motio? Si autem causas motionũ partim quidem ad electiones, partim verò ad rationes referant seminales, rectè quidem hoc ipsum asseuerabunt. Sed neque corporis propria est electio, neque rationum, præsertim quum differentes sint: corpus autem hic vnum sit atque simplex, neque corpus omnino rationis eiusmodi compos esse queat, nisi quãtũ sibi cõcessum est ab eo quod reddit ipsum calidum aut frigidũ. Augere verò certis temporibus, & ad certũ terminũ, quánam virtute conueniet corpori? cui quidem naturaliter cõuenit augeri: augere verò nequaquam, nisi fortè quantum in mole materiæ simul adsumitur, velut ministrans ei quod per ipsum perficit argumentum. Etenim si anima corporis existens augeat, necesse est ipsam quoque pariter augeri quadam scilicet corporis similis adiunctione, si modò tanta penitus euasura sit, quantum quod augetur ab ea. Tum verò quod adiungitur, aut in anima erit, vel animatũ corpus, ac si in anima sit, quærendum erit, vndénã, & quomodo ingrediatur, & qua conditione admoueatur. Sin autem quod adiũgitur animatũ sit, quónam modo hoc animabitur, & præcedenti consentiet, veniétque in vnũ, & priori anima in opinionibus, congruet? Ac nõ potius hæc anima velut peregrina ignorabit ea quæ altera nouit. Et quemadmodum altera nostra patitur moles, partim quidem ab ea defluet, partim etiam influet, nihílque in nobis idem penitus permanebit. Quónam igitur pacto in nobis erit memoria, agnitio propriorum, nunquam eadem vtentibus anima? Præterea si anima corpus est, sicut natura corporis consueuit, in plures distribuitur partes, quarum nulla idem est atque totum. Si ergo anima tãta quædam fuerit magnitudo, quæ si minor aliquanto fuerit, non vlterius futura sit anima, certè sicut & omne quãtum per quandam partium detractionẽ ex priori essentia permutabitur. Si quid autem eorum quæ magnitudine protenduntur, aliquando comminutum mole, interim idem permaneat qualitate: profectò qua ratione corpus est, & quantum iam euasit alterum: qualitate verò quæ differt à quantitate, idem seruare interea potest. Quid ergo dicent, qui animam corpus esse putant? Nunquid quamlibet animæ partem in eodem viuentis corpore esse anima, perinde atque tota est, fatebũtur? ac rursus partis vniuscuiusque partem? Quod si id fateantur, nihil vtique magnitudo ad essentiam animæ conferebat, tametsi cõferre oportuit, vbi anima sit quãtum quiddam. Veruntamen totũ ipsius animæ hic erit vbique, quod corpori conuenire non potest, scilicet vt queat idem totum simul in pluribus esse, atque pars idem penitus esse valeat, quod & totum: sin autem partium quamlibet animam esse negent, certè ex inanimatis apud illos cõponetur. Præterea si hũc in modũ vnuscuisque animæ magnitudo definita erit, neque cõsequẽter ad vtrúmque tracta, siue ad maius, siue ad minus erit amplius anima. Quando igitur ex vno coitu vnóque semine fœtus gemini procreantur: vel quemadmodũ in cæteris animalibus etiã plures concipiuntur, semine videlicet in plures particulas distributo, vbi vnũquodque est totum, cur non euentus eiusmodi eos qui discere nolunt, admoneat, vbi pars idem est atque totum, hoc ipsum in essentia sua conditionẽ quãtæ molis excedere, ipsúmque oportere esse prorsus à quantitate semotum. Nam ita duntaxat idem permanere potest quanto quouis subtracto, vtpote cui nihil opus sit quantitate aut mole. Quippe quum

eius

A eius essentia aliud quiddam prorsus existat: Anima igitur quãtitatis est expers, rationisque similiter. Quòd autem si anima corpus sit, neque sentire nobis dabitur, neque intelligere, neque scire, neque virtus omnino, neque quicquam egregium nobis inerit, ex his apparebit, si quidem enim sentire quicquam debet, vnum esse ipsum oportet, & vno quodam eodémque omne percipere. Etsi per plura sensuum instrumenta ingrediantur plura, vel multæ circa vnum sint qualitates, ac etiam per vnum videatur varium aliquid ceu vultus. Non enim aliud quidem videt nares, aliud autem oculos, sed idem cũcta simul. Ac si aliud per oculos penetret, aliud per auditum: vnũ tamẽ oportet esse ad quod perueniunt vtraque: alioqui non posset animus horum inter se differentiam iudicare, nisi intentiones sensuum sensibiliúmque in vnum æquè confluerẽt. Oportet igitur hoc esse quasi centrum: sensus verò singulos vndique non aliter ad hoc ipsum quàm lineas à B circũferentia ad cẽtrum vsque protendi, atque vim eiusmodi cuncta comprehẽdẽtem reuera vnum aliquid esse. Nã si diuiduũ aliquid esset, & quasi ad extrema lineæ vtráque intentiones sensuum pertinerent, aut rursus in vnum, idémque concurrerent quasi medium, aut aliud ibi esset & aliud, atque alterum alterius tantum haberet sensum: ceu si ego aliud sentiam, tu verò sentias aliud etiamsi vnum sit spectaculũ seu vultus, aut potius in vnum congregabuntur. Quod & apparet: congregantur enim & in pupillis, aliqui nõ possent per eas maxima quæque videri. Quamobrem quæ ad ipsum animæ principale proueniunt, multò magis velut notiones quædam sunt indiuiduæ, ideóque id quoque erit indiuisibile: alioqui si habeat magnitudinẽ, vnà cum re sensibili diuidetur. Itaque pars alia sentiet aliam, nihilque in nobis sentiendo rem totam percipiet: at enim vnum est id totum: quo enim pacto diuidi potest: nam si diuidatur, nequit tanquam æquale æ- C qualiprorsus accommodari, quoniam principale nostrũ cum omni re sentienda æquale esse nõ potest? In quot igitur diuisio fiet? nũquid in tot secabitur, in quot partes numero, quod incidit sensibile, distribuitur? Et quælibet partium animæ particula sentiet idẽ? an fortè particulæ partium sensu carebunt? at verò id fieri nequit. Sin autem quodlibet totũ sentiat, cùm magnitudo diuidi queat in infinitum, nimirum innumerabiles quoq; sensus circa vnumquodque sensibile in vnoquoque cõtinget, quasi innumerabiles in principali nostro rei eiusdem sint imagines. Præterea si corpus sit quod sentit, nõ alio modo sentire continget, quàm si quædam ab annulo in cera imprimuntur imagines, siue in sanguine, siue in ære quodã sensibilia imprimantur. Ac tanquam in corporibus humidis, quod & probabile est, certè tanquam in aqua confundentur imagines, neque memoria erit vlla. Quòd si figuræ permaneant, aut non licebit alias ibi fingi prioribus perma- D nentibus, ideóque sensus alij minimè fient: aut si fiant alij, priores protinus delebuntur: quapropter memoria iam cessabit. Si autem possumus meminisse, ac prĉter alia sentire, rursus & alia prioribus nequaquam impediẽtibus, impossibile est animam esse corpus. Idem præterea ex dolore dolorísque sensu declarari potest, vtpote quando quis dicitur dolere digitum, tunc dolor quidẽ est in digito: sensum verò doloris circa ipsum animæ principale contingere fatebuntur, vbi pars quædam spiritus animati dolet. Principale verò id percipit, atque anima tota idem tũc quodammodo patitur. Quonã igitur modo id accidit? Respondebunt arbitror, successoria quadam traductione, dũ videlicet primò patitur spiritus animalis circa digitum, atque hinc deinceps ad partem continuã, rursúsque ad aliam traducitur passio, donec ad principale perueniat. Necessariũ est igitur, si primò patiens sensit, alium sensum esse secundi, si modo per successionem quandã sen- E sus amplificatur. Tertij quoque patiens tertiũ esse sensum, multósque sensus atque innumeros in eodem dolore contingere: ipsúmque principale postremò sentire suam duntaxat passionem. Et profectò singulos sentiendi actus non passionem quidem digiti persentire, sed eam quæ sequitur circa digitum, vtputa partem digito proximã, percipere sequentem mox post digitum passionem: partem verò remotiorem, passionem quoque remotiorem, multósque dolores accidere. Tunc certè principale non passionẽ quæ premit digitum, sed propriam sentiet, ferétque de hac sola iudiciũ, cæteris omnino dimissis, digitum dolere prorsus ignorãs. Si ergo sensus passionis eiusmodi per successionem fieri nequit, & corpus cùm sit moles, non id habet, vt in eo patiente alio id persentiat aliud: In omni enim magnitudine hoc quidem aliud est, illud rursus est aliud, nimirũ oportet quod sentit esse tale, vt ipsum vbique sibiipsi sit idem. Id autem assequi ad aliud quiddã in ordine rerũ pertinet potius, quàm ad corpus. Quòd autem anima, si corpus

quomodo sit,intelligere nequeat,per hæc nobis est demonstrandum. Profectò si sentire est,animam vtentem corpore percipere sensibilia,intelligere non erit per corpus apprehendere,alioqui idem futurum est intelligere atque sentire. Si ergo intelligere est absque corpore comprehendere , multò priùs oportet ipsum quod intellecturum est, non esse corpus. Præterea si sensibilium sensus est,consequenter intelligibilium est intellectio. Quòd si nõ omnino receperint,erũt tamẽ intelligibiliũ quorũdã intellectiones,& indiuisibilium apprehensiones in nobis. Quonã igitur pacto intellectus si fuerit magnitudo,intelliget quod est à magnitudine liberum?& quum natura diuidua indiuiduum apprehendet? An fortè parte quadam ipsius indiuisibili:quod quidem si ita sit, id ipsum quod intelligit,non erit corpus. Non enim opus est toto ad attingendum:nam satis est vno quodam attingere. Si ergo concedent primas intelligentias , quod & verum est,esse rerum à corpore prorsus absolutarum,scilicet ipsius vnuscuiusque,vt dici solet, abstracti:necessarium est naturam quoque intelligẽtem eatenus intelligere, quatenus vel est,vel fit à corpore libera. Si autem intelligentias dixerint versari circa formas materiæ adhærentes,fatebuntur tamen eas tunc duntaxat intelligi , quando à corporibus segregantur,intellectu scilicet segregante. Non enim cum his carnibus ipse homo, vel omnino cum materia ipse circulus & triangulus lineáque & signum, eo ipso quo à mẽte segregantur gradu consistunt . Quamobrem animum quoque necesse est seipsum à corpore in hoc habitu seuocare:oportet igitur neque ipsum corpus existere . Profectò ab omni magnitudine exemptum est ipsum pulchrum,ipsúmque iustum , similitérque horum intelligentia. Quapropter accedentia nobis impartibili quodam animi apprehendentur,atque in hoc ipso impartibili sita manebunt. Denique si anima corpus sit,nõ video quomodo temperantia & iustitia virtutes eius sint,quæ & hanc eatenus seruent, quatenus capiuntur ab ipsa. Hæc igitur ex Plotino nobis adducta sint,quibus aduersus Stoicorum opiniones,qui corpoream esse animam dicũt,disputat. Sed quoniã sufficiẽter nunc tam ea quæ contra Aristotelẽ & Peripateticorũ, quàm quæ aduersus Stoicorũ sectam disputata sunt,quasi per epitomen apposui. Porrò nunc expecta cognoscere simul omnium præstantissimorum philosophorum admirabiles philologias : quod communiter Græci omnes velut visibiles deos solem & lunam reliquásque stellas, nec non alias mundi partes & habuerunt & coluerũt:atqui fabulosas suas & nugatorias de deorum multitudinis errore narrationes honestis sanè & physicis quibusdam traditionibus ad elementa ac totius mũdi partes trãsferre studuerũt. Vnde necessariũ esse mihi videbatur,has quoque de rebus illis opiniones horũ simul inducere,quo,quãtum ab inuicẽ per stultam æmulationem dissenserint quoque cõsideremus. Apponam autem hæc ex Plutarchi libro,in quo tã veterũ quàm iuniorum de his opinionibus adducẽs,talia scribit.

A (margin), B, C, D

De solis substantia. Cap. XXII.

ANaximander orbem esse dixit octo & viginti partibus terra maiorem absidem curriculi rota similem habentem,cauam,ignis plenam. Huius quadam ex parte effulgere ignem,similiter atque per tibię foramen ad nos emissum,quem esse solem, Xenophanes ex igniculis solem coagmentatum ex humidis vaporibus collectis, aut nubem vstulantem. Stoici ignitum quod intelligentiæ particeps ex mari existens , & permulto igne compactum. Anaxagoras, Democritus, Metrodorus globum ferri candentem, aut saxum ignitum. Aristoteles globum ex quinto corpore coactum . Philolaus Pythagoreus solem vitri modo perlucentem, accipere ab igne cœlesti splendorem, acceptúmq; ad nos transmittere,& tanquam percolare,adeò cœlestem ignem soli assimilem esse, ex quo prodire solem,& simile quid speculi,tertiámque inde à speculo lucẽ ad nos per reflexionem dissipari. Hanc enim nos solem vocare,quasi imaginis imaginẽ . Empedocles soles duos :horum vnũ quidẽ ignem primariũ,&(vt ita dicã)exemplarem,è regione semper reflexi simulachri sui cõstitutum. Hũc autem solem qui visitur ,repercussum simulachrũ esse eius,qui in altero est hemisphærio,aere ignito illo quidem pleno,ab orbiculata verò illud terra in solẽ crystallinũ repercussum,vnáque cum ignei illius motu raptum,ad summum effulgentiam esse ignis terram ambientis. Epicurus glebulentum, spissamentum,pumicosum,exesos intra meatus ignitum.

De magnitudine solis. Cap. XXIII.

ANaximander solem quidem terræ æqualem,circulum verò quo nectatur , & vnde spiraculũ habet,octies & vicies terra maiorẽ. Anaxagoras multis partibus Pelopõneso

A nesо maiorem. Heraclitus latitudine pedali. Epicurus omnia prædicta probabilia esse dixit, aut etiam tantum esse, quantulus apparet, maiusculum, minusculum.

De forma solis. Cap. XXIIII.

ANaximenes dilatatilem admodum laminæ solem. Heraclitus scaphæ modo leuiter pandum. Stoici conglobatum, vt mundum, vt sidera. Epicurus prædicta omnia defēdi posse. Talis quidem ipse est magnus ille deus sol inter ea quæ in cœlo conspiciuntur. Moses verò & Hebræorum libri nihil circa hæc laborant.

De luna. cap. XXV.

ANaximander circulum esse decem & nouem partibus terra maiorem, igne veluti solis quoque circulum plenum. Sic deficere lunam rotæ conuersionibus: similem enim esse vehiculari rotæ absidem cauam habenti. Hanc autem ignis plenam vno tantùm spi-
B raculo. Xenophanes nubem esse constipatam. Stoici temperamentum ex igne aeréque. Plato bona ex parte igne constare. Anaxagoras, Democritus ignitum conglobamentum campestria in se, colles, conuallésque complectens. Heraclitus terram nebula obuolutam. Pythagoras quoque ignitum lunæ corpus.

De magnitudine lunæ. cap. XXVI.

SToici maiorem terra arbitrantur, quemadmodum & solem: Parmenides soli æquam, à quo illuminari ipsam.

De forma lunæ. Cap. XXVII.

STοici sphæricæ eam esse figuræ, sicuti & solē: Heraclitus scaphæ similem. Empedocles disci, nonnulli cylindri.

De illuminatione lunæ. cap. XXVIII.

C ANaximander peculiare ipsam lumen habere, etsi rariusculum. Antiphon proprio lunam fulgere splendore, verùm solis ingruentibus radiis obrutum id hebescere. Quippe ita natura comparato languidum ignem à præualido hebetari, quod æquè in aliis vsu venire stellis. Thales, quíque ab eo denominati, lunam à sole illustrari autumant. Heraclitus solem atque lunam eodem modo affici: ambas enim stellas in scapham configuratas esse. Illustrari autem ipsas sorbendis spiraminibus humidis, vt conspicuæ sint, solem quidem splēdidius, vt qui in aere liquidiore vectetur: at lunam turbidiore, ex æquo & fusciorem esse.

Quæ stellarum tam erraticarum quàm fixarum substantia. Cap. XXIX.

THales glebulenta quidem, sed ignita sidera. Empedocles ignea, ex igne constantia, quē
D æther in se conceptum, in prima elisit elementorum discriminatione. Anaxagoras circundatum ætherem, igneum quidem suapte essentia esse: suæ autem impetu vertiginis saxa à terra raptantem, suo ipsum igne stellas succendisse. Diogenes pumicosa sidera, mundique spiracula putat. Idémque rursus inuisibiles lapides sæpenumero cœlo deciduos in terra restingui perhibet, haud secus atque olim in Ægos potamō saxeā stellam igni simillimā dilapsam. Empedocles fixas stellas crystallo adnexas esse, errantes autem solutas. Plato maxima ex parte igneas esse, participantes verò aliorum quoque elementorum ad glutinis instar. Xenophanes ex nubibus ignitis concretas, extinctas autem interdiu, noctu carbonum modo recandescere. Exortúsque & occasus solis earum esse accensus restinctúsque. Heraclitus & Pythagorei vnamquamque stellam mundum esse terram suam ambientem, aerémque adeò & ætherem in infinito æthere. Huiusmodi decreta in Orphicis
E esse perhibentur. Singulos enim mundos in singulas architectantur stellas. Epicurus nihil horum refellit: contingentibus adhærens.

De formis stellarum. Cap. XXX.

STοici globosas stellas, quemadmodum & mundum, solem & lunam. Cleanthes turbinales. Anaximenes clauorum in modum crystallaceo quodam suffixas. Sunt qui bracteas esse ignitas putent, tanquam picturamenta. Talia sunt quæ illi in mirabili sua philosophia, de iis quæ dij ipsis creduntur, excogitarunt, qualia verò de vniuersi constitutione adducant, ex eodem disce Plutarcho.

Quomodo coagmentatus mundus sit. Cap. XXXI.

MVndus autem coagmentatus est circumflexa forma, hoc propè modo configuratus. Quum indiuidua corpuscula temerario fortuitóque motu assiduè celeritérque

mouerentur,corpora in vnum multa glomerata ſunt,varia tum magnitudine,tum forma. A
His vnum in locum coactis,quæcunque maiuſcula grauiuſculáque erant, penitus ſubſederunt.Quæ autem minuta,rotunda,leuia,lubrica,hæc in concurſu corporum elidebantur,ſurſúmque verſus ferebantur. Simulac autem impulſiua illa vi, & ſubuehente defecta ipſa non iam ſublime efferebantur,nec deorſum ferri poterant, ad loca appellabantur eorum capacia:hæc autem erant in ambitu. An verò vniuerſum illud vt vnum, vel vt plura cenſendum,& an vnus vel plures mundi ſint: num quoque animatus ille ſit, & an diuina diſpoſitus regatur prouidentia,ſiue contraria hiſce ſint aſtruenda. Præterea incorruptibiliſne ſit mundus an corruptibilis,vnde alatur,à quo vel quali exorſus ſit Deus mũdum fabricaturus.De mundi denique ordinatione,quæue motus & inclinationis eius cauſa aſſignanda ſit:de ea quoque quæ extra mundum eſt,circumferentia: quæ in mundo vel dextra vel ſiniſtra ſint habẽda.Amplius de cœlo,& præter hæc omnia de geniis & heroibus, de materia,de ideis,de vniuerſa totius diſpoſitione.Porrò de aſtrorum latione &motu, & B
vnde ſtellæ lumen ſuum accipiant.Item de diis quoque qui Dioſcuri vocantur. De ſolis & lunæ defectibus, de lunæ imagine, cur terra videatur, déque eiuſdem intercapedine qua à ſole diſtat:de annorum ratione. Hæc ſanè omnia multis quidem & copiosè ab his, de quibus ſermo nobis eſt,tractata ſunt:quia verò breuior Plutarchus, velut in compendium horum omnium opiniones & diſſenſiones contraxit, haud abſurdum fore putaui huc eas pro maiori excuſatione adiicere.Si enim inter ſeipſos illi ex diametro pugnarant,prælia ac bella tantùm non aduerſus ſeipſos incenderunt, omnes tamen fermè, non niſi ambitionis ſtudio ſua quique defendentes,aliorum inficiantes:quomodo non omnis vtique tutiorem nobis meritò fuiſſe noſtram hanc de rebus iſtis epochen fatebitur? Adiiciam autem his quæ dicta iam ſunt,ea quoque quæ de humilioribus terræque vicinioribus commenti ſunt:de terræ nempe figura,ſitu,atque inclinatione: præterea de mari C
quoque vt videas quòd magni illi viri non ſolùm circa ſublimia & altiora contentione diſſenſerint,ſed inferiora quoque illa diſcordes fuerint. Verùm quo magis adhuc ſapientum horum ſapientiã mireris,apponam quoque breuiter,qualiter de anima & eius præſide concertarint, non ſeipſos agnoſcentes cuiúſnam eſſent ipſi naturæ. Sed redeamus ad id quod primo loco dicendum propoſui.

An vnum vniuerſum. Cap. XXXII.

ENimuero Stoici vnicum eſſe mundum cenſuerunt,quem & vniuerſum eſſe dixerunt, & quicquid corpore conſtaret.Empedocles mundum vnum quidem,verùm mũdum non eſſe vniuerſum: eſſe autem per paruam naturæ vniuerſæ partem: reliquam verò & magnam partem vacantem eſſe materiam.At Plato ex tribus,vt videtur, vnum eſſe mundum coniicit,& vniuerſum vnum,quòd videri conſummatus non poſſit, niſi omnia comprehendat:quòd niſi vnus ſit,exemplaris,id eſt Dei ſimilis eſſe non poſſit: quòd denique ſi quid extra eum eſt,perpetuò incolume eſſe nequeat.Ad Platonem igitur reſpõderi poteſt,mundum conſummatum non eſſe,nec enim omnia continet, alioqui homo quoque conſummatus eſſet,ſed non omnia continet.Exemplaria autem multa eſſe, quemadmodum in ſtatuis,ædificiis,picturis:nam quomodo perfectus,ſi quid extra ipſum circumuerſari poteſt?Iã verò immortalis non eſt,nec eſſe quidẽ poteſt,quippe qui natiuus ſit.Metrodorus abſurdum eſſe ait,in latifundiis vnicam ſpicam naſci,nunquam in infinito mundũ. Quòd autẽ innumeri ſint,ex hoc liquere,quod innumerabiles ſint eorũ cauſæ.Si enĩ quibuſdam ſuis finibus finitus eſt mundus,cauſæ etiam infinitæ ex quibus cõſtat, neceſſe eſt infinitos eſſe:vbi enim ſunt cauſæ,inibi effectus quoq;:atqui cauſę,indiuidua aut elemẽta. D

Animánſne ſit mundus,& an prouidentia adminiſtratus. Cap. XXXIII. E

CÆteri quidem omnes animatum mundum,& prouidentia adminiſtratũ. Democritus verò,Epicurus,& quicunque indiuidua inducunt & inane, nec animatum, nec prouidentia adminiſtratũ,ſed natura quadam rationis exortæ.Ariſtoteles nec vſquequaque animantẽ eſſe,nec ſenſibilem,nec rationis compotẽ,nec intellectus, denique ne prouidentia quidẽ regi.Cœleſtia enim horũ omniũ participia eſſe,vt quæ à ſuis ipſa ſphæris ambiantur animatis, & ſpirabilibus:terræ autẽ obſeruantia nullius non eorum expertia, etſi decentis participantia compoſitionis,duntaxat accidentariæ,non etiam primigeniæ.

An à corruptione immunis ſit mundus. Cap. XXXIIII.

PYthagoras & Plato, nec non Stoici genitum à Deo mundũ,&corruptioni obiectum, ſuæ quidem naturæ reſpectu, vtpote qui ſenſibilis ſit propter corpulentiam, nec ideo tamen

A tamen interiturum: diuina enim cum continente natura perennaturum. Epicurus interiturum, quippe genitum vt animal, vt stirpem. Xenophanes ingenitum sempiternum, corruptionis immunem. Aristoteles sublunarem mundi partem patibilem, vtpote in qua terræ proximantia marcescant.

Vnde alatur mundus. Cap. XXXV.

ARistoteles, si alitur, inquit, mundus, interibit quoque: atqui nulla prorsus indiget alimonia: sempiternus igitur. Plato ipsum sibi mundum ex tabescentibus alimoniam per alterationem suggerere. Philolaus bifariam corruptionem, tũ ex cœlo ignis defluxu, tum ex aqua, lunari vertigine ex aëre effusa. Horum enim suffimenta mundi esse alimoniam.

A quo elemento adorsus fabricam mundi Deus. Cap. XXXVI.

PHysici à terra mundi creationem Deum rentur auspicatum, videlicet tanquam à centro. Nam globi principium centrum. Pythagoras ab igne quintóque elemento. Empedocles aërem primùm discriminatum, deinde ignem, post quem terram, ex qua versatili cœli impetu astricta aquam scaturiisse, ex hácque rursus vaporatum aërem. Et factũ quidem cœlum ex æthere, solem autem ex igne, terræ autem proxima ex aliis coagulata. Plato visibilem mundum ad exemplum intellectibilis mundi factum: visibilis autem mundi priorem quidem animam factam, posterius verò corpulẽtum, huiúsque quod ex igne terráque constat prius, deinde quod ex aëre & aqua. Pythagoras quinque cùm sint solidæ figuræ, quæ mathematicæ dicuntur, ex quadrantali terram factam, ex meta ignem, ex octaedro, id est octonorum sessuum corpore, aërem: ex icosaedro verò, id est vicenorum, aquã: ex dodecaëdro verò, id est duodenos vniuersi globũ. Plato in omnibus his Pythagorissat.

De mundi structura. Cap. XXXVII.

C PArmenides tanquam coronas inter se complexas, ex denso raróque deinceps alterãtes, inuicémque ex lumine & caligine intersitis mixtas: eorum verò supremum ambitum muri instar solidum. Leucippus & Democritus, tunicam mundo membranámque obducunt. Epicurus quorundam mundorum ambitum rarum, quorundam spissum, eorúmque quosdam cieri, quosdam immotos esse. Plato ignem primum confectum, deinde æthera, post quem aera, ab hócque aquam, nouissimámque omnium terram. Interdum verò coniungit cum igne æthera. Aristoteles primùm quidem æthera impatibilem, quintum sanè corpus. Post quod patibilia ignem, aerem, aquã, postremò verò terram. Horum verò cœlestibus quidem orbicularem motionem tribuit: infra eos autem locatis, leuibus quidem sursum versus, grauibus verò deorsum. Empedocles, nec vsquequaque manentia, nec stata elementorum loca, sed omnia vicissim alterius alterum capessere locum.

D *Quam ob causam cernuus mundus.* Cap. XXXVIII.

DIogenes, Anaxagoras post mundi absolutam compagem, animaliáque è terra educta, inclinatum quodammodo suapte sponte mundum in austrinam sui partem, fortasse hoc agente prouidentia. vt partim habitabilis, partim inhabitabilis esset, pro rigore æstúve eorúmque temperatione per has atque illas mundi partes euariantibus. Empedocles aere impetui solari cedente emotas vrsas, sicque aquilonares erectas esse partes, contráque austrinas iisse pessum, ex quo & vniuersum mundum.

De extrarijs mundi partibus. Cap. XXXIX.

PYthagorei extra mundum esse vacuum, quo & vnde mundus respirat: Stoici, quo in conflagratione vniuersi infinitum resoluetur: Possidonius non infinitum, sed quantum
E ad dissolutionem sat est: in primo de inani Aristoteles vacuum esse dixit: Plato nec extra mundum, nec intra, vacuum esse censuit.

Quæ mundi dextræ, quæ læuæ partes. Cap. XL.

PYthagoras, Plato, Aristoteles dextera mundi orientales dixêre partes, à quibus initium motus: læua autem, occiduas. Empedocles, dexteras mundi partes solstitiales, sinistrásque brumales.

De cœlo. Cap. XLI.

ANaximenes circumferentiam cœli extimam, terream: Empedocles, solidum esse cœlum, ex aeréque constans, in crystalli duritiem ab igne compacto, igneam, aereámque immensitatem in vtroque hemisphærio continens: Aristoteles ex quinto corpore, vel ex igne, vel ex caloris frigorísque mixtura.

De genijs & heroibus. Cap. XLII.

CОnsequenter huic de diis commentationi, geniorum, heroúmque enarranda natura. A
Thales, Pythagoras, Plato, Stoici genios animales esse substantias: esse etiam heroas abstractas à corporibus animas, bonos quidem bonas, malos verò prauas. Epicurus nihil non improbat horum.

De materia. Cap. XLIII.

MAteria est quod primùm generationi corruptioníque subiacet, reliquisséque mutationibus. Thaletis, Pythagoræque discipuli, Stoicíque, vertibilem, alterabilem, mutabilem, fluxámque omnem omnino materiam dicunt. Democriti impatibilia prima, indiuiduum, inane, & quæ corpore carent. Aristoteles & Plato materiam corpoream, informem specie, figura, qualitate vacuam, quantum in sua ipsius natura situm est: formarũ tamen susceptricem, vt nutricis matrísque in sigillis vicem impleat. Cęterùm qui aquam dicunt aut terram, aut ignem materiam, iam non informem illam dicunt, sed corpus: qui autem impartibilia, & indiuidua, informem. B

De Ideis. Cap. XLIIII.

IDea est substantia vacua corporis, ipsa quidem ex se non subsistens, materias verò informes effigians, causáque earum demonstratrix. Socrates & Plato ideas seiunctas à materia substantias existimant, in sensis visísque Dei, id est mẽtis substantes. Aristoteles species quidem & ideas reliquit, sed neutiquàm à materia disiunctas. Stoici qui à Zenone originẽ ducunt, notiones in animis nostris anticipatas ideas esse dixerunt.

De Ordine & situ stellarum. Cap. XLV.

XEnocrates vna eadémque in superficie stellas moueri putat. Cæteri Stoicorum varia inter se humilitate & sublimitate. Democritus statas, summas: de quibus erraticas, infráque has Solem, Luciferum, Lunam. Plato post hæremium situm, primum Phænunta, qui dicitur Saturni: secundum Phaëthonta, qui Iouis: tertium Pyroenta, qui Martis: quartum, Luciferum, qui Veneris: quintum Stilbonta, qui Mercurij: Solem denique sextum, & septimam Lunam. Mathematicorum quidam Platoni assentiuntur: quidam medium omnium solem. Anaximander, Metrodorus Chius, Crates, solem omnium supremum constitutum. Post quem Lunam, infra hos errantes inerrantésque. C

De stellarum vectatione & motu. Cap. XLVI.

ANaxagoras, Democritus, Cleanthes ab Oriente in Occidentem omnes stellas ferri. Alcmæon & mathematici errantes inerrantibus contrarias moueri: ab Occasu enim in Orientem contrario motu moueri. Anaximander ab orbibus & sphæris suis singulas circumferri stellas. Plato & Mathematici æqualis esse cursus Solem, Luciferum, & Stilbontem. D

Vnde illuminentur stellæ. Cap. XLVII.

MEtrodorus omnes inerrantes à Sole illuminari stellas. Heraclitus & Stoici, ali stellas ex terrestri euaporatione. Aristoteles, nihil indigere cœlestia alimẽto: non enim corruptioni esse obnoxia, sed sempiterna esse. Plato, communiter mundum vniuersum & sydera à seipsis ali.

De stellis quæ Dioscuri vocantur. Cap. XLVIII.

XEnophanes stellas quæ in nauigiorum summitatibus visuntur, nubeculas esse ad motum nescio quem præterfluentes. Metrodorus emicantes ex oculis fulgetras, cùm pauidi perculsíque cernunt.

De deliquio Solis. Cap. XLIX.

THales primus solem deficere dixit, luna eum ad perpendiculum subeunte, vt quæ terrosa natura sit, hoc autem speculariter cerni subdito disco. Anaximander obstructo solaris in apside spiraculo. Heraclitus solem scaphæ similem esse, quo inuerso defectum fieri, vt cauum sursum versus euadat, conuexum verò deorsum, ad conspectúmque nostrum vergat. Xenophanes solem extingui, iterúmque ad Oriẽtem alterum fieri. Hic etiámnum menstruam solis defectionem prodidit, atque absolutam defectionem, vt noctis dies speciem præbeat. Sunt qui agglomeratas sub sole nubes nostrum fallentes conspectum, solis aspectum nobis adimere putent. Aristarchus solem hærentibus stellis annumerat: terram verò circum solis orbem versat: itaque eius inclinationibus obumbrari solem voluit. Xenophanes cõplures esse soles lunásque per alios atque alios terrarum tractus segmentáque & zonas. Quodam igitur tempore incidere solem in aliquod terræ segmẽtum hominibus E

incultum

A incultum, sicque tanquam per inane errabundum deliquium pati solem. Idem solem in infinitum progredi dixit, videri verò orbiculariter ferri præ immensa capedine.

De deliquio lunæ. Cap. L.

ANaximander absidis ore obturato fieri autumat. Berosus restincta eius parte ad nos conuersa. Heraclitus scaphæ conuexitate inuersa, Pythagoreorum quidam luminis repercussum obstructúmque posuere. Illum ab hac nostra terra, hunc ab Antipodum fieri. Recentiores flammæ suffectu sensim in ardescentes, quo ad statis temporibus plenilunium absoluat, vicissim ad interlunium vsque tabescentia, sub quo prorsus extingui. Plato Aristoteles, Stoici, mathematici consentiunt, menstruas occultationes cum sole coëuntem lunam eiúsque splendore obrutam præstrictámque facere. Defectiones verò in vmbram terræ incurrente luna fieri, terræque inter vtrumque sidus obiectu, aut luna potiùs

B obsepta.

Quam præbeat speciem luna, & cur terra videatur. Cap. LI.

PYthagorei glebaceam propterea videri lunam, quòd habitetur, quomodo & hæc terra nostra. Sed & prægrandibus animantibus, & plantis amœnioribus: vsu enim decies & quinquies viribus illas his præstantiores, nihil excrementitium emittentes. Diem præterea totidem partibus longiorem. Anaxagoras inæqualitatem coagmenti ex rigido glebulentóque pro parte concreti: ignem enim & caliginem admixta, indéque lunam adulterinæ lucis stellam dictam. Stoici propterea non esse insolubile eius concrementũ, quòd multiplici substantia constet.

De intercapedine lunæ, qua à sole distat. Cap. LII.

EMpedocles lunam duplex quàm à terra à sole interuallum abesse: Mathematici vndeuiginti partes à sole abesse lunam, quantum à terra ipsum. Eratosthenes lunam à terra

C abesse septingenta & octoginta stadiorum millia.

De annis. Cap. LIII.

ANnus est Saturni quidem annorum ambitus vertẽtium triginta, Iouis autem duodecim, Martis duorum, Solis duodeni mẽses, totidem Mercurij & Veneris: pariles enim deorum cursus, Lunæ dies triginta. Hic enim perfectus mensis ab luna ad intermenstruã. Cæterùm quidam annum octennium esse existimauerunt, nonnulli annos vndeuicenos: sunt qui vndesexagenos. Heraclitus ex duodeuicenis annorum millibus constare putat. Diogenes ex tricenis quinquagenis quinis supra Heracliti annum. Alij ex septenis millibus tricenis septuagenis septenis. Ex his igitur quæ iam posuimus pater, quomodo illi circa cœlestia & sublimiora corpora dissenserint. Nunc de iis specta quæ terræ sunt.

De terra. Cap. LIIII.

D THales & qui eum sequuti sunt, vnam esse terram: Icætes Pythagoreus duas, hanc & Antipodum, quam Antichthona vocant. Stoici hanc vnam finitam. Xenophanes inferna ex parte in infinibilem altitudinem radices egisse, igne autem & aere concretã. Metrodorus terram sedimenrum fecémque aquæ, solem verò aëris.

De figura terræ. Cap. LV.

THales, & Stoici, eorúmque studiosi globosam terrã. Anaximãder columnarem. Anaximenes mensæ similem. Leucippus tympani. Democritus latitudine disco assimilem, in medio autem cauam.

De situ terræ. Cap. LVI.

THaletis æmuli terram mediam. Xenophanes primam in infinitum fibratam. Philolaus Pythagoreus ignem medium, quippe vniuersi focum. Secundam antichthonem

E id est, antipodum terram, tertiam quam incolimus, cùm antichthoni è regione sitam, tum circa eam versatilem: quæ causa est, vt qui illam habitant, à nobis non videantur. Parmenides primus habitabiles tractus præfiniuit citra duos circulos, solstitialẽ brumalémque.

De motione terræ. Cap. LVII.

CÆteri terram manere. Philolaus verò Pythagoreus circa ignem verti obliquo in circulo similiter soli & lunæ. Heraclides Ponticus Ecphantus Pythagoreus cient quidẽ terram, verùm haud quaquam promouentur, rotæ verò instar cardine suo nixam, & ab occasu ad exortum circa eum volui. Democritus iam inde à principio multiuagam fuisse, tum quòd parua, tum quòd leuis esset: procedente verò tempore addẽsatam, sua præ mole libratam constitisse. His de terra philosophorum opinionibus exposi tis, audi nunc de mari quoque.

De mari, vnde constet, & cur amarulentum. Cap. LVIII.

ANaximander mare primariæ humiditatis reliquias esse, cuius ignem plusculam assicasse partem, reliquam autem feruoris vi in alienum degenerasse saporem. Anaxagoras, Principio, inquit, humore stagnante solis circumflexu obusto, sicque pingui euaporato, reliquum in salsuginem amarulentiámque subsedit. Empedocles, peruastæ terræ sudorem elutis per summam terris amaruisse. Antiphō sudorem æstus, ex quo residuus humor amarefactus, efferuescendóque in salsilaginem incoctus est, vt in omni sudore accidere solet. Metrodorus mare per terras excolatum terrenum lentorem resipuisse, perinde atque solent quæ per cinerem diffunduntur. Platonici quantum elementaris aquæ rigoris vi ex aëre concretum est, dulce euasisse: quantum verò à terra obustulata canflagrantéque suffitum est, salsum. Et hæc quidem de mari. Quod autem illi, qui se de vniuerso mundo, de cœlestibus, inquam, & æthereis, imò totius vniuersi comprehensione naturas & causas docere profitebantur, ipsimet eas ignorauerint, vel hinc discere satis potes, quòd tanta inter se discordia dissentiunt. B

De partibus animæ. Cap. LIX.

De anima & eius partibus.

PYthagoras, Plato, summa quidem ratione animam bipartitam: hinc enim rationem, illinc stare irrationalitatem. Accuratiore verò & exquisitiore tripertitam: irrationalē enim partem in iracundam aiunt, cupidámque dimensilem. Stoici octo ex partibus cōstare dicunt animam, quinque quidem insensibilibus, visitatrice, auditrice, odoratrice, gustatrice, tactrice, sexta verò locutrice, septima proseminatrice: octaua deníque principe ipsa, à qua ipsa prædictæ omnes per accōmodata sibi instrumēta instruuntur, octonis polypi simillimæ brachiis. Democritus ac Epicurus bipartitam animam, & rationem quidem habentem in pectore sitam: irrationabilitatem verò sparsam per totius compaginem corporis. Democritus, Omnia, inquit, corpora cuiusdam modi animæ participantia sunt. Vel mortua enim, inquit, perspicimus ea caloris cuiusdā participia esse plusculo iam difflato. C

De animæ sede & principatu. Cap. LX.

ἐπικρανίδα.

PLato, Democritus, in toto capite. Strato, in superciliorum interstitio. Erasistratus circa membranam cerebri, quam epicranidem vocat, quasi dicas procaluium. Herophilus in ventriculo cerebri, qui idem basis eius est. Parmenides, Epicurus, in toto pectore. Stoici ad vnum, toto in corde, vel in cordi obuersante spiritu. Diogenes in arteria cordis ventriculo, qui animalis, id est, spirabilis est. Empedocles in sanguinis concretione. Sunt qui in ceruice cordis: non desunt qui in inuolucro cordis: nonnulli in præcordiis. Recentiorum quidam peruadere à capite ad præcordia. Pythagoras viuificam vim circa cor, rationatiuam autem & intellectiuam circa caput esse. Tantum hactenus de his. Nūquid igitur merito tibi videntur sano iudicio & prudēter inutile hoc & errorum plenum, horū omnium studium relinquere, nec magnam his quæ dicta iam sunt, curam impendere, quū nullum inde operæprecium, nec quicquam quod ad commodum vel boni possessionem hominibus faciat, expectandum sit: soli autem erga cuncti factorem Deum pietati incumbere, & vt per vitæ modestiam, necnon aliam quæ ex Dei amore proficiscatur, secundum virtutū institutionem Deo ante omnia viuamus, pro virili studere? Sed etsi tui inuidia † testimonium nobis perhibere verearis, Socrates tamen, omnium Græcorum sanè sapientissimus eò te cōpellet, qui ex veritatis amore suffragia pro nobis tulit. Hos etenim circa sublimia cauillatores, desipientes ostendit, nec differre eos ab insanis dicebat, palàm eos arguens, quòd res non solùm incomprehensibiles affectent, sed circa inutiles quoque, & quę vitæ humanæ nullum adferant commodum, operam omnem suam ludant. Hæc autem testabitur tibi ante alios Xenophō, Socratis inter omnes familiarissimus, qui in libro quē ἀπομνημονεύματα inscripsit, hunc in modum scribit. E

Quod

A *Quòd Græcorum quoque sapientißimus Socrates, ceu stultos & insipientes arguat eos, qui rerum prædictarum speculationi nimiùm vacant, vt qui circa res inutiles & incomprehensibiles operam suam ludant. Cap. LXI.*

NEMO vnquam nec vidit Socratem facientem, nec dicentem audiuit superstitiosum aut impium quicqam. Non enim de rerum omnium natura, vt quàm plurimi alij, disputabat: nec quemadmodum, qui à sophistis mundus vocatur, se habeat, ille considerabat: imò verò illos, qui in huiuscemodi contemplandis vacant, stolidos esse monstrabat. Primò namque id illorum considerabat, vtrùm quoniam arbitrantur satis res humanas cognoscere, ad illa rimanda veniant: an humanis dimissis, diuinas res contemplantes, rectè sese agere opinantur. Admirabatur verò non constare eis, impossibile hæc inuenire esse hominibus, cùm hi quoque, qui recti & excelsi in hac B gloriantur scientia, contraria de eisdem opinentur, ac sicut insani alter ad alterum se habeant. Quemadmodum enim insanientium quidam, nec illa quæ horrida sunt abhorrent: quidam verò & ea quæ timenda non sunt, pertimescunt, & his quidem nec publicè agere aut facere quodcunque contigerit, turpe esse videtur: illis verò nec conuersandum cum hominibus esse: & quidam nec templum, nec aram, nec quicquam adorant diuinum, quidam autem lapides, ligna ac feras colunt: sic etiam eorum qui in rerum omnium natura contemplanda vacant, quibusdam vnum solum videtur esse quod est, quibusdam verò infinita multitudo, & his quidem omnia semper moueri, illis verò nihil vnquam moueri: & quibusdam omnia gigni atque corrumpi, quibusdam autem nihil vnquam gigni aut corrumpi posse. Petebat verò hoc etiam de huiuscemodi hominibus, vtrùm, quemadmodum qui res humanas arte adipiscuntur, & sibiipsis ac cæteris arbitratur quodcunque didicerint facere posse: sic etiam hi opinentur, qui res contemplantur diuinas, cùm sciāt qua C de necessitate, quibúsve de rationibus singula fiunt, etiam sese posse cùm velint, ventos, pluuias ac temporum facere mutationes, aliáque si quando indigeant, similia istis efficere: an'ne sperent quidem aliquid huiuscemodi? Satis verò eis videtur, qua singula horum fiūt ratione cognoscere. De his igitur qui huiuscemodi res tractant, hæc aiebat. Ipse verò de humanis semper disputabat rebus, considerans quid pium, quídve impium sit, quid honestum quid turpe, quid iustum, quid iniustum, quid sobrietas, quid insania. Hæc quidem Socrates. Post ipsum verò Aristippi Cyrenæi discipuli, nec nō post eos diu, Aristonis Chij sectatores affirmare certo soliti sunt, quod soli deceat morali incumbere philosophiæ: ceu quæ captum nostrum haud superet, & commodum secum adferat: illos verò de rerum natura sermones contrarium prorsus habere: nec enim percipi & comprehendi à nobis D posse, nec etiam si fortasse inspicere ea contingeret, vtilitatis quicquam afferre. Nihil enim accedere nobis amplius, si vel vltra Persei sidus eleuemur, supráque ponti fluctus, & supra Pleiades feramur, ipsísque concedatur oculis totum intueri mundum, & omnium rerum, quæ'nam sit, naturam: non inquam nos inde vel prudentiores, vel iustiores, vel fortiores, vel denique modestiores fore: imò nec robustos nec pulchros, nec diuites: quibus sine felicitatem consequi haud equidem licet. Vnde rectè Socrates dicere solebat: Eorum quæ sunt, alia quidem supra nos esse, alia verò nihil ad nos spectare: physica nimirum supra nos esse, dicens: quæ verò post mortem, nihil ad nos: sola autem humana ad nos spectare. Propterea quoque valere hunc iubebat, qui per Anaxagoræ & Archelai physiologiam quærere se aiebat, quid nam Megaris, vel bene maléve conditum esset. Alias verò esse physicas rationes non solùm difficiles, non autem impoßibles, sed & pias, & legibus cōtrarias. Has E etenim vt verum censere deos prorsus nullos esse: illas verò, aut infinitum, aut ens, aut vnū. Ac quamuis potiùs quàm qui habiti sunt. Dissensionem illam valdemagnam esse: illos quidem infinitum esse vniuersum pronunciare, hos verò, determinatum. Et rursus, hos quidem moueri omnia censere, illos autem prorsus nihil. De his mihi omnium optimè quoque dixisse hæc videtur Phliasius ille Timon, quum in Sillis ait.

Quis etenim hos mala contentione intellexit pugnare?
Echo concurrentis turbæ, quæ taciturnis infensa
Morbum inter homines excitauit loquacitatem: peribant autem multi.

Vides nunc quomodo viri quoque illi nobiles mutuo se maledictis lacessant. Sed præter hæc quæ dicta iam sunt, alius quoque vir quidam clarus horum perstringit hominum cōtentionum, pugnas & dissensiones, his verbis.

Oritur autem perniciosa rixa, inane locuta,
Contentionis homicidæ soror, & conducta,
At cæca, circa omnia voluitur. Cæterum deinde
Grauitate confirmauit caput, & in spem coniicit.

Hactenus itaque monstrata horum hominum seditione ac pugna, nec non confutatis, non tam nostris, quàm propriis ipsorum demonstrationibus, eorum cùm institutione, tum disciplina, quæ in nullo nobiscum conueniunt, sed impares prorsus sunt: præterea producta in lucem causa, cur eorum auersãtes dogmata, Hebræorum magis oracula amplexati simus, hisce de Euangelica præparatione libris finem nunc imponimus. Quæ verò perfectioris sunt tractationis, de Euangelica videlicet demonstratione considerãda dehinc nobis erunt, alio facto sermonum nostrorum principio, ab eo nempe, quod reliquum est, problemate. Est autem reliquum, vt iis qui ex circumcisione sunt, quærentibus respõdeamus, cur alienigenæ nos, & diuersi ab ipsis generis homines, eorũ vtamur libris, quum tamen, quod ipsis videtur, haud nobis conueniant: aut cur eorũ amplexantes oracula, non etiam vitam lege, quam habeant, æqualem præstemus.

Libri XV. Eusebij de præparatione Euangelica

FINIS.

A # PAVLO III. PONTIFICI MAXIMO, DONATVS VERONENSIS S.

CVVM Romam nuper rediisset Gibertus Episcopus Veronensis, patronus quidem meus, tuæ verò sanctitatis, beatissime pater Paule III. humillimus cliens, seque domum recepisset, postquam te in isto altissimo inter homines gradu faustè feliciterque collocatũ vidit, tantam ex ea re conceptam lætitiam præ se ferebat, vt nulla maiore quisquam vlla de re affici posse videretur. Sic enim homo reipublicæ Christianæ amantissimus perspiciebat, quemadmodum ipse palàm prædicabat, tandem illud tempus venisse, quo summus Deus ecclesiæ suæ labefactæ, ac nutanti consuleret: námque affirmabat, ex omni numero eorum, qui ad idem fastigium atque imperium
B facti esse viderentur, neminem planè ad hoc ipsum quod dixi, hoc est, ad instaurandam ecclesiam, neque magis idoneum eligi potuisse. Quum quidem ob eam rem, quod & probitate, & religione, & prudẽtia, & magnitudine animi, quas ille clarissimas virtutes tuas prædicare antehac nunquam satis sibi visus est, tu facilè omnibus aliis antecellis: tum verò quòd neque ingenio, neque doctrina, neque genere ipso ac nobilitate, neque vllis aliis etiam verioribus bonis, alium quempiam hoc tempore, vel digniorem, vel æquè dignum cernebat, cui tam grauis prouincia delegaretur. Ad has verò publicas lætitiæ causas, priuatis quoque suas idem accedere dicebat, quippe qui initio statim tui istius imperij incredibilem quandam esse liberalitatem tuam expertus, quum in nihil prorsus adhuc de te, tuísque rebus meritum, vsque adeò diligenter atque amanter tueri & ornare cœpisti, confirmata ipsi omni pristina autoritate ac dignitate, cum maximo existimationis ipsius ac famæ incremento, vt non veterem patronum, ac tutorem amisisse, sed nouum potiùs parentem, nouúmque omnium rerum suarum columen sibi inuenisse videre-
C tur. Verùm vt est ille gratiori quodam, generosioríque animo præditus, quum primùm reuersus est domum, nihil sibi potius aut faciendum, aut cogitandum existimauit, quàm vt animi sui erga tantam benignitatem gratissimi certum aliquod testimonium atque indicium inuenire, palámque efferre posset. Cuius quidem voti ne se compotem futurum sperare auderet, ipse interim magnitudine fortunæ tuæ, rerúmque tuarũ deterrebatur. Ecce autem clementissimus Deus, cui pro tantis rebus simul ac domum rediit gratias de more egerant, non diu illum tam honestæ rei desiderio teneri permisit, sed redegit illi in memoriam, quos Eusebij Cæsariensis de Euangelica demonstratione libros domi habeat, atque in Latinum conuertandos mihi tradiderat, eos sub tuæ sanctitatis nomine publicare posse. Ea forsitan ratione, quòd quum ipsa diuina prouidentia te vnum hoc tempore elegisset, qui labenti atque inclinatæ ecclesiæ præsidium ferres, hoc item tam salutari remedio, euangelio laboranti subueniendum putaret. Porrò id opus Gibertus, quum diu, multúmque cogitasset, Latinum potiùs quàm Græcum edi oportere decreuit,
D quòd ex illius Latina editione multo plures, quàm ex Græca, vtilitatem capturos videbat, quãquam alia quoque de causa sperabat eosdem libros tibi fore nõ ingratos, quum memoria teneret, te illorũ Græcum exemplar: quod vnum in Italia penes Ioannem Franciscum Mirãdulensem principem extaret, virum, cuius in omni genere literarum, omnibúsque magnarũ artium disciplinis, industria atque excellẽtia nunquam satis prædicabitur, omni studio & habendum, & legendum curasse, idémque summopere laudare consueuisse. Quibus de causis, quum me id opus aliquanto maturius conficere iussisset, idem protinus vniuersæ Christianorum reipublicæ sub tuis felicissimis auspiciis condonare constituit, vt sic eodem tempore & Eusebius Euangelicam veritatem, Christíque diuinitatem hominibus demõstret: & tua sanctitas, eius qui personã Christi gerit in terris, integritatem, ac sinceritatem muneris probet. Cæterum ego quidem, quod ad me vnum attinet, vel maximum meorum laborum fructum mihi percepisse videbor, si quum huic Giberto patrono meo, tuæque sanctitatis humillimo clienti obtemperauero, i-
E psum à me Latinum factũ, tibi non displicuisse cognouero. quum enim sanctitas tua illud propria Græcorum lingua exaratum, diligentissimè olim legerit, quàm ego id rectè interpretatus sim, multo facilius iudicare poterit. Quam quidem sanctitatem tuam, quemadmodum summus Deus, omni & bonitate, & prudentia, & doctrina exornauit, vtinam & diutius in humanis degere, & incolumem, benéque valentem superesse ad suam ipsius maiestatem celebrandam, colendámque permittat.

EVSEBII PAMPHILI CAESARIENSIS DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA LIBER PRImus, absque principio.

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM IN LIBRVM I. de Demonstratione Euangelica. B

QVEMADMODVM in libris XV. de Euangelica Præparatione, Philosophorum clarissimorum testimoniis,& aliis quibusdam argumentis,sacram Hebræorum doctrinam,à Christianis magno consensu receptam, aduersus Sycophantarum Ethnicorum calumnias virulentissimas, defendit pro sua virili Eusebius noster:Ita in his de Demonstratione Euãgelica libris,doctrinam Christianam,(quæ Christi operũ & meritorum præconio definienda est:vt omnibus constet Iesum Nazarenum,esse Christum) aduersus Iudæos γραφικαῖς ἀποδείξεσιν astruit,& iis quibus Christus scandalum est,ex veteris instrumenti oraculis eundem tanquam *Dei filium considerandũ proponit.Norat enim Eusebius verißimè dictũ ab Apostolo:Nos autẽ prædicamus Christum crucifixum,Iudæis, quidẽ offendiculũ, Græcis verò stultitiã:Sed iisdẽ vocatis Iudæis pariter & Græcis, Christum Dei potentiã & sapientiã.* 1. Cor. 1.Ideo vtrisque satisfacere studuit,vt interim Christianos ab impietatis,leuitatis & errorũ criminibus vindicaret.Desunt autẽ in huius libri vestibulo capita priora duo,vnà cũ initio tertij capitis,quæ res obscurioreẽ reddit τὴν πραγματείαν.Cæterùm in tertio capite,de Cæremoniis Leuiticis agit,quas & difficiles obseruatu & vni tantũ Israëlitico populo,nec vt in perpetuo vsu omniũ Gẽtium essent,præscriptas esse,monet.In tribus sequẽtibus capitibus,quarto nimirũ quinto & sexto de veteri& Nouo Testamẽto disserit. Ac vetus quidẽ Testamẽtũ propter præclara de Christo oracula,magni faciẽdum esse ostẽdit:Nouũ verò tanquã omnibus in toto orbe terrarũ fidelibus præscriptum, veteri successisse.Postea subiicit vtilẽ de harmonia vtriusque testamẽti,(quæ in fidei & vitæ norma cernitur)cõmonefactionem,ac paucis de vocatione Gentium & reprobatione Iudæorum disputat. In capite septimo,excusat Legalium constitutionum & cæremoniarum,abrogationem. Octauum caput,encomiũ Cælibatus & Cõiugalis inter Christianos vitæ,continet.In postremis duobus capitibus diluit duas obiectiones,quarum altera est, de Sanctorum Patrũ cõiugio,& Christianorum quorundam cælibatu:altera est,de ieiunorum mundi elementorum abrogatione.Hæc in primo libro tradit Eusebius.

Quòd Mosaica lex vni Iudaicæ genti accommodari poterat, & huic ipsi propriam terram incolenti duntaxat, quódque idcirco altero propheta, alteráque lege opus fuerit. Cap III. *absque principio.*

† *famula tua & qui aduena est in vrbibus tuis.* Deinde oratione progressus , quod dictum est confirmat, dum sic ait: *Veruntamen sancta tua quum fuerint tibi, & quum vota tua susceperis, venias ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus sibi.* Et rursus: *Decimam decimabis vniuersi fœtus seminis tui, fœtum agri tui quotannis comedes ipsum conspectu Domini Dei tui, eo in loco quem elegerit Dominus Deus tuus ad inuocandum nomen suum ibi.* Deinde vbi reputauit quid facere oporteat, si is locus de quo agitur remotior fuerit. Frugum autem prouentus multus, vt videlicet domo ad locum Dei afferre oporteat annuos fructus sacrificationis, de hoc item hãc constituit legem: *Si verò longè à te fuerit via, neque poßis ea repræsentare, propterea quòd longè à te fuerit locus, quem elegerit Dominus Deus tuus ad inuocandum nomen suum ibi: tibíque benedixerit Dominus Deus tuus, vendens ea argento, & capies argentum in manus tuas, & dabis argentum pro omni quodcunque concupierit anima tua pro bobus, siue ouibus, siue vino. siue sicera, siue omni quodcunque*

Deut. 13. Deut. 14. *Oblationes Hierosolymam ferẽdæ.*

E

A cunque concupierit anima tua, & comedes ibi in conspectu Domini Dei tui. Tum rursus locum
quali signo impresso commendat, his ferè verbis: De primogenitis quæ nata fuerint in bobus at-
que ouibus masculina offeres Domino Deo tuo. Non opus facies in vitulo primogenito, & non tondebis
primogenitum ouium tuarum, in conspectu Domini Dei tui comedes illud singulis annis, in loco quem
elegerit Dominus Deus tuus & domus tua. Post hæc rursus inspice, quónam modo ea quæ ad
festos dies pertinent distinguit, vt ne alibi terrarum, quàm in eo vno loco de quo agitur, Dies festi vbi celebrãdi
festos dies agant. Ait igitur: Obserua mensem nouarum frugum, & facies pascha Domino Deo tuo Israelitis.
oues & boues, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. Rursus admonet his verbis: Non poteris Pascha.
sacrificare pascha in aliqua vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, sed in loco dunta-
xat, quem elegerit Dominus Deus tuus. Illic immolabis pascha à vespere ad solis occasum, in tem-
pore quo egressus es de terra Aegypti, & coques, & comedes in loco quemcunque elegerit Domi-
B nus Deus tuus. Lex igitur de solenni die, qui pascha dicitur, huiusmodi descripta est. Pentecoste.
Porrò autem de quinquagesima quid dicat, audi: Totas septem hebdomadas numerabis
tibiipsi, ex quo falcem in segetem immittere cœperis, & celebrabis diem festum hebdomadarum
Domino Deo tuo, quantum poterit manus tua, ex omnibus quæcunque dedero tibi, propterea quòd tibi
benedixerit Dominus Deus tuus, & epulaberis coram Domino Deo tuo, & filius tuus & filia tua,
seruus tuus, & ancilla tua, & Leuita, qui fuerit in vrbibus tuis, & aduena, & pupillus, & vidua quæ
apud vos fuerit, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus sibi, ad inuocandum nomen suum ibi. Ter-
tium verò solenne vbi imperet celebrandum, audi: Solenne tabernaculorum celebrabis tibiipsi
septem diebus, vbi de area tua, & de torculari tuo collegeris, & epulaberis in solenni tuo, tu & filius
tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, & vidua, in loco quemcunque elegerit Dominus Deus
tuus sibi. Quum igitur eum locum tam multis signis ostendat, totiésque illuc ire cum to- Festum ta-
C to genere, totáque domo oportere præcipiat, qui fieri potest, vt ea quæ dicit, vel iis cõue- bernaculo-
niant, qui breui interuallo à Iudæa distant, nedum gentibus, quæ in toto orbe terrarum rum.
degere intelligantur? eo magis quòd ne veniam quidem vllam tribuit iis, qui transiliant
quæcunque præscripta sunt, ac potiùs execrationem omnibus quicunque non omnino
omnia seruauerint denunciet, ad verbum sic dicens: Execrabilis quicunque non steterit in o- Deut. 27.
mnibus quæ in hac lege scripta sunt, vt faciat ea. Cõtemplare deinde quàm omnes vires huma-
nas superent, fieríque nulla ratione possint, quæ in lege Mosis posita sunt. Siquidem vbi
distinxit, quæ voluntaria peccata, quæque difficilia sunt, & pœnas vnicuíque eorum ad-
iunxit, quæ maximo supplicio digna sunt: tum verò leges ponit, quibus alia quadam ra-
tione eos item qui inuiti peccauerint, conuertat, quarum vna quidem sic se habet: Si ani- Leui. 5.
ma vna peccauerit nolens ex populo terræ, dum facit vnum ex omnibus præceptis Domini, vel dum nõ
D facit, & peccat, cognitúmque ipsi fuerit peccatum quod peccauit, & offeret munus suum captam an-
niculam immaculatam, id offeret pro peccato suo quod peccauit, in loco vbi mactant sacrificia: & ac-
cipiet sacerdos de sanguine. Et sanè considera quemadmodum hic quoque cùm qui imprudẽs
peccauerit, ad locum venire oporteat, vbi mactant sacrificia. Is autem est, de quo multis
verbis iampridem meminit, dicens. Quemcunque elegerit Dominus Deus tuus. Quod quidem
quum ab omnibus quicunque sunt in terra hominibus planè effici non posse, ipse quoque
autor legis videret, tum perspicuè significauit legem inducens non infinitè aduersus om-
nes, sed adiiciens: Si anima peccauerit nolens, ex populo terræ. Alteram verò legem ponit, quæ Leui. 5.
sic habet: Quòd si anima audierit, vocem iurisiurandi, atque hic testis aut viderit, aut conscius fuerit
si non indicauerit, peccatum suscipiet. Quid nam igitur aliud hũc facere oporteat, quàm sum-
pta in manus hostia, properè abire expiandum? vbi porrò expiabit, nisi in loco, in quo ma-
ctant sacrificia? Tertiam quoque dum scribit, Anima, inquit, quæ tetigerit quiduis immũdum,
E siue quæ & occisa fuerint de pecoribus immundis, & sumpserit ex eo, ipse pollutus est: & peccabit, si
attigerit immunditiam hominis ex omni immunditia eius, quam quis attingens pollui solet, & oblitus
fuerit, & postea cognouerit, & peccauerit. Ergo quid tandem hunc etiam qui sit pollutus fa-
cere conueniet, nisi rursus ad locum venire, & offerre pro peccato suo quod peccauit, aut
ouem, aut agnam, aut crapram anniculam ritè? Eadem verò lex est etiam de anima quæ
iurauerit, dum ipsis labiis distinguit vel malè se facturam vel benè, secundum omnia quæ
cùnque enunciare solet homo cum iureiurãdo, & oblitus fuerit, & idem post cognoue-
rit, & peccauerit vnum aliquid ex iis, & prodiderit peccatum quod peccauit, etiam
hic, inquit eadem sumpta hostia, festinet ad locum, & orabit pro ipso sacerdos, pro
peccato ipsius: & dimittetur ei peccatum. Alia præterea est lex seorsum ab eis, quæ Leui. 5.
expositæ sunt, quæ in hunc ferè modum præscribit: Anima quæ obliuione oblita fuerit, & im-

prudens peccauerit in ijs, quæ sancta sunt Domini, offeret D*omino arietem pro peccato suo.* Offeret A autem rursus ad pontificem, in loco videlicet de quo dictum est. Sextam quoque legem prioribus adiungit his verbis: *Anima si peccauerit, & fecerit aduersus vnum ex omnibus præceptis aliquid eorum, quæ non oportet facere, & non cognouerit, & deliquerit, & acceperit peccatum suum, rursus offeret pontifici arietem, & orabit pro ipsa sacerdos, pro ignorantia eius, quam ignorauit: & hic ipse non nouit, & dimittetur ei.* Septimam item scribit legem hoc modo: *Anima si peccauerit, & contemnens contempserit præcepta* D*omini, & mentita fuerit proximo suo in deposito, communicationis aut rapinæ causa, vel iniuria aliqua affecerit proximum suum, vel inuenerit rē perditam, ac de ea ipsa mentita fuerit, & iurauerit iniquè pro vno ex omnibus quæcúnque facit homo, & peccat: & quandocúnque peccauerit ac deliquerit, & restituerit rem quam abstulit, aut iniuriæ à se il-*

Leui. 6. *latæ satisfecerit, aut depositum quod suæ fidei commissum fuerat, reddiderit, aut rem perditam quam inuenit, ex omni re pro qua iniquè iurauit, soluet ipsum totum, & eius insuper quintam partem.* Cæterum, oportebat postquam prodiderat peccatum, ac soluerat, omnibus negotiis posthabitis properè abire ad locum, quem elegerat Dominus Deus, & offerre pro delicto arietem immaculatum, & sic orare pro eo sacerdotem apud Dominum, & dimittit ei. Hæc sanè Moses ille admirandus tam de iis qui inuiti peccauerint, quam de iis qui per ignorātiam, diligentissimè tractauit seorsum ab iis quæ voluntariè peccantur, quibus etiam inexorabiles irrogat pœnas, vt suos ita cohibeat, ac refrenet. Qui enim iis qui inuiti peccauerint, nō priùs veniam tribuit, quàm peccatum enunciauerint, ac deinde ei qui peccauit quasi leuem pœnam per indictum illud sacrificium irrogat, & per accessionem sine mora ad locum sanctum, studium simul & religionem eorum intendit, qui se autore in diuino cultu vti velint, quî fieri potest vt non multò priùs ab iis quæ voluntariè committuntur, cohibuerit appetitus? quid ad hæc igitur argumentari oportet, quando, vt dictum est, cuncta C

Deut. 27. redigens in summam Moses, sic imprecatur: *Execrabilis omnis quicunque non steterit in omnibus quæ in lege scripta sunt, vt faciat ea:* ergo etiam in extremis terræ finibus habitantes, si ritus Mosaicos seruare volebant, vt talem execrationem vitarent, promissámque Abrahæ benedictionem contingerent, hæc omnia facere oportebat? ac ter singulis annis Hierosolyma petere? ex omni præterea natione, quæ tales sibi ritus seruandos proposuisset, fœminas partu modò ac doloribus leuatas tam longum iter ingredi, vt quod imperasset Moses sacrificium, pro singulis puerperiis offerrent? Item qui aut mortuum corpus attigissent, aut peierassent, aut inuiti aliquid fecissent, eos ab extremis terræ finibus venire, ac properantes excurrere ad eam, quæ lege sancita esset, purgationem, vt execrationis pœnam effugerent. Sed planè perspicis, vt vel ipsa Hierosolyma incolentibus atque in vna Iudæa versantibus ac degentibus, Mosaicum illud viuendi institutum seruatu difficile esset, nedum tale vt posset à reliquis gentibus obseruari. Proinde Saluator ac Dominus noster Ie- D sus filius Dei post reditum à morte ad vitam, cùm ad discipulos suos dixisset, *Ite ac docete*

Math. 28. *omnes gentes:* tum meritò adiunxit, *Docentes eos seruare omnia, quæcunque præcepi vobis.* Non enim quæ in Mosis legibus sunt, docere omnes gentes imperabat, sed quæcunque ipse præceperat. Hæc porrò sunt, quæ in illius Euangeliis continentur. Meritò igitur & discipuli eiusdem, & Apostoli, quum habere gentium rationem vellent, in hoc inter se conuenerunt, vt quę in Mosi legib. continentur, nequaquam gentibus possent accommodari: quippe quæ neque ab ipsis neque à patribus ipsorum seruari potuisse constaret. ergo in A-

Act 15. ctis Petrus ita loquitur: *Nunc ergo quid tentatis* D*eum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* Sed etiam ipse Moses propter hæc ipsa quæ diximus, meritò & alterum præter se surrecturum ait prophetam, & hunc ipsum

Deutero. 18. legum autorem futurum cunctis gentibus nunciat, Christum eo modo significans, & ei- E

Act. 3. dem vt pareant, suis omnibus imperat, quam rem his fermè verbis diuinat: *Prophetam vobis suscitabit* D*ominus* D*eus ex fratribus vestris, tanquam me, illum audietis in omnibus quæ loquetur vobis. Quæcunque verò anima non audierit prophetam illum, delebitur de genere suo.* Porrò autem prophetam hunc Christum ipsum videlicet à Iudæis oriundum, alibi item omnibus gentibus imperaturum, enunciat his verbis: *Quàm pulchræ domus tuæ Iacob, tentoria tua Israel, vt saltus vmbrosi, vt hortus iuxta fluuium, vt tabernacula quæ fixit* D*ominus*. Prodibit homo ex semine eius, & dominabitur gentibus multis, & extolletur regnum eius. Quinetiam, cùm duodecim omnino apud Hebræus essent tribus, ex qua illarum oriturus hic apud gentes legum autor, qui canitur à propheta, & quibus temporibus futurus esset, quòd de tribu Iuda videlicet, quódque tunc, cùm defecerint qui à maioribus sibi traditum Iudaicæ gē-

tis

A tis imperium tenere consueuissent, planissimè indicat his verbis: *Non deficiet*, inquit, *princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniant quæ reposita sunt ipsi, & ipse erit expectatio gentium.* Sed quænam expectatio erat præter eam quæ Abrahæ quōdam promissa fuerat: quòd videlicet in ipso omnes gentes terræ essent benedicēdæ. Itaque etiam ipse Moses visus est optimè intelligere futurum esse aliquando, vt leges quas ipse tulisset, omnibus gentibus accommodari non possent. Ad ea verò oracula comprobanda, & conficienda, quæ Abrahæ reddita sunt, altero opus esse propheta: sed hic erat quē de tribu Iuda proditurum, multísque gentibus dominaturum superiori testimonio confirmauerat.

Scholia in Cap. III.

Græcus codex ἐπιγραφὴν *hanc habet:* εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως τῶν εἴκοσι βιβλίων τὰ δέκα. *Scripsit ergo Eusebius viginti lib. de Demonst. Euangelica, è quibus decem tantū nostra memoria ex-*
B *tant, ex quibus quid de iis qui interciderunt vel temporum iniuria, vel hominum quorundam inuidia, statuendum sit, velut ex vnguibus leonem, vt est in prouerbio, æstimare licebit. Meminit X X. librorū Eusebij* τῶν ἀποδείξεως εὐαγγελικῆς, *Beatus Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, qui extat in fine Tomi primi lucrubationum Hieronymianarum. Initiò autem in hoc capite, quo* ἀκέφαλον *est, ijs respondens, qui vitio vertebant Christianis, cæremonialium Moyse sanctionum omissionē, istuc præcipuè docet, non quidem defuisse* εὐκοσμίαν καὶ εὐσχημοσύνην *sacrificiis Israelitarum & celebrationi dierum festorum, verùm vni Iudæorum populo, non omnibus in toto terrarum orbe Gentibus, eiusmodi cæremonias præscriptas esse. Ideo non exigendas esse ab hominibus Christianis Iudaicam cultus Dei normam & vitæ institutum, quod si maximè velint, non poßint tamen per omnia obseruare. Porrò quàm fuerit difficilis obseruatio legū Mosaicorum, ex eo colligit Eusebius, quòd pec-*
C *cata voluntaria & non voluntaria eiusmodi pœnis & sacrificiis expiari necesse fuit, qualia à Mose fuerunt præscripta. Sanè cum eæ cæremoniæ tam difficiles obseruatu essent, à Domino Christo aliæ sunt institutæ. Oracula de Domino nostro Iesu Christo, in fine capitis rectè & iuxta fidei analogiam sunt adducta. Etsi verò illud de Propheta diuinitus suscitando, generatim dictum videri potest, vt sit sententia, Nunquam defuturum Iudæis Prophetam: tamen cum* κατ' ἐξοχὴν *Christum Dominum nostrū Prophetam appellari, & Mosi prophetiam Deut. 18. Petrus in sua concione Actorum 3. & Diuus Stephanus martyr in Apologia sua, Act. 7. testentur, non est cur quis existimet perperā illud de Christo interpretatum fuisse Eusebium nostrum.*

Quánam de causa quum omnium Iudæorum oracula acceperimus, eorundem viuendi studium recusauerimus. Cap. IIII.

D His igitur de causis sacros Hebræorum libros, vt pote qui de nobis gentibus oracula contineāt, quasi proprios nostros, & accepimus, & amplexi sumus, eóque magis quòd non vnus Moses de legum autore apud gentes post seipsum futuro est vaticinatus, sed etiam ipso Mose posteriores prophetæ, vt breuiter dicam, vniuersi eidem illi similia cecinerunt, vt Dauid, qui ait: *Constitue Domine legum latorem super eos, agnoscant gentes, quòd homines sunt.* Vide quæso, vt hic quoque alterius legum latoris meminit. Quocirca alibi idem hic gentibus imperat canere non antiquum amplius illud, & Mosaicum canticum, sed aliud quoddam nouum, in hunc modum: *Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra: anunciante in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam Dominus & laudabilis valde, terribilis est supra omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. Afferte Domino tribus gentium, afferte Domino gloriam nomini eius.* Et rursus: *Dicite in gentibus quòd Dominus regnauit. Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur.* Et alibi:
E *Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium, reuelauit iustitiam suam. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.* Hoc etiam loco considera, quemadmodum nouum canticum non vni Iudaicæ genti, sed omnibus omnino gentibus indicit, quando illud antiquum Mosaicum solis conueniebat Iudæis. Hoc sanè nouum canticum Hieremias alius Hebræorum propheta nouum testamētum appellat, his verbis: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & disponam domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum, quo die apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, eo quòd ipsi non manserunt in ijs quæ erant testamenti mei: ego item neglexi eos, dicit Dominus. Quoniam hoc testamentum quod disponam Israel, dicit Dominus, dans leges meas in interiorem sensum eorum, & in cordibus eorum, describam, & ero ipsorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Cernis item hunc dum duo testamēta

Psal. 9.
Psal. 22. & alibi partim.
Ier. 31.

distinguit, vt hoc quidem vetus, illud verò nouum appellet? & nouum dicat non veteri illi quod patribus condidit simile futurum? Illud enim lapsis à maiorum pietate Iudæis vitã Ægyptiacam ac mores æmulantibus & ad errorem colendi multos deos, superstitionémque gentium, quæ simulacra venerabantur, declinantibus legis loco impositum est: vt & eos qui ceciderant excitaret, & mutuis inter ipsos doctrinis confossos, atque prostratos erigeret. *Iustis enim*, inquit, *lex posita non est, sed iniquis & peruicacibus & impiis, & peccatoribus & horum similibus.* Nouum autem eos, qui per Saluatorem nostrum Dei beneficio ac munere consurrexerint, ad promissum Dei regnum vt eãt & properent, quasi manuducit atque instruit: omnes æquè homines vocans in vnam atque eandem bonorum communitatem. Hoc igitur nouum testamentum, legem nouam vocat, alius item Hebræorum propheta Esaias dicens: *Nam de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem, & iudicabit inter gentes: & venient omnes gentes, congregabuntur omnes populi, & dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob.* Sed quæ tandem lex de Sion proficiscens, diuersa duntaxat ab ea quæ in monte Sina per Mosem data est, reperietur, nisi ipsum Euangelicũ verbum, quod per Saluatorem nostrum Iesum Christum, pérque eiusdem Apostolos de Sion profectum est, pérque omnes gentes disseminatum? constat enim de Hierusalem ac de eo qui illi coniunctus est, monte Sion: vbi Saluator ac Dominus noster & multum versatus est, & plurimum doctrinæ suæ edidit, noui testamenti legem ab initio profectam in cunctos homines suam lucem effudisse: quæ quidem res consentanea iis vocibus fuit, quibus ille ad suos est vsus discipulos, dum dicit: *Ite ac docete omnes gentes, docentes eos seruare omnia quæcunque præcepi vobis.* Quænam porrò hæc erant, nisi noui testamenti instituta ac præcepta? Quando igitur hæc sic se habere ostensum est, nũc iam tempus fuerit inspicere, huiusce noui testamenti, eiúsque quod prædictum fuerat, cantici noui, nouæque legis rationem ac modum.

(Margin: 1. Tim. 1. — Esa. 2. — Matth. 28.)

Scholia in Cap. IIII.

Ex eo, quod de doctrina Christiana & nouo Testamẽto, multæ præclaræ prophetiæ in sacris Iudæorum libris extant, colligit Eusebius, non sine bono consilio & graui causa eos libros à Christianis receptos esse. Minus propriè videntur Dauidis quædam pronunciata, de Euangelij doctrina accepta & interpretata esse. Verùm non carent suo quodam fructu eiusmodi exempla, quæ quo pacto rectè & è contra incommodè eiusmodi testimonia, adducantur in medium, ostendunt, & iudicia legentium formant.

Quisnam modus noui testamenti, cuius Christus est autor. Cap. V.

Ita quidem ostensum iam est, quemadmodum vetus illud testamentum, lexque Mosaica vni Iudaicæ genti, & huic ipsi propriam terram incolenti accommodari posset, ac neque reliquis gentibus, quæ toto terrarum orbe tenerentur, neque alienas terras incolẽtibus Iudæis conueniret: quódque noui testamenti rationem ita oporteret institui, vt omnibus gẽtibus ad vitam prodesse posset: vt ne prorsus vllo modo, vlláue ratione, qui hoc vitæ institutum ingredi vellent, impedirentur: neque aut regionis, aut generis, aut loci, aut alterius cuiuspiam rei omnino causa, possent excusari. Talis porrò & lex, & vita planè extitit ea, quæ à Saluatore nostro Iesu Christo instituta est, qua prisca illa, & ipso Mose antiquior instauratur religio: ad cuius normam & Abraham, & eius maiores vixisse, facilè demonstrantur. Quòd si velis Christianorum viuendi rationem, atque eam quam Christus per omnes gentes disseminauit religionẽ, cum eo & religionis & iusticiæ instituto comparare, & contendere, quo & Abraham, & Abrahæ similes vsos diuinæ literæ prædicant, facilè vnum atque idem agnosces. Siquidem illi à multorum deorum cultu atque errore recedentes, & ab ea quæ simulacris addicta erat superstitione auertentes seipsos, mentis oculos supra omnem, quæcunque oculis cerni possit, naturam sustulerunt: neque verè illi aut Solem, aut Lunam, aut aliam quampiam vniuersi partem pro Deo vnquam coluere: sed ad vnum supremum, ipsum vtique altissimum cœli ac terræ opificem, seipsos attollere non dubitarunt. Quam sanè rem ipse etiam Moses in suis antiquitatis historiis commendat, dum ipsum Abraham sic inducit dicentem: *Extendam manum meam ad Deum altissimum, qui condidit cœlum ac terram*, dumque ante hunc, Melchisedec, quem ait sacerdotem Dei altissimi fuisse, ipsi Abrahæ his fermè verbis benedicentem: *Benedictus Abraham Deo altissimo, qui cõdidit cœlum & terram.* Inuenies autem & Enoch, & Noë eadem ratione qua Abraham

(Margin: *Eadem religio fuit patrũ veteris legisquæ & Christianorum.* — Gen. 14. — Gen. 5. 6. & 7.)

A Abraham,& euasisse iustos,& Deo placuisse. Quinetiam Iob vir & iustus,& verus, & inculpabilis,& omni mala re abstinens,ante Mosi ætatem celebratur: qui cùm pietatis erga Deum vniuersi gratia,per omnium bonorum subitam ademptionem vexatus,constanter omnia sustinuerit,maximum veræ religionis exemplum omni posteritati suæ reliquit, quippe qui verè philosophicum illud verbum olim acclamauerit, *Nudus egressus sum de vẽtre matris meæ, & nudus abibo. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Idem verò communem omnium Deum colens, voces etiam illas pietatis emisit,quas ipse longiùs progressus explanat,dum ait, *Sapiens enim est mẽte fortísque, & magnus, qui concutit terram à fundamentis, & columnæ eius contremiscunt, qui dicit Soli, & non oritur, & stellas quasi signo impresso claudit, qui cœlum extendit solus.* Si igitur eũdem illum quem prisci,ac ipso Mose antiquiores, Dei amici viri coluerunt Deum, nuper itidẽ Iob.1.

B vt illis solum piè colendum esse, Christi doctrina gentibus vniuersis demonstrauit: haud dubium est,quin eiusdem cùm illis diuini cultus facti simus participes, communem porrò habentes religionem,communem quoque benedictionem sortituros esse,palàm est. Sed nec minus Dei verbum,quem Christum appellare nos consueuimus, illis cognitum fuisse quàm nobis, sacrarum literarum testimonio ostensum est,quippe qui longè excellentius ad illius & manifestum aduentum,& diuinam præsentiam cernendam,idonei habiti sunt. Audi igitur, vt rursus ipse Moses,eum qui amicis Dei seipsum ostenderit,quique iisdem oracula publicis monumentis commendata reddiderit,modò Deum ac Dominũ, modò Dei angelum appellet,sic quidem planè declarans non hunc fuisse ipsum patrem, sed eius filium,qui idem & Deus ac Dominus amicorum Dei, & supremi patris angelus dici consueuerit. Dicit igitur his ferè verbis: Et profectus est Iacob in Charran, venitque

C in locum,& dormiuit in eo: occiderat enim sol,& accepit lapides de loco,& supposuit capiti suo,& dormiuit in loco illo,& somniauit. Et ecce scala fixa humi,cuius caput attingebat cœlum,& angeli Dei ascendebant,ac descendebant per illam, & Dominus innixus erat ei,& dixit: *Ego Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, noli timere, terram hanc in qua tu dormis, tibi dabo & semini tuo: & erit semen tuum vt arena terræ,* quibus deinceps adiungit: *Et surrexit Iacob manè, & accepit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit illum in titulum.* Oratione deinde progressus,hunc ipsum,qui illi se ostenderat, Deum ac Dominum, Dei angelũ nominat. Loquitur ergo Iacob. *Et dixit mihi angelus Dei in somniis, Iacob. Ego autem dixi, Quid est?* Ac deinceps: *Vidi,* inquit, *omnia quæcunque fecit tibi Laban. Ego sum Deus qui visus sum tibi in loco Dei, vbi vnxisti mihi lapidem, votúmque vouisti.* Hic sanè idem, qui etiam Abrahæ visus est, Deus ac Dominus appellatur, qui per mysteria, hominem Dei amicum, Gen.28. Gen.31.

D sui patris ius & potestatem docet,ac nonnulla interim quasi de alio quodam refert: quæ sanè nos suo loco considerabimus, Quinetiam eum, qui tum demum ipsi Iob post satis longam exercitationem respondit. Alium præter hunc dicere, est nefas. Nam qui antea de turbine & nubibus illi se ostenderat, Deum vniuersi se esse iudicabat. Porrò autem progressus, ita seipsum præbet videndum, vt ipse Iob tum dicat: *Audi me Domine, vt etiam ego loquar. Sonitum quidem vocis tuæ audiui prius, nunc autem oculus meus vidit te.* Quòd si fieri non potest, vt altissimus Deus inuisibilis, & ingenitus, & rex vniuersi à mortali natura cernatur, quis tandem hic, qui sic visus est, alius fuerit, præter Dei verbum, quod seipsum ad tempus de propria magnitudine demiserit, vt alibi quoque dicendum est? Cæterùm quid plura de eadem re in hunc locum congerere opus est, cum harum rerum confirmationes è sacris libris accipere haud difficile sit? Quas vtique etiam nos in materia proposita per ocium collecturi sumus, vt ostendamus, nullum alium fuisse nisi Dei verbum, qui Iob.42.

E ab antiquis Dei amicis patribus est visus. Itaque post rerum omnium opificis notionem etiam ea quæ ad Christum pertinent, æquè nobis atque illis, communíque ratione prodita sunt. Quamobrem Christos quoque eos ipsos, qui ante Mosem amici, familiarésque Dei fuerunt, sicut nos Christianos, appellatos inuenies. Sed audi quæso, quid de illis oraculum in Psalmis dicat: *Cùm essent numero breues, paucissimi & incolæ in ea, & transierunt de gente in gentem, & de regno in populum alterum, non dimisit hominem nocere eis, & increpuit pro eis reges, dicens: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Hæc sanè de Abraham, & Isaac, & Iacob edita esse oracula, tota compositio & continuatio orationis ostendit. Quocirca Christi quoque appellationem nobiscum communem pariter habuere. Psal.104. Patriarchæ Christiani sicut nos dicti sunt.

Scholia in Cap. V.

1 Initiò monet alio, quàm veteri & Mosaico Testamento, opus habuisse Gentes, & ob eam causam vsibus omnium gentium (quibus illud vetus non in omnibus congruebat) nouum Testamentum destinatũ esse. 2 Deinde verè affirmat eandem fuisse omnium Electorum in veteri & Nouo Testamento, religionem, benedictionem, cultúsque diuini & vitæ normã, ne quis fortè putet Christianos id quod præcipuè in veteri Testamento celebratur, veram videlicet Iusticiam, vnà cum cæremonijs, aspernari & contemnere. 3 Non tantùm Deum Patrem, sed etiam filium eius vnicum καὶ συναΐδιον λόγον, Patribus apparuisse & cum eisdem locutũ esse, rectè docet, tametsi obscuris vtitur testimonijs. Probat autẽ fideles & in veteri Testamẽto Christos esse dictos, sicut nos Christiani. Vide Psalmũ 104. Act. 11.

Quænam sit ea, quæ in nouo Testamento omnibus hominibus à Christo denuciata est, vita. Cap. VI.

Sed & ea quæ virtutem sectatur vitæ ratio, & quæ pietatem amplexa est ciuilis institutio, sicut absque Mosis constitutione, omnibus gentibus, Christo monitore patefacta est: ita planè eadem pietatis ac religionis apud priscos illos complebatur ratio. Neque igitur vt corpus circumciderent, neque vt ab horum, aut illorum animalium carnibus abstinerent, illi curabãt, quoniam ne nos quidem. Etenim protinus Melchisedec inducit Moses, sacerdotem Dei altissimi, qui neque corpore erat circumcisus, neque vnguento comparato ex lege Mosis delibutus, neque quid sabbatũ esset vllo modo edoctus, neque præterea quicquam omnino eorum quæ vniuersæ Iudæorum genti per Mosem descripta imperatáque sunt, intelligens, aut sciens: sed planè vt Christi Euangelium præcipit, viuens. Attamen ipsumhunc, sacerdotem Dei altissimi fuisse, idem Moses affirmat, ipsoque Abraham præstantiorem. Proinde inducitur qui Abraham benedicat. Talis etiam Noë fuit, homo ætatis suæ iustissimus. Quem quasi scintillã extincti ignis, & quasi semen quoddam humani generis, in ipsa diluuij grassatione, ijs omnibus reparandis qui in terra perierant, Deus vniuersi conseruauit. Hic igitur quamuis eorum quæ ad Iudaicos mores spectant, nihil sciret, neque in corporis circumcisione, aut alijs quæ autore Mose constituta sunt, degeret: tamen iustus, si quis vnquã alius est appellatus. Et ante hunc præterea Enoch qui & Deo dicitur placuisse, & translatus esse, vt nunquam mors illius appareat, Igitur hic quoque cum talis esset, tamen neque corpus circumcisum habebat, neque in legibus à Mose positis vllo modo versatus fuerat, sed Christiano prorsus more, non Iudaico vixisse perhibetur. Quinetiam ipse Abraham post eos qui dicti sunt, natus, & illis ipsis ratione temporum iunior, senex verò atque ætate prouectus, propter eos qui orituri ab ipso erant quasi signum quoddam primus circumcisionem corporis tulit: hocque ipsum suæ dignoscendæ sobolis signum, iis qui à se ratione sanguinis genus ducturi erant, ferendum tradidit: antè vero quàm susciperet liberos, atque antequam circumcideretur, ipse quoque, propterea quòd à simulacrorum cultus secesserat, vnumque super omnia Deum confessus fuerat, & vnam eam quæ cum virtute est, vitam sectabatur, Christiano more vixisse, non Iudaico demonstratur. Idcirco illi testimonium exhibetur, quòd præcepta & mandata & cæremonias, & quæ in legibus posita sunt Dei, ante Mosis constitutionem, seruauerit. Dicit igitur ad Isaac, is qui oracula illa reddebat Deus: *Et dabo semini tuo omnem terram hãc, & benedicentur in semine omnes gentes terræ, eo quòd obedierit Abraham pater tuus voci meæ, & custodierit præcepta mea, & mandata mea, & cæremonias meas, & quæ in legibus meis posita sunt.* Erant enim etiam ante Mosis legem mandata Dei alia, & cæremoniæ, non similia ijs quæ à Mose tradita sunt: legesque aliæ, ac præcepta Domini, per quæ illi iusticiam adepti sunt. Porrò autem quòd non eadem essent cum ijs quæ per Mosem in legibus posita sunt, Moses ipse perspicuè demonstrat, vbi ait ad populum: *Audi Israel iustificationes, & iudicia quæcunque ego loquor in auribus vestris in die hac: & discetis ea, & seruabitis, vt ea faciatis. Dominus Deus vester condidit vobis in Choreb testamentum: neutiquam patribus vestris condidit Dominus testamentum, hoc, sed vobis.* Et sanè specta, vt planè dicit testamẽtum hoc, propterea quòd non idem illud patribus eorum constituit. Quòd si absolutè non datum esse patribus eorum testamentum dixisset in mendacium sanè illi recidisset oratio. Datum est igitur Abrahæ testamentum, datum est etiam Noë, sicut sacra testantur oracula. Atque idcirco cum adiunctione dixit Moses, non hoc datum esse patribus eorum, sic sanè alterum significans, præstantius atque excellentius, per quod amici dilectique Deo agniti dictique sunt. Nam protinus ipsi Abrahæ, eò quòd summo Deo crediderit, plenè seruasse iustitiam

Melchisedech non secundum legem Mosis, sed secundũ legem Christi vixit. Gen. 14. Noe suæ ætatis fuit iustißimus. Enoch. Gen. 5. Hebr. 11. Abraham Circũcisionis causa. Gen. 26. Mandata Dei ante Mosem. Deut. 5.

A iustitiam, exhibitum est testimonium ab ipso Mose sic dicente: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Quòd autem post illam iustitiæ plenam obseruationem, & post illi redditum de pietate testimonium, ipsum circuncisionis signum acceperit, & nihil hoc illum ad pietatem ac iusticiam consequendam adiuuerit, perspicuè verba ipsa demõstrant. Inuenies porrò etiam Ioseph ante Mosi tempora in regiis ædibus Ægyptiorum, sine Iudaicarum obseruationum solicitudine incuriosè versatum. Postremò, si vis, potes ipsum quoque summum Iudæorum legislatorem Mosem à teneriori adhuc ætate apud regis Aegyptij filiam degentem agnoscere, qui quidem Aegyptiaco planè more absque Iudaicis obseruationibus apud eandem sit educatus. Sed quid nam de beatissimo Iob, de illo, inquam, vero homine, illo inculpabili, iusto, pio, dicemus? Quæ tandem illi summæ illius pietatis & iusticiæ causa extitit? nunquid præcepta Mosaica? minimè. Num diei sabbati, aut alterius cuiuspiam Iudaici ritus obseruatio? vnde illi hoc, qui & ætate ipsum Mosem antecedit, & ante leges ab illo positas est natus? Etenim Moses septem numeratur ab Abraham, hic autem quinque, sic Mose ipso antiquior duabus inueniatur ætatibus. Contemplare igitur huiusce vitam, quæ de legibus à Mose positis nihil inducit, ab Euangelica autem Saluatoris nostri doctrina non abhorret. Dicit igitur ipse, vbi suam ipsius vitam exponit, & arguentibus se amicis respondet: *Seruaui enim inopem de manu potentis: & pupillo, cui non erat adiutor, subueni. Os autem viduæ mihi benedixit, & iusticiam indumenti loco accepi. Adornaui autem me iudicio, quasi duplici vestimento: oculus fui cæcorum, pes claudorum: ego fui pater inopum.* Ipsa hæc igitur documẽta planè eadem sunt cum iis, quæ omnibus nobis per Euangelicam doctrinam tradi nunciarique solita sunt: quinetiam veluti is qui bene illud nosset, flere cum flentibus, & illud: *Beati qui lugent, quoniam ridebunt*, & illud: *Si vnum membrum patitur, cum eo simul omnia membra patiuntur*, quæ in disciplinæ Euangelicæ documentis continentur, humanum & misericordem erga miseros in vita animum demonstrauit, dicens: *Ego autem super omni inope fleui, & suspiraui cùm virum vidi in necessitatibus.* Deinde rursus cum immodestos risus doctrina Euangelica respuat, beatus hic vir tanto ante pronunciat: Si verò ambulaui cum derisoribus, & si festinauit pes meus ad dolum, constiti in statera iusta. & nouit Dominus simplicitatem meam. Quoniam verò Mosi verba illa legis loco proponunt, *Non adulterium committes*, & mortem contra adulteros pœnam constituunt: qui autem doctrinæ Euangelicæ legem describit, ita ait: *Dictum est antiquis, Non mœchaberis: ego verò dico vobis, ne ab initio quidem cupere.* Spectemus probè hunc de quo sermo est, quemadmodum secundum Christi Euangelium viuens, ne cum cupiditate licentiùs aspiceret, cauit, in quo etiam gloriabatur, dicens: *Si verò oculum secutum est cor meum in muliere alterius viri.* & rationem assignat deinceps adiungens. *Animus enim viri dissolutus ad inquinandam viri mulierem: ignis enim est ardens in omnibus partibus: quodcunque autem inuaserit, radicitus perdere consueuit.* Sed etiam incorruptos in iudiciis mores inducit, sic; *Si autem manibus meis attigi munera, seram ipse, & alij comedant, & sine stirpe existam in terra.* Quomodo autem se erga domesticos gereret, ex iis licet intueri quæ docet, cum ait: *Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cùm disceptarent aduersum me.* & deinde rationem assignat: *Quid enim faciam si iudicium contra me exercuerit Deus? nunquid non quemadmodum ego factus sum in carne, sic & illi facti sunt? facti porrò sumus in eodem vtero.* His adiungit: *Viduæ oculum non liquescere feci: si autem & buccellam meam comedi solus & non cum pupillo communicaui: & si vidi nudum pereuntem, & non vestiui.* Et deinceps progressus, sic dicit: *Si verò in lapide precioso fiduciam habui, & lætatus sum, cùm multæ mihi diuitiæ essent. & ad si innumerabilia posui manum meam.* Rationémque item adiungit: *An non videmus solem oriri ac deficere, lunámque desinere?* Rursus cum doctrina Euangelica dicat: *Dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros*, admirabilis hic vir innata doctrina præueniens, ipsum opus compleuit. Ergo sic loquitur: *Si gauisus sum super ruina inimici mei, & dixit cor meum, Euge, audiat sane auris mea execrationem meam.* Tum adiungit: *Foris autem non mansit peregrinus, & ostium meum omni venienti patuit*, eo quòd non alienus esset ab eo, qui dixit, *Peregrinus sum, & collegistis me.* Qualia porrò sint quæ idem sentiat de peccatis, quæ præter voluntatem committuntur, audi eundem dicentem: *Quòd si nolens ipse peccauerim, & peccatum meum occultauerim, non enim horrui turbulentiam multitudinis, ne enunciarem in conspectu eorum: si verò permisi inopem*

Genes. 15. — *Ioseph.* — *Iob antè Mosam vixit.* — *Iob Euangelicam legem seruauit.* — *Iob. 29.* — *Math. 5.* — *1. Cor. 14.* — *Math. 5.* — *Iob. 31.* — *Ibidem.* — *Math. 25.*

abire ſinu vacuo, & manum Domini ſi non extimui, ſyngrapham autem quam habui aduerſus quempiam, ſi non ſciſſam eam reddidi, nihil accipiens à debitore. Hæc igitur atque huiuſmodi erant in iis qui ante Moſem fuerunt, viris ſanctis (de vita enim vnius reliquorum item coniicere vita licet) pro religione videlicet diuinis laudibus celebranda certamina, per quæ & amici Dei & prophetæ vt exiſterent, digni effecti ſunt: tales autem quum eſſent, quid illis præcepta Moſi prodeſſe poterant, quæ vulgaribus atque inſolentibus viris deſcripta & tradita ſunt? ex his igitur omnibus quod vetuſtiſſimum primorum patrum religionis morem, cunctis gentibus Chriſti verbum denunciauerit, manifeſtiſſimè apparet, ne teſtamentũ nouũ aliud eſſe putemus, quàm antiquiſſimã illam Moſaicorum tẽporum religioni coniunctã ciuilem rationẽ, vt & vetus pariter & idem nouum poſſimus dicere: vetus quidem, propterea quæ demonſtrata ſunt: nouum autem, propterea quòd longo pòſt interuallo, quaſi hominibus abſconditum, rurſus per Saluatoris noſtri doctrinam reuixerit, toto verò hoc medio de quo dictum eſt tempore, quamdiu noui teſtamenti mos, vt homines lateret, & quaſi quiete & ſilentio teneretur, euenit: Moſi interea lex ingreſſa quaſi puerilium imperfectarúmque animarum curatrix quædam, & gubernatrix, aut etiam medici cuiuſdam inſtar, graui Aegyptiacóque morbo laboranti vniuerſæ Iudæorum nationi, ipſis videlicet Abrahæ nepotibus, & ab eo genus trahentibus, qui non quemadmodum primi patres, ita ipſi ſuam, quę ſubſecuta eſt, imperfectiorem vitam dirigere poterant tradita eſt. Nam quia cum Aegyptiis verſantes poſt ſanctorum patrum mortẽ Aegyptiacorum morum ſimilitudine allecti erãt, & multorum deorum (vt dixi) ſuperſtitionem deciderant, adeò, quidem, vt Aegyptiis amplius nihil habere, & illis in omnibus ſimiles, tum in errore ſimulacrorum, tum in aliis quoque facinoribus euaſiſſe viderentur, meritò quaſi ex profundo malorum ipſos hauriens Moſes, ab impia deorum multitudine amouit, & ad opificem vniuerſi Deum reduxit, perfectiorum illorum vitam, quaſi in ingreſſibus & veſtibulis, pro primo gradu pietatis obiiciens. Deinde non occidere, non mœchari, non furari, non peierare, non mares in maribus inſanire, non matribus, non ſororibus, nõ filiabus miſceri, nec alia huiuſmodi quæcunque impunè ab illorum tẽporum hominibus cõmitti poterant, permiſit: acceptam verò ex immiti & fera vita, rationi magis coniunctam, boníſque innitentem legibus, per illa tempora ciuilem inſtitutionem, primis in terris ſcripto commendauit, qui ſanè mos omnibus hominibus nondum ſatis notus erat. Deinde quaſi imperfectis illis ſimulacrorum cultu introducto, per quædam arcana ſeorſum ſigna, vt religionem quam ipſe probabat complecterentur, edicens, ſacrificiis & quibuſdam corporalibus cæremoniis, vnum ſupra omnia Deum vt colerent, præcepit. Quam ſanè religionem quum admirabiliter diuino monitus ſpiritu, non in perpetuum ſeruari oportere intelligeret, vnum duntaxat circumſcripſit locum, addito præcepto, ne vſquam alibi eos, qui ab ipſo tradebantur ritus, quàm certo illo in loco perficerent: hic autem erat Hieroſolymis, extra hunc verò neutiquam, ex quo adhuc Hebræis nefas eſt, extra ipſorum euerſam metropolim vſquam, aut ex lege ſacrificare, aut fanum, aramúe erigere, aut ſacerdotes regeſúe inungere, aut celebritates, ſolenniáque per Moſem inſtituta perficere, non ab aliqua immunditie purgari, non ſolui à peccato, non offerre Deo munera, non ad propitiandum aliquid facere ex legibus. Quocirca in Moſi execrationem merito relapſi, intelligũtur, quippe quum in parte quidem obſeruare nonnulla conentur, in vniuerſo autem à legibus ſuis aberrent, ipſo planè Moſe pronunciante atque affirmante, quòd execrabilis ſit omnis quicunque non ſtet in omnibus quæ ſcripta ſunt in lege, & vt ea faciat. Lapſi autem iam ſunt in hæc omnia, quum & ipſe Moſes diuino ſpiritu afflatus, prouiderit nouo per Chriſtum inſtaurato teſtamento, vniuersíſque gentibus nunciato, ſuperuacuam futuram eſſe, quæ ab ipſo poſita eſt, legum obſeruationem, quã vno duntaxat loco merito terminauit: vt ſi quando ex eo pellerentur, & patriã libertatẽ amitterent, nõ amplius illis fas eſſet, quas ipſe poſuiſſet, leges aut ritus ſeruare: vt iam confitendum ſit, alterum teſtamentum, quod per Chriſtum ſit denunciatum, neceſſariò eſſe introductum. Quum ita Moſes hoc ipſum futurum eſſe prædixiſſet, móxque & Chriſtus vitæ huius peregrinationẽ expleuiſſet, & pariter ad omnes gẽtes noui teſtamenti doctrina perferretur: tũ protinus Rom. quũ vrbẽ obſidione cinxiſſẽt, Hieroſolyma ipſa, & ꝙ ibi erat templũ euerterũt, ſolutaq; eſt confeſtim omnis Moſi cõſtitutio: & quæcũque de vetere

Vetus & nouum teſtamẽtum idem ſunt.

Moſis lex medici inſtar erat.

Extra Hieroſolymam omnes cæremoniæ prohibitæ.

A vetere testamento seruabantur, sublata sunt. Execratio autem ad illos venit, quia quum ea quæ à Mose præcepta sunt, præter legem facere vellent, in eam ipsam execrationem vi quadam coacti sunt recidere. Econtrario autem simul & eodem tempore eius, quę in nouo, perfectóque testamẽto continetur doctrinę, & leges, & ritus introducti sunt. Quare meritò Saluator & Dominus, ad eos qui putabant in sola Hierusalem, aut in mõtibus quibusdam, siue certis determinatisque locis Deum adorare oportere, sic ait: *Venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem neque in monte hoc, neque in Hierusalem. Spiritus enim Deus & ipsum adorantes in spiritu & veritate oportet adorare.* Quibus rebus ita ab illo prædictis continuo nec longo post tempore, Hierosolymis obsidione oppressis, & eius loci sanctificatio, & ad eundem vsum constructum altare, & adoratio quæ à Mose tradita fuerat, sublata euersáque sunt. Eodémque tempore in omnes homines patefacta B est, & emicuit ea quæ ante Mosem viris sanctis à principio data fuerat pietas & religio, & quæ per illam omnibus gentibus promissa fuerat benedictio, quæ à primo ascensus gradu, & à primis illis adorationis Mosaicæ elementis, eos qui ad se accedunt, ad meliorem perfectiorémque vitam adducit. Itaque protinus quando beatos illos, Deóque amicos viros, non in aliquo certo, determinatoque loco adorasse constat, neque sub vllis signis, aut figuris, sed quomodo Saluator noster, & Dominus docet, in spiritu & veritate, eadẽ adorandi ratio per eiusdem Saluatoris nostris aduentũ omnibus gentibus insinuata est. Quod quidem futurum, etiam prophetæ veteres tanto antè cognouerant, Dicit itaque planè Sophonias: *Apparebit Dominus super eos, & perdet omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum vnusquisque de loco suo.* Malachias autem simul, & ad eos qui ex circumcisione sunt, sermonem dirigit, & de gentibus talia prædicit: *Non est voluntas mea, dicit Dominus omnipotens, & C sacrificium non suscipiam de manibus vestris, quoniam ab ortu vsque ad occasum nomen meum glorificatũ est in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium mundum.* Quod enim in omni loco dicit incensum & sacrificium offerri Deo, quid aliud significat, nisi non Hierosolymis, neque definitè in hoc aut in illo loco id futurum? sed in omni regione, & in omnibus gentibus, quæ quidem & orationis incensum & sacrificium, quod mundum dictum est, non per cruores, sed per pias actiones summo Deo essent oblaturæ? Clamat autem palàm, & vociferatur Esaias vaticinans simul, ac dicens: *Erit altare Domino in terra Aegypti, & cognoscetur Dominus ab Aegyptijs, & mittet eis hominem, qui saluos faciet eos: & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & facient sacrificia, & vouebunt vota Domino, & reddent, & conuertentur ad Dominum, & exaudiet eos, & sanabit eos.* Ecqui tibi videmur veram legis Mosi conuersionem dicere? an potiùs finem & solutionem enunciare? & propheticis vocibus vaticinari? Etenim Moses altare & sacrificia nusquam terrarũ, nisi in sola Iu- D dæa, & in huius vna duntaxat ciuitate constitui, lege à se posita iubet: prophetia autem in terra Aegypti ait altare Domino struendum, dicandúmque esse: & Aegyptios ipsos non amplius diis patriis rem sacram, sed ipsi prophetarum Deo facturos, & quod verum Deum sint agnituri, non Mosem illis, neque alium ex prophetis quempiam autorem fore, sed nouum quendam diuinitus missum hominem. Porrò autem translato commutatoque altari præter Mose constitutiones, atque decreta, necesse est penitus etiam legis Mosi fieri mutationem. Quòd si summo Deo sacrificaturi sunt Aegyptij, prorsus etiã sacerdotij mun⁹ sunt adepturi. At Aegyptiis ad tale munus assumptis, quæ de Leuitis & Aarõ successoribus à Mose sũt cõstituta, nulli planè vsui Aegyptiis amplius esse posse, perspicuũ est. Tẽpus igitur iã tũ fuerit, legem nouam ad ea quæ dicta sunt confirmanda, ponere opus esse. Quid igitur? temerè hæc enunciata sunt? an exitum inuenit oratio? E Inspice igitur si non hodie, hoc est nostris interim ipsorum temporibus, ipsis oculis cernuntur non solùm Aegyptij, verùm etiam omne genus hominum (qui antehac simulacris addicti erant, quósque Aegyptiorum appellatione prophetica prædictio significat) à multorum deorum ac dæmonum impio cultu liberatum, & verum prophetarum Deum inuocãs, & adorãs. Vota autẽ faciunt, nõ pluribus amplius dominis, sed vni soli Domino quemadmodũ sacrũ prædixit oraculũ. Et huic quidem altare incruẽtarũ & rationaliũ hostiarum, vt noua noui testamenti mysteria postulant, per totum terrarum orbem erectum est: & quum in Aegypto, tum in reliquis gentibus, quæ mores Aegyptiorum imitantes, superstitionis errore tenebantur, hac ipsa ætate nostra, cognitio veri Dei relucens fidem iis quæ à prophetis prædicta sunt indubitatam adiungit. Hæc autem cùm re ipsa in-

Mosi lex quando soluta.

Ioan. 4.

Soph. 1.

Malach. 1.

Isa. 19.

terim perfici videas, nec amplius, vt quondam audita expectari, si tempus quæras vnde A principium eiusmodi res acceperit, non aliud inuenies, quàm quum Saluator noster aduenit. Ipse hic igitur. Ille fuit, quem oraculum significabat, quum diceret. Deum & Dominum vniuersi missurum Ægyptiis hominem, qui saluos faciat eos, quem & Mosi vaticinia perhibeant, vbi ait: *Egredietur homo de semine eius, & dominabitur gentibus multis*, in quibus sanè gentibus & Ægyptios numerari par est. Verùm de his quidem longior esset oratio, & per ocium huic ipsi rei dicatum, absolutiùs reddenda. Quod autem præsentis loci sit proprium, illud teneatur, ea quæ prędicta sunt, non aliàs quàm aduentum Iesu Saluatoris nostri esse completa. Ab illo enim ad hunc vsque diē apud Ægyptios, apud Persas, Syros, Armenios, apud extremas terrarum oras incolentes Barbaros, & quum apud has ipsas prius immanissimas & ferissimas nationes, tum verò etiam apud eos, qui insulas colunt (quãdo & de his prophetia non indignum putauit facere mentionem) ipsa illa, quæ autore Abraham comprobatur ciuilis ratio, & omnium antiquissimus colendi Deum mos celebratur. B Et quis non ipsa rei mirabilitate obstupescat? quum eos qui à condito æuo, lapidibus, & lignis, & dæmonibus, beluísque humana carnè victitantibus, & reptiiibus venenatis, animalibúsque omnis generis, & feris informibus, igníque, & terræ, & ipsius vniuersi inanimatis elementis, diuinum honorem & cultum tribuebant, altissimum Deum, & cœli ac terræ opificem, ipsum vtique prophetarum Dominum Deumque Abraham, & auorum eiusdem, post Saluatoris nostri aduentum, videat inuocantes? & eos qui paulo antè à matribus, & filiabus libidinem non abstinebant, séque mutuò inter se corrumpebant, & omnis generis cruentationibus & cædibus inquinabant: qui nihil ab immanibus feris, victu ipso differebant, nunc per Saluatoris nostri diuinam virtutem mutatos, & quasi ex aliis alios factos, sermones de virtute, modestiæque præcepta vt discant, in communes C scholas assiduè conuenientes? atque adeò quidem, vt tam fœminæ, quàm viri, tam pauperes quàm diuites, tam vulgares & ignari, quàm docti: etiam pueri, & mancipia non minus in agris, quàm in vrbibus, in loca certa conueniant, vt supremam illam philosophiam ediscant: quæ admonet, ne intueri quidem petulantibus oculis fas esse, neque verbum emittere ociosum, neque ea quæ communia sunt, & omnibus consueta patrare, & doceantur verum illum morem, quem vbique locorum in cultu & obsequio summi Dei, seruare conueniat, sicut dixit prophetia: *Et adorabunt eum vnusquísque de loco suo*. Adorant

Soph.3.

igitur summum Deum omnes Barbari, & Græci, non Hierosolyma currentes, neque cruoribus, aut sacrificiis placantes, sed domi suæ apud seipsos in spiritu & veritate, incruento, puróque obsequio illum colentes. Et hoc fuerat ipsum nouum testamentum, quod nō instar prioris illius, & veteris factum est. Vetus autem intelligito non sanctorum D hominum, qui ante Mosem fuere, sed quod legis loco vniuersæ Iudeorum nationi ab ipso Mose positum est. Quocirca oraculum ipsum adiungit ea, quibus planum faciat, quodnam vetus illud dixerit esse, cui quidem nouum, nihil simile habiturum ostendit, vbi dicit: *Condam testamentum nouum, non secundum testamentum quod condidi patribus in die, quum ego apprehendi illos manu, vt educerem eos de terra Aegypti.* Itaque quum secundum hoc dicit, secundū id quod legis loco à Mose positum est, intelligit. Hoc enim illud est, quod Iudæis quo tempore de Ægypto egressi sunt, traditum est. Visus igitur esset nouum testamentum introducere, tanquam eius ritus contrarium, quem sancti illi Abrahæ similes viri, in diuino cultu sequebantur, nisi planè ipsis verbis significasset, vbi dixit: Non secundum testamentum quod condidi patribus eorum, quo tempore eduxi eos de terra Ægypti. Ergo non secundum illud quod legis loco à Mose positum est, quum egressi sunt, & quum in deserto morabantur nouum hoc futurum respondit, sed secundum E illud videlicet, quod primis temporibus in vita ciuili sectantes, qui ante Mosem floruerunt, tanquam ij, qui planè officio suo functi essent, comprobati sunt, quas quidē ob res iam tu planè confidens posthac quum sententias & proposita eorum, qui diuinum aliquem cultum profitentur, non in duos, sed in tres diuiseris ordines: vnum eorum, qui prorsus simulacris addicti, in multorum deorum errorem deciderunt: alterum eorum, qui de circumcisione per Mosem in primum pietatis gradum ascenderunt: tertium eorum, qui supremum locum per doctrinam Euangelicam obtinuere. Et hũc quidem, si medium duorum constitueris, ne putato amplius eos qui à Iudæis discedant, in Græcos ritus oportere vllo modo recidere, neque qui à Græcis abducantur, Iudæos fieri necessariè:

Ierem. 31.

Cultũ profitentiũ tres ordines.

Euãgelicus cultus omnium præstãtissimus

A necessariè:sed vbi tertiũ acceperis,& medio loco constitueris,eminentẽ,supráque alios
extantẽ inuenies: & quasi super celsissima quadã specula sublimem collocatũ, reliquos
duos inferiùs vtrinque despicere: effugit enim & Græcorum impiam, atque erroribus
plenam superstitionem, dissolutásque fornicationes, atque insolentias, & Iudæorum
itidem, quæ à Mose profecta est, imperfectam, & quasi paruulis, atque infirmis ac- *Mosaicæ &*
commodatam obseruantiam. Domesticam porrò, atque ab initio propriam non so- *euangelicæ*
lùm Iudæis,sed & Græcis,& Barbaris, & quæcunque sub sole sunt, gentibus inclamans *legis discri-*
legem,vide quid dicat: O homo, & vniuersum mortalium genus. Mosi quidem lex ab *men.*
vno genere hominum incipiens, omnium primum Iudæorum genus, illius promissio- 1
nis gratia,quæ ad pios, Deíque amicos ipsorum patres, facta est, ad vnius Dei cognitio-
nem cultúmque vocabat,vt dicto audientes,ab intollerabili dæmonum tyrannide libe-
B raret. Ego autem omnibus hominibus, & quæ vbique terrarũ sunt,gentibus, sublimius 2
prouectam Dei cognitionem & pietatem apportans, vt ad regulam eorum, qui cum
Abraham vixerunt,quíque ante Mosi ætatẽ degentes, ipso quoque Abraham antiquio-
res extitere vitæ suæ moderentur adhortor, in quibus ab externis gentibus profecti,qui 3
de laude pietatis gloriam adepti sunt,plures memorãtur: Et rursus: Mosi quidem lex,in
vnum terræ certum ac definitum locum, eos qui religionis propositum cõplexi essent, 4
ex aliis omnibus locis currere iubebat:ego autem condonata omnibus libertate,non in
quodam terræ angulo, neque in montibus,aut quibusdam manufactis templis, Deum
quærere,sed domi suæ vnumquenque illum colere,atque adorare præcipio. Et rursus:
Vetus quidẽ lex, sacrificiis & animalium cædibus,thuréque & igne, & aliis quibusdam 5
eiusdẽ generis purgationibus corporis,summum Deum colere,hortabatur. Ego autem
C sacra animæ tradens, mente purissima,animóque nitidissimo,cũ modestia, virtutúmque
sectatrice vita, rectísque sententiis,& pietatem præ se ferentibus, diuinitatem venerari 6
impero. Et rursus: Moses quidem illorum temporum hominibus, quasi iis qui cædibus
inquinari soliti essent, non occidere imperabat: ego autem iis,qui hoc ipsum antea di-
dicerint, & primo illi præcepto satisfecerint, alterũ perfectius impono, atque vt ne iræ
quidem perturbatione vincantur,præcipio. Et rursus: Moses quidem adulteris,dissolu-
tísque hominibus legem posuit, non mœchari,maribus non misceri, voluptates præter
naturam non sectari,& supplicium mortis iis qui non obtemperassent,adiunxit:ego au-
tem meos volo,ne intueri quidem mulierem cum petulãti cupiditate.Et rursus:Ille qui- *Math.5.*
dem dixit,non peierabis,sed reddes Deo quæ iuratus fueris: *ego autem dico vobis, non iu-*
rare omninò: sed erit sermo vester, Est, est, Non, non. Quod autem his abundantius est, à ma- 7
D *lo est.* Et rursus:Ille quidem iniurias vlcisci,& inferẽtibus easdem referre hortabatur,di-
cens: *Oculum pro oculo, & dentem pro dẽte: ego autẽ dico vobis non resistere malo: sed si quis te per-*
cusserit in dexteram maxillam tuam,conuertito ad illũ & alteram: & qui velit tecum iudicio conten- 8
dere,& tunicam tuam tollere,dimitte ei & pallium. Et rursus: Ille quidem docebat amicũ di-
ligere, & inimicos infectari odio: ego autem ex abundantia humanitatis & clementiæ, 9
vt inimicos vestros diligatis, & pro persequentibus vos oretis, legem vobis pono, vt sitis
filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluit
super iustos & iniustos. Ad hæc: Ille quidem se ad multorũ duritiam accommodabat, 10
& iis apta,qui perturbationibus pleni essent, præcipiebat, atque immutatum quendam
à vetere illo,inferiorémque religionis modũ tradebat: ego autẽ ad piam,religiosámque
vitam eorum,qui priscis illis temporibus sanctè vixerunt,reuoco vniuersos. Denique,
E ille quidem terram fluẽtem lac & mel,quasi paruulis promittebat: ego autem iis qui ca-
pere possint,regnum cœleste concilio. Hæc atque huiusmodi alia,noui testamẽti ratio, *Marci.16.*
docẽte Christo,omnibus gẽtibus nunciauit. Et hæc ipsa sunt,quæ suos discipulos Chri-
stus Dei,,vt omnibus gentibus nunciarent, hortabatur,dicens: *Euntes disciplinam vestram*
tradite omnibus gentibus, docentes eas seruare omnia quæcunque præcepi vobis: quæ etiam cunctis
hominibus,tam barbaris quàm Græcis quum obseruanda traderet, planè quidnam sit
Christianismus, ostendit. & quínam simus nos, & cuiusmodi talium sermonum ac di-
sciplinarũ magister,ipse vtique Saluator & Dominus noster Iesus,qui Christus est Dei,
qui nouam hãc & omnes amplexam virtutes rempublicam in toto orbe cõstituit, adeò
quidem, vt talia discere, philosopharíque, tam fœminæ quàm viri, tam pauperes quàm
diuites,tam serui quàm domini possint.Et tamen nouæ huiusce legis introductor,tan-
quam is qui in omni vita legem Mosi seruauerit, introductus est: quod sanè ipsum ad-

Quare Christus Mosaicæ legi contraria non docuerit.

mirari operæpretium est, qui videlicet fieri possit, vt nouæ rationis & legis autor futurus, noui vtique testamenti per Euangelium, non tanquam inimica, & contraria ea quæ à Mose tradita sunt, recusauerit. Si enim hoc fecisset, ipse vicissim Mosi aduersa existimatus esset præcipere, ex quo impiis impiarum sectarum autoribus contra Mosem & prophetas, obtrectationis & maledicentiæ plurimam præbuisset materiam: iis autem qui ex circumcisione sunt, conspirationis contra se iustam & probabilem causam, qui vtique ei, quasi qui contra legem faceret, atque ab ea deficeret, insidias ad inferendum necem construxerunt.

Scholia in Cap. VI.

Optimo consilio Christianos illam fidei & vitæ regulam amplexos esse & sequi, quam D. Iesus Christus cum verbo suo præscripsit, tum exemplo vitæ suæ præmonstrauit, inde probat Eusebius, quòd sanctorum Patriarcharum Enochi, Noe, Abrahæ, Iosephi, Iobi & aliorum exemplis illa comprobata est. Deinde idē ex eo astruit, quod Lex Mosea obiter subingressa, quidē est, sed tamē non eo fine, vt in perpetuum duraret: sed vt Pædagogi vice Iudæis esset, vsque ad Christū, vt præclarè monet Paulus. Tertiò ostendit quando & qua ratione obrogato veteri Testamento (qua appellatione Mosaicam liturgiam & cæremonias ac leges Iudiciales designat, nouum successerit, & in capitis fine quid inter vtrumque intersit, edocet.

Quomodo Christus, postquam ea quæ à Mose tradita sunt: plenè obseruauit, nouæ rationis & legis introductor extitit. Cap. VII.

NVnc autem postquam in omni vita Mosi legem comprobauit, Apostolis suis vsus est nouæ suæ legis administris, in hoc ille quidem simul docens ea, quæ à Mose tradita sunt, nec à sua religione abhorrentia, nec eidem inimica existimare oportere, & simul autorem se atque introductorem nouæ, & cūctis hominibus salutaris legis constituens, vt nullo pacto dici possit, quippiam illum aduersus Mosi leges aut decreta fecisse, quin potiùs finem illis priùs imposuisse, eadémque perfectè obseruasse, & sic ad institutionem Euangelicæ legis transiisse. Et qui modum quidem hunc ab ipso obseruatū dicat, non alius audiendus est quàm ipse. *Non veni*, inquit, *scindere legem, sed complere.* Etenim si contemptor Mosi legis extitisset, quamuis illam existimatus esset probabiliter scindere, contráque eam facere: improbam tamen quandam, & à legibus alienam naturam præ se ferens, Christus esse creditus non esset. Porrò autem rescindens ea quæ à Mose posita sunt, quomodo potuisset existimari is esse, quem futurum Moses & prophetæ nūciassent? quomodo autem nouis legibus ponendis autoritatem habuisset? Meritò enim videri potuisset, derogādæ legis gratia, ad nouitatem rerum venisse, vt delictorum, quæ contra legem commisisset, supplicium euaderet. Nunc autem nihil de lege omnino derogans, & plenè quæ in ea continentur seruans, atque, vt sic dicam, ad regulam Mosis perfectus, postquam non amplius fieri poterat, vt ea quæ sunt in lege Mosi reliquis accommodarentur gentibus, propter eas causas, quæ dictæ iam sunt (oportebat nimirum bonitati summi Dei omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire) quæ omnibus apta accommodatáque essent, legibus suis sanciuit ac ne illa quidem quæ à Mose præcepta sunt, suos Apostolos denunciare cunctis hominibus prohibuisset, nisi ea res impedimento fuisset, quòd fieri illa non possent, quemadmodum Apostolus docet, vbi ait: *Nam quod imbossibile erat legi, in quo infirmabatur, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, &c.* Impossibile autem erat nimirum, vt omnes gentes ter singulis annis ex lege Mosi Hierosolyma conuenirent: & mulier leuata partu ab extremis terræ finibus illuc properaret, vt quæ pro purgatione instituta sunt, ibidem deponeret: & alia innumerabilia, quæ per ocium vnusquisque potest per seipsum colligere. Quoniam igitur hæc gentes à Iudęa procul habitantes, etiam si voluissent, seruare non poterant, meritò nihil horum per seipsum rescindens Saluator & Dominus noster, sed plenè seruans, & efficiens ea quę id ipsa lege continentur: & spectantibus fidem faciens, quod ipse esset Christus Dei, de quo prisci Iudęorū prophetæ testimoniū protulissent: tū idē omnibus gētibus accōmodata præcepta, per discipulos suos proposuit. Idcirco nos Iudæorū proprios ritus recusauimus, tanquā eos, qui nobis lege positi non sint, & gentibus accommodari non possint. At eorūdem prophetias libenter accepimus, tanquam eas quæ prædictiones de nobis factas complectantur. Cæterū ipse Saluator & præceptor noster, alia quoque ratione compleuisse legem Mosis, & prophetas, qui post Mosem fuerunt, agnoscitur.

Christus Mosi legem non soluit. Matth. 5.

1. Timoth. 2

Rom. 8.

agnoscitur. Quoniam enim iis, quæ diuinitus prædicta fuerant, cōsummationes deerāt, *Christus in* [illegible]
A & oraculorum euenta desiderabātur, nimirum ipsa quoque hæc ab eodē cōpleri oportuit. Exēpli gratia, apud Mosē est prophetia, quæ sic ait: *Prophetā vobis suscitabit Dominus Deus vester tanquā me: illum audietis in omnibus quæcunque dixerit vobis.* Hoc igitur quū deeset, ille compleuit, alter videlicet post Mosem legū autor, qui veram pietatem in Deum *Deut. 18.*
vniuersi, hominibus indicauit. Quod enim Moses non simpliciter dicat prophetā surrecturum, sed cum additione, tanquam se (prophetam enim, inquit, vobis suscitabit dominus Deus vester, tanquam me, illum audietis) quid aliud intelligi vult, nisi eū, qui prædicetur, ipsi Mosi adæquatum, esse venturum? Moses autē legem, vt summus Deus coleretur, posuerat. Ergo prophetam hunc de quo vaticinia feruntur, quod Mosi similis futurus esset, legis autorem illi similē extitisse par est. At enim quāuis innumerabiles post Mosē prophetæ extiterint, de nullo tamē tale testimoniū prolatū est, quòd Mosi *Prophetarū nullus Mosis similis præter Christum.*
B similis extiterit. Cūcti enim ad illū ipsos remittebāt audiētes. Et sanè ipsum hoc testificatur scriptura, non surrexisse prophetam Mosi similē. Neque igitur Hieremias, neque Esaias, neque alius quispiā prophetarū illi similis fuerit, propterea quòd ne legū quidē autor fuit illorū aliquis. Quū ergo ex vaticinio Mosis, propheta, & legislator suscitādus *Matth. 5.*
expectaretur, aduenit hic Iesus, qui Christus est Dei, legē cunctis gētibus ponēs, & quæ superent ipsam legē pertractās. Illud enī dictū est antiquis, Non mœchaberis: ego autem dico, non concupiscere. Et illud: *Dictum est antiquis, non occides: ego autem dico vobis, ne irasci quidē.* Et illud: *Non amplius Hierosolymis, sed in omni loco adorari.* Et illud: Non thure & sacrificiis, sed in spiritu, & veritate Deum colere: & alia quæcunque his similia in illius doctrina ferūtur, sapiētissimi planè fuerunt & perfectissimi legum autoris. Ex quo factum *Ioan. 4.*
C est, vt audientes stupescerent, quemadmodū scriptura diuina commemorat, propterea quòd docebat eos tanquam potestatem habens, & non vt scribę illorū & pharisæi. Hoc igitur item compleuit oraculū, quod Mosi prophetiæ deerat: eadē porrò ratione cætera itē prophetiarū, quæ de ipso & gentiū vocatione scripta sunt vaticinia. Constat ergo, illū *Matth. 7.*
cōpleuisse & legē & prophetas, quando ea, quæ de ipso prædicta sunt, ad exitū perduxit: & priorē legē vsque ad seipsū stare iussit, dux verò & princeps alterius legis extitit, quæ in nouo Testamēto cūctis gentibus denuntiata est, vt simul legis, principatúsque autor duorū propositorū, Iudaismi videlicet Christianismíque fuerit. Quod quidē ipsum admirari operæpreciū est, vt diuitus prædictū sit: *Ecce* inquit, *pono in Siō lapidē electū, angularē, preciosum: & qui credit in eū, non confundetur.* At enim quis tandem fuerit angularis, nisi hic *Christus lapit angularis. Esa. 28.*
viuus, & preciosissimus, qui ex duabus structuris vnā factā sua doctrina sustinet? dū enim Mosaicā, quæ vsque ad ipsum protenta est, stare [illegible]bet, ex altera parte nostrā per Euāge-
D liū adiunxit. Ex quo angularis meritò dictus est, sed in Psalmis quoque legitur: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Quod quidē oraculū planè etiā indicauit, quas à Iudæis insidias is, de *Psal. 117.*
quo vaticinatur, passus est, quando illum à scribis, & pharisæis, & sacerdotum principibus, & omnibus Iudæorum magistratibus, qui veterem parietē construebant, repudiatū fuisse, diuinauit. Sed tamen postquā ab illis contemptus sit, & abiectus, futurū illum in caput anguli & ducē principémque noui Testamenti constituendū non tacuit, cōsentanea iis proferens, quæ à nobis superiùs demonstrata sunt. Nos igitur quamuis à Græco ritu recesserimus, non recedimus in Iudaicum: neque delinquimus, licet Mosi legem & prophetas acceperimus, non Iudaicè autem, sed ad morē atque institutū sanctorum, qui ante Mosem fuerunt, virorum, viuamus. In hoc enim Mosem & prophetas veros
E fuisse vates ostendimus, quū illum Christum accepimus, & illius legibus auscultamus, & per vestigia doctrinæ eiusdem incedere etiam votis expetimus, quem illi venturum prædixerunt. Eodem vtique proposito ipsi quoque Mosi rem gratam facientes, qui quum prædixerit, prophetam à Domino Deo nostro sibi similem suscitandum, adiungit: *Omnis verò anima, quæ non audiet prophetam illum, delebitur ex genere suo.* Continuò enim *Deut. 18.*
Iudæi, postquam illum prophetam non acceperunt, nec sanctis illius verbis paruerunt, extremū pertulerunt interitū, qui quidem illorum casus iis oraculis, quæ de illis edita sunt, consentaneus accidit. Nam nec Christi legem, quæ nouo Testamento cōtinetur, susceperunt, neque Mosi præcepta sine legis cōtēptu seruare possunt. Quocirca in ipsius Mosi execrationem relapsi sunt, quando fieri nullo modo potest, vt quæ in legibus illius sūt posita, perficiāt: quippe quū & ipsorū metropolis sublata sit, & mosaica religio

exclusa, quæ illuc solùm perfici concedebatur. Nos autem qui illum suscepimus, quem Moses & reliqui prophetæ nunciauerunt, & ei parere etiam votis expetimus, edictum Mosi cõpleuisse inuenimur: quo edixit, illum audiẽdum esse, omnémque animam, quæ illum non audiret, delendam esse de genere suo. Quæ autem sint, quæ propheta ille instituerit quibus obedire necesse sit, paulò antè audiuimus, omni videlicet sapientia referta, & perfecta, & cœlestia documẽta. Quæ quidem neque tabulis lapideis, vt Moses, neque atramento & chartis commendari voluit, sed purgatis animis suorum, & intelligentem naturam obtinentibus: in quibus leges noui Testamenti describẽs, reipsa compleuit Hieremiæ prophetiam, quæ ait: *Instituam testamentum nouum, non instar testamenti quod posui patribus eorum, quoniam hoc testamentum, quod ponam domui Israel, dans leges meas in interiorem sensum eorum, & in corde eorum scribam eas, & ero illorũ Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

Ier. 31.

Scholia in Cap. VII.

B

EVsebius rationem reddit cur Iudaismum cum omnibus suis cæremoniis, Christiani ex Ethnicis ad fidem in Christum conuersi, sibi non esse obseruandum existiment, Congruit sententia Eusebij cum verbis Pauli, Rom. 8. Etenim quod Lex præstare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc Deus proprio Filio misso, sub specie carnis peccato obnoxiæ, præstitit, at de peccato condemnauit peccatum per carnem, &c. Postea in altera parte capitis D. Christum (qui finis legis est) prædicat, quod Mosi lege perfectè impleta, Euangelium promulgasset, adeóque is ipse propheta esset, quem Moyses Deut. 18. venturum prædixit: Lapis etiam angularis, quem cum Iudæi ædificantes reprobassent, ipse quidem factus est in caput anguli, psal. 117. hi autem, metropoli illorum vnà cum templo euersa, miserè perierunt.

Quòd quæ Christianismum amplexa est vita, in duas species diuisa est. Cap. VIII.

C

CÆterum ille quidem in tabulis inanimatis, hic autem in mentibus vita præditis, perfecta noui testamenti documenta descripsit. eius verò discipuli ad magistri sui nutum, auribus multorum doctrinam suam commodantes, quęcunque quidem veluti vltra habitum progressis, à perfecto ipsorum magistro præcepta fuerat, ea ijs qui capere poterant tradiderunt: quæcunque verò ijs conuenire arbitrabantur, qui animas adhuc affectib. obnoxias gererent, curationísque indigentes, ea ipsi ad imbecillitatem multorum se demittentes, partim literis, partim sine literis, quasi iure quodam nõ scripto seruanda, cõmendarunt. Quocirca in ecclesia Dei duo etiam viuendi modi instituti sunt: alter quidem naturam nostram, & communem hominum vitæ rationem excedẽs, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens: totus autem prorsus à communi & consueta cunctorum hominum vita abhorrens, & solo diuino cultui, ex immenso rerum cœlestium amore, addictus. Qui hunc modum amplexi sunt, quasi, ab hac mortali vita seiuncti, ipsúmque duntaxat corpus in terra gerentes, cogitatione verò atque animo in ipso cœlo degentes, quasi quidam cœlites, reliquorum hominum vitam despiciunt: quippe qui pro vniuerso genere, supremo omnium Deo sacrati sint: idque non boum mactationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore vllo, neque fumo, aut ignis deuoratione, consumptionéue corporum, sed rectis veræ pietatis sententiis, & purgati animi affectione, ad hæc operibus quoque ac verbis, quæ à virtute proficiscantur, quibus rebus diuinitatem ipsam placantes, suum & pro seipsis, & pro aliis, qui eiusdem sint generis, administrant sacerdotium. Et talis quidem existit in Christianismo perfectus vitę modus. Alter verò remissior atque humanior hic & modesto coniugio, & sobolis procuratione implicatur, & rei familiaris curam assumit, & iustè militantibus, quę sint agenda, describit: agros quoque, & mercaturam, aliúmque magis ciuilem viuendi morem, adiuncta religione non negligit: ijs autem qui hunc modum elegerunt, & exercitationũ, tempora & his quidẽ secundus pietatis attributus est gradus, dum aptam huic ipsi generi vitæ præbet vtilitatem, vt nullus planè ab aduentu salutari separetur, sed omne genus hominum tam Barbarorum, quàm Græcorũ, Euangelicę doctrinæ fructum percipiat.

Homines cælestes in terris

D

Christianorum duo generalij sacerdotes ijdemque cælibes, alij laici liberis operam dãtes.

E

Scholia in Cap. VIII.

INeptè capitis argumentum vertit Guarinus. Græca sic habent: ὡς εἰς δύο τρόπους ὁ κατὰ τὸν χριστιανισμὸν διήρηται βίος. *Loquitur primùm de ijs Eunuchis, qui vt Christus ait, propter regnum Dei se castrauerunt. Hoc hominum genus & vitæ institutum, magnopere celebrat Eusebius.*

Deinde

A *Deinde loquitur de Christianis, qui in secundo veluti gradu consistentes, liberorum rei denique familiaris curam gerunt.*

Quam ob causam non vt prisci illi, ita nos quoque numerosæ soboli operam damus. Cap. IX.

QVum hæc ita se habeant, meritò aliquis quæsierit, si verè dicimus ab Euangelica Saluatoris nostri doctrina eam diuini cultus rationem doceri, quam prisci illi, qui ante Mosem religiosè & sanctè vixerunt, secuti sunt, vnámque esse nostram, & illorum religionem, eandémque de Deo sententiam: quænam causa sit, vt illi quidem in nuptiis, & procreatione liberorum, plurimum studij posuerint, nos verò hanc partem negligamus. Item quum de illis scriptum sit, quòd animalium cædibus Deum placarent, cur ita nos
B istud facere, quasi nefarium quippiam & sacrilegum, prohibeamur. Hæc enim duntaxat, quæ sanè haud parui momenti sunt, putauerit quispiam, iis quæ à nobis dicta sunt aduersari, nósque non omni ratione eundem cum priscis illis, colēdi Dei morem, seruare. Igitur etiam aduersus hæc, talem licet ex ipsis Hebræorum oraculis orationem colligere. Quicunque ante Mosem in laude pietatis nomen adepti sunt. hi tunc initiū habēte, túncque primum existente vita, fuisse memorantur: quæ verò ad nos pertinent, tendere ad finem. Quare illos magna cum cura sobolis incrementum quæsiuisse, quum per illud tempus & numerus hominum augesceret, & multiplicaretur, atque indies robur acciperet genus humanum: nobis verò non admodum curæ esset hoc, vtpote cùm res iam interire ac definere, atque ad extremum finem tendere credantur, quando planè dicitur, ante vitæ consummationem, Euangelicam in foribus esse doctrinam, & renouatio ac generatio alterius seculi, quod breui instet futurum denunciatur. Vna igitur defensio hæc, altera autem erit huiusmodi. Priscis illis qui remissiorem ac liberiorem vitam agebant, nihil erat impedimento ne domui liberísque præessent, ac pariter diuinæ quoque rei vacarent, quando vnà cum vxoribus, & liberis, & domo, religioni assiduam dare operam poterant, & nusquam illi per res externas, à meliore proposito auellebantur. Res verò nostræ innumerabilia habent, quę extrinsecus premant, & qui in alienas curas vndique trahant, & ab earum rerum studio, quæ Deo placent, abducant: Hanc igitur causam esse, cur nubendi ratio contrahatur. Euangelicæ doctrinæ verbum demonstrat, vbi ait: *Hoc autem dico fratres, tempus breue est. Reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquā non gaudentes: qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes. Præterit enim figura huius mundi, volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui*
D *sine vxore est, solicitus est de iis quæ Domini sunt, quomodo placeat* Domino. *Qui autem cum vxore est, solicitus est de iis quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt placeat Domino, vt sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat, sine impedimento Dominum obsecrandi.* Palàm igitur in his causam, cur à nuptiis sit abstinendum proponit, vbi temporum, rerúmque extrinsecus ingruentium stoliditatem reprehendit, quorum nihil priscis illis accidebat. Ad hæc tertia quoque ratio adiungi potest, propter quam veteres illi Dei cultores, in procreatione liberorum plurimum studij collocarent. Quum reliqui homines in morum peruersitate maius in dies incrementum accepissent, atque in immanem, & ab omni humanitate alienā, & planè ferinam vitam relapsi essent, & impium
E prorsus, omníque religioni inimicum morem, facilè corruissent: valde pauci, & facilè numerabiles, qui superessent, ea sectantes quæ priùs à nobis dicta sunt, à multorum consuetudine, & à communi cum reliquis hominibus victu, se amouebāt. Porrò autem quum seorsum ab aliis gentibus, singularíque more viuerēt, nouam quandam reipublicæ rationem, vitámque studiosam sapiētiæ, veréque ipsius Dei cultricem, & reliquis hominibus impermiscuam, instituerunt. Vt igitur posterioris quoque illorum propriæ religionis, tanquam scintilla quædam reparandi ignis, ita aliquod semen seruaretur, neque vnà cum ipsorum decessu ipsorum pietas deficeret, atque interiret, meritò & generandæ & alendæ sobolis curam introduxere, vt sic doctores, atque magistri propriorum liberorum existerēt: quippe qui posteris successores pietatis, propriæque virtutis hæredes relinquere, pulchrum iudicarent. Hinc sanè prophetæ innumerabiles, & viri iusti: quin ipse quoque saluator ac Dominus noster eiúsque discipuli, atque apostoli, ab illorū disciplina profecti sunt. Quod

Prima ratio.

Secunda.

1. Cor. 7.

Tertia.

si qui etiam vitiosi ab iisdem prodierunt, quasi paleæ, simul cum tritico subnascentes non
ob id tamen culpandi qui genuerint, aut qui enutrierint: quando etiam de discipulis Sal- A
uatoris aliquos nouimus libertate voluntatis auersos, à recto aberrasse. Causa igitur ob
quam viri sancti priscis temporibus magno cum studio liberos susciperēt, reddita est: quæ
non amplius in nobis locum habere dicenda est, quippe quum, Deo fauente, per Euange-
licam Saluatoris nostri doctrinam, innumerabiles gentes, & populos, in vrbibus, & regio-
nibus, & agris liceat nobis oculis intueri, eodem animo festinantes, & ad sancta Euangeli-
cæ doctrinæ præcepta concurrentes. Quibus quidem satis supérque sit, si doctores ac
prædicatores diuini verbi omnibus & vitæ vinculis, & solicitudinibus liberati, possint suf-
ficere. His autem ipsis maximè in præsentia vt melioribus studiis vacent liberiùs, seiunctus
à re vxoria victus adamatur, veluti iis qui diuina & incorporea sobole propagāda occupati
teneātur, & non vnius, neque duorum liberorū, sed aceruatim innumerabilis multitudinis
educationem, sanctámque disciplinam, ac reliquæ instituendæ vitæ curam susceperint. B
Postremum omnium, si quis priscorum illorū vitas, de quibus nūc loquimur, diligēter ex-
ploret, inueniet eos initio quidem ætatis, soboli augendæ, coniugioque vacantes. maturè
autem abstinentes, atque cessantes. Scriptum est enim, quod placuerit Enoch Deo post-
quam genuit Mathusala. Vbi scriptura planè post genitum filium, Deo placuisse illum de
quo loquitur memorat, neque illi posthac alios genitos filios prodit. Noë quoq; vir iustus
post susceptionem liberorum, solus cum familia, quum reliqua omnia quæcunque essent
in terra periissent incolumis conseruatus, plurimis posthac superfuisse annis indicitur, ne-
que tamen vsquam genuisse alios filios. Dicitur & Isaac postquam ex vna vxore geminæ
prolis pater factus est, desiisse cum illa consuescere. Et Ioseph, quum præsertim apud Æ-
gyptios versatus sit, nō plus quàm duorum filiorum pater extitisse inuenitur, quorum ma-
trem vnam duntaxat in matrimonio habuerit. Ipse etiam Moses atque eius frater Aaron, C
antequam ipsis Deus apparuerit, filios genuisse memorātur, postquam autem diuina ora-
cula acceperint, non amplius genitos ab illis filios inuenias. Quid porrò de Melchisedec
est dicēdum? cuius omnino non filius, non genus, non successio refertur? neque item Iesu,
qui in Mosi locum successit, neque plurimorum aliorum prophetarum. Quum autem de
Abraham, & Iacob quæri soleat, qui multiplicem sobolem, propagauerunt, alibi nos otio-
siùs huiusce rei rationem reddidimus, vbi de sanctorum veterum virorum multiplici con-
iugio, multiplicíque sobole disseruimus. Ad quæ scripta nostra in præsenti studiosos lecto-
res remittimus: hoc vnum admonentes, ne noui quidem Testamenti legibus, quæ ad su-
sceptionem liberorum pertinent, omnino interdici, sed in hoc quoque iis consentanea
quæ de priscis illis sanctis viris memorantur, instituta haberi. Oportere enim, dicit sermo
diuinus, episcopum vnius vxoris virum esse. Veruntamen eos qui sacrati sint, atque in D
Dei ministerio cultúque occupati, continere deinceps seipsos à commercio vxoris decet:
qui autem non ad tantum assumpti sint sacerdotij munus iis idem sermo diuinus indul-
get, ac propemodum palàm omnibus prædicat, quòd vtique honorabile sit coniugium, &
thorus immaculatus, fornicatores & adulteros iudicaturus sit Deus. Hæc itaque nobis ad
primam dubitationem dicta sint.

Prædicatores verbi Dei sequestrari debēt ab omni cura.

Gen. 6.

1. Tim. 3.

Scholia in Cap. IX.

Ethnici inter cæteras obiectiones, has duas præcipuè fidelibus, veteris Testamenti scripta probantibus, obiicere solebant. Prima est. Si vobis Christianis Hebræorum veterum historia in pretio habenda videtur cur virginitatem multi vestrum nuptiis anteferentes, nec vxores ducunt, nec vt olim Patriarchæ, liberis operam dant? Secūda est, Cur non, ô Christiani, sacrificia Leuitica in vsum reuoca- E
tis, si vobis Mosaica scripta tantopere placent? Ad primam obiectionem in hoc capite, ad secundam in sequenti respondet. Treis autem causas recenset, propter quas Patres honorabile coniugium, cælibatui, & è contra Christiani quidem hunc illi vitæ instituto & prætulerint, & anteponendū putent. Prima à consideratione temporis probabiliter deducta est. Mundus suum habuit initium; (in quo erat operæpretium genus humanum crescere & multiplicari) & habiturus est finem, in quo non videtur liberis opera danda. Secunda à consideratione impedimentorum & ærumnarū ducta est. Tertia causa est, Ideo patres πολυτεκνίαν *magnifecerunt, vt haberent posteros, quibus* τὴν καλὴν παρακαταθήκην *cælestis doctrinæ, velut lampada per manus traderent. Christiani autem* τὴν πολυπαιδίαν, *non esse magnopere expetendam, ideo putant, quia vident Euangelium in toto orbe prædicatum & à gentibus receptum esse, vt sit spes nunquam defuturos fideles Dei cultores. Porrò ex duabus postremis*

capitibus

A *capitibus luce clarius apparet, quàm impudenter sacris legibus & antiquæ patrum traditioni aduersantur, nostræ tempestatis hæretici, dum sacrum sacerdotum cœlibatum miris modis exagitant, dumque sacerdotibus æque ac laicis coniugia permittunt: hoc vno scilicet falso persuasi quod non omnes continentiam seruare poßint, cùm sit donum Dei, quod paucis contingit. Quasi verò quilibet per Dei gratiam continenter viuere non poßit. Hoc errore certè facilè seipsos liberarent, nisi fanaticis suis inuentis potiùs quàm antiquorum patrum consiliis crederent. Audiant igitur beatum Chrysostomum hom.16. ad Hebræos hanc ipsam quæstionem tractantem. Quomodo, ait, multi non possunt: Quomodo multi nolunt? Nam si voluerint omnes, poterunt. Propter hoc enim & Paulus ait, volo omnes esse sicut & meipsum, quoniam sciebat quòd omnes poterant. Chrysostomo consentit Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis & remißione cap.17. dicens, Casti non sumus non quia non posumus, sed quia nolumus. Idem quoque affirmat Gregorius Nazianzenus orat. 31. dum illa Christi verba explicat, non omnes*
B *capiunt verbum istud, sed quibus datum est, adde, inquit, his esse datum qui volunt & assentiũtur. Non est igitur quòd propter tam futilem támque puerilem ratiumculam sacerdotum cælibatum reiiciant. Neque verò illis suffragari potest Græcorum consuetudo nubentium. Huic enim obiectioni iampridẽ satisfecit Epiphanius author & ipse Græcus hæres.59. vbi apertè docet post Christi aduẽtum ecclesiam non suscipere sacerdotes bigamos neque liberos gignentes, maximè inquit, vbi synceri sunt canones ecclesiastici. Quòd si alicubi in matrimonio manent, id non est secundum canonem, sed iuxta hominum mentem quæ languit. Hæc Epiphanius, ex quibus constare facile potest cur Paphnutius in concilio Nicæno prohibuerit continentiæ legẽ Græcis sacerdotibus imponi. Ne videlicet propter disciplinæ lãguorem abstracti à matrimonio semel concesso, deteriora perpetrarent.*

C

Qua de causa non ita nobis, quemadmodum priscis incendere, & sacrificare Deo terrestria permissum est. Cap. X.

SEd cur non summo Deo ipsi quoque animalia sacrificemus, quũ veteres illi Dei amatores, quorum nos pietatem imitari dicimus, hoc factitauerint: talis à nobis ratio reddatur. De ipso cultu quem veteres & primi homines diuinæ naturæ exhiberẽt, non idem quod Græcis visum est, & quod in sacris Hebræorum libris inuenitur. Nam illi quidem putauerunt primos homines, nullum prorsus animalis genus, neque sacrificare, neque incẽdere solitos diis, sed eos soli & reliquis cœli sideribus, vbi viride gramen, & quasi quasdam fœcundioris naturæ quisquilias manibus sustulissent, herbam cum foliis, & radicibus igni comburere. Posteriores autem homines procul à tam recto instituto oberrantes, fœdasse aras animalium cædibus. Porrò hoc esse impium & iniustum, & nusquam
D Deo acceptum sacrificium, nam brutorum animã nihil ab hominũ rationali anima differre. Quapropter cædis accusandos esse eos qui animalia sacrificarent, dicebant, non secus ac si eadem similísque & in homine & in bruto anima inesset. Et talis quidem de antiquis hominibus opinio Græcorum extat. Quæ autem in scriptis Hebræorum legitur, non talis. Illico enim factos primos homines, vt primùm in vita constiterint, animaliũ sacrificiis Deo honorem exhibuisse commemorat. Dicit itaque; *Et factum est post dies, vt offerret Cain de fructibus terræ sacrificium Domino. Tum Abel ipse quoque obtulit de primogenitis ouium suarum. Et respexit Deus ad Abel, & ad munera illius: Ad Cain verò, & ad sacrificia eius, non intendit.* Vbi iam illud considerabis, quòd Deo acceptior dictus sit, qui animalia sacrificauerit, quàm is qui ab agro sacrificium obtulerit. Etiam Noë protinus de cunctis pecoribus mundis, & de cunctis volucribus mũdis, obtulit perfectissima munera super altare, odoratúsque est Dominus odorẽ suauitatis. Abrahã quoque sacrificãs describitur, vt si
E diuinæ scripturæ testimonium sequimur, primum omnium de animalibus sacrificiũ, priscis Deo amicis viris excogitatum fuisse, nos dicere oporteat. Quam sanè excogitationem temerè extitisse, aut humano more exortam, putandum non est, sed diuino potiùs nutu insinuatam. Etenim quum morum sanctitate præstarent, Deóque penitus addicti essent, & ob eam rem quasi diuino spiritu illustrati viderent, magno sibi opus esse obsequio, si sua ipsorum humana delicta diluere vellent, precium pro salute sua ei qui vitã atque animam præbuisset, se debere putabant: sed quum nihil præstantius aut preciosius anima sua haberent, quod dicarent, pro hac interim brutorum animalium vitam offerebant, ita suæ ipsorum animæ sacrificium illud comparantes: neque se in hoc aut delinquere, aut iniustè facere arbitrabantur, quippe qui hominum rationali, atque intelligentia præditæ animæ nutiquam similem brutorum animam esse didicissent, neque aliud quicquam

Gen.4.
Hebr.11.
Gen.8.

Anima bruti pro anima hominis offertur. quam illorum sanguinem, vitalémque in eo vim esse eam, edocti essent, hocque vnum præbere se quasi animam Deo pro anima offerentes. Hoc autem ipsum Moses quodam loco planissimè indicat, vbi ait: *Anima omnis carnis sanguis eius est, & ego dedi vobis sanguinem in altari ad expiandum pro peccatis vestris: sanguis enim eorum pro anima expiabit. Idcirco dixi filiis* A
Leuit. 17. *Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem.* Attende igitur diligenter, quomodo in his dictum sit illud: *Ego dedit vobis in altari expiare animas vestras: sanguis enim pro anima piaculum erit.* Planè enim pro humana anima, mactatorum animalium sanguinem piaculum offerri dicit. Hoc idem etiam lex de sacrificiis admonet intelligendum, si quis modò consideratiùs attenderit. Nam capiti victimæ vnumquemque dum sacrificat, manus habere iniectas imperat, & ad sacerdotem animal ipsum adducerit capite comprehensum, atque detentum, quasi qui pro suo ipsius capite hostiam exhibeat, dicitur igitur de vnoquoque: *Manus capitibus animalium imponuntur.* Adducet illud ante Dominum, & imponet manus suas in caput muneris: Quod sanè in omni victima obseruatũ est, quum aliter nullum sacrificium offerratur. Ex quibus vtique verbis sermo diuinus illud intelligi vult, humanarum animarum precium, quæ sacrificarentur animalia exhiberi solita esse. Porrò autem qui docet brutorum animalium sanguinem, ipsorum esse animam, is nequaquam ea cum rationali atque intelligente substãtia, sicut homines commercium habere significat. Constare enim ea ex materia & corporibus, sicut pullulantia omnia plantæque constant. Vno itaque sermone rursus Moses Deum ipsum inducit, quum ait: *Germinet terra herbam fœni seminantis semen, vt lignum fructiferum.* Et eadem rursus ratione: *Producat terra quadrupedes, & reptilia, & bestias terræ generatim.* Vt omnino eiusdem, & generis & naturæ & substantiæ bruta esse dicendum sit, cuius germinantia omnia, & plantæ sunt, Proinde neutiquam errare qui animalia sacrificãt. Dictum est igitur etiã Noë, vt comederet carnes, quasi olera agri. Proinde dum nulla præstantior, neque maior, neque preciosior, neque Deo cõuenientior victima hominibus aderat, sacrificia interim ex animalibus, pro sua ipsorum vita redimẽda, & quoddam quasi naturæ propriæ animatum precium, ipsi Deo reddere illos conuenienter oportebat, sicut etiam Dei veteres amici & cultores faciebant. Qui venerabilem quandam, Deóque acceptam, & magnam hostiam venturam olim ad homines, diuino indicante spiritu, tanto antè didicerant, quæ totius mundi expiatio existeret: cuius etiam signa quædam, & notas ipsi interea obirent, atque perficerent, quippe qui & prophetæ essent, & eius quod futurum expectaretur, figuram in se quandam antè gerentes. Vbi autem quod perfectum erat aduenit, quemadmodum vaticinia prophetarũ prædixerant, priora illa desierunt, & prestantiore verioréque sacrificio illicò sublata sunt. Hic autem fuit Christus Dei, is de quo antiquitus à primis vsque temporibus dictum est, quòd ad homines esset venturus, atque instar pecudis pro toto genere humano interficiendus, vt apud Esaiam prophetam scriptum legimus, vbi ait: *Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente obmutuit.* Item dicit: *Hic peccata nostra fert, & pro nobis in dolore est; & nos reputauimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra & tulit languorem propter iniquitates nostras disciplina pacis nostræ super eum, liuore eius non sanati sumus, & Dominus tradit eum peccatis nostris: ipse enim peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius.* Similia his item Hieremias alter Hebræorum propheta, inducta persona Christi, palàm enunciat, dicens: *Ego sicut agnus innocens, qui ducitur ad sacrificandum.* Claudit horum prædictiones quasi signum iis imprimens Ioannes Baptista, in ipsius Saluatoris nostri aduentu. Quum enim illud vidisset, & iis qui aderant indicasset, vt videlicet ipse esset, de quo prophetæ loquerentur, acclamauit: *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Quando igitur secundum testimonia prophetarum inuentum est magnum, magníque æstimandum pro redimendis, & Iudæis pariter & Græcis precium, illud videlicet pro toto mundo piaculum illud pro anima cunctorum hominum sacrificium, illa pro omni macula & peccato purissima hostia, ille vtique agnus Dei, illa Deo accepta & mundissima ouis, ille agnus de quo prophetæ tam multa dixerunt, per cuius diuinam ac mysticam doctrinam omnes nos, qui de gentibus assumpti sumus, remissionem priorum peccatorum inuenimus: ex quo etiam Iudæorum, quicunque in illo spem habuerint, à Mosi execratione liberantur: merito sanè, quando illius memoriam, corporisque eiusdem & sanguinis recordationem quotidie celebrant, & ad longè præstantius & sacrificium & munus assumpti sunt, quàm illud antiquius fuerit. Quando igitur omnia hæc ita se habent, non amplius fas esse putamus in prima illa & infirma elementa recidere, quæ vtique signa quædam, & imagines, non ipsam

Marginal notes: *Gen. 1.* — *Gen. 9.* — *Christus instar pecudis interficiendus.* — *Isa. 53.* — *Ierem. 11.* — *Ioan. 1.* — *Recordatio corporis & sanguinis Christi.* — B — C — D — E

A non ipsam veritatem complectuntur. Meritò autem ipsorum quoque Iudæorum quicunque ad Christum Dei confugiunt, si modò non ampliùs de Mosi præceptis solliciti sint, sed ita viuant, vt noui testamenti ratio docet, eam quæ è Mose definita est execrationem euaserint: quippe quum agnus Dei non solùm peccatum mundi, sed etiam eam execrationem quæ iis debetur, qui contra Mosi legem aliquid commiserint, in se ipsum recceperit. Factus igitur est Dei agnus & peccatum & execratio, peccatum quidem pro peccatoribus huius mundi, execratio autem pro iis qui nolunt à scripto legis Mosaicæ recedere. Quocirca dicit Apostolus, *Christus nos redemit ab execratione legis factus pro nobis obsecratio.* 2. Cor. 5. Gal. 4.
Item, *Eum qui non nouit peccatum pro nobis fecit peccatum.* Qui enim non futurus fuit, is, qui mundi piaculum factus est? is qui pro peccatorum anima precium? qui tanquam ouis ad occisionem ductus est? is qui existimatus est sicut agnus, qui ducatur ad sacrificãdum? at- Christus mundi piaculum.
B que omnia hæc & pro nobis, & propter nos. Ex quo quidem prisci illi, Deóque grati viri, quum præstantiora non haberent, meritò signa ipsa attendebant. Nam etiam hoc ipsum Saluator noster docet, quum ait: *Multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ nos videtis, &* Luc. 10.
non viderunt: & audire quæ vos auditis, & non audierunt. At nos, qui ea quæ vera sunt, atque ipsa imaginum principia per refertam magnis mysteriis dispensationem Christi accepimus, non ampliùs ea quæ vetera facta sunt desideramus. Solus igitur ipse eorum omnium qui vnquam fuerint, cùm sit Dei verbum, ipso antiquius mundo, pontiféxque omnis ratione atque intelligentia præditæ creaturæ, eum qui nostris casibus omnis esset obnoxius, quasi ouem aut agnum ab hominibus segregans, & huic nostra omnium adscribens peccata, eidémque execrationem, quæ mulctæ loco in lege Mosi adiuncta est, imponens, (siquidem ipso Mose proloquente, *execrabilis omnis qui pedent in ligno,*) hoc ipsum pertulit, fa- Deut. 21.
C ctus propter nos ipse pro nobis execratio, qui seipsum quoque propter nos peccatum facere non veritus est: quandoquidem eum qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit: eidémque propter nos, omnia quæcunque nobis impendebant, supplicia imposuit, vincula, probra, contumelias, flagella, & cum his verbera deformia, postremúmque omnium, ipsum execrationis trophæum. Itaque post omnia, quasi mirabilem quandam victimam, sacrificiúmque eximium patri suo operatus pro nostra omnium salute obtulit, in eiúsque rei memoriam, vt nos ipsi Deo pro sacrificio offeremus, instituit. Hoc etiam prophetarum præcipuus Dauid, qui quod futurum erat spiritu diuino prouiderat, vaticinatus est, vbi ait: *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit precem meam: &* Psal. 39.
sustulit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis, & statuit supra petram pedes meos, & dixit gressus meos, & immisit in eos meum canticum nouum carmen Deo nostro. Quod porrò sit hoc Ibid.
D nouum canticum, declarat deinceps, vbi ait: *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi, holocausta, & pro peccato non probasti, tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem Deus volũtatem tuam: volui,* & adiungit: *Annunciaui iusticiam in ecclesia magna.* Sic planè docens pro antiquis sacrificiis & holocaustis, Christi aduentum per assumptionem humani corporis, eiusque corpus perfectum, Deo oblatũ esse, ipsúmque hoc ecclesiæ suæ nunciat cum gaudio tanquam ingens mysterium, quod prophetica voce in capite libri propositum, expressúmque sit: Cùm ergo huius sacrificij memoriam signis quibusdam in mensa celebrandam corporísque item illius, salutarísque sanguinis, vt noui Testamenti institutum habet, accepimus: rursus à propheta Dauid instruimur ad dicendum, *Parasti in conspectu meo mensam, contra eos qui affligunt me. Pingue fecisti in oleo* Psal. 22.
caput meum, & calix tuus inebrians quàm præstantissimus. Palàm igitur in his mysticam signifi-
E cat vnctionem, & adorum afferentiã, mensæ Christi sacrificia, quibus operantes, incruentas & rationales, eíque suaues victimas in tota vita supremo Deo offerre, per eminentissimum omnium ipsius pontificem, edocti sumus. Hoc ipsum magnus quoque propheta Esaias mirabiliter diuino spiritu indicante prouidit, & antequam fierat prædicauit: dicit Isa. 60.
igitur sic: *Domine Deus meus glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti res mirabiles.* Et quæ nam hæ sint res mirabiles, planè deinceps ostendit, dicens: *Faciet Dominus Sabaoth conuiuium omnibus gentibus, bibent læticiam, bibent vinum, vngentur vnguento, trade hæc omnia gentib. Consilium enim hoc in omnes gentes.* Huiusmodi sanè erant Isaiæ mirabilia, quæ bonæ cuiusdam fragrantiæ, vnguẽtique vnctionem, non Israël, sed omnibus gentibus promittebant: ex quo non immeritò propter vnguenti vnctionem Christianorum appellationem cõsecutæ sunt, sed vini quoque læticiã gentibus vaticinatur in eo, noui Testamenti, quod à Christo conditum est, mysterium subobscurè significans, quod sanè apud omnes gentes

in præsenti tempore perspicuè celebratur. Porrò has rursus incorporeas, intelligentiáque
Psal. 49. præditas hostias, prophetica nunciant oracula, sic quodam loco habentia: *Immola* Deo *sa-*
Ibid. 140. *crificiũ laudis, & redde altißimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & glorifi-*
Ibid. 50. *cabis me.* Et rursus: *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum,* Item alibi: *Sacrificium Deo, Spiritus contritus.* Hæc igitur omnia, quæ ab initio diuinitus prædicta sunt, in præsenti tempore per Euangelicam Saluatoris nostri doctrinam ab omnibus gentibus celebrantur, propheticæ voci testimonium afferente veritate, per quam vocem Deus, Mosaicis reiectis sacrificiis, quod futurum erat nostrum ipsorum institutum, diuinitus nunciat di-
Malach. 1. cens: *Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo & hostia munda.* Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificium laudis: sacrificamus Deo plenum, & odorem afferens, & sacrosanctum sacrificium: sacrificamus nouo more, secundum nouum Testamentum, hostiam mundam. At sacrificium Deo, spiritus cõtritus dictus est. cor igitur contritum & humiliatum Deus non despiciet. iámque etiam incendimus propheticum illum odorem in omni loco, & offerimus ei bene olentem fructum omni virtute abundantis theologiæ hoc ipsum orationibus ad eum directis facientes. Quod sanè ipsum alius quoque docet propheta, qui ait: *Fiat ora-*
Psal. 140. *tio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Igitur & sacrificamus & incendimus, aliàs quidem memoriam magni illius sacrificij, secundum ea quæ ab ipso tradita sunt, mysteria celebrãtes, & gratias Deo pro salute nostra agentes, religiosósque hymnos & orationes sanctas illi offerentes: aliàs nos ipsos totos ei consecrantes, eiúsque pontifici, ipsi vtique verbo, corpore animóque dicantes. Proinde ab omni obscœnitate corpus intactum atque immaculatum eidem conseruare studemus, omníque affectu, atque omni fœditate, quæ à malitia proficiscatur, purgatam mentem illi reddimus, cogitationibúsque sinceris, & affectione non ficta, veritatísque decretis illum colimus. Grata enim illi hæc esse, magis quàm hostiarum magnum numerum, quarum sanguine & fumo, & nidore operemur, edocti sumus.

Scholia in Cap. X.

Eusebius ad obiectionem de omißione Leuiticorum sacrificiorum, responsuru principio, Græcorum Matæologorum querelas exponit, vt ne Ethnicos quidẽ ritus & sacra patria, cõstanter retinuisse ostendat. Conquerebantur hi, primos homines, Soli & cæteris Syderibus tanquam Diis *cælitibus, herbas suaueolentes obtulisse. posteros autem animalium cædibus & lanienis* Deos *non tam placasse, quàm grauiter offendisse. Hanc sententiam Latinus ille vates his verbis exagitat:*

Cùm sis ipse nocens moritur cur victima pro te?
Stultitia est morte alterius spectare salutem.

Eusebi⁹ verò noster illa deliria de thymiamate refutat, & ex Abelis exẽplo, primos homines victimas Deo *obtulisse rectè colligit. Porrò cum demonstrasset, veteres illos Patriarchas sacrificia* Deo *obtulisse, rectè subiungit ea omnia fuisse* σύμβολα καὶ ἀντίτυπα *victimæ cuiusdem sacrosanctæ, quæ futura esset* ἀντίλυτρον *pro peccatis mundi. de qua Baptista Christum digito monstrans dixit: Ecce Agnus* Dei, *qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Illud etiam sapienter & verè colligit veritate rerum in Christo exhibita, cessasse vmbras & quæ Paulus vocauit ieiuna mundi elementa. Postremò* τὸ ἱλαστικὸν *Christi sacrificium, &* εὐχαριστικὰς θυσίας *quas nos* Deo *offerimus, pulchrè describens, scripturæ locis quibusdam lucem infert finémque libro primo imponit.*

LIBER

A

LIBER SECVNDVS.

IN LIBRVM SECVNDVM DE DEMONSRTATIONE EVANGELICA.

TREIS sunt præcipuæ partes libri secundi, omnes autem ἀποδειτικαί. *Prima, de Messia & eius meritis ac beneficiis, quorū spem fecit Deus non iis tantum qui secundum carnem filii Abrahæ sunt, sed præcipuè iis*
B *qui secundū fidē filii sunt. Erant enim in semine eius benedicendæ omnes gentes. Secūda constat L X. demōstrationibus, quibus ostendit & probat euidenter Eusebius, Dominum nostrum Iesum Christum, esse Messiā benedictum, de cuius aduentu & beneficiis Prophetæ ex instinctu spiritus sancti multa prædixerunt. Postrema pars complectitur responsionem ad hanc obiectionem: Vtrùm in sacris literis, bona Iudæis solis promissa, mala Ethnicis denunciata sint. De qua quæstione in Scholiis* διαβεχέωρ *egi.*

Quòd non casu, neque temerè propheticos Hæbreorum libros omni studio complexi sumus. Præfatio.

C

CVVM veræ pietatis rationem, quæ omnibus hominibus per Euangelicam doctrinam proposita est, & viuendi in Christo institutum, libro priore tractauerim, necnō in medio posuerim, ac ni fallor persuaserim, vt fieri nullo modo potuerit, vt omnes gentes, etiamsi voluissent, ex legibus, Iudæorum viuerent, iam nunc ad propheticarū vocum testimonia reuertor, paulo altius orationis initium sumens: vt sic eos qui ad circumcisionem pertinentes nos accusant: abundantiùs pleniúsque refellam. Quoniam igitur dicere solent,
D earum promissionum quæ in suis ipsorum libris apertè descriptæ habētur, nullo modo nos esse participes: suos enim fuisse prophetas: sibiipsis Christū nunciari, quē libenter & saluatorem & redemptorem vocant: sibiipsis promissiones illas, quas apertè descriptas habēt, exhibēdas atque reddendas expectari: nos autē iusto ipsorū numero superuacaneos accedere, vtpote qui genere sumus diuerso, & quibus quasi externis, deterrima in omnibus propheticiis respōsa sint: iam nunc his obuiam ex ipsorum propheticis libris eamus. Quod igitur apud illos promissum extet, Christū Dei, eiúsque aduentum redemptionem Israël nūciare, inficiaturi ne nos quidem sumus, quippe
E cum absque controuersia in omnibus illorum scriptis hoc palàm inueniri constet, vt autem gentes ab iis quæ in Christo expectentur bonis excludāt, quasi ab iis quæ vni Israël, non autem etiam gentibus promissa sint, nō item æquè iustéque illis est concedēdum, vtpote cùm hoc illi præter diuinorum librorum autoritatem iactent.

Scolia in Præfationem libri secundi de Demonstratione Euangelica.

OPeræpretium est præfationem hanc cum tota τῇ πραγματείᾳ *conferre, vt intelligamus quo consilio libri isti ab Eusebio conscripti sint. In primo de Præparatione Euangelica libro, exposuit auctor calumnias & obiectiones tum Ethnicorum tum etiam Iudæorum sed* μάλα λακονικῶς, *sicut in vestilibus operum fieri solet. Ad Græcorum & aliorum Ethnicorum obiectiones, respondit in libris*

de Præparatione Euangelica fusè. Nunc in his de Demonstratione Euangelica libris Iudæorum calumniis respondet, ac quæ de Christo & eius beneficiis à Moyse & Prophetis sunt prædicta, nam ad solos Iudæos, sed etiam ad fideles ex Gentilibus pertinere, ostendit.

Quemadmodum meliora de nobis externis gentibus prophetæ illorum nunciauerunt. Cap. I.

PRimum igitur, quoniam pro seipsis meliores optabilioresque voces colligere solent, & eas assiduè crebróque iactare, hisce opponamus eas quæ in illorum prophetiis extāt de gentibus demonstrationes: quæ palàm proponūt, innumerabilia esse vaticinia, quibus bona & salutaria cunctis gentibus futura nuncientur: nec aliter dicantur ea, quæ gētibus promissa sunt, quàm per vnum Christi aduētum exitum esse habitura. Quem quidem locum vbi dicendo absoluerimus, tum illud nobis demonstrandum erit, non illis magis dicendum esse, expectationem Christi Dei conuenire, quàm nobis. Vbi verò spes promissorum, paris momenti, & Iudæis & Græcis ostensa fuerit, quodque in hoc, iis qui ex circum- B
cisione assumendi sint, nihil ij qui ex gentibus salutem expectant, sint cōcessuri: tum in iis quæ sequentur vberius, & quasi copia quadā prouenti demonstrabimus, quemadmodum in aduentu Christi, gentiúmque vocatione, casuram penitus, totámque abiiciendam esse Iudæorum nationem, diuina prædicunt oracula, & quod paucis duntaxat ipsorum, & facile numerabilibus, meliora illa promittunt, illorumque vrbem significant vnà cum templo esse capiendam, cunctáque illa seueriorem quendam postulantia cultum, auferenda. Quod quidem ipsum iam reipsa verè prædictum fuisse apparet. Quomodo verò vna eademque ratione in ipso Christi aduētu, liberationem à malis ipsi Israël bonorúmque perceptionem, & rursus bonorum ademptionem, ruinámque religionis futuram, libri sancti significent, suo tempore planum faciemus. Nunc autem ad primum reuertemur, si pauca C
quædam ex innumerabilibus prophetiis ad demōstranda ea quæ dicta sunt, collegerimus. Quoniam igitur eas quæ meliores habentur de seipsis prophetias, nobis solent obiicere, tanquam ij qui ea quæ antecesserint beneficia, soli susceperint, tempus iam est, contra illos adducere, illisque opponere ea quæ ipsis quoque gentibus promissa sunt, quæ videlicet apud prophetas ipsorum fuerunt. Hoc autem sic fiet.

Quemadmodum benedicentur gentes terræ in modum similem appellationis Abraham. Demonstratio I.

Gen. 18. DIxitque Dominus: *Non celabo ego Abraham puerum meum, quæ faciam. Est autem Abraham futurus in gentem magnam, & multam. Et benedicentur in eo omnes gentes terræ.* Occultum multósque latens mysterium, non se occultaturum ait oraculum, sed amico Dei indicatu- D
rum. Id autem erat de benedictione omniū gentium, quod olim quidem latebat, eo quòd Abrahæ temporibus, omnes gentes infando superstitionis errore tenerentur: nunc autem id in apertū prodiit, cum ille per Euangelicam Saluatoris nostri doctrinam, eundem cum Abraham diuini cultus ritum seruantes, eiusdem cum illo benedictionis participes existunt. Quemadmodum verò geri nullo modo posset, vt ex legibus à Mose positis gentes vniuersæ viuendi normam acciperent, plenissimè libro superiore disseruimus, nequis fortè suspicetur de aduenis, qui apud Iudæos degebant, illud fuisse prolatum oraculum. itaque cum in eodem probauerimus, quòd iis solis qui per Christum de cunctis gentibus assumantur, benedictio omnium gentium Abrahæ diuinitus reddita, conuenire possit, studiosos lectores ex hoc loco ad illa remittimus.

Quemadmodum benedicentur omnes gentes terræ in eo semine, quod progressurum est de sobole Isaac. Demonstratio II. E

Gen. 26. DOminus autem ad Isaac respondens, post alia etiam hæc dicit: *Et confirmabo iusiurandum meum Abrahæ patri tuo, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & dabo semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Dominus & saluator noster Iesus, qui Christus est Dei, ex semine Isaac natus est ratione humani corporis, in quo omnibus gentibus terræ benedicitur, quæ ab illo communem vniuersi Deū edoctę sunt, didicerunt item, Dei amicis viris benedicere. Ex quo vicissim ipsis quoque benedicitur, quæ in hoc videlicet eundē cum iis, quibus ipse benedixerint, benedictionis fructū percipiūt: quemadmodū Dei. Ad Abraham respōsum habet, *Qui tibi benedicunt, eis benedictū est.*

De plurimis

A De plurimis gentibus, gentiúmque collectionibus, quæ ex Iacob constituentur, quamuis sola Iudaica gens ab eo profecta sit. Demonstratio III.

DIxit autem illi Deus: (constat autem dixisse Iacob) *Ego Dominus Deus, cresce & multiplica gentes, & congregationes gentium ex te erunt.* Ex eo quidem quod apparet ac perspicuũ est, vna duntaxat Iudaica gens ab Iacob extitit: Quónam modo igitur verum sit oraculum, quod numero multitudinis vtitur? Postquam igitur Christus Dei, qui ex semine Iacob natus est, multos gentium conuentus per Euangelicã suam constituit doctrinam meritò in eo, & per eum, quę ad prophetiam pertinent, iam ante exitum inuenerunt, & posthac item magis inuenient. Gen. 35.

B Declaratio lætitiæ gentium secundum Deum. Demonstratio IIII.

LAetamini cœli cum eo, & adorent eum omnes filij Dei: lætamini gentes cum populo eius, & forte efficiant cor omnes angeli eius. Pro eo autẽ quod est, *Lætamini gẽtes cum populo eius*, Aquila, vociferamini, inquit, gentes populus eius. Et Theodotiõ: Exultare gentes populus eius. Deut. 32.

Quòd extremorum terræ, & cunctarum gentium conuersio erit ad Deum, generatióque ventura: & populus qui nascetur, iustitiam eius accipiet. Demonstratio V.

REminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium: Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur in gentibus, (ac C deinceps adiungit.) *Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciabunt iustitiam eius populo qui nascetur, quẽ fecit Dominus.* Plana sunt hæc, & nullius interpretationis indigẽtia. Psal. 22.

Pietatis pariter & lætitiæ promissio gentibus, & Dei regnum in gentes. Demonstratio. VI.

OMnes gentes plaudite manibus iubilate Deo in voce exultationis, quoniam Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super omnem terram. (ac deinceps adiungit:) *Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. Regnauit Deus super gentes. Deus sedet super sede sancta sua Principes populorum conuenerunt cum Deo Abraham.* Et hæc item plana, nec interpretationis indigentia. Psal. 46.

D Declaratio pietatis gentium. Demonstratio VII.

NOn est similis tibi in diis Domine, & non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunque fecisti venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus. Hęc item non minùs perspicua sunt. Psal. 85.

Declaratio omnium gentium pietatis, & cantici: & intelligentiæ, & regni Dei, & orbis terræ correctio. Demonstratio VIII.

CAntate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius: annunciate in gẽtibus gloriam eius, in omni- E bus populis mirabilia eius, quoniam magnus Dominus, & laudabilis valde, terribilis est super omnes deos. (& adiungit:) *Afferte Domino familiæ gentium, afferte Domino gloriam nomini eius.* (ac deinceps: *Dicite in gentibus, quòd Dominus regnauit; Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur.* Etiam hæc aperta sunt. Ps. 59.

Cunctarum gentium, & qui omnium superstitiosissimi sunt, Ægyptiorum vnius & veri Dei, & in spiritu, ex diuina lege, adorationis & celebritatis solennis agnitio. Demonstratio. IX.

ET erit, quicunque reliqui fuerint ex vniuersis gentibus quæ venerunt contra Hierusalem, ascendent quotannis vt adorent regem Dominum omnipotentem, & celebrent solenne tabernaculorũ. Zach. 14.

Et erit, quicunque non ascenderint ex omni tribu terræ in Hierusalem, vt adorent regem Dominum omnipotentem, & ipsi illis adiicientur, non erit super eos imber. Quòd si tribus Aegypti non ascenderit & non venerit, & super hos erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæcunque non ascenderint ad celebrandum solenne tabernaculorum. Hoc erit peccatũ Aegyptij & peccatum omniũ gentium, quæcunque non ascenderint ad celebrandum solenne tabernaculorum. Planè hæc vocationem omnium gentium continent, si sensum dũtaxat spectemus eorum quæ de Hierusalem celebritate tabernaculorum dicta sunt, quæ quidem suo tempore aptam interpretationem habitura sunt.

Declaratio, vt electi sint apostoli, & vocatæ gentes. Demonstratio X.

Isa. 9. *HOc primum vide, citò fac, regio Zabulon, terra Nephthalim, & reliqui qui maritimam habitatis trans Iordanem. Galilæa gentium, populus sedens in tenebris. Videte lucem magnam qui habitatis in regione, & vmbra mortis, lux splendescet super vos.* B

Declaratio vocatio gentium. Demonstratio XI.

Isa. 49. *AVdite me insulæ, attendite gentes. Multo tempore stabit, dicit* Dominus. Quibus deinceps & de gentibus pariter, & de Christo adiũgit: *Ecce dedi te in testamentũ generis, in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.* Cæterùm innumerabilia ipse quoque inuenies, quibus ea quæ gentibus promissa sunt continentur, per omnes prophetas dispersa, quibus sanè in præsentia neque colligendis, neque interpretãdis tempus adest: tametsi satis multa ad demonstrandum id quod propositum est, in superioribus habentur. Hoc autem fuit ostendere eis, qui quoniam ex circumcisione sunt, seipsos valde gloriantur & superbi sunt, quasi se vnos Deus reliquis gentibus præposuerit, séque vnos dignos existimauerit, quibus quæ futura erant, diuinitus promitterent, nihil ipsis seorsum à cæteris omnibus, in diuinis promissionibus esse promissum. C

Scholia in Cap. I.

VNdecim γραφικαῖς ἀποδείξεσιν *hoc est demonstrationibus è diuina scriptura desumptis, probat, promissiones de Christo & benedictione, cuius ipse autor est, non solis Iudæis, sed etiam Gentibus, exhibitas esse. Congruunt hæc doctrinæ Pauli, Gal. 4. Christus nos redemit ab execratione legis, dũ pro nobis factus est execratio: (Scriptum est enim Execrabilis omnis qui pendet in ligno.) Vt in Gentes benedictio Abrahæ veniret per Christum Iesum, vt promissionem spiritus acciperemus per fidem.*

Quemadmodum iidem fore, vt in aduentu Christi, eius Dei *qui olim à Iudæis solis cognoscebatur cognitionem & cultum omnes gentes acciperent, vaticinati sunt. Cap. II.* D

QVando igitur demonstratum est, gentes quoque diuinorum promissorum beneficium esse consecutas, age iam deinceps quidnam illud sit, ex quo gentes & vocationis Dei, & diuinorum promissorum compotes futuræ dicuntur, contemplemur. Pulchrum enim est, causam cognoscere, quæ talia bona dicatur esse gentibus conciliatura, quænam porrò alia sit hæc quam Christi aduentus, per quem ij quoque qui ex circumcisione sunt, suam futuram esse redemptionem confitentur? est igitur demonstrandum, expectationem vocationis gentium, non aliam quampiam fuisse, quã ipsum Christum Dei, qui non solum Iudæis, sed etiam omnibus gentibus saluatorem se fuerit exhibiturus. Vtar verò nunc nudis prophetarum testimoniis absque vlla interpretatione, otio pòst liberiore vnumquodque eorum latiùs interpretaturus: quandoquidem fauente Deo, vbi omnia quæ de gentibus prædicta sunt in vnum coegero, ipsa hęc interpretari constitui. E

Declaratio insidiarum aduersus Christum, vbi ipse filius Dei appellatur, & gentes hæreditatem à patre accipit. Demonstratio XII.

Psal. 2. *QVare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus* Dominum, *& aduersus Christum eius,* & quæ sequuntur, quibus

A quibus adiungit: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

Declaratio regni Christi, & vocationis gentium, & omnium tribuum terræ benedictio. Demonstratio XIII.

D*Eus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, iudicare populum tuum*, & quæ sequũtur, quibus adiungit: *Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines orbis terræ.* Et rursus: *Omnes gentes seruient ei.* Item: *Et benedicentur in eo omnes tribus terræ: omnes gentes beatificabunt eum.* Et in fine Psalmi: *Et replebitur maiestate eius omnis terra. fiat, fiat.* Psal. 71.

B
Declaratio cantici noui, & brachij Dei, & salutaris eius omnibus gentibus indicatio, salutare autem filij nomen Hebraica voce demonstratur. Demonstratio XIIII.

C*Antate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit Dominus. Saluum fecit eum dextra ipsius, & brachium sanctum eius. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam, recordatus est misericordiæ suæ Iacob, & veritatis suæ domui Israel. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri, iubilate Domino omnis terra.* Et adiungit: *Commoueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & omnes qui habitant in eo. Flumina plaudent manu simul, montes exultabunt à facie Domini, quoniam venit iudicare terram, iudicabit orbem terræ in iustitia, & populos in æquitate.* Ps. 6.

C
Quòd vbi defecerit regnum Iudæorum, ipse Christus adueniens, gentium erit expectatio. Demonstratio XV.

N*On deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eus, donec veniat cui repositũ est, & ipse erit expectatio gentium.* Gen. 49.

Declaratio cultus Christi, & sublationis cultus simulacrorum & gentium erga Deum pietatis. Demonstratio. XVI.

A*Dueniet Dominus super eos, & perdet omnes deos gentium, & adorabunt eum, vnusquisque de loco suo omnes insulæ gentium.* Soph. 2.

D
Declaratio diei resurrectionis Christi, item gentiũ congregatio, omniúmque hominum agnitio Dei, & modus vnus pietatis, & quò Æthiopes sacrificia illi offerent. Demonstratio XVII.

I*Dcircò expecta me, dicit Dominus, in diem resurrectionis meæ in testimonium: quia iudicium meum ad congregandas gentes, vt admittam reges, & effundam super eos iram meam, omnem iram furoris mei: quoniam in igne æmulationis meæ consumetur omnis terra, quia tunc conuertã in populos linguam in generationem eius, vt inuocent omnes nomen Domini, ad seruiendum ei sub iugum vnum: à finibus fluuiorum Aethiopiæ ferent sacrificia mihi.* Soph. 3.

Declaratio Christi aduentus, & quòd multæ gentes ad eum confugient, quódque erunt Domino ex gentibus constituendi populi. Demonstratio XVIII.

E

G*Aude & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui dicit Dominus, & cõfugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt ei in populum: & habitabunt in medio tui, & cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te.* Zach. 2.

Declaratio ortus Christi, qui sit ex radice Iesse proditurus, & vocatio per illum omnium gentium. Demonstratio. XIX.

E*Gredietur virga de radice Iesse, & flos de radice ascendet, & requiescet super eum spiritus Dei*, & quæ sequuntur, quibus adiungit: *Et erit in die illa radix Iesse, & qui suscitatur, vt imperet gentibus, in eo gentes sperabunt.* Isa. 11.

Declaratio Christi aduentus, & beneficij quo per illum afficiendæ sunt omnes gentes, Demonstratio XX.

Isa. 42. *ECce puer meus, suscipiam eum: electus meus, admisit eum apud se anima mea, dedi spiritum meum super eum, & iudicium gentibus proferet: non clamabit, neque remittet, neque audietur foris vxor eius: calamum collabefactatum non franget, & linum fumigans non extinguet: sed in veritate proferet iudicium, resplendebit, & non frangetur, donec ponat in terra iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt:* ac deinceps adiungit. *Ego Dominus Deus vocaui te in iustitia, & apprehēdam manum tuam, & confirmabo te, & dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, vt aperies oculos cæcorum, & de vinculis educeres vinctos: & de domo carceris, sedentes in tenebris. Ego Dominus Deus, hoc meum est nomen: gloriam meā alteri non dabo, neque virtutes meas sculptilibus, quæ ab initio erāt: ecce venerunt noua, quæ nunc annuncio, antequam annunciauerim, indicata sunt vobis.*

B

Declaratio Christi tū ortus, tum vocationis gentium. Demonstratio XXI.

Ibidem. *AVdite me insulæ, & attendite gentes, per tempus multum consistet, dicit Dominus ab vtero matris meæ, vocabit nomen meum, & posuit os meum quasi gladium acutum, & sub tegumento manus suæ occultauit me. posuit me quasi sagittam electam, & in pharetra sua protexit me,* & adiungit deinceps: *Ecce dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.*

Christi aduentus significatio, & vocationis gentium. Demonstratio XXII.

C

Isa. 49. *SIc dicit Dominus: Qui liberauit te Deus Israel, sanctificate eum qui negligit animam suam, qui abominabilis gentibus, seruis principum, reges videbunt eum, & surgent principes, & adorabunt eū,* & quæ sequūtur, quibus adiūgit: *Tēpore accepto audiui te, & in die salutis audiui te, & dedi te in testamentum gentium, vt constitueres terram, & consequereris hæreditas desertas, & diceres iis, qui in vinculis sunt, Exite: & iis qui in tenebris, vt in lucem prodeant, & in omnibus viis pascentur, & in omnibus semitis pastio eorum Non esurient, & neque sitient, neque percutiet eos æstus, neque sol: sed qui miseretur consolabitur, & per fontes aquarum ducet eos: & ponam omnem montem in viam, & omnem semitam in pabulum eis. Ecce hi de longe inquis venient, illi ab aquilone & mari, alij verò ex terra Persarum. Lætamini cœli, & exultet terra. Erumpant montes in lætitiam, quoniam misertus est Dominus populi sui, & humiles populi sui consolatus est.* D

Declaratio Christi, & vocatio gentium. Demonstratio XXIII.

Isa. 55. *ATtendite auribus vestris, & sectamini vias meas. Audite me, & viuet in bonis anima vestra: et condam vobis testamentum sempiternum, sancta Dauid fidelia. Ecce testimonium gentibus dedi eum, principem & imperantem gentibus. Gentes quæ non nouerunt te, inuocabunt te : & populi qui nesciunt te, ad te confugient propter Dominum Deum tuum, sanctum tuum Israel: quoniam glorificauit te.*

Scholia in Cap. II.

EX iis prophetarum oraculis, in quibus Meßiæ benedicti, aduentum, hostes, παθήματα vocationem gentium, regnum Mesiæ, & multa alia describunt, rectè Eusebius collegit Iesum Nazarenum esse Christum Domini, & seruatorem mundi. E

Quemadmodum in vocatione gentium, quæ per Christum facienda erat, Iudæorum gentem à ritu proprio, cultúque Dei cadere oportebat. Cap. III.

QVando ergo ab his quoque didicimus Christi aduentum præparari, vt non solis Iudæis, sed omnibus gentibus salutaris foret: age tertium quoque illud ostēdamus, quemadmodum

A quemadmodum id aduentu eius, non solùm meliora gentibus per prophetas nunciabantur, sed etiam iis qui ex circuncisione sunt contraria. Siquidem planè ruinam & reiectionem Iudaicæ gentis futuram, propter eorum erga Christum incredulitatem, oracula quæ apud ipsos habentur, pronunciat, vt iam non æquales hos eis, sed etiam longè superiores videamur. Cæterùm nunc quoque vtar nudis prophetarum locis, nec ea vllo modo contemplabor, cum propter eorũdem perspicuitatem, tum quòd liberiore ocio plenissimam eorum expositionem edituri sumus.

Declaratio reiectionis gentis Iudæorum, & adoptionis gentium loco eorum. Demonstratio XXIIII.

B *HAEC dicit Dominus: State in viis, & videte: & rogate semitas Domini sempiternas, & videte quæ nam sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis purgationem animis vestris. Et dixerunt, Non ambulauimus. Constitui super vos speculatores, audite vocem turbæ, & dixerunt, Non audiemus. Idcircò audierunt gentes, & qui pascunt greges in eis.* Hierem. 6.

Pietatis gentium declaratio, & gentis Iudaicæ impietatis accusatio: & prædictio malorum, quæ post Christi aduentum inuasura erant eos. Demonstratio XXV.

DOmine fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in die malorum. Ad te gentes venient, ab extremo terræ, & dicent: Verè falsa possederunt patres nostri simulacra, & non est in eis vtilitas: si faciet sibi homo deos, & hi non sunt dij. Idcircò ego ostendam eis in tempore hoc, notam Hierem. 16
C *faciam eis manum meam & virtutem meam, & cognoscent quod nomen mihi Dominus. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudine cordis eorum. Quum recordata fuerint nemora eorum in ligno condenso, & in collibus extensis, & montibus, in agro. Fortitudinem tuam, & thesauros tuos in direptionem dabo, & excelsa tua propter peccata tua, in omnibus finibus tuis, & relinqueris sola, & humiliaberis ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam non nosti, quoniã ignis incensus est in furore meo, vsque in æternũ ardebit.* Hierem. 17

De dispersione gentis Iudaicæ in omnes gentes, & de renouatione aduentus, & regni Christi, & de vocatione omnium gentium, quæ in eo facta est. Demonstratio XXVI.

D *ECce, ego mando, & ventilabo in omnibus gentibus domum Israel, quemadmodum ventilatur in vanno, & non cadet contritio in terram: gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicũt, non appropinquabunt, neque venient super nos mala. In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit, & instaurabo, quæ ceciderunt ex eo, & quæ diruta sunt eius suscitabo, & instaurabo illud sicut dies seculi, vt exquirant me, qui reliqui sunt ex hominibus, & omnes gentes, super quas inuocatum est nomen meum super eas, dicit Dominus, qui facit hæc omnia.* Amos. 9.

Accusatio magistratuum gentis Iudæorum, significatio desolationis metropolis eorum, aduentúsq; Christi, & domus Dei, quæ est ecclesia eius, verbíque & legis progressio, & gentium cunctarum vocatio. Demonstratio XXVII.

E *AVdite nunc demum hæc. qui præest is domui Iacob, & qui reliqui estis ex domo Israel, qui abominabimini iudicium, & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniustitiis. Qui ei præsunt, cum muneribus iudicauerunt, & sacerdotes eius cum mercede responderunt, & prophetæ eius cum argento diuinarunt, & super Dominum requieuerunt, dicentes: Nónne Dominus nobiscum est? non venient super nos mala. Idcircò propter vos, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi pomorum custodia erit, & mõs Domus Dei in nemus syluæ. Et erit in nouissimo dierum, manifestus mons Domini paratus super vertices montium, & extolletur super colles, & festinabunt ad illum populi, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & ostendent nobis viam eius, & ambulabimus in semitis eius, quoniam de Sion egreditur lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Michææ 3. Michææ 4.

Declaratio de Christi aduentu, & Iudæorum bellici apparatus pernicies, gentiúmque pax, & regnum Domini vsque ad terminos orbis terræ.

Demonstratio XXVIII.

Zach. 9. *GAude vehementer filia Sion, prædica filia Hierusalem: Ecce, Rex tuus venit tibi iustus, & Saluator, ipse mansuetus, & sedens super iumento, & pullo adolescente, & perdet currus ex Ephræm, & equum Hierusalem, & perdet arcum bellicum, & abundantia pacis ex gentibus, & principatum obtinebit à mari vsque ad mare, & à fluminibus per exporrectiones terræ.*

Recusatio gentis Iudaicæ, & corporalis ipsorum ex lege Mosi adorationis reiectio, spirituali introducta in omnes gentes adoratione per Christum.

Demonstratio XXIX.

Malach. 1. *NOn est mea voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non suscipiam de manibus vestris, quoniam ab ortu solis & vsque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia munda: quoniã magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens. vos autem profanatis illud.*

Iudaicæ gentis ruina, verbíque Dei, & legis nouæ, eiúsque domus diuulgatio, & pietatis omnium gentium declaratio.

Demonstratio XXX.

Isa. 1 *REliquitur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut fructuum custodia in cucumerario, sicut ciuitas in obsidione.* ac deinceps adiungit: *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? in qua iustitia somnum cœpit, in ea nunc autem interfectores.* Et ad hæc: *Erunt enim sicut terebinthus abiectus foliis, & sicut hortus aquam non habens. Et erit fortitudo eorum, vt stipula stuppæ: & quæstus eorum, vt scintillæ ignis, & comburentur iniqui, & peccatores simul, & non erit qui extinguat.* His omnibus adiungit: *Et erit in nouißimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in summis montium, & extolletur super colles: Et venient ad eum omnes gentes, & ibunt gentes multæ & dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & annunciabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea. Nam de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem, & iudicabit inter gentes.*

(Isa. 2.)

Sublatio gloriæ populi Iudæorum, & gentium conuersio à simulacrorum cultu ad Deum vniuersi: & de desolatione Iudaicarum vrbium, & de incredulitate eorum erga Deum.

Demonstratio XXXI.

Isa. 17. *HAEC dicit Dominus Sabaoth: Et erit quemadmodum si quis colligat spicam in conualle solida, & relicta in ea sit stipula. aut antequam si baccæ oliuæ duæ vel tres in summo sublimium, vel quatuor vel quinque in ramis eorum relictæ fuerint. Hæc Dominus Deus Israel. Die illa confidens erit homo in eo, qui fecit ipsum. oculi autem eius ad sanctum Israel respicient, & non confident in altaribus, neque in operibus manuum suarum, quæ fecerunt digiti ipsorum: neque aspicient lingua, & abominationes suas die illa. Erunt ciuitates relictæ, quemadmodum defecerunt Amorrhæi, & Euæi à facie filiorum Israel, & erunt deserta, quoniam deseruisti Deum Saluatorem tuum, & Domini Dei tui non recordatus es. Propterea plantabis plantationem infidelem: quacunque autem die plantaueris, decipieris.*

Expositio

A Expoſitio euerſionis Iudaicarum vrbium, & gentium lætitiæ ſecundum Deum.

Demonſtratio XXXII.

DOmine Deus meus, glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam feciſti res mirabiles, conſilium antiquum verum. Fiat Domine, quoniam poſuiſti ciuitates in tumulum, ciuitates munitas, vt cadent earum fundamenta. Impiorum ciuitas in æternum non ædificabitur. Propterea benedicet tibi populus inops, & ciuitates hominum iniurias ferentium benedicent tibi. Factus es omni ciuitati humili adiutor. & mœrore affectis propter indigentiam, protectio. Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus in monte hoc, bibent lætitiam, bibent vinum, vngentur vnguento in monte hoc. Trade Iſa.25.
B *hæc omnia gentibus, conſilium enim hoc in omnes gentes, deuorauit mors inualeſcens.* Et rurſus: *Abſtulit Deus omnem lacrhymam ab omni facie: probrum populi abſtulit Deus ab omni terra. Os enim Domini locutum eſt hæc.*

Bonorum promiſſio ad olim deſertam à gentibus eccleſiam: & Iudaicæ gentis deſperatio, & redargutio peccatorum eorum, omnium gentium vocatio.

Demonſtratio XXXIII.

NE recordamini prima, & antiqua ne computate, quoniam ecce ego facio noua, quæ nunc orien- Iſa.43.
C *tur, & cognoſcetis ea: & faciam in deſerto viam, & vbi non eſt aqua, fluuios: & benedicent mihi beſtiæ agri, ſirenes, & filiæ paſſerum: quoniam dedi in deſerto aquam, vt potum darem generi meo electo populo meo, quem acquiſiui, virtutes meas narrare. Non nunc vocaui te Iacob, neque laborare te feci, Iſrael. Non obtuliſti mihi pecudes holocauſti tui, neque in ſacrificiis tuis glorificaſti me, non ſeruiſti mihi in donis, nec labore te affeci in thure, neque comparaſti mihi argento incenſum, neque adipem victimarum tuarum concupiui, ſed in peccatis tuis, & in iniuſtitiis tuis præfui tibi.* Et in ſe- Iſa.45.
quentibus ait: *Conuertemini ad me, & ſalui eritis, qui venitis ab extremo terræ. Ego ſum, & non eſt alius, per me ipſum iuro, verè exibit de ore meo iuſtitia. Verba mea non reuertentur, quoniam mihi omne genu curuabitur: & iurabit omnis lingua Deum verum, dicens: Iuſtitia, & gloria ad eum veniet, & erubeſcent omnes, qui diligunt ſeipſos à Domino.*

D Declaratio Chriſti ad homines aduentus, & redargutio gentis Iudæorum, & cunctis gentibus promiſſio bonorum.

Demonſtratio XXXIIII.

SIc dicit Dominus, quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, in quo emiſi eam? aut cui debitori vendi- Iſa.30.
di vos? ecce, peccatis veſtris venditi eſtis, & iniquitatibus veſtris emiſi matrem veſtram: quoniam veni, & non erat homo: vocaui, & non erat, qui audiret, & reliqua. Quibus adiungit: *Ambulantes in tenebris, & non eſt eis lux, confidite in nomine Domini, & innitimini Deo veſtro. Ecce omnes vos ignem incenditis, corroboratis flammam, ambulate lumine ignis veſtri, & flamma aqua incendiſtis. Propter me facta ſunt hæc vobis, in triſtitia dormietis,* & quæ ſequuntur, qui- Iſa.51.
E bus adiungit: *Audite me, audite me, populus meus, & reges, ad me aures intendite, quoniam lex à me egredietur, & iudicium meum in lumen gentium, appropinquat citò iuſtitia mea, & egredietur, quaſi lux, ſalutare meum, & in brachium meum gentes ſperabunt.*

Redargutio impiarum iniuriarum gentis Iudaicæ, & religionis eorum ruina, vocationis autem omnium gentium patefactio.

Demonſtratio XXXV.

NVnquid non robuſta eſt manus Domini ad ſaluandum? aut grauata eſt auris eius, vt non audiat? Iſa.59.
Sed peccata veſtra diuidunt inter vos & Deum: & propter peccata veſtra auertit faciem ſuam à vobis, ne miſereatur. Manus enim veſtræ fœdatæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri in peccatis. Labia au-

tem vestra locuta sunt iniquitatem, & lingua vestra iniustitiam meditatur. nullus loquitur iusta, neque est iudicium verum, confidunt in vanis, & loquuntur inania: quoniam concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem, oua aspidum fregerunt, & telam araneæ texunt, & qui vult ex ouis eorum comedere, vbi contriuit, lotium inuenit, & in eo regulum. tela eorum non erit in vestimentum, neque operiuntur ex operibus suis. Opera enim eorum, opera iniquitatis: pedes autem eorum, ad improbitatem currunt, veloces ad effundendum sanguinem & cogitationes eorum, cogitationes insipientium. Contritio & miseria in viis eorum, semitæ eorum distortæ, per quas transeunt, & nesciunt pacem. Idcircò amotum est iudicium ab eis, & non comprehendit eos iustitia. Cùm expectarent lucem, factæ sunt eis tenebræ. expectantes splendorem, in obscuritate noctis ambulauerunt, manu explorabunt, vt cæci parietem, & quasi ipsis oculi non sint, contrectabunt, cadent in meridie, quasi in media nocte. tanquam morientes, ingemiscent, & quasi vrsus, & columba simul incedent, & quæ sequuntur, quibus adiungit: *Et timebunt, qui ab occasu existunt, nomen Domini: & qui ab ortu solis, nomen gloriosum.* Cæterùm, quum plurimæ eiusdem argumenti sint propheriæ, testi- B
moniis hisce, quæ hîc apposuimus, contenti erimus, atque ea suo tempore rursus repetentes, explanabimus. Interea verò quando ad verbum abundè talibus testimoniis vsi sumus, satis nos ostendisse arbitramur, nihil amplius, quàm reliquas gentes, habere Iudæos. Siue enim illius amici Dei Abraham benedictionis, se solos dicunt esse participes, propterea quòd ab illo sint oriundi, iam Deus palàm pollicitus est: gentibus quoque parem non modò ipsi Abrahæ, sed & Isaac, & Iacob benedictionem se imperiturum: quippe qui benedicendas esse itidem, vt illos omnes gentes prædixerit, & sub vnam eandémque cum beatis illis, Deíque amicis viris læticiam, reliquas quoque gentes inuitet, iuxta illud: *Lætamini*
Psal.46. *gentes cum populo eius.* Et illud: *Princeps populorum congregati sunt cum Deo Abraham.* Siue de regno Dei, quasi illius facti hæredes, & gloriantur, iam in reliquis quoque gentibus re- C
gnaturum Deum, diuina oracula ostendunt: *dicite enim*, inquit, *in gentibus, quòd Dominus regnauit.* Et rursus: *Regnauit Deus super omnes gentes.* Siue ad sacerdotij munus, & ad cultum Deo exhibendum se electos dictitant, demonstrandum erit, quemadmodum gentibus
Psal.29. quoque, æquale ministerium sermo diuinus se imperiturum promiserit, vbi ait: *Afferte Domino familiæ gentium, Afferte Domino gloriam & honorem, tollite hostias, & egredimini in atria eius.* quibus ad etiam illud apud Isaiam oraculum adiungere poteris, quod ita ha-
Isaiæ 19. bet: *Erit altare Domino in terra Aegypti, & cognoscent Aegyptij Dominum, & facient sacrificia,*
Altare Domino in Aegypto. *& vouebunt vota Domino, & reddent.* Vbi item illud tibi erit considerandum attentiùs quòd extra Hierusalem in Ægypto altare Domino constituendum, & illic sacrificaturos Ægyptios, votáque Domino & facturos, & reddituros prophetias significet. Non ergo in Ægypto solùm, sed in ipsa quoque vera Hierusalem, quæcunque ea intelligatur, om- D
nes gentes, nec ipsi omnium superstitiosissimi Ægyptij, ad id quod ex sententia, non ex scripto interpretandum sit, tabernaculorum solenne celebrandum inuitantur. Quòd si
Psal.77. & 104. olim factus est pars Domini populus eius Iacob, funiculus eius hæreditatis Israël: at in posterum gentes quoque omnes Domino in sortem esse tribuendas, dictum est, vbi vi-
Psal.2. delicet, sic illi ait pater: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Etenim dominaturum esse non in Iudæa solùm, sed à mari vsque ad mare, & fines orbis terræ, prophetia clamat, omnésque illi gentes esse seruituras, benedicendásque esse in eo omnes tribus terræ. Hac autem causa hoc factum est, vt Deus vniuersi in conspectu omnium gentium, salutare suum notum faceret. nos verò iam antè notauimus nomen IESVS, si ex Hebraica lingua in Græcam conuertatur, σωτήριον significare, quòd Latinè di-
Luc.2. citur Salutare: vt nihil aliud sit salutare Dei, quàm saluatoris nostri Iesu Christi appellatio. Huic rei fidem facit Simeon in Euangelio, qui accepto puero, ipso vtique E
Iesu, intra manus, sic orauit: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum*
Iesus Saluator. *in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Hoc ipsum igitur salutare, psalmorum quoque autor significauit, quum dixit: *Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.* Similiter apud Isaiam. omnes homines hoc ipsum salutare intuentes, Deum vniuersi dicuntur adoraturi, qui salutare suum omnibus abundè sit largiturus, & adoraturi, non in hac inferiori Hierusalem, quæ est in Palæstina, sed vnumquemque ex loco suo, & omnes quicunque sint in insulis gentium, quo tempore oraculum illud finem accipiet, quod affirmat, omnes homines inuocare non amplius deos patrios, neque simulacra, aut dæmonas, sed nomen Domini,

& seruire

A & seruire illi sub iugo vno,& illi à terminis fluminum Æthiopiæ rationales,& incruentas
hostias, per nouum Christi testamentum,non in inferiori Hierusalem,neque in eo, quod
in illa est,altari,sed in eius Aethiopiæ finibus,de qua iam dictum est, oblaturos. Quòd si
magnum quiddam est,Dei populum & esse, & censeri, & vnum hoc diuinorum promis-
sorum maximum est,vbi ab ipso Deo de iis,qui seipso digni sint, dicitur: *Ero illorum Deus,*
& ipsi erunt populus meus, meritóque antea gloriabatur Israel, quasi qui solus Dei populus
esset.hoc quoque bonũ,tum quum ad populũ illũ aduenerit Dominus,gentibus se largi-
turum pollicetur,dicens: *Ecce ego venio,& habitabo in medio tui,& confugient gentes multæ ad*
Dominum, & erunt ei in populum. De quibus illud item satis aptè dicetur, *Et dicam populo*
meo, Populus meus es tu: & ipse dicet, Dominus Deus meus es tu. Si verò non alius, sed ipse est
Christus,qui de radice Iesse oriturus à prophetis prædicitur, & hoc ipsis quoque Hebræis
B habetur indubitatum, adeò vt nullo pacto quisquam de hoc ambigat: considera iam,
quemadmodum hic surrecturus ad imperandum non ipsi Israel,sed gentibus palàm sit di-
ctus: nec ipse Israel, sed gentes in eo spem habituræ dictæ sint: quippe qui esset expecta-
tio gentium, quapropter & gentibus prolaturus iudicium,& futurus lumen gentium va-
ticinatio declaretur.Et rursus dictum sit,in nomine eius gentes speraturas, eundémque in
salutem datum iri non solis Iudæis, sed omnibus hominibus, vsque ad extremum terræ.
Quocirca ab illo,qui ipsum misit,patre dictum est ei: *Dedi te in testamentum generis,in lucem* Isaiæ 42.
gentium,vt constituas terram, & consequaris hæreditates desertas. Testamentum autem genti-
bus dicit, ea de causa, vt omnes quæcunque de Christo nihil vnquam didicerint, vbi or-
dinis rationem, quæ ad illum pertinet, agnouerint,& quæ nam in eo sit virtus earum,quæ
inuocaturæ sint eum,& qui antea illum populi nunquam viderint, ad illum confugituri.
C Cæterùm,quid pluribus opus est verbis? quum ex ipsis propheticis vocibus liceat, tum
quas posui, tum quas, plus ocij nactus exponam, quæ in diuinis libris feruntur, si cui mo-
dò placeat colligere dicta prophetarum, facilè iis, qui ex circumcisione sunt, silentium Quo consilio
imponere,si quando iactent promissa diuina sibi solis exhibita esse:& nos, qui de gentibus hæc testimo-
assumimur, superuacaneos accedere, atque à diuinis pollicitationibus alienos existere. nia addu-
Econtrariò enim ostensum est, quemadmodum oraculis traditum sit, omnes gentes ad- xerit.
uentu Christi fruituras, & Iudæorum in gentem numerum ab ea promissione, quæ ad
maiores ipsorum edita est, propter ipsorum erga Christum pertinaciam, esse casurum.
Paucos verò eorum duntaxat in Saluatorem & Dominum nostrum credituros, & hac
ipsa re promissam spiritualem redemptionem consecuturos.De quibus sanè diuinus quo- Rom.11.
que Apostolus quodam loco ita scribit, *Isaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filio-*
rum Israel, tanquam arena maris,reliquiæ saluæ fient.Verbum enim perficiens,& contrahens in æqui-
D *tate, quia verbum contractius faciet Dominus in terra. Et sicut prædixit Esaias: Nisi Dominus Sa-*
*baoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.*qui-
bus post alia, hæc quoque adiungit: *Nunquid Deus repulit populum suum? absit. Nam & ego*
Israelita sum, ex semine Abraham,tribu Beniamin.Non repulit Deus populum suum, quem præsciuit,
An nescitis in Helia quid dicat scriptura, quemadmodum interpellat Deum,dicens de Israel? Domine 1.Reg.19.
prophetas tuos occiderunt,altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus: & quærunt animam
meam. Sed quid dicit responsum diuinum? Reliqui mihi ipsi septem millia virorum, qui non curuaue-
runt genu ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ fa-
ctæ sunt. His enim verbis Apostolus planè in ipso totius Iudaicæ gentis casu,seipsum, & si-
bi similes Saluatoris nostri cùm apostolos, tum euangelistas, omnésque, qui ex Iudæis,
etiam nunc, ad Christum accedant, semen esse aliud declarat, quod nominatum est à
E propheta,vbi ait: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen.* Hócque ipsum esse, quod in Isaia 1.
reliquis item prophetiis significatur,nomine reliquiarũ totius Israelis,quas dicit,secundũ
electionem gratiæ seruatas esse.De quibus sanè reliquiis,age rursus,quæ dixerint prophe-
tæ, latiùs exequamur: vt pluribus iam constet,non absolutè vniuersæ Iudæorum nationi
Christi aduentum salutarem pollicitum esse Deum, sed paucis eorum, atque admodum
raris iis videlicet,qui in Saluatorem & Dominum nostrum crediderint, quemadmodum
& res ipsa ipsis prædictionibus consentanea declarauit.

Quòd non in omnem Iudaicam gentem, sed in paucos eorum duntaxat, diuinorum promissorum euenta peruenerint. A

Demonstratio XXXVI.

Isaiæ 1. *TErra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram in conspectu vestro alieni deuorant, & deserta est: quum subuersa sit à populis alienis. Relinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & tanquam fructuum custodia in cucumerario, tanquam ciuitas in obsidione. Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.* Exordiens magnus, diuinúsque propheta suum opus, primum docet quemadmodum vniuersum suæ prophetiæ propositum nihil aliud cõtinet, quàm visionem & contemplationem, quæ feratur contra Iudæam, & contra Hierusalem. B

Ibidem. Deinde cunctam Iudæorum nationem redarguit, primùm hæc, dicens: *Agnouit bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non agnouit, & populus non intellexit.* Deinde vniuersam gentem deplorans, adiungit: *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis semini prauo, filiis iniquis.* Hisce initio operis, vbi contra illos vsus est obiurgationibus, & proposuit causas eius vaticinij, quod contra illos feratur, tum initium facit, dicens, *Terra vestra deserta*: quæ tamen deserta non erat, eo ipso, quo prophetiam edebat, tempore. *Ciuitates vestræ succensæ igni*: quum tamen ne hoc quidem adhuc factum esset. Sed neque regionem ipsorum tũc alieni deuorabant: quum tamen ille sic, dicat: *Regionem vestram in conspectu vestro alieni deuorant*, & quæ sequuntur. At enim si ad Saluatoris nostri Iesu Christi aduentũ transieris, & ad ea, quę subsecuta sunt vsque in hũc diem, tempora, facilè inueneris ea, quæ dicta sunt, completa

Filia Sion. esse. Nam & filia Sion (hæc autem erat adoratio, quæ in monte celebrabatur, qui vocatur Sion) ex quo aduenit Iesus Saluator noster, relicta est, vt vmbraculum in vinea, & quasi fructuum custodia in cucumerario, aut si his quicquam cogitari potest desertius: regionémque ipsorum alieni coram ipsis deuorant, nunc quidem vectigalia, ac tributa ab illis exigentes, nunc verò proprium ipsorum prædium, eam, quæ olim Iudæorum erat, terram facientes. Sed & templum illud admirabile, quod erat in eorum metropoli, in terram cecidit, à populis alienis euersum: & ciuitates eorum igni succensæ sunt, & facta est Hierusalem verè ciuitas in obsidione. C

Apostoli reliquiæ Israel. At verò quia postquam illis hæc euenerunt, & chorus Apostolorum, & qui ex Hebræis in Christum crediderunt, fœcundi instar seminis ex illis ipsis seruati sunt, & per vniuersam terram, atque in omne genus hominum penetrantes, omnem ciuitatem, ac locum, & regionem proprio, atque Israëlitico semine impleuerunt: adeò quidem, vt ex illis, quasi spicæ, quæ in nomine Saluatoris nostri fundatæ sunt, ecclesiæ, sint enatę: meritò diuinus propheta iis minis, quibus contra illos est vsus, adiungit: D *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi sodoma facti essemus: & sicut Gomorrha, similes fuissemus.*

Rom. 11. Quod quidem in apertiorem sensum contrahens sanctus Apostolus in epistola ad Romanos interpretatus est: *Isaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum enim perficiens & contrahens faciet Dominus in terra. Et sicut prædixit Isaias: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.* Quibus rursus hæc adiungit: *Nunquid,* inquit, *repulit Deus populum suum? absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, tribu Beniamin. Non repulit Deus populum suum quem præsciuit. An non nostis in Helia quid dicat scriptura? Quemadmodum intercedit apud Deum contra Israel? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus: & quærunt animam meam, vt auferant eam. Cæterum quid dicit ei responsum diuinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt.* E Ne verò in aliud tempus prophetiam euentum suum dirigere suspiceris, quam in aduentum Saluatoris nostri Iesu Christi, verba quæ sequuntur post illud dictum. *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus*: vniuersum Iudaicum populũ, Gomorrhæ populum appellant, & eorum duces, principes Sodomorum, adiungunt reiectionem Mosaici ritus, & eius testamenti modum quod per Saluatorem nostrum omnibus hominibus denunciatum est (quum Testamenti dico, eius regenerationis quæ fit per lauacrum, intelligo) verbúmque planè nouum, ac legem introducunt, vbi de talibus prædicunt. Sic igitur habent: *Audite verbum Domini principes Sodomorum, attẽdite legem Dei populus Gomorrhæ.*

Quid

A *mihi multitudo victimarum vestrarum?* & cætera, quæ vt propria legum à Mose positarum auferens, eorum loco alium remittendi peccata modum introducit, eum videlicet, qui per lauacrum salutis, & per eam quæ cùm hoc prædicatur vitam, celebratur, sic dicens: *Lauamini, mundi estote, auferte prauitates ab animis vestris*, & quæ sequuntur. Cur autem principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ eos nominauerit, idem illicò exposuit, sic dicens: *Manus enim vestræ plenæ sanguine.* Et rursus vbi paulùm progressus est, ait: *Iniquitatem suam, vt Sodomorum nunciauerunt atque indicauerunt. Væ animæ illorum, quoniam cogitauerunt consilium prauum contra seipsos, dicentes: Ligabimus iustum, quoniam inutilis nobis est.* Vbi quum de quodam sanguine, & de insidiis aduersus iustum quendam mentionem fecerit, quem hunc tandem intelligi vult, nisi Saluatorem nostrum Iesum Christum? Propter quem, & post quem, omnia in illos quæcunque dicta sunt, redundarunt.

B

Quòd propter Saluatorem nostrum Iesum Christum, & post eiusdem aduentum, omnia quæ dicta sunt à propheta, illis acciderint.

Demonstratio. XXXVII.

IN die illa, illucescet Deus in consilio cum gloria in terra, vt extollat & glorificet id quod reliquum fuerit ex Israel, & erit illud reliquum ex Israel in Sion: & quod relictum fuerit in Hierusalem, & qui vocati sancti. Quæ autem sit dies illa, in qua Deus glorificaturus, & in sublimi collocaturus dicitur id quod reliquum fuerit ex Israel, & eos qui vocandi sunt sancti, & scribendi ad vitam, si totam huius sectiunculæ narrationem percurreris, facilè disces. Initio igitur totius libri, quum aduersus Iudæam, ac Hierusalem visionem vidisset propheta, & pluribus verbis totius Iudaicæ gentis impia facinora numerasset, quúmque minabundus dixisset de illorum euersione, déque extrema Hierusalem vastitate, tum finem ei quæ contra illos versabatur contemplationi imponit, his verbis: *Erunt enim vt terebinthus, abiectis foliis: & tanquam hortus aquam non habens: & erunt vires eorum, tanquam surculus stuppæ: & gustus eorum, vt scintillæ ignis. & comburetur iniqui & peccatores simul, & non erit qui extinguat.* Vbi quum aduersus illos vaticinium circumscripserit, tum reprimit se: & nouo initio facto, alteram materiam aggreditur, exordioque etiam (vt dicebam) tali vtitur: *Verbum quod factum est ad Isaiam filium Amos prophetam, de Iudæa, & de Hierusalem*, vel, vt Symmachus interpretatus est, super Iudæa & Hierusalem. Ex quo forsan illum suspicetur aliquis, de quibus tristia priùs sit vaticinatus, de iisdem nunc commutata ratione, meliora quædam prædicere. At verò eorum, quæ sequuntur contextus, nequaquam istuc dici permiserit, quippe qui super Iudaica gente, & super eo qui vocatur Israel, nihil omnino boni contineat, neque etiam super Iudæa, neque super Hierusalem, contra autem innumerabiles aduersus Israel quærelas, atque accusationes, minásque aduersus Hierusalem tristes recenseat: quodque vniuersis gentibus salutare contigit, vocationem, atque agnitionem summi Dei futuram diuinet. & ad hæc noui cuiusdam montis proditionem in lucem, & alterius domus Dei, præter eam quæ est in Hierusalem constructionem manifestam proponat. Itaque vbi de Iudæa & Hierusalem locutus est, tunc sic dicit: *quòd erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in verticibus montium: & extolletur super colles, & venient ad eum omnes gentes, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, et in domum Dei Iacob.* ac de gentibus quidem cũctis talia diuinat: de Iudæis vero deinceps cuiusmodi sint ea quæ adiungit, nunc audi: *Dimisit. n. populum suum, domum Iacob, quoniam repleta est, vt ab initio, regio eorum hominibus sicut regio alienigenarum, et filij multi alienigenarum, et filij multi alieni nati sunt illis. Repleta est. n. regio illorum argento, et auro, & non fuit numerus thesaurorum eorum.* & cætera quæ sequuntur, quæ multo plura sunt, quibus adiungit: *Et adorauerunt ea, quæ fecerunt digiti ipsorum. Et declinauit se homo, & humi se abiecit. Et non dimittam eos, et nunc ingredimini in petras, et abscondimini in terram à facie timoris Domini, et à facie eius, quum surrexit quassare terram.* Quibus verbis planè surrecturum esse Dominum indicat, & vniuersam terram gentis Iudaicæ quassaturum: de Iudæis enim omnis sermo est: quemadmodum etiam in sequentibus, vbi ait: *Dies enim Domini Sabaoth super omnem petulantem et superbum, & super omnem excelsum et sublimem.*

quæque his deinceps consentanea dicuntur. In hac igitur die, in qua surrecturus est Dominus, postquam vaticinatus est contra eos qui extolluntur aduersus cognitionem Dei, tum in hac ipsa, inquam, die, Dominum id facturũ propheta significat, *Extolletur*, inquit, *Dominus, in die illa, & manufacta omnia occultabunt, introferentes ea in speluncas.* vbi propemodum indicat auersionem à simulachris, qua auersi sunt & ipsi Iudæi, & omnes reliqui homines, post Saluatoris nostri aduentum, quando omnem superstitionem aspernati sunt. *Ergo in die illa*, inquit, *abiiciet homo abominationes suas aureas, atque argenteas, quas fecerunt, vt adorarent inania.* Vbi hæc, vt par est, de omni homine enuncians, propter futuram gẽtium vocationem, tum separatim rursus sub vnam sententiam de Iudaica gente adiungit, & dicit: *Ecce dominator Dominus Sabaoth, auferet de Iudæa & de Hierusalem virum robustum & fœminam valentem, robur panis, & robur aquæ gigantem & robustum, & hominem bellatorem. & iudicem, & prophetam, & coniectorem, & seniorem. & principem supra quinquaginta, & mirabilem consilierium, & doctum architectum, & prudentem auditorem.* & quæ sequuntur. Quæ B
quum diligentiùs attenderis, apponito iis quæ initio prophetiæ dicta sunt, quæ sic habẽt: *Verbum quod factum est à Domino, ad Isaiam filium Amos super Iudæa, & super Hierusalem:* vt quæ sic prolata sunt, magis contra ipsos, quàm pro ipsis existat, nisi fortè in his aliquis latens conprehenditur sensus. Quî enim fieri potest, vt is qui ablaturus sit à Iudæa, & à Hierusalem, virum robustum, & fœminam valentem, robur panis, & robur aquæ, & omnia quæcunque olim in eis dignitatem habebant, pro Iudæa, & pro Hierusalẽ futura esse hæc ipsa quæ diuinabatur, prædixerit? quomodo autem sunt pro iisdem ea quæ deinceps dicuntur? soluta est Hierusalem, & Iudæa concidit, & linguæ eorum cum iniquitate, ea quæ ad Dominum spectant non credentes. Atqui quo tempore montem Domini omnibus gentibus nunciari necesse erat, Deíque in illo domum, in quam vbi omnes gentes conue- C
nissent, tum dicturi essent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob. in eo inquam, ipso tempore, vbi sermo diuinus talibus Iudaicæ gentis accusationibus est vsus, iísque minatus extrema, tum his omnibus ea quæ antè exposuimus, verba adiungit, docétque ex omni Iudaica gente, quæ à vero Dei cultu casura sit, superfuturos quosdam, qui non eadem cum omnibus mala sint subituri, qui contrà potiùs, tanquam ex prauis atque iniustis relicti superstites, comprobatámque ac sinceram pietatem amplexi, ac scriptura quæ à Deo profecta sit, digni sint habendi, ac serui Dei sancti vocandi, quibus sanè verbis planè significat Saluator noster apostolos ac discipulos, atque euangelistas, reliquósque omnes, qui de circuncisione assumpti in ipsum crediderint, quo tempore gens eorum vniuersa cecidit. Porrò hæc ille sermo innuit, qui sic habet: *in die illa* (in qua videlicet ea quæ prædicta sunt, omnia de vocatione gentium, & de Iudæorum ruina futura sunt) *illucescet Deus in consilio cum gloria in terra, vt extollat & glorificet quod relictum fuerit ex* D
Israel, & erit quod relictum fuerit in Sion: & quod relictum fuerit in Hierusalem, sancti vocabuntur omnes, qui scripti sunt ad vitam in Hierusalem, propter quos prodituros de Hierusalem videlicet ac Iudæa, meritò super Iudæa, & super Hierusalem, prophetiam illam dici, procœmium ipsum ostendit, aut etiam propter veram Hierusalem, & propter Iudæam illã quæ si ex sententia, non ex scripto consideretur, huic alteri proportione respõdeat. Qua de re quum erit tempus, videbimus, & quis tandem diuinam apostolorum Saluatoris nostri,
Psal.18. & Euangelistarum cernens virtutem, secundum quam *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, omnésque ex illo ad hoc vsque tempus Christi ecclesias, quæ verba eorum in ore præceptáque habent, & noui testamenti per eos publicatas Christi leges, non huic prophetiæ testimonium veritatis exhibeat? vtpote ei quæ manifestè dicat, in consilio & cum gloria, in omnem terram Deum in sublimi collocaturum & glori- E
ficaturum id quod relictum fuerit ex Israël? Item quemadmodum id quod relictum fuerit in Sion, & quod relictum fuerit in Hierusalem, sancti vocabuntur omnes, qui scripti sunt ad vitam? pro eo autem quod dicitur apud LXX. In consilio cum gloria, Aquila & Theodotion inter se concordantes, In virtutem & gloriam, interpretati sunt. sic vtique eam virtutem quæ à Deo Apostolis data est, & quam post talem virtutem apud Deum ha-
Psal.67. bituri erant, gloriam indicantes, iuxta illud: *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.*

Demonstratio XXXVIII.

A Item quod de re ipsa factum est, *auditu audietis, & non intelligetis: & aspicietes aspicietis, & non videbitis. Crassum enim factum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & conuertantur, & sanem eos. Et dixi, Quousque Domine? & dixit: Donec vastentur ciuitates, adeò vt non habitentur: & domus, adeò vt non sit homo, & terra relinquetur deserta. Et post hæc amouebit procul* Deus *homines, & multiplicabuntur, qui relicti fuerint in terra.* Considera igitur hic quoque, quónam modo, qui relicti sint rursus in terra quum reliqua vniuersa vastationem passura sit, soli dicantur multiplicandi. Erunt autem hi, ipsi Saluatoris nostri discipuli, qui ab Hebræis ad omnes homines profecti, atque instar seminis relicti, vberem fructum protulerunt, ipsas gentium in toto orbe terrarum ecclesias, & inspice sanè quemadmodum eodem tempore hos *Isa. 7.*
B solos Iudæorum ruinæ superstites multiplicaturũ affirmat, illos autem solitudinem penitus vastationémque passuros. *Terra enim,* inquit, *eorum relinquetur deserta.* Porrò hoc ipsum superiùs quoque dictum est, ab eodem propheta ad eosdem illo loco: *Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni: regionem vestram in conspectu vestro alieni deuorant.* Quando autem hæc tandem completa sunt, si non post Saluatoris nostri tempora? Antequam enim contra illum tam impia facinora ausi essent, nunquam fuerat eorum terra deserta, neque ciuitates eorum incensæ igni, neque regionem eorũ alieni deuorauerant. Ex quo autem diuinam illam vocem ipse Saluator & Dominus noster emisit, qua illis quod futurum erat indicauit, sic dicens: *Relinquitur domus vestra deserta* ex illo, inquam, neque ita multo post talem prædictionem illi obsidione pressi à Romanis in solitudinem ac vastitatem redacti sunt. Causam etiam vastationis eorum sermo propheticus exprobrat, vbi *Confer hæc cum Parabola de vinitoribus, Math. 21. et cum tota veteri historia.* *Matth. 23.*
C apertè propemodum interpretatur, & manifestum proponit, quidnám fuerit illud, quod illis ruinam attulerit. Postquam enim Saluatorem nostrum apud ipsos docentem ipsi audientes, auribus mentis non audierunt, neque intellexerunt quisnam esset: & illum oculis corporis cernentes, animi oculis non perspexerunt, crassúmque suum ipsorũ cor reddiderunt, & penè oculos mentis clauserunt, atque aures grauauerunt, vt ait prophetia: tum propter hanc causam, ciuitates eorum dicit esse vastandas, adeò vt non habitentur, ac terram eorum fore desertam: paucos verò quosdam ex illis superfuturos, qui vbi instar fœcundi ac viui seminis conseruati fuerint, ad omnes homines penetrantes, multiplicandi esse in terra dicuntur. Veruntamen post horum ipsorum profectionem, Apostolorum videlicet Saluatoris nostri, adhuc ait in ipsa regione Iudæorum decimam partem mãsuram: ac deinceps rursus futuros eos in direptionem, quasi terebinthum, &
D quasi glandem suo spolio exutam. Demonstrat autem, vt arbitror, his verbis oraculum, post primam illam obsidionem, quam Apostolorum temporibus sub Vespasiano Romanorum imperatore perpessi narrantur. Rursus sub Adriano altera obsidione afflictos de loco illo penitus arcendos fore, ádeo vt ne solo quidem vrbis Hierusalem insistere illis sit permittendum. Hoc igitur innuẽs, sic ait: *Et iterum erit in direptionem, vt terebinthus, & sicut glans quum excidit de spolio suo.*

Demonstratione XXXIX.

Isa. 7.

Et *erit in die illa: Nutriet homo iuuencam boum, & duas oues, & erit ex eo quod plurimùm faciet lac, comedet butyrum, & mel comedet quicunque relictus fuerit in terra.* Hic si illam diem quam propheta significant quæsieris tempus aduentus Saluatoris nostri inuenies. Vbi
E enim dixit propheta, *Ecce virgo concipiet, & pariet filium:* plurima interponens, diuinat de iis quæ per eandem diem, hoc est, Saluatoris nostri aduentus tempore, futura sunt. Virtutes enim inuisibiles, & quosdam inimicos, atque hostes, muscas & apes allegoriæ legibus nominans, ingressuros esse terram Iudæorum dicit, atque ita dominum, hostium ipsorum nouacula, tanquam magni cuiusdam corporis, ipsius Iudaicæ gentis caput, & pilos pedum, & barbam, & denique omne ornamentum eorum abrasurum. Quum verò hæc in illa die, de qua agitur futura sint, in qua videlicet ille de quo loquitur, nascetur de virgine, tum eum hominem, qui relictus fuerit de totius gentis interitu, hoc est, omnem quicunque ex illis in Christum Dei crediderit, nutriturum iuuencam boum & duas oues præcidit, & ex eo quod plurimum faciet lac, butyrum & mel comesturũ. Porrò hæc si mysticè comtemplaberis, intelliges in Saluatoris nostri Apostolis, suum finem

Duo Christi annorũ ordines. accepisse. Quorum singuli in iis ecclesiis, in quibus virtute Christi constiterint, binas oues, hoc est, binos ordines instar ouium, ad gregem Christi conuenientes, alterum quidem in primis adhuc elementis versantem, alterum verò qui iam per lauacrum sit illustratus: ac præterea iuuencã vnam, ecclesiasticum vtique eorum, qui præsident principatum, diuinis & rationalibus cibis, nutrientes, fœcundum ex illis lac, & mel, eius videlicet cibi, quem ipsi elaborauerint, fructum perceperunt. Et quòd quidem eam multitudinem, quæ ex imperfectioribus constat ouibus, diuinus sermo comparare consueuerit, non est opus vt dicam, quum hoc omnes diuinæ literæ ostendant. Quòd verò eum, qui perfectior sit, & multos, quasi bonus agricola exerceat, ecclesiæque præsideat, rusticum boum labori item conferre soleat, sanctus nobis demonstrat Apostolus, vbi ait: *Nunquid de bobus cura est Deo? an propter nos omnino dicit? Quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe, vt sit particeps.* Quòd si quis istiusmodi figuris loquendi offendatur, idem poterit & muscas & apes, de quibus dictum est, & nouaculam, & barbam, & pilos pedũ, non ex sententia, sed ex scripto contemplari: atque ita planè in ridicula & absurda fabularum deliramenta recidere. Si verò non aliter hæc accipere necesse est, quàm ad sensum quẽdam interiorem, haud dubium est, quinetiam ea quæ sequuntur, simili ratione.

1. Cor. 9.

Demonstratio XI.

Isa. 10. *IN die illa extinguentur montes, & colles, & syluæ, & deuorabuntur ab anima vsque ad carnes: & erit qui fugiet, tanquam fugiens à flamma ardente: & qui relicti fuerint ex illis, erunt numerus, & puer paruulus scribet eos, & erit in die illa, non vltrà adiiciet quod reliquum fuerit ex Israel & qui conseruati ex Iacob, non vltrà confidentes erunt in eis qui iniuriis ipsos affecerint, sed erunt confidentes in Deo sancto Israel in veritate, & conuertetur quod reliquum fuerit ex Israel ad Deum fortem, & si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ eorum saluæ fient. Verbum enim qui perficit, & qui contrahit in iustitia, quoniam verbum contractius faciet Deus in orbe terræ vniuerso.* Hic quoque attende, dum tristia minitatur, quemadmodum erit, inquit, qui fugiet tãquam fugiens à flamma ardente, & qui reliqui fuerint ex illis, numerus erunt, & puer paruulus scribet eos, quibus sanè verbis, paucitatem eorum qui ex populo circumcisionis interitum sint euasuri, vnà cum vrbis Hierusalem incendio nobis ostendit. Hi verò, inquit, qui reliqui fuerint, numerus erunt: hoc est, non plures quàm vt numero comprehendi possint, vtpote qui & pauci, & facilè numerabiles futuri sint: non plures igitur extiterunt, duntaxat vniuersa Iudæorum multitudini comparati, qui in Saluatorem & Dominum nostrum crediderunt, qui quidem etiã digni habiti sunt, qui ab eo scripturã acciperent: quemadmodum verba illa demõstrãt. Et puerulus scribet eos, siquidem prius ostensum est, quisnam hic esset puerulus, vbi dictum est: *Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, & quoniã hoc loco, Puer, inquit, scribet eos, meritò in superioribus dicebat: Et erit quod reliquum fuerit in Hierusalem: sancti vocabuntur omnes, qui scripti sunt ad vitam.* Ergo vt illic reliquum nominatum est, hique ipsi erant, qui scripti sunt ad vitam, ita etiam hic, qui reliqui fuerint ex eis, numerus erunt, & puerulus scribet eos. Hoc porrò ipsum quod relictum fuerit ex Israël, & qui seruati ex Iacob, non vltrà, inquit, in eis qui ipsos iniuria affecerint, sed in Deo sancto Israel confidentes erũt, & sanè iam specta, vtrum ipsa hac confidentia ij qui ex Iudaica gente profecti sunt, & qui de ruina Israël relicti sunt discipuli & Apostoli Saluatoris nostri, nihil æstimauerint principes seculi huius, seu principes populi Iudaici, qui olim iniuria eos afficiebãt, & sic omnes gentes penetrauerint, Christum verbum prædicantes: an verò nihil horum ausi sint, atque vtrum eadem erga Deum confidentia (nam, vt prophetia habet, confidentes erant in Deo sancto Israël in veritate. Non enim subdolè aut simulatè, sed verè totos seipsos spei dediderant) non solùm de sua regione profecti sint, verùm id quod ipsis propositum fuerat, abundè perfecerint, an non. Nempe hoc ipsum rursus id fuisse inuenies, quod relictum est quasi semen ruinæ Iacob, in Deo forti confidens, atque item hoc ipsum vniuersæ eius gentis residuum (quæ quidem gens fuerit quasi arena maris, nõ quasi stellæ cœli) dignum habitum esse, cui salus à Deo condonaretur, sicut affirmat Apostolus, vbi ait: *Isaias autem clamat pro Israel, si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient.* Nam quum duo sint quæ Abrahæ Deus respondens promisit de iis, qui ab illo orituri erant, vnum quidem quod futuri essent sicut stellæ cœli: alterum verò quòd tanquã arena maris, Dei quidẽ amici, quales fuerunt illi veteres, & prophetæ, &

Isa. 7.

Rom. 11.

Math. 5.

Saluatoris

A Saluatoris nostri Apostoli, quibus ipsi illud testimonium exhibuit, *Vos estis lux mundi*, luminibus cœlestibus ipso splendore comparantur: reliqui verò, terreni scilicet atque in humum spectantes, arenæ similes habētur. Proinde meritò vbi tota multitudo filiorum Israel, quæ à digni te sua & à virtutis magnificentia casura erat, vndecunque spectans in terram, vt sermo de his propheticus habet, arenæ maris comparata fuerit, tum videlicet eorum reliquiæ duntaxat saluæ fient, de quibus sanè reliquiis plurimum est à nobis elaboratum. Atque hęc futura esse dicit, vbi ipse Dominus contrahens, & perficiens, verbum per totum terrarum orbem fecerit: sic vtique Euangelicā prædicationē perspicuè significans, in qua omni Mosaico ambitu sublato, qui imaginibus & signis & corporalibus adorationibus constabat, breuitate præditum Euangelij verbum in omnes homines emissum, prophetiæ veritatem comprobauit.

B

Demonstratio XLI.

ET erit in die illa, radix Iessæ, & qui surget imperare gentibus, in eo gentes sperabant, & erit requies eius in honore. Et erit in die illa, adiiciet Dominus demonstrare manum suam ad æmulādum, & quærendum quod remanserit reliquum populi sui, quodcunque relictum fuerit ab Assyriis, & ab Aegypto, & à Babylonia, & ab Aethiopia, & ab Elamitis, & à solis ortu, & ab insulis maris, & extollet signum in gentes, & dispersos Iuda congregabit à quatuor alis terræ. Quum sæpe quædam futura dicantur in quodam insigni die, hoc est, vbi manifestum tempus aduenerit, nos ratiocinatione colligentes, earum rerum quæ significentur, exitum in ipsum Dei aduētū recidere, demōstrauimus: in quo cùm omnis Iudaica gens casura esset paucos quosdam seruatum iri, qui ex illis relinquendi erant, diuina ostendunt oracula. Is tamē locus qui nunc in manibus est, & ipsam diem, & quod per eam significatur tempus, & quę in ea euentura essent, planissimè demonstrat. Quum enim canat, ex semine Dauid futurum Christi ortum, cum eo simul Iudęorum item ruinam prędicit. Dicit autem sic: *Ecce dominator Dominus Sabaoth conturbabit gloriosos cum robore, & excelsi humiliabuntur, & cadēt excelsi gladio, & Libanus cum excelsis cadet.* Porrò hic Libanum ipsam Hierusalem intelligi vult, sicut in aliis demonstrauimus, quam cum omnibus suis fastum & venerationem præ se ferētibus, & gloriosis casurum, hic prophetæ locus minatur, qui quidem vbi priora illa explicauit, hæc deinceps adiungit: *Et egredietur virga de radice Iessæ, & flos de radice ascendet*, & cætera, in quibus manifestissimè, ex radice Iessæ (pater autem hic fuit Dauid) ortum Christi significat: in quo ortu, & vocationem gentium priùs per quandam sermonis obscuritatem, more prophetico explicat. Illud enim, *Pascetur simul lupus cum agno, & pardus cum hœdo simul quiescet*, & quæ sunt huiusmodi: nihil aliud quàm gentium indomitarum, & immanium, & in nulla re à beluis differentium, ad pios & mansuetos, & omni charitate refertos mores conuersionem futuram indicant. Sed hoc ipsum docet apertiùs in iis quæ sequuntur sic dicens: *Repleta est vniuersa terra cognitione Domini sicut aqua multa ad cooperienda maria.* Præterea ipse seipsum interpretans sermo propheticus sequitur: *Et erit in die illa, radix Iessæ, & qui surgit, vt imperet gentibus: in eo gentes sperabunt, & erit requies eius cum honore.* Quoniam igitur superiùs Iudaicæ gentis ruinam inuolutè significauit, post verò gentium vocationem, nunc quidem inuolutiùs, nunc autem explicatiùs meritò rursus eundem repetens sermonem, de iis qui ex circumcisione in Christum credituri sunt, mentionem facit, ne omni ratione à Christo spem illorum excludat. *Erit enim*, inquit, *qui surgit, vt imperet gentibus.* Sed quis tandem hic est qui surgit, nisi radix Iessæ? quem etiam gētibus, non ipsi Israël imperaturum affirmat. Quoniam ego variè docuit hanc gentium conuersionem, ad eum qui de radice Iessæ nascetur, & pullulabit, nec dū boni quicquā de iis qui in circūcisione sunt, protulit: meritò quod prædictioni eiusmodi deerat reddit, dicens: *Et erit in die illa*, hoc est, in illo tempore in quo aduenietis, qui oriturus est de radice Iessæ, *adiiciet Dominus demonstrare manum suam, vt æmuletur & quærat, quod remanserit reliquum populi, quodcunque relictum fuerit aut ab his, aut ab illis hostibus.* Quem quidem locum Aquila ita conuertit: Et erit in die illa, adiiciet Dominus secūdo manum suam ad acquirendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, & cætera. Cæterùm quoque te considerare oportebit, hostes populi Dei accensendos intelligibiles quosdam spirituales, hoc est, malos dęmones, siue potestates, quæ verbo aduersentur. Hi porrò sunt illi, qui olim iis gentibus quæ hic nominatæ sunt, inuisibiliter pręerant, &

Isa. 11.

C

Isa. 11.

D

Habitabit lupus cum agno.

E

Hostes populi Dei.

animas Israël vastabant, quum eas in varios effectus inducerent, & captiuas facerent, & ad morem victus, alienarum gentium victui similem, attraherẽt. Quum igitur, hic vniuersus, propè dixerim, populus animis factus esset captiuus ab iis quos diximus hostibus, qui seruati, relictíque sunt sine vulnere, non spoliati suis rebus, promissum illud, de quo prophetia loquitur, obtinebunt: vtpote qui visuri sint manum Domini, & illius possessio futuri, quemadmodum illud habet oraculum, quod ita ait: *Adiiciet Dominus demonstrare manum suam, vt æmule tuo ob id, quod remanserit reliquum populi*. Quid autem adiiciet Dominus? nempe iis quos semel quondam per prophetas ostendit, adiecta est manus Domini, vt his ipsis veluti de totius populi ruina seruatis, quæ prioribus deerant, adiungerentur. Hæc porrò erant noui testamenti mysteria, quæ manu Domini ostensa sunt ei parti quæ de populo relicta est. Sed etiam vt æmuletur, inquit, ob id quod remãserit reliquum populi. Pro quo Aquila & Theodotion concorditer, Ad acquirendum, inquiunt, residuum populi sui, quodcunque relictum fuerit ab Assyriis, & à reliquis inimicis gentibus. Hoc autem quod relictum fuerit de populo, extollet, inquit, signum in gentes. Per eos enim planè Dominus signum suum in cunctis gẽtibus patefecit, & per eosdem collegit eos, qui ex Israël perierãt, & qui ex Iuda dispersi erãt, postquàm à quatuor aliis terræ, ad Christum Dei, ex prædicatione Apostolorũ ipsius, confugerũt, sic sanè collectos esse intelligens eos qui quondam ex Israël & Iuda, secundum sententiam cõsideratis atque acceptis, adducti procul, separatique fuerãt. Mos autẽ huiuscemodi animarum verum Israël Dei demonstrat: sicut è contrario, vitiosa, prauáque effectio eũ Israël, qui ratione corporis eam appellationem sortitus est, princeps Sodomorũ, & populum Gomorrhæ appellare in oraculis facit. Reliquiæ igitur secundum electionem, gratiæ, & quod in prophetia dicitur: relictum residuũ populi, signum Domini apud cũctas gentes prædicarunt, & istiusmodi gentium animas ab interitu, ad Domini cognitionem trahentes, vnum Deo populum confecerunt, qui à quatuor aliis terræ, hodie quoque vna Christi virtute contrahitur. Hi verò ipsi de Iudaicæ gentis interitu conseruati discipuli, & Apostoli Saluatoris nostri, ex diuersis tribubus oriundi, vna vocatione, vnáque gratia, atque vno sancto spiritu digni effecti, omnem amorem, quẽ olim erga ipsos Hebraicæ tribus habebant, abiecturi erant, vt ait prophetia: Quũ igitur eodẽ intellectu, eadémque sentẽtia perfecti essent, non solùm continentẽ terrã, sed & insulas gentiũ peruagati sunt, & omnes vndique hominum animas deprædati, eas ducẽtes captiuas, vt imperio Christi subiicerentur. Qui quidem in hoc consentanea illi oraculo egerunt, quod ait: Et volabunt in nauigiis externum mare simul deprædantes, & eos qui ad solis ortum spectant. Reliqua verò eiusdem prophetiæ his item proportione respõdere intueberis, si vnãquamque dictionũ tecum ipse diligenter perpenderis, & quod quidẽ ex ea inconstans vel humile visum fuerit, reieceris: spiritus verò ipsius intelligentiã perceperis, quatenus ipse tibi Dei spiritus contemplandum suppeditauerit. Nobis enim tempus non permittit diutius in his locis immorari, qui materiam propositã absoluere festinamus.

Israelitæ in occulto aut in manifesto.

Demonstratio XLII.

Isa.13.

ET mandabo orbi vniuerso mala, & impiis peccata ipsorum, & perdam iniuriam iniquorum, & contumeliam superborum humiliabo. Et erunt qui remanserint preciosi magis, quàm aurum quod ignem non sentit: & homo preciosus erit magis, quàm lapis in Suphir, ac deinceps adiungit: *Et erũt qui relicti fuerint, quasi capreola fugiens, & quasi ouis errabunda*, atque in his quidem paucitatem eorum qui superfuturi in tempore interitus impiorum, hic sermo planissimè ostendit. Ex quo id intelligimus, sine vlla exceptione, carituros esse propria regione omnes omnino, qui ad circumcisionem pertinent, atque omnem Iudaicam gentem promissa diuina non esse consecuturam.

In Heb. Massa auri de Ophir.

Demonstratio XLIII.

Isa.17.

ET erit in die illa defectus gloriæ Iacob, & pinguia gloriæ ipsius quassabuntur. Et erit quemadmodum si quis colligat messem stantem, & semen spicarum metat: & erit quemadmodum si quis colligat spicas in conualle solida, & relicta fuerit in ea stipula: aut quasi baccæ oliuæ duæ siue tres in cacumine sublimi, seu quatuor, seu quinque in ramis ipsis relictæ fuerint. Hæc dicit Dominus *Deus Israel: in die illa confidens erit homo in eo, qui fecit ipsum: oculi autem eius ad sanctam Israel respiciẽt, & non erunt confidentes in altaribus, neque in operibus manuum suarum, quæ fecerunt digiti ipsorum.*

In his

A In his quoque euidẽter canitur, quemadmodum gloriæ Israël, & cuncta pinguia ipsorum auferenda sint, & paucis rursus numeróque comprehensibiles relinquendi: atque hi quidem erunt, qui ex eis in Dominum nostrum crediderint. Deinceps autem post ea quæ de illis dicta sunt, de vniuerso genere hominum, quod auersurum se sit ab errore simulacrorum, Deúmque Israël agniturum, vaticinium sequitur.

Demonstratio XLIIII.

Auditæ insulæ, quæ relictæ estis, & dolore cruciamini, audite quæ audiui à Domino Sabaoth: Deus Israel nunciauit nobis. Specta quemadmodum hic quoque non omnes, qui ad circumcisionem spectant, ad eiusmodi arcana audienda inuitet, sed solos eos, quos dicit relictos esse: ac dolore cruciari, quales erant, qui, vt ait Apostolus, gemebant ac deplorabant malitiam vitæ hominum. *Isa.17.*

B

Demonstratio XLV.

Luxerunt excelsi terræ, & terra iniquè egit propter habitãtes eam. Idcirco inopes erunt inhabitantes in terra, & relinquentur homines pauci. In his quoque vbi eos reprehendit, qui ex populo circumcisionis & legem Dei, & testamentum contempserint, & eis minatus est ea quæ scripta sunt, tum ex illis paucos homines esse relinquendos vaticinatur. Hi verò sint sanè illæ, quæ nominantur apud Apostolum, *reliquiæ secundum electionem gratiæ.* *Isa.24.* *Rom. 11.*

Demonstratio XLVI.

Relinquentur ciuitates desertæ, & domus quæ relictæ fuerint, interibunt. Hæc omnia erunt in terra in medio gentium quemadmodum si quis colligat paucas baccas, quæ in oliua remanserint, C *sic colligent eos, & si cessauerit vindemia, hi voce clamabunt: qui autem relicti fuerint, in terra, lætabuntur simul cum gloria Domini.* Hi quoque soli qui relicti fuerint, gauisuri dicũtur, quum reliqui omnes his, quæ in vaticinio continentur, sint tradendi. *Isa.24.*

Demonstratio XLVII.

Conculcabitur corona contumeliæ, mercenarij Ephraim, & erit flos, qui decidet de spe gloriæ in cacumine montis excelsi, quasi præcox ficus, qui vidit eum priusquam in manus accipiat, vellet eum deuorare. Die illa Dominus erit corona spei, contexta gloriæ ei qui relictus sit de populo ipsius. Relinquentur enim in spiritu iudicij, etiam hic ei qui relictus sit de populo, non vniuersæ illi genti: solis vtique illis, qui reliquiarum nomine significantur, Dominum coronam spei, & gloriæ futurum vaticinatur: alios verò præter populi reliquias, coronam contumeliæ, D mercenarios Ephraim nominat. *Isa. 28.*

Demonstratio XLVIII.

Et erunt qui relicti fuerint in Iudæa, mittent radicem deorsum, & facient fructum sursum: quoniam ex Hierusalem erunt, qui relicti fuerint: & qui salui futuri sunt ex monte Sion. Aemulatio Domini Sabaoth faciet hæc. Eos qui secundum electionem gratiæ relicti fuerint ex Iudæorum gente missuros radicem deorsum, & facturos semen sursum vaticinatur. Vbi manifestissimè apostolorum & discipulorum Saluatoris nostri electionem significat. Siquidem hi ex iis qui ad circumcisionem pertinent, relicti deorsum in terram doctrinæ suæ radices miserunt: adeò quidem, vt illa ipsa eorundem doctrina infixa sit, & radicibus firmata per totum terrarum orbem: sursum autem ferre semen & fructum ad promissa cœ- E lestia exhortati sunt. Hi verò ipsi de gente Iudæorum relicti, cæteris pereuntibus, soli seruari dicuntur. Hæc autem omnia, æmulatio Domini fecit. Nam æmulatio Domini, quæ hoc ad prouocandum eos impios, qui in circumcisione manserunt elegit, illos prouocauit, vt est illud apud Mosem dictum: *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non est Deus, & ego prouocabo eos in ea quæ non est gens: in gente stulta irritabo eos.* *Isa.37.* *Allegoria.* *Zelus Iehouæ.* *Deut.32.*

Demonstratio XLIX.

Sic dicit Dominus: Quemadmodum inuenietur acinus in racemo, & dicent, Ne dissipaueris eum, quoniam benedictio Domini in eo: sic faciam propter eum, qui seruit mihi: huius causa non perdam omnes, & educam ex Iacob semen, & ex Iuda, & hæreditabit montem sanctum meum, & hæreditabunt electi mei & serui mei, & habitabunt illic. Et erit in sylua stabulum gregum, & vallis Achor in requiem armentorum boum populo meo, qui exquisiuerunt me. Vos autem, qui reliquistis me, & *Isa.65.*

obliuiscimini montem sanctum meum, & paratis fortunæ mensam, & impletis dæmoni poculum mixtum, ego tradam vos in gladium. Omnes in occisione cadetis, quoniam vocaui vos & non auscultastis, & fecistis malum in conspectu meo, & quæ nolebam elegistis. Quum in his diuisione quadam sermo diuinus vtatur, tum exiguum quoddam semen Iacob, ea quæ promissa sunt consecuturum affirmat, electos autem esse eos qui habitent in sylua. Nam si vocationem gentium nominat, in qua electi Domini, & semen Iacob, sint sanè ipsi apostoli & discipuli Saluatoris nostri, præter quos qui reliqui sunt omnes in eas quæ expolitæ sunt minas reciderunt: quandoquidem ipsa oratio propè apertissimè demonstrat, non casu quodam in cunctam Iudæorum gentem promissa diuina esse ventura, sed in id solum quod semen

Math. 22. est nominatum, & in eos qui vocari solent electi Dei: *multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* Quibus etiam nomen nouum imponendum deinceps oraculum canit, sic ad impios dicens: *Relinquetur enim nomen vestrum in satietatem electis meis.* Vos autem interficiet Dominus, iis verò qui mihi seruient, vocabuntur nomine nouo. Atqui nouum istud nomen, B

Nomen nouum Christianorum. quod antiquis ignotum fuerit, quodnam quæ fuerit, nisi Christianorum? quod à Saluatoris nostri Iesu Christi appellatione deductum in toto orbe terrarum laudibus & fauore celebratur?

Demonstratio L.

Michaæ. 2. E*T erit de stilla populi huius, qui congregatur, congregabitur Iacob cum omnibus. Excipiens excipiam reliquos ex Israël, in vnum ponam conuersionem eorum.* Consentanea iis quæ ab Isaia accepta sunt, supráque à nobis exposita, Michæas quoque indicat, qui Deum non simpliciter omnes, sed solos eos qui reliqui fuerint, excepturum narrat: & quemadmodũ apud Isaiam semen nominabatur ipsum illorum residuum, ita hic stillam eos nominat qui ex illis superstites futuri sunt. Significatur autem his verbis ipse chorus apostolorũ, qui quasi C stilla quædam, & semen Iudaicæ gentis extiterunt, de qua stilla omnes quicunque ex toto orbe Christum Dei cognouerint, & doctrinam eius acceperint, ea quam oraculum canit congregatione digne effecti sunt, & liberationem ab hostibus nacti.

Demonstratio LI.

Michaæ. 5. E*T tu Bethlehẽ domus Ephrata minima es, vt sis in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui præsit, vt sit in principem ipsi Israel, & exitus eius ab initio seculi. Propter hoc dabit eos vsque ad tempus parietis pariet, & reliqui ex fratribus eorum conuertentur.* Et post pauca adiungit: *Et erit quod reliquum fuerit ex Iacob in gentibus in medio populorum meorum, quasi ros à Domino cadens, & tanquam agni super gramẽ, vt non congregetur aliquis, neque subsistat in filiis hominum. Et erit quod reliquum fuerit ex Iacob in gentibus in medio populorum multorum, tanquam leo in iumentis syluæ,* D *& quasi catulus leonis in gregibus ouium, quemadmodum quum trãsierit & dispertiens rapuerit, & non sit qui eripiat, extolletur manus tua super affligentes te, & omnes inimici tui perdentur.* His profectò nihil fieri posset lucidius, quæ & ortum Saluatoris in Bethlehem, & eiusdem ab æterno propagationem, & virginis partũ & apostolorum & discipulorum eius vocationem,

Prophetia de ortu Christi, & de Apostolorum missione. & prædicationem de Christo, quæ in totum orbem per eos importata est, referũt. Quum enim is princeps de quo prophetia loquitur, & cuius exitus ex diebus æternis esse declarat, de Bethlehem sit profecturus, huncque ipsum ea quæ pariens nominatur, sancta virgo sit paritura, non omnes qui ad circumcisionem spectant, sed solos eos qui reliqui fuerint, saluos futuros affirmant, quos & residuum fore Iacob, & roris instar in omnes datum iri nationes. *Erit enim* (inquit) *residuum Iacob in gentibus, vt ros à Domino cadens, & quasi agni super gramen*: pro quo, *Quasi stillæ in herbam*, Aquila: Theodotion autem, *Tanquam nix super fœnum*, reddidere. Item pro illo. *Vt non congregetur aliquis, neque subsistat in filiis hominum,* E *neque offendat filius hominis*: Theodotion reposuit, *Qui non expectabit hominem & non sperabit in filio hominis.* Aquila verò, *Qui non expectabit virum, & non erga filios hominum,* in quibus omnis apostolorum Saluatoris nostri spes, quæ non in homine, sed in Saluatore, & Domino suo futura sit demonstratur, qui vtique Saluator, Dei verbum erat. His verò deinceps adiungit, *Et erit quod reliquum fuerit ex Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluæ, et quasi catulus leonis in gregibus ouium, quemadmodum quum trãsierit, & dispertiẽs rapuerit, et non sit qui eripiat.* Quibus verbis vt arbitror, cofidentia & intrepidũ robur prædicationis apostolicæ declaratur. Siquidẽ instar leonis & catuli in syluã gentium, & in ouium humanarũ greges, illi irruentes, & dispertientes dignos ab indignis, eos Chri-

A eos Christi verbo subiecerunt. Ad quem deinceps proferuntur, quæ ab ipso sint manatura, extolletur manus tua super affligētes te, & omnes inimici tui perdentur, quod ipsum sane etiam oculis intueri licet. Quamuis enim multis, quamuis innumerabilibus Christi verbum antehac affligentibus & hodie quoque oppugnantibus, altius tamen ipsum abiit, & potentius cunctis effectum est. Sed etiam sublimi collocata est manus Christi contra omnes qui ipsum afflixerint, eiúsque inimici vniuersi, variis temporibus contra eius ecclesiam insurgentes perdendi esse dicuntur.

Demonstratio LII.

Quia tunc conuertam in populos linguam, vt in nomine Domini seruiant ei sub iugo vno. A finibus fluminum Aethiopiæ suscipiam supplicantes mihi dispersorum ferent hostias mihi. In die illa non erubesces ex omnibus studiis tuis, quibus impiè egisti aduersum me, quia tunc auferam à te Soph.3.
B *probra contumeliæ tuæ & non vltra adiicies gloriari super monte sancto meo, & relinquā in te populum mansuetum & humilem, & cauebunt in nomine Domini, qui reliqui fuerint ex Israel, & non facient iniustitiam, & non loquentur vana, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa, quoniam ipsi pascentur & cubabunt, & non erit qui exterreat eos.* In his item relicturum sibi populū mansuetum & humilem Dominus pollicitus est, non alium vtique significans, quàm eum qui de circumcisione in Christum ipsius sit crediturus. Et rursus eos qui reliqui fuerint ex Israel, solos saluos futuros, cum reliquarum gentium vocatione, quam initio prophetiæ significauit.

Demonstratio LIII.

Ecce dies venit in te, & diuidentur spolia tua in te, & congregabo gentes in Hierusalem ad bellum, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres inquinatæ inquinabuntur, & exibit Zach.12.
C *dimidium ciuitatis in captiuitate, reliqui verò ex populo meo non perdentur de ciuitate.* Consentanea sunt hæc iis quæ proposita sunt interitu vniuersæ nationis Iudæorum, qui ad illas post Christi aduentum peruenit. Hæc enim Zacharias post reditum de Babylone vaticinatur, canens extremam illam populi vastationem, quę à Romanis inferenda erat: in qua quum tota Iudaica gens in hostium potestatem ventura esset, solos eos dicit qui de populo reliqui fuerint saluos fore, sic sanè apostolos Saluatoris nostri apertissimè significans.

Demonstratio LIIII.

Conuertimini filij, qui defecistis, dicit Dominus, quod ego dominabor in vobis, & accipiam vos, vnum de ciuitate, & duos de familia, & adducam vos in Sion, & dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos, pascentes cum sententia. Et erit, quum multiplicati fueritis & creueritis, Ierem.3.
D *dicit Dominus, in diebus illis non dicent amplius, arca testamenti Domini Israël, non ascendet in cor, neque nominabitur, & non fiet amplius.* In his quoque conuersionem Israël, in aduentu Saluatoris nostri Iesu Christi futuram canit, in qua, quum vnum de ciuitate & duos de familia, & valde paucos, & numero exiguos elegerit, earum quæ in ipsum crediderint gentium pastores, quumque in terra gentes in sua ipsarum futura vocatione creuerint, nō vltrà, inquit, ab eis dicetur, arca testamenti Domini: non enim amplius ad Mosi corporales adorationes recurrent, vtpote quum eis nouum tradendum sit testamentum.

Demonstratio LV.

Multiplicauerunt impietates suas, inualuerunt in auersionibus suis. Qua nam ex his propitius ero tibi? filij tui derelinquerunt me, & iurauerunt in iis qui dij non sunt, & saturaui eos, & mœchati sunt, & in domibus scortorum habitauerunt, equi libidine perciti euaserunt, vnusquisque ad v- Ierem.5.
E *xorem proximi hinnitum emisit, nunquid non super his visitabo? dicit Dominus, an in gente tali non vlciscetur anima mea? Ascendite propugnacula eius, & iugulate, consummationem verò ne facite, relinquite fulcimenta eius, quoniam Domini sunt.* In his simul & acusatio totius nationis eorum, & quæ eos oppressit obsidio indicatur, & prętetera residuum, quod fulcimentum eius nominat, quum ipsius Domini sit. Hoc verò residuum fuit, quod ex fide quam in Christum Dei habuit, confirmatum, solidatumque est, vt ne iis similia pateretur, quæ vniuersa illa gens perpessa est.

Demonstratio LVI.

Et cadent vulnerati in medio vestri, & cognoscetis quod ego Dominus, quum abierint de vobis, qui liberabuntur à gladio ad gentes: & quum vos dispersi eritis per regiones, & recordabuntur mei qui liberati erunt ex vobis in gentibus, ad quas captiui ducti sint. Videtur sanè mihi hic Ezech.6.

quoque concordare iis, quæ à reliquis prophetiis accepta sunt:eos enim, qui liberati erũt, quos'nam alios dixeris, nisi quod in cæteris,residuum,seu reliquum,& stilla & ros, populi illius nominatur? quibus vtique denominationibus, apostolorum Saluatoris nostri conuentus indicatur. Hi ergo liberati ab interitu vniuersæ illorum nationis, & à dispersione illorum recordati sunt Dei,vt sit confitendum ea,quæ scripta sunt,de his fuisse dicta.

Demonstratio LVII.

Ezech. 11. *HÆC dicit Adonai Dominus: Expellam eos ad gentes, & dispergam eos in omnes nationes, & dispergam eos in omnem terram, & ero eis in sanctificationem paruam in regionibus, quocunque ingressi fuerint illuc.* Hic quoque alio nomine eos vocauit, vbi sanctificationẽ paruam dixit,eos,qui ex illis superstites mansuri sint,& incolumes.

Demonstratio LVIII.

Ezech. 12. *ET omnes suscipientes eos dispergam,in omnem ventum, & gladium effundam à tergo eorum, & cognoscent, quòd ego Dominus, dum dispergam eos inter gentes, & disseminabo eos in regionibus,& relinquam ex eis viros numero ex gladio, & ex fame, & ex morte, vt enarrent omnes iniquitates suas in gentibus,quocunque ingressi fuerint illuc,& cognoscent quòd ego Dominus.* In totius populi dispersione, etiam hic sibiipsi relicturum ait paucos numero,nõ alios vtique significans, quàm eos, qui prædicti sunt.

Demonstratio LIX.

Ezech. 14. *HÆC dicit Adonai Dominus: Quòd si etiam quatuor vltiones meas malas, gladium, & famem,& bestias malas,& mortem emisero super Hierusalem, ad perdendum ex ea hominem, & iumentum,Ecce qui relicti fuerint in ea,qui conseruati, &c.* Hæc quoque nihil planè ab iis,quæ prædicta sunt, differunt.

Demonstratio LX.

Ezech. 20. *SIc iudicabo vos, dicit Dominus, & deducam vos sub virgam meam,& adducam vos in numero testamenti mei.Et eligam ex vobis rebelles, & impios,quoniam ex peregrinatione eorum educam eos, & in terram Israel non ingredientur.* In his quoque perspicuè exiguos numero sub virgam Dei venturos affirmat, dum reliqui ex Israël à promissis cadent. At enim quum demonstratum à nobis sit,non fortuitò,neque indiscretè omnibus simpliciter Iudaicæ gentis cùm vitiosis atque impiis, tùm etiam iis, qui tales non sint,oracula diuina, illas bonorũ promissiones cecinisse, sed paucis eorum duntaxat & facilè numerabilibus, iis videlicet, qui in Saluatorem & Dominum nostrum crediderint, aut iis,qui ante eius aduẽtum iusti effecti sint,abundè nos, arbitror, declarasse, quemadmodum ea,quæ ad promissa diuina pertinent, non differenter in omnibus Iudæis finem acceperint: & quemadmodum ipsis magis,quàm iis,qui de gentibus assumũtur, vbi Christum Dei susceperunt, prophetarum responsa conueniant. Porrò quænam fuerit diuinorum promissorum sententia, vbi tempus erit,ostendam. Hæc autem propè necessariò à me collecta sunt,vt redarguam eos,qui ad circumcisionem pertinent,quadam inani iactantia elatos,& ad se solos Christum, non ad omnes homines venturum pertinaciter gloriantes, necnon vt ostendam magna cum ratione esse studium nostrum,quum libros illorum, & oracula versando tractamus. Constituta est autem à me libro superiore causa, cur in morem Iudaicum non recidimus, tametsi propheticis illorum scriptis gaudemus, nec item minùs, cuiusmodi ea sit vita, quæ Christo autore,omnibus gẽtibus nũciata, prædicatáque sit, quãque antiqua sit Euãgelicæ reipublicæ ratio,in eodem explanaui pro viribus.Quapropter qui hæc aliquando tandem absoluimus,iam nunc tẽpus arbitramur esse,vt de occulta,& mystica ratione, quæ ad Saluatorẽ & Dominum nostrũ Iesum Christum,qui Christus est Dei, pertinet, occultiora itẽ quædã attingamus: vt cùm hoc pariter illud discamus,quam ob rem nunc,& nõ antehac, ad omnes gentes aduenerit: & quæ'nam causa sit, vt non multò antè ad omnes gentes aduenerit: & quænam causa sit,vt multò antè, sed nuper duntaxat post magnum numerum seculorum,vocare gentes incœperit: tum alia eiusdem generis, quæ arcanæ illius theologiæ propria sunt,quæ, ad illum spectat tractamus: item, qua ratione ille homo factus sit, quæ sanè etiam prima omnium nouo quodam assumpto exordio, quasi ad homines incredulos ipsum Dei verbum inuocantes,vt non adiuuet,age,iam consideremus.

Quo consilio demonstrationes illas proposuerit.

Scholia

A *Refellit tertio loco Iudæorum cauillationem: Bona nobis Iudæis in scripturis promissa sunt: Mala autem vobis Ethnicis denunciata. Hæc κατὰ τὸ βίαιον in Iudæos retorquet Eusebius, ac probat euidenter, Iudæis ruinam & scandalum esse denuntiatum, ob reprobatum ab illis Christum: Gentibus resurrectionem, & salutem promissam & præstitam, & ob eam causam has in Christo beatissimas esse, illos autem infœlicissimos, vt qui impegissent ad petram scandali. Atque hæc quidem LX. demonstrationibus è scriptura diuina sumptis, comprobat, vt manifestum omnibus esse posset, non Iudæis tantùm, sed etiam cæteris Gentibus Christum Iesum promissum, & exhibitum esse.*

B

LIBER TERTIVS.

IN LIBRVM TERTIVM DE DEMONSRTATIONE EVANGELICA, *Argumentum.*

C TERTIVS liber magna ex parte Apologeticus est. Quærebant Ethnicorum homines sub quouis lapide scorpium, vt est in veteri prouerbio, & quascunque poterant cauillationes apud promiscuum vulgus plausibiles, excogitabant, vt Euangelij doctrinam, velut nouam, Christum, & eius discipulos, tanquam impostores, & seductores traducerent, & exagitarent, & ea ratione suos in Ethnicismo retinerent, simpliciores verò inter Christianos vel ad se allicerent, vel saltem dubios redderent. His occurrit modesta & graui responsione Eusebius, & cum Euangelicæ philosophiæ vetustatem, tum Christi, & eius discipulorum vitam, mores, miracula, dicta & facta, aduersus conuicia Ethnicorum constanter defendit.

PROOEMIVM.

D

QVVM ea, quæ præfationis cuiusdam locum obtentura erant in Euangelicam demonstrationem, abundè tractauerim, modúmque etiam Euangelicæ Saluatoris nostri doctrinæ demonstrauerim, causásque reddiderim, propter quas, qui Iudæorum amplexi sumus oracula, vitam illorum recusauerimus, ac præterea planum fecerim, quemadmodum prophetica illorum scripta. id quod futurum erat anteuenientia, nostræ per Christum futuræ E vocationis mentionem fecerint, vt sic tanquam propria illa, non tanquam aliena vendicemus: tempus iam admonet, vt ad propositam materiam accedam, & eorum, quæ promissa sunt, initium faciam. Porrò autem hæc erant, quæ ad rationem humanitatis Iesu pertinent, qui Christus est Dei: item eius theologiæ, quæ de illo est, documenta, quæ apud prophetas Hebræorum extant: tum quæ illi de aduentu illius ad homines prædixerint: quæ vtique illi vni posse accommodari, ex euentis certissimis iamiam comprobabimus, si (quod necessarium est) priùs illud contemplati erimus, quemadmodum prophetæ Euangelij mentionem in Christo non prætermiserint.

Quòd prophetæ in ipso Christo Euangelij mentionem assumpserint. Cap. I. A

Isa. 16. & Lucæ 4. HViusce veritatis testis ad verbum sit Isaias, qui ex persona Christi clamat: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum.* quam sanè prophetiam Saluator noster olim in conuentu apud multitudinem Iudæorum quum legisset, librumque post lectionem plicuisset, sic locutus est: Hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris: protinúsque hinc suam doctrinam exorsus, euangelizare cœpit pauperibus, eos in commendatione beatorum, qui apud se futuri sint, reliquis anteponens: *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cæ-*
Math. 5. *lorum.* His prætcrea, qui à malis spiritibus vexarentur, quique à dæmonibus, captiuorum instar, iam diu tenerentur, dimissionem antè nunciauit, omnes ad libertatem, & solutio-
Matth. 11. nem à malitiæ vinculis inuitans, verbis illis: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* B Cæcis verò, qui corporeos oculos haberent corruptos, integritatem restituens, visum largitus est: vt sic significaret se iis, qui olim veritatem parùm intuerentur, virtutem, qua lumen veræ pietatis respicerent, erogare. Christum ergo in primis autorem, & ducem futurum omnis prouinciæ Euangelicæ, ea, quæ exposita est, prophetia declarat. At post illum eiusdem propositi ministros fore illius discipulos, idem propheta canit, dicens: *Quàm speciosi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem.* Vbi valde
Psal. 67. accuratè speciosos dixit fore pedes euangelizantium bona Christi. Qui enim speciosi futuri non erant, qui in exiguo breuíque tempore totum orbem erant percursuri? & omnẽ locum sancta illa de Saluatore mundi doctrina impleturi? Quòd autem humanis verbis non vterentur ad persuadendum audiẽtibus, sed Dei virtus esset, quæ cum illis faciebat, dum euangelium prædicarent, alius rursus clamat propheta: *Dominus dabit verbum euange-* C
Isa. 40. *lizantibus virtute multa.* & rursus Isaias. *Super montem excelsum ascende, qui euangelizas Sion, extolle quantum potes vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem, extolle, noli timere. Dic ciuitatibus Iuda, Ecce Deus vester, ecce Dominus cum robore venit, & brachium cum potestate: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram ipso: tanquam pastor, pascet gregem suum, & in brachio suo congregabit agnos, & eas, quæ in vtero habent, consolabitur.* Cæterùm, hæc quónam sensu accipienda sint, progressi longiùs in doctrina Euangelica videbimus: interim illud constitit, & ipsum Euangelium, & nomen Euangelij propheticis vocibus comprobatum fuisse. Habes præterea euidentes, perspicuásque demonstrationes, vnde initium esset accepturum Euangelium, ab ipso videlicet Christo: necnon per quos foret prædicandum, per illos vtique apostolos, sed etiam qua virtute esset superaturum, non humana scilicet. Quod ipsum sanè ex illo constitit, *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Reliquum igitur iam est, D vt ex multis, quæ apud Hebræos antiquiùs, ac remotiùs de Christo diuina sunt, pauca anticipemus, vt discas, quænam illa essent, quæ posterioribus temporibus Euãgelium nunciarent futurum: simúlque miraculum prophetarum, qui quidem tanto antè futura cognouerint: itémque ipsorum oraculum euenta, quemadmodum ea in Saluatore & Domino nostro Iesu, qui Christus est Dei, completa consistant.

Scholia in Cap. I.

QVoniam Iudæi vociferabantur, nouum fanaticorum hominum commentum esse doctrinam Ecclesiæ, quam vna voce Euangelium appellamus, Eusebius calumniam diluens, perspicuè ostendit Prophetas, in suis de Christo oraculis, mentionem honorificam fecisse Euangelicæ doctrinæ auctoris, ac professorum eius. Testimonia deprompta sunt ex Iesaia, Cap. 61. & 40. & ex Psal. 67. Non opus est pluribus ea notare, quæ cuiuis obseruare facile est. E

Quòd de Christo vaticinati sunt prophetæ Hebræorum. Cap. II.

PRimus prophetarum Moses alium prpohetarum sibi similem suscitandum denunciat. Quum enim leges ab ipso positę soli Iudaicæ genti conuenirent, idque in terra Iudæa duntaxat, aut circum eam, non autem ei quoque genti, quæ longissimè in terris remotissimis degeret, quemadmodum ex iis, quæ priùs à nobis tractata sunt, cognosci potuit: & cum, qui esset non solùm Iudæorum, sed etiam aliarum gentium Deus, oporteret ad se cognoscendum, & colendum vitę hominum suppeditare ea, quæ cunctis item gentibus vtilia forent: meritò alterum prophetam, qui nulla in parte suæ ipsius rationi, atque instituto cederet, de Iudaica gente suscitandum, oraculo exposito diuinat, in hunc modum

A dum illi ipso Deo respondente: *Prophetam suscitabo eis de fratribus ipsorum, tanquam te, & da-* Deut. 18.
bo verbum meum in os illius, & loquetur eis iuxta omne, quodcunque mandauero illi: & homo om-
nis, quicunque non audierit verba eius, quæ loquetur propheta in nomine meo, ego vlciscar ex eo. Si-
milia vero ipse quoque Moses hoc oraculum interpretans, ad populum ait: *Prophetam de*
fratibus vestris, tanquam me, suscitabit dominus Deus, illum audietis in omnibus, quæcunque postulasti
à Domino Deo tuo in Choreb, in die concionis. Nũ igitur ex iis, qui post Mosem extiterunt pro-
phetæ, Isaias, exempli gratia, aut Hieremias, aut Ezechiel, aut Daniel, aut alius quispiam *Moses præcipuus inter Prophetas.*
de cæteris duodecim legum autor Mosi conferendus extitit? Nequaquam. Sed ex illis
tanquam quis vnquam Mosi similia effecit? Nusquam poteris dicere. Sed quisque illo-
rum à primo ad nouissimum, quoscunque instituebant ac docebant, ad ipsum Mosem re-
mittebant: atque in hoc populum reprehendebant, quòd Mosi legem non seruasset, sed
B contra illam fecisset. neque illum ad quicquam aliud hortabantur, nisi ad ea firmiter te-
nenda, quæ in lege Mosi posita sunt. Nullum igitur horum illi similem dixeris. Atqui Mo- *Solus Christus Mosi similis, & eodem superior.*
ses de vno duntaxat certè, ac definitè loquitur. Quem'nam igitur alium Mosi similem fu-
turum prophetam canit oraculum illud, nisi Saluatorem & Dominum nostrum Iesum
Christum, quomodo autem hoc dictum sit, diligentiùs contemplari necesse est. Primus
Moses genti Iudaicæ præfuit: quúmque eos deprehendisset Aegyptiis superstitionibus,
multorúmque deorum cultu implicitos, primus ab iis illos auertit, ineuitabilibus suppli-
ciis cultores simulacrorũ deterrens, & primus eis Theologiam ostendit, eam, quæ vnius
principatum docet, præcipítque, vt vnum opificem, autorémque rerum omnium colerẽt:
Primus etiam religiosæ vitæ illis institutionem quandam disponens, atque assignans, piæ,
sanctæque reipublicæ illis autor & primus & solus apparuit. Aqui Iesus quoque Christus,
C sicut Moses, similiter, ac multò quidem excellẽtiùs, qui primus eius doctrinæ, quæ veram *Moses & Christus simulacrorũ subuersores.*
religionem instituit, reliquis gẽtibus autor & magister fuit, & primus per totum terrarum
orbem simulacrorum cultum euertit, primúsque vnius omnium regis Dei cognitionem,
& reuerentiam cunctis ostendit hominibus, nouæque vitæ, ac piis hominibus accommo-
datæ reipublicæ primus introductor, legísque lator extitit. Ad hæc, ea, quæ de mundi or-
tu, & quæ de animæ immortalitate feruntur, alia quæ omnia philosophica præcepta, quæ-
cunque eiusdem sunt generis, primus Moses Iudæorum tradidit nationi. Sed hæc multò
diuiniùs, primus cæteris gentibus Iesus Christus per suos discipulos demonstrauit, vt sanè
meritò Mosem primum, solumque pietatis legumlatorem Iudæorum appellare æquum
sit, Iesum autem Christum gentium vniuersarum, sicut prophetia, quæ de illo est, canit:
Constitue, Domine, legislatorem super eos, agnoscant gentes, quòd homines sunt. Moses præterea ge- Psal. 9.
D stis mirabilibus, & prodigiis religionem à se institutam, & traditam confirmauit. Itidem
Christus iis miraculis, quæ etiam scriptis tradita esse omnes nouimus ad fidelium intuẽ-
tium vsus, nouis suæ doctrinæ Euangelicæ præceptis, stabilitatem, ac perpetuitatem ad-
iunxit. Rursus Moses gentem Iudaicam ab intolerabili seruitute, qua ab Aegyptiis pre-
mebatur, in libertatem vendicauit. Christus quoque, omne genus humanum ab impio *Moses Christi typus.*
atque Aegyptiaco simulacrorum cultu, quo sub malis dæmonibus tenebatur, reuocauit
ad libertatem. Denique Moses terram sanctam, & in ea vitam Deo gratam, & beatam iis,
qui leges seruarent, promisit: Simili ratione Iesus Christus, *Beati*, inquit, *mites, quoniam ipsi* Matth. 5.
possidebunt terram: longè vtique meliorem terram, veréque sanctam, ac Deo gratam, non
eam, quæ est in Iudæa, quæ planè à reliquis nihil differt, sed Dei amatricibus in cœlo ani-
mis conuenientem, iis, qui viuendi rationem à se positam plenè obseruauerint, pollicitus.
E Quod quidem apertiùs indicãs iis, quos apud se beatos futuros prædicabat, regnum cœ-
lorum appellauit. Cæterùm, alias quoque res à Saluatore nostro gesta inuenies, quæ vir-
tute longè præstiterint iis, quas Moses edidit, magnam tamen cum Mosaicis illis haben-
tes similitudinẽ. Exempli gratia, Moses totos quadraginta dies ieiunus fuit. Nam scriptu-
ra hoc illi testimonium exhibet, *Et fuit*, inquit, *Moses illic in conspectu Domini: quadraginta* Deut. 9.
dies & quadraginta noctes panem non edit, & aquam non bibit: itidem etiam Christus. Etenim Matth. 4.
sic scriptum est: *Et agebatur in desertum quadraginta dies, & tantabatur à diabolo, & nihil comedit* Exod. 16.
in diebus illis. Rursus Moses in deserto alimenta populo præbuit. Nam scriptura sic habet:
Ecce, ego do vobis panes de cœlo. Et paulò post: *Factum est*, inquit, *quum subsedisset ros circum ca-*
stra, & ecce super faciem deserti minutum, quasi coriandrum album, quasi gelu super terram. Salua-
tor quoque ac Dominus noster ad discipulos suos: *Quid*, inquit, *cogitatis in vobisipsis mo-* Matth. 16.
dicæ fidei: quòd panes non accepistis? nondum scitis, neque recordamini quinque panes, & quin-

quæ millium: & quòd cophinos recepistis: neque septem, quatuor millium ? & quod sportas tulistis? Item Moses per medium mare ingressus est, populóque itineris dux fuit. Sic enim habet scriptura: *extendit Moses manum suam in mare, & subduxit Dominus mare vento Austro violento totum diem, & fecit mare siccum, & diuisa est, aqua. & transierũt filii per Israel mediũ mare in sicco, & aqua eis murus à dextris, & murus à sinistris.* Simili potestate, ac Deo etiam conuenientiùs, Iesus qui Christus est Dei in superficie maris ingrediens, Petrum item ad se incedere, super eadem fecit. Nam sic scriptum est. *Quarta autem vigilia noctis venit Iesus ad illos ambulans supra mare, et quum vidissent illum ambulantem supra mare, conturbati sunt.* Et paulò post: *Respondens autem illi Petrus, dixit: Domine si tu es, iube me venire ad te supra aquas. Ille autem dixit, Veni. Et descendens de naui Petrus, ambulabat supra aquas.* Rursus Moses vento Austro violento mare solidum fecit. Nam scriptura, *Extendit*, inquit, *Moses manum super mare, et sustulit Dominus mare vento Austro violento:* ac subiungit. *Steterunt nudæ in medio mari.* Eadem ratione, ac multò quidem præstantiùs Saluator noster increpuit ventum & mare, & facta est tranquillitas magna. Mosi item vultus, quum de monte descenderet, cernebatur plenus gloria. Sic enim scriptum est. *Descendens autem Moses de monte, ipse nesciebat, quòd glorificatus esset aspectus cutis faciei suæ, dum ad ipsum loqueretur, et vidit Aaron, omnésque seniores filiorum Israel, Mosen, et erat glorificatus aspectus cutis faciei eius.* Simili ratione, & longè quidem excellentius Saluator noster, *quum dixisset suos discipulos in montem excelsum valde, transfiguratus est coram eis, et resplenduit facies eius vt soli vestimenta autem eius facta, sunt alba, sicut nix.* Moses item leprosum mundauit. Siquidem scriptum est: *Et ecce Maria lepra candens, sicut nix.* Et paulo pòst: *Et clamauit Moses ad Dominum, dicens, Deus obsecro sana eam.* Simili ergo ratione, sed longè maiori potestate Christus Dei, quum ad eum leprosus accessit, dixissétque: *Si vis, potes me mundare, respondit, Volo mundare, & mundata est eius lepra.* Rursus, Moses digito Dei scripturã esse legem affirmauit. Nempe sic scriptum est. *Et dedit Mosi, quum desiisset loqui ad eum in monte Sina, duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito Dei,* Et in Exodo: *Dixerunt igitur incantatores Pharaoni, digitus Dei est hic.* Itidem Iesus quoque qui Christus est Dei, Pharisæis dicebat. *Si autem in digito Dei eiicio dæmonia.* Ad hæc omnia Moses denominauit Iesum Naue. Pari ratione etiam Saluator Simonem Petrum. Atque item Moses cõstituit populo, qui præessent septuaginta. Siquidem dicit scriptura: *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, & auferam de spiritu, qui in te est, & immittam in eos, & congregauit septuaginta viros.* Sic etiam ipse Saluator *designauit suos discipulos septuaginta, & misit binos ante faciem suam.* Rursus Moses duodecim viros emisit terram exploraturos. Noster item saluator multóque etiam præstantiùs duodecim apostolos emisit, ad inspiciendas omnes gentes. Rursus Moses ponit legem, quæ dicit: Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non peierabis. At saluator noster lege proposita, non occidere solùm, sed etiam irasci prohibet: & pro eo quod dictum est, non mœchari, ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupidine admonet, & pro eo, quod est, non furari, res proprias indigentibus elargiri imperat: etiam illud longè transiliens, quod est, non peierare, ne iurare quidem vllo modo instituit. Et quid me oratione longiùs prouchi necesse est, vt demonstrem similia, finitimáque inter se Mosem ac Saluatorem Dominúmque nostrum fecisse? quum vnicuíque volenti, in ocio talia colligere facillimum sit? Etenim quum Mosi mortem nouisse neminem dicant, ac ne sepulchrum quidem eius: neque itidem Saluatoris nostri post reditum in vitam, mutationẽ in speciem diuinam quisquam scire potuit. Si igitur in tam multis rebus alius nemo, sed solus Saluator noster, qui cum Mose similitudinem factorum habuerit proferri potest: superest iam, vt in illum vnum spectemus. Neque verò ad alium quempiam referamus prophetiam, quæ apud Mosem extat, in qua illi similem suscitaturum se Deus respondet, dicens: *Prophetam ex fratribus eorum suscitabo eis, tanquam te, & dabo verbum meum in os illius, & loquetur eis, quemadmodum mandauero illi: & omnis homo, quicunque non audierit verba illius, quæcunque loquetur propheta in nomine meo, ego vlciscar ex eo:* ipséque Moses Dei vocem ad populum interpretans, ait: *Prophetam ex fratribus vestris suscitabit Dominus Deus vester, illum audietis in omnibus, quæcunque postulasti à Domino Deo tuo in Choreb, in die concionis.* Quòd autem post Mosem ante Saluatorem nostrum nullus prophetarum Mosi similis surrexerit antiqua scriptura perspicuè docet, vbi ait: *Et non surrexit vltra propheta in Israel, sicut Moses, quem nouerit Dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis.* Constat igitur diuinum spiritum per Mosem de Saluatore nostro cecinisse, siquidem vnum ipsum nec alium

quempiam

Exod. 14. Math. 14. Exod. 14. Math. 8. Exod. 34. Math. 17. Luc. 9. Num. 12. Math. 8. Exod. 34. Ibid. 8. Luc. 11. Num. 11. Luc. 10. Duodecim Apostoli designati per 12. exploratores. Math. 5. Deute. 18. Deutero. vltimo.

A quempiam Mosi similem extitisse, qualem ipsius Mosi verba describunt, iam comprobatum est. Cæterùm, specta aliam quoque prophetiam publicæ scripturæ commendatã. Nam quum Saluatorem & Dominum nostrum, hominem ratione humanitatis de semine Israël ortum, innumerabiles conuentus in omnibus gentibus Dominum appellant, propter diuinam eius virtutem, hanc ei appellationem tribuentes: Moses quoque, qui hoc diuino spiritu afflatus cognouerat, enunciauit in hunc modum: *Exibit homo de semine eius* (dicit autem de Israël) *dominabitur gentibus, & extolletur regnum eius.* Quòd si nullus vnquam alius ex iis principibus & regibus, qui in circuncisione regnauerint, multarum gentium dominus constitutus est (nulla enim historia hoc habet) clamat autem & vociferatur veritas de vno Saluatore nostro, illum vtique iam Dominum, neque labiis tantùm, sed affectione syncerissima innumerabiles omnium nationum conuentus confiteri: quid vltrà iam impedit, ne illum esse dicamus, de quo prophetiæ extant? Quòd au-

B tem Moses hæc non indefinitè prædicat, neque immenso quodam, & inconstanti tempore vaticinium adumbret, sed valde prouidenter euentum rerum, quas prædixerit, determinatis temporibus circumscribat, illa planissimè indicant, quæ de hac quoque re canit: *Non deficiet*, inquit, *princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui expositum est, & ipse erit expectatio gentium.* Quibus verbis nõ defuturos deinceps ductores ac principes, qui sibi inter se continuata serie succedant de gente Iudaica, vsque ad eius, qui expectatur, aduentũ enunciat. Quòd si princeps apud Iudæos defecerint, aduenturum eum, qui ex oraculis expectatur. Iudam verò hic non ipsam tribum intelligit, sed quoniã denominatione quadam posterioribus tẽporibus à regali tribu Iuda, omnis Iudæorum natio dicta est: ita quidem, vt hodie quoque, Iudæi nominentur, valdè mirabiliter, &

C prophetice omnem Iudaicam gẽtem Iudam nominauit, sanè vt nos quoque Iudæos appellare consueuimus. Tum affirmat non priùs defuturos de gente ipsorum principes ac duces, quàm is adueniat, quem prophetia significat. Porrò hic simul atque aduenerit, Iudæorum quidem principatum esse dissoluendum, ipsum verò non Iudæorum amplius, sed gentium fore expectationem. Quod quidem ipsum nulli vnquam prophetarum accommodare, sed vni duntaxat Saluatori Dominóque nostro poteris. Nam simul atque ille ad homines venit, Iudæorum regio sublata est, continuóque illorum princeps defecit, qui quidem maioribus suis succederet, atque ex legibus propriis illis præesset. Tunc enim Augustus Romanorum primus accepit imperium: & Herodes ab externis gentibus accitus, illorum rex constitutus est. Et illi quidem defecerunt, hic autem gentiũ per totum terrarũ orbem expectatio, sicut diuinitus prædictum fuerat, declaratus est: adeò quidem, vt nunc quoque, omnes quicunque ex omnibus gentibus in illum credunt, ex-

D pectationis suæ secundum Deum, in illo spem reponãt. Moses quidem hæc, aliáque his plura de Christo omnibus nobis fœliciter nunciat: Ei verò germana Isaias quoque definitè de vno certo rege, qui ex semine, ac successione Dauid sit suscitandus, hæc canit: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice ascendet, & requiesceret super eo spiritus Dei. spiritus sapientiæ, & intellectus*, & reliqua. Tum longiùs progressus, more prophetico, externarum gentium & Barbarorum, necnon cùm Græcorum, tum asperrimorum, ac ferocissimorum hominum futuram immites, mansuetósque mores ex doctrina Christi mutationem prædicit. Sunt autem eius verba hæc: *Et pascetur simul lupus cum agno, & pardus simul quiescet cum hædo, & virulus & taurus & leo simul pascentur*, & alia his similia, quæ etiam e uestigio planiora efficiens interpretatur, vbi ait: *Et erit, qui surgit ad imperandum gentibus, in eo gentes sperabunt.* Planè enim irrationalia illa iumenta, & quas illic prædixit beluas,

E nullas esse alias, quàm ipsas gentes, propter earum ferinos mores, declarauit. Quibus sanè gentibus imperaturum affirmat eum, qui surgit de seminæ Iesse, ex quo semine Saluator & Dominus noster oriundus prædicatur: in quem gentes, quæ in ipsum credunt, etiam nunc sperant, ipsi vtique vaticinio consentanea facientes, quod ait, *Et erit, qui surgit imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt.* Hoc igitur apposito iis, quæ apud Mosem feruntur, ac distinguito: Et illud quidem, *Erit, qui surgit imperare gentibus*, cum illo componito, *Egredietur homo de semine eius, & dominabitur gentibus multis.* Et illud, *in ipso gentes sperabunt*, cum illo, *Et ipse erit expectatio gentium.* Quid enim interest, dicas ne, in ipso gentes sperabunt, an verò, Ipse erit expectatio gentium? Rursus verò idem Isaias oratione progressus, de Christo hæc diuinat: *Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo complacuit sibi anima mea, iudicium gentibus, proferet.* ac deinceps adiungit, *Donec ponat in terra*

Gen. 49.

In Christi aduentu Iudæorũ principatus defecit.

Isa. 11.

Ibid.

Christus, expectatio seu spes gentium.

Collatio locorum scripturæ de Christo.

Esa. 42.

iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. In his propheta iam secundò gentes in Chri-
sto speraturas ponit, quum superiùs illud dixerit, *In ipso gentes sperabunt.* Hic verò, *In* A
Ps.131. *nomine eius gentes sperabunt.* Etiam ipsi Dauid dictum est, De fructu ventris eius, susci-
tandum esse quemdam, de quo deinceps ait Deus: *Ipse inuocabit me, pater meus es tu, & ego*
primogenitum ponam eum. Nam de hoc rursus dictum est, *Et dominabitur à mari vsque ad*
mare, & à fluminibus vsque ad terminos orbis terræ. Et rursus: *Omnes gentes seruient ei, & benedi-*
Mich.5. *centur in te omnes tribus terræ.* Præterea autem locus quidam certus à Michæa canitur,
Matth.2. in quo is oriturus sit, de quo feruntur tot vaticinia: *Et tu*, inquit, *Bethlehem domus Ephrata,*
Iob.7. *minima es, vt sis in millibus Iuda: ex te mihi egredietur dux, qui pascet populum meum Israel: & exi-*
Locus vbi natus Christus. *tus eius ab initio ex diebus seculi.* Et omnes confitentur, in Bethlehem Iesum Christum es-
se natum. Quinetiam incolæ eius loci speluncam ibidem monstrant iis, qui ab exter-
nis terris venerint ad spectandum: & locus quidem hic, vbi ortus eius futurus fuit, præ-
Isa.53. dictus est. Ipsius verò ortus miraculum, nunc obscurè ac figuratè, nunc planè & a- B
pertè ponit Isaias. Obscurè quidem, vbi ait: *Domine, quis credidit audi tui nostro? & bra-*
chium Domini cui reuelatum est? annunciauimus coram eo, quasi puerulus, quasi radix in terra sitiēti.
Pro quo Aquila quidem sic interpretatus est. Et prædicabitur tanquam quòd vbere nu-
Allegoria. tritur in faciem eius, & tanquam radix de terra in via, Theodotion verò: Et ascendit si-
cut quod lacte alitur coram eo, & sicut radix in terra sitienti. His enim verbis, quum mē-
tionē fecerit Propheta de brachio Domini, quod erat Dei verbum? Coram eo, inquit,
annunciauimus quasi puerulum lactentem, & qui vbere nutriatur, & quasi radicem
de terra inuia: vbi puerulus quidem ille, qui vbere atque lacte nutritur, planè ortum
Christi declarat. Terra verò inuia & sitiens, virginem, quæ illum enixa est, quam sci-
licet nullus vir adiit: de qua quamuis inuia, laudata illa radix prodiit, & qui vbere lacté- C
que nutrietur puerulus. Verùm hæc adumbratè admodum significauit: apertiùs verò
Isa.7. idem Propheta sententiam suam interpretatur, vbi ait, *Ecce virgo in vtero concipiet, & pa-*
riet filium, & vocabunt nomen eius, Nobiscum Deus: hoc enim significat Emanuel. Talia
de Christi apud homines origine antiqui Hebræorum prophetæ meditabantur. Nun-
quid igitur illustrem quemdam principem, aut tyrannum, aut alioqui vnum eorum, qui
plurimum possunt in vita, eum, de quo vaticinantur, describunt? non potest dici, quo-
niam ne apparuit quidem aliquid tale. Sed qualis ipse visus est vita, talem item eum
fore cecinerunt: hac vtique in re nihil à veritate aberrantes. Postquam ergo Isaias dixit:
Isa.5. *Annunciauimus coram eo, quasi puerulus, quasi radix in terra sitienti*: deinceps adiungit, dicens:
Non est species ei, neque gloria: & vidimus eum, & nō habuit speciem, neque pulchritudinem: & fuit
Mors Christi à prophetis prædicta. *species eius sine honore deficiens præ filijs hominum. Homo quum in plaga esset, sciens ferre languo-*
rem, contemptus est, & non computatus. Quid ad hæc igitur superest? Nam quum illius & tri- D
bum, & genus, & modum nascendi, & virginis miraculum, & vitæ morem prædixerint:
sequitur deinceps, vt ne mortem quidem eius taciti præterierint. Sed quid tandem ca-
Isa.13. nit etiam de hac Isaias, *Homo*, inquit, *quum in planga esset. sciens ferre languorem, contemptus*
est, & non computatus, hic peccata nostra fert, & pro nobis est in dolore, & nos existimauimus eum
esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & in-
firmatus est propter iniquitates nostras. Doctrina pacis nostræ super eum, liuore eius nos sanati sumus.
Omnes tanquam oues errauimus, & Dominus tradidit eum peccatis nostris: & ipse, quum vexaretur:
non aperiebat os. Quasi ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente non aperuit os,
generationem eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita eius, & reliqua. Nam his ver-
bis significat Christum ipsum quidem, quamuis ab omni peccato alienum, tamen pec-
cata hominum pro ipsis hominibus in seipsum suscepturum. Quocirca etiam ea patie- E
tur, quæ, qui peccauerint, pati solent: & pro nobis dolebit, non autem pro seipso. Quòd
si vulnerabitur, & verbis probrosis ferietur, hoc item nostrorum peccatorum causa fiet:
nam infirmus quoque factus est, propter peccata nostra, vt nos videlicet, quum ille deli-
cta nostra, nostræque malitiæ vulnera assumpserit, eius liuore sanemur: & eorum qui-
dem, quæ ille insons ab hominibus passurus erat, hæ fuerunt causæ. Iudæos autem,
qui illi mortem attulerunt, nusquam veritus propheta mirabilis, hoc ipsum quoque
perspicuè redarguit, planè deplorans, ac dicens: *Ex iniquitatibus populi mei ductus est ad*
mortem. Deinde verò quoniam citò, neque ita multò pòst nefarios aduersus Christum
ausus, extremus ad illos ex obsidione Romanorum interitus erat venturus, ne hoc qui-
dem præteriit silentio, sed adiungit: *Et dabo sceleratos pro sepultura eius, & diuites pro morte*
eius.

A *eius.* Et poterat quidem his prophetiam terminare, si nihil amplius futurum post Christi mortem vidisset: sed quoniam, breui mora interiecta, erat à morte siue à sepultura remigraturus, atque in vitam restituendus, de hac quoque re deinceps hæc addit, sic dicens: *Et Dominus vult purgare eum à plaga. si traditus sit pro peccato. Anima vestra videbit semen longæuum, & vult Dominus auferre à labore animæ eius, vt ostendat ei lucem.* Qui superiùs dixit: Homo in plaga constitutus, & qui nouit ferre languorem, nunc post mortem eius & sepulturam: Dominus, inquit, vult purgere eum à plaga. Et qui hoc fiet? Si traditus, inquit, fuerit pro peccato, anima vestra videbit semen longæuum: non enim omnibus concessum est, longæuum Christi semen intueri, sed iis solis, qui confiteantur, & munera offerant Deo pro peccatis. Horum enim duntaxat anima videbit semen longæuum Christi, hoc est, aut æternam vitam eius post mortem, aut eiusdem verbum per totum terrarum orbem disseminatum, quod longæuum futurum est, sempérque duraturum. Rursus, qui superiùs dixerat, Et nos putauimus illum esse in labore: nunc post cædem, mortémque eius, ait: Et vult Dominus auferre à labore animā eius, vt ostendat ei lucem. Quoniam igitur deliberauit Dominus, qui Deus est vniuersi, purgare illum à plaga, & ostendere illi lucem, necessariò vtique, qui voluit, id faciet, quod voluit. Nihil enim est eorum, quæ vult, quod non fiat: voluit autem purgare illum, & ostendere illi lucem: fecit igitur hæc, & quum purgauerit illum, ostendit illi lucem, & quoniam voluit, & volens abstulit laborem ab anima illius, & ostendit illi lucem, meritò propheta sequitur, & ait: Propter hoc ipsa hæreditabit multos, & fortium diuidet spolia, vbi (quod reliquum fuit) iam hæreditatis etiam Christi mentionum facit, illi Psalmo consentanea dicens, in quo de insidiis aduersus illum constructis nominatim canens oraculum, vbi ait, *Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Deinceps adiungit: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ.* Has igitur gentes etiam propheta intellexit, quum dixit: Propter hoc ipse hæreditabit multos, & adiungit: *Et fortium diuidet spolia.* Siquidem à potestatibus contrariis, quæ priùs inter gentes dominabantur, vbi subiectas animas liberauit, tum quasi spolia quædam suis diuisit discipulis. Proinde Isaias ait de illis: *Et lætabuntur coram te, sicut qui diuidunt spolia.* Et Psalmorum autor? *Dominus,* inquit, *dabit verbum euangelizantibus virtute multa, rex virtutum dilecti, speciei domus diuidere spolia.* Meritò igitur hic quoque de Christo ait: *Propter hoc ipse hæreditabit multos, & fortium diuidet spolia.* Quam autem ob rem hoc illi datum sit, docet deinceps, vbi ait: *Pro eo quòd tradita est in mortem anima eius, & cum iniquis deputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & propter peccata eorum traditus est.* Pro his enim remunerans illum pater, eo quòd dicto audiens fuerit, sustinueritque, donauit illum iis, quæ exposita sunt. *Factus enim est obediens patri vsque ad mortem:* quare multorum quoque hæreditatem consecuturum illum canit, non priùs tamen quàm tradita fuerit anima eius in mortem, & cum iniquis sit deputatus. Proter hæc enim dictum est, illum hæreditaturum multos, & fortium diuisurum spolia. Puto autem indubitatè reuersionem eius à mortuis significari talibus oraculis: qui enim fieri potest, vt aliter de eo intelligamus, qui tanquam ouis ad occisionē sit dictus, & ab iniquitatibus Iudaici populi traditus sit ad mortem, & cum iniquis deputatus, sepulturæque commendatus? deindè purgatus à Domino? & lucem penes se visurus sit, & multorum hæreditatem consecuturus, & sui spolia diuisurus? Sed aliter quoque de illius reditu in vitam post mortem, dicit quodam loco vaticinans Dauid ex persona Christi: *Non relinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Et alibi: *Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum.* Et alibi, *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas.* Contra omnia hæc intendere vllam aciem, ne inimicissimos quidem, atque ingratissimos posse arbitror. Veruntamen eius prophetiæ conclusio, cuius autor Isaias sterilem illam quondam, & desertam à Deo animam, aut potiùs ecclesiam de gentibus collectam, lætis vocibus, bonóque nuncio prosequitur, cum illis vtique concordans, quæ iam contemplati sumus. Nam quum propter eam Christus omnia pertulerit, meritò postea quæ de illo prædixit, adiungit: *Lætare,* inquit, *sterilis, quæ non paris, vociferare, & clama, quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virū.* Dixit enim Dominus: Di-

Marginal notes: *Longæuum Christi semen quid.* (beside "bit semen longæuum"); B (beside "per totum terrarum"); C *Psal. 2.* (beside "nens oraculum"); *Ps. 67.* (beside "cut qui diuidunt"); D (beside "eius, & cum iniquis"); *Philip. 2.* (beside "Factus enim est"); E *Psal. 15. Act. 2. Ps. 29. Ps. 9.* (beside "vitam post mortem" ff.)

Isa.54. Gal.4. *lata locum tentorij tui, et pelles tabernaculorum tuorum fige, ne parcas: dilata funiculos tuos, et clauos tuos corrobora: amplius ad dexteram et ad sinistram extende, et semen tuum gentes hæreditabit.* His A autem verbis ecclesiam de gentibus collectam, & toto orbe terrarum diffusam, & ab ortu solis ad occasum extentam, oraculum lætari iubet, planissimè hoc ipsum significans, vbi ait: *Et semen tuum gentes hæreditabit.* Quum autem longiorem explanationem desiderent ea, quæ ad hunc locum spectant, abundè nobis hæc compendij locum explebunt. Nam tu quoque per ocium multò plura colligere poteris, quæ ad idem propositum spectent. Sed ipsum quoque euangelicæ demonstrationis propositũ, quod nunc in manibus est, tradet suo tempore, atque interpretabitur singula. Interim verò quod ad prædictionem, diuinationémque propheticam de Saluatore nostro pertinet, quódque item ad id, quod ea prædictio omnes homines eorum bonorum aduentu gaudere iubebat, quæ expectabantur, iis, quæ iam dicta sunt, contenti esse possumus: quæ quidem planè B enunciant prophetæ cuiusdam aduentum, & legũ autoris pietatem, qui Mosi similis futurus sit, necnon eiusdem genus & tribum & locum, vnde exiturus, & tempus, quo venturus sit. Vaticinatur præterea & ortum, & mortem, & reditum in vitam, & principatum in omnibus gẽtibus, quæ sanè iam euenere omnia: & magis etiam deinceps ex iis, quæ dicentur, cõstabit, in vno Saluatore ac Domino nostro ea finem accepisse. Sed hæc, quæ de sanctis oraculis accepta vides, iis, qui credunt, exposita sunt: iis autem, qui non credunt, seorsum obuiam scriptis propheticis ibimus, atque interim, tãquam de communi viro, & qui reliquis fuerit similis, inquiremus, vt quum omnibus, qui vnquam à condito æuo inter homines celebrati sint, multò præstantior, & incõparabili quadam eminentia superior apparuerit, cùm ea quoque, quæ ad diuiniorem eius naturam spectant, pertractemus: & quòd virtus, quæ in illo erat, nulla humana natura cõstaret, certissimis demonstrationibus comprobemus: ordine deinceps sequitur, vt ea proponamus contem- C planda pro viribus, quæ ad eam theologiam pertinent, quæ illum cõplexa est. Quoniam igitur maior pars eorum, qui non credunt, vocant illum pręstigiatorem ac seductorem, aliásque innumerabiles calumnias in illum execrabiliter iactant, ac ne nũc quidem desinunt eiusmodi probra confingere, tempus iam videtur esse, vt etiam istis respondeamus, de nostro quidem nihil afferentes, sed de doctrina, quam ipse publicauit, assumentes, quod hic apponamus.

Conclusio huius capitis.

Scholia in Cap. II.

Multa & præclara Prophetarum de Christo oracula, Mosis & Christi σύγκρισιν cõtinet hoc caput. Expositio locorum Deut. 18. de Propheta, quem suscitaturus esset Iehouah, & Gen. 49. de D *Sceptro à Iuda sub Christi aduẽtũ auferẽdo, & aliorũ orthodoxa planè est. Treis sunt (si quis οἰκονομίαν spectet) capitis partes. Prima, de natiuitate Christi, Tribu è qua ortum duxit, vita, doctrina, gestis, morte, resurrectione, & sepultura. Hanc partem cum Mosis & Christi comparatione illustrauit Eusebius, tum scripturæ diuinæ pronũciatis solidè cõprobauit. Secunda, de reiectione Iudæorum, & eius causa, videlicet offensione ad petram scandali, quæ est Christus. Tertia, de gentium vocatione, & regni Dei ad easdem translatione.*

Aduersus eos, qui Christum Dei seductorem fuisse existimant. Cap. III.

Interrogãdi igitur sunt, num quis vnquam alius huic similis seductor ex historiis ipsorum proferri possit, qui mansuetudinis, probitatis, temperantiæ, omnísque reliquę virtutis iis, quos seduxerit magister, & autor extiterit: & vtrùm fas sit iis nominibus vocare E eum, qui ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupiditate permittit: & num iis seductor, qui summum philosophiæ fastigium tradiderit, discipulosque suos docuerit, quæcũque possideãt bona, indigẽtibus impertiri, & laboris studium, ac beneficentiam plurimi facere: & vtrùm seductoris, qui in multitudine populari & plebeio, turbulentóque grege versari prohibet, solũ autẽ rerũ diuinarũ studiũ sua doctrina cõmendat? Qui porrò fieri potest, vt is meritò nominetur seductor, qui & ab omni mẽdatio deterreat, & ad veritatẽ præter cũcta alia amplectendã abhortetur? vt ne iure quidẽ iurãdo velit nos indigere? quãdo autem minùs periurio? *Sit enim sermo vester, Est est: Non, non:* & quid me plura colligere oportet, quum ex iis, quæ iã dicta sũt, planè liceat discere, quodnã fuerit eius reipublicæ institutum: quæ ab illo inter homines ad vitæ vtilitatem disseminata est?

Christus optima docuit.

A est? ex qua non modò non seductoré, sed verè diuinum quendã, & diuinæ pietatémque amplexæ philosophiæ, non communis illius & vulgaris introductorem, omnis veritatis amator sit confessurus. Nam quòd illud viuendi institutum, quo Hebræorum antiquissimi, Dei amici viri vtebantur, quódque iam ex hominibus quodammodo interierat, solus ipse renouauerit, neque in paucos & modicos, sed in totum orbẽ diffuderit, in primo huius operis libro satis à nostris ostẽsum est, per quem vtique licet hominibus iam turmatim in toto orbe, illius vitæ, religionémque amplexæ reipublicæ, quam & ipsum Abraham, & qui per idem tempus vixere sectati sunt, innumerabiles nõ solùm ex Græcis, sed etiam ex Barbaris æmulatores ostẽdere. Et illius quidem doctrinæ pars, quæ ad mores pertinet magis, eiusmodi. Nunc videamus, vtrum seductoris nomẽ, illi in eo genere præceptorũ conueniat, quod maximè dominatur. Nonne igitur de illo palàm scriptum est, quemadmodum soli omnium regi Deo, & cœli ac terræ, mundíque vniuersi
B opifice, & ipse deditus fuerit, & commendare suos discipulos consueuerit? sed nonne etiam nũc illius doctrinæ, præcepta omnes & Græcos & Barbaros ad supremum Deum sursum mente, animóque percipiendum, & omnem visibilem naturam despiciendam extollunt? num igitur hic fuit seductor? an verò quòd plures colere deos ex suprema, & sola vera theologia eũ, qui reuera in errorem præceps sit lapsus, non permittit? ad hic non recens, neque illius proprius sermo, sed ex multo tempore priscis Dei cultoribus Hebræis consuetus, quemadmodum & in Præparatione ostensum est, ex qua iam nunc quum recentes philosophi magnam vtilitatem acceperint, ipsum doctrinæ genus comprobarunt. Cæterùm, ipsorum etiam Græcorum doctissimi suorum deorum oraculis gloriantur, de Hebręis in hunc modum mentionem facientibus.

C *Solis Chaldæis sapientia contigit, atque*
Hebræis, qui ex se genitum, regémque Deúmque
Pura mente colunt, atque vnum numen adorant.

Chaldæos autem eosdem propter Abraham nominauit, qui, vt memoriæ proditum est, genere Chaldæus fuit. Si igitur etiã ab antiquis vsque temporibus Hebræi, qui maximè ab oraculis quoque sapientię testimonium acceperunt, in vnum omnium rerum opificem Deum ad orationem dirigebant, cur seductorem ampliùs, ac non potiùs mirabilem religionis magistrum, hunc iam fuisse fateamur? qui ea, quæ quondam solis Dei amicis Hebræis cognita erant, in cunctos homines inuisibili, diuináque virtute protulit, ac dilatauit? vt non ampliùs, sicut priùs pauci quidam & numerabiles, rectas de Deo habeant opiniones, sed conuentus innumerabiles tam hominum Barbarorum, qui olim
D ferissimi erant, quàm sapientium & Græcorum, qui antiquorum prophetarum, iustorúmque virorum religionem amplecti, solo illius virtute edocti sunt? Sed iam tertium illud contemplemur, num verè illum seductorem appellent, quòd non sacrificiis boum, neque brutorum animalium mactationibus, neque cruoribus, atque igne, neque iis rebus, quæ terra nascuntur, incensis diuinitatẽ colere instituit: nempe humilia hæc & terrena, immortalique naturæ nullo modo conuenientia existimans, iudicánsque omni sacrificio gratiùs, iucundiúsque Deo munus offerri, quum quis illius præcepta plenè obseruauerit, per quæ ipso corpore, animáque purgatos, mẽtéq; nitida, ac decretis religiosis imbutos, dum ea imitari docet, quæ similes Deo homines efficiant, suos palàm instituit, dicens: *Estote perfecti, sicut pater vester perfectus est.* Quòd si quis Græcorũ hæc reprehẽdat, is sciat se etiã præceptoribus suis cõtraria sentire, qui videlicet, vt par est, multa à nobis vtilia edocti, quippe qui nobis etiã tẽpore fuerint posteriores, dico autẽ ea doctri- Luc 6.
E na, quę nobis à Saluatore nostro exposita est: audi iã nũc qualia sint, quæ scripto fateãtur.

Scholia in Cap. III.

Calumniam Ethnicorum de Iesu Christo Domino & Redemptore nostro grauiter refutat Eusebius, & ex his tribus doctrinæ Christi partibus, quarum prima est de moribus Christiano homine dignis, altera de fide, tertia de Deo pura mente, hoc est, in spiritu & veritate colendo, colligit non appellandum esse seductorem, qui neminem seduxit, fidelibus autem ductor ad vitam æternam est.

Quòd nihil eorum, quæ de terra prodeunt, oportet summo Deo incendere, aut sacrificare, ex Porphyrio de abstinentia ab animatis. *Cap. IIII.*

DEo summo, sicut quidam vir sapiens dixit, nihil eorum, quæ ad sensus pertinent, siue incendentes, siue denominantes (nihil enim est eorum, quæ materia cõstant, quod

non protinus ei sit immundum, qui expers est omnis materiæ.) Quare ne verbum quidem vllum, siue id dicas, quod in voce consistit, siue id quod intrinsecus concipi solet, quum animi aliquo vitio est contaminatum, illi conueniat, sed silentio puro, purísque de ipso cogitationibus illum colamus. Oportet igitur illi coniunctos, siméĺsque factos, hanc vitæ nostræ rationem Deo afferre pro sacrificio. Eadem verò & illius laudatio erit, & nostra conseruatio: afferetur enim cum stabilitate & quiete virtutis animi. Ipsius verò Dei contemplatione hoc sacrificium perficitur. A

Scholia in Cap. IIII.

De cultu Dei pugnantes sententiæ Philosophorum, & Poëtarum veterum fuêre. Multis probantur illa Poëtarum disticha.

Cùm sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia est, morte alterius sperare salutem. B
Et illud, quod quibusdam placuit Catoni adscribere:
Si Deus est animus nobis, vt carmina dicunt,
Hic tibi præcipuè sit pura mente colendus.

Nos memores simus verborum Christi, de Deo, qui se generi humano patefecit, & de eius cultu: Deus est Spiritus: & eos, qui adorant eum, in Spiritu & veritate, adorare oportet. Ioan. 4. Platonicæ imaginationes, quas Porphyrius probat & sequitur, obscuriores sunt, quàm vt vsui esse possint in veri Dei vero cultu.

Item de eodem, ex Apollonij Tyanensis Theologia.

Cap. V. C

Ex quo igitur maximè quis naturæ diuinæ conuenientem curam adhibeat, ex eo maximè illam propitiam, benignámque obtineat. Hoc quidem penes quemuis hominum viget, ídque ipsum vnusquisque complebit sit eorum, quæ sub visum cadunt, qualia sunt hæc, quæ digito demonstramus, illi quæ vna est, & ab omnibus rebus separata, secundum quam reliqua omnia cognoscere necesse est, nihil omnino sacrificet, neque ignem incendat, neque prorsus quicquam illorum postulet, ne à præstantioribus quidem, quàm nos sumus. Neque vllum est plantæ genus, quod ab initio terra pariat, neq; animalis, quod eandem nutriat, cui protinus immūdities non adsit, sed vtatur erga illam solo meliori verbo: dico autem non eo, quod ore emittitur, sed quod ab optimo eorum, quæ sunt, proficiscitur, per optimum eorum, quæ in nobis sunt, bonorum. Mens autem hæc est, quæ instrumento non indiget. Si igitur Græcorum quoque illustres tam philosophi, quàm theologi hæc confitentur, quónam modo seductor erit is, qui non solùm verba, sed facta multò priùs, quàm verba suis discipulis, quibus iungerentur, tradiderit? & quibus, vt recta ratio iubet, Deum ipsum essent veneraturi? quo autem modo, & quibus rationibus vsi in sacrificiis dicantur prisci Hebræi, in primo huius operis libro disseruimus, atque iis, quæ illic dicta sunt, contenti esse debemus. Verùm, quoniam præter illa, quæ iam disputata sunt, nouimus (id quod à Christo didicimus) factum esse mundum, cœlúmque ipsum, & solem, & lunam, & stellas, opera Dei esse, neque hæc oportere, sed horum autorem colere: considerandum esse videtur, num decepti simus, quòd in hunc modum de natura rerum sentire ab illo docti sumus. Atqui non solùm Hebræorum hæc fuit oratio, sed philosophorū quoque, maximè illustrium, qui cum Hebræis consentientes, ortum habere & cœlum ipsum, & solem, & lunam, & stellas, vniuersúmque mundum ab autore omnium rerum factum esse affirmauerunt. Cæterùm, idem & consummationem & mutationem in melius, vniuersi huius futuram vt expectaremus, docuit in hoc quoque Hebræorum scripturis consentiens. Quid igitur? nónne etiam Plato suapte natura & ipsum cœlum, & solem, & lunam, & reliqua sidera solutioni corruptioníque obnoxia esse vidit, quamuis ea non dissoluenda affirmauerit, propterea quòd nolit ille, qui ea composuit? Quòd si tali natura cōstare nos, immortalemq; habere animam, nulláq; in parte brutis animalibus similem voluit, & virtutū, quæ in eo sunt, simulacra in se cōtinere illā arbitrari, nos docuit: sícque habere, atque affici & sapere omnes Barbaros & vulgares instituit, nónne sapientes magis in toto orbe suos sectatores reddidit quàm ij, qui supercilia contracta ostentant, si nihil

Philosophi consentiunt cū Hebræis de creatione mundi.

A si nihil planè ea parte, qua est, differre à culice, aut vermiculo, aut musca animam humanam affirmant? aut sine à serpentis quidem aut viperæ, vt vrsi, aut pardalis, aut suis anima, vlla prorsus in parte, suam ipsorum animam, qui sapientissimi fuerint, quatenus naturam habet, atque est, diuersam esse? Ad hæc, quum fori diuini, iudiciíque futuri assiduam mentionem fecerit, suppliciáque ac pœnas ineuitabiles impiis descripserit, iustis verò æternam à Deo vitam promitti, & regnum cœleste, & felicem cum ipso Deo victum docuerit, quem tandem decipere potuit? nónne potiùs adhortatus est eorum præmiorum causa, quæ à iustis expectantur in virtutem incumbere? ab omni verò malitia deterruit, propter impendentes impiis pœnas? Porrò autem ex illius decretis accepimus esse quasdam post supremum DEVM potestates natura incorporeas, intelligentes, rationales, omníque virtute præditas, quæ circum regem vniuersi choros exerceant: quarum plures etiam vsque ad homines ipsius patris nutu, quadam salutari dispositione mittantur: quásque & cognoscere, & venerari pro ratione, gradúque dignitatis edocti sumus, vt soli DEO, qui est rex vniuersi, adorationis honorem tribuamus. Ab eodem præterea didicimus, hostiles quasdam, inimicásque humani generis, per hunc, qui circum terram versatur, aërem, volare potestates dæmonum, spirituúmque malorum, eorúmque, qui in illis principatum tenent: quæ cum malis hominibus versentur, quas vt omni conatu fugiamus, in præceptis habemus: tametsi vel quàm maximè deorum appellationes, & cultus sibiipsis arrogant, multóque etiam magis ab illis esse declinandum, propter hanc ipsam cum Deo repugnantiam, hásque aduersus Deum inimicitias, quemadmodum latiùs in Præparatione demonstrauimus. Sanè huiusmodi sunt, quæ in præceptis atque institutis Saluatoris nostri feruntur verè priscorum Hebræorum, qui Deo grati fuere, tum virorum, tum prophetarũ pia sanctáque documenta. C Quòd si hæc grauitatem habent, si vtilitatem, si studium sapientiæ, si studium sapientiæ, si denique omni virtute referta sunt, quo tãdem iure, quáve ratione ei, qui talia docuerit, adscribatur nomen seductoris? & hæc quidem tanquam de eo homine, qui à cæteris natura non differat, disputata sint, quæ videlicet & grauem, & ipsi vitæ vtilem illius doctrinam exhibeant, nunc ea, quæ magis diuina sint, consideremus.

Scholia in Cap. V.

DVæ sunt capitis quinti partes. Prima de cultu DEI. *Sententiam enim suam de* DEO *pura mente colendo, astruit testimonio Apollonij Tyanei. Secunda consensionem* DOCTRINÆ *Christi & Platonis in quibusdam capitibus describit. Quid huiusmodi* τῇ συγκρίσει *Ethnicæ, & Christianæ doctrinæ sit tribuendum, sapientes lectores facilè animaduertent, & sunt quædam ea de re annotata in libris de* D *Præparatione Euangelica.*

De diuinioribus Christi gestis. *Cap. VI.*

AC primùm omnium contemplemur, quo tempore versatus est cum hominibus, quot qualiáque sint, quæ mirabiliter gesserit: nunc quidam lepram de corporibus eiiciens, eáque diuinitus purgans: nunc verò iussu verbi dæmonas ex hominibus expellens, aliàs rursus ægrotantibus, omníque languorum genere laborantibus, sanitatem abundè suppeditans. Quodam verò tempore etiam paralytico dixit: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Atque ille, quod imperatum est, fecit. Rursus cæcis alio tempore vidẽdæ lucis facultatem largitus est. Olim verò mulier, quæ sanguinis fluxu laborabat, & annos plurimos eo genere morbi vexabatur, vbi vidit innumerabilem circum illum multitudinem, quæ nusquam E permittebat, vt ad illum accederet, ac supplicaret, liberationémque à morbo peteret, extremum illius vestimentum attingere duntaxat cogitauit, atque ita subiit, limbúmque quum apprehendisset, vnà cum eo curationem malorum apprehendit, atque illicò sana euasit, sic quidem diuinæ Saluatoris nostri virtutis maximum signum reportans. Alius autem, quidam vir Regulus, quum ad Iesu pedes cecidisset, filium, qui ægrotabat, e vestigio sanum recipit: Filiam item alius, qui Iudaicæ synagogæ princeps erat, & hic quidem iam mortuam. Quid verò dicam, quòd alius iam quatriduum mortuus, virtute Iesu excitatus est? vel quòd in mari tanquam in terra, qua publicetur, olim pedibus ingressus est, ipsius interim discipulis nauigantibus? & quòd iidem quum aduersa tempestate agitarentur, mare, fluctus, ventos increpuit, atque omnia protinus tanquam Domini vocem formidantia constiterunt. Quum verò quinque millia virorum vnà cum innumerabili fœmina-

Matth. 4. & 11.

Matth. 9.

Ioan. 4.

Lazarus Ioan. 11.

Matth. 1[illegible] & 16.

rum, puerorúmque multitudine quinque non amplius panibus abundè quondam satura- A
uerit, adeò, vt quæ superfuerunt reliquiæ, duodecim cophinos implere potuerint, quem
non stupore affecerit? aut quem non meritò ad quærendum de ipsius arcana, occultáque
virtute excitauerit? sed ne mihi nunc in longum nimis ducatur oratio, postrema omnium
Genus mortis Christi ab aliis longè diuersum. illius mors exponatur, quæ non communi reliquorum hominum more extitit. Non enim
morbo consumptus, ac ne laqueo quidem, aut igne, neque verò ad morem reliquorum,
qui ob scelera sua crucis supplicio affici solent, cruribus itidem ferro succisis, neque om-
nino quicquam ab vllo hominum passus, eorum, qui alios necare consueuerunt, violétiæ
mortis genus vllum pertulit. Sed vbi ipsum duntaxat spontè præbuit inimicis insidianti-
bus corpus, tum erectus est à terra illico. Deinde in ligno magna voce clamans, & patri
Matth. 27. spiritum commendans, atque hæc ad verbum, dicens: *Pater, in manus tuas commēdo spiritum
meum*, ita solutus ac liber, ipse per seipsum à corpore secessit. Deinde, quum corpus ipsius
familiares accepissent, atque honestæ sepulturæ commendassent, tertio die rursus illud B
ipsum recepit, quod videlicet sponte reliquerat. Et sic rursus ipse seipsum in carne, in cor-
pore, ipsum illum, qui priùs fuerat, suis ostendit discipulis. Quibus cum paucos dies ver-
satus, & per aliquod tempus suo etiam sermone dignatus, illuc reuersus est, vnde oculis
Act. 1. illorum se obtulerat, sicque iter ad cœlum direxit. Iisdem verò, quum præcepta quoque
Marc. 16. de rebus agendis tradidisset, eosdem apud omnes gentes supremæ religionis doctores de-
clarauit. Hæc sanè sunt virtutis, quæ in Saluatore nostro erat, apprimè celebranda mira-
cula: hæc diuinitatis, quæ in illo erat, indicia: hæc ipsi quoque casta æstimatione admira-
ti sumus, exploratóque, atque exquisito iudicio recepimus. Exquisita sanè hæc à nobis, ex-
plorataque sunt, aliis quoque euidentibus rebus, omnémque aperientibus rationē, quibus
ipse Dominus noster etiā nunc iis, quos dignos putauerit, exigua quædā suæ virtutis signa C
ostendere consueuit. Quinetiam subtiliore, ac certiore doctrina idem à nobis effectum
est, quam quidem iis adhibere consueuimus, qui ea, quæ dicta sunt, non concedunt: sed
nullam prorsus iis fidem habent, neque omnino quicquam tale ab eo factum esse confi-
tentur, aut extitisse illic quidem non negant, verùm magicis præstigiis, ad errorem intuen-
tium, tanquam à viro seductore imposita. Quòd si etiam in præsenti aduersus tales pauca
quædam disputare opus sit, non deseremus studium incœptum, alioqui verò quónam pa-
cto ibimus illis obuiam?

Scholia in Cap. VI.

*INter cæteras calumnias, quas Ethnici homines spargebant, vt Christum contumelia afficerent & do-
ctrinam illius suspectam redderent, hæc præcipua fuisse videri potest. Quòd dicerent, arte Magica
Christum suæ ætatis hominibus imposuisse, & fascino eorum oculos, & mentes læsisse, & perstrin- D
xisse. Hanc blasphemam calumniam refutat Eusebius, ac miracula Christi, eáque omnia, quæ ille no-
stra causa cùm egit, tum passus est, magnificè prædicat, & à sinistra suspicione vendicat.*

Aduersus eos, qui non credunt Saluatoris nostri discipulis, admirabiles illius res gestas narrantibus. Cap. VII.

NAm si dicant nihil omnino admirabile Saluatorem nostrum, neque quicquam, quod
superet cogitationem humanam fecisse, qualia sunt, quæ illius familiares testificati
sunt: videamus, num illis talia dicētibus, credi vllo modo possit: quippe qui nullam pos-
sint assignare causam, propter quam hi quidem illius discipuli, ille verò horum magister
extiterit. Nam & qui docet, alicuius disciplinæ magistrum se profitetur: & discipuli talis E
disciplinæ cupidi magistrum adeuntes, seipsos illi instruendos committunt. Quam igitur
causam isti afferre possunt, quare sui cum Iesu discipuli versati frequentésque fuerint? aut
quídnam illud quæso erat, quòd illos tali viro dare operam cogeret? quarum porrò disci-
plinarum doctorem illum fuisse dicent? an hoc quidem nemini dubium esse potest? planè
enim earum rerum doctorem fuisse necesse est, quas qui ab illo didicerunt, ad reliquos
homines attulere. Atqui præcepta erant hæc philosophicæ vitæ, quam illis describens di-
cebat. *Nolite possidere aurum, neque argentum in zonis vestris, non peram in via*; & alia eiusmo-
Matth. 10. di. Seipsos verò videbat prouidentiæ, quæ omnia gubernat, commendantes, & ad illam
referentes, nusquam solicitos esse de rebus necessariis. Admonebat etiam eos, vt altiùs sa-
perent iis, quæ Iudæis à Mose præcepta fuerant: illum enim legem illis posuisse, non oc-
cidere,

A illum enim legem illis posuisse, non occidere, tanquam procliuibus ad occidendum: item, non mœchari, tanquam iis, qui lasciuissimi, atque ad libidinem propensissimi essent. Rursus, non furari, tanquam seruile maximè ingenium præ se ferentibus. Ipsos verò oportere arbitrari has sibiipsis nusquam esse accommodatas leges, sed animi liberationem ab omni morbo plurimi facere, & ab imis partibus, ac de profundo cogitationis, tanquam à radicibus malitiam pullulantem resecare, irámque, atque omnem minùs honestam cupiditatem vincere conari, ac potiùs ex summa animi tranquillitate ne irasci quidem, neque mulierem cum libidine intueri: ac non modò non furari, sed contrà, res etiam suas indigentibus erogare. Neque verò in eo gloriari, quòd aliena inter se non auferrent, sed quòd eis, qui se primi spoliassent, omnem iniuriam remitterent. Et quid opus est me omnia repetere, quæcunque aut ille docuit, aut illi didicerunt? nam præter cætera, illos ita veritatem amplecti hortabatur, vt ne iure quidem iurando indigerent, ac multò quidem mi-
B nùs periurio. Ita verò se vita ac moribus comparare, vt quod dicerent omni iureiurando certiùs haberetur, progredientes ad id vsque sermonis: vt pro affirmatione dicerent, Etiã: pro negatione, Non: & cum veritate huiusmodi vocibus vterentur. Interrogemus igitur, quam probabilitatem habeat, talium documentorum auditores, ac potiùs iam magistros effectos, suspicari mentitos, quæcunque suum præceptorem effecisse testificati sunt? aut quàm credibiliter faciant, si putent illos omnes sibi inter se consensisse in mendacio: Duodecim quidem de omni numero electos, septuaginta autem reliquos? quos etiam binos misisse dicitur ante faciem suam, & omnem locum & regionem, quò erat ipse venturus. Sed nulla vnquam afferretur ratio, quare tantæ multitudini hominum credendum non sit, qui quidem religiosam, grauémque vitam amplexi sint, résque omnes suas
C aspernati, & pro charissimis, vxore, inquam, & liberis, & omni genere, inopem victum elegerint: ac de suo præceptore concors testimonium, tanquam vno ore, in omnes homines protulerint. Princeps igitur hæc & prima & vera sit ratio. Sed contrarium quoque spectemus, in qua saltem primùm illud constet, nobísque cum illis conueniat, hunc quidem fuisse præceptorem, illos verò discipulos. Deinde fingamus illum non ea, quæ iam dicta sunt, docuisse, sed illius planè contraria, facere videlicet contra leges, impiè, iniustéque agere, superare, spoliare cæteros, & si quid aliud, quod ad malitiam pertineat, dici potest: latere autem in iis omnibus conari, & eiusmodi mores simulatione doctrinæ grauioris, & noua professione pietatis obtegere. Ipsi verò discipuli & his exerceantur, & quàm hæc sunt etiam nequioribus. Propterea videlicet quòd magna est ad malitiã procliuitas, eámque vel nullo præceptore discere facile est: in sublime verò suum præceptorem fictis ver-
D bis extollant, nullique mendacio parcant: omnia verò illi miracula & portenta, cum simulatione, falsitatéque adscribant, vt ipsi quoque in admiratione habeantur, beatique iudicentur, qui eiusmodi præceptoris discipuli extiterint. Videamus igitur, qui potuerit illis tam audax incœptum consistere, si tales fuere, quales descripti sunt. Nam malum malo, aiunt, amicũ non est, ac ne bono quidẽ. Vnde igitur in tanta virorũ multitudine, cõcordia malitiæ reperta est? vnde in illis omnibus de iisdẽ rebus cõcors testimoniũ? & eadem vsque ad mortem sententia? viro autem præstigiis vtenti, & fallaciis, qui talia doceret, ac talia profiteretur, quis ab initio studuisset? Dices, quòd alij quoque illo præceptore non minùs præstigiarum cupidi. Ergo illi præceptoris sui exitum non viderunt? & quali morte fuerit affectus? cur igitur post illam turpissimam illius necem, de eo, qui mortuus esset, nouam theologiam constantissimè protulerunt, nec ab incœpto deterreri potuerunt? at quid ex
E ea re tandem petebant? num vt eodem supplicio afficerentur? sed quis illo vnquam tempore, nulla spe proposita, eiusmodi supplicium manifestum eligeret? Cæterùm, demus illos illum esse veneratos, quamdiu cum ipsis versatus, cõmoratúsque sit, & quamdiu fallaciis eos, vt sermone istorum vtar, decipere potuerit. Cur igitur post mortem multo magis quàm antè illum admirati sunt? nam in humanis degentem & deseruisse, & abnegasse olim dicuntur, quum illi videlicet insidiæ factæ sunt. Postquam verò inter homines esse desiit, alacres ipsi mori malebant, quàm à vera de illo testificatione amoueri. Si igitur præceptori suo nullius boni conscij erant, non vitæ, non disciplinæ, non actionis, non operis alicuius laudem merentis: neque verò quicquam ab illo emolumenti perceperant, præter vnam malitiam, & aliorum hominum deceptionem, quam ob rem tam promptè moriebantur, dummodo de illo seuera quædam, & insignia prædicarent? quum interim illorum vnicuique liceret ociosè viuere, & in propria domo vnà cum sibi charissimis, securiorem

Rationes, quibus probat Apostolos inenarrãdis Christi gestis nõ fuisse meritos.

Sententia. Malũ malo amicũ non est, ac ne bono quidẽ.

Apostoli post mortem Christi alacriores facti

multò, tutiorémque vitam agere? Fallaces autem homines, & in fraudibus versantes, A quomodo affectassent mori pro alio, quem ipsi omnium hominum maximè, certissiméque nouissent? præsertim qui ipsis, vt sermone istorum vtar, nullius boni author fuisset, sed contrà potiùs omnis malitiæ præceptor? vir enim & rationis vsum habens, & virtute præditus, boni cuiuspiam officij gratia nonnunquam probabiliter mortem cum honestate, & gloria subierit. Qui verò moribus peruersis sit, & affectibus, voluptatibúsque totus deditus, solámque hanc temporariam vitam, & quæ ad eam spectant, libidines persequens, nunquam profectò vitæ mortem præposuerit, ac nec domesticorum quidem, & charissimorum causa supplicium tulerit, nedum pro eo, qui nequitiæ sit condemnatus: quàm ergo probabile, vt illius, de quo dictum est, discipuli, si modò ille seductor, præstigiatórque fuit, quum illum talem esse non ignorarent, atque ipsi etiam improbiore flagitij genere animos haberent implicitos, à suæ gentis viris omnia probra ferre non recusauerint, & omne supplicij genus pro testimonio illi reddendo subierint, non conuenit hoc B cum natura improborum, longissimè ab ea refugit. Cæterùm, hoc quoque diligenter considera. Nam si ipsi & seductores & impostores erant, & præterea imperiti, omninóque vulgares, vt constat, quinetiam Barbari, & qui non plus, quàm Syrorum linguam nossent, quomodo in totum progressi sunt terrarum orbem? vel qua istud solertia excogitarunt, ausiúe sunt? quibus porrò viribus id, quod ausi sunt, perfecerunt? Esto enim viros rusticos in terra propria versantes decipere, & vagari, nec otiosè aut frustrà rem serere. At verò apud omnes nomen Iesu prædicare, admirabiliáque illius gesta, & in vrbibus, & in agris docere, & alios quidem eorum imperium Romanum, ipsámque omnium vrbium reginam ciuitatem inuadere, alios Persarum regnum, alios Armeniorum, Parthorum alios nationem, item alios Scytharum, quosdam etiam ad ipsos orbis terræ venisse fines, Indorúmque regionem penetrasse, alios porrò trans Oceanum euasisse, ad eas insulas, quæ C Britanniæ vocantur. Hæc sanè ego nunquam humana vi effecta putauerim, nedum conatu leuium, vulgariúmque hominum, ac multò minùs seductorum præstigiísque vtentium. Qui verò flagitiosum, versutúmque doctorem experti essent, & eius exitum vitæ talem perspexissent, quibus tandem verbis assequerentur, vt inter se de illo consentanea fingerent? siquidem vno ore omnes & leprosorum purgationes, & eiectiones dæmonum, & excitationes mortuorum, & cæcorum sanationes, & innumerabiles alias ægrotantium medelas, quas ille præstiterat, testificabantur. Postremúmque omnium, quòd primis sibi post mortem reditus illius in vitam sit visus. Hæc itaque neque facta, neque audita vnquam suis temporibus, quomodo vno ore facta fuisse affirmare ausi essent, morte quoque ipsa comprobantes, quod dicerent? nunquid olim congressi, & conspiratione ad idem sentiendum facta, fœdus inter se pepigerunt, quo fingerent, D ementirenturque ea, quæ nusquam facta essent? & quibus verisimile dictu est, illos esse vsos verbis in fœdere num forsitan talibus? viri amici, quísnam ille fuerit, qui heri ac nuper seducebat, ac deceptionis erat magister, quíque in oculis omnium nostris extremum dedit supplicium, ipsi planissimè, exquisitissiméque omnium nouimus, vtpote qui & discipuli, & illius arcanorum conscij fuerimus. dignus ille quidem aliqua veneratione à multis censebatur, sed tamen omnis illius mens erat, vt omni rerum genere cæteros superaret. Ac ne magnum quidem prorsus quicquam illi, aut reditu in vitam dignum actum est, nisi quis dolis, omníque simulatione refertos illius referat mores, & quod ipsos nos vsum versutiarum, inanémque iactātiam per fraudem ac dolum docuerit. Quocirca demus, quæso, inter nos dextras, simulque omnes fœdus paciscamur, vt de illo in cunctos homines deceptionem consonam proferamus: narremusque vidisse E nos illum, dum cæcis visum largiretur, tametsi nullus vnquam nostrûm hoc vidit: & dum surdis auditum præberet, quod quidem nullus vnquam nostrûm audiuit: & dum leprosos purgaret, mortuósque ad vitam restitueret. Denique ea, quæ neque facta ab illo nouimus neque dicta audiuimus, tanquam verè gesta contendamus. Verùm, quoniam extremum illius tempus celebrem habuit, & perspicuum interitum, vt nusquam ab illo occultari potuerit, nos huic quoque incommodo rectà pergētes occurramus. Testificemurque planè bene impudenter, illum postquam à morte ad vitam redierit, inter nos esse versatum, focumque, & cibum consuetum nobiscum vsurpasse. Conseruetur autem ab omnibus nobis impudentiæ, immutabilitatisque tenor, & maneat hæc mentis alienatio vsque ad mortem, illam nimirum acerbam, quæ fuit crucis.

Syra lingua Apostolis vernacula.

Quid

A Quid enim absurdi habet pro nihilo mori? aut quid quempiam offendat nulla probabili causa, verbera, tormentáque in corpore, & si opus sit, vincula quoque & carceres, necnon contumelias, & probra nullius veræ rei gratia experiri? Hoc igitur iam nunc meditemur, mentiamúrque omnes vno ore, & fingamus ea, quæ neque alicui nostrûm vtilia futura sint, neque alicui eorum, quos decipiemus, ac ne illi quidem, qui à nobis mendacio extollitur, & pro Deo commendatur. Porrò autem, mendacium intendamus non modò in nostræ gentis homines, sed in omne omninò hominum genus, totúmque orbem terrarũ, hoc errore, iisque, quę de illo inter nos cõposuimus, impleamus. Iámque deinceps leges alias cunctis gentibus imponamus, quæ omnes omnium de patriis ipsorum diis opinionis oppugnent, atque euertant, quascunque à condito æuo habuerint: imperemúsque primis omnium Romanis, ne colant, quos maiores ipsorum Deos arbitrati sunt. In Græciam quoque penetremus, & sapientibus, qui illic sunt, contraria publicè doceamus: ac
B ne Ægyptios quidem omittamus, sed ipsorum quoque deos patrios oppugnemus, non Mosaica ampliùs, quæ olim apud illos gesta sunt, proferentes, sed nostri præceptoris interitum illis, quasi quoddam insigne terroris obiicientes. Quæ verò opinio, & fama ab initio ab illis ad omnes homines de diis peruenit, hanc nos non voculis quibusdam, aut rationibus, sed præceptoris crucifixi vi diluamus. Progrediamur verò etiam in reliquam Barbaram terram, & quæ apud omnes decreta sunt, euertamus: neque verò quisquam nostrûm animi intentionem remittat. Non enim exiguum, aut paruum erit huius audaciæ præmium: siquidem non vulgares nos pro tantis certaminibus manent coronæ, sed quæ supplicia videlicet à legibus omnium hominum, vt par est, contradicentibus iniuncta sunt, vincula scilicet, tormenta, carceres, necnon ignis, & ferrum, & cruces, & beluæ, ad quæ
C omnia promptissimo animo est accedendum: iísque obuiam malis eundũ intrepidè, quæ præceptorem nostrum nobis pro exemplo ostentant. Quid enim pulchrius, quàm nulla ratione & diis & hominibus fieri inimicos? neque vlla vmquam prorsus frui iucunditate, neque charissimis rebus oblectari, neque cõparare pecunias, nec vllius prorsus boni spem sibi reliquam facere, temerè autem, & inaniter errare, ac decipere. Hoc enim præcipuum est, quod spectemus, ac præterea omnibus nationibus aduersari, & deos, qui à condito æuo apud omnes certissimi habiti sunt, oppugnare. Præceptorem verò, quem oculis nostris supplicio affici vidimus, pro Deo & pro Dei filio prædicare. Pro quo & ipsi mori parati sumus, tametsi ab illo neque veri, neque vtilis, & commodi quicquam didicimus. Hoc enim ipso ille pluris est faciendus, quòd nihil nobis profuerit. Omnia verò nobis facienda sunt, vt illius nomen illustre, gloriosúmque reddamus. Omnia probra, omnia supplicia ferenda, omne genus mortis subeundum pro ea re, quæ nulla in parte vera
D est. Malum enim forsitan veritas, & mali contrarium in mendacio. quare affirmemus illum & mortuos excitasse, & leprosos purgasse, & dæmonas eiecisse, & alia incredibilia, omnémque fidem superantia fecisse. quarum quidem rerum nullius illi nos cõscij sumus, sed arbitratu nostro cuncta fingentes, & decipiamus quidem, quos possumus: si cui verò non persuaserimus, tum ipsi pro iis, quæ inter nos composuimus, erroris mercedem aduersus nos ipsos eliciamus. Videntúrne tibi credibilia hæc, aut vlli vero similia? ignobiles, vulgarésque homines, postquam talia finxerint, atque inter se composuerint, Romanum imperium inuasisse? aut humanam naturam, quæ vitæ amorem, ac studium quasi proprium quiddam possidet, potuisse vnquam vlla mercede voluntarium subire interitum, quemadmodum Saluatoris nostri discipuli potuere? quos sic quidem eò stuporis venisse credas, vt quum ab illo nihilo dignum admiratione gestum inspexerint, ipsi tamen ex composito
E cuncta eius generis confinxerint? Deinde nugis quibusdam de illo corrogatis pro iis omne genus mortis subire parati, promptíque fuerint? tu verò quid ais tandem aduersus hęc? nempe illos neque opinatos fuisse, neque sperasse quicquam eiusmodi ob commendationem Iesu perpessuros? Quare tam intrepidè ad prædicandum de illo prouectos, at istuc quónam pacto concedetur? illos non sperasse pro illo se omnia passuros? qui & apud Romanos, & apud Græcos, & apud Barbaros, deorum euersionem essent inuecturi? at enim historia, quæ de illis extat, apertè hoc habet, illos post præceptoris interitum, ab insidiatoribus quibusdam captos fuisse: & primùm quidem in carcerem coniectos, deinde verò dimissos, tum iis imperatum, ne vlli hominum in nomine Iesu loquerentur. Postea verò quum illi hos vidissent apud multitudinem palàm de illo iterum loquentes, correptos verberarunt, eósque ob doctrinæ genus increparunt. Quo tempore videlicet rursus Act.4.

Act.7. illis respondens Petrus, dixit: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Haud itamultò pòst lapidibus petitus Stephanus, interficitur, quum apud Iudæorum multitudinem intrepidè concionaretur: atque insectatio non mediocris orta est aduersus eos, qui *Act.12.* nomen Iesu publicè commendebant. Alio rursus tempore Herodes, qui Iudæorum rex erat, Iacobum fratrem Ioannis occidit gladio. Petrum verò in vincula coniecit, vt in actis Apostolorum scriptum est. Et quum hi talia pertulissent, reliqui discipuli constantissimè Iesu suo adhærentes, longè etiam magis, quàm antè perseuerarunt in proposito, apud vniuersos vbique & illum, & miracula illius prædicantes. Postea Iacobus frater Domini, qui ab iis, qui olim Hierosolyma incolebant, ob virtutis excellentiam iustus vocabatur, à pontificibus, & Iudaicæ gentis magistris interrogatus, quídnam de Iesu sentiret, quum planè illum esse filium Dei respondisset, ipse quoque lapidibus ab illis petitur, atque interficitur. Petrus autem Romæ, capite in terram verso, cruci affigitur. B Paulo verò caput abscinditur, & Ioannes in insulam relegatur. Híque cùm talia passi essent, nullus reliquorum ab incœpto destitit. Quinetiam votis vnusquisque expetebat, pietatis, diuiníque cultus gratia, sibi quoque aliquid tale contingere. Quo etiam constantiùs, atque ardentiùs & ipsi Iesu, & admirabilibus eiusdem gestis testimonium afferebant. Quòd si mendacia hæc erant, quæ illi ex composito finxissent, operæprecium erit admirari, quónam pacto tantus numerus consensum illum inter se in rebus fictis, vel vsque ad mortem seruauerit: neque vllus vnquam earum rerum formidine, quæ illis, qui priùs sublati erant, accidissent, à societate desciuerit: neque reliquis publicè contradixerit, prodens ea, quæ inter ipsos composuissent. Quin & vnus eorum, qui viuum præceptorem prodere ausus est, illicò manum sibiipsi consciscens, debitum supplicium inuenit. Illud porrò, quî fieri potest, vt non omnem habeat stuporem, homines seductores, C atque illiteratos, qui neque loqui, neque audire quicquam, præter vnam patriam linguam consueuissent, non solùm excogitasse audaciam peragrandi orbem omnium nationum: sed quum peragrauerint, pefecisse, quod cogitauerant? Contemplare præterea, quantum & eiusmodi sit, illos de rebus gestis Iesu nullum vsquam discrepans verbum protulisse. Si enim in omnibus rebus, de quibus ambigitur, atque in iudiciis, quæ ex legibus exercentur, communibúsque controuersiis, cõsensus testium certum, ratúmque id efficit, de quo ambigitur (in ore enim duorum vel trium testium cõsistit omne verbum) cur in his quoque veritas non consistat: quum & duodecim Apostoli fuerint, & septuaginta discipuli, & innumerabilis extra hunc numerum multitudo, quia admirabilem in omnibus consensum seruauerint, & rebus ab Iesu gestis testimonium dederint, nõn illud quidem sine sudore, sed cum tormentorum, omnísque iniuriæ, ac denique mortis perpessione, & quos D postremò etiam Deus vicissim suo testimonio comprobauerit: qui verbum, quod ab illis proditum, vulgatúmque est, ad hunc vsque diem, & in omne æuum continuat, atque propagat. Hæc igitur satis ex concessione tam absurdi principij nobis meditata sint. Cõtraria enim iis, quæ scripta sunt, opinari, & Iesum dicere non honestatis, aut sobrietatis præceptorem fuisse, sed iniustitiæ, & superbiæ, omnísque intemperantiæ: & illius discipulos ab illo talia edoctos, omni cupiditate, ac scelere, omnes, qui vnquã fuerint, homines superasse, quum omnium, quæ absurda sunt, absurdissimum sit, nos illud tamen disputandi gratia concedi posse existimauimus. Quod quidem est simile, vt si quis, quum Moses in suis legibus dicat: Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non falsum testimonium dices: hæc in priorem sensum trahens, & calumnians, dicat, illum cum irrisione, ac simulatione talia præcepisse. Velle enim eos, quibus imperet, & occidere, & mœchari, & iis omnia contraria facere, quæ ipse in legibus posuerit, sed interim fingere habitum se, & personam E vitæ grauioris induere. Cęterùm, eadem ratione Græcorum quoque philosophorum præcepta, & tolerantiam vitæ, planéque eorum omnium scripta vnusquisque poterit calumniari, & dicere: illos quidem iis, quæ scripserunt, contraria in animo habuisse, contrariámque orationi vitam vixisse: simulasse autem quasi alia induta persona, philosophicum sibi vitæ genus placuisse. Sic autem omnes quoque, vt in summa dicam, veteres historias calumniari sit facilè, & veritati, quæ in illis est, detrahere, eámque nullam esse contendere, & denique in contrariam, quæcũque narrata sunt, vertere. Sed quemadmodum nullus mentis compos eum, qui talia dicat, insanum, atque amentem affirmare vereatur: ita etiam in Saluatoris nostri sermonibus, atque præceptis, si quis veritatem contorquens, atque peruertens, contrarium iis, quæ docuit, illi sententiam conetur imponere, huic quoque à nobis id,

Iacobus frater Domini quare à Iudæis interfectus.

Petrus Romæ crucifixus.

Matth.27.
Act.1.

A bis id, quod falsum est, illustrandæ veritatis gratia, vt in disputationibus fieri solet, concessum esto. Vt quum dederimus id, quod dictum est, absurdum est, contrariæ rationis inconstantia cernatur. Quum ergo eum, qui sic calumnietur, satis abundè reprehenderimus, tempus iam est, vt ad sacrorum librorum veritaté recurramus, & in illis discipulorum Iesu mores contemplemur. Quis igitur mentis sanitate præditus, nō ab illis ipsis protinus argumentans, omni fide dignos illos iudicauerit? viros quidē absque cōtrouersia ignobiles, literarúmque ignaros, loquēdíque imperitos, ac in sanctæ, ac philosophicæ doctrinæ amoré progressos, & strenuam, laboriosámque vitam amplexos, quā quidem inedia, & abstinentia tum à vino, tum à carnibus, plurimis item aliis afflictionibus corporis, atque orationibus, supplicationibúsque ad Deum, ac multò priùs, summa temperantia, & castitate corporis, pariter atque animæ correxerint? Quis nō igitur illorū philosophiā supra modū admiretur, qui & à legitimis vxoribus se abduxerint, neque à vo- *Apostolorū abstinentia à vino & carnibus.*
B luptate saltem naturali deliniti sunt, neque filiorū, ac nepotū desiderio fracti, & subacti? Quod quidē illis ideò contigit, quòd non mortales nepotes, sed immortales sibi expetiuerint. Mores autem eorundē à cupiditate omnis generis pecuniæ alienos, quis nō obstupescat? qui hoc quoque coniecerit ex eo, quòd non fugerint, sed secuti sint præceptorem, qui ipsos possidēdo auro, atque argēto deterruerit: legémque fixerit, vt ne vsque ad duas quidē tunicas rem suam augerent: quod quidē vel auditu intolerabile alij cuipiam videatur ob grauitatē imperij. At illos etiam re ipsa compleuisse quod dictum est, constat. Ergo quodam tempore, quū quidā claudus à Petro, & ab iis, qui circum Petrū erāt, aliquid postularet (hic porrò vnus erat eorum, qui ob extremam inopiam victum mendicabant) non habens Petrus quid daret, confessus est, ab omni se possessione auri atque *Apostoli proprias vxores reliquerunt.* *Act. 2. Ioh. 14. & 15.*
C argenti abhorrere, his quidem verbis: *Argentum & aurum non est mihi, qud autem habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi surge, & ambula.* Quum verò illi à suo præceptore tristia auditu perciperent, si modò attendebant, quæ ad ipsos diceret, *In mundo afflictionem habebitis*, rursus: *Lugebitis & plorabitis vos, mundus autem gaudebit*: nónne de animi sui moribus planè indicabant? quòd videlicet solidiori quadam, altiorique natura constarent, quum animi labores non fugerent, neque voluptatem persequerentur, quódque ipsorū magister non fraudulentè eos demulcens, aut res suas eis ostentans, sibiipsi illos adiungeret, sed ingenua, veráque oratione, quæ euentura erant, canens, suæ reipublicæ rationem, atque propositum in animis illorum infigeret? Talia item erant, quæ propter nomen suum passuros illos prædicabat significans, quòd ad præsides ducendi essent, quòd ante reges sistendi, quòd omnis generis pœnas subituri, non ob leuem rem aliquam, neque ob vllā pro-
D babilem causam, sed id totum propter vnum suum nomen. Quod interim quum re ipsa ad hunc vsque diem compleri cernamus, cur non huiusce euenti prædictionem obstupescimus? vna enim confessio nominis Iesu animos consueuit accēdere principū. Nam & si nihil reprehensione dignum admiserit, qui Christum confessus est, eum tamen puniunt plectentes nominis illius causa, omnibus scelestis asperius. Quòd si quis eā appellationem abiurauerit, negaueritque se Christi esse discipulum, dimittitur ilicò ac liberatur, etiā si innumerabilibus peccatis obnoxius teneatur. Et quid me Saluatoris nostri Apostolorum mores describere conātem, plura in vnum cogere oportet? quum iis, quæ dicta sunt, abundè contenti esse possimus, ad id demonstrandum, quod à nobis propositum est? quibus cum pauca, quæ sequuntur, addidero, ad aliud calumniantium genus me conuertam. Matthæus Apostolus vitæ genus, quod priùs sectatus est, nullo grauiore *Matth. 10.* *Principum inuidiæ aduersus nomen Iesu.*
E studio, aut consuetudine refertum sibi delegit, sed inter publicanos, & eos, qui pecuniæ colligendæ vacarant. Hoc quidem nullus Euangelistarum indicauit, non coapostolus eius Ioannes, non Lucas, non Marcus, sed ipse Matthæus suam ipsius vitam nō dissimulans, planéque ipse seipsum accusans. Audi igitur, quomodo palàm nominis meminit in eo, quod ipse scribit, Euangelio, & mores proprios notauit *Et præteriens illinc Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & dixit ei: Sequere me, & surgens secutus est eum, & factum est discumbente illo in domo, ecce multi publicani, & peccatores simul discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.* Deinceps sermone progressus, ac discipulorum nomina enumerans ipsi sibiipsi publicani nomen adiungit, dicit igitur: *Duodecim verò apostolorum nomina sunt hæc, primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. Philippus, & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus.* Itaque Matthæus abūdātia quadam modestiæ studium præ se ferens veritatis in suis moribus indicandis, publica- *Matthæus ex Publicano Apostolus & Euangelista. Matth. 9. Matth. 10.*

Matthæi modestia. num se appellauit, neque priorem suam vitam occultare voluit. Et secundo loco post æqualem suũ se nominauit. Quum enim singuli singulis comparentur, ipse Matthæus Thomæ, Petrus Andreæ, Iacobus Ioanni, Philippus Bartholomæo, Thomã sibiipsi præponit, priorem illi locum, quamuis coapostolo, tanquam honoratiori tribuens, tametsi reliqui Euangelistæ contrarium faciunt. Audi itaque Lucam, vt Matthæi mentionẽ faciens, non publicanum dicit, neque post Thomam collocat: sed præstãtiorem illum cognoscens, priorem quoque nominat, Thomam illi secundo loco subiungens, quod ipsum Marcus quoque seruauit. Verba igitur illius sic se habẽt, *Et quum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex eis, quos & Apostolos nominauit, Simonem, quem etiam Petrum vocauit, & Andream fratrem eius, Iacobum, & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam.* Sic Matthæum Lucas anteponit, quemadmodum ipsi tradiderant, qui ab initio ipsi viderant, & ministri fuerant sermonis, Ioannem quoque similem Matthæo inuenies. Nam in suis epistolis ne meminit quidem suæ appellationis, aut seniorem se nominat, nusquam verò Apostolum aut Euangelistam. In Euangelio autem quum significasset illum, quem diligebat Iesus, nomen suum non posuit. Petrus verò ex nimia quadem reuerentia, ne dignum quidem se scriptione Euangelij existimauit. Sed eius familiaris, ac discipulus Marcus in commentarium retulisse eiusdem de rebus gestis Iesu narrationes memoratur. Qui quum ad illum historiæ locum venisset, vbi Iesus interrogauit, quem se esse homines dicerẽt, ipsique sui discipuli quam de se opinionem haberent, subiunxissétque Petrus, tanquam de Christo, nihil illi respondentem Iesum aut dicentem describit, sed illis comminantem duntaxat, vt nemini de ipso dicant. Non enim interfuit Marcus iis, quæ à Christo dicta sunt: ac ne Petrus quidem, quæ ad ipsum, ac de ipso dicta sunt ab Iesu, proprio testimonio proferre æquum putauit. Quæ autem illa sint, quæ videlicet ad ipsum Petrum dicta sunt, Matthæus his indicat verbis: *Vos autem quem me dicitis esse? & respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui. Respondẽs Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quoniam caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis: & ego tibi dico. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferni non præualebunt aduersus eam, & dabo tibi claues regni cœlorum, & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis.* Quum hæc tam multa dicta sint Petro ab Iesu, Marcus nihil horum commemorans, propterea quòd ne Petrus quidem, vt verisimile est, talia in suis narrationibus enunciauit: audi quid dicat, post Iesu interrogationem, respondens, inquit, Petrus dicit, Tu es Christus, & comminatus est eis, vt nemini dicerent de ipso. Hæc sanè Petrus meritò tacenda iudicauit: quare etiam Marcus ea præteriit. Quæ autem ad negationem suã pertinebant, in omnes homines protulit, ac publicauit, quoniam post illam fleuit amarè. Inuenies itaque de eo narrãtem Marcum: *Et quum esset Petrus in atrio, venit ad eum vna ex ancillis summi sacerdotis: & quum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. At ille negauit, dicens, Neque noui, neque scio quid dicas: & exiuit foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus autem quum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus, Hic ex illis est. At ille iterum negauit, & post pusillum, rursus qui astabant dicebant Petro, Verè ex illis es, nam & Galilæus es. Ille autem cœpit anathematizare, & iurare, quòd nescio hominem istum, quem dicitis, & statim gallus iterum cantauit.* Marcus quidem hæc scribit, ac Petrus hæc de seipso testificatur: omnia enim, quæ apud Marcum leguntur, narrationum, sermonúmque Petri dicuntur esse commentaria. Qui igitur ea, quæ poterant ipsis afferre bonam famam, recusant: criminationes verò contra seipsos, sempiternæ memoriæ in scriptis suis commendant, & eorum, quę ab ipsis peccata sunt accusationes, quas posteriorum nullus vnquam cognouisset, nisi de ipsorum scriptis didicisset, publicè ab omnibus legẽdas proponunt: cur non ab omni de seipsis opinione, omníque mẽdacio meritò abhorrere creduntur? studiíque erga veritatem argumenta certissima præbere? Qui verò tales viros fictionibus vsos, ac mentitos putant, & tanquam impostores infamia, probrísque notare conãtur, cur non ipsi potiùs & ridiculi sunt, & odio, inuidiáque digni, tanquam omnis veritatis inimici habentur? qui quidem viros tam ab omni malitia alienos, támque sine fuco, veréque syncerum animum in suis scriptis præ se ferentes, malitiosos quosdam: & callidos audent fingere sophistas, tãquam eos qui quicquid scripserint, commenti sint, & suo pręceptori, quæ ille nunquam fecerit, ad gratiam tribuerint: Sanè commodè mihi dictum videtur, aut prorsus credere oportet Iesu discipulis, sicut reliquis quoque scriptoribus

Marginalia: A; *Luc. 6.*; B; *Petrus quare non scripsit Euangelium.* *Marc. 8.* *Luc. 9.*; C; *Matth. 26.* D; *Marcus scripsit dictante Petro.*; E

A ptoribus:aut si non his,ne reliquis quidem:Cur enim si solis his viris detrahenda sit fi-
des,non etiam reliquis omnibus,quicunque vnquam aut apud Græcos, aut apud Bar-
baros,vitas,aut orationes,aut commentaria conscripserunt eorum,qui variis tempori-
bus in aliquo genere virtutis,atque officij præstiterint?aut si dicis aliis quidem credere
æquum esse,at his solis non credere,cur non hoc planè ad inuidiam referatur? Quod si
demus illos de præceptore fuisse mentitos,& quæ ille nũquam fecerit scriptis suis com-
plexos,num etiam de iis mentitos,quæ idem passus est,dare possumus? dico autem de
vnius ex discipulis proditione,de calumniis criminantium,de ludibriis & irrisionibus
iudicum, de contumeliis,de ictibus in facie,flagellísque in tergo:de corona spinea,quę
illi ad ignominiam imposita est:de purpureo vestimento,quod instar chlamydis illi cir-
cumdatum est:de illo ipso denique crucem quasi trophæum aliquod humeris gestante,
B & in ea infixo,manibus pedibúsque traiectis:de aceto,quod illi potus loco porrexerũt:
de arundine,qua illius tempora percussere:de conuiciis,quæ in illum à spectantibus ia-
ctata sunt?at enim & hæc,& quæcunque alia de illo his similia feruntur,aut ficta esse o-
portet ab illius discipulis, aut in his quidem tanquam verissimis,illis credendum est:in *Matth.27.*
reliquis verò,quæ cariorem illum,venerabilioremque reddunt,non credendum. Sed
hæc de iisdem sibiipsi contraria opinio vnde confirmabitur?dicere enim eosdem de eo-
dem,& vera prodere,& mentiri,nihil aliud est,nisi contraria in eodem de iisdẽ rebus di-
cere.Quomodo hæc refellentur?si enim hoc illis fingendi propositum fuit,vt mẽdaciis
suum præceptorẽ ornarent,cur illi ea,quæ modò diximus,adscripserunt?aut cur posteris
indicarunt,quod & tristis fuerit,& tædio affectus,& animo turbatus? aut quòd ipsi il-
lum deseruerint,atque abierint?aut quòd,qui omnibus ipsis præpositus fuerat, Aposto- *Petrus cæte-*
lus illius,& discipulus Petrus,nullis neque tormentis,neque tyrannicis minister illum *ris Aposto-*
C abiurauerit?hæc enim etsi alij dixissent,neganda ab iis tamen fuere,qui nihil aliud sibi *lis præposi-*
in scribendo proposuissent,nisi vt reuerentiam præceptori compararent. Quòd si veri- *tus.*
dici in tristioribus de illo narrationibus videntur,cur non in ijs item,quæ lætitiã, glori- *Apostoli*
ámque habent,multò magis quàm sibiipsis contrarij?nam quibus vnum propositũ fue- *tristia &*
rit mentiendi,ab iis si qua offendunt,ea in primis aut prę teriri oportebat silentio : aut si *læta de Chri-*
id non poterat negatione refelli.Quis enim apud posteros ea,quæ tacuissent,reprehen- *sto scripse-*
dere vnquam potuisset?sed si mentiri decreuerant,cur non illud quoque mentiti sunt, *runt.*
Iudam,qui osculo illum tradidit,simul ac proditionis signum ostendere ausus est in la-
pidem esse conuersum?& qui alapam illi inferre ausus est,eius illicò dextram aruisse? &
Caipham pontificem,propterea quòd falsis contra illum criminibus consenserit,oculis
D captum fuisse:cur verò non omnes mentiti sunt,significantes,nihil planè illi , quod pos-
sit offendere,euenisse?sed ipsum quidem euanuisse,forúmque,& iudicia illorum risisse?
qui verò illum comprehendere visi fuerant,diuinitùs illusos,contra illum se agere,quæ
egerũt,tametsi ille non aderat,credidisse?quid porrò?nónne grauiùs,digniusque scripsis-
sent,nullum planè humanum,aut mortalem casum illum subiisse? verùm vbi vi diuina
res omnes suas confirmasset,tum in cœlum gloriosiùs,diuiniusque reuertisse? certè hoc
multò maiorem venerationem comparasset,quàm fingere ab illo ea miracula facta,quæ
nouimus.Neque enim his credituri non fuerant,qui cæteris eorundem narrationibus
fidem habuere. Qui igitur in iis,quæ dedecus habent,atque tristitiam,veritatem cor-
rumpere ausi non sunt,cur non in reliquis quoque,quæ de illo protulerunt,digni habẽ-
tur,quibus absque suspicione falsitatis credatur,etiam si miracula narrauerint? Ergo li-
cet talium hominum de Saluatore nostro testimonium nobis abundè satisfacere de-
E beat,tamen nihil me præter propositum facturum arbitror ,si quasi ex abundantia qua-
dam,Hebræi quoque Iosephi testimonio vtar,qui in decimooctauo Iudaicæ antiqui-
tatis libro, Pilati tempora in historiam suam referens,de Saluatore nostro mentionem
facit his verbis

Iosephi testimonium de Christo.

EXtitit per idem tempus Iesus sapiens vir, si modo virum eum dicere oportet,quippe
qui earum rerum autor fuerit, quæ humanam fidem superant. Docebat porro hic
homines,si quos veritatis studiosos reperiebat:ergo multos sibi Iudaicæ , multos etiam
Græcæ factionis adiũxit.Christus planè hic fuit:siquidẽ quũ magistratibus nostris ac-
cusantibus illũ crucis supplicio affecisset Pilatus,non destiterunt,qui initio cõplexi fue-

rant: apparuit enim illis tertio die iterum viuens, quemadmodum diuini prophetæ & hæc, & alia innumerabilia de illo prædixerãt, ex quo ad hunc vsque diem Christianorũ non defecit genus. Si ergo historicus quoque testificatur, non solos duodecim Apostolos, septuagintáque discipulos, ab illo sibi adiunctos, sed multos quoque tum Iudaicæ, tum Grecæ factionis assumptos, palàm est illum in se aliquid excellentius cæteris hominibus habuisse: qua enim alia ratione & Iudaici, & Greci generis multos sibi adiungere potuisset, nisi admirabilibus, fidémque superantibus gestis, & inaudita quadam doctrina vsus esset? fidem etiam facit liber, qui Acta Apostolorum inscribitur, multa millia hominum Iudæorum credidisse illum esse Christum Dei, quem prophetæ venturum nunciassent. Historia quoque illud habet, grandem Christi ecclesiam Hierosolymis fuisse, quam Iudæi comparassent, durasséque vsque ad obsidionem, quæ Adriani tempore facta est: ergo qui primi episcopi ex successione illic præfuerunt, Iudæi fuisse dicuntur, quorum nomina ab eius loci incolis etiam nunc memorantur: vt ex his quoque omnis B contra discipulos illius calumnia diluatur, quando & illis testificantibus, & contrà illis non testificantibus, ipse Iesus, qui Christus est Dei, comprobatur, innumerabilẽ multitudinem tum Iudæorum, tũ Græcorum sibiipsi subiecisse. Cæterùm, quum hæc à nobis dicta sint aduersus primum non credentium genus, nunc ad alterum conuertamur, ídque refellamus. Id autem est eorum, qui fatentur quidem Iesum res gessisse admirabiles, sed prestigiis oculos intuentium diluisse, atque vt solent incantatores, & venefici, in admirationem sui traxisse presentes.

Scholia in Cap. VII.

MVltis argumentis probat, Discipulos Christi testes ἀξιοπίστους fuisse, & esse omnium eorum, quæ (vt Lucæ Euangeliographi verbis vtar) Christus Iesus fecit, & dixit. Argumentum primum ductũ C *est à consideratione vitæ, & doctrinæ Christi, quorũ cum αὐτόπται, καὶ ἀκροαταὶ fuerint discipuli, de innocentia & sinceritate vtriusque testimonium perhibere potuerunt. Secundum ducitur à consideratione eius, quod vulgò dicitur, Cui bono sit. Sanè cùm malus malo non verè consentiat, nedum bono, non est simile vero. Apostolos Christo testimonium, etiam cum capitum discrimine perhibituros fuisse, si illum impostorem & seductorem esse cognouissent. Tertium à doni linguarum collatione petitum est. Apostoli cùm omnes gentes Christo adducere, & lucrifacere cuperent, dono linguarum diuinitus instructi sunt, vt est auctor Lucas in libro Gestorum Apostolicorum, Iidem historiam rerum à Christo gestarum, & vitæ cum ipsius tum suæ ita descripserunt, vt cùm sine præpostero affectu singula verissimè descripserint, fides illis meritò habenda sit. In fine capiti Iosephi historiographi de Christo testimonium adducit, vt à multis Iesum Nazarenum tanquam Christum Deique filium agnitum, & receptum ostenderet. Meminit Eusebius horum Iosephi verborum alibi quoque in Ecclesiastica historia.* D

Contra eos, qui præstigiatorem putant Christum Dei fuisse.
Caput. VIII.

AC primùm quidem isti interrogandi sunt, quid ad ea, quę antecesserunt, respondeant? nunquid vllus hominum vsquam excogitari potuit, omni grauitate, ac virtute refertę reipublicæ institutor, syncerǽque, ac veræ doctrinæ, qualis ea est, quã antè exposuimus, præceptor, qui mores præstigiatoris habuerit? Quòd si & magus, & veneficus, & impostor, & præstigiator fuit, quónam modo talis doctrinę apud omnes gentes autor extitit, qualem ad hũc vsque diem & oculis intuemur, & auribus percipimus? deinde quis tam sibiipsi confidens, vt aggrediatur ea in vnum cogere, quæ cogi nullo modo possunt? qui enim verè præstigiator est, quum & sceleratis sit, & nefariis moribus, & E eas res aggrediatur, quæ desperatis, nefariísque hominibus conueniant, omnia agere soles turpis, ac sordidi lucri gratia. Nunquid igitur Saluator quoque ac Dominus noster Iesus, qui Christus est Dei, talibus rebus obnoxius sit? At enim vnde tenebitur reus, aut quomodo qui suis discipulis, vt ex ipsorum testimonio apparet, præcepit, ne posiderent aurum, aut argentum in zonis suis, neque peram in via, neque calceamenta? deinde, cur dicto illius audientes fuissent: & ea, quæ acceperãt, in cõmẽtarios referenda, literísq; cõmendãda putassent, si pecuniæ studiosum suum præceptorẽ vidissent, & iis cõtraria, quæ alios docebat, tractantem: Non diu profectò se continuissent, quin illum habuissẽt derisui: verbáque eius aspernati essent, atque à disciplina recessissent, & meritò quidẽ, si vidissent illũ sibi quidem ipsis seuerissimas leges imponentẽ, ipsum autem legum autorem

Discrimen præstigiatoris, & vera miracula facientis. Primum discrimen. Matth. 10.

A rem, nullo modo verba suarum legum sequentem. Deinde, qui verè præstigiator est ac seductor, desperatis, nefariisque hominibus seipsum permittit, vt possit liberiùs scelestas, atque infandas voluptates persequi, & præstigiis, atque incantationibus subigere mulierculas, & sub suam malitiam trahere. At verò de Saluatoris ac Domini nostri temperantia ne dici quidem satis abundè vnquam posset. Rursus enim discipuli illum testificantur præcepisse, vt ne intuerentur quidem mulierem cum libidine, his verbis: *Dictum est antiquis, Non mœchaberis: ego autem dico vobis, quòd quicunque intuebitur mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Quum verò olim ex causa necessaria, vt multis vtique prodesset, cum Samaritana muliere loquentem illum vidissent, admirati sunt, quòd cum muliere loqueretur: inopinatum quiddam hoc, atque insolitum se intueri arbitrantes, tanquam ij, qui nunquam antehac idem vidissent. Commendabat enim Saluatoris B nostri sermo nihil aliud, nisi in moribus grauitatem, atque austeritatem. Cæterùm, temperantiæ eiusdem illa quoque doctrina magno argumento esse potest, qua turbulentos appetitus ex ipso cogitationis profundo resecare, ac purgare iubebat, dicẽs: *Sũt eunuchi, qui sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui castrauerunt seipsos propter regnũ cœlorũ.* Deinde qui præstigiator est, & verè populi deceptor, omnia aggreditur, atque agit cum iactatione sui plerunque, & ad speciem, non ad veritatem, atque amplius quiddam præter cæteros nosse se, atque habere cum ostentatione profitetur. Saluatorem verò Dominumque nostrum non gloriæ cupiditate, aut arrogantia laborasse, neque ad speciem egisse, quæ egit, vel ex iis constare potest, quos à se sanitati restitutos, iubebat nemini dicere: neque seipsum in vulgus prodere, etiam ex eo, quòd in montibus plerunque degeret, & solitudines in iis locis sectaretur, fugerétque vrbanas vulgi, quæ no- C cere sæpenumero solent, consuetudites. Si igitur neque gloriæ, neque pecuniarum, neque voluptatis causa docuisse illum constat, quis præterea superest calumniæ locus, qua vt deceptor ac præstigiator accusetur? Sed hæc quoque videamus, quæso. Item præstigiator vbi alios sua malitia imbuit, quos tandem viros illos reddit? nónne præstigiatores? seductores? veneficos? sibiipsi in omnibus, quæ agunt, similes? quis igitur vnquã omne Christianorum genus, quod ab illius doctrina profestum est, aut præstigiis vtens, aut veneficiis deprehendit? nemo quidem hoc dixerit: at contrà, incumbens in sermones, præceptáque sapientiæ, sanè deprehendet, qui volet, vt demonstratum est: qui igitur aliis seuerè, castéque vitæ, ac summæ pietatis autor extitit, quísnam meritò cẽsebitur, nisi philosophorum primus, & pietatis, religionísque magister? Siquidem is, qui docet, absque cõtrouersia præstantior, quàm ij, qui docentur. Philosophus ergo, veréque pius, nusquam verò seductor, D aut præstigiator dici poterit Saluator ac Dominus noster. Si igitur talis fuit, qualem ostendimus, qua tandem alia ratione miracula edidisse credi potest, nisi diuina quadam, nobísque ignota virtute? supremáque erga Deum vniuersi pietate? quem quod vt patrem veneraretur & coleret, apparet ex iis imprimis, quę de illo locutus est. Tantum ergo abest, vt qui illi ab initio adhæserunt discipuli, & qui posthac illius discipulis successere, ab illorum consuetudine informati, prauę alicui, aut perniciosæ suspicioni obnoxij habendi sint, vt ne ægrotantibus quidem permittant, sicut multa multi efficere conantur, aut foliorum inscriptionibus, colligationibusúe vti, aut eos, qui se incantaturos profitentur, attendere, aut radicum, herbarúmque suffumigationibus, aliisúe eiusdem generis nonnullis, medelas sibi morborum sufficere: hæc namque omnia à Christi doctrina exclusa sunt, neque vnquam intueri licuit Christianum, qui colligatione vteretur, neque magicis nugationibus, neque foliorum quorundam laboriosis inscriptionibus, neque cæteris similibus, quo- E rum vsum indifferentem plerique arbitrantur. Quæ igitur vnquam ratio conuincet, vt qui talis præceptoris discipuli fuerint, præstigiatoris aut impostoris discipuli fuisse iudicẽtur? atqui qualis sit omnis quicunque aliquid profiteatur, nulla res euidentiùs probauerit, quàm discipulorum consuetudo: nam si viri sint artibus & scientiis præditi, profectò qui ipsis eiusmodi artium, & scientiarum autor fuerit, eum longè se ipsis præstantiorem fuisse demonstrabunt. Exempli gratia, qui medicinam ab aliquo didicerunt, excellentiæ præceptoris in tali disciplina testes idonei habendi sunt: qui verò geometriam, nullum alium se habuisse talis disciplinæ magistrum, quàm geometram probabunt: nec verò arithmetici alium, quàm arithmeticum: eadem ratione aliquem fuisse impostorem optimi sanè testes habendi sunt, qui ab illo didicerint, & qui eandem cum suo præceptore artem exerceant. Sed nullus adhuc in tam multis annis discipulus Iesu præstigiator apparuit, ta-

Secundum.

Temperantia Christi.
Matth. 5.

Matth. 19.

Tertium.

Præstigiatores, deceptores.

Quartum.

Christus philosophus pius.

Christus miraculi diuina virtute edidit.

Enumeratio nonnullarum superstitionũ magicarũ.

metsi in diuersis temporibus & reges, & præsides per tormenta quidquid ad nos pertinet, diligentissimè exquisiuerint: ita porrò nullus præstigiator fuit, vt liber dimitteretur, atque extra omne periculum constitueretur, qui modò ab ipsis coactus esset ipsorum ritu sacrificare: quòd si nullus vnquam nostrorum, tam illorũ, quos ipsi videre potuimus, quàm illorum, qui quondam ipsius Iesu discipuli fuerunt, veneficij, aut præstigiarum damnatus est: ergo ne præceptor quidem talis fuit. Cæterùm, ne omnis nostra oratio ex rebus non scriptis proficiscatur, videamus item, quid probationis ab historia, quæ literis continetur, elici possit. Primò igitur ipsius Iesu discipuli in libro, qui acta ipsorum continet, memorantur, quoscunque ex gentibus in suam disciplinam acciperent, quum eorum plerique crimine præstigiarum infames essent in diuersos mores adeò commutasse, vt ausi sint, quos libros illis interdixissent, in medium proferre, & in conspectu omnium comburere, audiamus itaque, quid scriptura illa contineat. *Multi autem eorum, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus. Et computatis preciis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.* Tales sanè erant Saluatoris nostri discipuli: tantáque orationis eorum vis erat, quum suos auditores alloquerentur, vt intimas animi partes penetrarent, tangeréntque: ac vulnerarunt vniuscuiusque conscientiam adeò, vt nemo ampliùs occultare posset: sed vnusquisque in apertum proferret, si cuius arcani conscius sibi esset, indicémque suorum, quæ priùs commisisset, flagitiorum, seipsum præstaret. Tales item, qui ab illis instituti sunt, puris vtique, syncerísque animis præditi, vt nihil in illis simulati, aut fraudulenti lateret: sed contrà potiùs ipsi mutatione à deteriore vita ad meliorem gloriarentur, atque confiderent. Qui igitur magicos libros incenderunt, & externam illorum perditionem publico iudicio suo comprobarunt, cur non de seipsis apud omnes certissimum posthac præbeant argumentum, nullo se prorsus magicarum rerum studio teneri? sed contrà potiùs, ex illo iam puros se esse, & ab omni eiusmodi suspicione remotos? Si ergo iam constat, Saluatoris nostri discipulos tales extitisse, cur non ipse præceptor fuit multò antè: quòd si de discipulis qualem præceptorem habuerint, vis cognoscere, habes hodie quoque innumerabiles verborum Iesu discipulos, ex quibus plurimi virorum conuentus existunt, qui tum contra naturales corporis voluptates, quasi in acie consistant, tum mentem ab omni minùs honesta perturbatione inuulneratam conseruẽt: qui quum omnem suam vitam vsque ad senectutem continentissimè egerint, institutionis, quæ de verbis illius haberi soleat, certissima argumenta præstare possunt. Neque viri solùm sub illo duce ad hunc modum philosophantur, sed fœminarum quoque tot millia per totum orbem, vt quàm multa sint, non dicendum esse videatur: quæ quasi quædam sacerdotes Deum vniuersi colentes, supremámque philosophiam amplexæ, atque amore cœlestis sapientiæ, prolis quidem ac liberorum, vtpote qui ad corpus pertineant, nullam habent rationem: animam verò omni diligentia curantes, totas seipsas ipso corpore, atque animo, regi omnium, vniuersíque Deo dedicarunt, vt sic integra, perpetuáque castitate, ac virginitate fungantur. Et Græci quidem eum, qui olim iactatione philosophiæ, regionem suam ab hostibus depopulatam, atque vastatam reliquit, verbis huc atque illuc circumferunt, atque extollunt. Democritus hic est apud illos, & Crates vnus apud eosdem admiratione dignus putatur, quòd re sua familiari ciuibus suis relicta, ipse seipsum Crates Cratetem in libertatem vindicasse iactauerit. At enim verborum Iesu æmulatores innumerabiles, non autem vnus duntaxat, alterúe diuenditas possessiones pauperibus, atque indigentibus impertiuerunt, quibus etiam nos testes adsumus, qui versati sumus cum talibus, quíque factis, nedum verbis eorum officiorum facti conscij, quæ illi in Iesu disciplina præstiterint. Cæterùm, quid me oportet dicere, quàm multa millia etiam hominum Barbarorum non modò Græcorum ex præceptis Iesu omnem colendi multos Deos errorem transilierint, atque despexerint, & huius vniuersi parẽtem, atque opificem Deum vnum se agnoscere affirmauerint, quem antiquorum philosophorum vix vnus Plato quũ cognouisset, non audere se efferre in omnes palàm professus est: planè affirmans, parẽtem quidem, atque opificem vniuersi huius, & inuenire difficile esse: & quum inueneris, prodi in vulgus non posse? Verùm, illi quidem & inuenire difficilis visa est res, & re vera ingens negotium est. At verò idem publicare in omnes, enunciaréque non potuit, propterea quòd non tanta illi pietatis erga Deum vis aderat, quanta Iesu discipulis, quibus ope, auxilióque præceptoris, parentem, opificémque vniuersi & inuenire, & agnoscere facilè contigit: & postquam inuenerunt, etiam efferre in omne genus hominum, prodereque, & com-

Historia de Apostolis Christi quid testetur.

Primi Christi discipuli combusserunt libros suspectos.

Act. 19.

Sermonis Apostolici vis.

Innumerabiles viri et fœminæ ad extremam vsque senectam Eusebij tempore virginitatem seruant.

Mulieres Deo dicatæ.

Plato quem Deum vnũ agnouit, in vulgus prodere non est ausus, quod Apostoli intrepidè aggressi sunt.

A & complere, & publicè enunciare omnibus, quod cognouerant: adeò quidē, vt ex illorum disciplina vsque in præsens tempus per omnes, quæ sunt in orbe terrarū, gentes, conuersus innumerabiles, non virorum solùm, sed etiam fœminarum, & puerorum, & seruorum, & agrestium hominum, tantum absit, vt Platoni obtemperent, aut credant, vt autorem, opificémque vniuersi huius solum Deum agnoscant, solum colant, de solo per Christum, vt de Deo loquantur. Hi sunt noui huius, ac recentis præstigiatoris successus, talia eius, qui existimatur seductor, incantamenta, talésque ipsius Iesu discipuli: de quibus præceptor, qualis fuerit, cognosci debeat. Cæterùm, alia quoque ratione id, de quo quæritur, videamus. Præstigiatorem sanè illum dicis fuisse, quinetiam veneficum, callidissimum, deceptorémque vocat. Nunquid igitur primus ille, & solus huiusce rei inuentor extitit? an verò de more ad ipsos præceptores initia referre oportet? nam si nullo docente ipse primus, solúsque inuentor huius fuit incœpti, ita vt nihil prorsus ab aliis vsquam didicerit, *Gētiles relicto Platone, Christo crediderūt.*

B neque ab antiquis compilauerit: cur non diuinam illi naturam tribuere oporteat? qui nullis libris, nullis præceptis, seu præceptoribus, sua sponte edoctus per seipsum, omnis disciplinæ capax, talium rerum inuentor extiterit? atqui neque sordidæ alicuius artis, neque rationalis cuiuspiam scientiæ, ac ne primorum quidem elementorum disciplinam vt percipias, sine duce, ac præceptore aliquo geri potest nedum ea, quæ naturam communem superant. Nullus certè vnquam per se doctus Grammaticæ præceptor nobis occurrit, neque Rhetor, qui non ab aliquo didicerit, neque qui suapte ingenio medicus euaserit: neque architectus, neque alterius cuiuspiam rei artifex. Et hæc quidem exigua omnia, atque humana: Veræ autem pietatis inter homines & doctorem dicere præstigiis quibusdam talia introduxisse eo, quo vixit, tempore, & eiusmodi prodigiosa, admirabiliáque facta *Nullus doctus sine præceptore.*

C edidisse, cuiusmodi nuper ipsi exposuimus, talémque illum suapte natura, suáque sponte extitisse, neque ab antiquis compilasse, neque à nouis magistris adiutum fuisse, qui paria ac similia ante ipsum exercuerint, quid aliud, quæso, est, nisi testificàri & fateri, diuinum planè quiddam fuisse, omneḿque hominum naturam superasse illum, de quo quærimus? At enim magistros illum dicis habuisse impostores, nec ab Aegyptiorum sapiētia abhorruisse, nec, quæ illorum antiquitas habuit, arcana ignorasse: à quibus quum collegisset, qualem fama fert, talem euasisse? Cur igitur alij nulli isto præstantiores magistri, qui & illum ætate antecesserint, & sua doctrina instituerint, aut in Aegypto, aut vsquam alibi, visi sunt? cur igitur nō de illis quoque ante huius accusationem, in omnes homines fama peruenit? cur non item illorum, sicut nostri huius etiam nunc gloria canitur? quis verò vnquam præstigiator eorum, qui fuerint, ex quo res humanæ cœpere, aut apud Barbaros, aut

D apud Græcos, tales instituit discipulos? aut talium legum, taliúmque præceptorum author fuit, qualium fuisse Saluatoris nostris virtus ostenditur? aut quis vnquam tam multis medelis, tam mirabilibus beneficētiis, quàm hic noster functus memoratur? cuius autem familiares ignis, ferríque probatione earum rerum, quas testificarentur, veritatem item confirmarunt, vt nostri Saluatoris discipuli: qui omnia quidem probra pertulerunt, omnia verò tormentorum genera tolerarunt, & denique proprium sanguinem effuderunt, vt quæ ipsi testificati essent, confirmarent? præterea, quicunque huic nostræ rationi aduersatur, dicat quæso, quis vnquam præstigiator saltem in animum induxit, de proprio nomine se nouæ cuiusdam gentis factionem comparaturum? hoc autem ipsum quempiam nō modò cogitasse, sed etiam perfecisse suo arbitratu, cur non totam hominis naturam effugiat? Decretis verò & regum, & eorum, qui leges priscas condiderint, & philosophorum,

E & poëtarum, & theologorum contrarias leges ponere, quæ simulachrorum cultum oppugnent, quæque quod volunt abstineant, easdemque inexpugnabiles, & inuictas in perpetuum constituere, qui ex omnibus, qui vnquam fuerint, præstigiator cogitauit? At enim Saluator ac Dominus noster non sic quidem cogitauit hoc, vt postea aggredi non sit ausus: neque verò sic aggressus est, vt postea non perfecerit: sed vno verbo, vnáque voce quum dixisset ad suos discipulos, *Ite, instituite omnes gentes in nomine meo, docentes eos seruare, quæcunque mandaui vobis*: verbo rem atque efficaciam adiecit, atque euestigio in disciplinā venit breui tempore omne genus & Græcorum, & Barbarorum, & leges in cunctas nationes disseminatæ sunt, antiquæ superstitioni aduersantes leges dæmonum oppugnatrices, & omnis in multorum deorum cultu erroris inimicæ leges Scytharum, & Persarum, & aliorum Barbarorum moderatrices, & quæ damnauerint omnem ab omni iure alienum, ac ferinum victum, legésque euerterint, quæcunque instituta habuerint Græci ab initio *Marci 16. Matth. 28.*

humani generis,& nouam, verámque pietatem induxerint. Cur igitur antiquis præstigiatoribus ante Iesu tempora,aut etiam post,nihil tale aut simile incœptum est,vt probabiliter affirmare possimus, illum ab aliis in iis, quæ ad præstigias pertinent, adiutum fuisse? Quòd si nemo illi similem quempiam proferre possit (nullus enim illi tantæ author virtutis) iam ergo fatendum sit,inusitatem quandam, diuinámque naturam inter homines esse versatam, quæ sola & prima ea, quæ nunquam humanis auribus audita sint, perfecerit. Et hæc quidem hactenus. Nunc rursus contradicenti aduersario obuiam eundum: isque interrogandus, ecquando suis oculis viderit,auribusúe præstigiatores, ac veneficos homines sine libationibus, & sacrificiis, dæmonumque inuocatione, ac præsentia quicquam operatos? nũquid igitur aut contra Saluatorem nostrum,aut contra illius præcepta, aut etiam contra eos, qui hodie quoque illius vitam imitantur, possit aliquis talem iactare calumniam, nónne vel cæcutienti perspicuum nos,quicunque Iesum sectamur, istis planè contraria omnia operari, atque amplecti, & citiùs pati,vt morti animam,quàm vt dæmonibus sacrificium offeramus, citiùs verò sustinere de vita excedere, quàm prauis dæmonibus in seruitutem dari? B

Virtus nominis Iesu.

Quis autem ignorat nostræ esse consuetudinis,ipso Iesu nomine, & purissimis precibus, omnem dæmonum vexationem abigere, sic ipsius Iesu verbum,eiusdémque doctrina,isto potestatis inuisibili genere, vt omnes nos longè potentiores essemus, effecit, dæmonum vtique hostes atque inimicos,non autem amicos, aut familiares nos reddens. Quantò ergo minùs eorum dicto audientes,aut subiectos comparauit. Qui igitur nos tales produxit, qui fieri potest, vt ipse dæmonibus fuerit addictus,

Nomen Iesu dæmoni crux.

quàm porrò credibile sit illum,aut improbis spiritibus sacra fecisse, aut dæmones in auxilium euocasse, dum miracula ederet, quando hodie quoque omnis dæmon, omnísque impurus spiritus ita Iesu nomen exhorret, vt vnum aliquid eorum,quæ ipsis natura castigandi,ac torquendi vim habeant, aufértque se ilicò, & concedit, tantam sentit illius nominis vim. C Sic sanè olim quoque, quum inter homines degeret, non ferentes illius præsentiam, alius aliunde clamabant: *Agè, quid nobis & tibi Iesu fili Dei venisti ante tempus torquere nos?*

Matth.8.

Vir autem præstigiis prorsus intentus,& planè desperatis rebus omne suum studiũ impendẽs,nónne vel imprudẽs ipse de se ipso indicis sit,quòd infandis moribus,quòd scelestus,quòd obscœnus,quòd religioni inimicus, quòd iniustus, quòd impius?Qui verò talis sit,vnde,aut quomodo ea, quæ ad religionem pertinent, alios doceat? quo modo itẽ, quæ ad temperantiam? quæ ad Dei cognitionem? quæ ad diuinum forum, ac iudicium summi Dei?nónne his omnibus contraria potiùs commẽdet,ac pręferat,suæ ipsius nequitiæ consentanea perpetrẽs,nónne Deum,Deíque prouidẽtiã,ac Dei iudicium neget?nónne omnia de virtute? omnia de immortalitate animæ verba irrideat? Quòd si quid tale etiam in iis,quæ ad Saluatorem Dominumque nostrum pertinent, intueri licuisset, nihil sanè fuisset dicendum. D At verò quum in singulis rebus,& verbis,vniuersi opificem Deum patrem inuocare solitum constet,talésque, quos in disciplinam acciperet, comparasse, quum & ipse temperans fuerit,& verborum,quæ ad temperantiam pertinent, præceptor, quum autor, prædicatórque iustitiæ, veritatis,humanitatis,virtutis vniuersæ, quum religionis dux & magister,quæ omnium regem Deum colit, cur non his consentaneum sit putare,nihil eorum,quæ in illo admiramur, ab illo per dolum præstigiarum,aut per fallaciam gestum? cur non potiùs arcana quadam vi,veréque diuina confiteri? quòd si eò vecordiæ proueheris,neque rationes incorruptas, neque verborum necessitatem velis attẽdere, vt neque verò probabilibus argumentis auscultare, quia fortasse nos quasi causam dicentes habes suspectos: at tu tuis saltem dæmonibus,ipsis,inquam,oracula reddentibus dijs ausculta,qui Saluatori nostro,non vt tu præstigiarum fallaciam,sed pietatẽ,& sapientiam,& ascensum in cœlum suo testimonio tribuunt. E Quorum quidem, quod'nam tibi dignius,cui fidem habeas,testimonium vis dari,quàm inimici nostri concessionem? quam in tertio volumine posuit eorum, quæ inscripsit, De philosophia selectorum, vbi hæc ad verbum refert.

Scholia in Cap. VIII.

CHristum non fuisse impostorem, vt Sycophantæ Ethnici blasphemabant, ex eo colligit Eusebius, quòd nusquam vlli mortalium Christum imposuisse, malíque alicuius, aut erroris auctorem ipsum extitisse, certò constat. Tales etiam & Apostolos sibi adsciuit, & fideles esse voluit, vt ne suspicio quidem imposturæ & præstigiarum apud cordatos & candidos esse posset.

Quòd effi-

Quòd efficacia ipsa, atque euidentia illius diuinæ virtutis vim perspicuè ostendit amatoribus veritatis. Cap. IX.

A

Oracula de Christo.

MIrum forsitan nonnullis videbitur, quod dicturi sumus. Siquidē Christū dij summè religiosum, immortalémque fuisse prodiderunt, deque illo cū laude mentionem faciūt. Et sermone progressus, adiungit: Igitur de Christo interrogantibus, vtrùm sit Deus, respondit: Immortali quidē anima post corpus incedere, agnoscereque illā sapientiæ gratia honore affectā, & vicissim, viri pietate præstātissimi esse illā animam. Summè ergo religiosum illum dixit, & animā illius sicuti aliorum, post mortē immortalem factā, eámque colere ignorātes Christianos. Deinde interrogātibus, cur supplicio affectus esset, respōdit, corpus quidē imbecillioribus tormentis semper obiectum fuisse: animam verò piorum in campo cœlesti collocatam esse. Et post oraculum adiungit deinceps: Ipse igitur pius, & in cœlum, vt pij solent, subuectus. Quare hunc quidē non execraberis, miseraberis verò hominum ignorantiam. Hæc etiam nunc Porphyrius. Quæso igitur, nunquid impostor ille? at saltem tuorum amicorum verba tibi blandiētia te flectāt. Habes igitur nostrum Saluatorē Iesum, qui Christus est Dei, etiā tuorum testimonio cōprobatum, non vt præstigiatorem, aut veneficū, sed vt pium, & iustissimū, & sapientem, orbiúmque cœlestium incolam. Qui igitur talis fuit, quánam alia ratione admirabilium factorum author esse potuit, nisi virtute diuina? quam etiam sacra oracula testimoniis suis illi tribuunt, quæ quidē Dei verbū, Deique virtutem supremam in hominis forma, atque habitu, ac potiùs in ipsa carne, ipsóque corpore habitasse, omnémque humanā dispositionē, gubernationémque absoluisse testificantur. Tu quoque facilè discas diuinitatē virtutis, quę de illo fertur, si cogites, qua ille natura, & cuiusmodi præditus, viros ignobiles de piscatorio, atq; humili victu acceperit, sibique adiūxerit. Deinde iis vsus sit administris ad illud incœptū perficiēdum, quod omnē effugiat rationem. Quum enim cogitasset id, quod nullus vnquam cogitauit, proprias leges, nouámque doctrinā in omnes desseminare nationes, omneq; hominū genus eam docet pietatem, quæ vnum supremū Deū veneraretur, huiúsque rei se magistrū exhibere, omnium maximè agrestibus, maximéque ignobilibus putauit sibi vtendum esse huiusce consilij ministris, vtpote quum verisimili sit illum censuisse præter omnem hæc se facturum. Quo enim pacto qui ne diducere quidem os idonei erāt, saltem vnius cuiuspiā hominis præceptores fieri potuerunt, nedum virorum conuentus? quomodo autem multitudinem alloqui aut instruere, qui ab omni eruditione abhorrebant? at hoc quidem fuit, quod & diuinum consilium, & vim diuinam, quæ in illis, & cum illis ipsum opus obibat, declararet. Ergo quum illos vocasset, tum primùm dixit: *Venite, sequimini me, & faciam vos piscatores hominum.* Quum verò iam illos sectatores esset adeptus, diuináque sua vi afflasset, roboréque, atque animi confidentia complesset, iámque veluti quod verè Dei verbum, ipséque Deus tantorum author miraculorum, intelligentiam, rationaliumque animarum venatores illos constituisset, rémque ipsam, atque efficaciam adiunxisset voci illi, qua dixerat, *Venite sequimini me, & faciam vos piscatores hominum*: simulque & operarios, & magistros pietatis illos fecisset, tum in omnes gentes dimisit, suæ'que doctrinæ præcones declarauit. Quis autem non obstupescat, quis non incredibile meritò existimet id, quod omnem fidem superat, miraculum? nullus certè eorum, qui vnquam alicuius claritatis inter homines fuerunt, non rex, non legum inuentor, non philosophus, non Græcus, non Barbarus, huiusmodi quicquam cogitasse narratur, ac ne somniasse quidem aliquid, quod ad hoc proximè accedat. Satis enim supérque vnusquisque talium semper habuit, dummodo in sua regione institutum suum, propositumque compleret, & quæ bonæ, vtilésque visæ essent leges, eas in vna saltem sua ipsius gente sancire, ac tueri posset. At hic noster nihil mortale, aut humanum molitus, considera, quæso, num rursus tanquam verè Deus vocem emiserit, vbi suis adeò ignobilibus ad verbum dixit discipulis: *Euntes, docete omnes gentes.* Quid si discipuli (vt fit) suo præceptori respondissent, ac dixissent? Quo tandem modo istud à nobis fieri poterit? quomodo Romanos, exempli gratia, publicè docebimus? quomodo autem Aegyptios alloquemur? qua verò lingua homines vnam Syriacam vocē audire soliti, apud Græcos vtemur? qua apud Persas, Armenos, Chaldæos, Scythas, Indos, ac denique omnes quascūq; offendemus barbaricas gētes? quomodo illis persuadebimus, vt deos quidē patrios deserant, vnū verò omniū quæcunque sunt, opificem Deum colant?

Porphyrij verba.

B

C

D

Matth. 4.

E

Matth. 28.
Marc. 16.
Apostoli Syriacam tenuerunt linguam.

qua porrò dicendi vi freti, tantū facinus aggrediemur. Quæ autem perficiendi spes aderit A
hominibus, qui leges figere audeāt contrarias legibus, quascūque omnes gentes de patriis
diis à condito æuo seruauerint, quibus tandē copiis, aut qua vi nobis liceat isti audaciæ sudperesse? hæc ne dicerēt, quemadmodū dicturos fuisse credibile est, aut etiā cogitarent Iesu
discipuli vna verbi adiectione ipse præceptor illos omni difficultate liberauit, quū dixit,
illos in nomine suo voti cōpotes futuros. Nō enim simpliciter, aut indefinitè, vt docerent
Philipp. 2. omnes gētes, imperauit, sed cum adiunctione necessaria. *In nomine*, inquit, *meo*. Quū enim
vis illius nominis tāta sit, vt Apostolus dixerit, quòd donauerit illi Deus nomen, quod est
super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū, & infernorum: meritò excellētiam virtutis nominis sui, quæ multos latet indicaturus, ad suos dixit discipulos: Ite, docete omnes gētes in nomine meo. Deinde canit bene admodū certè,
Matth. 24. atque exquisitè, quod futurū erat, dicens: *Oportet enim prædicare Euangelium hoc in toto orbe,*
in testimonium cunctis gentibus. Porrò, quum verba quidem hæc tunc in angulo terræ dicta B
sint, & qui tunc aderant soli audierint: qui fieri potest, vt hoc dicenti illi crederent, nisi ex
aliis eiusdē diuinis gestis veracē illum in verbis experti essent? quòd enim verbis, illius crederent, rationāti tibi confiteri necesse est. Imperanti enim illi nullus non paruit. Sed protinus auscultantes illius nutui, quēadmodum ipsis pręceptum fuerat, ac de patriis sedibus
ad omnes gentes profecti, omne hominū genus docuerunt, breuíque tempore intueri licuit respondentia verbis factis. Prædicatum itaque est in exiguo temporis spacio in toto
orbe Euangelium, in testimoniū cunctis gentibus, & Barbari & Græci, quæ de Iesu scripta
Apostolorū docendi ratio. erāt, patriis literis, patriáque voce exceperunt. Cęterùm, quis nō meritò ambigat, quę nam
fuerit Iesu discipulorum docendi ratio, quis modus? nūquid in mediā progressi ciuitatem,
deinde stātes in foro, vocémque attollentes, conuocabant eos, qui accedebāt? & quæ tandem illis concionandi ratio, cui quidē verissimile sit auscultasse audientes? quomodo autē C
concionabantur viri sermonis imperiti, & omnis expertes eruditionis? atqui non multitudinem, sed singulos adeūtes alloquebātur. Qua igitur, & cuiusmodi oratione vtebātur, vt
audiētibus persuaderēt? nō enim paruum illis propositū erat certamen, non inficiantibus
probrosam eius mortē, quem vt Deum commendabant. Nam si hanc dissimulassent, neque qualia, quātáque passus sit à Iudæis, apud omnes cōfessi essent, sed quæ reuerētiam homini, gloriámque adderēt, ea sola protulissent, dico autē prodigia, & miracula ab illo edita, necnō philosophica eiusdem documenta: nec sic quidem illis exitū celerem inuenisset
oratio, vt facilè consensum audientium elicerent, qui quidem audiētes aliena lingua vtebātur, ac tunc primùm ab hominibus nihil fide dignū afferentibus, inaudita sibi priùs verba precipiebant, ad ea, quæ illi dicerent, cōprobanda. Verūtamen si talia dixissent, aliquāto probabilius dicere visi essent. Nunc autem cùm dicerēt illū, quem vt Deum commen- D
dabant, modò in corpore humano versatum, nihilque aliud natura, quàm Dei verbū esse:
quocirca etiam talia miracula tanquam Deum edere potuisse, modò his cōtraria, iniurias
illum, contumeliásque tulisse: & denique probrosissimum, & omniū hominum sceleratissimis iniungi solitū crucis supplicium, quis non meritò illos, vt contraria sibiipsis dicentes,
delusisset? Quis autē vsqueadeò fatuus fuisset, vt facilè crederet dicētibus, atque affirmāti-
Act. 1. 2. 3. bus, vidisse se post mortem illum à mortuis rediisse, ac reuixisse? qui nec tunc quidē quum
apud viuos esset, seipsum tutari potuisset? Quis verò imperitis illis, atq; ignobilibus vnquā
paruisset dicētibus, oportere deos quidē patrios contēnere, & stultitiā omnium, qui vnquā
ab initio humani generis fuissēt, dānare, solis verò sibi parere, & iis, quæ crucifixus præcepisset? hunc enim esse solius supremi Dei solū dilectū, atq; vnicum filium. Sanè dum ego
mecū studio veritatis huiusce rei rationē exploro, nullā planè in ea vim ad probandū ido- E
neā, neq; graue quicquā, aut fide dignum inuenio, ac ne probabile quidem vsque adeò,
vt fatuum saltem quempiā illi in suam sententiam trahere possent. Ad rursus, dū ad ipsius
verbi potentiam respicio, vt innumerabilibus hominū conuentibus persuaserit, atq; vt ab
Roma aliarum vrbiū regina. ipsis illis ignobilissimis, & agrestib⁹ Iesu discipulis, numerosissimæ ecclesiæ cōstitutæ sint,
non in quibusdā ignotis, atq; obscuris locis, sed in clarissimis ciuitatibus erectæ, in ipsa, inquā, aliarum vrbium regina Romana vrbe, in Alexandrina, in Antiochensi, per totam Aegyptū, ac Lybiam, per Europam, atq; Asiam, in vicis, & regionibus, omníque modo variis
gentibus, retro cogor necessitate quadā ad ipsius rei causam inquirendam recurrere: fateríque, nō aliter ipsos facinus tam audax obtinuisse, quàm diuiniori quadā, lōgéque humanā superante potētiam, opéque, atq; auxilio illius, qui dixerat, *Docete omnes gentes in nomine meo*. Siquidem quū hoc dixisset, adiunxit promissum, quo essent accepturi confidētiam, &

A promptè tradituri ſcipſos iis, quæ denunciata ipſis fuerant. Dixit igitur ad illos: *Et ecce ego vobiſcum ſum omnes dies vſque ad conſummationem ſeculi.* Quinetiam afflaſſe illos diuino ſpiritu dicitur, necnon diuinam quandam, & qua res admirabiles efficerent, potentiam illis ingeneraſſe, nunc quidem illud dicens: *Accipite ſpiritum ſanctum*: nunc verò illud, *Infirmos curate, leproſos mundate, dæmones eiicite: gratis accepiſtis, gratis date.* Vides igitur iam tu quoque, quónam modo ſuperauerit illorum ratio, quando etiam liber, qui acta illorum continet, conueniẽs his, & conſentaneum profert teſtimonium, vbi ipſi quoque memorantur ipſa rerum admirabilia efficientia, quam beneficio nominis Ieſu obtinebant, eos, qui interěrãt, atque ſpectabant attonitos rediſſe. Primùm enim veriſimile eſt eos, qui cernebant, rebus ipſis, & factis in ſtuporem ab illis eſſe conuerſos: ita deinde eoſdem alacriter comparatos ad interrogandum, quíſnam ille eſſet, cuius virtute, & nomine miraculum B effectum eſſet. Deinde docendo iidem ab iiſdem deprehendebantur fide, ipſorũ doctrinam anteueniſſe. Non enim verbis perſuaſi, ſed rebus, & factis præuenti ad id, quod verbis ipſis obtinendum erat, faciles comparabantur. Iam idcirco dicuntur nonnulli ipſis Ieſu diſcipulis tãquam iis, qui dij eſſent, victimas, & libationes obtuliſſe, & alium quidem ex illis Mercurium, alium verò Iouem exiſtimaſſe: vſque adeò illorum mentes ſtupore effecerat ipſa miraculorum euidentia, ac protinus ita affectis auditoribus, quæcunque illi de Ieſu nunciabant, meritò vera eſſe poſthac cenſebantur, illiuſque poſt mortem reditum in vitam, non ſimplicibus, atque in demonſtrabilibus verbis teſtificabantur, ſed ipſa factorum euidentia comprobabant: quippe cùm viuentis illius facta demonſtrarent. Quòd ſi & Deũ illũ, & Dei filium ante aſcenſum in cœlum degentem apud patrem nunciaſſent, cur non huic orationi faciliùs eſſenſi eſſent, qui eius rei contrarium, tum incredibile, tum C præter naturam meritò arbitrarentur? ipſáque ratione colligerent, non poſſe putari mortalis naturæ illa opera eſſe, quæ fiebant, ſed Dei alicuius, etiam ſi nemo diceret? Hoc igitur erat, neque quicquam aliud, ipſum vtique illud, quod quærebatur, quánam vi diſcipuli Ieſu, eorum qui ab initio audiebant victores fuerint, & quomodo tam Græcos quàm Barbaros, vt de illo tanquam de Deo ſentirent adduxerint, & quomodo in mediis vrbibus, ac per omnes regiones religionis, qua vnus ſupremus Deus colitur, ſcholas, atque auditoria conſtituerint. Cæterùm, quis non obſtupeſcat, ſecum cogitans, atque animo verſans, non humanum hoc fuiſſe opus, vel ex eo, quòd nunquam aliàs ſub vno Romanorum imperio plurimæ orbis gentes eſſe potuerunt, niſi ſecundum Ieſu tempora? nam ſimul ac ille admirabiliter ad homines venit, atque inter homines verſatus eſt, etiã res Romanas ad ſummum perueniſſe contigit, quo primùm tempore vicelicet Auguſtus pluri- D marum gentium dominus euaſit. Id verò fuit, quum & Cleopatra capta eſt, & Ptolemæorum ſucceſſio in Aegypto diſſoluta, atque ex illo in hunc vſque diem, quod ab initio orbis, & ab ipſa, vt ita dicam, hominum origine, ſteterat Aegypti regnum, euerſum eſt. Ex illo Iudæorum quoque natio à Romanis in ſeruitutem redacta, Syrorum itẽ, & Cappadocum, & Macedonum, & Bythinorum, & Græcorũ, ac denique reliquorum omnium, qui Romano imperio ceſſerunt. Hoc autem non ſine Deo vnà cum doctrina, quæ de Saluatore noſtro ferretur: introiſſe in orbem, qui non fateatur? reputans non facilem Ieſu diſcipulis externarum regionum peragrationem futuram fuiſſe, ſi gentes inter ſe diuiſæ, diſcordéſque fuiſſent, neque vllum prorſus ob multiplices, principatus, inter illas commercium, quibus ſanè ſublatis principatib. interpidè iam, atque impunè negotium propoſitum compleuerunt, quum ſupremus Deus, & iter illis expeditum, ac facilè compara- E ret, & ſuperſtitioſorum in ciuitatibus animos, terrore maioris imperij cohiberet. Reputa enim tecum parũper, ſi nulla res impedimento fuiſſet iis, qui errore colendi multos deos tenebantur, ne doctrinam Chriſti oppugnarent, quàm multas antehac ciuiles ſeditiones & in vrbibus, & in agris vidiſſes, quot vexationes, quot bella non mediocria illa quidem, ſi ſuperſtitioſi illi ſuæ ipſorum poteſtatis fuiſſent, ac penes ſe ius imperij habuiſſent: nunc autem hoc quoque ſupremi Dei fuit opus, maiori quodam terrori ſupremæ alicuius potentiæ, proprij verbi inimicos habere iã domitos, id enim proficere in dies: & apud cũctos homines creſcere volebat, rurſus autem ne putaretur ex cõceſſione, ac venia dominãtium perſeuerare, ſi quando horum ipſorum quiſpiam malignitate quadam correptus, aduerſus Chriſti verbum pugnare deliberatum in animo habebat, etiã hoc ſuo ipſius arbitratu illũ facere permittebat: ſimul vt eorum virtutẽ oſtenderet, qui pro pietate pugnabãt: ſimul etiam vt cũctis hominibus planũ faceret, quòd non humano conſilio, ſed Dei virtute ni-

Matth. 28.
Ioh. 21.
Acta Apoſtolorum.
Act. 14.
Aduenięte Chriſto, res Romanæ floruerunt.
Chriſti tẽpore multa regna ſubuerſa.

teretur ipsa verbi propugnatio. Etenim quis non continuò obstupescat ea, quæ illis temporibus accidere passim cernebantur? nam ipsi pietatis defensores, primùm apud cunctos homines clari, illustrésque fiebant, & certaminum præmia apud Deum consequebantur: pietatis verò hostes diuinitus cæsi, atque agitati, ac toto corpore grauibus, molestísque, doloribus impliciti, debita supplicia pendebant: adeò quidem, vt profanam contra Christum voluntatem confiteri iam tum cogerentur, ac cæteri omnes, qui appellatione sacrosancta digni inuenti fuerant: & se in partibus Christi esse gloriabantur, quum ad breue tempus exerciati essent molestiis: atque ingenuitatem, synceritatémque animi præ se tulissent, propriam rursus recipiebant libertatem, ac salutare interea verbum maiore in dies claritate nitebat, atque in ipsis mediis hostibus dominabatur: ac non modò in iis, qui sub visum nostrum cadentes, aduersabantur, sed in his quoque, qui visum mortalem effugiũt, si qui fortè erant in hoc, qui terram complexus est, nebuloso aëre dæmones, qui alteris illis imperarent. Nãque etiam hos ipsos veri Christi discipuli, & vitæ puritate, & ad Deum directis precibus, & sacrosancta illis appellatione fugabant: in hoc quoque admirabilium signorum, quæ ab illo edita esse memorãtur, ac diuinæ, quæ in illo eras, virtutis, argumenta certissima præ se ferentes. Cęterùm, quum in his pro tempore ipsi nosipsos antehac exercueremus, ordo ipse iam postulat, vt occultiorem de illo theologiam attingamus: Deúmque ipsum verbum, quod nam fuerit, quod per illum hominẽ, qui videbatur, prodigia & miracula efficiebat, contemplemur. B

Quibus modis dæmones pellebantur Apostolorum temporibus.

C

LIBER QVARTVS.

De secreta dispensatione Saluatoris & Domini nostri Iesu, qui est Christus Dei. Cap. I.

QVVM libro priore, qui Euãgelicæ demonstrationis tertius est, de assumpta à Saluatore nostro humana natura, satis abundè à nobis sit disputatum, tempus iam est, de ea, quæ ad eundem pertinent, abditiore theologia, minùs vulgarem quandam attingere doctrinam. De primo igitur, ac sempiterno, solóque non genito, ac supremo autore vniuersi, omniáque & gubernante, & regente Deo, communis est cunctis hominibus ratio: peculiaris verò, ac rursus communis, & Hebræorum nostra de Christo, quem illi nunc quidem, vt nos, sua ipsorum scripta sequentes adhuc confitentur, nunc autem ab eodem procul labuntur: quippe qui & diuinam illius naturam ignorent, neque causas aduentus perspiciant: neque item quibus temporibus futurum illum prophetæ prædixerint, comprehendant. Nam illi quidem illum etiam nunc futurum expectant: nos autem iam semel duntaxat venisse contendimus, necnon alterum eiusdem cum maiestate aduentum, & oraculis, & præceptis prophetarum, qui diuinitus afflati fuerunt, auscultantes, intueri exoptamus. Quum autem de illo duplex sit ratio, altera quidem recentior fuerit, quippe quæ heri ac nuper ad homines introducta sit: altera verò omni tempore, omnibusque seculis antiquior. Nam quum Deus vellet, vtpote qui solus sit bonus, omnísque boni, & principium & fons, diuitiarũ suarum thesauros pluribus impertiri, essetque iamiam omnẽ rationalem creaturam in lucem producturus, incorporeas videlicet quasdam, atque intelligentes, & diuinas potestates, angelósque, atque archangelos, materiæque expertes, & omni parte puros spiritus, animas præterea hominum, quæ solutam, ac liberam voluntatis, atque arbitrij, tam ad bonum, quàm ad boni contrarium naturam acciperent, & quæcunque hisipsis conuenientia corporum instrumenta, varias viuendi formas educeret, sedésque his omnibus, locósque tribuere proprios (nam iis, qui boni permanserint, meliores: contrà autem alioqui conuenientes, in quibus videlicet procliuitatis ad contraria pœnas darent) quúmque id quod futurũ erat, tanquã Deus cognitione pręciperet, sentirétque hæc vniuersa antequã fierent, tanquã in magno corpore aliquod caput postulatura, vnum omnis,

De Christi aduentu pugnantes sententiæ.

D

E

A omnis opificij diſpẽſatorẽ, eundémque & ducẽ, & regẽ vniuerſi præficiendum putauit *Dei deſcriptio.*
cuiuſmodi oraculorum quoque diuinorum, quæ ab antiquis apud Hebræos, & theologis, & prophetis reddita ſunt, inſtitutio eſt: à quibus quidem diſcere poteſt, qui vult vnũ eſſe omnium rerum principium, ac potiùs principio ſuperius, & prius, primóque antiquius, & gignendis rebus ipſa vnitate vetuſtius, omníque appellatione præſtantius, quod neque dici, neque enunciari, neque excogitari poteſt: bonum, quod cauſa eſt omnium rerum, quod vim efficiendi, iuuandi, prouidendi, ſeruandi in ſe habet: qui vnus ipſe, ac ſolus eſt Deus, ex quo omnia, per quem omnia ſunt: in illo enim viuimus, & mouemur, & ſumus. Itaque quodcunque vult, id etiam eſt continuò. Ex qua ſola cauſa omnia, quę genita ſunt, id acceperunt, vt eſſent, vtque exiſterent, ac durasſent: ſunt enim illo volente. Vult autem idcircò, quòd ſuapte natura bonus eſt: bono verò nihil natura con- *Act. 17.* *Rom. 11.*
B iũctum, adnexúmque eſt, niſi vt ea, quæ bona ſunt, velit. At enim quum hæc velit, idem etiam poteſt: quare quum velit, ſimul idem & poſſit, nulla re neque prohibente, neque impediente, quicquid pulchrum, & vtile eſt, tam in iis, quæ ſub aſpectũ cadunt, quàm in iis, quæ non cadunt, ipſi ſibiipſe confecit: quippe qui quaſi materiam quandam, atque eſſentiam generationis, conſtitutioníſque vniuerſi, ſuum conſilium, ſuámque potentiam prætulerit, vt nulla iam ratione dici poſſit, de nihilo eſſe quicquam eorum, quæ ſunt: neque enim eſſe quidpiam poteſt ex eo, quod ipſum non ſit. Quomodo enim id quod non eſt, alteri vt ſit, cauſa erit? omnia autem quodcunque eſt, ex vno, qui ſolus eſt, & ante omnia eſt, quique olim etiam illud reſpondit, *Ego ſum qui ſum*, vt eſſet, & accepit, & habet: *Exod. 4.*
quippe quum qui ſolus eſt, & ſemper eſt, iis omnibus, quæcunque ex ipſo id, quod ſunt acceperunt, vt eſſent, autor extiterit: atque ex eo quod & velit & poſſit, rebus vniuerſis
C & eſſentiam, & poteſtates, & formas, luculenter, & copioſè de ſe ipſo largitus ſit.

Scholia in caput primum libi quarti de Demonſtratione Euangelica.

EVſebius noſter poſt refutatas à ſe Iudæorum λεπτολογίας, καὶ λοιδορίας, *ad* μυστικωτέραν *(vt ipſe loquitur) de Chriſto Theologiam nunc accedit. Ac initio quidem de Chriſti primo, & ſecundo aduentu, quorum ille in humilitate fuit, hic verò in gloria erit, pugnãtes inter ſe ex diametro Chriſtia-. norum & Iudæorum ſententias, exponit. Deinde de Opificio Dei, & eiuſdem adminiſtratione, paucis diſſerit, vt quidnam inter Patrem & Filium interſit, oſtendat. Tertiò, Dei deſcriptionem ſubiũgit, quæ cùm ſit illuſtris, & cõcinna, eam adſcribere non grauabor, vt habeat lector* φιλέλλην, *quod cum Guarimana verſione conferat.* παρ' ὧν *(loquitur de Prophetis, qui Deum ad hunc modum deſcripſere)* δὴ μαθεῖν ἔξεστιν, ὡς ἄρα μία μὲν εἴη τῶν ὅλων ἀρχή, μᾶλλον δὲ τὸ καὶ ἀρχῆς ἀνώτερον, καὶ πρώτου προυχέστερον, καὶ μονάδος ἀρχεγονώτερον, καὶ πάσης κρεῖττον προσηγορίας, ἄρρητον, ἀνέκφραστον,
D ἀπερινόητον, ἀγαθόν, τὸ πάντων αἴτιον, τὸ ποιητικόν, τὸ εὐεργετικόν, τὸ προνοητικόν, τὸ σωτήριον αὐτὸς ὢν ὁ εἷς καὶ μόνος θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα, *&c Eadem planè ſententia eſt Platonicæ deſcriptionis, quæ inter Speuſippi deſcriptionis, & definitiones extat: Deus eſt mens æterna, cauſa boni in natura. In his deſcriptionibus videre licet, quàm prudenter, & verè dixerit Paulus Apoſtolus: Id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis patefecit. Siquidem quæ ſunt inuiſibilia illius ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipſáque æterna eius potentia, ac diuinitas: in hoc vt ſint inexcuſabiles, propterea quod cùm Deum cognouerint, non vt Deum glorificauerunt, neque grati fuerunt. Mirum autem eſt Euſebium tantum Theologum in deſcriptione Dei, nullam feciſſe mentionem trium Perſonarum Patris æterni, filij coæterni, & Spiritus ſancti. Nos prophetarum, & Apoſtolorum veſtigiis inſiſtentes, Deum vnum, & Trinum profiteamur, & de Deo ſentiamus, ſicut is ſe patefecit, & nos in baptiſmo ſanctè promiſimus, ac memores ſimus verborum Baſilij magni: bap-*
E *tizari nos oportet, ſicut accepimus: credere autem, ſicut baptizamur: glorificare autem, ſicut credimus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum.*

Chriſtum ante omnem creaturam Dei filium eſſe. Cap. II.

ITaque omnium, quæcunque ſunt, fœtum ſuum primum ſubminiſtrat, primogenitam videlicet ſapientiam, totam vſquequaque intelligentem, & rationalem, & penitus ſapientem, ac potiùs ipſam intelligentiam, ipſam rationem, ipſam ſapientiam, necnon ſi quid ipſumpulchrum, ipſúmque bonum excogitare in iis, quæ genita ſunt, fas eſt, id primùm ipſe ex ſe ipſo eorum, quæ poſthac futura erant, fundamẽtum præfert, perfectum perfecti opificium, ſapiens ſapientem fabricationem, boni parentis bonam ſobolem, & quidnam aliud fuerit prælaturus, quàm illum ipſum eorum, quæ poſthac per ipſum id quod ſunt acceperint, præfectum, curatorem, conſeruatorem, medicum, gubernatorem?

eum videlicet, qui curationis vniuerſi gubernacula comprehenſa teneret? itaque non immeritò oracula theologicè loquentia, Deum genitum illum enunciant, tanquam eũ; A qui elocutionem omnem, omnémque cogitationem effugientis diuinæ naturæ ſolus in ſe ipſo ferat imaginem, propter quam Deũ quoque & eſſe illum, & dici, eius videlicet, quæ quod primum eſt refert, expreſſæ ſimilitudinis gratia. Quocirca illum bonum aiũt adminiſtrum à patre ſuffectum eſſe, vt quaſi per vnum penitus ſapiens, viuénſque inſtrumentum, artificialémque, ac omnis ſcientiæ vim in ſe habentem regulam, vniuerſa ab ipſo regerentur, tam corpora ipſa, quàm quæ corporis expertia ſunt, tam animãtia, quàm inanima, tam rationalia, quàm bruta, tam mortalia, quàm immortalia, ac ſi quid aliud vnà cum his exiit in naturam, vnáque quaſi contextum eſt, necnon vt vni rerũ omnium poteſtati, vnique viuenti, atque animatæ legi, ac rationi, quæ in omnibus eſſet, pérque omnia penetraret, omnia conuenirent, ſub vnum vtique perfectè ſapiens vinculũ, ipſum ſcilicet Dei verbum, ipſámque legem coacta, & colligata. B

Scholia in Cap. II.

QVæ in hoc capite de filio Dei exponit Euſebius, illuſtriora erunt, ſi quis ea exegerit ad amuſſim iſtorum ſcripturæ diuinæ teſtimoniorum Ioannis primo. In principio erat ſermo, et ſermo erat apud Deum, et Deus erat ille ſermo. Hic erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Iohannis tertio. Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum: Pater diligit filium, et omnia dedit illi in manum. Col. 1. Qui eſt imago Dei inconſpicui, primogenitus vniuerſæ creaturæ: Quòd per illum creata ſunt omnia, quæ in cœlis ſunt, et quæ in terra, viſibilia, et inuiſibilia. Heb. 1. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, et expreſſa imago ſubſtantiæ illius, moderetúrque omnia verbo potentiæ ſuæ.

C

Non plures Dei filii: ſed vnus de Deo Deus. Cap. III.

CÆterùm, quum vnus ſit pater, filium quoque vnum, non plures eſſe oportet, vnúmque perfectum ſolum genitum Deum de Deo, non autem plures. In pluribus enim diuerſitas erit ac differẽtia, deterioríſque introductio. Quare vnus Deus, vnius filij perfecti, atque vnici, non plurium deorum, neque filiorum pater: quoniam quum luminis quoque vna ſit eſſentia, ipſam item quæ ex eo generetur, perfectam vnam ponere omnis cogit neceſſitas. Quam enim aliam præterea ſobolem luminis cogitare poſſumus niſi vnum ipſum, qui ex ipſo proficiſcitur, omniáque complet, atque illuſtrat, radium? quicquid enim ab hoc alienum fuerit, tenebræ erunt, non lumen. Idcirco etiam ſupremi omnium parentis quum lumen ſit, quod nullis verbis comprehendi poteſt, ne ſimile D quidem vllum, propriúmue exemplar fuerit, præter ipſum hoc ſolum, quod quidem ipſum dicere, item de filio fas eſt. *Splendor enim eſt luminis ſempiterni, ſpeculúmque immaculatum diuinæ euidentiæ, et imago bonitatis eius.* Ex quo illud dictum eſt, *qui quum ſit ſplendor gloriæ, &* *figura ſubſtantiæ eius*. Cæterùm, à ſenſibili quidem lumine ſplendor ſeparari non poteſt, filius autem ſeorſum à patre per ipſum ſubſiſtit: & luminis quidem ſplendor locum efficientiæ obtinet, ac filius alius quidam, quàm ſecundum efficientiam eſt, nõ per ſeipſum vtique eſſentiã nactus, ſed à patre. Rurſus ſplẽdor ſimul exiſtit cũ lumine, illudque quodammodo complet (nam ſine ſplendore non conſiſtit lumen) ſimúlque cum illo, & ſecundum illud ſubſiſtit. At à patre filius procedit, & illum generat: at ipſe non genitus eſt, & ille quidem per ſeipſum perfectus, ac primus tanquam pater, & qui autor ſit, vt filius conſiſtat, nihil à filio accipiens, quo ſuam naturam, qua Deus eſt, compleat: E hic autem tanquam ex cauſa profectus filius, alius ab alio, cuius eſt filius, exiſtit, quippe qui à patre vt & ſit, & talis acceperit. Rurſus ſplendor quidem non ex propoſito, & voluntate luminis ſplendet, ſed ſecundum quiddam, quod ad eſſentiam illius inſeparabiliter accidit, filius verò ex ſententia, & propoſito imago patris exiſtit. Volens enim Deus filij pater exiſtit, & alterum lumen in omnibus ſibiipſi ſimile ſubſtituit. Quum ergo nõ genitum, ſempiternúmque lumen vnum ſit, qui fieri poteſt, vt hoc diuerſum ſit ab illo, veluti imago quædam, ac non potiùs ſplendor quoque, quod æquè lumen ſit, in omnibus ſimilitudinem primi exemplari conſeruans? quomodo verò illius item, quod vnum eſt imago, fuerit, ſi non vna ipſa quoque ſit? vt videlicet non ſolùm eſſentiæ eius, quod primum eſt, ſed etiam eius, qui ad quãtitatem pertinet, numeri ſimilitudinem inducat? ita

Extra filiũ Dei omnia tenebræ.

Heb. 1.

Quomodo filius Dei ſit ſplẽdor gloriæ.

Vnius patris vnicus filius.

ita quidem vt vnius sempiterni luminis vnum sit perfectum lumen, non autem diuersa
A & plura, id quod primum, & vnicum genitum, editúmque est, ipsum vtique illud perfe-
ctum bonum, de quo vno nos quoque post eã, quæ & principio, & ortu caret essentiam, *Sicut vnius*
vt de Deo loquimur. Vnius ergo patris, vnum esse filium oportet. Nam si fragrantiæ ge- *fragrantiæ*
nus vnum ex aliqua subiectare proficiscatur, vnum quoque & eundem, qui in omnes *vnus odor,*
diffundatur suauem odorem, nõ diuersos, & plures fateri par est. Quum igitur primum *ita vnius*
illud, solúmque bonum, qui est omnium regnator Deus, diuinam, vitalémque fragran- *patris vnus*
tiam, quæ animo, & cogitatione duntaxat comprehendi potest, produxerit, vnam hanc *filius.*
fas est intelligere, plures, nefas. Quid enim esse potest, quod quidẽ ab hac diuersum sit,
quæ in omnibus patri similis est, quod non submissius sit, ac deterius? quod neutiquam
nobis ih filij theologia introducendum: vapor enim est virtutis Dei, ac defluentia me-
ra gloriæ omnipotentis. Nam ex bene olenti corpore, verbi gratia, ex vnguento aliquo
B aut etiam ex floribus, atque odoramentis, quæ de terra nascuntur, bene olens quidam
flatus, præter illud primum subiectum corpus in omne, quod extrinsecus ambit, profun-
ditur: ac dum latiùs refunditur, ipsum quoque aërem complet: non sanè priuatione ali-
qua, aut diminutione, aut sectione, aut diuisione eius, quod primum subiectum est, cor-
poris: Sed illo manente in propria sede, & eandem penes se conseruante naturã, fragrã-
tiámque illam procreante, nihilo deterius priore, ipsum quoque quod procreatur be-
ne olens & fragrãs genus, quum propriam habeat sedem, atque naturam, hac ipsa quàm *Personæ Tri*
maximè fieri potest, id quod simillimum sit naturæ procreantis, imitatur. Verùm hæc *nitatis om-*
quidem terrena, & mortalia, & inferioris naturæ, quæ corrumpendi vim habet, ac terre- *nem exẽpli*
na est, particula quædam. Quæ autem ad propositam à nobis theologiam pertinent, *comparatio-*
C quum omnem exempli comparationem exuperent, nihil tale, quale ex corporibus ma- *nẽ excedunt*
nar, præ se ferunt, sed cogitatione solertissima intuendum, quasi in speculo præbent, do-
céntque esse filium, qui genitus sit, non illum quidem, qui certis temporibus nõ fuerit,
posteriùs autem sit natus, sed qui sit ante tempora æterna, atque anteeat, & tanquã filius
vnà cum patre semper degat: neque verò qui non sit genitus, sed ex patre non genito, ge-
nitus: qui vnicus sit, qui verbum, qui Deus de Deo: non direptione aliqua, aut sectione,
aut diuisione de substantia patris productus, sed qui de patris cõsilio, ac virtute omnem
elocutionem, omnémque cogitationem superante ab æuo, ac potiùs ante omnem æuũ
essentiam sit nactus modo quodam, qui neque verbis comprehẽdi, neque ratione col- *Isa.52.*
ligi à nobis possit, *Siquidem generationem eius*, inquit, *quis enarrabit?* & *quemadmodum nemo no-* *Matth.11.*
uit patrem, nisi filius, sic filium quoque nemo nouit, nisi vnus, qui genuit illum, pater.

D *Scholia in Cap. III.*

Filium Dei esse μονογενῆ, καὶ συναΐδιον, hoc est, vnigenitum Dei filium, & æterno Patri coæternũ, in hoc capite probat Eusebius. Etsi autem quædam impropriè dicuntur: Verbi gratia: Filius à Patre procedit, & illum generat, &c. tamẽ pleraque orthodoxè ab Eusebio dicta sunt. Ex fine capitis colligo post libros περὶ προπαρασκευῆς, hosce ab eo perscriptos, cùm in Synodo Nicena rectiùs de hoc sãcto mysterio esset edoctus.

Ad constitutionem vniuersi præexigitur vnici Dei filij antecessio. Cap. IIII.

VEruntamen optimus pater vnum iudicauit vnicum, ac dilectum filium omniũ re-
rum, quæ creandæ essent, opificio præfici oportere, quippe qui vnum quoque mun-
dum, quasi vnum quoddam, atque ingens corpus, ex pluribus, diuersísque membris, ac
E partibus iamiam esset producturus, caputque hoc non præesse ipsum quidem, de supe-
riori aliquo, tanquam de altero maiori capite, diuinitate ipsa patris suspensum (caput e- *1.Cor.11.*
nim Christi, pater) sed quòd anteiret, antéque omnia post ipsum genita esset, attamen i-
dem præstò esset, tũ ad imperium patris, tum ad opificium earum, quæ posthac faciẽdæ
erant, rerum. Quare iam diximus, illum omnium primum à patre, quasi quoddam sin-
gulare instrumentum omnis essentiæ, & naturæ productum esse: instrumẽtum, inquam,
animatum, & viuens, ac potiùs diuinum, vitalémque vim in se habens, & sapientissimũ, *Per filium*
quòd bona omnia gigneret, quòd lumen præberet, quòd cœlum moliretur, quod mun- *omnia pro-*
dum construeret, quòd angelos efficeret, quod spiritibus imperaret, instrumẽtum, quod *ducta.*
animas conseruaret, quod corpora augeret, quod omnia prouideret, gubernaret, cu-
raret, quod vim haberet regnandi, quod iudicandi, quod patris cultum, & reuerentiam
denunciandi.

Scholia in Cap. IIII.

EVsebius docet, ideo extitisse Filium Dei ab æterno, quia per illũ vniuersa creare, & moderari Deo A
Patri visum erat. Porrò, quod Filium Dei instrumentum, per quod omnia condita sunt, & admi-
nistrantur, appellat, parùm commodè, nec iuxta receptum scripturæ morem loquitur. Constat τὸν λό-
γον esse causam efficientem principem omnium eorum, quæ sunt. Non igitur est organica causa. Verùm
Eusebius noster ad Deum Patrem respiciens, qui per Filium omnes creaturas produxit, filium instru-
mentum nuncupauit.

Multæ creatæ diuinæ potestates, & vna duntaxat filij, propter quam est imago patris. Cap. V.

QVare in vniuersum supra omne opificium vnam opus est diuinã potestatem admi-
rari, non plures existimare: vna enim omnino mundi effectrix potestas, & vnum
Ioan. 1. vniuersitatis opifex verbum in principio apud Deum. Siquidem *in principio erat Verbum,* B
& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: quod quidem oportet reuera non ignora-
re, colere autem, & honore prosequi pro dignitate, quandoquidem omnia per illud nõ
modò ab initio rerum omnium extitere, verùmetiam in perpetuũ semper & facta sunt,
& sine illo factum est nihil. Siue enim vita quædã est in iis, quæ sunt, quod factum est, in
illo vita erat. Ex illo enim, ac per illud vniuersa, & vitam, & animã accipiũt. Siue nume-
rus, siue pulchritudo, siue cõuenientia, siue ordo, siue tẽperatura, siue essentia, siue quali-
tas, siue magnitudo, cuncta vnum rerum omnium continet, ac disponit verbum, & vna
Dei mundi effectrix virtus omnibus præest. Sicut enim in nostro corpore plures sunt, &
variæ partium differentiæ, vna autem vniuersi opifex vis: non enim alia, quidem Dei
vi, capitis extitit natura, alia verò oculorum, & alia aurium, pedum item alia: Ita quoque C
quum vniuerso mundo vna omnino diuina virtus præsit, eadẽ erit & cœli, & astrorũ, &
animalium, quæcunque aut in aëre, aut in terra, aut in mari degunt, & elementorũ tam
omnium simul, quàm singulorum seorsum, præterea naturarum omnimodo variarum,
tam quæ genere aliquo continentur, quàm quę specie distinguũtur, opifex, neque verò
alia est ignis, & alia aquæ, terræque rursus alia, atque aëris item alia effectrix virtus, sed
vna, atque eadem rerum vniuersarum artifex sapientia, quódque mundũ effecit, hoc i-
psum, de quo nos, vt de Deo loquimur, vniuersi opifex, Dei verbum. Fidẽ his facit ele-
mentorũ inter se amicitia, quæ ex eo, quod certis tẽperamẽtis commixta sunt, cognatũ,
ac germanum, & tanquã vnius architecti opus rerum naturam ostendit. Nam & terra,
quę graue est elemẽtum, quum aquis innatet, neque soliditate naturæ in profundũ tra-
hatur, sed feratur semper sublimis, neque submergatur Dei verbo, Deíque consilio fi-
dem facit. Humidæ item naturæ cum arida communicatio, quæ nihil corruptionis præ D
se fert, neque cõfertim vniuersa restagnat, sed Dei nutu, occultissimo colligata tenetur,
vnum rursus atque idem Dei verbum esse demonstrat. Quid porrò ignis? qui licet com-
burentis, corrumpentísque naturæ sit, tamen quũ in lignis lateat, & omnis generis ani-
malium corporibus certa temperatura connexus sit, terræque atque aquæ atque aëri cõ-
sociatus, deinde ratione, ac mẽsura, quantũ vnicuique opus sit, quantumque vtilitas po-
stulet, omnibus sufficiẽs, propriarũ virium obliuiscatur, nónne tibi rursus Dei verbo, ac
potestati inseruire videtur? Diei præterea, noctísque vicissitudines, quæ terminatis mo-
tibus cõstãt, horarúmque, ac tẽpestatũ nunc quidẽ augmenta, nunc autẽ diminutiones,
orbes itẽ annuos, ac circuitus temporũ, astrorúmque in orbẽ motus, tũ solis cursus, lu-
næque cõuersiones, tũ cõsensus inter se omniũ, ac repugnantias, vnúmque ex iis omni-
bus mundũ quũ intueris, nunquid tibi esse fas putas, imprudentiã, siue temeritatẽ, siue E
fortuitã aliquã causam, autorem vniuersi enũciare? an Dei verbũ reuera, & Dei sapien-
tiã, & Dei virtutem, & hanc ipsam vnã, nõ plures efferre laudibus? nempe etiã in homine
anima vna, vnáque vis rationalis, plurimarũ pariter rerũ potest esse opifex. Nã & agrum
colere eadem, & naues cõstruere, & gubernare, & ædificare audebit, postquã talia didi-
cit. Sic mens vna in homine, vnáque rationis versatio innumerabiliũ rerum scientias
percipiet, atque idem homo & geometriã, & astronomiã exercebit, disputationésque &
de grãmatica, & de medicina proferet, necnon in disciplinis, & in iis, quæ manuum mi-
nisterio conficiuntur, excellet, nec vnquam tamen quisquã adhuc plures in vno corpore
esse animas censuit, neque verò plures admiratus est ob multarum disciplinarum per-
ceptionem hominis facultates. Quod si quis vbi informem limi materiã nactus, est ac
deinde

Elementorũ inter se amicitia ostẽdit vnã Deitatis potestatẽ.

Vnicum esse rerum omnium opificem multis exemplis confirmat. Vna mens innumerabiles scientias percipit.

A deinde manibus molliuit, tum animalis formam adiungat, vt alio quidem habitu caput,
manúſque, & pedes alio, & alio rurſus oculos, tum genas itidem, auréſque & os, & nares,
pectúſque, atque humeros informet, ſuo illo figendi artificio, num propterea quòd mul-
tos habitus, & membra, & partes ſub vno corpore fabricauit. totidẽ oportet fabricatores,
arbitrari? an potiùs vniuerſi artificem illicò, & confeſtim, qui vno conſilio, vnáque facul-
tate totum eſt architectatus, extollere? cur igitur in hoc vniuerſo, quod vnum eſt, quam-
uis multis partibus conſtet, multos oportet confingere opifices, & multos deos nomina-
re, ac non potiùs vnam fateri re vera Dei virtutem, & Dei ſapientiam, quæ vna facultate,
vnáque ſolertia cunctis rebus & naturam, qua ſunt, & vitam largitur? necnon omnibus
varium de ſeipſa vbertatis fontem ſubminiſtrat? Sic etiam ſolaris luminis vna, & eadem
acceſſio, ſimul, eodémque tempore aërem quidem irradiat, illuminat verò oculos, atque *Sol.*
B afficit tactum calore. terrámque fertilem reddit, plantas auget, tempus producit, præeſt ſi-
deribus, cœlum ambit, mundum exhilarat, Dei vim manifeſtam, quæ in vniuerſo ineſt,
commendat, & omnia hæc vno momento naturæ adminiſtrat, ac perficit. Ignis quoque *Ignis.*
natura, & aurum purgat, & plumbum liquefacit: & quum ceram diſſoluat, limum tamen
exiccat, & materiam adurit, & hæc tam multa, vna duntaxat vi comburendi efficit. Ea- *Efficacia*
dem ratione cœleſte Dei verbum, quod & ſolem ipſum, & cœlum, & mũdum vniuerſum *Verbi diuini.*
fabricauit, quum efficaci vi ſua cunctis rebus interſit, & per omnia penetret, ſoli quidem,
ac lunæ, atque aſtris de propria ſemper affluenti facultate, inſtar pluuiæ, lumen infundit:
cœlum autem quum in ſuæ magnitudinis ab initio appoſitiſſimam imaginem protulerit,
in omne æuum ſufficit, continétque: quæ autem ſuprà cœlum, ſupráque mũdum degunt
poteſtates, angelorum vtique, ac ſpirituum intelligentes, rationaléſque naturæ, eas & vi-
C ta ſimul, & lumine, & ſapientia, & vniuerſæ probitatis, atque honeſtatis vniuerſa virtute,
de ſuis implet theſauris, ídque vno, eodémque artis opificio. Elementis verò naturas, qui-
bus ſint, præbere nunquam deſiſtit. Miſturas autem, & temperamenta, & ſpecies & for-
mas, & habitus, qualitatéſque innumerabiles, tam in animalibus, quàm in plantis, tam in
animis, quàm in corporibus, tam in rationalibus, quàm in brutis, alias aliter varias, & cun-
ctis ſimul omnia vna vi ſubminiſtrans, & ſuper omnia mentem hominibus ſuæ ipſius co-
gnitricem, contemplatricémque ſapientiæ donans, perſpicuéque, atque euidenter cun-
ctis aſſiſtens, vnum mundum oſtendit vnius artificis verbi opus. Talem igitur vnicum fi-
lium, ſui conſilij effectorem, ac magiſtrum, ac cunctarum rerum opificem, ſupremus, at-
que ipſius opificis Deus, & parens primum omnium genuit, per illum, & in illo eorum,
quæ futura erant, opifices rationes ſufficiens, ſemináque conſtitutionis, gubernationíſ-
que vniuerſi in illo coniecta habens, nónne oculis intueris mundum vniuerſum, quem
D cœlum vnum complectitur? innumerabiliáque circum hunc tripudia, & aſtrorum con-
uerſiones? Sol item vnus duntaxat non plures, abundantia luminis omnium occultat *Qui Deum*
ſplendores. Sic ſanè quum vnus ſit pater, vnum etiam filium eſſe oportet. Quòd ſi quis id *accuſat, quòd*
reprehendat, quòd plures non genuerit, hic iam illud quoque accuſare poterit, quòd non *plures non*
plures ſoles, & lunas, & mundos, & alia innumerabilia condiderit, & inſanientis cuiuſ- *genuerit filios, eundem*
piam, quæ recta ſunt, benéque in natura ſe habent, peruertere moliri. *accuſet, quòd plures ſoles non produxerit.*

Scholia in Cap. V.

Vnam eſſe æternam Mentem architectatricem, cauſam ordinis, τῆς συμμετρίας, varietatis, & omnis boni in natura, prolixè in hoc capite docet Euſebius.

E

A prima mundi conſtitutione Chriſtus præſidet piis mentibus. Cap. VI.

HAc igitur ratione, quemadmodum in rebus, quæ ſub aſpectum cadunt, ſol vnus vni-
uerſum illuſtrat hunc ſenſibilem mundum, ita iis intelligentia ſola capiuntur, im-
mortales, & incorporeas poteſtates, & intelligentes, ac rationales naturas, quaſi innume-
rabiles ſtellas, lucíſque fontes, vnum Dei perfectum illuminat verbum: ſiquidem opor-
tuit vnam quoque ſuper omnia eſſe omnino legem, atque in omnibus, & per omnia pe-
netrans Dei verbum, vt etiam in hoc imaginis ſimilitudo cum patre vſquequaque ſerue-
tur, tam in eo, quod ad virtutem, quódque ad poteſtatem, atque eſſentiam pertinet, quàm
in eo, quod ad vnitatis, ſingularitatíſque numerum. Quum autem alioqui multiformis ac

multimoda gignendarum rerum natura, innumerabilibúsque, ac variis alias aliis mutationibus, ob suam ipsius imbecillitatem obnoxia futura esset, necnon à supremi patris virtute declinatura, ob illius naturæ superlationem, quæ nec dici potest, & omnino infinitæ magnitudinis est, neque vnquam ad id facultatis peruentura, vt ipsa ortum habens, aut illius diuinitatis particeps fieret, quæ nec ortum habet, nec capi comprehendíve potest, aut intueretur sursum, intenderétque aciem contra illos luminis sempiterni radios, qui nullis verbis exprimi possunt: nimirum necesse fuit, nec iniuria, vt optimus parens, & vniuersi conseruator, nec omnino rerum protinus gignendarum natura, si cum ipso nihil prorsus communicaret, maximis bonis priuaretur, mediam quandam vnici sui, primóque geniti filij diuinam, & omnipotentem, & omnibus virtutibus exuberantem vim interponere, quæ certissimè, & quam proximè, & quàm familiarissimè cum ipso patre versaretur & colloqueretur, æqualitérque cum eodem arcanis frueretur, benignissimè verò demitteret se, & quoquomodo fieri posset, conformaret ad eos, qui à summo deficiunt, quíque propter suam impotentiam, quasi alteram manum desiderant, & profectu, atque adiumento indigent, quo solis splendorem sensim, ac benignè se ad nos demittentem intueri queant: alioqui puræ, meræque lucis vi, propter infirmitatem corporis frui non possint.

Quomodo Christus patris splẽdor, sese tamen ad nos demiserit.

fingamus enim inueniendæ veritatis gratia, nitidissimum illum solem ipsum, seipsum de cœlo demittere, & cũ hominibus in terra versari, num liberũ sit, atq; indifferẽs earum rerum, quæ ad terram pertinent, cuipiam permanere? minimè id quidem. nam correpta omnia animata simul cum inanimis, assidua, nimiáque lucis immissio corrumperet, citiúsque oculos intuentium cæcaret, longæque magis noxiæ, & corruptionis author omnibus fieret, quàm iuuaret quempiam, qui ipse quidem natura talis non est: verumtamen erga nos, qui propter imbecillitatem ipsorum, propriam minùs idonei essent ad ferendum, atque ob id nimij, superantísque splendoris minimè capaces talis euaderet.

Per filium creata in esse conseruãtur.

Cur ergo similia de Deo audiens admiraris, cuius quidem & sol est opus, & cœlum vniuersum, & mundus? siquidem illius virtutis, atque essentiæ, quæ nullis verbis, nulláque elocutione exprimi potest, nihil eorum, quæ sunt in partem, aut communicationem venit, præter vnũ duntaxat, quem ipse pater cunctis rebus prouidens, ante alia cuncta constituit, ne omnium, quæcunque facta essent, penitus natura corrueret, quæ propter infirmitatem, atque impotentiam propriam, longè recedit ab illa patris essentia, quæ neque genita est, neque capi, comprehendíve potest, sed vt maneret, cresceret, nutriretur, media illa fruens largitione, quam vnicum genitum Dei verbum, nunquam vniuersis sufficere desinit? ad omnia verò penetrans, & vndique omnia peragrans, salutem omnium æqualiter prouidet, & rationalium, & brutorum, & mortalium, & immortaliũ, & cœlestium, & terrestrium, diuinarum quoque potestatum, atque earum, quæ aspectus nostros effugiunt, denique omnium quæcunque per illum id, quod sunt, accepere, longè tamen amplius, atque excellentiùs intelligentis, rationalísque naturæ, propter quam ne humanum quidem aspernatus est genus, sed honore potiùs, & cura ingenti prosecutus, ob oppositam peculiariter ad seipsum rationis, & verbi necessitudinem, & coniunctionem, in qua etiam ad ipsius imaginem, formam accepisse in sacris oraculis dictum est. Sed ille quidem suam ipsius imaginem, tanquam Dei verbum cunctam intelligentiæ, & rationis capacem naturam, ab initio fabricationis vniuersi substituit, atque idcirco principem, regémque omnium, quæcunque in terra sunt animalium, constituit hominem, eúmque liberum, & suæ ipsius potestatis dimisit, qua & ad boni contrarium ferri posset. Hic verò non bene sua ipsius potestate vsus, & à recto itinere abiens diuersus, in contrarium delatus est, non reputans, quid Deus & dominus, non quid ius & fas, non quid pietas postularet, sed instar beluarum, quæ rationis expertes sunt, omnes in humanas, atque immodestas actiones aggrediens. Optimus igitur omnium regnator, ipse altissimus Deus vniuersi, qui semper ea, quæ seipsum deceant, facit, ne absque certis principibus, ac præfectis, instar iumentorum irrationalium essent, qui in terra versabãtur homines, tutores illis, & curatores, quasi quosdam armentorum duces, atque pastores, diuinos angelos dedit, principe omnium declarato, omnibúsque præfecto vnico, primóque genito suo ipsius verbo.

Angeli hominum custodes deputati.

Huicque ipsi sortem præcipuam, angelos ipsos, atque archangelos, diuinásque potestates, materiæque omnis expertes, ac ipso de cœlo superiores spiritus, necnon ex iis, quæ etiam appellationibus Hebræorum, Iacob, atque Israël nominantur.

Scholia

A *Scholia in Cap. VI.*

VTramque Dei actionem, Specialem, qua sol iustitiæ oriens ex alto, solos fideles diem suum videre facit: & Generalem, qua vniuersa gubernat, conseruat, & pro liberrima sua voluntate administrat, Filio Dei tribuit Eusebius, ac in fine capitis paucis exposito hominum ortu, & lapsum, Christo causam restitutionis nostræ acceptam refert, & eidem Angelos, & homines subiicit. Vtitur autem ad eam rem probandam inductionibus admodum concinnis.

Solis Hebræis olim cognitio Dei patefacta. Cap. VII.

HOc sanè mysteriorum omnium maximo, primus theologorum Moses in arcanis, Hebræos veteres initiauit, sic dicens: *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos,* Deut. 32.
B *& dicent tibi: quando diuidebat altissimus gentes, & disseminauit filios Adam, constituit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei, & facta est portio Domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israël.* His quidem verbis altissimum eum, qui pater est, quique supra omnia, Deum vniuersi nominat: Dominum verò huiusce verbum, id sanè, quod nos à patre genitum, appellatione Domini veneramur. Cæterùm, præfectus quidem ac tutoribus gentium, visum nostrum effugientibus, ipsis vtique angelis, cunctas gentes, & filios hominum, quos filios Adam vocat, ipsius altissimi Dei iudicio, & nobis occultissimis rationibus ait distributos fuisse, omnium verò eminentissimo præsidi ac regi vniuersi, ipsi vtique Christo, tanquam vnico filio, ex ipsis hominibus Iacob, atque Israël: hoc est, omne quodcunque & visu percipi potest, & cultum Dei amplexum est, traditum fuisse genus. Nam C qui ad virtutem proposito certamine exercetur, atque adhuc pugnat, & luctatur in gymnasiis pietatis, his Hebræorum vocabulo dicitur Iacob: qui verò iam victoriæ, ac præmiorum apud Deum compos est factus, Israël appellatur: qualis videlicet fuit ille ipse notissimus totius Hebraicæ gentis autor, eiúsque veri, ac legitimi filij, atque horum nepotes, veteres item prophetæ omnes, & qui Deo grati fuerunt viri. Noli mihi, quæso, putare Iudæorum conuētum hac appellatione significari, & eos solos, qui apud priores olim virtute, ac pietate perfecti extiterunt. Hos itaque assumptos ductor omnium, ac princeps Dei verbum, est vnius patris, ipsius altissimi scilicet cultum reuocabat, supra omnia, quæ sub visum cadunt, atque vltra cœlum, vltráque omnē, quæcunque facta sit, naturam, eos, qui iubenti paruissent sensim, benignéque inuitans, solúmque illis eum, qui genitus non est, vniuersi conditorem Deum altissimum colendum tradens.

D *Scholia in Cap. VII.*

VT mysterium de Deo à seculis absconditum, solis Hebræis patefactum esse Eusebius demonstraret, testimonij vice verba Mosis Deut. 32. adducit: Quando diuidebat Altissimus gentes, &c. Cum Eusebiana expositione grammaticum sensum conferre operæpretium erit.

Gentes coluerunt astra quædam, quum hæc magis ad cognitionem creatoris hominem inuitare debuissent. Cap. VIII.

ALiarum verò gentium præfecti angeli, atque pastores, eos, qui mente illum, qui visu mortali cerni nequit, intueri non poterant, neque tam altè ob domesticam imbecilli-
E tatem ascendere, ea, quæ in cœlo spectantur, contemplari suadebant, solem, & lunam, & stellas: quæ quidem quum vel in cadente sub visum nostrum vniuersi natura præniteant, Sap. 13.
sursum atque oppidò tāquam in ipsis omnium regis vestibulis, ipsos intuentium aspectus alliciunt, atque ex earum rerum magnitudine, ac specie, quæ quum factæ sint, cernuntur oculis proportione quadā, autoris, parentisq; omniū cognitionem, contemplationémque Rom. 1.
præ se ferunt. *Inuisibilia enim ipsius* (vt ait diuinus Apostolus) *à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur, sempiternáque eius virtus, & diuinitas.* Hoc quoque magnus Moses rursus vt arcanū & sacrū inducit: Nam Domini sortem adhortans, vt mēte lucida, animóq; purgato ea, quæ sola intelligētia capiūtur, & corporis expertia sunt, cōcupiscat, prohibet ea, quę in cælo spectātur, admirari, suprà à se dictis adiungēs, quod hæc distribuit Dominus Deus tuus cunctis gentib. cur autē distributa fuisse dixerit, cognoscere operępreciū est. Quū multiplici errore euagetur, & nobis haud cernētibus circū hunc aërē, qui terram

ambit, terrestris, quædam voliter ac dæmonica natura, quàm homines neque cognosce-
re,neque discernere idonei sunt, quúmque bonorum item spirituum, ac potestatum,& A
ipsorum denique diuinorum angelorum natura,ab ea,quæ in deterius lapsa est,continen-
ter dissideat, non aliter iis, qui à supremi omnium regis cultu declinassent, res bene pote-
rat cedere,quàm si eorum,quæ in cœlo spectantur,quæ præstantissima sunt,elegissent,pe-
riculum enim non mediocre erat, nec vbi Deum quærẽtes,& curiosiùs, quæ ad aspectum
non veniunt,indagantes : difficultate earum rerum,quæ latent, obscuræq́ue sunt, ad con-
trarias, dæmoniacásque potestates verterentur. Ex iis igitur,quæ cernuntur oculis omnia
Dei opera, valde conueniebat iis, qui nihil præstantius concupiscerent, quauis ratione
commendata esse : quippe quum ex iis ille,qui oculis cerni non potest, quasi in quodam
speculo contemplandus appareat.

Scholia in Cap. VIII. B

ETHNICOS Creaturas, neglecto creatore, coluisse, & idololatriam illam à Mose damnatam, & prohibitam esse, in hoc capite docet noster Eusebius.

Satanæ potestas Deo inimica hominum genus seduxit. Cap. IX.

ET hæc quidem sic se habebant,aduersantis verò, ac rebellis potestatis factio siue dæ-
monum ea sit, siue aliorum etiam deprauatorum spirituum, qui & plus, & minus de
malitia reportant, grauius præterea cuiusdam magníque dæmonis, qui omnium princi-
patum inter eos obtinet,qui primi in diuino cultu nutauerunt, atque ob id proprium vo-
cabulum amisere, saluti hominum inuidens, in contrariam partem trahebat, omnísque
generis malitiæ machinis,cunctis gentibus,ipsíque etiam sorti Domini, ex inuidia bono-
rum, insidiabatur : proinde Deo aduersam,impiámque magni illius dæmonis cogitatio- C
nem,propheticus spiritus in Isaia sic propemodum reprehendit, dicens : Dixit enim, *In
fortitudine faciam, & in sapientia intellectus auferam : terminos gentium, & robur earum deprada-
bor, & quatiam ciuitates, quæ habitantur, & orbem terrarum totum comprehendam manu, quasi ni-
dum, & quasi oua derelicta tollam: & non erit, qui effugiat me, aut contradicat mihi.* Hæ sanè illius
impij, & contra Deum pugnantis voces, qui in robore malitiæ gloriatur, & angelis ab al-
tissimo traditos gentium terminos, directurum se, & confusurum minatur,orbémq; de-
prædaturum, & omne genus hominum excussurum, eiúsque priorem ordinem maturum
iactat. Si verò quo animo talia de seipso mentiretur, scire vis, audi eandem prophetiam, sic
rursus de illo dicentem : *Quomodo cecidit de cœlo lucifer, qui manè oriebatur, cõtritus est in terram
qui mittebat ad omnes gentes. Tu verò dixisti in mente tua : In cœlum ascendam, super astra cœli po-
nam sedem meam. Ascendam super nubes, ero similis altissimo. Nunc autem ad infernum descendes, & D
ad fundamenta terræ.* Sanè plurima simul his verbis declarat oraculum : nam & illius, quo
loquitur,amentiam,& eiusdem à meliori statu ad deterius ruinam,& ipsius ruinæ exitum.
Qui quidem quum grauia,atque odiosa cunctis gentibus minatus esset, alia ratione capi
posse homines, in ipsis machinandi exordiis deprehendit, quippe qui facilem, atque ex
sua ipsorum sententia lapsum ad malum,propter libertatem arbitrij,possiderent. Quatere
igitur à molestiori statu ciuitates, voluptatísque blanditiis multorum animas trahere in
omne genus nequitiæ,omnésque adhibere machinas,turpésque de diis fabulas,atque ob-
scœnas narrationes comminisci, & iucunda omnia, ac voluptatem afferentia iis,quos ca-
peret, artibus,ac fallaciis dæmonũ iniicere, atque his rationibus orbem vniuersum captũ,
ac subactum continere, atque ita delere, & confundere terminos gentium,quod etiam se
facturum minatus fuerat verbis illis : *Auferam terminos gentium, & robur earum deprædabor,* E
& quatiam ciuitates, quæ habitantur, & orbem totum comprehendam manu, quasi nidum. Inde
iam illa posthac per errorem in omnes homines imperium obtinuit, ac mali dæmones in
omni loco, & ciuitate, & regione, sub certo principe dispositi, instructíque sunt : itaque
terrestribus potestatibus, ac spiritibus malis, pro prioribus Dei ministris omnis vita ho-
minum addita est,omnibus certatim , ac procliui alacritate in lubrico voluptatis profi-
cientibus : adeò quidem, vt iam naturæ terminos transilirent, & modò se mutuo ardore
corrumperent, modò quæ dicenda non sunt , patrarent : & quæ ne cogitatione quidem
conspicere fas est,ea non solùm facerent,verumetiam opinionibus,quas de diis suis habe-
bant,consecrarent,hócque etiam amplius tanquam diis grata & iucunda, lasciua omnia
cum deliciis plurimis perficerent. Inde iam (quemadmodum scribit sacer Apostolus) non

Dæmonum alij aliis deteriores.

Lucifer princeps dæmonum.

Isaiæ 14.

Ibid.

De rege Babilonico, & eius interitu hæc dicta sunt, ad literam.

Imperium satanæ in homines.

A contenti iis Dei operibus, quæ in cœlo illustria sunt, *euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorū, dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerunt gloriā incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* (Rom. 1.) Quòd autem antiquissimis tēporibus sola cœlestia lumina mortales attenderent, neque vlla simulacra cognita haberent, neque in errore, ac fallacia dæmonum versarentur, abundè satis demōstrauerit testimonium eorum, qui ab hac ratione nostra alieni sunt, quod in primo Præparationis ante hoc ipsum opus exposui; vbi planè demonstraui non manu elaboratis signis, quæ ex inanima aliqua materia ipsi fabricassent, ac ne dæmonibus quidem visum nostrum effugientibus, antiquissimos homines seruire solitos, sed illis solis, quos gentibus distributos fuisse diuinæ literæ affirmant. Quare iam tempus est, vt Græci quoque ipsi, quorum voces illic exposui, fateantur recentiorem, ac peregrinam, alienámque à religione antiquorum introductā esse ab ipsis simulachrorum superstitionem, & B visum nostrum effugientium spirituum superfluam obseruantiam. Id autem omne ille, de quo dictum est, Dei inimicus, dum omnibus, qui in terra sunt, insidias facit, molitus est. Adiuuabat autem illum omne impurorum dæmonum genus. At verò ipse malitiæ princeps hæc faciebat, amentia immensi fastus adductus, vt quæ cunctis hominibus minatus fuerat, re ipsa compleret: ac nefariam illam vocem, *Ero similis altissimo*, vehementiùs intendere: atque impurorum, malorúmque dęmonum ministeriis, oracula, & cultus, & alia eiusmodi præstigiis, ac fallaciis hominum obiiceret.

Scholia in Cap. IX.

IN hoc capite describit Eusebius immundorum Spirituum lapsum, nequitiam principem, quem ipse Luciferum vocat, imposturam, scelera, quorum auctores sunt. Vtitur autem ab eam rem probādam C *testimonio Isaiæ cap. 4. cuius verba quamuis de Regis Babylonici interitu, & eius Monarchiæ fine, ac periodo, iuxta literalem sensum dicta sint, mysticè tamen de lapsu satanæ omnes penè veteres interpretati sunt.*

Quemadmodum necessarius fuit aduentus filij Dei ad homines. Cap. X.

QVum igitur in tanto malitiæ prouentu, qui priùs angeli præfecti gentibus fuerant, nihil suis quisque auxilij ferre possent, ac reliquum quidem opus conditoris Dei curarent, certísque mundi partibus præessent, atque omnium opifici Deo, de more ad nutum præstò essent, mortalium verò ruinam neutiquam apprehenderent, propter ipsorum hominum in malis eligendis liberam potestatem, diuturnus quidam, atque immedicabilis omnes, qui terram incolerēt, possidebat morbus, gentésque stimulis alias aliis mali spi- D ritus in furias agebant, quibus illæ agitatæ in profundum insanabilis malitiæ voluebantur. Iam enim quidam more beluarum, quæ & crudas, & humanas carnes deuorare consueuerunt, vesci charissimorum sibi carnibus pulchrum existimabāt: (*Anthropophagi.*) omníque pudore abiecto, & matribus, & sororibus, & filiabus commisceri, atque eos, qui consenuissent, strangulare, & mortuos carnibus volucribúsque proiicere. Iam verò quod tibi commemorem, & maximè deorum ipsorum vtique malorum dæmonum, omni crudelitate, atque immanitate refertas humanas victimas, in qua humanum genus insanire coëgerant? hæc igitur in iis, quæ opus hoc antecesserunt, quod nunc in manibus est, ipse præparaui. Etenim quum tot mala à perniciosis, & prauis spiritibus, necnon ab eo, qui in iis totius orbis tyrannidem occuparat, proposita essent, nullúsque eorum angelorum, qui præfecti fuerant, malis subuenire esset idoneus, meritò illud Dei verbum, ille Saluator vniuersi, salutari nutu patris, (*Filius Dei hominū genus instaurauit.*) E qui humani generis est amantissimus, nec hoc ipsum illi tam charum genus in impietatis profundo versaretur, antea quidem exiguos quosdam, atque obscuros propriæ lucis radios, per prophetam Mosem, pérque eos Dei amicos viros, qui ante illum, & post illum floruerunt, emisit: sic vtique hominum malis, remedium in sacrosanctis legibus afferens. Proinde sic planè ipsum Dei Verbum ad Hebraicam gentem dicit, vbi per Mosem leges illi dat: *secundum instituta terræ Aegypti, in qua habitastis, non facietis: & secundum instituta terræ Chanaan, ad quā ego introducā vos, non facietis, & in legibus illorum non ambulabitis. Iudicia mea facietis, & præcepta mea seruabitis. Ego sum Dominus Deus vester.* (Leuit. 18.) Deinde, vbi omnia interdixit, & infandas nuptias, & omne impudicū facinus, Ne fœminę cum fœminis, maréſve cū maribus miscerētur, adiūgit. *Ne polluamini in omnib. his. Nam in omnibus his pollutæ sunt gētes, quas ego expellā à facie vestra: et polluta est terra, & retribui iniustitiā illi, et abominata est terra sedentes in terra.* (Deut. 18.) Et alibi rursus dicit: *Quū verò ingressus fueris in terrā, quā Dominus Deus tuus dat tibi, non* (Num. 23.)

disces facere secundum abominationes gentium illarum. Non inuenietur in te, qui lustret filium suum, aut filiam suam in igne, diuinans diuinationes, aut ariolus, aut augur veneficus, incantator, pythonica mulier, prodigiorum inspector, aut qui percontetur mortuos: est enim abominatio Domino Deo tuo omnis, qui facit hæc. Nam propter istas abominationes Dominus Deus tuus delebit illos à facie tua: perfectus eris in conspectu Domini Dei tui, Hæc quidem, aliáque innumerabilia religionis documenta & pręcepta, per Mosem illis Deus verbum antea in legibus dabat: atque vt in rudimentis fieri solet, religiosæ vitæ elementa per signa, & vmbratilem quadam, corporalémque adorationem in corporis circũcisione, pérque alia quædam eiusmodi, quæ in terra conficiuntur, tradebat. Quum verò procedente tempore, nullus tam potens, ne prophetarum quidem, qui post illum extiterint, vt remedium malis vitæ afferret, ob nimis abundantem malitiam esset, ac dęmonica efficacia quotidie in maius impelleret, vsque adeò vt ipsa quoque Hebraica gens, eadem cum impiis perditione raperetur: tum denique Saluator, ac medicus vniuersi, descendit ad homines, vt vel angelis suis pro hominum salute opem ferret, quum hoc illi se largiturum pater antea promisisset. & quidem quemadmodum ipse in Psalmis docet, vbi ait: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ.* Non igitur ille amplius, vt eum solum Israel, qui iustus quidem esset, sed idem visu comprehendi posset: neque vt solam propriam sortem, sed vt omnes in terris gentes, quæ antea pluribus angelis attributæ erant, & in omnis generis impietatibus versatæ, atque implicitæ, sub suam potestatem redigeret, atque omnibus notitiam, & amicitiam cum suo patre denunciaret, solutionémque, ac remissionem ignorãtiarum, ac peccatorum se exhibiturum promitteret, venit. Quod quidem vel ipsemet perspicuè docuit, dicens: *Non indigent bene valentes medico, sed malè habentes: non veni, vt vocarem iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Quum itaque præsens à propriis angelis illis, inquam, qui priùs gentibus præfecti fuerant, visus esset, illi continuò suum adiutorem, suúmque Dominum oppidò quàm certè, atque exploratè agnoscentes, maxima cum lætitia accesserunt, eíque ministrare cœperunt, quemadmodum vel sacra Euangelij docet scriptura, vbi ait angelos accesisse, eíque ministrasse. item vbi commemorat multitudinem militiæ cœlestis laudantium Deum, ac dicẽtium, *Gloria in altissimi Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Hos igitur tanquam proprios angelos suiipsius indigentes auxilij sic sanè recepit. Qui verò iamdiu in mediis hominibus versabantur, & volitabant, quíque & obscurè, & euidenter in terra potentiam, & imperium obtinebant, eos indigenti, diuináque potestate fugatos subegit, dæmones vtique perniciosos, ac spirituum agrestium, atque immitium genera, vnà cum eo, qui inter hos malitiæ principatum obtinet, callidissimo videlicet illo, atque impurissimo dæmone, sicut eorum nonnulli sentientes dixerunt: *Quid nobis & tibi fili Dei? venisti ante tempus torquere nos?* & hoc, quidem per ea, quæ & fecit & docuit, validissimè cæcidit: omne autem humanum genus allocutionum mansuetis, ac placidis quasi medicamentis suísque ipsius blandis exhortationibus, ac documẽtis sanauit, & ab omnis generis morbis, ac perturbationibus non minùs corporum, quàm animorũ liberauit. Quumq; ab antiqua superstitione, ac terroribus, quos error multitudinis deorũ afferebat, atq; à turpi, petulantiq; victu, omnes se adeũtes solutos dimitteret, traducerétque, ac mutaret eos, qui seipsum obseruarent, à luxu ad modestiã, ab impietate ad impietatem, ab iniustitia ad iustitiam, ac præterea à crudelium dæmonum potestate, ad diuinam veræ pietatis comprehensionem: postremò, cælestis vitæ, doctrinæq; pietatis portas, gentibus per totũ orbem apertas ostenderet, vsque adeò seipsum demittebat, vt nõ solùm laborãtibus, grauitérque animo ægrotantibus salutarem dextram porrigeret: verumetiam de ipsis iam portis mortis semimortuos, vel eos quoque, qui penitus interiissent, iámque diu sepulti essent, à mortis vinculis solueret. Propter quam maximè causam illi, fuit opus ad illa vsque loca efficaciam agendi propagare, vt videlicet non solùm in viuis, verumetiam in mortuis dominaretur. Dum igitur cum patre est, atque vniuersa prouidentia diuina virtute administrat, cœlum ipsum vnà cũ terra, & naturas, quę in illis continẽtur, atq; eas, quæ supra cœlũ ipsum intelligũtur, diuinas, & incorporeas tuetur, & curat, Dei verbũ, & Dei sapientia, & Dei virtus, & princeps, dux, & rex. Quinetiã & Deus & Dominus in diuinis oraculis cũ laude, & gloria nominatur, & illuminator quidẽ incorporearũ, intelligentiumq; naturarũ. Sol verò iustitiæ, ac lumẽ veritatis est dict⁹, qui subseruit, atq; operã suã immiscet paternis dispositionib⁹, ex quo patris minister, & opifex nũcupatur. Sol⁹ verò certo ordine nouit Deo obtẽperare, qui etiam

Filius Dei quare descenderit de cælis.

Psal. 2.

Matth. 9.

Matth. 4.
Luc. 2.

Matth. 8.

Christi erga genus humanum beneficia.

Christi magnifica nomina in scriptura.

B C D E

A etiam medius intercedit, inter Deum, qui genitus non est, & eas res, quæ post ipsum genitæ sunt: qui vniuersi curationem assumpsit, & patri pro omnibus, qui parens est consecratus, solusque illum omnibus mitem, propitiúmque reddit: qui pontifex æternus, ac præterea Christus patris vocatur. Sic enim apud Hebræos olim appellabantur, qui imaginem primi per quædam signa referebant. Ac dum angelorum quidem ordinibus imperat, atque iis præest magni consilij angelus esse dicitur, & militiæ cœlestis dux, ac maximus copiarum Domini imperator. Dum verò ad hæc nostra descendit, nostrámque ipsorum rationalem naturam, & suæ imaginis causa, & bonitate patris assumit, ex quo sanè paruulis, atque insipientibus, ac propemodum pecoribus imperare videtur, pastor ouium dictus est. Quatenus verò animarum ægrotantium medelam pollicetur, meritò saluator, ac medicus dicitur. Hoc enim apud Hebræos Iesu appellatio significat. Cæterùm, quum B ipsi humano quoque instrumento opus esset, quo etiam hominibus seipsum ostenderet, patrísque sui agnoscendi, & colendi veram rationem doceret, ne hunc quidem recusauit modum: sed strenuissimè naturam nostram ingressus, ad homines accessit, ad Deum hominis specie, ingens miraculum ostendit, vt non solùm obscurè, ac latenter, sine carne, & sine corpore præesset, verùm ipsis quoque corporeis obtutibus patens, hominúmque oculis miracula, quæ supra hominem sunt, exhibens intuenda, sic quidem ad corporis etiam aures, linguæ, vocísque articulatæ fungens officio, documenta hominibus præberet, diuinúmque re vera, atque admirabile spectaculum, quale nullum aliud adhuc visum esse memoratur: quippe quod & salutare, & idem beneficium omnibus sentiretur, ipse seipsum ostenderet. Sicque etiam Deus verbum, filius hominis dicebatur. Et quatenus ad homines venerat, vt animis humanis medicinam, sanitatémque afferret, Iesus nominabatur. Nam ipsius Iesu apud Hebræos appellatio, saluatorem planè significat. Itaque communi C more ne versari quidem nobiscum haud indignum sua maiestate iudicauit, interim tamē nusquam desinens esse, quod erat, sed in homine pariter Deum conseruans. Itaque statim in primo ad homines descensu, cum Deo diuinam commiscet nostri ortus admirabilitatem: quippe qui more nostro sit editus, & mortalis instar, hominem indutus: sed non tanquam homo, verùm vt Deus de purissima, nullásque experta nuptias virgine, nequaquam verò ex concubitu, aut corruptione ortum eius, qui ipse apparebat, acceperit.

Isa. 9. Ioan. 10. Filius hominis.

Scholia in Cap. X.

TRes sunt capitis partes, In prima docet Filium Dei venisse, vt destrueret opera Satanæ, cui nec homines, nec Angeli tyrannidem eripere poterant. In secunda ostendit, quæ beneficia in genus humanum contulerit Christus. In postrema Christi Domini nostri, nomina, elogia, & epitheta D *recenset.*

Quomodo Christus inter homines egerit. Cap. XI.

DEinceps verò reliquam vitam omnem eadem ratione peregit: nunc quidem similem naturæ nostræ infirmitatem, nunc verò ipsum Deum verbum præ se ferens, dum ingentia quædam, atque admirabilia tanquam Deus efficit: ac quæ futura essent, tanto antè prædicit: & qui à multis non cernitur Deus verbum, eum ipsum factis planissimè demonstrat.

Scholia in Cap. XI.

E *QVæ de Christi inter Iudæos conuersatione refert Eusebius, cum historia Euangelica, & hoc Pauli dicto conferenda sunt Non enim videlicet angelos assumit: sed semen Abrahæ assumit: Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, vt misericors esset, & fidelis pontifex in his, quæ apud Deum forent agenda, ad expiandum peccata populi. Nam ex hoc, quod ipsi contigit, tentatum esse, potest & iis, qui tentatur, succurrere. Ebr. 2. De miraculis Christi,* καὶ τῇ θαυματουργίᾳ, *alias dictum est.*

Christus immensa erga nos charitate victus, etiam mortuorum animas reuocauit. Cap. XII.

VItæ etiam finem extremum quum ab hominibus discessit, initio eiusdem parem ac similem præstitit. Etenim vsque ad mortem, atque vsque ad ipsos mortuos leges erga homines charitatis ipsum vocabant, vt eorum quoque, qui antea mortui erant, animas

reuocaret: quandoquidem omnium, quicunque à condito æuo fuissent, salutem ipse curabat, necnon vt sua morte deleret eum, qui imperium mortis habebat, quemadmodum diuina docent oracula. Atque in hoc quoque promiscuè rursus dispensationẽ obiuit: quippe qui tanquam homo corpus de more sepeliendum reliquerit, ab eodem verò corpore tanquam Deus discesserit. Quum enim altiùs vocem emisisset, & patri dixisset, *Commendo*
Matth. 27. *spiritum*: solutus à corpore abiit, neutiquam expectans, dum mors ad ipsum accederet, sed illam cunctantem, ac veluti cessantem, ac potiùs conicientem se in pedes, & fugitantem, ipse à tergo insequens, atque impellens, æternásque abditiorum tenebrarum portas refringens, & mortuis, qui illic catenis mortis impliciti erant, remeandi ad vitam iter retrorsum aperiens. Hac sanè ratione ipsius etiam corpus mortuum excitatum est, *& multa corpora eorum, qui dormierant, sanctorum, surrexerunt, vnáque cum ipso in sanctam, ac verè cœlestem ciuitatem ingressa sunt*, vt meritò ex hoc in sacris literis dictum sit, *Absorpsit mors, quæ inualuerat*. & rursus, *Abstulit Deus omnem lachrymam ab omni facie*. Ipse verò vniuersi Saluator ac Dominus noster, qui Christus est Dei, victoriæque reportator dicitur in propheticis vaticiniis mortem obiurgans inducitur, & animas soluens, quæ illic vinctæ detinebantur, vbi victoriæ hymnum pronunciat, ipsa hæc planè dicens: *De manu inferni eripiam eos, & à morte liberabo eorum animas: vbi tua mors victoria? vbi tuus mors stimulus? stimulus autem mortis, est peccatum: potestas autem peccati, lex*. Talis sanè illius vel vsque ad mortem fuit dispensatio, cuius non vnam causam, qui voluerit quærere, sed plures inueniet. primam namque illam ipsum verbum docet, vt tam in mortuis quàm in viuis dominaretur: alteram, vt nostras abstergeret maculas peccatorum, qui pro nobis sacrificatus, & pro nobis execratio factus sit: tertiam, vt tanquam Dei victima, atque ingens sacrificium ipsi supremo Deo offerretur pro vniuerso mundo: quartam, vt sic fallaciosæ, ac dæmonicæ efficaciæ euersionem moliretur: quintam ad hæc, vt suis familiaribus, ac discipulis vitæ, quæ post mortem apud Deum futura est, spem, non oratione, neque verbis, aut vocibus, sed factis, ac re ipsa repræsentans, & quod verbis pollicitus fuerat, oculis ipsis intuendum subiiciens, confidentiores eos, atque alacriores præstaret ad eam, quæ ab ipso instituta fuerat, religiosæ vitæ rationem, omnibus simul & Græcis, & Barbaris nunciandam. Protinus itaque hos ipsos familiares, ac sodales, quos ipse sibi de optimis lectos asciuerat, apostolósque suos, ac discipulos declarauerat, sua ipsius diuina virtute compleuit: vt quam ipse nunciauerat Dei cognitionem, illi omne hominũ genus docerent, vnam interim omnibus, tam Græcis, quàm Barbaris religionis instituens rationem: ea porrò erat, vt à dæmonibus procul recederent, eósque fugerent, deorúmque multitudinis fallaciam declinarent, atque vnum solùm supremum Deum verè cognoscerent: prętereà, liberationem ab iis, quæ priùs ignoranter, commiserant, dummodo ne in iisdem perseuerarẽt, & vnam omnibus salutis spem, per illud, quod ipse posuerat sapientissimè, ac cum omni virtute viuendi institutum, pollicebatur.

Christus resurgẽs multos à morte excitauit.

1. Cor. 15.

Causæ quinque mortis Christi.

Scholia in Cap. XII.

Articulos Symboli Apostolici explanat Eusebius in hoc capite, ac recenset causas mortis descensionis ad inferna, & Resurrectionis. Summam horum omnium vt breuissimè ita sapientissimè Paulus expressit, cùm diceret Christum esse mortuum propter peccata nostra, & eundem resurrexisse à mortuis propter nostram iustitiam. Rom. 4.

Natura diuina in assumpta humanitate lædi non potuit. Cap. XIII.

Simile.

Qvum igitur hæc ita se habeant, non oportet te animo perturbari, tametsi & ortum, & corpus, & dolores, & mortem, de materiæ experti, atque incorporeo Dei verbo audis. Vt enim solaris luminis radij licet omnia compleant, & corpora mortua, sordentiáque attingant, ipsi tamen nihil patiuntur: sic etiam, multóque magis Dei vis incorporea naturæ suæ nullum neque incommodum, neque nocumentum accipiet, neque vnquam seipsa deterior fiet, quamuis incorporea quadam ratione corpus attingat. Quid enim? an non absque eo, in quo homo factus est, corpore semper, atque vsquequaque per totam elementorum, ipsorumq; planè corporum materiam penetrans, tanquam is, qui Dei sit ratio quædam opifex sapientiæ, quæ ab ipso proficiscitur, in ea ipsa rationes & claudit, & signat? dum videlicet inanimis vitam, informibus verò, & nullam naturæ speciem habentibus, formam,

A formam, figurámque imprimit? quásque in se habet pulchritudines, incorporeásque species, corporum qualitatibus immiscet, mouetque ea, quæ sua ipsorum ratione inanima, immotáque sunt, terram, aquam, aërem, ignem, sapientissimo quodã, omníque concinnitate referto motu? atque ordinat omnia, quæcunque inordinata sunt, eadémque auget, ac perficit? ac sua ipsius diuina, rationalíque virtute accedit ad omnia, ac per omnia penetrat, omniáque attingit? neque tamen nocumenti quicquam ex earum rerũ aliqua trahit, neque suam ipsius naturam coinquinati? Eadem itaque est ratio, dum etiam inter homines degit, illos quidem antea paucos, & numerabiles, solus vtique eos, de quibus scriptum est, prophetas, iustósque viros, iísque aliàs aliter se ostendit, nouissimè verò iam omnibus malis, impiisque, & Hebræis, simul & Græcis, ex abundanti optimi patris bonitate, amoréque erga homines beneficium seipsum, salutarémque exhibet, planè hoc

B ipsum ac publicè denuncians: *Non indigent* (inquit) *bene valentes medico, sed malè habentes. Nõ veni, vt vocarem iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Vocabat ergo Saluator omnium, dicẽs: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Vocabat, ac sanabat liberaliter per illud humanum instrumenum, quod præ se ferebat, veluti quidam musicus vir, qui per lyram, quàm sit doctus, ostendit: necnon ægrotantibus animis iis, quę in corporibus degebant, veluti optimus quidem medicus, dum cognata, congruentique ope ipsum hominem curat, ipse seipsum exemplar omni sapientia, omnique virtute refertæ vitæ præbebat, docebátque interim veritatem: non quam ab alijs compilasset, sed eã, quæ & à seipso, & à patre, priscis illis, qui tam multis antè seculis à nostra ætate procul vixerant, Dei amicis, qui ante Mosem floruerunt, Hebræis, veluti lex quædam exposita esset: & corpora ipsa non minùs curabat, quàm animas. Nam corporeis quidem homi-

Matth. 9.
Matth. 11.
Christi humanitas lyræ similis.

C num oculis, quæ per corpus ab ipso fiebant, intuenda comparabat: rursúsque corporeis auribus doctrinam per corpoream itidem linguam insonabat: necnõ omnia perficiebat per eum, quem assumpserat, hominem, iis qui non aliter, quàm sic duntaxat ipsius diuinitatem sentire poterant. Hæc namque omnia ad vsum, atque vtilitatem omnium nostrum, humanum genus omni prosequens amore Dei verbum, paternis consiliis administrabat: ipse interim rursus & materiæ expers, & incorporeus manens, cuiusmodi etiã pridem apud patrem erat, neque mutans essentiam, neque perdens, quod suæ ipsius naturæ proprium erat, neque verò aut corporis vinculis impeditus, aut à sua diuinitate deiectus: ac ne domesticam quidem verbi potestatem amittens, sed neque iis, qui illic quidem, vbi ipsi humanũ vas aderat, degeret tantùm, in aliis verò vniuersi partibus esse prohiberetur. Etenim tunc quoque quum inter homines versabatur, nihilominus omnia

Corpora nõ minus quã animas curabat Christus.
Duæ naturæ in Christo impermixtæ.

D complebat, interim & cum patre, & in patre idem erat, & omnium rerũ pariter in eodẽ tempore, tam cœlestium, quàm terrestrium curam gerebat: nusquam ab illa præsentia, qua cunctis rebus adest, nostro more exclusus: neque diuina, ne ageret more suo, impeditus: sed illa quidem à seipso communicans homini, hæc verò à mortali ipse non accipiens. Item mortali quidem vim diuinam suppeditans, à mortali verò ipse non cõtrà in partem, aut cõmunitatem adductus. Neque igitur in partu à corpore ipse incorporeus inquinabitur, neque item qui patibilis naturæ expers erat, aliquid à mortali secundum essentiam patiebatur. Nã neque, verbi gratia, dum lyra pulsatur, aut nerui conuelluntur, pati verisimile est eum, qui ita præludit, neque dum cuiuspiam viri sapientis corpus torquetur, illius sapientiam, aut quam in corpore gerit, animam cædi, aut puniri meritò dicere possumus, eadem ratione neutiquam, multóque etiam minus, quod verbi aut na-

E turæ, aut vis, detrimenti quippiam ex corporis affectionibus trahat, affirmare par est. Nam supra ne luminis quidem illud appositum exemplum, pollui solares radios dũ cœlitus in terram demittuntur, & lutum, ac cœnum, atque omnis generis sordes attingunt, concedebat. Illuminari quidem etiam hæc ab ipsius luminis radiis, nihil sanè nos affirmare prohibeat. Solem verò ipsum fœdari, aut lutosum fieri, dum eius lumen corporibus immiscetur, nequaquam. At ista tamen non sunt à natura corporum aliena. Illud verò omnis expers materiæ, incorporeúmque Dei verbum, quod ipsa vita est, & ipsum lumen intelligibile, & alia, quæcunque priùs enumerata sunt, quicquid diuina, atque incorporea sua vi attigerit, viuere id, degeréque cum lumine rationali necesse est. Hac sanè ipsa ratione, quodcunque etiam corpus attigerit, sanctificatum protinùs id, illuminatumque est, ab eodémque ęgritudo omnis, omnisque infirmitas, aliaque eiusdem generis vniuersa refugiũt. Priuatio autẽ illius plenitudinem adipiscitur. Sic sanè etiã mortuũ

illud verbi corpus, vbi exiguum quiddam, virtutem illa verbi attigit, tum exiccatum est A
ilicò, ac reuixit: & mors vitam effugit, & ipso lumine obscuritas dissoluta est: & quod corruptibile erat, induit incorruptionem: quod mortale, immortalitatem.

Scholia in Cap. XIII.

DE personali, & admiranda vnione duarum in Christo naturarum, diuinæ videlicet, secundum quàm ὁ μοούσιος est æterno Patri & Spiritui sancto, & humanæ, secundũ quam nobis æqualis est, vt qui semen Abrahæ non Angelos assumsit, in hoc capite disputans Eusebius, hæc tradit. 1. Verbum carnem esse factum. Ioan. 1. Cap. 2. Diuinam naturam nihil incommodi aut labis percepisse, ex illa cum carne vnione inseparabili. 3. τὸν λόγον agere & vim suam exercere per humanam naturam. 4. Hæc si quis expendet, facilè σύγχυσιν naturarum, quam Eutyches cõfinxit, παράστασιν Nestoriarum, locum in hac doctrina non habere deprehendet. Postremum, addere libuit, vt quis vsus esset præcedentium, palàm fieret. B

Christus primitiæ nostræ gloriosæ resurrectionis. Cap. XIIII.

CÆterùm, quídnam aliud tandem? quàm quòd totus homo ab ipsius Dei natura absorptus est? & rursus Deus fuit, Deus verbũ, cuiusmodi fuerat etiam antequam homo fieret? & secundum Deum hominem fecit, spei nostræ primitias? hunc ipsum interim ad illius vitæ æternæ, quam penes se habet, atque ad dignitatis in diuinitate, ac beatitudine cõmunitatem, assumens? nobisque itidem omnibus futuræ apud ipsum, & cum ipso immortalitatis ac regni, maximum hoc præbens indicium.

Scholia in Cap. XIIII.

DE exaltatione Christi, secundum humanam naturam, ad dexteram Dei, hoc est, de gloria diuina, & inenarrabili, Domini nostri Iesu Christi, cui dedit Pater omnem potestatem in cœlo, & in terra, disserit Eusebius in hoc capite. Cæterùm, hæc verba: Totus homo ab ipsius Dei *natura absorptus est, non vacant periculo, nec imitanda nobis sunt. Nos certò statuamus, gloria, luce, eminẽtia, potestate diuina, hominem Christum à verbo exornatum, & instructum esse, sic tamen vt non absorpta humana natura, quicquid à Verbo assumptum esset, id omne in diuinam conuerteretur naturam. Etsi autem glorificatum Christi corpus inter spiritalia (quæ vocat Paulus. 1. Cor. 15.) corpora, non modò principatum obtinet, sed etiã quia ἀῤῥήτῳ fœdere τῷ λόγῳ iunctum est personaliter, ea omnia infinitis modis antecellit, quia ad dexteram Dei exaltatum est: tamẽ non ideò totus homo absorptus est, nec corpus Christi, corpus humanum esse desiit, sicut Enthusiastæ putant.* C

Christus à Prophetis appellatur Deus, *Dominus, & Pontifex.* Cap. XV.

HOc sanè fuit illius ad homines accessionis extremum, vt sic eum, qui ab ipsius patris cognitione aberrauerat, ad eam ipsam reduceret, & cognatum, atque amicum, suáque ipsius donatũ, ornatúmque imagine, propriæ vitę gaudiis, ac possessione donaret, amicúmque illum ipsum patris, ac familiarem efficeret hominem, passus est. Sic sanè, vt paucis absoluam, hæc Saluatoris ac Domini nostri Iesu Christi consideratio, & materia variam habens dispositionem, ex propheticis Hebręorũ oraculis confirmabitur, sanè quemadmodum paulò pòst accepta ab illis testimonia demõstrabunt, recentioribus literis vetera cõprobantibus, & angelicis testimoniis prophetica quasi certa impressa nota commendantibus. Cæterùm, quando hæc ita se habẽt, tempus est deinceps de appellatione eiusdẽ disserere, quatenus & Iesus & Christus dictus est, necnõ per quas prophetias nominatim antè sit denunciatus. Primúmque illud contemplemur, quidnam ipsum Christi nomen significet, antequam prophetica de proposita inspectione oracula colligere incipiamus, Par autem esse arbitror, de ipsa primùm Christi appellatione tractare E
illiúsque intellectum distinguere, vt nihil prorsus nos lateat eorum, quæ hoc loco quęri solent. Alius igitur ab iis, quæ propria sunt, & quæ ad nos magis spectant, initio sumpto dixisset Mosem primũ omniũ in legibus posuisse eos, qui Deo consecrati essent, vnguento comparato vngi solitos, fragrantia scilicet quadam opus esse corporibus, eáque bene olere oportere ratus, quãdoquidem omne, quodcunque malè oleat, sceleratis, atque im-
Leuit. 8. mundis potestatibus est amicum: sicut contrà, studiosis bonitatis, quodcunque fragran-
Psal. 132. tiam amet. Ex quo etiam, vt incensis, & fumigationibus compositè ad abundantem fragrantiam, singulis diebus vterentur sacerdotes in templo, legibus sanxisse, vt dũ sit aër miscetur, & quicquid malè olet, repellit, defluentia quædã diuina precãtibus immisceatur. Nam propter hanc ipsam causam etiam vnguentum odoratissimum, ad vngendi vsum

A vsum vnguētaria arte componi solitū, vt eo vngerentur, qui communibus rebus publicè præficiendi fuissent, & Christi nomen primùm Mosem iis, qui ita vngerentur, imposuisse: id autem vnctionis genus non solùm pontificibus fuisse traditum, sed & prophetis, & regibus, qui postea fuerint, quibus etiā ipsis solis hoc vnguento vngi fas esset. Hęc igitur dictu quidem faciliora fuissent, longè tamen remota à diuina, & sublimi prophetæ ipsius intelligentia: siquidē admirabilis ille, atque ingens reuera sacrorū administrator, qui omnem terrenam, & corpoream naturam, in solis nouerat qualitatibus discretam, nullo modo aliā alia honore, aut precio digniorem iudicauit, vtpote quum omnia nosset ex eadem orta materia, quæ neque vnquam sistit, neque stabile quicquam in natura habet, semper autem fluit, & ad propriam corruptionē festinat. Non igitur quod suaue esset in corporibus, elegit: neque ipsū per se, quod sensus ipsos demulceret, prætulit: hoc B namque animæ vitium fuisset, quæ in humum, & ad corporū voluptatē declinaret. Etenim innumerabiles effœminata corpora habentes, & alioqui vitiis obnoxij, & intemperantes, qui vnguentorum operosa varietate vti solent, animas interim omni fœditate, omnibúsque sordibus malè olentes circumferunt: sicut econtrario, qui Dei amici sunt, ipsam virtutem olentes, & multò præstantiorem à modestia, atque à iustitia, & ab omni pietate halantem fragrantiam, quam de terræ odoramentis trahentes, odorem corporū quæ de materia constant, nihili prorsus faciunt. Hæc igitur quum egregiè admodū percepta, & cognita haberet propheta, vnguentorum, atque incensorū nullam præcipuam gerebat curam: meliorum verò, ac diuinarum rerum imagines, quantum poterat, per corpora iis, qui sic duntaxat, neque vsquam aliter diuinas res doceri poterāt, exhibebat. Nam quod ipsum hoc diuinum quoque oraculum respōderit, palàm descriptum habe- Exod. 25.
C tur, his verbis: *Vide, vt facias omnia ad exemplar, quod tibi monstratum est in monte*. Igitur aliarū rerum quum perficeret hæc, quæ exemplar nominare consueuit, illum vnguenti vsum, illámque vnctionem sanciuit. Sublimior tamen earum rerum, & quæ de arcanis proferri solet ratio, pro mea dicendi facultate, talem habebat sensum, quòd solum est bonum, solúmque re vera fragrans, & preciosum, atque omnis quidem vitæ principium & fons, omnibus autem vnà cum eo vt sint, etiam id vt bene sint largiens, vnum sanè illud Hebræorum ratio nouerat, qui quidem vniuersi priùs est autor, ipsum vtique altissimum, ac totius regem, omniúmque rerum opificem Deum. Huius itaque supremæ, atque ingenitæ diuinæ essentiæ virtutem illā, quæ omnia valet, omne bonū præstat, omnē pulchritudinem subministrat, diuinus spiritus, proprio, & cōuenienti exemplo cōferens, atque accommodans, Dei oleum appellat. Quare & Chistum, & vnctum eum, qui illius parti- Dei oleum.
D ceps sit, vocat. Oleum verò in his noli miserationem accipere, neque in rebus aduersis Olei vis. mœrorem: sed id quod certæ plantæ fructus emittit, quod ex humida materia nihil habet admixtum, quod lumen auget, quod fessos subleuat, quod labores aufert, quod eos, qui ipso vnguntur, hilares facit, quod instar luminis de seipso vibrat splendores, nitidúmque ac micantem eorum, qui ipso vtuntur, cōparat vultū, quod vtique ipsum etiā diuinæ literæ produnt, illis verbis, *Vt exhilaret faciem in oleo*. Huic igitur exemplo supremam Psal. 103. eius Dei, qui omnium est princeps, omniúmque rex, virtutem comparans oratio eū, qui solus hoc toto vnctus est, quíque diuinæ, atque eius, quæ cum nullis aliis communicatur paternæ fragrantiæ princeps factus, & qui solo ex illo gēitus Deus verbū, cōmunicatione gignentis ingenti, Deus de Deo est declaratus, Christum atque vnctū vocauit. Quocirca in Psalmis ad hunc ipsum, qui à patre vnctus est, sic quoddam oraculum dicit: *Sedes tua* Psal. 44.
E *Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ participibus tuis*. At verò vna quidem est olei natura: sed vnguēti quæ est ea multarū in idē cōcursum significat. Proinde etiā prima illa, & ingenita omniū regis Dei virtus, quatenus quidē simplex, atque incōposita, nulliq; alij naturæ cōmixta intelligitur, simplici olei locutioni collata est: quaten⁹ autē plurimas in eodē cōsiderationes cōprehēdēdi vim habet, vt quod facere potest, quod regnare, quod prouidere, quod iudicare, quod amore ꝑsequi homines, quod salutē afferre, aliaque innumerabilia, quę intelligētia cōsiderātur, vnguēto rursus hæc ipsa, quæ & multa & bona cōprehendere potest, vis, meritò comparata est: quo vnguento eū, qui Dei & verus & solus est pontifex, vnctū esse, diuina nos docēt oracula. Et primus quidem ipse Moses, qui in arcanis diuinarū rerū inspectione, ac mysteriorū, quæ ab ipso in iis visionibus, quibus Deum præsentem agnoscebat, de primo & solo vncto, & pōtifice Dei perfecta sunt, di-

Christus ab vnctione dictus.

gn⁹ habitus est, imagines iubetur in terra, & notas cõficere eorũ, quæ in illis Dei visioni-
bus intellexerat: vt qui talibus notis, ac signis digni habiti erant, ea possent tãtisper me- A
ditari, iisque se exercere, dum quæ vera essent, inspicere non dabatur. Is igitur selectũ in-
terim ex iis hominibus, qui in terra versantur, virum, ad sacra Deo facienda idoneũ, pri-
mus Christum nominauit: appellationẽ ad ea referẽs, quæ sola intelligentia consideran-
tur. Qui sanè quum hunc quadam frangranti vnctione præstantiorẽ cæteris hominibus
declarasset, verissimè, & planissimè denunciauit, omnẽ naturã quæ creata est multóque
etiam magis humanam per se, dum à virtute increata relinquitur, præstantioris cuiuspiã
fragrantiæ indigere: sed quæ patris quidem illius, & ingeniti est, eã attingere nemini fas
Christus fragranti vnctione perfusus. est. Vni enim duntaxat vnico, primóque genito, hoc reseruatum est donũ. Qui autẽ post
illum existunt, ij non aliter, quàm per eiusdem vnigeniti communicationem bonorum
compotes fieri poterant: spiritus ergo diuini, id quod apud Mosem fertur, nota quædam
1. Cor. 12. erat. *Diuisiones porrò donorum sunt, sed idem est spiritus*: cuius maximè vt fieri participes stude-
rent & sacerdotes, & prophetæ, & reges, opus esse arbitrabatur, vtpote qui non pro seip- B
sis solũ, verumetiam pro tota gente Deo sacrati essent. Quòd autem rerum magis diui-
narum, Mosaica illa notæ quædam essent, & quàm fieri posset, vt etiam sine terrestri vn-
guento, quæ diuino spiritu afflati essent, Christi nominarentur, agedum aliquanto dili-
gentiùs consideremus iam nunc. Dauid igitur in Psalmo 104. dum quæ ad Abraham, &
Isaac, & Iacob pertinẽt, historias repetit, ipsos planè illos veteres patres, & qui ante Mo-
sis ætatem fuerunt, Christos vocat: nullam ob aliam causam, quàm propter diuini spiri-
tus, cuius participes erant, influentiam. In expositione igitur historiarum, quemadmo-
dum hospitio ab externis suscepti, & quemadmodum insidiis circumuenti, salutem à
Deo consecuti sunt, sicut Mosaica narratione proditũ est, prophetas illos simul & Chri-
stos nominat: tametsi nondum Moses in hominibus degebat, neque vnguentum ex lege C
Ps. 104. eiusdem comparatum adhuc fuerat. Audi igitur quod dicat Psalmus: *Memẽto mirabilium
eius, quæ fecit, prodigia eius, & iudicia oris eius, Semen Abraham, serui eius, filij Iacob, electi eius, ipse
Dominus Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod
mandauit in mille generationes, quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Et statuit il-
lud ad Iacob in præceptum, & ad Israel in testamentum æternum, dicens: Tibi dabo terram Chanaan,
funiculum hæreditatis vestræ, & transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterũ. Non
permisit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges: nolite tangere Christos meos, & in prophetis
meis nolite malignari.* Hactenus quidem Dauid. Moses verò, etiam, quos reges corripuerit
narrat, dicens: *Et castigauit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum illius propter Saram
Gen. 12. vxorem Abraham*: Et rursus de eo rege, qui regnabat in Geraris, scribit. *Et venit Deus ad
Abimelech in somnis noctu, & dixit: En morieris tu propter mulierem, quam tulisti,* (hæc autem D
Gen. 20. erat vxor Abrahã) Porrò deinceps sermone progressus, de eodẽ ait: *Nunc autem redde viro
suo vxorem, quoniam propheta est. & orabit pro te.* Vides, vt hoc in loco veteres Dei amicos
& prophetas Dauid, ac potiùs per illum diuinus spiritus, Christos appellauerit nullo
terrestri vnguẽto vnctos? qui enim? quum Moses posterioribus temporibus id institue-
rit? Cæterùm, audi nunc Isaiam quoque ita de Christo manifestissimè canẽtem, tãquam
de eo, qui & redemptor & saluator à Deo sit mittendus ad homines, quique venturus, vt
captiuas animas gerentib. liberationẽ, mentes verò obcœcatas, visus recuperationẽ nun-
ciet. Hũc enim rursus propheta non cõparato vnguẽto, sed eo, quod paternæ diuinitatis
sit proprium, & sola intelligentia capiatur, deúmque ipsum maximè deceat, Christum
extitisse docet: qui non ab hominib. sed ab ipso patre vnctus sit. Dicit ergo ex illius per-
Isa. 61. sona: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me: euangelizare pauperib. misit me, sanare con-
tritos corde: prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum.* Primum igitur hoc teneatur. Isaiam E
sicut Dauid, quem venturum dixerit ad homines, & prædicaturum captiuis remissio-
nem, ac cœcis visum, hunc nõ cõparato vnguento, sed eo, quod ingenitè, paternéque,
atque omni bonitate refertæ virtutis sit propriũ, Christum extitisse, vaticin ari. Exqua-
dam verò prophetica consuetudine, quod futurũ est, propheta quasi præteritũ enũciat,
Sacerdos æternus secũdum ordinem Melchisedech. & tanquam de seipso vaticinante significat. Hactenus igitur eos, qui ab ipso Deo, & non
ab hominibus, & spiritu diuino, non cõfecto oleo vngerẽtur, re vera Christos nominari
dicimus. Sed iã tẽpus est, vt videamus, quemadmodũ diuina quædam virtute, & præstã-
tiore quàm natura hominis fert, verum Dei Christũ existere, Hebraica ratio docet. Au-
di ergo rursus Dauid, qui æternum quendam sacerdotem vidisse se ait, atque hunc do-
minum

A minum suum appellat, & sedere eundem cum Deo patre confitetur in Psalmo nono & centesimo, vbi sic ait: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittat tibi Dominus ex Sion, & dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum tuorum, ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Et sanè inspice, quemadmodum in his verbis Dauid, qui totius Hebraicæ gentis rex erat, & præter regalem dignitatem, etiã diuino spiritu ornatus, agnouerit quendam ita magnum, atque ita supra modũ admirabilem, eum vtique de quo ipse loquitur, & quem in spiritu viderat, vt dominum illum suum appellet. Dixit enim, inquit, Dominus Domino meo. Quinetiam pontificem æternum eundem intelligit, & sacerdotem Dei altissimi, & concessorem Dei patris, & prolem eiusdem, atqui sine vnctione fieri

Hæc nusquam alibi rectiùs explicata reperies, quã in Epistola ad Hebræos.

B sacerdos Dei apud Hebreos nemo prorsus poterat. Quocirca illos omnes nominare Christos, iidem libenter consueuerunt. Christus ergo etiam is vtique, de quo loquitur Psalmus, sacerdos erit. Quomodo enim testimonio prophetæ sacerdos esse diceretur, nisi idem priùs Christus extitisset? sed etiam in ęternum sacerdos esse dicitur. Porrò, hoc amplius naturæ humanæ accommodari non potest: neque enim hominis æternum durare, quoniam mortale, & fragile planè nostrum est genus. Excellentior ergo quispiam, quàm vt intra hominis naturam consistat is, qui in his verbis significatur, Dei sacerdos erit, qui cum iusiurandi affirmatione, perpetuò, duraturum, atque infinitum sacerdotium à Deo acceperit. Iurauit enim, inquit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Quoniam enim Melchisedec Moses sacerdotem Dei altissimi fuisse conscribit, nullo artificioso vnguento inunctum, & multò ante leges

C ab ipso scriptas eo munere functum, aut virtute longè præstantiorem illo tam decantato Abraham (sic enim ait, *Et Melchisedec rex Salem, sacerdos Dei altissimi, benedixit Abraham,* planéque sine omni cõtrouersia. Apostolus ait, quòd inferiùs sit à superiore benedici) quoniam igitur hic Melchisedec, quicũque ille fuerit, ita inductus est, vt nullo artificioso vnguento vnctus intelligatur, sed altissimo Deo consecratus, meritò etiam is, de quo vaticinatur Dauid, secundum ordinem Melchisedec, magnus quidam esse, & natura omnibus superior dicitur, vtpote qui & supremi Dei sacerdos, & increatę potestatis confessor, & ipsius prophetæ, ac regis dominus, & sacerdos, non simpliciter, sed in æternum sit patris. Dicit autem diuinus quoque Apostolus, explorans ea, quæ ad hos locos pertinent. *In quo* (inquit) *abundantiùs volens Deus ostendere hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum fortissimum, solatium habeamus.* Et rursus: *Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt, hic autem cum iureiurando, per*

Gen. 14.

D *eum qui dixit ad illum: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secũdum ordinem Melchisedec. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcircò quòd morte prohiberentur permanere: hic autem eo, quò maneat in æternum sempiternum habet sacerdotium, vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Sanè per hæc commendatur quædam, quæ est in iis, quæ sunt, & quæ consistit in iis, quæ sola intelligentia capiuntur, diuina virtus, quæ Deo vniuersi (vt in oraculis Hebræorum legimus) consecrata est. Neque verò terreno, atque humano vnguento, sed alterius generis quod Deum deceat, diuináque virtute, ac potestate ad munus sacerdotis obeundum, Deóque patri præstandum, confirmatum consistit. Eum igitur de quo Psalmus vaticinatur, apparet prorsus sacerdotem quẽdam esse sempiternum, altissimíque Dei filium, tanquam ab ipso

Heb. 5. & 7.

Vnctio Christi non corporalis, sed spiritualis.

E altissimo Deo genitum, & illius regni confessorem. Est etiam ostensum, vt qui per Isaiam significatur Christus, non ab hominibus factus sit, sed ab ipso patre per spiritum diuinum sit vnctus, & ad homines, qui captiui tenerentur, redimendos missus. Hunc igitur diuino spiritu intuitus Moses, dum imagines, ac notas ipsis, vt in hominibus, constituit, comparato vnguento interim diuini spiritus loco, quem in hominibus prætulerat, sacerdotem inunxit, Christúmque eum & vnctum, relatione ad eum, qui verus est, appellauit. Quòd autem hæc ita se habeant; quis, cui fides habeatur, testis ipso Mose dignior? in iis enim, quæ ab ipso scripta sunt, respondentem sibi Deum ac Dominum, palàm sibi imperasse docet, vt secundum exhibitam sibi intelligibilem, ac cœlestem illius visionem, corporea specie adorationem in terra constitueret, quæ rerum intelligibiliũ, atque incorporearum imaginem complecteretur. Itaque cœlestium angelorum, diuinarúmque potestatum ordines adũbratione, ac figura quadam dicitur descripsisse, quum ipsi vtique oraculum di-

Sacerdotes veteris testamentis cur Christi dicti sunt.

Exod.25. xiſſet: *Facies omnia ad exemplar, quod tibi demonſtratum eſt in monte.* Ergo quemadmodum reliqua, ita & pontificem induxit, quem terreſtri vnguento vngeret. Itaque vmbratilẽ quendam, ac ſimulatum, non autem verũ Chriſtum & pontificem, illius tamen cœleſtis Chriſti & pontificis inſtar expreſſit. Cæterùm, vt propriè quidem Chriſtus non homo fuerit, verùm Dei filius, qui dextra paternæ diuinitatis ſit decoratus, & multo præſtantior, non ſolùm mortali, humanáque natura, ſed etiam omni intelligibili in rebus creatis eſſentia intelligatur, planè me arbitror demonſtraſſe, præter vnum illud, quod ad ea, quæ antehac dicta ſunt, addendum eſſe arbitror, ab eodem vtique Dauid in quadrageſimo quarto Pſalmo, inſcriptione præpoſita illa, quæ eſt pro dilecto, & iis, qui immutabuntur, Deum ſimul & regem & Chriſtum vnum, & eundem quendam appellari, his quidem verbis: *Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi, lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis, ſpecioſus forma præ filiis hominum.* Quibus deinceps adiungit: *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis, virga regni tui. dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis.* Conſidera ergo diligentiùs, quemadmodum ſecũdum Pſalmi inſcriptionem, tum pro dilecto ſe verba facere initiò ſtatim oſtendat, tum etiam ad intelligentiam eorum, quæ dicenda ſint, auditorem commoueat. ſignificat prætera, quæ'nam ſit huius orationis ita diſponendæ cauſa, quum ait: In finem pro iis, qui immutabuntur, ad intelligentiam, pro dilecto. Porrò, quóſnam alios dixeris immutandos, pro quibus hic Pſalmus ſit dictus, niſi eos, qui mutandi ſint à priore vita ac moribus, transferendíque, & ex aliis alij futuri per eum, de quo idem Pſalmus vaticinatur? hic autem eſt dilectus Dei, pro quo in ipſa prophetia, intelligentia eſſe opus, Pſalmus ipſe initiò nobis præſcribit. Quòd ſi dubites, quis hic tandem ſit dilectus, de quo in hoc Pſalmo tale habeatur vaticinium, eueſtigio tibi ipſa oratio declarabit, quæ initio ſtatim ita ait: *Eructauit cor meum verbum bonum.* Dixerit autem quiſpiam, ipſum illud ſignificari: in principio apud Deum verbum. De quo theologicè ſcribens magnus Euangeliſta Ioannes, ſic loquitur: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ.* Illud verò, Eructauit cor meũ verbum bonum, ſiquidem ex perſona patris & Dei vniuerſi dicatur, vnicũ genitũ Dei verbũ ſignificauerit, tanquã filiũ, qui de patre extiterit, non proiectione aliqua, aut diuiſione, aut ſectione, aut diminutione, aut alia quapiã eiuſmodi ratione, cuiuſmodi incorporibus agnoſcere cõſueuimus. Impia enim illa, & omnino procul abducta, longéſque ſemota, ab illa generatione ineffabili. Cæterùm, ſecundũ ea, quæ priùs à nobis excogitata ſunt, etiã hæc oportet aſſumere, quòd quemadmodum quidem, vbi de vtero Dei, & ante luciferum genitus dicitur, figuratè nos talia intelligere oportet, & ſecundum conſiderationem illam dũtaxat, quæ de iis rebus habetur, quæ ſola intelligẽtia capiuntur, ita etiam illud accipere debemus: Eructauit cor meum verbum bonum, quod quidem diuinus ſpiritus ſecundum ſolam intelligentiam enarrat. Quibus ſanè nos verbum illud, pro clauſula addere poſſumus ſatis commodè, quod & conſueuimus in omnibus dicere, quæ de illo theologicè feruntur, & omni pietate refertum eſt, *Generationem eius qui enarrabit?* quamuis mortalibus, humaniſque vocibus conſueuerint nobis literæ diuinæ etiã illius ortum exponere, & vteri vocabulum in eo vſurpare: hæc enim ſola contẽplatione ſecundũ intelligentiam capiuntur, nec aliter quidẽ, quàm ſi legibus allegoriæ, quæ permutatio dicitur, ſubiecta fuerint. Qua quidem ratione etiam illud: Eructauit cor meum verbum bonum, de primi verbi conſtitutione, illiúſque propagatione dictum eſſe, quiſpiam affirmauit, quando non aliter cor, ſecundum illud cor duntaxat, quod apud nos intelligitur, in Deo patre accipere fas eſt. & ſic quidem alius quiſpiam Verbum, quod erat in principio apud Deum, id dixerit habendum, de quo Pſalmus loquitur, quod etiam bono merito dictum ſit, tanquã de patre optimo genitum. Nos autem in Pſalmo ſi longiùs paulò progrediemur, hunc de quo tale vaticinium fertur, hunc inquam ipſum dilectum Dei vnctum fuiſſe rurſus, non ſicuti à Moſe, aut ab alio quopiam homine, ſed ab ipſo ingenito, & omnia infra ſe ipſum habente Deo, atque eius ipſius patre, inuenimus. Progreſſus igitur deinceps, ſic ait: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Eum igitur, qui huius quoq; Pſalmi teſtimonio vnctus eſſe dicitur, quónam alio nomine quis appellauerit, quàm Chriſtũ? Habemus igitur iam tunc in his verbis duas huius, qui tali vaticinio prædicatur, denominationes, Chriſti & dilecti, quum ipſe vnctionis autor, vnus & idem ſit dictus. quocirca vnctus eſſe dicitur is, de quo ſermo eſt, oleo exultationis: vt ea cauſa intelligatur, quæ percurrenti tibi pauca, vel potiùs omnem talium verborum ſenſum diſpicienti conſtabit,

profert

[Margin notes: Descriptio Christi sũpta è Psal. 44. — Immutandi qui. — Ioan.1. — Psal.109. — Isa.53. — Ioan.1.]

A profert igitur Psalmus ipsum planè, de quo interim vaticinatur, ipsum inquam Dei dilectum, alloquens ea verba, quæ paulo antè exposita sunt, in quibus dictum est: *Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui: dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis.* Inspice igitur Deúmne in his alloquatur planissimè, an non. nempe tu, inquit, Deus, pro eo quod est, ô Deus, sedes tua in seculum seculi extat, & virga directionis, virga regni tui. Et quoniam tu ipse Deus dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit Deus, Deus tuus, & Christum te præ omnibus constituit. Sed longè his clariùs scriptura Hebræorum idem demonstrat, quam Aquila accuratissimè interpretans, his verbis edidit: sedes tua ô Deus in seculum & vltrà, sceptrum directionis, sceptrum regni tui, dilexisti quod iustum est, & odisti impietatem: super hoc vnxit te ô Deus, Deus tuus oleo lætitiæ ab amicis tuis. Pro eo igitur quod
B est Deus, Deus tuus, Hebraicus ipse contextus habet, ô Deus, Deus tuus vt totum sit: Dilexisti, O Deus quod iustum est, & odisti impietatem: propterea ob hanc ipsam causam, vnxit te, O Deus ille, qui tuus quoque est Deus, vt sit & qui vngitur Deus, & qui vngit, qui quidem sit omnium Deus. Hoc autem ei, qui Hebraicam linguam diligentiùs attenderit, planè admodum cõstabit. Nam in prima denominatione, vbi Aquila, Sedes tua, O Deus, interpretatus est, qui planè pro eo quod est Deus, O Deus enunciauit, ipsum Hebraicum habet Elohim. Porrò hic itidem in illo, Propterea vnxit te, O Deus, ipsum Elohim intelligitur, quod vocatiuum casum, O Deus, significat. Pro recto vero nominis casu, vbi dictũ est, propterea vnxit te Deus tuus, ipsum Hebraicum habet elohach, admodum accuratè atque exquisitè, vt sit, ipsum quidem Elohim, vocatiuo casu, significans, O Deus: ipsum verò elohach, Deus tuus, recto casu. Vt hæc sit exquisitissima interpretatio, quæ habet, *Aquila interpres.*
C Propterea vnxit te, O Deus, Deus tuus. Clarissimè igitur in his Deũ alloquens, oraculum ait ipsum vnctum esse à Deo, oleo exultationis præ omnibus, qui vnquam eiusdem cum ipso participes fuerint appellationis. Habes igitur in his planissimè, Deum qui vngitur, & Christus efficitur, non vnguento composito, neque ab hominibus, ad id dignitatis prouectum, ac ne eadem quidem cum cæteris hominibus ratione. Porrò hic idem est & dilectus Dei, & eiusdem proles, & sacerdos æternus, & confessor patris dictus. Sed quis hic tandem erit, nisi primum gentitum Dei verbum, quis in principio apud Deum Deus erat? qui per totam diuinam scripturam prædicatur vt Deus: quemadmodum deinceps oratione longiùs progressus, pluribus verbis ostendam. Quum hæc igitur à nobis hactenus considerata sint de Christi propagatione, néque eiusdem appellatione, agedum propositum argumentum repetamus: & quàm multis propheticis prædictionibus Christus nominatim sit antea nunciatus, contemplemur. *Ioan. 1.*
D

Scholia in Cap. XV.

Disputabat Eusebius in hoc capite de Nomine Christi, & eius vnctione spirituali ac sacerdotio, ex sententia Dauidis & auctoris Epistolæ ad Hebræos. Ille enim in 45. & 110. Psalmis de Christi Sacerdocio multa præclarè (vt omnia alia) dixit: Hic verò in 5. & 7. Epistolæ cap. aliisque in locis sapientissimè & felicissimè illa Scripturæ dicta explicuit.

Quàm multis scripturis Christus nominatim, qui à regibus & principibus & gentibus & populi circumuenitur, & ab ipso Deo gignitur, & filius hominis appellatur, gentiúmque & finium terræ sortem accipit à patre, antea sit enunciatus. Cap. XVI.
E

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. (quibus deinceps adiungit:) *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion monte facto eius, nuncians præceptum Domini, Dominus dixit à me. Filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Planissimè etiam in his diuinus spiritus Christum appellat, Deíque eundem filium vocat, sicut nos docuerunt ea quæ superiùs dicta sunt, simulque & circumuentionem quandam futuram contra illum significat, & gentium per eundem futuram vocationem antè denunciat: quæ quidem re ipsa palàm in Saluatore nostro Iesu Christo, ipse rerum euentus declarauit. Nec dum igitur gentes, & po- *Psal. 2.*

puli,& reges,& principes desistunt.tum aduersus illum,tum aduersus eiusdem doctrinam conuenire. quòd si hæc Iudæi ad futurum referant tempus, iam illos fateri oportet, eum quem ipsi expectant Christum,rursus circumueniendum, sicut præsens habet oraculum, quod ait: *Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnū, aduersus Dominum, & aduersus Christū eius.* quod sanè daturi nusquam sint,quippe qui magnum quendam principem, regémque æternum, redemptorémque suum fore eum,qui venturus sit, Christum, expectét.Nam si & ille quum venerit eadem patiatur, quæ iam passus est qui venit, quid causæ sit cur illi potiùs quàm huic credendum,aut non credendum? quod si inde exclusi,ad Dauid,siue ad quempiam ex illius nepotibus Iudaicæ gentis regem, oraculum referant, iam erit demonstrandum,quòd neque Dauid,neque alius quispiam eorum qui vnquam apud Hebræos illustres fuerint memoratur, qui aut filius Dei sit aliquo oraculo dictus, aut ab ipso Deo genitus,sicut ille de quo Psalmus vaticinatur, neque imperans cunctis gentibus & regibus, & principibus & populis,qui sit insidiis circumuentus: sinautem illorum nullus talis ostenditur, & re ipsa cuncta hæc confirmantur, tum quidem quòd olim illa substinuerit, tum verò quod adhuc atque hodie quoque, à regibus & principibus & gētibus, & populis Christus Dei oppugnetur, quid iam impediat,ne ipse sit de quo oraculum illud vaticinatur,quod ait: *Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius?* vnà etiam eidem quæ in eodem Psalmo sequuntur conueniant,in quibus dictum est: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu. Ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Etenim hæc quoque indubitatum in vno illo euentum prophetiæ nacta sunt, quando illius discipulorum in omnem terram exiuit sonus,& in fines orbis terrę verba eorum.Planè autem Christum nominat, quæ antecedit oratio, tanquam ex ipsius persona docens,illum esse filium Dei, vbi ait: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cui adiunges etiam illud.quod in Prouerbiis ex persona eiusdē prolatum est,ad hunc modum se habens: *Antequā montes firmarentur, & ante omnes colles gignit me*, & quod in nono ac centesimo Psalmo à patre ad illud dictum est hoc modo: *Ex vtero ante luciferum genui te.* Sed attende quemadmodum vnum & eūdem nominatim Christum simul,& filium Dei, qui ab hominibus sit circumueniendus, & sortem gentes accepturus, & fines terræ possessurus, sacræ literæ futurum canent, duobus signis illius inter homines dispensationem significantes, & conspiratione aduersus illum futura,& gentium sub eundem subiectione.

Iudæi qualem Meßiā expectent.

Quod Iudæi nō sunt credituri, potius suo quē expectant Meßiæ,quā Christo domino.

Psal.18.
Prouerb.8.
Psal.109.

Scholia in Cap. XVI.

IVdaicas opiniones de Meßia, eiúsque aduentu & regno terreno, conuellit, ac redarguit in hoc capite Eusebius, ac Psalmum secundum de nemine alio, quam de Iesu Christo Domino nostro, accipiendum esse indicat.

Christus nominatim quæcunque postulet à patre impetrans. *Cap.* XVII.

Psal.19.

IMpleat Dominus omnes petitiones tuas. Nunc cognoui quòd saluum fecit Dominus Christum suum, exaudiet illum de cœlo sancto suo. Quoniam nunc propositum est demonstrare, in quàm multis locis nominatim Christus apud prophetas sit dictus, meritò adiūgam hęc quoque, in quibus planissimè Christus nunciatur. Cæterùm,totus Psalmus ex persona sanctorum virorum preces emittit in ipsius Christi personam. Quum enim propter nos & pro nobis factus homo,omnes acceperit contumelias,vnà cùm illo supplicante, & patrem pro nobis deprecante,ipsi quoque docemur orare,tanquam cum eo,qui bella aduersum nos siue visibilia illa sint,siue etiam inuisibilia propulset. Quare à Psalmo verba illa accipientes ad illum dicere solemus, quæ sic habent: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis tuæ, Protegat te nomen Dei Iacob, mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion suscipiat te.* Deinde quoniam illi proprium est, tanquam ei qui magnus sit pontifex, spiritualia in glorificationibus ac prædicationibus de Deo, sacrificia pro nobis conficere, quoniámque vt sacerdos & semetipsum ipse,& quem assumpsit de terra hominem,pro nobis perfectum atque integrum sacrificiū Deo & patri obtulit,idcirco ad illum dicimus: *Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pinguefiat.* Et qui omnia quæcunque deliberat, salutaria sunt atque vtilia mundo, iurè & meritò sic illum alloquimur: *Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, & omne consilium tuum impleat.* Ad hæc deinceps eius à morte reditum ad vitam confitentes, dicimus:

exultabimus

A *exultabimus in salutari tuo.* Etenim Christi salutare quod'nam aliud intelligatur tandem, nisi illius à mortuis ad viuos reditio? per quam omnes qui ceciderant, in pristinum statum restituit? ex quo etiam illud dicimus, *Et in nomine Dei nostri magnificabimur, & impleat Dominus omnes petitiones tuas.* Post hæc omnia docemur illud quoque dicere: *Nunc cognoui quod saluum fecit Dominus Christum suum*: quippe qui non priùs hoc intellexerimus, quàm vbi salutare eius agnouimus, & resurrectionis illius virtutem perspeximus.

Scholia in Cap. XVII.

SEnsum propheticum Eusebius in enarratione Psalmi. 19. secutus eum, de Christo Iesu destruente opera Satanæ, & dimicante aduersus potestates tenebrarum, interpretatus est, & quidem satis con-
B *cinnè. At si spectes sensum prophetiæ expertem hoc est grammaticum & historicum, qui suam habet euidentiam, animaduertes esse precationem populi Israelitici, propositam eo tempore, quo bellum contra Ammonitas) qui Dauidis legatos contra ius gentium, contumelia insigni affectos, violauerant) magno apparatu susceptum & auspiciis quidem Dauidis, ductu verò Ioabi (si humana consideres, gestum est feliciter. 2. Sam. 10. Ita se rem habere exsequenti Psalmo, (in quo parta iam de Ammonitis victoria, & opimis spoliis reportatis, ac subactis hostibus, inque seruitutem redactis.) facile est colligere.*

Christus nominatim Dominum patrem, & protectorem adeptus. Cap. XVIII.

DOminus confirmatio populi sui, & protector saluationum Christi sui est. Hic quoque Psalmus, qui nunc est in manibus, ad Christum referri solet: quippe qui eam precem cō- *Psal.17.*
C tineat, quam Christus quo tempore passurus erat, precatus est. Proinde in initio Psalmus hæc habet: *Ad te, Domine clamaui, Deus meus ne sileas à me, & similis fiam descendentibus in lacum.* In fine verò illius resurrectionem à mortuis canit, dicens: *Benedictus Dominus, quoniā exaudiuit vocem deprecationis meæ. Dominus adiutor meus & protector meus. In illo sperauit cor meum, & adiutus sum, & refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei.* Quibus diuinus & propheticus spiritus adiungit: *Dominus confirmatio populi sui, protector saluationum Christi sui est.* Qui nos instruit quemadmodum omnia quæ in diuinis literis habent admirationem, & Christi nomine inscripta sunt, & ad salutem hominum gesta, siue præcepta, siue negotia, siue ad resurrectionem illius à mortuis pertinentia mysteria, cuiusmodi ea sunt de quibus nunc agitur, nutu ac virtute patris gesta sunt, qui in cunctis admirabilibus ac salutaribus, & verbis & factis suum Christum protegit.
D

Scholia in Cap. XVIII.

IDem est iudicium de 17. Psalmo, quod de superiori. Gratias agit Psaltes Deo pro defensione, & admiranda liberatione, ex multis magnísque periculis. Et quia norat Eusebius Dauidem Regem & Prophetam typum extitisse veri illius Dauidis, Domini nostri Iesu Christi: Ideo quæ de seipso Dauid professus est, ea scitè admodum de Christo Iesu interpretatus est Eusebius.

Christus nominatim tutorem sibi Deum adscribens, vnúsque resurrectionis illius dies, & vna domus Dei, ecclesia ipsius. Cap. XIX.

E *PRotector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare me in tabernaculis peccato-* *Psal.83.*
rū. Qui norunt Christum Dei esse verbum, & sapientiam, & lucem veram, & vitā, deinde eundē factum esse hominem intelligunt, admirantur hoc quod omnem fidem superat *Iohan.1.* propositum, adeò quidem, vt in verba illa prorumpant: *Et vidimus illum, & non habuit speciem, neque pulchritudinem, sed fuit species eius sine honore, & deficiens præ filiis hominum, homo quū in plaga esset, & sciret ferre languorem, quoniam auertit faciem suam, contemptus est.* Itaque meritò *Isa.53.* Deum precantur, vt respiciat in faciem Christi, quæ propter nos & ignominias & contumelias passa est: & propter illum nobis fiat propitius, quando is peccata nostra tulit, & pro nobis in dolore est. Hæc autem supplices petunt propemodum cupientes, atque in votis habentes, faciem gloriæ Christi videre, & diem lucis illius contemplari. Porrò hic fuit quum à morte ad vitam reuersus est, quem sanè, quum is vnus sit & solus re vera proprius *Dies Resurrectionis Christi.*

ac dominicus, meliorem esse aiunt aliis innumerabilibus diebus, siue qui communiter intelligantur, siue qui à Mose in solennibus & nouiluniis & sabbatis lege sanciti sint, quos vtique non dies, sed dierum vmbras esse, diuinus Apostolus docet. Hic autem solus & vnus dominicus Saluatoris nostri dies, non in omni loco lucere, sed in solis atriis Domini dictus est. Hæc verò atria erunt per totum orbem terrarum Christi ecclesiæ, quæ vnius domus Dei locum obtinent. In quibus optat atque eligit se potiùs abiectum esse, qui talia nouit, longéque meliorem in iis habitationem enunciat, quàm in peccatorum tabernaculis: nisi forté Iudæorum, qui Christum Dei negant, aut aliorum diuersa opinantium, nullumque Deum colentium, reliquarumque à fide abhorrentium nationum conuentus, multo meliores esse, quàm Christi ecclesias, quicunque hasce eligit, profitetur.

Scholia in Cap. XIX.

Habent in hoc capite Theologi piam explicationem istorum verborum Psalmographi nostri Dauidis: Clypeus noster vide: Deus & intuere faciem Christi tui (ita Dauidem, quod in Regem vnctus esset, filij Corah nuncupant.) Quia melior est dies in atriis tuis, quàm (alibi) mille: elegi esse in limine in domo Dei, potius quàm habitare in tabernaculis impietatis. Ita enim vertit Pagninus.

Christus nominatim despectus, atque omnia probra passurus, commutatióque eius populus eiusdem, qui ab inimicis exprobratur. Cap. XX.

Psal. 88. *Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum, euertisti testamentum serui tui. Profanasti in terra sanctuarium eius*, & quæ sequuntur. Quibus adiungit: *Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium, quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.* Perspicuè verò etiam in his Christi nominatim mẽtio fit, & futura in passione eiusdem afflictio memoratur. Vbi verò plus ocij nacti erimus, totum Psalmũ explorantes demonstrabimus, nulli prorsus alij nisi saluatori ac Domino nostro accõmodari posse, quæ in eo proposita sunt. Sed enim vbi Christus iterum nominatur, quis tandem alius significetur nisi ille ipse, cuius cõmutationem, hoc est ecclesiam, & exprobrauerunt, & adhuc exprobrant, qui dicuntur Christi inimici? siquidem Saluatoris nostri cruciatus, quos ipse pro nobis suscepit, ac præcipuè mortem & crucem, quicunque Christi doctrinam oppugnat, exprobrare nobis consueuit.

Scholia in Cap. XX.

Ea quæ ex Psalmo 88. adducit Eusebius non tam prophetiam de aduersis, quæ Christus nostra causa passurus erat, quàm querelam de dissipatione & calamitate Regni Israelitici continent, sicut facilè vident qui verba Psaltis cum iudicio legunt. Ideo non est vsquequaque firmum id quod Eusebius his verbis monet: Perspicuè verò etiam in his Christi nominatim mentio fit, & futura in passione afflictio eius memoratur, Neque enim vbicunque Christi aut christorum nomen in veteris instrumenti libris occurrit de Domino nostro Iesu, qui κατ' ἐξοχὴν Christus dictus est, interpretandum erit: cum illud extra omnem controuersiam sit, Prophetas, Reges, & Sacerdotes, Christos dictos esse. Ac præstat sane mea quidem sententia grammaticum & γνήσιον sensum in singulis locis sequi, quam allegoriis ludere & ἀεροβατεῖν in detorquendis ad Christum citra delectum omnibus dictis.

Christus nominatim de semine Dauid surgens, qui cornu Dauid nominatur, qui Iudæos inimicos confundit, qui sanctificationem patris renouat. Cap. XXI.

Psal. 131. *Iurauit Dominus ipsi Dauid veritatem, & irritam non facit eam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Tum progressus inferiùs sic ait: *Illic producam cornu ipsi Dauid, paraui lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Hic quoque de eo qui ex semine Dauid oriatur iurat Dominus, quod quidem semen eiusdem, cornu nominat. & quum iterum nominatim Christum appellet, lucernam dicit se illi parauisse, propheticum vtique, vt verisimile est, verbum, quod ipsum Christum antecessit, qui solus instar solaris luminis, omnibus qui totum orbem terrarum incolunt hominibus exortus est. Sic ipse quoque Dauid, vt Christi lucerna paratus ante illum fuit,

vtpote qui

A vtpote qui soli perfectóque lumini comparatus, lucernæ locũ obtineat. Illic verò, inquit, producam cornu: locum videlicet indicans, vbi significat Christum oriturum. Quum enim precatus esset Dauid, vt sibi spiritu liceret antè contemplari illius natalem locum, dixissetque verba illa: *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob*: diuinus spiritus ei locum, qui est in Bethleem occultum detegit. Itaque subiungit, dicens: *Ecce audiuimus eum in Ephrata*, (porrò hæc est ipsa Bethleem) *inuenimus eam in campis syluæ, introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.* Quare meritò postquam hæc aperuit atque indicauit, adiungit: *Illic producam cornu ipsi Dauid, paraui lucernam Christo meo*, Fortasse etiam ipsum in Bethleẽ à Christo assumptum corpus, alio quodam intellectu his verbis significans, quando per
B corpus tanquã per testaceum vas, inhabitans in illo diuina virtus, quasi per lucernam, diuini illius & rationalis luminis radios, in omnes emisit homines.

Scholia in Cap. XXI.

ORaculum Psalmi 137: rectè (si propheticum sensum spectes.) de Christo interpretatus est Eusebius. Christi enim regnum in perpetuum durat. Cæterum quæ de loco, in quo nasciturus erat Christus adiecit Eusebius, vt vera esse nihil dubito, ita ex illis verbis, si introiero in tabernaculũ domus meæ &c. &, Ecce audiuimus eum in Ephrata, &c. nequaquam firmè probari sat scio. Loquitur enim in principio eius Psalmi de Templi fabrica, ac se magno desiderio ædificandi templum nomini Iehouæ flagrasse, & quæ ad structuram necessaria forent comparasse diligenter, affirmat.

C

Christus nominatim à Deo denunciatur, & ab omnibus hominibus agnoscitur, Iudæorum verò gentem repudiat. Cap. XXII.

PArate ad inuocandum Deum Israel, quoniam eccè consolidans tonitru, & creans spiritum, & denuncians hominibus Christum suum, faciens mane & nebulam, & ascendens super cessa terræ. Dominus Deus omnipotens nomen ei, audite verbum Domini, quod ego capio super vos lamentationem. Domus Israel cecidit, non vltrà adiiciet vt resurgat. Virgo Israel lapsa est in terra sua, non est qui erigat eam. Iam septimo loco Christum nominatim denuncians hominibus Deus, consolidare tonitru, & creare spiritum euangelicæ prædicationis dicitur, quæ tonitru nomine, propterea quod exaudienda sit ab omnibus hominibus, appellatur. Nam simili modo Amos. 5.
D etiam spiritus quo Christus apostolos suos afflauit, significatur. Quod quidem perspicuè in Saluatoris nostri aduẽtu completum est, in quo facturus Deus mane simul & nebulam canitur, iis quidem qui salutare lumen susceperint manè: iis verò Iudæis, qui in ipsum non crediderint, contrà. Nam ad illos extremam quoque denunciationem oraculum apportat, dum lamentationem Iudaicæ gentis adiungit, quæ ad ipsos statim peruenit, post nefarium aduersus Saluatorem nostrum Iesum Christum scelus. Ex illo enim, vel ad hunc vsque diem domus Israël cecidit, & visionem semel Deus ac denunciationem protulit, de casura illorum domo in Hierusalem, aduersus omnem illorum multitudinem, veluti eorum qui non amplius erigendi sint, eo quòd non adsit qui illos erigat: *Non est*, inquit, *qui erigat eam*: Postquam enim Christum qui ad illos venerat, non susceperunt, meritò illos & deseruit, & in omnes transtulit nationes, qui etiam tum prius ruinæ causam illos edocuit,
E vbi propè cum lamentatione se excusauit, dicens: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: sæpe volui congregare filios tuos quomodo gallina pullos suos sub alas, & noluistis: ecce relinquitur domus vestra deserta.* Matth. 23.

Scholia in Cap. XXII.

EX prophetia Amos testimonium de Christo Eusebius profert: & in fine capitis de incredulorum Iudæorum reiectione disserit. Congruunt illa cum verbis Ioannis Euangeliographi: in sua venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem eum receperunt, eis dedit potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius Ioan. 1.

Christus nominatim à Domino patre seruatur, & Christus suos seruat. Cap. XXIII. A

Abacuc 3. E*Gressus es in salutem populi tui, vt seruares Christos tuos: iecisti in capita iniquorum mortem.* Aquila: Egressus es in salutem populi tui, in salutem tuam cum Christo tuo. Quoniam Aquila in plurali edidit singulare, quippe qui cum Christo dixerit salutem populo fecisse Deum vniuersi iurè ipsa verba apposuimus, quæ perspicuè quod hic propositum est, tuentur. Erunt autem ex interpretatione ipsorum septuaginta, plures ab illo & per illum, qui
Psal.104. Christi appellentur, de quibus dictum est: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* qui quidem & in illum crediderunt, & sancta regenerationis in Christo vnctione digni habiti sunt, & vnà cum sancto Apostolo dicere possunt, Participes Christi facti sumus. B

Scholia in Cap. XXIII.

A *Christo seruatore nostro saluum factum esse populum Dei, & fideles Christos dictos in veteri Testamento, docet Eusebius. Refert Lucas cap. X I. Gestorum Apostolicorum, Antiochiæ primum Discipulos appellatos esse Christianos.*

Christus nominatim ab Iudæis circumuenitur, & à gentibus agnoscitur. Cap. XXIIII.

Thren.4. S*Piritus vultus nostri Chistus Dominus comprehensus est in corruptionibus eorum, de quo diximus, In vmbra ipsius viuemus in gentibus.* Admirabiles illi Dei prophetæ, quum diuino spiritu intuerentur quod futurum erat, victuros quidem seipsos: verba autem sua, quasi ipsorum viuentium, non futura ociosa, non apud Israël, sed apud gentes canebant: Christum C autem rursus nominatim, quasi illum Christum à quo propheticus ipsis suppeditaretur spiritus, comprehendendum dicebant in corruptionibus ipsorum. Quorum? nempe Iudæorum, qui illum insidiis circumuenerunt. Attẽde verò hic quoque vt oraculum Christum prædicit comprehendendum. quod sanè Christi secundo aduentui accommodari non possit, quem gloriosum & cum regno diuino futurum, prophetica oracula enunciãt. Quapropter necesse est Iudæos oberrare, qui ea quæ ad secundum illius aduentum pertinent, quasi primo solent accipere, quum id nusquam ratio concedat: quippe quum fieri nullo modo possit, vt & pariter, & secundum idem, illum & gloriosum & abiectum fingamus: præterea cum honore & regno, & contrà, non habẽtem neque speciẽ, neque decus, sed contemptum præ filiis hominum, rursus Saluatorem & redemptorem Israël, & cõtra D circumuentum ab illis, & quasi ouem ductum ad occisionem, & ab iniquis, qui inter eosdem sint, traditum ad mortem. Quum autem satis commodè ex nostris rationibus quemadmodum ipsa rerum inspectio declarat, vaticinia de Christo in duo genera diuidãtur, ea quidem quæ ad humanam illius naturam spectant, tristioráque sunt, in priore illius aduẽtu completa esse confitemur: quæ verò maiorem gloriam habent, ac diuiniora sunt, adhuc vsque ad secundum illius aduentum expectantur. Prioris autem demonstratio euidentissima, Dei vtique per illum in omnes gentes progresse, & re ipsa declarata cognitio, quàm variis, diuersisque modis innumerabiles canunt propheticæ voces, sicut vel ea quam proximè citauimus, in qua verba illa continebantur, de quo diximus, In vmbra ipsius viuemus in gentibus.

Scholia in Cap. XXIIII. E

P*Lacet, quod de primo & secundo Christo aduentu, in hoc capite, Eusebius, contra Iudæos disputãs, refert. Ex sententia enim sacræ scripturæ discernit eum Christi aduentum qui in humilitate fuit ab eo qui in gloria erit in die nouissimo.*

Christus nominatim à Domino patre exaltatur. Cap. XXV.

1.Reg.2. A*Scendit Dominus in cœlos, & tonuit: ipse iudicabit extrema terræ, qui dat fortitudinem regibus nostris, & exaltabit cornu Christi sui.* Restitutionem in cœlum rursus nominatim, Christi aut etiam Dei, oraculum intelligit, eiusdémque doctrinam, quæ instar tonitru ab omnibus exaudiẽda sit item quòd postea futurũ est eiusdem contra omnes iudiciũ. Post hæc autem

A autē ipse Dominus daturus robur dicitur regibus nostris. Hi verò erunt Apostoli Christi, de quibus habes in sexagesimo septimo Psalmo illud: *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* In hoc quoque nominatim de Christo mētionem facit, qui vt homo, Saluator noster intelligatur, cuius ait cornu extollendum esse, dum virtutem in illo inuisibilem, & regnum illius significat. Consueuerūt ergo diuinæ literæ, ipsum regnum cornu appellare. Idem verò positum etiam in octogesimo octauo Psalmo: Et in nomine, inquit, meo exaltabitur cornu eius. *Psa.67.*

Scholia in Cap. XXV.

VT finem imponat Eusebius, descriptioni nominis Christi de Sacerdotio, diuinitate & beneficijs Christi Iesu præclarè disputat, adductis scripturæ testimoniis.

B

Christus nominatim domum fidelem à patre accipit ecclesiam suam, & sacerdotem fidelem in omne tempus, qui ecclesiæ suæ cum Dei cognitione præsit. Cap. XXVI.

ECce dies veniunt, & perdam semen tuum, & semen domus patris tui, & non erit senex in domo tua. Hæc postquam ad Heli dixit oraculum, præter alia nonnulla, hæc etiam adiungit, dicens: *Et suscitabo mihi ipsi sacerdotem fidelem, qui omnia iuxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo illi domum fidelem, & ingredietur coram Christo meo omnes dies.* Quum mutationem ac reiectionem ijs qui non recta ratione operentur, diuinum minetur oraculum, alium ex alio genere constituturum se sacerdotem pollicetur, quem etiam dicit ingressurum in conspectu Christi sui, vel inambulaturum in faciem vncti sui, quemadmodum Aquila interpretatus est: vel, vt Symmachus, versaturum ante Christum suum. Sed quis tandem hic erit? omnis nimirum quicunque ad sacerdotium Christi Dei cum pietate accesserit: cui quidem ecclesiæ domum, tanquam sapiens architectus atque ædificator ipse vniuersi Deus, se ædificaturum pollicetur, non aliam vtique domum significans, quàm eam quæ nominatim Christo per totum orbem terrarum erecta est, ecclesiam, vbi sanè omnis quicunque per Christum Dei consecratus est, secundum spiritualia ministeria, quæ placita sint, & ex animo ac sententia Dei dicitur facturus, quando ij qui per sanguinem taurorum atque hircorū, iuxta veterē in figura ritum, sacra perficiebāt, in odium Dei incidisse, per Isaiam prophetam, sine controuersia dicuntur. Hactenus ea in quibus nominatim Christus prædictus fuerat. Verumtamen quia pluribus verbis quæ Christo aduersa tristia contigerunt, illius appellationi annexa sunt, necesse est, quæ antea dicta sunt de illius diuinitate repetere, de qua in quadragesimo quarto Psalmo, qui inscriptus pro dilecto, tractari suprà demonstrauimus, vbi oraculum in primis de illo tanquam de Rege, tractans, post alia nonnulla hæc de Christi diuinitate adiūgit: *Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui: dilexisti iustitiam & odisti iniquitatē, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Planè enim in his, vt iam, antea demonstrauimus, quum vnus ipse quoque sit is de quo agitur, Deus esse dicitur, qui iustitiā dilexerit, oderitque iniquitatem, atque huius rei gratia, ab ipso Deo ac patre suo vnctus sit oleo præstantiori atque excellentiori quàm esset illud figuratum, eo inquam oleo quod exultationis vocatur. At enim quicunque huiuscemodi oleo, nō ab hominibus, neque per homines, sed ab ipso Deo patre sit vnctus, quid aliud merito quàm Christus sit nominandus? ergo eundem etiam Deum simul nominari iam cōstat, quemadmodum quidem suis locis antea demōstratū est. Verùm quæ apud Isaiā scripta olim citauimus, hic quoque repetēda sunt, vbi ille ait: *Spiritus Domini super me, cuius causa vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum.* In his quoque demonstrauimus, quòd qui quondā sacerdotes ex hominibus, ad rei diuinæ cultum accedebāt, hi vnguēto artificiosè cōparato vngebātur. At quē prophetia significat, is virtute diuina vnctus esse dicitur: & hoc totum ad Saluatorē nostrum Iesum, qui solus verus Christus est Dei, referebatur. Qui quidem Saluator in cōuentu Iudæorum quondam, quum prophetiam accepisset, & locum expositum legendo percurrisset, in seipso completum esse quod lectum erat, edocuit. Scriptūm est enim, vt quum legisset librum ac plicuisset, ministróque reddidisset, deinde sederit, vtque omnium oculi in conuentu in illū essent intenti, atque vt deinde cœperit dicere ad illos,

1.Reg.2. *Sacerdotium Christi.* C *Isa.1.* D *De diuinitate Christi.* E *Isaiæ 61. Officium Christi.* *Luc.4.*

quòd hodie completa eſt ſcriptura hæc in auribus veſtris. Hiſce omnibus ad extremum
illa rurſus quæ apud Moſem legimus addenda cenſemus, qui quum exemplar ſibi de- A
monſtratum, Aaron fratrem ſuum pontificem conſtituiſſet, ſicut oraculum ipſi præce-
perat, quod dixit, *Facies omnia ad exemplar demonſtratum tibi in mõte*: planè ſignificauit quod
mentis oculis, diuinóque ſpiritu, magnum vniuerſi põtificem viderit, verũ vtique Chri-
ſtum DEI: cuius dum imaginem cum alia corporali, figuratáque adoratione deſcribit eũ
qui ſibi ſit demõſtratus, alterius veri Chriſti appellatione adornauit. Ipſum hoc diuinus
Heb.10. quoque Apoſtolus comprobat, vbi de Moſi legibus dicit illud: *Qui exemplari atque vmbræ*
Coloſſ.2. *deſeruiunt ſupercœleſtium*. Et rurſus: *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum*. Et rurſus: *Ne-
mo igitur vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt
vmbra futurorum*. Nam ſi quæ ad ciborum indifferentiam pertinent, & quæ de diebus fe-
ſtis & ſabbatis lege ſancita ſunt, quaſi vmbram habentia, picturam aliarum & verarum
& occultarum rerum conſeruabant: non immeritò ſis dicturus, pontificem quoque al- B
terius pontificis inſtar aſſumptum fuiſſe, eundémque Chriſtum denominatum, ad alte-
rius & ſolius & veri Chriſti imaginem? Qui tamen à verò tantiſper reliquitur, dum verus
quidem Chriſtus, ab vniuerſo DEO audit: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabel-
lum pedum tuorum*. Et illud: *Ex vtero ante luciferum genui te*. Et illud: *Iurauit Dominus, & non
pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec*. Per quæ planè quum
ſoboles Dei ac filius ante luciferum, atque ante omne opificium extiterit pontifex æ-
ternus eſt declaratus. Moſi verò Chriſtus tanquam in ſcenica actione, ad breue adorna-
tus, ſimilatúſque tempus, inter mortales poſitus, computatúſque eſt alteri, qui ſolus eſt
verus, tradita veritate & verus quidem Chriſtus, neque Moſaicæ vnctionis, neque olei
artificioſè confecti, terreſtríſve alicuius materiæ indigens, tamen virtute, appellationé-
que ſua, totum terrarum orbem impleuit: quippe qui denominatum à ſeipſo in omni- C
bus gentibus Chriſtianorum inſtituerit genus. Moſi verò Chriſtus, ne in hominibus
quidem quod vnquam nomen habuerit, perſpicuum fuit, niſi quatenus ipſius Moſi ſcri-
pta prodiderint. Et hic quidem ſerò tandem poſt exitum de Ægypto, vaſis quibuſdam
puris, cruentíſque ſacrificiis purgatus, oleo vnctus eſt comparato, ipſum Moſem ſortitus
vnctorem. Ille verò omnis formæ princeps & verus, ab initio in infinitum vſque æuum,
totus per totum, ipſéque ſibi in omnibus ſimilis, nuſquam quicquam mutationis acci-
piẽs, Chriſtus ſemper fuit, etiam prius quàm ad homines venerit, neque itidem poſtea,
non ille quidem ab homine, neque vlla materia quæ inter homines reperiatur, ſed à
ſupremo DEO ingenita diuinitate vnctus. Et quoniam de illius appellatione in præſentia
diſſerimus, omnibus quæ dicta ſunt quaſi ſignum imprimatur, illud quod apud ſapien-
Cantic. 1. tiſſimum Solomonem extat oraculum, ſic ſe habens in Cantico canticorum. *Vnguentum* D
euacuatum, nomen tuum. Nam hic quoque diuina ſapientia donatus, & dignus habitus qui
quæ ſecretiora ſunt de Chriſto, & de eius eccleſia contemplaretur. Idémque quũ vnius
quidem tanquam ſponſi ſupercœleſtis, alterius tanquam illius ſponſæ mentionem feciſ-
ſet, & quæreretur quódnam ipſi ſponſo nomen eſſet, vocem emittit quaſi ad illum di-
Ibidem. cens: *Nomen tuum, ſponſe, vnguentum eſt*: & vnguentum nõ ſimpliciter, verùm euacuatum.
Porrò autem quódnam tandem aliud ſit nomen, vnguentum euacuatum ſignificans, ni-
ſi ipſum Chriſti nomen? nam alioqui neque fieri, neque nominari poſſit Chriſtus, ſi vn-
guentum infuſum non ſit. Quale verò hoc eſſet vnguentum quo vnctus is, de quo agi-
tur, Chriſtus eſt declaratus, in iis quæ ſuperius habes, à nobis oſtenſum eſt. Quum igitur
de Chriſti appellatione hactenus tam multa locuti ſumus, agedum de Ieſu quoque diſ-
ſeramus. E

Quòd etiam Ieſu nomen apud priſcos Dei familiares in precio fuit. Cap. XXVII.

PRimus rurſum Moſes quum ad ſuum ſucceſſorem alia vteretur appellatione, Ieſum
eum denominauit. Scriptũ eſt enim, *Hæc ſunt nomina virorum, quos miſit Moſes ad inſpi-
Ioſue Nauſes. ciendam terram, & denominauit Moſes Nauſem filium Naue, Ieſum, & miſit eos*. Conſidera quæ-
ſo parumper, vt propheta qui non parum doctus naturam nominum erat, ſed plurimum
hac quoque in parte philoſophatus, vt ex iis ſanctis viris conſtat, quos ipſe denominauit,
& ex cauſis propter quas denominauit: quippe qui inducat Abraham, qui præmiũ vir-
tutis à DEO accepit, ſuam ipſius Abraham integram appellationem. Quod ſanè quídnam
ſibi

sibi velit,non est nunc demonstrandi locus.Et eadem ratione Sarai, denominet Saram:
A & Isaac,eum qui antequam nasceretur,risus dictus fuerat: & Iacob eum qui præmio lu-
ctæ,ex cognomine Israel decoratus,quúmque idem alia innumerabilia de vi & natura
nominum,diuiniore quàm vt ea homini conueniat,spiritúque Dei afflata sapientia ac
scientia percepta & cognita haberet,nec alius quisquam ab initio ante ipsum, Iesu no-
mine vsus esset,primus diuino spiritu moderante,quem sibi in populi principatu succes-
sorem erat declaraturus,alio prius nomine vocatum ipse immutans; Iesum nominaue-
rit:vtpote qui appellationem illi à maioribus dum nasceretur adiunctam,non satis ido-
neam fore censuerit:siquidem Nausem illum parentes vocauerant. At verò ipse Dei
propheta,immutato natali nomino,virum illum diuino spiritu annuēte, Iesum vocat,
non aliter illum post mortem suam,omni populo præesse oportere ratus, quum vtique
futurum videret,quas leges ipse profuisset,vt eæ aliquando mutarentur,finémque acci-
B perent,& eadem cum ipso Mose ratione quodammodo interirent:neque alium quem-
piam quàm vnum Iesum ipsius Dei Christum,alteri reipublicæ,quæ priore longè me-
lior,longéque præstantior foret præfuturum.Itaque Moses quidem omnium prophe-
tarum maximè admirandus,quum vtramque Saluatoris nostri Iesu Christi appellationē
diuino spiritu instruente distinctam,cognitámque haberet,vtraque quasi duobus regiis
diadematis eos qui apud se omnium essent principum præstantissimi,decorauit.Itaque
quum duobus principibus,duobúsque ducibus populi,pōtifici ipsi,ac suo ipsius succes-
sori,Christum & Iesum appellationes pro meritis tribuisset,ipsum quidem Aarō Chri-
stum:Nausem verò,quasi,eum qui post mortem suam sibi esset successurus,Iesum no-
minauit.Hoc igitur modo ipsius Mosi scriptura,Saluatoris nostri Iesu Christi nomini-
C bus insignata est.

Christi vtráque natura quomodo Mosi fuit cognita.

Scholia in Cap. XXVII.

PRæclarißimo Iesu nomine Mosaicam historiam,velut pretiosißima gemma,exornatam esse, ex eo colligit Eusebius,quod vt Moses felicißimus ille quidem in nominum impositione, Aeronem fratrem Christum:ita filiū non successorē suum in Politica gubernatione,Iesum siue Iehosuam appellauit.

Quemadmodum Mosi successor Iesus,qui Angelus est vocatus,& populi dux futurus erat,reddentis oraculum Christi nomen ferre dictus est. Cap. XXVIII.

Exodi 23.

D *ECce ego mitto angelum meum ante faciem tuam,vt custodiat te in via, & introducat in terram,*
quam præparauit tibi:obserua eum,& ausculta illi:ne fueris aduersus illum contumax , non enim
verebitur:nomen enim meum est in ipso:meo(inquit ipse Dominus)*qui hæc tibi respondeo , nomine*
*inscriptus est,qui populum introducturus est in terram promißionis.*Quòd si Iesus hic fuit, non a-
lius constat iam tum Dominum hic dicere,nomen suum illi esse impositum : non igi-
tur mirum est,si angelum quoque ipsum vocat,quando etiam de Ioanne , qui homo
fuit,planè dictum est illud:*Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,qui præparabit viam tuā ante te.*

Scholia in Cap. XXVIII.

E *EVndem Iehosuam Nun F. Angelum appellatum, Eusebius monet. Mihi videtur illud oraculum,dè Christo,qui ductor populi Dei fuit,potius quàm de Iohosuah interpretandum. Delector autem allegoria de Iohasuah,non autem Mose,populum Israeliticum in terram promissam ducente.*

Quòd etiam Iesus filius Iosedec sacerdos magnus,imaginem ac figuram gesit Saluatoris nostri,qui veterem,quæ iam tum inualuerat,humanarum animarum seruitutem,ad Deum conuertit. Cap. XXIX.

ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli DOMINI, *Zach. 3.*
& diabolus stabat à dextris eius,vt aduersaretur ei,& Dixit DOMINUS *ad diabolum : Increpet Dominus in te diabole,& increpet* Dominus *in te,qui elegit Hierusalem,nónne ecce hoc, quasi torris*

erutus ex igne? & erat Iesus indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciã angeli Domini, & respon-
dit, & ait ad stantes ante faciem, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum, Ecce ab- A
stuli à te iniquitates tuas, et induite eum tunica talari, et imponite cidarim mundã super caput eius. Et
induerunt illum vestimenta. Ac deinde adiungit: *Audi nunc Iesu sacerdos magne, tu et proximi*
tui sedentes ante faciem tuam, quoniam viri prodigiorum inspectores sunt, quoniam ego adduco seruum
meum orientem, & post paulum his quæ dicta sunt adiungit, dicens: *Et factum est verbũ Do-*
mini ad me, dicens: Sume ea quæ sunt ex transmigratione à principibus et oraculis eius, et ab iis qui
cognouerunt eam, et ingredieris in die illa in domum Sophoniæ venientis de Babylone, et accipies ar-
gentum atque aurum, et facies coronas, et impones super caput Iesu filij Iosedec sacerdotis magni et di-
ces ad eum. Hæc dicit Dominus omnipotens, Ecce vir, Oriens nomen ei, et subter eum orietur, et ædifi-
cabit domum Domini: et ipse accipiet virtutem, et sedebit, et principatum obtinebit in sede sua, et erit sa-
cerdos à dextris eius, et consilium pacificum erit inter vtrunque. Hoc quoque in loco propheta B
magnus sacerdos, qui dicitur Iesus, apertissimam imaginem, & notã euidẽtissimam ser-
uare mihi videtur Saluatoris nostri Iesu Christi, quando & illius nomine decoratur, &
Isaiæ. 61. populi de Babylone redeuntis, qui captiuus illic fuerat, ductor existit. Nam Saluator
quoque noster Iesus Christus per Isaiam dicitur missus, vt nũciet captiuis remissionem,
& cæcis visum, consoletúrque omnes qui in luctu sint, détque lugentibus Sion, gloriam
pro cinere, atque vnctionem lætitiæ. Habes igitur iam duos magnos pontifices: Chri-
stum quidem apud Mosem: Iesum autem eum de quo nunc agitur, qui veritatis circum
Saluatorem ac Dominum nostrum Iesum Christum notas & signa, in se ipsis pertule-
rint. Sed enim Aaron qui apud Mosem Christus est, quũ Ægyptiaca seruitute populum
liberauerit, & ad libertatem & curam profectionis ab Ægypto illorum dux fuerit, probè
seruabit imaginem eius, qui verus est Dominus. Nam hic planè nos omnes, qui de gen-
tibus assumpti sumus, ab Ægyptiaco simulacrorum cultu liberauit: at verò qui apud C
Heb. 8. et 9. prophetam est Iesus sacerdos magnus, redeuntibus de Babylone in Hierusalem præ-
fuit, signum ipse quoque ferens Iesu Saluatoris nostri, quem habemus sacerdotem ma-
gnum, qui quidẽ cœlos ipsos penetrauerit, à quo nos etiã ipsi quasi de Babylone, hoc est
de confusione ac seruitute vitæ præsentis liberati, ad cœlestem verámque Hierusalem
contendere instructi sumus. Porrò autem meritò qui veritatis imaginem in seipso fere-
bat Iesus, sordidis indutus vestibus fuerat, diabolúsque à dextris illius stetisse, eidémque
aduersatus esse dicitur: nam verus item Saluator ac Dominus noster Iesus, quum ad no-
stram vsque descenderit seruitutem, peccata nostra sustulit, atque humanas sordes ab-
stersit: & quæ illi in passione probra illata sunt, ex mansuetudine charitatéque erga nos
sua sustinuit, quapropter Isaias sic ait: *Hic peccata nostra fert, & pro nobis est in dolore, & nos* D
existimauimus eum esse in labore, & in plaga, et in afflictione: ipse autem vulneratus est propter pecca-
ta nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras, quinetiam Ioannes Baptista, quum Do-
Ioan. 1. minum vidisset, ait: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Paulus quoque his similia scri-
2. Cor. 5. bens de illo, inquit: *Eum qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iusti-*
Gal. 3. *tia Dei in ipso.* Item: *Christus non redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Hæc i-
gitur vniuersa dum canit prophetia, apertius ea ipsa significat, vbi ait: *Et Iesus erat indutus*
vestibus sordidis: verumtamen iis depositis, quo tempore in cœlum ascendit, ac de seruitute
nostra ad ea quæ ipsius propria sunt, reuersus est: tum verò paternæ diuinitatis diadema-
te est coronatus, & paterni luminis splendidissimũ vestimentum indutus, cidaríque di-
uina, atque aliis pontificiis ornamẽtis decoratus. Nõ est autẽ difficile etiã ea quę ad dia-
bolum spectant interpretari, qui quidem etiam nunc dum Christi doctrinæ aduersatur,
atque illi ecclesiæ, quæ à Christo per totum terrarum orbẽ erecta est, ipsi Saluatori no- E
stro aduersatur: vtpote qui antea quoque contra illum steterit, dũ is adest nos à seruitute
quam sub hoc ferebamus, liberaturus. nempe illum hic tentauit, & semel prius, & iterũ
Eph. 4. postea, quum sub ipsam passionẽ illi insidias comparauit: ad extremum ille quum & ip-
sum diabolum, & eos qui sub ipso degunt, vniuersos, & inimicos & hostes, visum no-
strũ effugientes, in fugam vertisset: nos qui captiui tenebamur, suos effecit domesticos,
atque de nobis ipsis, tanquam de viuis lapidibus, domum Dei, ipsámque pietatis rẽpu-
blicam struxit, vt iure ac merito illi oraculum sit accommodandum, quod ait: *Ecce Oriẽs*
nomẽ ei. et subter ipsum orietur, et ædificabit domum Domini, et ipse accipiet virtutẽ, et sedebit, et prin-
cipatum tenebit in sede sua. Attẽde igitur diligenter, quẽadmodũ hic quidẽ spirituali quodã
modo de antiquo loquẽs Iesu, qui imaginẽ veri ferebat, sic dicat, Ecce Oriẽs nomen ei.

Paululum

A verò progressus, quasi de alio qui sit Oriens, ipsi illi qui tunc aderat, Iesu dixerit: *Audi iam nunc ô Iesu, sacerdos magne, & tu, & proximi tui. Quoniam viri prodigiorum inspectores sunt: Ecce ego adduco seruum meum, Orientem.* Si igitur sermo erat de alio qui venturus esset, ac verius quàm ille qui tunc aderat, Oriens nominandus, certè imago venturi Orientis ille erat, vtpote qui in imagine non solum Iesus, sed etiam Oriens diceretur: siquidem tanquam ad ipsum præsentem, verba illa. Ecce vir, Oriens nomen ei, ad illum dicta sunt. Meritò igitur imaginis gratia, hic quoque Saluatoris nostri appellatione dignus habitus est nimirum quemadmodum etiam Orientis. Nam ipsum Iesu nomen in nostrã linguam conuersum, salutare Dei significat. Etenim Iosua apud Hebræos salus. Filius autem Nun apud eosdem Iosue nominatur. Iosue verò est, Iaho salus, hoc est Dei salutare. Itaque meritò sic vbi Dei salutare in nostris codicibus lectum fuerit, nihil aliud prorsus quam Iesum Matth. 1.
B Hebraica lingua significari, pro comperto habeas. Quum hæc hactenus de Saluatoris nostri appellatione à nobis dicta sint, ab alio rursus principio orationem renouantes, ad perfectiores de eodem propheticas demonstrationes transeamus.

Scholia in Cap. XXIX.

IEsum Iosedeci F. Archipontificem Iudæorum, qui ipso & Zorobabele ducibus è Babylone reuersi sunt, Domini nostri Iesu Christi typum fuisse, testimonio grauissimo Zachariæ prophetæ probatur. Quæ in fine capitis de notatione nominus Iesu, Eusebius aspersit, conferenda sunt cum verbis Angeli ad Iosephum de Maria θεοτόκῳ eiúsque filio: Pariet autem filium, & vocabitur nomen eius IESVM: *is enim saluum faciet populum suum à peccatis suis. Matth. 1. De hoc nomine Petrus concionatur. Act. 4. vers. 12. Nec est in alio quoque salus: nec enim aliud nomen est sub cœlo datum inter homines,*
C *in quo oportet nos Saluos fieri. Tantum de 4. libro διὰ βραχέων notare libuit.*

LIBER QVINTVS.

PRÆFATIO.

D QVVM quibus modis de Saluatore nostro Iesu Christo tractemus, ij duo nobis in proximo Euãgelicæ demõstrationis volumine ostensi sint: vnus quidem eorum, natura nostra superior est, vltráque illam excurrit. Hoc sanè modo affirmamus illum esse vnicum Dei filium, siue Dei essentiam referens verbum, vniuersique huius autorem, siue essentiã intelligentem, ac Dei primogenitam virtutem atque naturam, vímque diuinam, quæ omnem habet virtutem, & omnia, quæ facta sint, antecedat, siue ingenitæ naturæ intelligẽtem imaginẽ. Alter verò modus nobis magis cognatus, magísque familiaris agnoscitur. Hoc enim definimus illum esse Dei verbum, quòd in homine paternam pietatem denunciet, quo quidem modo quondam ille apud priora secula in habitu, iis qui cum Abraham, Theoria de Christo modi.
E iis inquam, qui cum ipso illo principe gentium apud Dei amicos tantopere celebrato vixere, apparuit. Qui tum rursus apud homines visendus expectabatur, & qui iam antè per hominis ortum, & nostro corpori simile corpus, omnia probra passurus dicebatur. Itaque Ebr. 3. nobis de illo prophetica expositiuris testimonia, recta via, rectóque ordine procedet oratio si iam nunc in primis quemadmodum quæ promissa sunt postulant, id quod primum est exploremus: & quæ in Euangeliis de illo extat theologia, hanc à veterum prophetarum testimonio comprobemus. Sed antè necesse est considerare, quísnam fuerit modus, quòd prophetæ apud Hebræos Dei spiritu implerentur, à quibus utique etiam quæ prædicta sunt, antehac edocti sumus.

SCHOLIA IN PRÆFATIONEM
LIB. V.

1 *Duplicem esse modum Theoriæ de Christo Iesu seruatore nostro, alterum qui captum nostrum superet, alterum qui fidei (quam gratis operatur in Electis Spiritus Domini) adminiculo vtcunque comprehendi poßit, dum hominem Christū & eius merita fideles intuetur, in principio libri huius, Eusebius indicat.* 2 *Oraculis sacrosanctis Prophetarum, responsa commentitia Ethnicorum dæmonum nequaquam esse conferenda docet, ac Legum apud Ethnicos, varietate, pugnantia & quarundam turpitudine quædam eo consilio addit vt quæ fuerit Idolomania, qui furores in Ethnicis Diis, Hierophantis, Legumlatoribus aliisque multis, palàm constet.* 3 *Deos gentium nec legum, nec artium bonarum, nec vllius honestæ & vtilis rei vel inuentores vel auctores.* 4 *Turpitudinis autem & omnis generis scelerum labe conspurcatos fuisse dæmones, probat Eusebius.* 5 *Illud verò operæpretium erit obseruare, quod Mosi scripta noster Eusebius tanquam diuina, impuris Dæmonum responsis opponens discernit in ἱστορίαν de Vitis Patrum, in quibus pulcherrimarum virtutum exempla extant: in νομοθεσίαν & leges Morales, cæremoniales & forenses: & denique in προφητείαν de rebus futuris.*

6 *Prophetis omnibus in genere tribuit Eusebius, θεολογίαν de Deo Patre, & Filio, & παραινέσεις ad virtutes, quæ sunt fructus Spiritus. Cum his exhortationibus coniunctæ fuerunt Comminationes pœnarum, quibus essent afficiēdi ij qui contra conscientiam delinquerent. Omnia in hoc Eusebij Proœmio, & in sequentibus, eò spectant, vt intelligamus sanctos Prophetas ex Spiritu Christi locutos esse.*

Quisnam modus quo apud Hebræos prophetæ simul, & quæ futura essent canebant, & solam veram theologiam illustrabant.

De Prophetarū docendi genere.

Rom. 3.

Deus ex æquo præuidit Iudæis & gētibus salutem.

Loca in quibus & vaticinia & oracula acciperent, in orbe terrarū paßim instituta fuisse tam Græci quàm Barbari profitentur. Porrò hæc aiunt prouidentia ipsius opificis, ad vsum atque vtilitatem hominum prodita esse & concessa. Itaque prophetis Hebræorum nihil excellentius contigisse, quàm reliquarum gentium oraculis. Vt enim Hebræis per eiusmodi prophetas, sic reliquis gentibus per diuersorum locorum oracula, supremum Deum respondere, & conducibilia monere solitum. Non enim tantummodo Iudæorum esse, sed reliquorum quoque omnium hominum Deum: neque hos magis quàm illos curare, sed omnibus æquè prouidere. Sic enim nec solem quidem suum inuidere cuiquam, sed omnibus abunde largiri, non Hebræis solis, annuósque rerum necessariarum prouentus suppeditare, atque omnibus simile corpus construere, vnúmque nascendi modum omnibus vnam animæ rationalis naturā. Itaq; eadem ratione prouidendi quoq; cognoscendique futura scientiam, omnibus hominibus abunde sufficere, aliis quidem per viros prophetas, aliis verò per oraculum responsa, & aliis per auium volatus, aut per extorum in sacrificiis inspectionem, aut per somniorum immissiones, aut per ea quæ dicuntur omina, aut per concussiones ac tremores, aut per alia quædam eius generis signa: hæc enim aiunt prouidentia diuina cunctis hominibus esse donata: itaque nihil amplius habere videri Hebræorum prophetas. Hæc sanè illorum est ratio: nos verò illis sic obuiam ituri sumus. Si vlla quidem ratio cōuincit, re vera deos, seu diuinas potestates, siue bonos aliquos dæmones præesse eorum de quibus dictum est oraculis, vel auguriis, vel cæteris quæ antè diximus, possumus sanè aliquem locum illis tribuere, tanquam illa quoque supremus Deus iis qui talia vsurpent largitus sit: si verò perfectis demonstrationibus, & ipsorum Græcorum confessionibus, iam antea, dæmones esse non illis quidem bonos, sed omnis perniciei nequitiæque autores conuicimus, quî fieri potest, vt Dei prophetæ habeantur? Etenim illos esse malos, per euangelicam præparationem ratio deprehendit, ex eo sanè quod priscis temporibus in omni loco & ciuitate ac regione, humanæ illis victimæ sacrificarētur: item ex eo quòd rerum futurarum ignoratione sciscitantes deciperent: & quòd in mendacio millies ac millies deprehēsi sint, modo quidem apertè ac palàm, modò verò ipsorum oraculorum ambiguo sermone, per quem eos qui ad se confugissent, plurimis sępisśime malis atque incommodis inuoluisse conuicti sunt: necnon quod iam antea demonstratum sit, illorum genus fœdum immundúmque esse, ex eo quòd obscœnis ac lasciuis, quæ de ipsis ferantur, cāticis gaudere cōsueuerint: item hymnis ac fabulosis narrationibus historiisque inhonestis ac perniciosis, quas quòd cōtra seipsos ratas habuerint, & tanquam veras comprobauerint, iam plenè redarguti sunt. Denique illorum inertis imbecillæque naturæ

Dæmones omnis nequitiæ autores.

Hæc omnia fuse in li-

maximum

A maximum argumentum, quod extincta ſint oracula, neque amplius vt olim reſpondeant,
& extincta non aliàs quàm ſub aduẽtum Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ex quo enim illius
in omnes gentes euangelicæ doctrinæ penetrauit verbum, ex illo item oracula defecerũt,
& dæmonum mortes memorantur. Omnia igitur hæc, & innumerabilia alia his ſimilia
fuerunt, ex quibus illos, de quibus nunc agimus, malos eſſe dæmones Euangelica præpa-
ratio demonſtrauit. Quod ſi tales illos eſſe iam conſtat, quæ ratio vnquam obtinebit, vt ſu-
premi Dei illas fuiſſe diuinationes cenſeamus, quæ dæmonum ſortes perhibẽtur? aut quæ
de illis feruntur, Dei prophetarum vaticiniis eſſe comparanda? cæterùm quanti tandem
illorum prædictiones faciendæ, quas, quum ſtare videbantur ſciſcitantibus reſpondebãt?
nónne de inhoneſtis atque humilibus, & nullius præcij viris, pugilibus, exempli gratia, aut
aliis talibus reddi ſolitas nouimus? quos quidem homines ſacrificiis honeſtari iubebant?
B qualia porrò quæ de humanis victimis feruntur, cenſenda? caput enim hoc omnium eo-
rum quæ dicta ſunt. Num igitur vlla re praua locum nouæ abſurditati reliquerunt? quòd
ſi iſti hominum conſeruatores, & dij & boni dæmones, qui ad ſe ſuppliciter & cum pieta-
te confugiebant, eos quæcunque chariſſima haberẽt, quaſi reliquis ſimilia pecora mactare
imperabant, planè quòd humani ſanguinis ſupra omnem ferinam naturam ſitibundi, ne-
que quicquam aliud quàm potores ſanguinis, & deuoratores hominum, perditioníſque
amici eſſent, ipſimet declarabant. Aut dicat ſanè quiuis, num de illis poſſit honeſti quip-
piam, aut quod cum virtute coniunctum ſit oſtendere, aut diuinationes ac prædictiones,
quæ ad omne hominum genus ſpectauerint, aut leges inſtitutionéſque ciuiles, quæ quo-
modo omnes homines viuere oporteat, præceperint, aut philoſophiæ decreta ac diſcipli-
nas, quæ philoſophiæ amatoribus ab ipſis diis vnquam propoſita fuerint. Atqui nemo eſt
C qui poſsit affirmare, tale vnquam quidquam vel celeberrimorum oraculorum beneficio,
vitæ hominum cõtigiſſe. nam ſi talia fuiſſent, nunquam homines, quid vis à diis leges tra-
ditæ ſunt, diuerſis vſi eſſent, atque inter ſe pugnantibus legibus: nam qui dij eſſent? & dij
boni, qui fieri poſſet, vt non æquis inſtitutionibus vterentur? quare autem non modeſtiſſi-
mis ac iuſtiſsimis legibus? quis ergo aut Solonis, aut Draconis, aut aliorum qui vel Gręcis,
vel Barbaris leges deſcripſerint, vſus fuiſſet, quum in proximo adeſſent dij, qui oraculis
poſſent, quæ honeſta & neceſſaria viderẽt, præcipere? Quòd ſi quis dicat, planè illos ipſos,
non alios fuiſſe, qui per ſingulas gentes hominibus leges dederint: dicat etiam, quæſo, ec-
quis ille, aut cuiuſmodi fuerit Deus, qui Scythas, exempli gratia, deuorare homines do-
cuerit, aut qui nonnullis aliis leges dederit, vt matribus ac filiabus miſcerentur: aut qui eos
qui cõſenuiſſent, canibus proiicere, quaſi rem bonam imperauerit: aut qui ſorores habere
in matrimonio permiſerit, aut mares maribus commiſceri? Et quid me oportet narratio-
D nes à legibus & omni iure alienas de iis quæ apud Græcos, Et apud Barbaros fierent, nu-
merare, vt autores illos oraculorum mirabiles, apud vtroſque non deos, ſed prauos ac ſce-
leratos dæmonas fuiſſe demonſtrem? quippe qui infeliciſsimum mortalium genus, in ab-
ſurditates ab omni natura alienas coniecerint, quãdo ne dij quidem illi & vates, qui apud
Græcos fama celebrantur, vt conducibile quicquam & ſuo precio æſtimãdum, ad animæ
vtilitatem iis tradiderint, qui ad oracula accederent, demonſtrari poſsint? cur enim vn-
quam Græci homines, relicto illorum vſu, barbaram terram petere ſoliti ſunt, vt merca-
torum inſtar, diſciplinas extrinſecus aliunde conquirerent, quum in proximo eſſent dij,
quibus magiſtris vterentur? ſi enim dij aut etiam boni dæmones reſpondiſſent, & alias
quidem diuinationibus, aliíſque miraculis oſtendiſſent vim ſuam: alias verò ex conſtanti
& neceſſaria diſciplinarum veritate, veram docuiſſent ſapientiam, quid tandem impedi-
E mento fuiſſet, ne ab illis philoſophorum filij inſtituerentur? vt ita illis inſtitutis, nuſquam
aliæ ab aliis opiniones, aliæ ſententiæ, alia decreta traderentur: neque vero ex longa diuer-
ſitate, variæ philoſophorum ſectæ naſcerentur? Quod ſi illos popularis turba non atten-
debat, at ſaltem piis religioſiſque hominibus, qui illos conſulerent, conſtantem quandam
doctrinam, beneficio illorũ ſuppeditari oportebat. Sed qui ſunt hi tandem? nam quoſcun-
que dixeris tales, eos vt errantes redarguunt, quicunque diuerſa aut cõtraria ſentiunt: cæ-
terùm, vt par eſt, dæmonum erant oracula, quæ vſque ad furis compilationem, aut ſuppel-
lectilis interitum, aut aliud quippiam eiuſdem generis vim ſuam porrigerent: quarum ſa-
nè rerum haud incredibile eſt illos, vtpote qui in hoc aëre qui terram ambit, vagari con-
ſueuerint, habuiſſe ſententiam. Honeſtæ autem & cum ſapientia coniunctæ rei, ſiue ſen-
tentiæ atque artis inuentores fuiſſe, nunquam oſtendes, non reipublicæ, non legis à recta

bris de Præparatione tractata reperies.

Dæmones ſitiunt humanũ ſanguinem.

Legum varietas & pugnantia.

Legislatores gentium.

Vide D. Hieronymum lib. aduerſus Iouinianum.

Græcorum quorundã profectiones ſtudiorum cauſa ſuſceptæ.

ratione profectæ,non inſtituti cuiuſpiam laudabilis : imò verò ſi aliquanto liberius dicere A
oportet,illos omnium malorum autores & principes extitiſſe affirmare neceſſe eſt, qui de
ſeipſis adulteria,& impudicos marium abuſus,& cum matribus & ſororibus nuptias,con-
cubitúſque nefarios,& alia innumerabilia quæ deorum naturæ aduerſantur,inimicitiáſq;
& bella deorum aduerſus deos,in ipſorum hominum canticis atque hymnis & narratio-
nibus, & ſacrorum arcanis ritibus,ferri non recuſarent, ac potiùs libentiſſimè audirent.
Certè nunquam eorum quiſquam ſe contra homines indignatione correptum oſtendit,
quod qualia dicta à nobis ſunt,talia ipſis aut cogitando, aut dicendo, quaſi nequitia plena
neque vlla modeſtia referta tribuerent. Et quid me oportet oratione progredi longius?
quum planè de vno omnium exemplorum maximo liceat & crudelitatem, & immanita-
tem,& tetrum reuera inſtitutum illorum intueri ? dico autem de mactandorũ hominum
ritu.Quod enim non ſolum brutorum animalium ſacrificiis gauderent, verumetiam ho- B
minũ ipſorũ interitu,cuius tãdem crudelitatis exceſſum non ſuperauerit:hæc enim erant,
vt dixi,quæ in pręparatione & philoſophi & hiſtorici apud Gręcos memorię prodiderint,
ex quibus maximè quàm pernicioſi ſint dæmones,quámq; multiplicibus machinis,modò
quidẽ oraculorũ,modò verò auſpiciorum,aut ſignorũ aut hoſtiarũ, aut aliorum ſimilium
hominum peruertant atque implicent genus,demonſtrabantur.Quare affirmãdum, illo-
rum oraculum nequaquam ſupremum Deum autorem habuiſſe. Neque igitur illa pro-

Moſes prim° theologus.

phetis Hebræorũ comparare fas eſt,quorum primus initiator ac theologus extitit Moſes:
qui quidem quãtorum,qualiúmque bonorum in vita autor fuerit,iam hinc facilè cõtem-
plari potes.Primum ſententias,opinionéſque euangelicas ac veras protulit, de omnium
rerum autore atque opifice Deo,tum de eiuſdem filio rationalium,intelligentiúmque na-
turarum autore,earum vtique quæ poſt ipſum exiſtere intelliguntur:item de mũdi atque C
hominis creatione, ſcripturã ſacrã exarauit atque edidit. Præterea quum hiſtorias religio-
ſorum hominum,& qui olim Deo grati apud Hebræos vixerint, quaſi quædam virtutum
exemplaria expreſſerit,eos qui ſibi dictanti parerent, ad imitationem virorum bonorum
excitauit.Legi verò diuinæ,atque iis qui tunc vterentur accommodatæ,primus orationis
ſplendorem adhibuit, adorationémque religioſam ac veram introduxit. Poſtremò iis
qui poſt ſe multis ſeculis futuri erant prædictiones enunciauit, ſicut paulò pòſt à nobis
commemorabitur. & hic quidem talis.Ad eũdem verò modum etiam prophetæ qui poſt
illum extiterunt.Cæterùm extra propoſitum exiſtimetur, ſicubi eorum quippiam quæ in
diem quæri ſolent,ipſi reſpondiſſent ſiſcitantibus.Summa autem omnis illorum prophe-
tiæ in rebus magis conſumebatur. Non enim in diuinatione rerum quæ in diem, aut
in præſens tempus quærerentur,neque paruis aut humilibus negociis ſuum quod à Deo D

Prophetæ præcipuè quæ ſaluti animæ cõducũt prædixerunt.

acceperant munus dignum putabant.Sed ſuper omni genere hominum diuini in illis ſpi-
ritus illuſtratio,ingens amplexa erat argumentum,non illa quidem vt de ægrotantis ho-
minis corpore,neque de temporaria hac,& omnibus morbis obnoxia vita, diuinationem
profiteretur,nec alioqui de quibuſdam mediis atque indifferentibus:quæ neque,ſi adſint,
ad profectum animæ conducibilia ſint:neque,ſi non adſint, damnum aliquod aut perni-
ciem afferant.Tametſi nonnunquam hæc quoque prædicebãt, non primaria quadam ra-
tione,ſed quòd rerum grauiorum perceptionem comitarentur, eiſque eſſent adiuncta.At
verò quæ in cauſis diuini ab illis accipiendi ſpiritus,ad vaticinandum principem locũ ob-
tinerent,ea maius quoddam cõtinebant argumentum,quàm vt ad ea quæ dicta ſunt, per-
tinere poſſent.Quòd ſi quis totum quaſi corpus eorum quæ à Moſe & aliis poſt Moſem
prophetis ſcripta ſunt,diligentiſſimè exploret,profectò ea nihil aliud complexa inueniat,
quàm adhortationem atque doctrinam diuini cultus,qui Deo vniuerſi, ipſi vtique opifici E
rerum omnium ſit exhibendus, cognitionémque ac theologiam ſupremam de filio, qui
vnà cum patre ipſe quoque rerum ſit autor : præterea dehortationem atque euerſionem à
fallaci multorum deorum cultu,ad hæc veterum ſanctorum virorum,qui primi talem re-
ligionem obſeruauerint,memoriam,prædictionéſque & reſponſa de iis qui multis poſt ſe-
culis ad illorum vitæ regulam,ſuam ipſi vitam directuri erant per aduẽtum Dei ad homi-
nes atque præſentiam,ipſius inquam filij & ipſe eiuſdem docẽdæ pietatis munere functu-
rus,& ad ſalutem vitæ hominum afferendam venturus,in reſponſis dicebatur,cuius bene-
ficio illi cunctis gentibus & Gręcis ſimul & Barbaris eundem diuini cultus morem,quem
veteres Hebræorum religionis amatores ſeruauerant, prodendum eſſe canebant. Hæc
Moſes,hæc reliqui item prophetæ, qui omnes vno ore quod erat futurum nunciabant.

A Atque hæc erat causa, cur diuinus spiritus afflaret homines & corriperet, vt videlicet Dei cognitionem ipsos, supremámque de patre ac filio theologiam doceret: iisdémque traderet, veræ illius pietatis morem, & ad memoriam redigeret eos qui quondam omnis honestatis partes compleuissent: necnon eos qui posterioribus temporibus à pietate, ritúque maiorum suorum excidissent, eósque longa oratione reprehenderet: item caneret aduentum Saluatoris, ac doctoris vniuersi humani generis: & per illum in cunctas gentes, antiquæ Hebræorum religionis propagationem futuram nunciaret. Hæc sunt quæ ab initio & titulis & libris sacris prophetarum, concordi voce enunciata fuerunt: ipsa inquam hæc quæ etiam nos post longissimum tempus, hodierno ipso die compleri oculis nostris intuemur. Hi verò omnes vno ore diuino spiritu afflati, cunctis hominibus lumen veræ pietatis aperiebant, atque animæ & corporis castitatem, perfectámque mentis purgationem B cõmendabant. Quam cùm ipsi prius exercuissent, iis qui sibi auscultarẽt, proponebãt, & ab omni minus honesta actione eos qui ad se accederent prohibebant, deterrebántque, ne studia illa nefaria imitarentur, quæ ab errore colendi multos deos profecta fuerant: tum præcipiti quodam cursu docebant, vt fugerent omnem dæmoniacam traditionem, priscásque illas omni studio celebratas hominum mactationes, obscœnásque de diis & nefandas narrationes: à quibus quum homines prohiberent, vnum vniuersi opificem Deum quasi præsidem ac iudicem omnium quæ ab hominibus agantur, vt attenderent, hortabantur, atque interim ne ignorarent eum qui venturus erat ad homines, Christum vtique Dei, Saluatorem vniuersi humani generis, ac doctorem non minus Barbaris quam Græcis veræ pietatis destinatum. Hæc sanè erat differentia inter eos qui spiritum Dei receperant, & eos qui dæmoniaco instinctu diuinationem profitebantur. Deinde prauum C quidem vnumquodque dæmonium tanquam tenebrarum amicum, animam tenebris & caligine inuoluens accessu suo quemcunque sibi subiecerat, naturali vsu rationis deturbatum, quasi mortuum distendebat. Itaque ille tanquam omni sensu spoliatus, factúsque amens, quid à se vel diceretur vel ageretur, neutiquam intelligentia consequebatur. Ex qua re meritò istiusmodi alienationi nomen imposuerunt: quod, quum diuinationem significet, à furore videtur esse deductum. Verus autem diuinúsque spiritus quum lucidissimus, ac potius ipsa lux sit, ad quamcunque animam accesserat, in ea continuò nouum ac splendidissimum lucis diem comparabat, eandémque & nitidam, & ad contemplandum idoneam multo amplius nunc quàm prius esse consueuisset, reddebat. Itaque cura maxima & sobrij erant, & vigilabant, & præ aliis omnibus quæ canebant, ipsi intuebantur & comparabãt. Ex quo mihi bene veréque videmur eos qui tales D extiterint, vocare prophetas, quòd diuinus in eis spiritus ante ostendere, & lumine suo anticipare, non præsentium modò, verumetiam futurorum veram certámque cognitionem consueuerint. Cæterùm contemplamini quæso longè ne melior hæc verior oratio, quæ ait diuinum spiritum in animas expurgatas, & ad suscipiendam diuinitatem intelligentia & ratione nitida comparatas, ingredi solitum, an eorum qui in materia in anima, & tenebricosis secessibus, diuinum quod sit, includũt, atque in fœminarum, virorúmque impuris animis, necnon in coruis atque accipitribus, auibúsque cæteris, præterea in capris, & reliquis animalibus, quinetiam in aquarũ collectionibus, in extispiciis, in cruoribus odiosarum ac deformium beluarum, in venenatarum serpentium corporibus, vt draconum & mustelarum, & aliorum eiusdem generis, per quæ futurarum rerum cognitionem à supremo Deo indicari & prodi admirabiles isti & egredij autores, contra quos dicimus, pu-E tauerunt. Porrò istuc hominum fuit nullam diuinæ naturæ rationem habentium, neque verò quæ'nam sit diuini spiritus vis considerantium, quæ nullo modo in anima brutáque animalia incolere gaudet, ac ne rationalia quidem cuncta, sed ea tantum in quorum animis virtus insit perfecta, quales paulo ante prophetas Hebræorum oratio nostra descripsit, quos duximus magnarum rerum causa, diuino spiritu dignos esse habitos, vtpote qui orbis vniuersi hominibus ea proderent, quæ ad ipsorum in virtute profectum conducerent: quod si quando illos instar vmbræ, etiam rerum præsentium ac mediarum atque indifferentium cognitio comitata est, vsque adeò vt sciscitantibus quæ ignorarent, ad tempus quoque prædicerent, etiam hoc ipsum necessariò illis qui ad ipsos accederent, præbebãt, nimirum ne isti curiosi ac perquam auidi diuinationũ, iure ad externa aliarum nationum oracula, penuria domesticorum prophetarum secedere viderentur. Sed hæc hactenus dicta sint, ad illam vim diuinam demonstrandam, quæ in prophetis Hebræorum inerat.

Prophetarum communis exhortatio.

Discrimen eorum qui diuino & eorum qui dæmoniaco spiritu afflantur.

Quid propheta.

Gentilium vanissimæ diuinationes.

Tempus igitur iam eſt, vt illi tanquam ij qui viri diuini ſapientéſque, non humano more, extiterint, ſed afflati diuino ſpiritu quæ credenda eſſent docuerint, ſua ipſorum decreta, & cum pietate coniunctas incorruptáſque theologias, ſine omni prorſus ambiguitate nos doceant, vt videamus num vſquam quidquam à virtute ac veritate alienum importent: agendum igitur iam deinceps, nouo quodam dicendi initio aſſumpto, quæ in Euangeliis de Saluatore noſtro Ieſu Chriſto theologia continetur, eam propheticis quoque teſtimoniis comprobemus. Euangelica igitur teſtificatio talem de Chriſto profert theologiam:
Ioan. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil* : vocat porrò illum lucem intelligentem : vocat enim Dominum, ſicut interim Deum quoque. Diuinus autem Paulus tanquam Chriſti diſcipulus & apoſtolus, eidem theologiæ concordat, vbi de illo hæc narrat :
Coloſſ. 2. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlo & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia, & omnia per ipſum conſtant.* Vocatur autem & Dei virtus, & Dei ſapientia. Hæc ipſa igitur hoc tempore de propheticis Hebræorum monumentis, quaſi de variis floribus colligenda nobis propoſita ſunt, vt per vtriuſque partis conſenſionem, demonſtratio conſtret veritatis. Cæterùm, ignorare neutiquam oportet, quemadmodum diuina oracula quum multum, quod tum in verbis, tum in ſententiis mirificè excellat, Hebraica lingua contineant, variam, diuerſamque in Græca lingua interpretationem, ob difficultatem contemplandi ſortita ſint. Sed quàm olim viri Hebræi multi ſimul conuenerint, & vna eadémque voce illa omnia conuerterint, eos maximè ſequemur: quandoquidem Chriſti quoque eccleſiæ iiſdem vti placuit. Sicubi autem vſu venerit, ne iuniorū quidem interpretum nouas editiones, quas etiam nunc Iudæi libenter vſurpant, recuſabimus: vt ea quæ ad noſtram hanc demonſtrationem pertinent, ex omni parte ſtabiliùs firmiúſque conſiſtant. Quum hæc hactenus præfati ſimus, reliquum iam eſt, vt in ipſas diuinas voces inſiſtamus. C

Alludit ad hiſtoriam de 70. Interpretibus.

Quemadmodum apud Hebræos ſapientiſſimus Salomon in Prouerbiis noluit quandam primogenitam Dei virtutem, quam & ſapientiam Dei & eiuſdem ſobolem appellat, ſicut interim nos quoque eandem glorificamus.

CAP. I.

Prouerb. 8. *Ego Sapientia habitaui conſilium, & cognitionem, & cogitationem ego inuocaui : timor Domini odit iniuſtitiam, contumeliámque, & ſuperbiam, & vias prauorum : odi verò ego peruerſas vias malorum, meum eſt conſilium, & ſtabilitas, mea eſt prudentia, mea autem fortitudo : per me reges regnant, & potentes ſcribunt iuſtitiam : per me magni viri magnificantur, & tyranni per me obtinent terram. ego amantes me diligo : & qui quærunt me, inuenient gratiam. diuitiæ & gloria mihi adſunt, & poſſeſſio multorum, & iuſtitia. Melius eſt frui me, quàm auro & lapide precioſo multo: mei verò fœtus, meliores argento electo. In viis iuſtitiæ ambulo, & inter vias veritatis verſor, vt diuidam diligentibus me ſubſtantiam, & theſauros eorum impleam bonis: ſi annunciauero vobis quæ quotidie fiunt, memorauero quæ à ſeculo ſunt ad numerandum. Dominus creauit me initium viarum ſuarum in opera ſua, ante ſeculum fundauit me, in principio antequam terram faceret, & antequam abyſſos faceret, antequam prodirent fontes aquarum, antequam montes ſuis ſedibus firmarentur, ante omnes colles gignit me. Dominus fecit regiones, & eas quæ non habitantur, & vertices qui habitantur, eius quæ ſub cœlo eſt : quando parabat cœlum, ſimul cum eo aderam : quando ſegregabat ſedem ſuam ſuper ventos. quando fortes faciebat ſuperiores nubes, & vt ſtabiles ponebat fontes eius, quæ ſub cœlo eſt: dum poneret mari conſummationem ſuam, & aquæ non præteribunt os eius : quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram apud illum componens, ego eram apud quam gaudebat : quotidie verò lætabar in vultu illius in omni tempore, quando lætabatur quòd orbem terrarum perfeciſſet, & lætabatur in filiis hominum.* Diuinam & omnem in ſe habens virtutem, quæ cunctis rebus genitis antiquior eſt eſſentia : quæ intelligens & primogenita ingenitæ naturæ imago eſt, legitimus atque vnicus maximi Dei filius, qui multis nominibus dicitur, de quo vt de Deo pluribus appellationibus loquimur, hoc in loco ſapientiæ dignitatem atque appellationem, honoris & amplitudinis gratia accepit : verbum autem Dei eundem, & lucem, & vitam, & veritatem, & poſtremo Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapiētiam appellare iam didicimus. Iam igitur in his quæ nunc in manibus ſunt, ipſe de ſeipſo, tanquam Dei viuens ſapientia, &

D E

A tia,& quæ per seipsam consistat, per sapientissimum Solomonem verba facit, dum dicit: Ego sapientia habitaui consilium, & cognitionem & cogitationem ego inuocaui. & quæ his adiuncta sunt. Sed etiam quasi is qui ipsius vniuersi administrationem & prouidentiam acceperit, adiungit: Per me reges regnant: & potentes scribunt iustitiam: per me magni viri magnificantur. Deinde vbi dixit se memoraturum quæ à seculo sunt, adiungit, dicens: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua, ante seculum fundauit me: quibus verbis interim seipsum genitum, neque eundem cum ingenito docet esse, cum sanè qui ante omne æuum essentiam acceperit, & in modum fundamenti cunctis genitis rebus præmissus sit. ex quo diuinum Apostolum argumentum accepisse, credibile est, vt de illo diceret, *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creatæ, quoniam in ipso condita sunt vniuersa, in cœlo & in terra.* Siquidem primogenitus omnis crea- *Coloss. 1.*

B turæ dictus est in illo: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua. Iure autem imago Dei intelligetur, vtpote qui genitura sit ingenitæ naturæ. Hoc igitur in his quę in manibus sunt confitetur, vbi ait: Antequam montes suis sedibus firmarentur, & ante omnes colles gignit me. Inde illum filium vnicum, & primum genitum Dei verbum appellamus, qui quidem idem sit cum ea sapientia, de qua dictum est. Quomodo autem genituram illum esse Dei dicamus, alius erit & proprius indagandi locus: quoniam neque secundum proiectionem, neque secundum diductionem, aut diuisionem, aut diminutionem, aut sectionē, aut omnino secundū aliquid eorū quæ in genitura mortali exigi solent, ineffabilem illius procreationē cogimus. Neque fas est vllis genitis rebus illius, aut genituram, aut propagationē, quæ quidem nullis neq; verbis, neque nominibus comprehendi potest, similem arbitrari: neque verò aliquam illi eorum quæ temporalia & mortalia sunt,

Genitura ingenitæ naturæ.

Natiuitati Christi nihil habet natura simile.

C comparare imaginem, quoniam neque secūdum eas animalium procreationes quæ apud nos visuntur, essentiam de essentia, cámque diuisibilem, aut separabilem, filium de patre, partiendo aut diuidendo, prodiisse, piè dicere possumus. Partes enim nullas habet, insecabiléque est quod diuinum est: non secatur, non diuiditur, non extenditur, non corripitur, non diminuitur, non maius, non melius fit, non habet in se ipso aliquid quod à seipso sit aliud, vt illud possit abiicere. quicquid enim in aliquo est, aut est tanquam accidens, vt album in corpore: aut tanquam aliud in alio vt in prægnante fœtus quem in vtero gestat: aut tanquam pars in toto, vt in corpore manus, vel pes, vel digitus, quæ totius sunt partes: quarum si abscissionem, aut sectionem aliquam, aut diuisionem patiantur corpora, imperfectum ac mutilum ipsum totū, veluti summa parte amputata relinquitur. At enim in ingentia maximi Dei natura, ínque vnici eiusdem primóque geniti filij procreatione,

D talem vsurpare imaginem aut similitudinem omnium, quæ impia sunt maximè impiū sit. Non igitur tanquam aliud in alio, ex infinitis & principio carentibus seculis erat filius ingenitus in patre qui pars illius quædam esset, quæ quidem posterius commutata & eiecta extra illam secesserit: iam enim istud conuersionis proprium foret, & sic sanè duo essent ingentia, vnum id quod proiecisset, alterum quod proiectum esset. & quínam quæso status melior? num is qui ante conuersionem fuit, quo per proiectionem diductio facta est? ergo quasi pars vel membrum antea semper ingenitè adhærens, deinde diductum & seorsum abiēs à toto, sic filius à patre cogitari poterit. Sed enim infanda & prorsus impia hæc, quæ materiæ quidem corporum conueniunt, & adhærent vt propria: ab incorporea verò & materiæ experte natura abhorrent, alienáque sunt. Quocirca meritò quispiam hoc in loco & opportunè, rursus illud profert. *Generationem eius quis enarrabit?* siquidem in contra- *Isaiæ 53.*

E riam abire partem, & simpliciter sic enunciare, ex nihilo genitum esse filium eadem ratione, qua reliqua quæ facta sunt, non absq; periculo sit: alia est enim filij generatio, & alia per filium, aliarum rerum creatio. Quare cum diuina scriptura modo quidem primogenitum omnis creaturæ filium appellet, ex ipsius persona sic dicens, *Dominus creauit me initium viarum suarum*: modò autem genituram patris dicat, vbi ait. *Et ante omnes colles gignit me*: hanc item nos sequi sani iudicij sit, confiterique ante omnia secula esse verbum Dei creationis administrū, esséq; vnà cum patre, & vnicum esse maximi Dei filiū, qui patri det operam, eiúsq; sit socius, dum omnia quæ sunt, facit vt sint, eadémq; disponit. Si itē aliud quidpiam, quod neq; dici, neq; cōprehendi à nobis possit, in natura vniuersi remāsit, (sunt autē innumerabilia huiuscemodi) quale vtiq; habetur quod Dei amicis promissū est, *quod oculus non vidit, nec audiuit, nec in cor hominis ascēdit* (vt S. ait Apostolus) multo priùs supra omnem cogitationē ferātur, ac neq; dici, neq; denominari, neq; intelligi, nec animo cōcipi possint,

Differunt creatio & generatio.

quæ ad primam vnici Dei filij generationem pertinent. De quo ſanè nihil habemus am-
plius quod dicamus, aut cogitemus, quàm illud, *Generationem eius quis enarrabit?* Quod ſi A
quis hoc vlterius progrediens, eò prouehatur audaciæ, vt quæ nulla prorſus intelligentia
comprehēdi poſſunt, ea viſibilibus & corporeis exemplis aſſimilet, forſitan dicat, ingeniti
patris naturæ atque ineffabilis eſſentiæ, quaſi fragrantiam quandam, ac lucis ſplendorem,
ipſum filium ex infinitis ſeculis, ac potiùs ante omnia ſecula extitiſſe, dúmque exiſtit ſimul
eſſe, neque patrem vnquam relinquere: ſicut nec vnguentum bonus odor, nec lucē ſplen-

Trinitatis nulla dari poßunt exēpla ſimilia.

dor relinquit. Verum exempla hæc non omnimodo integram præſtāt ſimilitudinem, ſed
quomodo iam antea dictum eſt: nam corpora inanimata, ipſum accidens in qualitatibus
retinent. Splendor enim cum ipſam lucis naturam comitetur, nec ipſum vnquam lucis eſ-
ſentiam relinquat, extra idipſum in quo eſt, ſtare non poteſt. At verò ipſum Dei verbum
per ſeipſum & eſſentiam obtinet, & conſiſtit, nec abſque gignendi ratione cum patre exi-
ſtit ſimul: ſed tanquam vnicus filius, qui ſolus ante omnia ſecula ex patre ſit genitus. bo- B
nus item odor, cum ſubiecti corporis emanātia quædam ſit, ipſa quoque corporea, neque
ſeorſum à prima cauſa per ſeipſum impleat id quod ipſi proximum eſt, nihilominus etiam
ipſe à natura corporea non recedit. Non ſic igitur à nobis ea quæ ad primam Saluatoris
noſtri propagationem pertinent, intelligenda ſunt. neque enim ex natura eius qui ingeni-
tus eſt, partiendo aliquid aut diuidendo, naturam eſt nactus. Neque verò abſque princi-
piorum patre ſimul exiſtit, quando ille quidem ingenitus, hic verò genitus eſt: & ille pater,
hic filius. At verò patrem exiſtere, & naturam ſuam obtinere non à filio, vnuſquiſque fa-
cilè confitebitur. eadem porrò ratione imago Dei erit, ita quidem, vt rurſus nullis neque
verbis, neque rationibus quomodo ſit, comprehendere poſſimus: quippe cum viuētis Dei
viuens ipſa ſit, & per ſeipſam conſiſtens, ſine materia ſine corpore, nihil prorſus habens ad- C
mixtum contrarij. neque verò cuiuſmodi vlla ſit apud nos imago, quæ & aliud eſſentiæ
ſubiectum habeat, & aliam ſpeciem, ſed quæ tota ipſa ſit ſpecies, & ipſa eſſentia, ſimilitu-
dinem referens patris. ſic autem patris quoque fragrantia erit, quæ efficaciſſimam lar-
giendæ vitæ vim habet: ſed ita rurſus vt neque dici à nobis, neque rationibus colligi poſ-
ſit: ſiquidem omnia quæcunque de illo vera ſunt, ineffabilia ſunt hominum vocibus, &
mortalium cogitationibus ſecundum exquiſitam rationem incogitabilia. Sed enim quo-
quomodo audire nos iuuat, itidem ſacra nos erudiunt oracula, an non Chriſtum bonum
odorem ipſe ſeipſum & ſui ſimiles ſanctus Apoſtolus, propterea quòd ſpiritus Chriſti par-
ticeps eſſet, appellauit? nónne vnguentum euacuatum ipſe cœleſtis ſponſus in Cāticis di-
ctus eſt, idcircò quòd cum illam ipſius euacuationem, cum omnibus tam viſibilibus quàm
inuiſibilibus, tam corporeis quàm incorporeis, tam rationalibus quàm brutis communi-
cauerit, tum ea ſecundum proportionem digna effecta ſunt, quæ in partem acciperentur, D
& diuini verbi liberalitate quadam fruerētur? huius quidem diuini afflatus ſuſceptionem,
iis qui rationales ſenſus diminutos non habent, vniuerſus impertit mundus, vſque adeò vt
quæ terrena & corruptioni obnoxia ſunt corpora, omnis materiæ expertem incorruptám-

Filius fragrantia patris.

que fragrantiam redoleant, dum quidem ſupernè inſtar fontis manat Deus vniuerſi: qui
cum vnici verbi ſui ſit pater, idem ſit primum reuera bonum quod boni gignendi vim ha-
beat: dúmque genituram obtinet, & quaſi à primo & ingenito patre ſufficitur filius: qui
etiam ſolus paternæ eſſentiæ fragrantia quædam dictus eſt à nobis, qui oraculo obſequi-
mur, talem de illo doctrinam tradenti. Vapor eſt, inquit, virtutis Dei, & emanatio gloriæ
omnipotentis ſincera, & ſplendor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei efficaciæ,
& imago bonitatis eius. Veruntamen hæc quo loco quis velit, vbi vtique ponat, nobis au-
tem ſatis ſupérque ſit, verum illud ac pium rurſus verbum repetere, quo etiam eorum de
quibus quæſitum fuerit, difficultates diſſoluemus, ipſum inquam illud, quod antea ſæpius E
effati ſumus, Generationem eius quis enarrabit? Re vera enim ſolum à nullis hominibus,
ſed ne ab vllis quidem poteſtatibus quæ vltra omnem naturam euaſerint, vnici Dei filij
generatio poteſt comprehendi, ſanè non aliter quàm ipſe Saluator ac Dominus noſter,

Math. 11.

hiſce ipſis rebus ſuos initians diſcipulos: *Nemo,* inquit, *nouit patrem, niſi filius.* Et adiungit
protinus: *Et nemo nouit filium, niſi pater.* Cum ergo theologia de patre & filio æquè omni-
bus præter duos ipſos, incognita ſit, quaſi in arcanis in illis Solomonis verbis quæ ſupe-
rius appoſuimus, ſapientiam audire oportet dicentem? *Antequam montes ſuis ſedibus fir-
marentur, & informaretur terra, & ante omnes colles gignit me.* Ait præterea, ſe vnà cum pa-
tre fuiſſe, cum cœlum inſtrueret: *Quando,* inquit, *parabat cœlum, vnà cum eo aderam.*
Deinde

A Deinde æternam ab infinitis seculis cum patre mansionem significat, vbi adiungit: *Erã cum illo componens, ego eram apud quam gaudebat, quotidie verò lætabar in vultu eius.* Porrò autẽ abyssos & fontes aquarum, & montes & colles, & alia quæcunque communibus verbis hoc in loco denominata sunt, aut de mundi constitutione, ita accipere oportet, vt à parte totum intelligatur: aut alio genere figuræ interpretari, transferẽdo significata eorum ad intelligibiles essentias, potestatésque diuinas, quas omnes ortu suo antecedit sapiẽtia, quibúsque omnibus antiquius extitit vnicum, primóque genitum Dei verbum, quẽ nos Christum appellare consueuimus, edocti à magistro Apostolo dicente: *Christus Dei virtus & Dei sapientia.* Sed hic appellatione sapientiæ meritò vocatus est. 1. Cor. 1.

Scholia in Cap. I.

B *INitiò Encomium Sapientiæ, Prouerb. 8. velut de filio* Dei *enunciatum prolixè recenset Eusebius, ac postea subiungit sobriam eorum verborum explanationem, in qua deterrens à curiosis & meteoricis speculationibus, qua ratione Filius* Dei *genitus sit ab æterno Patre, qua etiam ratione imago* Dei *inconspicui sit, nobis incomprehensibile ac inenarrabile esse ostendit Rectè autem ex Christi seruatoris verbis (Nemo nouit Patrem, nisi Filius &c.) colligit, in Christum omnibus piis mentibus respiciendũ esse. Nam qui hunc videt, Patrem videt: qui Christum crucifixum agnoscit, Patrem agnoscit. Quæramus igitur* Deum *qui se misso filio, & promulgato Euangelio patefecit & eum in spiritu & veritate adorantes, discernamus à commentitiis numinibus & monstris.*

C *Errore librarij, qui exemplar Græcũ à quo hæc accepta sunt, descripsit, hoc in loco multa desunt: deest autem in primis non solum capitis sequentis inscriptio, sed etiam principium. Ipsius enim libri initio descriptio capitum ita habet: Primum à prouerbiis, secundum à* XLIII. *Psalmo, tertium à Psalmo* CIX. *atque ita deinceps. Apponemus ergo nos talem inscriptionem. Cap. II. Absque principio.*

IN secundo autem sceptri regalis honore donat, in tertio verò profectæ virtutis illi dat testimonium, postea ipsum húc & Deũ & regẽ, à supremo Deo vnctum esse docet, & ea ratione Christum extitisse. Quid enim aliud quispiam nominet, cum, qui non ab hominibus, sed ab ipso supremo Deo sit vnctus? de hoc igitur ait: O Deus (ad eum, qui vnctus est, sermonem dirigens) dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Vt si diceret, Deus pater vnxit te oleo exultationis, præ participibus Psa. 45.
D tuis: ita neque commune & terrenum est hoc de quo agitur vnguentum, neque illi simile quod apud Mosem lege sancitum est, & ex corruptioni obnoxia materia comparatum, quo sanè moris fuerat veteres Hebræos & sacerdotes & reges inungere, inde nobis meritò, & Deus simul & Christus appellatus est, tanquam is qui solus non per homines, neque ab hominibus, ab ipso vero vniuersi autore diuinæ lætitiæ atque exultationis, incorporeo & Dei maiestate digno vnguẽto, sit vnctus, quapropter iustè solus, sine malitia solus bene & propria, præ iis ipsius participes nominantur, Christus appelletur. Participes verò eius quínam quæso sint, nisi ij qui dicere possunt: Participes enim facti sumus Christi? de quibus dictum est: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari:* Iam igitur cum in his planè Christus apparuit & dilectus, & Deus, & rex, tempus est de illo vt quæramus, quomodo, qui tam grãdis sit, inimicos habere dicatur, E & quósnã istos, & propter quam causam, aduersus quos suas sagittas, suúmque gladium exacuit, & quo pacto nullis armis instructa acie, sed propter veritatem & mansuetudinẽ & iustitiam, innumerabiles sibiipsi subegerit populos. Qui igitur hæc diligẽtiùs quærit, hunc oportet ea transferre ad Saluatorem ac Dominum nostrũ Iesum, qui est Christus Dei, & ad ea recurrere, quæ de illius ad homines aduentu à nobis exposita sunt, vbi cum hostiles & visum nostrum effugientes flagitiosorum ac noxiorum dæmonum, prauorúmque atque impurorum spirituum potestates dare terga coẽgerit, per quam innumerabiles sibiipsi ex omnibus nationibus populos comparauit, quem inde etiã verum Dei Christum appellare conueniat: quippe qui non cõmuni oleo, vt prisci cõsueuerant, sit vnctus (neque etiam tale quicquam de illo memoriæ proditum est) sed præstantiori quodam diuino vnguento, ex quo vtique etiam per Isaiam sic ait: *Spiritus* Domini *super me, propter quod vnxit me.* Quocirca inter omnes potissimum, quicunque vnquam apud He- Psalm. 61. Act. 11.

Iesus præ omnibus participibus Christus dictus. *Psa. 104.* *Christus hostes suos deuicit.*

bræos corporalibus vncti sunt,solus in toto orbe terrarum apud vniuersos Christi nomine celebratur,& Christianorum ab ipso deducta appellatione,totā quæ habitatur terram impleuit. Quomodo autem illum vnctum esse dicamus & quid hoc sit vnguētum, & quīnā vnctionis modus,abundè satis libro priore tractauimus. Porrò in huius labiis atque doctrina tanta effusa est gratia,vt breui tēpore ea quæ ab ipso denunciata est,sanctimonia & pietate omnem locum impleuerit.Itaque iam nunc in omnibus gentibus apud eos qui doctrinam ipsius accipiunt,comprobata eius prophetiæ,quæ nunc in manibus est,veritate & regis & Dei gloriam adeptus est,& apud omne hominum genus Christus appellatur.Sunt autē eius quoque inimici manifesti,non modò qui prius extiterāt,sed etiam qui semper ipsius verbo aduersantur,siue illi in hominibus siue in effugiētibus visum nostrū potestatibus sint,quos ille inuisibili occultáque virtute ex omnibus gentibus auferens & subuertens omnis generis populos sibiipsi auscultātes effecit. A

Psal. 45. Quæ verò in eodem Psalmo sequuntur: *Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis:* & cætera deinceps,quæ dicuntur quasi de regina & filia,quæ paternā domū reliquerit, quæque ei Christo & regi & Deo,de quo dictum est,despōsata sit,Dominúmque illum appellet,ad eam quæ de gentibus collecta est ecclesiam,à patrio dæmonicóque errore auersam expurgatámque,ac diuini verbi communicatione connexam & compositam, referri poterunt,vbi per ocium accommodatam sibi interpretationem nacta fuerint. B

Scholia in Cap. II.

Christum Iesum Regem, & Christum Domini esse,in cuius labiis diffusa sit gratia, & qui deuicerit & porrò deuicturus sit hostes suos spiritu oris sui testimoniis Psalm. 2. & 45. probat Eusebius. Caput hoc ἀκέφαλον est in vtroque codice. C

Quòd idem propheta etiā in CIX. Psalmo, bis Dominum euidenter confitetur: semel, cum de eo loquitur qui & Deus & pater est: iterum cum de eo quem ipse suum nuncupat Dominū. Et quòd hunc Dominum ipse quoque nouit genitum esse ante mundi constitutionem, & quòd æternum patris sacerdotem, & supremi Dei concessorem, similem vtique opinionem in hoc nostræ fidei de Christo præ se ferens. Cap. III.

Psa. 109. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion, & dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum tuorum, ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Dominus à dextris tuis.* Saluatorem ac Dominum nostrū, ipsum primogenitū omnis creaturæ Dei verbum,sapientiam quæ est ante æuum, initium viarum Dei primogenitum & vnicum patris germē,eum qui Christi appellatione honoratur, præsens quoque Psalmus Dominū vocat,docétque eum esse consessorem simul & filiū supremi Dei,rerúmque omnium Domini,æternúmque patris sacerdotem. Attende igitur quemadmodum hic vnum & eūdem supremus & omnia sub se habēs Dominus, voce illa donat, Sede à dextris meis. Et illa, Ante luciferum genui te. Deinde cum iurisiurandi confirmatione inconcussum atque immutabilem in infinitum æuum permansuri sacerdotij honorem,ei largitur: Iurauit Dominus,& non pœnitebit eū, Tu es sacerdos in æternum. At enim quis hic tandem intelligatur? nempe non vir mortalis vllus, ac ne angelicæ quidem naturæ quispiam qui à Deo quidem sit factus,in æternū verò sacerdos constitutus. sed solus ille qui in iis quæ antea citauimus oraculis,dixit: *Creauit me initium viarū suarum in opera sua. Ante seculum fundauit me, in principio antequam montes stabilirentur, & ante omnes colles gignit me.* Adhibe verò animum diligenter,& cogitationem intende tum ad præsentem Psalmum,tum ad eas quæ antehac expositæ sunt voces. In hoc enim ingenitus Deus eum qui ab ipso est,& noster Dominus est,sedere secum vnà iubet, dicens, *Sede à dextris meis.* In altero verò quem ante hunc ipsum exposuimus, sedem in seculum seculi manere oraculū affirmabat,Deum interim illum appellans in illis verbis, vbi ait: *Sedes tua Deus in seculum seculi.* Rursus in eo qui nunc inter manus versatur, *Virgam,* inquit, *virtutis emittet tibi Dominus ex Sion.* In illo autem. *Virga directionis, virga regni tui.* Et rursus hic quidem ait: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedū tuorū, & dominaberis in*

Nullus sacerdos in perpetuum defunctus est sacerdotio sicut Christus.

Prouer. 8.

Psal. 131.

A *in medio inimicorum tuorum.* Ille verò, *Sagittæ tuæ acutæ, ô potens, in corde inimicorum regis.* Ergo etiam ea quæ ad eius de quo agimus inimicos pertinent, in vtroque ſibi ipſa cõſentiũt. *Florentes Eccleſiæ Chriſti.* Quis ergo modo ſuis oculis cernẽs in mediis vrbibus in vicis ac regionibus in toto orbe florẽtes Saluatoris noſtri eccleſias, & eos in quibus dominatur populos, & innumerabili virorum multitudine refertos conuentus, qui illi conſecrati ſunt, quíque vndique tã ab iis, qui inter homines cernũtur, tum ab effugiẽtibus viſum noſtrum, & occultis inimicis atque hoſtib. eius doctrinæ, quæ à Chriſto tradita eſt, circũſeſſi, nõ admiretur præſens oraculum, quod ad eius perſonam enunciatum eſt, de quo hic canitur? illud vtique: *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Deinde quoniam in eo qui anteceſſit, dictum eſt illum vnctũ eſſe oleo exultationis præ participibus ſuis. Et ſacerdotũ id erat propriũ apud Hebræos, vt vnguerẽtur, meritò in eo quẽ nunc tractamus iam clarius & certius illũ conſe-
B crat ſacerdotẽ, plura etiam de illius doctrina proponẽs, per quam ipſum ſolũ præ omnibus qui vnquam aut fuerint, aut futuri ſint, æternum ſacerdotem eſſe demonſtrat, quod ſanè nuſquam vt vlli naturæ hominis accommodetur, fieri poterit, ſecundum ordinem Melchiſedec ſacerdotem conſtitui illum ait, vt ab eo differat, qui ſecundum Moſi conſtitutionem erat ſacerdos, qui quidem aut Aaron ſit accipiẽdus, aut alius quiſpiam ex iis *Hæc in epiſtola ad Hebræos præclarè explicata reperies.* qui ab illo oriundi ſunt, quorum quiſque cum prius ſacerdos non eſſet, poſterius aliquãdo per homines vnguento quodam artificioſè cõfecto, vngebatur: & ſic figuratè, vt ita dicam, & per ſigna quædam, adumbratus quidam & imaginarius Chriſtus efficiebatur. Præterea tanquam is qui mortalis eſſet, haud ita multo poſt ſacerdotiũ deponebat. Adde quòd apud vnum Iudæorum populum ſacerdotio fungebatur, non autem apud alias *Diſcrimen Melchiſedechici et Aaronici ſacerdotij.* item nationes. Neque verò cum iureiurãdo Dei, ad talem functionem accedebat, ſed iu-
C dicio hominum electus. Itaque nonnunquam etiam aliquis ex illis inuẽtus eſt tali miniſterio nõ dignus, qualis Heli planè deſcriptus eſt. Ad hæc vetus ille ſacerdos, qui à Moſe inſtitutus fuerat, ex ſola tribu Leui eligi poterat, & oportebat omnino illũ genus quoque trahere de ſucceſſione ipſius Aaron, ſacrificiiſque brutorum animaliũ & cruoribus corporalíque odoratione rei diuinæ inſeruire. At verò qui Melchiſedec eſt nominatus, *Melchiſedec* quod nomẽ in noſtrã linguam cõuerſum, regem iuſtitiæ ſignificat, & qui fuit rex Salem quod ipſum itẽ ſit, rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine generis ſerie, non habẽs in hiſtoria neque initiũ dierum, neque vitæ finẽ, ac ne referens quidẽ cum Aaron ſacerdotij *Melchiſedec non circumciſus corpore.* ritu commune quicquã inuenitur. Nã neque ab hominibus electus fuerat, neque oleo compoſito vnctus, neque de genere illorum editus, qui nondum extiterãt: & quod omnium maximè admirabile eſt, ne corpore quidem erat circũciſus, & tamen ipſi Abrahã
D benedicit tanquam is qui illo ſit longè præſtantior. Adde quòd neque ſacrificiis, neque libationib. altiſſimo Deo operabatur, neque verò in tẽplo quod Hieroſolymis eſſet, ſuũ munus obibat. Qui enim in eo quod nõdũ erat? & meritò ſanè, quando ne noſtro quidẽ Saluatori Chriſto euenturum quicquã erat ipſi Aaron ſimile. Nam neque qui priùs nõ fuiſſet, poſterius eſt aliquando ſacerdos declaratus: neque is qui extitiſſet ſacerdos, ſed qui eſt. Diligẽter enim attẽdẽdũ eſt illud, *Tu es Sacerdos in æternum.* Nõ enim eris, ait, qui olim nõ fueris: ac ne fuiſti quidẽ antea, nũc autẽ non es: ſed ab eo qui dixit, Ego ſum qui ſum, tu es, & ſacerdos in æternũ permanes. Quoniã igitur neque à tẽpore ſacerdotij initium accepit, neque de tribu ſacerdotũ exortus eſt Chriſtus, neque artificioſè inſtructo corporalíque oleo inunctus, nec finẽ quidem vllum ſacerdotij eſt habiturus: neque item ſolis Iudæis, ſed omnibus gentib. cõſtituendus. Propter hæc omnia meritò illũ à mini- *Melchiſedec ſacerdos gẽtium.*
E ſterio Aaron liberat, quòd figuram gerebat, & ſecundũ ordinem Melchiſedec ſacerdotẽ futurum affirmat. Et ſanè oraculi exitus admirabilis ei qui contẽpletur, quemadmodũ Saluator noſter Ieſus, qui eſt Chriſtus Dei, ipſius Melchiſedec ritu, ea quæ ad ſacerdotiũ in hominib. gerendũ ſpectant, per ſuos miniſtros perficiat. *Sacerdotium ſanctio eccleſiaſtica.* Nã quemadmodũ ille qui ſacerdos gentium erat, nuſquã videtur ſacrificiis corporalib. functus: ſed vino ſolo & pane, dũ ipſi Abraham benedicit: ita ſanè primus ipſe Saluator ac Dominus noſter, deinde qui ab ipſo profecti ſunt, ſacerdotes in omnibus gentib. ſpirituale ſecundũ eccleſiaſticas ſanctiones ſacerdotij munus obeũtes, vino ac pane, & corporis illius & ſalutaris ſãguinis myſteria, repræſentãt, quæ ſanè myſteria, Melchiſedec tãto ante ſpiritu diuino cognouerat, & rerũ futurarũ imaginib' vſus fuerat, ſicut etiã Moſi ſcriptura teſtificatur, *Melchiſedec panem & vinum proferẽs eucharistia myſterium repreſẽtabat.* vbi ait: *Et Melchiſedec rex Salẽ protulit panes et vinũ. Erat autẽ ſacerdos Dei altiſsimi, et benedixit Abrahã.* *Gen. 14.* Meritò igitur & cum iuriſiurãdi adiectione, vni ei de quo hic agim', talia pmiſ-

sa sunt: *Iurauit*, inquit, *Dominus Deus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum* A
Heb. 6. *ordinem Melchisedec.* Audi verò qualia sint, quæ de iisdem rebus etiam Apostolus dicat: *In quo abundantiùs volens Deus ostendere hæredibus regni immutabilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, vt per duas res immutabiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad obtinendam propositam spem,* & adiungit: *Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcircò quòd morte prohiberentur permanere, hic autem eò quod ipse maneat, sempiternum habet sacerdotium. Ex quo etiam seruare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deũ, semper viuens ad intercedendum pro illis. Talis enim decebat nos pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus.* Deinde adiungit: *Caput autem super iis quæ dicta sunt, Talem habemus pontificem, qui sedet in dextera maiestatis in excelsis, sanctorum minister, et tabernaculi veri, quod fixit Deus & non homo.* Hæc quidem Apostolus. Psalmus verò inferiùs progressus, etiam ea quæ passurus erat is, de quo vaticinatur, apertè significat, dicens: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Torrentem porrò tentationem tempus in- B
Psal. 123. telligendum, alius indicat Psalmus, dicens: *Torrentem pertransiuit anima nostra. Forsitan pertransiit anima nostra aquam intolerabilem.* In torrente igitur bibet, inquit, calicem videlicet,
Matth. 26. quem ipse sub ipsum passionis tempus significauit, dicens: *Pater, si possibile est, transeat calix iste à me.* Et rursus: *Si non possibile est illum transire, nisi illum bibam, fiat voluntas tua.* Cum igitur
Philipp. 2. hunc calicem bibisset, tum exaltauit caput. Et sicut ait Apostolus: *Quoniam factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis: idcircò, inquit, exaltauit illum Deus, suscitans illũ à mortuis, & sedere illum fecit in dextera sua supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod dominetur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia sub fecit,* inquit, *sub pedibus eius, secundum eam quæ ad ipsum facta est promissionem, quam in Psalmo declarat, dicens: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Dominare in medio inimicorum tuorum.* Constat verò planissimè, quemadmodum hodie quoque Saluatoris nostri virtus, ac doctrinæ illius verbum, in medio inimicorũ & hostium suorum, omnibus quicunque in ipsum credunt, dominatur. C

Quòd etiam Isaias prophetarum maximus planè nouit Deum esse in Deo, idque affirmat, sicut etiam nos qui patrem in filio, & filium in patre glorificamus. Cap. IIII.

Isa. 45. EGo *Dominus feci terram, & hominem super ea: ego manu mea consolidaui cœlum, ego omnibus astris mandaui, ego suscitaui regem cum iustitia, & omnes viæ eius rectæ. Hic ædificauit ciuitatẽ meam, & captiuitatem populi conuertet, non precio neque muneribus, dixit Dominus Sabaoth.* Interim quidem hęc vniuersi conditor Deus, de quodã rege ac Saluatore, qui ædificaturus sit Rẽpublicã pietatis, & conditionẽ qua homines à dęmonico errore captiui tenebantur, dissoluturus per prophetam respõdet. In iis verò quæ sequuntur, exterarũ quoque nationum obsequium, quo ei sint obsecuturæ, qui venturus canitur, propheticus significat spiritus, necnon quemadmodum illum tanquam Deum adorabunt illi qui ita ad obsequiũ venerint, & quòd Deum orabũt in ipso, propterea quod in eo ipso habitet Deus, supremus videlicet pater, vniuersíque Deus. Locus autem sic se habet ad verbum, *sic dicit Dominus: Laborauit Aegyptus, & negotiatio Aethiopum, & Sabaim viri excelli ad te transibũt, & tui erunt serui, & à tergo te sequantur vincti manicis, & adorabunt iuuenes, & in te orabunt, quoniam in te Deus est, & non est Deus præter te, tu enim es Deus, & non noueramus, Deus Israel Saluator. Erubescent & confundentur omnes qui aduersantur ei, & ambulabunt in pudore.* Hactenus ipsa prophetia. Cæterùm, neutiquam arbitror quempiam contra id quod tam apertè & perspicuè dicatur, vel oculos directurum, quamuis admodum sit ingratus, vbi ita euidenter & planè inducitur, meus Israel Saluator, & in illo Deus: Adorabũt te, inquit, iusti, & in te orabunt, quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te: tu enim es Deus, & nesciebamus. Deus Israël Saluator. Porrò illud Nesciebamus, quod ex persona eorum, qui prius illum non agnouerunt, apud solos LXX. dictum est, in Hebraico aliter habet, quod sanè Aquila conuertens, sic ait: Deus ergo fortis, occultus, Deus Israel qui saluos facit. Theodotion verò: Propterea, fortis absconditus seruans. Vbi sanè valde mirabiliter absconditum Deum Christum nominat, necnon causam quoque planissimè docet, propter quàm vnum ipsum, quatenus inter ea quæ genita sunt nominatur, Deum vocat, ob patris videlicet in ipso habitationem. *In ipso enim*, vt diuinus docet Apostolus, *complacuit omnẽ plenitudinẽ diuinitatis habitare.* Hoc ipsum verba ipsa declarãt, quę sic se habẽt: Quoniã iã in te Deus est, & non est Deus præter te. Pro illo verò quod est, D E

Coloss. 2. Christus Deus abscõditus cur dictus.

Præte

A Præter te, Theodotion, præter ipſum, interpretus eſt, vt hoc homo verba ſe habeāt, Non
eſt Deus præter ipſum, eum videlicet à quo es, per quem tu quoque id habes, vt filius ſis.
Sed Aquila ita interpretatus eſt. Verumtamen in te fortis, & nō eſt amplius apud te. Deus
ergo fortis & latens, Deus ſaluos faciens. Symmachus verò ſolus ſic: In te Deus, & non eſt
amplius neque adeſt Deus, verè tu Deus Iſraël ſeruans. Vbi quòd Deus ſit Chriſtus Dei,
verba ipſa planè declarant. Nam propterea quòd in te, inquit, eſt Deus, tu ſanè Deus for-
tis & abſconditus. Ergo ex his, Deus vnus erit, qui huius appellationis eſt Dominus. Fi-
lius autem quoniam pater ei ſeipſum communicat, de communicatione veritatis illius
dignitatem accepit, quippe qui neque à ſeipſo ſit, neque ab eo qui ipſum genuit, patre de-
ſeratur, ſed hoc ipſum totum, qui eſt, quòd viuit, quod ſubſiſtit, ab eo à quo eſt patre, obti-
neat, qui neque patrem deſerit, & ab illo gignitur, & tum vt ſit, tum vt filius ſit, nō à ſeipſo,
B ſed à patre habet. Quocirca honore hūc quoque vt Deum proſequi edocti ſumus, quem- *Filius imago patris. Simile.*
admodum quæ nunc tractantur, prophetiæ declarant, vt enim alicuius regis imago vene-
ratione affici ſolet, propter illam cuius lineamenta expreſſa & ſimilitudinē fert (cæterum
quamuis & imago regis, & ipſe rex honore afficiatur, vnus tamen erit, qui honoretur, non
duo. Non enim duo reges, vnus, primus & verus, alter qui ipſa imagine ſit expreſſus, ſed v-
nus in vtroque non modo intelligitur, verumetiam nominatur atque honoratur) ſic ſanè
vnigenitus quoque filius, quum ſolus ſit imago Dei inuiſibilis, meritò propter eum cuius
fert ſimilitudinem, & imago appellatur Dei inuiſibilis, & ab ipſo patre efficitur, quippe
qui tali exiſtat & natura & eſſentia, indéque ex quo primum extitit non acquiſititiam, ſed
naturalem patris imaginem referat. Quare idem natura Deus, & idem vnigenitus filius
exiſtit, non autem illi, qui extrinſecus aſſumuntur, adoptatus, quíque aduentitium diuinæ
C appellationis honorem poſſident. At enim etſi natura vnigenitus filius, Deuſque noſter
celebratur, non tamen à ſeipſo Deus, ſed ex Deo patre vnigenitus filius, & idcircò Deus.
Totumq́ue hoc ſanè cauſa erit, cur ipſe quoque ſit Deus, quòd ſolus ſit natura Dei filius,
& vnigenitus appelletur, & quòd vſquequaque conſeruet eius qui ſolus eſt Deus, anima-
tam & viuam & intelligentem imaginem, & in omnibus ipſi patri aſſimilatam & eam qui
Dei ipſius ſubſtantiæ ſimilitudinem præ ſe ferat. Hac ergo de cauſa ipſum quoque, tan-
quam eum qui ſolus filius & ſolus Dei imago ſit, & ingenti ac principio carentis patris eſ-
ſentiæ, virtutes ſecundum exemplum aſſimilationis indutus, & ab omnium artificioſiſſi-
mo & ſcientiſſimo vitæ deſignatore & autore patre, ad amuſſim, & ad certam, exquiſi-
támque aſſimilationem expreſſus, Deum merito diuina appellant oracula, vt vnà cum
cæteris ad hanc quoque appellationis dignitatem à patre profectus ſit, eámque acceperit,
D non autem ex proprio iure poſſidendam habuerit. Namque ille quidem dat, hic verò ac-
cipit, itaque ſuo iure vnus ille eſt Deus qui non ab altero accepit. Hic autem à patre ha-
bet vt Deus ſit, tanquam Dei imago, vtpote, quum vna in ambobus, iuxta exemplum, di-
uinitas intelligatur & vnus ſit Deus, qui per ſeipſum ſine principio, & ſine generatione exi-
ſtat, filium autem tanquam per ſpeculum & imaginem cōſideretur. Hoc eſt, ſcilicet quòd
ſpirituale docet oraculum, quod non aliàs dicit eum, de quo ſermo eſt, Deum eſſe ado-
randum, propter inhabitantem in ipſo patrem. In te enim, inquit, orabunt, quoniam in te
Deus eſt. Sed tu quoque ipſe quū Deus ſit, Saluator Iſrael exiſtis. Proinde fortis & abſcō-
ditus Deus es, quoniam in te Deus, & non eſt amplius præter ipſum. Pro eo verò quòd eſt,
Laborauit Aegyptus, Hebraicum habet, & reliqui omnes interpretes reddiderūt. Labor *Aegyptij præ cæteris ſuperſtitioſiores.*
Aegypti, vt id quod dicitur tale ſit: Te adorabunt, & tui erunt ſerui, labor Aegypti, & ne-
E gotiatio Aethiopū, & Seboim. Quibus verbis barbaras ego arbitror, & ignotas quaſdam
nationes ſignificari, & omnes quæcunque antea quondam dęmonica ſuperſtitione vexa-
bantur. Nam propterea quòd Aegyptij viſi ſunt omnium nationum ſuperſtitioſiſſimi eſ-
ſe, primíque errori, quo ſimulacra colerentur, portas aparuiſſe, merito eos primos collo-
cat, qui Chriſti ſint ſubiiciendi: deinde per eos, quæ ad reliquos ſimulacrorum cultores
pertinent, vt aperta ſint, efficit. Hæc verò iam in Saluatore ac Domino noſtro expectatum
exitum nacta ſunt. Iam enim innumerabiles per orbem terrarum, nationum conuen-
tus, in omnibus gentibus illum adorant, illíque ſeruiunt: Aethiopes verò ac Seboim eos
qui hic adoraturi Chriſtum canuntur, ſeptuageſimo quoque primo Pſalmo ſignifica-
ri puto, vbi dictum eſt, *Coram illo procident Aethiopes, & reges Arabum: & Saba dona adducet,* *Pſal. 71.*
& adorabunt eum. Conſtat verò ex ipſo contextu, Chriſtum eſſe adoraturos eum, qui in il-
lis quoque vt venturus canitur à prophetis.

Scholia in Cap. IIII.

Domini nostri Iesu Christi diuinitatem, sacerdotium, & quæ causa passus est, ex sententia Dauidis & Pauli Apostoli, qui hæc σπερά∂ην exposuerunt in suis scriptis, magnificè & orthodoxè commendat Eusebius in hoc capite. Non fert animus plura addere, cum sint hæc suprà sepe tradita.

Quòd Dei verbum suam habens essentiam iussu patris, Dauid æquè ac nos opificem vniuersi nouit: & quòd idem Dei verbum, idem propheta ad hominum medelam esse missum à patre testificatur: & quòd breui tempore vniuersam terram, sua doctrina impleturum canit. Cap. V.

Psal.32. *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ.* In 6. verò ac 110. Psalmo sic dictum est: *Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorũ.* Et B rursus CXLVII. *Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius.* At enim ei, qui nũc in manibus est Psalmo dicenti: *Verbo Domini cœli firmati sunt*, concordat sacrum quoque *Ioan.1.* Euangelium palàm, dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Sanè meritò Euangelium Deũ illum nominat, quando etiam per ea quæ prius dicta sunt, idem hoc, quod nunc vt Deus celebratur verbum, & sapientia, & germen Dei, & sacerdos, & Christus, & Dominus, & Deus, & imago Dei, appellatum est. Porrò vt qui & alius sit quàm pater, & eiusdem administer fuit, adeò vt iussu illius ipsius omnia condiderit, in præsenti deinceps Psalmo adiungit: *Timeat*, inquit, *Dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.* Constant enim, quòd qui ad alterum dicit: & qui mandat alteri, prȩter se mandat. C Perspicuè verò post ipsam Saluatoris nostri humanæ naturæ assumptionem, cõuentus ex omni terra, hoc est, ex omnibus quæ terram incolunt nationibus, innumerabiles, non itidem vt antea vllos dæmones, sed ipsum Dominum Iesum timuerunt, & omnes habitantes orbem commoti sunt, in ipso Christi nomine, sicut præsens oraculum canit: Timeat, inquit. Dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Hactenus quæ de primo & trigesimo Psalmo accepta sunt. Consimilia verò his consona in C. quoque XLVIII. Psalmo inuenies, qui docet non ea modo, quæ ad terram duntaxat, sed etiam ea quæ ad cœlum, & breuiter ad vniuersam creaturam pertinent, ipso Deo vniuersi iubente extitisse. Dicitur igitur: *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eũ sol & luna, laudate eum omnes stellæ, & lumen, quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt.* Quòd si ipse D *Epicherema.* mandauit, quisnam quæso vsque adeò magnus, vt mandatum de tantis rebus susciperet, præter Dei verbum? quod variè in præsenti opere à nobis, tanquam Deus celebratur, & verbum Dei appellatur, meritò illud quidem, propterea quòd omnium rerum artificiosas atque efficaces rationes, omnipotens in ipsum coniecerit, quippe qui ratione atque ordi- *Quid nõ sit Dei verbũ.* ne, vniuersa illi & dispensanda & gubernãda tradiderit. Nemo igitur putat humanæ, quæ ex syllabis constat, & nominibus & verbis componitur articulatæ, atque enuntiabili orationi, Dei verbum simile esse: quoniam nostra hæc oratio in vocibus & syllabis, & iis quæ per hæc significantur, quicquid ipsa est obtinet, vtpote quæ per linguam & arterias & fauces & os proferatur: sempiternæ verò atque incorporeæ naturæ verbum omni omnino ratione, quæ à nobis proferri solent verba præter gressum, nihil humanæ rationis præ se ferat, sed solam cum humano verbo communem appellationem possideat, quando neque E vocem, quæ ex aëris pulsu constet, neque dictiones vllas, neque syllabas, neque linguam, *Differunt verbum diuinum & humanum.* neque os, neque omnino quippiam humani siue mortalis, in Deo vniuersi accipere, siue intelligere fas est. Id enim verbum animæ, quod nullo modo per seipsum ab anima seorsum posset esse, aut consistere. Tale enim humanum est verbum, quod priuatim quidem nullam neque essentiam, neque substantiam habet, sed totum libera quædam motio est, & efficentia cogitationis. Cæterùm, ipsum Dei verbum non tale, sed per seipsum habens propriam substantiam, vsquequaque diuinam atque intelligentem, quæ priuatim quidem subsistit, priuatimque item efficit, quicquid efficit: verùm materiæ omnis est expers, & incorporea, & omni ratione primi & ingeniti, & solius Dei naturæ assimilata, earum omniũ quæ factæ sunt, rationes, & earum quæ sub visum cadunt in corporeas & in seipsa ferens. Quare illam & sapientiam & Dei verbum diuina oracula appellant.

Scholia

Scholia in Cap. V.

A *De diuina in Christo natura, & cultu eorum qui relicto Ethnicismo, in Christi verba iurauere ex prophetia Isaiæ in hoc capite disputationem instituit Eusebius, quæ satis est illustris. Quos nos Sabæos vocamus, eos Seboim ab Eusebio dictos apparet. Cætera aliis obseruanda relinquo.*

Quòd Isaias similiter vt Dauid, duos, patrem & filium confitetur, & eorum alterum vniuersi opificem, quemadmodum ipsi quoque credimus. Cap. VI.

Audi me Iacob, & Israel quem ego voco, ego sum primus, & ego sum in æternum, & manus mea fundauit terram, & dextera mea consolidauit cœlos. Vocabo eos, & stabunt simul, & congre- Isa. 48.
B *gabuntur omnes, & audient qui eis annunciauit hæc. Dominus qui diligit te, fecit voluntatem tuam in Babylone, vt tolleret semen Chaldæorum, ego locutus sum, & ego vocaui, duxi eum, & direxi viam eius, adducite ad me, & audite hæc. Non ab initio in occulto locutus sum: quando fiebat, illic eram. & nunc Dominus Dominus misit me, & spiritus eius.* Considera quæso hic, quónam modo qui dixit, Ego sum primus, & ego sum in æternum: qui & terram & cælum condidit, ita planè se missum esse fatetur à Domino Domino. Sic enim Patrem consueuit bis Dominũ appellare. Itaque habes hoc quoque indubitatum, de eo de quo quæritur testimonium. Primum verò illum hic dicit esse propheta, quem in iis quæ genita sunt piè colit. Nam quæ sine principio est, quæque genita non est essentia, eam attribuit patri. Primum enim in aliquo maiore numero antecedit, & honore atque ordine præponi solet, quod quidẽ neutiquam patri conueniat. Non enim eorum quæ genita sunt, primus est supremus Deus:
C quoniam ne principium quidem illius vllum excogitari potest, sed est vltra primum: vtpote qui primum ipse genuerit, atque vt esset, fecerit, quãdoquidem solum diuinum verbũ, omnium eorum quæ genita sunt, primum iure nuncupatur. Quum ergo quæreretur in illo. *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt*: cuínam creandarum rerum manda- Psal. 148.
uerit opificium, nunc perspicuè demonstratum est, quod videlicet ei qui dixit: Manus mea fundauit terram, & dextra mea consolidauit cœlum: qui etiam se à patre missum esse confitetur, vbi ait: Nunc Dominus Dominus misit me, & spiritus eius. Erit autem Deus, verbum qui hæc dicat, quando verbo Domini cœli firmati sunt, ex eo Psalmi loco quem suprà apposuimus. Sed enim quum ipsum quoque Dei verbum Domini appellatione vt Deus celebretur, tamen ipsius patrem Dominum, maxima cum reuerentia ac pietate bis Dominum appellat, vt in eo diuersitate nominis vtatur. Nũc enim, inquit, Dominus Do-
D minus misit me, vtpote quum pater & Deus sit, & tam sui vnigeniti verbi, quàm eorum omnium quæ illo posteriùs facta sunt, quorum quum potestatem ac dominium à patre ipsum Dei verbum acceperit tãquam is, qui & legitimus, & vnicus filius sit, meritò etiam ipse ab iis qui & piè & religiosè colere Deum volunt, appellabitur Dominus.

Scholia in Cap. VI.

Capitis sexti partes duæ sunt. Prima continet, tabulam grauissimorum testimoniorum quibus probatur Verbum Dei, illud inquam quod est συναΐδιον καὶ ὁμούσιον æterni Patri, eiúsque imago, omnia condidisse, Cælum, Terram, & quæcunque his continentur.

Secunda pars descriptionem τοῦ λόγου non ineptam complectitur. Docet autem quid ὁ λόγος, (de quo Ioannis primo cap. agitur) non sit, tum quomodo à verbo hominis differat. Proderunt hæ cogitationes
E *in enarratione communis loci de Filio Dei.*

Quòd etiam maximus Dei seruus Moses, in mundi fabricatione cognouit patrem Deúmque vniuersi, cum altero communicantem de hominis opificio, hoc porrò diuinum esse verbum antè didicimus. Cap. VII.

Dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem ac similitudinem nostram, & rursus: *Et dixit Deus, Non est bonum esse hominem solum, faciamus illi adiutorium secundum ipsum.* Ac ne quispiam suspicetur hæc ad angelos dicta fuisse, continuò declarat cum cui imperatum sit, non angelum Dei dicens: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum.*

Quòd idem Moses bis planissimè Dominum, sine vllis inuolucris, theologicè commendat. Cap. VIII. A

Gen. 19. SOl ortus est super terram, & Lot ingressus est in Segor, & pluit Dominus super Sodoma, sulphur & ignem à Domino. *Planè bis Dominum nominat, & huic docet ab illo mandatum esse, vt impios debito supplicio afficiat. Etenim licet non semel Dominum apertè dicamus, non tamen simili vbique vtimur theologia, sed pia quadam ac religiosa distinctione vtentes, illum quidem & Deum & Dominum, huius etiam patrem esse edocti sumus: hunc verò ipsum, quem & verbi, & Domini appellatione significare cõsueuimus, eorum quidem qui post ipsum, & sub ipso sunt, esse Dominum: eius autem qui vnum cum ipso est, neutiquam similiter. Neque enim patris Dominus, neque patris Deus, is qui est Deus verbum, sed illius quidem imago, & verbum, & sapientia, & virtus: eorum vero quę post ipsum collocantur dominium habens, & Dominus & Deus: ille verò quum & Dominus, & Deus sit, etiam pater est huius, sicut hic illius est filius. Quare quum hi duo vnum sint, meritò ea quæ ad religiosam theologiam pertinent, in vnum principium nobis recidunt, & in vno Deo consistunt.* B

Scholia in Cap. VII. & VIII.

MOses ἐν τῆς κοσμοποιίας historia introducit Deum loquentem cum filio de opificio suo, & in eo sermone vtentem pluralis numeris verbis, inde colligit Eusebius, Filium cum Deo Patre extitisse ante mundi creationem. Nec enim consentaneum est Deum de opificio suo cum Angelis sermocinatum fuisse, aut vt quidam nugãtur, more Monarcharum pluralis numeri verbis in sermone de semetipso vsum.

Expositionem verborum Moysi: Pluit dominus sulphur & ignem super Sodoma, à Domino: breuem hoc caput complectitur. Adiuncta est in altera capitis parte, cõmonefactio de Patre & Filio, qui essentia vnum sunt, sed proprietatib. personalib. differunt, qua de re sobriè est & cogitandum & disserendum. C

Quòd idem Deum verbum, significat Deum ac Dominum prius nominatum: & quod in hominis forma, & figura, & visum esse, & antiquis responsa dedisse conscribit. Cap. IX.

Gen. 27. *APparuit autem Dominus Abrahæ, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.* Et rursus: *Erat Abraham annorum nonaginta nouem, & apparuit Dominus Abrahæ, & dixit ei: Ego sum Deus, beneplacitus sis coram me, & esto inculpabilis, & ponam testamentum meum inter te & me, & multiplicabo te valde.* Et rursus: *Apparuit autem Deus ei apud quercum Mambre, dum sederet in ostio tabernaculi sui, ipso meridie. quum vero oculis suis respexisset, vidit. & ecce tres viri steterant supra eum, & quum vidisset, occurrit obuiam illis ab ostio tabernaculi, & adorauit.* Ac deinceps post visionem adiungit: *Dominus autem dixit, Non celabo ego Abraham puerum meum, quæ facio. Abraham verò quum sit, erit in gentem magnam & multam, & benedicentur in eo omnes gentes terræ.* Atque his rursus adiungit tanquam de altero: *Noui enim quòd constituet filiis suis, & domi suæ, & custodient vias Domini, facere iustitiam & iudicium, vt inducat Dominus super Abraham, quæ locutus est ad illum.* Hic planè scriptum est, eum Dominum qui Abrahæ respondebat, hæc dicere, vbi videlicet Dominum confitetur patrem suum, & conditorem vniuersi: ipse tamen Abraham, veluti propheta, exploratam & certam eius qui respondebat cognitionem habens, deinceps cum veneratione eos qui ante expositi sunt, orat, dicens: *Ne perdas iustum simul cum impio, & erit iustus quasi impius. Si sint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes eos? nonne dimittes omnem locum, propter quinquaginta iustos? nequaquam tu facies verbũ hoc, vt interficias iustum cum impio, & erit iustus quasi impius: nequaquam, qui iudicas vniuersam terrã: non facies iudicium.* Porrò hæc ad angelos, aut ad quempiam ex Dei ministris dicta esse, consentanea dici non arbitror: non enim cuiuslibet sit, iudicare terram vniuersam. Sed nec angelus quidem est nominatus, quem superior scriptura significat: verum alius quispiam angelo præstantior, Deus vtique ac Dominus, qui cũ duobus angelis in forma hominis, ad suprascriptam quercum est visus. Præterea ne patrem quidem Deũ hunc fuisse putandum est, qui huiuscemodi verbis indicatur. dicere enim, id mutari quod diuinũ est, & figurari in speciem ac formã hominis, neutiquam pium est. Superest igitur, vt confiteamur illum fuisse Dei verbum, quod à nobis in iis quæ antehac scripta habes, Dei nomine celebratum

A celebratum eſt. Qua de cauſa hodie quoque à vicinis, & in proximo habitantibus, quaſi diuinus colitur, atq; obſeruatur is locus, honoris illorũ gratia, qui Abrahæ in illo viſi ſunt: atque etiam nunc ibidem permanens Terebinthus conſpicitur. Qui enim ab Abraham hoſpitio ſuſcepti ſunt, vt habet ſcriptura, recũbentes erant duo quidem vtrinque, medius autem excellentior, & qui reliquis honore anteiret. Hic verò ſit planè is, de quo diximus, ipſe vtique Dominus ac Saluator noſter, quem etiam pertinaces & increduli, diuina oracula confirmantes venerantur: hic ipſe igitur ex illo, pietatis iaciens ad homines ſemina, humanam ſpeciem ac figurã indutus, Dei amico, atque antiquo patri Abrahæ, & ſeipſum quiſnam eſſet, oſtendit, patriſque ſui tradidit ſententiam.

Locus vbi quercus erat ad quem tres angeli Abrahæ apparuerũt Euſebij tẽpore tanquã diuinus colebatur, vbique Terebinthus viſebatur.

Scholia in Cap. IX.

B *SVnt qui dicant Dei Filium ideo in Euangelio τὸν λόγον appellari, quia ſit illa Perſona, quæ Patribus apparuit & familiariter cum illis locuta eſt. Alij ex Baſilio, obſcuriorem eius appellationis rationem, inducunt. Prior ratio congruit cum demonſtratione Euſebiana, quam me operose explicare non eſt neceſſe, cum ſit ſatis illuſtris & à multis explicata. De loco Terebinthi & quercu Mamre, conſule libros de vita Conſtantini Magni, quos in ſecundo operum Euſebij Pamphili tomo reperies.*

Quòd idem propheta in Iacob, manifeſtius eum de quo agitur, indicat Dominum, quem ſanè & Deum & angelum ſupremum Dei vocat. Cap. X.

PRofectus eſt in Charran, & venit in locũ & dormiuit illic, occiderat enim ſol. Et accepit lapides, & poſuit ſub capite ſuo, & dormiuit in loco illo, & ſomniauit, Et ecce ſcala terræ infixa, cuius Gen. 28.
C *caput perueniebat vſque ad cœlum, & angeli Dei aſcendebant & deſcendebant per eã, & Dominus innitebatur ei, & dixit: Ego Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, ne timeas: terra in qua tu dormis ipſa, tibi dabo eam, & ſemini tuo, & erit ſemen tuum ſicut arena maris, & dilatabitur ad mare, & Orientem, & ad Boream, & Africum. Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in ſemine tuo. Et ecce ego ſum tecum cuſtodiens te in omni via, quacunque iter feceris: & conuertam te in terram hanc, quoniam non te relinquam, donec faciam omnia, quæcunque locutus ſum tibi. Et experrectus eſt Iacob à ſomno, & ait: Dominus eſt in loco hoc, ego autem neſciebam & timui, & ait? Quàm terribilis eſt locus hic, non eſt hoc aliud, niſi domus Dei, & hæc porta cœli. Et ſurrexit Iacob mane, & accepit lapidem, quem ſuppoſuit capiti ſuo, & erexit illum pro titulo, & effundit oleum in ſummum illius, & vocauit Iacob nomen loci illius, domum Dei.* Eum qui hoc loco tam multis verbis reſpondet Dominum, & Deum, angelum quoque Dei deinceps progreſſus inuenies, vbi
D ad mulieres ait ipſe Iacob: *Et dixit mihi angelus Dei in ſomnis, Iacob. Ego autem dixi, Quid eſt? Et deinceps: Vidi,* inquit, *omnia quæcunque Laban tibi facit. Ego Deus, qui apparui tibi in loco, vbi vnxiſti mihi titulum, & vouiſti mihi votum.* Ergo qui ſuprà dixerat, Ego Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, cui & titulum erigit Dei amicus, Deus quidem erat & Dominus, (ipſi enim dicenti credendum) non tamen is qui pater eſt, & a nullo eſt, ſed qui ea quæ ad patrem pertinent, hominibus ſubminiſtrat, & nunciat. Quocirca etiã angelum ipſum in præſenti vocat Iacob, vbi ait, Dixit mihi angelus Dei in ſomnis verba hæc: Ego ſum Deus, qui apparui tibi in loco. Ergo idem & angelus Domini, & Deus, & Dominus, planè in his appellatus eſt. Et apud Iſaiam prophetam magni conſilij angelus, interimque & Deus & princeps, & poteſtatem habens nominatur, vbi ortus illius inter homines canitur, à dicente, *quòd puerulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius principatus ſuper hume-*
E *rum eius, & vocatur nomen eius magni conſilij angelus, princeps pacis, Deus fortis, potentiam habẽs, pater futuri ſeculi.*

Gen. 31.

Iſa. 9. Angelus repræſentãs perſonam Domini.

Quòd etiam Iacob eum de quo proximè dictum eſt, & Deum, & Dominum præterea angelum ſimiliter vt Abraham in hominis forma contemplatur in ea hiſtoria, quæ ſic habet. Cap. XI.

SVrgens autem nocte illa accepit duas vxores, ac duas famulas, & vndecim puerulos ſuos, & tranſiuit vadum Iacob, & accepit eos & traduxit omnia ſua, & relictus eſt Iacob ſolus, & luctabatur cum eo homo vſque mane, vidi autem quod non poſſet aduerſus illum, & attigit latitudinem femoris eius, & torpuit latitudo femoris Iacob, dum luctaretur hic cum illo. Et dixit ei: Dimitte me, aſcendit enim aurora. Hic verò dixit: Non te dimittam, niſi mihi benedixeris. Dixit autem ei: Quod eſt nomen Gen. 32.

tuum. At hic dixit, Iacob. Et dixit ei: Non amplius Iacob vocabitur nomẽ tuum, sed Israel erit nomen tuum, quoniam valuisti cum Deo, *etiam cum hominibus potens eris. Interrogauit verò Iacob, & ait, indica mihi nomen tuum. Et ait: Quid ita quæris nomen meum? Et benedixit ei illo loco, & vocauit Iacob nomen loci illius, Speciem* Dei. *Aspexi enim* Deum *facie ad faciem, & seruata est anima mea. Ortus est autem illi sol, quum transisset speciem* Dei. & Mosi quidem dictum est, Nullus videbit faciem meam, & viuet. Hic autem Iacob vidit Deum non simpliciter, sed facie ad faciem: & quum seruatus esset, non corpore, sed animo, ad appellationis Israël dignitatem assumptus est, quæ sanè appellatio animarum cognominis est, siquidem ipsum Israël nomen si interpreteris, videntem Deum significat. Non igitur patrem Deum vidit, sed Deũ filium, cuius etiam curiosiùs appellationem quærenti Iacob nondum erat enunciandi tempus. Quod si quempiam ex angelis, aut ex iis qui cœlum incolunt, diuinis spiritibus, cum qui sanctis oracula ministrabat aliquis suspicetur esse, planè decipitur. Hoc ex ipso probatur, quod hic ipse de quo loquimur, & Domini & Dei appellatione nuncupatur: Etenim & Deum ipsum diuina scriptura planè vocitat, & Dominum ita appellat, eius nominis honorem illi tribuens, quòd apud Hebræos quatuor literis notatur, quod sanè in vna ineffabili atque inenunciabili Dei appellatione ponere pueri Hebræorum consueuerunt. Probatur etiam ex eo, quod vbicunque scriptura angelos appellare vult, apertè hoc facit, angelósque distinctè significat. Sicut eos qui in Sodomis erant, quum impij essent, is qui Abrahæ responderat Deus ac Dominus, suo aduentu neutiquam dignos efficit. Quemadmodum rursus dicit scriptura diuina: *Dominus quidem abiit, postquam desiit loqui cum Abraham. Duo verò angeli Sodoma abierunt vesperi.* Item, *ipsi Iacob obuiam venerunt angeli Dei. Et quum vidisset, dixit: Castra Dei hæc, & vocauit nomen loci illius, Castra.* Sic sanè Dei amicus visiones discernebat, proinde nunc quidem nomen loci castra appellat. ex eo quòd illic angelorũ castra viderit. Vbi autẽ cum ipso Deo loquitur, vocat nomen loci, Speciem Dei, his verbis: Vidit enim Deum facie ad faciem. Quin & Mosi quoties apparet angelus, hoc ipsum diuina scriptura significat, dicens: *Apparuit verò illi angelus Domini, in flamma ignis rubi.* Quoties verò is qui ius & potestatem habet, ipse vtique oraculorum & responsorum autor: ita hoc planum facit, vt illum & Dominum & Deum, nusquam verò angelum nominet. Simili ratione etiam in mari rubro planè angelum Dominúmque distinguit, vbi ait. Sustulítque se angelus Dei qui ambulabat ante castra filiorum Israël, & abiit post eos. Sustulit autem se etiam columna nubis à facie eorum. Quemadmodum in superioribus Dominus forma hominis respondens antiquis inducitur: sic hoc loco per nubem. Itaque deinceps verba sic habent: *Factum est autem in vigilia matutina, & respexit Dominus in castra Aegyptiorum in columna nubis, & per totam deserti regionem in columna per nubem,* Deus *Mosi respondet.* Planè igitur quoties angeli naturam oratio significare vult, neque Deum, neque Dominum, sed absque vlla obscuritate angelum nominat. Quoties verò Dominum & Deum, eum qui apparet intelligit, his ipsis palàm vtitur locutionibus. Quod verò Dominum, Deumque non eum significet, qui pater est, ipsæ scripturæ diuinæ locutionis in superioribus euidentissimè ostendunt, vbi angelum Dei appellant eum, qui quum de Iacob sermo esset, Dominus & Deus est nominatus. Superest igitur vt quæramus quisnã sit in iis quæ sunt, Deus & Dominus, præter patrem omnium, & regem, Deúmque vniuersi. Erat autem hic verbum Dei quod est ante secula, superior quidem omni angelica natura: profectus autem ab eo, qui pater est.

Phanuel species Dei.

Qui Iacob apparuit, non Angelus sed Dei filius erat.

Iehouah Christo tribuitur nomen tetragrammatõ.

Gen. 32,

Exod. 3, Dominus Mosi apparuit, non angelus vt habent nostra exemplaria.

A B C D

Quòd rursus in Iacob gentium Deum, *planè ipsa oratio præ se fert. Cap. XII.*

E

Gen. 35.

D*Ixit autem Deus ad Iacob: Surge & ascende in locum Bethel, & habita illic: & fac altare Deo, qui tibi apparuit, quum fugeres à facie Esau fratris tui. Et dixit Iacob domui suæ, & omnibus qui cum ipso erant: Tollite deos alienos de medio vestri, & purgamini, & mutate habitus vestros: & surgamus, ascendamúsque in Bethel, & faciamus illic altare Domino, qui exaudiuit me in die tribulationis: qui fuit mecum, & seruauit me in via, qua profectus sum.* Hoc loco Deus ipse vniuersi, qui solus neque factus neque genitus & supremus omnium est non visus, sed inuisibiliter dans responsa ipsi Iacob, & virtute ineffabili seipsum mouens de filio verba facit planissimè. *Dixit ergo illi Deus: Fac altare Deo qui apparuit tibi.* Quis autem hic sit, qui scriptus est supra illi apparuisse, paulo ante exposuimus, vbi Deum verbum esse demonstrauimus.

Scholion in Cap. X. XI. XII. breue.

A

CHristi diuinitatem astruit Eusebius ex historia Iacobi, cui Filius Dei sæpe apparuit, quem Deum & Dominum seu Iehouah Moses appellat. Non videtur firmissima esse illa consecutio: Dixit illi Deus: Fac altare Deo, &c. Ergo Pater alius est à Filio, qui etiam Deus dicitur: nam id sibi voluit Eusebius. Certum enim est Filium Deum Iacobo & aliis Patribus apparuisse, & eos ad Dei cultum exhortatum fuisse. Poterat autem is ad eum modum de semetipso loqui: Ego sum Deus, qui tibi apparui: Fac mihi altare. Deum enim Filium Dei honore cultúmque fidei prosecutus est Iacob, Patrem quoque veneratus est. Et cum cultum sui exegit Filius, Patrem coli voluit.

Quòd Deus pater, quum Mosi responderit per angelum, sed patribus apparuisse, non amplius per angelum, sed per filium docet. Cap. XIII.

B

MOses erat pascens oues Iethro soceri sui, & venit ad montem Dei Choreb. & apparuit ei angelus Domini in flamma ignis rubi: & post alia: *Et vt vidit quod accederet ad videndum, vocauit illum de medio rubi, dicens: Moses, Moses, ne propius huc accesseris. Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est:* & post pauca. *Et dixit Dominus ad illum: Ego sum qui sum*, & rursus: *Locutus est Dominus ad Mosem, & dixit ad illum: Ego Dominus visus sum ab Abraham, & Isaac, & Iacob, quum eorum sim Deus, & nomen meũ non indica in illis, & constitui testamentum meum ad illos.* quemadmodum apud prophetas in hominibus versantes, verbi gratia: Isaiam, & Hieremiam, & similes, homo quidem erat: id quod videbatur, Deus autem qui per id quod apparebat, tanquam per instrumentum loquebatur: & modò Christi C persona, modo sancti spiritus, modo supremi Dei erat, quæ per prophetam respõsa dabat: sic vtique etiam nunc Mosi, qui introducitur, supremus & omnia sub se habens Deus, per eum qui apparet angelum, ea quæ proposita sunt canit. Quorum hæc sententia sit sanè: Tibi ô propheta, tanquam ei qui adhuc eruditur, & qui nihil visione angelica amplius capit, interim angelum meum exhiberi videndum volui. Sed meum nomen tibi soli notum facio dum doceo te, me eum esse qui sum, nomen meum esse Dominum. Tuis verò patribus non hoc solum indicauit, sed etiam hoc ipso amplius largitus sum, nam ab illis sum visus. Quis verò sit qui patribus visus sit, & quòd non pater Deus antea demonstratũ est, vbi Deum & Dominum angelum Dei nominatum esse demonstrauimus. Cæterùm, quónam modo hic, ille qui pater sit Deus, & omnia sub se habeat, dicat se à patrib⁹ visum, meritò aliquis quærat: Explicabitur porrò id de quo quæritur, si diuinæ scripturæ diligẽtiam D attendamus. Nam quum apud Septuaginta ita dictum sit, Et visus sum ab Abraham, & Isaac, & Iacob, quum eorum sim Deus. Aquila quidem sic ait: Et visus sum ab Abraham, & ab Isaac, & ab Iacob in Deo satis multo. quibus verbis planissimè indicat, non ipsum illum qui pater est, per seipsum apparuisse. Neque verò sicut Mosi, ita etiam patribus per angelum, aut per rubũ, aut ignem, sed in Deo satis multa oracula præbuisse. Quare etiam patribus per filium visus est pater, quemadmodum in Euangelij ab ipso dictum habetur: *Qui videt me, videt patrem.* In ipso enim & per ipsum patris cognitio prodebatur. Sed quum ab hominib. salutaris appareret, tum per filij humanam formam videbatur à Dei amicis, atque inter homines futuram ipsis salutem, omnibus præsentem ex illo quasi arram & pignus exhibebat. Quum verò impiorum vltor, & Aegyptiorum castigator futurus esset, nõ amplius in Deo ἐν Θεῷ ἱκανῷ, satis multò, sed in angelo supplicij ministro, & in specie ignis, E & flammæ, quæ citò instar agrestis ac senticosæ materiæ illos erat deuoratura, apparebat. Dicũt igitur per rubum quidem significari Ægyptiorum agrestem & immitem & feram prauitatem, per ignem verò vim illam vlciscentem & castigantem quæ illos inuasit.

Exod. 3.

Quare De⁹ in angelo apparuerit Mosi.

Iohan. 14.

Quid per rubum & ignem intelligant Aegyptij.

Quòd quemadmodum patribus humana forma, sic in specie nubis Mosi & cuncto populo Deus verbum apparuit. Cap. XIIII.

D*Ixit autem Dominus ad Mosem: Ecce ego venio ad te in columna nubis, vt audiat populus me loquentem ad te, & tibi credant.* & quæ sequuntur. *Deus autem antecedebat eos die in columna nubis in via, noctu verò in columna ignis, vt luceret eis.* Et rursus: *Descendit Dominus in columna nubis.* Et rursus: *Quum autem ingressus esset Moses in tabernaculũ, descendit columna nubis, & stetit in foribus tabernaculi, & loquebatur cum Mose, & cernebat omnis populus columnam nubis stantem*

Exod. 13.

Num. 12.

in foribus tabernaculi. & stantem omnis populus adorauerunt, vnusquisque à foribus sui tabernaculi. Populus quidem cernebat columnam nubis hoc loco, cum Mose verò loquebatur. Quis porrò loquebatur? columna nubis videlicet, quum idem Deus antea patribus in hominis forma apparuisset. Supra verò iam demonstratum est, quòd nõ pater Deus hic esset, sed alter, quem nos, quum Dei sit verbum, Christum nuncupamus, qui tunc propter multitudinem vulgarem, & ipsi Mosi, & populo in colũna nubis cernebatur, propterea quòd non itidem vt patres, videre illũ in forma hominis, idonei essent. Perfectorum enim hoc erat, posse illius aduentum prouidere, qui olim in hominibus corpore humano assumpto, futurus erat. Quem sanè, quum ne tunc quidem vniuersis populus posset capere, meritò aliàs quidem eis per ignem, terrendi, cohibendíque causa, aliàs per nubem, quasi adumbratè atque inuolutè dans illis leges, cernebatur, eadémque ratione Mosi quoque propter illos.

Iuxta illud: Abraham vidit diẽ meum & gauisus est. Ioh. 8.

Quòd angelica non fuerit natura, quæ Mosi dabat responsa, sed præstantior quàm vt ad angelum referri posit. Cap. XV.

Exod. 23. D*Ixit Dominus: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, vt custodiat te in via, vt introducat te in terram quam paraui tibi. obserua eum, & audi eum. Nec sis aduersus illum contumax, non enim dimittet te, nomen enim meum est in illo.* Et in alio loco: *Dixit autem Dominus ad Mosem: Vade & dux esto huius populi ad locum quem dixi tibi, ecce angelus meus antecedit te.* Et rursus, *& dixit Dominus ad Mosem: Abi & ascende hinc tu, & populus, &c. Et vnà mittam ante faciem tuam angelum meum.* Hæc sanè voces, quòd non angeli, sed solius Dei sint, vnicuique facilè constare potest. Cuius porrò Dei? nisi eius qui priscis patribus sit visus? quem angelum Dei planè appellauit Iacob. Hoc autem nobis Dei verbum fuit, vtpote quum & Dei filius, & Deus, & Dominus ipse nominatus.

Quòd idem Dominus de alio docet, scilicet filio. Cap. XVI.

Exod. 20. E*Go sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non erunt tibi dij alij præter me, &c. Ego enim sum Dominus Deus tuus æmulator.* & adiungit: *Non sumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Hoc etiam loco ipse Dominus ea quæ exposita sunt de alio docet. Siquidem quum dixerit, Ego sum Dominus Deus tuus, adiungit: Non sumes nomen Domini Dei tui: quippe cũ de patre & Deo vniuersi is, qui ab illo est Dominus, suum seruum sacris initiet. Alia pręterea innumerabilia inuenies per totam scripturam sacram, quæ eadem ratione, qua hæc enunciata sunt, vbi pater tanquam de alia persona, & ipse Dominus tanquam de alio quodam oracula reddebat.

Quòd is rursus Dominus, qui Mosi responsa dabat, alium à quo erat cognoscens patrem, vtique hunc ipsum suum Deum vocabat. Cap. XVII.

Exod. 33. D*Ixit Dominus ad Mosem, Et hoc tibi verbum quod dixisti faciam. Inuenisti enim gratiã coram me, & noui te præter omnes. Et dixit Moses: Ostende mihi gloriam tuam. Et dixit: Ego anteibo prior te gloria mea, & vocabo in nomine meo Dominum coram te, & miserabor cuiuscunque misereor, & clemens ero erga quemcunque sum clemens.* Et post alia adiungit, atque ait: *Et descendit Dominus in nube, & astitit ei illic, & vocauit in nomine Domini, & transiuit Dominus in nomine ipsius. & vocauit* Domine Domine *Deus clemens & misericors, longanimis, & multæ miserationis, & verax, & iustitiam seruans. faciens misericordiam in millia, auferens iniquitates, & iniustitias, & peccata, & purgatione non purgabit reum, inducens peccata patrum in filios, & filios filiorum, in tertiam & quartam generationem. Et quum festinasset Moses, curuatus in terram adorauit.* Cõtemplamini quæso, quonam modo etiam nunc ipse Dominus, qui in nube descendit, & Mosi astitit in nomine Domini, vocauerit alium præter seipsum, qui solitus sit ex conduplicatione bis Dominus appellari, tanquam eum à quo ipse sit, reliquorum omnium ius potestatémque habens Dei nomine celebretur, suum vtique patrem, atque vt in his non Moses, sicut forsitan quispiam suspicetur, sed ipse Dominus alium suum patrẽ vocat. Antè enim is qui Mosi respondit, ait: *Ego transibo prior te, gloria mea, & vocabo in nomine Domini.* Vbi igitur hoc dixit scriptura deinceps instar narrationis adiungit: *Et descendit Dominus in nube, & adstitit ei illic, & vocauit in nomine Domini.* Igitur ipse Dominus dum est, quod promiserat præstiturus, descẽdit: & quemadmodũ verba ipsa significãt, progreditur ante faciẽ Mosi. Ipse autẽ Dominus vocat, dicẽs: *Domine Deus, clemens, & misericors,* & quæ sequũtur.

Deum cur ex conduplicatione bis Dominum vocet scriptura.

Quibus

A Quibus verbis planè ipse Dominus, suum seruum & seipsum, quisnam esset, & ingeniti Domini notitiam, quasi sacris initians docet. Hoc verò ipsum tibi planissimè demonstrabit ipse Moses, vbi orans pro populo, supra expositas Domini voces commemorat. Illic enim intelliges, Dominum hæc dixisse, non ipsum Mosem, quum dicit: *Et nunc extollatur manus tua Domine, quemadmodum dixisti, dicens: Dominus longanimis, & multæ misericordiæ, & verax, auferens iniquitates & iniustitias & peccata, & purgatione non purgauit reum, qui reddis peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem.* Obserua autem quónam modo in his, ipse Dominus vbi patrem longanimem, & multæ misericordiæ appellauit, tum adiungit, ipsum esse veracem, quod sanè cum eo concordat, quod in Euangeliis dictum est ab vno & eodem Saluatore nostro, *Vt cognoscant te solum verum Deum.* Solum igitur verum Deum admodum piè ac religiosè patrem vocat, vt sic naturæ ingenitæ cõuenientem honorem & cultum attribuat, cuius naturæ & ipsum imaginem esse & sobolem, diuina B docent oracula. *Ioan. 17.* *Cur pater solus Deus dicatur.*

Quòd Deum ipsi Israel visibilem esse diuina docet scriptura, quæ ipsum Dei verbum significat. Cap. XVIII.

IN Numeris Moses orans ait: *Quoniam tu es Dominus in populo hoc, qui oculis ad oculos videris tu Domine* pro quo sanè Aquila reddidit, Quoniam tu es Dominus in visceribus populi huius, qui oculum in oculis videris tu Domine. Symmachus autem, Quoniam tu es Domine. Et in Exodo dictum est: *Et ascendit Moses & Aaron, & Nadab, & Abiud, & septuaginta ex senioribus Israel, & viderunt locum, vbi steterat Deus Israel.* Pro quo Aquila: Et C viderunt, inquit, Deum Israël Symmachus autem, Et viderunt visione Deum Israël. Cæterùm propter illud, *Deum nemo vidit vnquam*: fortasse verba quæ hoc loco posita sunt, salutari verbo contraria esse quispiam suspicetur, vtpote quum visibilem illum faciant, qui natura inuisibilis est, sed si hæc de verbo Dei acceperis, qui multifariam multisque modis à patribus est visus, sicut nos in iis quæ supra ostẽsa sunt accepimus, neutiquam in contraria videberis tibi recidere. Qui enim hic Deus Israël cernitur, ipsum illum esse docent, qui & ab Israël visus est, quando homo luctatus est cum ipso: quinetiam primus illius nomen mutauit, ex Iacob in Israël, dicens: *Quoniam inualuisti cum Deo.* Quo tempore diuinam illius virtutem sentiens Iacob vocauit locum illum, speciem Dei, quum dixit: *Vidi enim Deum facie ad faciem, & seruata est anima mea.* Quem sanè Deum non alium esse quam Dei verbum, suo tempore demonstrauimus. *Num. 14.* *Exod.* *Ioan. 1.* *Solutio τῆς ἀντινομίας.* *Gen. 34.*

D

Quòd Dei verbum, quod Mosi non secus atque antiquis patribus dabat responsa. etiam Iesu Mosi successori in hominis forma, visus est. Cap. XIX.

ET *factum est, vbi fuit Iesus in Iericho, & respiciens videt hominem stantem coram se, & gladius vagina exutus in manu eius. Et accedens Iesus, dixit: Noster es, an aduersariorum? & dixit ei: Ego princeps imperatorum exercitus Domini, nunc veni. Et Iesus cecidit facie in terram, & dixit ei: Domine quid imperas seruo tuo? & ait princeps imperatorum Domini: Iesu solue calceamentũ pedum tuorum, locus enim in quo stas, terra sancta est.* Eadem sanè hæc Mosi quoque initio visionis in rubo, ab ipso Domino dicta sunt, sicut scriptura indicat: Vt verò vidit Dominus, quòd accederet ad videndũ, vocauit eum Dominus de medio rubi dicens: *Moses, Moses, ne proprius accesseris huc, solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo tu stas, in ipso terra sancta est.* Vnus ergo atque idem fuit Deus, qui ambobus respondit, quemadmodum ex ipso præcepto E constat. Sed tunc quidem per principem imperatorum exercitus eius, Mosi verò per eum angelum qui visus fuerat, oraculum exhibet. Militiæ verò cœlum sub se habentis, & exercitus ipso mundo superioris, & spirituum inuisibilium diuinorumque angelorum, atque archangelorum regi, præfectoque vniuersi Deo inseruientium (sicuti apud Danielem dictum est: *Mille millia ministrabant ei, & centies mille millia adsistebant coram eo*) omnium, inquam, talium supremus, quis tandem sit alius, quàm Dei verbum, & primogenita sapientia, & soboles diuina? meritò ergo princeps imperatorum exercitus Domini hoc in loco dictus est, vtpote qui alibi & magni consilij angelus, & confessor patris, & æternus ac magnus sacerdos esse, sit demonstratus. Sed illud quoque ostensum est, quod idem & Dominus Deus, & Christus sit, qui à patre oleo exultationis est vnctus. Abrahę igitur apud quercum visus in hominis forma quieta, habitúque pacifico, seipsum ostendit, quum ex illo *Iosue 5.* *Exod. 3.* *Dan. 7.*

vsque tempore salutarem suum ad homines aduentum exordiretur. Ipsi verò Iacob tanquam exercitabundo ac certatori, qui aduersus hostes & luctaturus & præliaturus esset veluti homo. Sed Mosem & populum in specie nubis atque ignis ducebat, terribilem interim atque adumbratum seipsum ostendens. At quoniam Mosi successor Iesus contra hostes erat instruendus, qui antehac terram Palæstinam incoluerant, externas vtique, maximéque impias nationes, meritò cum gladio vagina exuto, & contra hostes acumen præ se ferente demonstratur, tali propemodum visione significans, quemadmodum ipsa diuinitate virtute, tanquam inuisibili gladio, cum suis interim simul militans, eisque opem assiduè ferens, erat impios vlturus. Quare etiam opportunè seipsum principem imperatorum Domini appellauit.

Quòd similiter ipsi Iob, quemadmodum patribus, ipse opifex vniuersi Deus verbum, & respondisse, & oculis visus esse dicitur. Cap. XX.

Iob.38. D*Ixit autem Dominus ad Iob de turbine & nubibus: Vbi eras dum ego fundarem terram? responde iam mihi, vtrum noueris intellectum, quis posuerit mensuras eius, si nosti,* &c. *quum facta sunt,* inquit, *astra, laudauerunt me voce magna omnes angeli mei. Obstruxit autem mare portis.* ac deinceps quòd sequitur: *Num eras tu quando constitui lumen matutinum? lucifer autem despexit suum ordinem.* Et rursus: *Num tu accepto terræ luto, fecisti animal? & ad loquendum idoneum ipsum posuisti in terra? abstulisti verè ab impiis lumen, brachium autem superborum contriuisti? venisti autem ad fontem maris? & in vestigiis abyssi deambulasti? aperiunturque tibi timore portæ mortis? & ianitores inferorum videntes te territi sunt?* Deinde in fine totius oraculi, respondet Iob Domino, dicens: *Audi iam me Domine, vt etiam ego loquar, & interrogabo te, & tu me doceto. Auditu quidem auris audiui te prius, nunc autem oculus meus vidi te. Quocirca vilem habui meipsum, & liquefactus sum, & putaui meipsum terram & cinerem.* Domini igitur rerum opificis expositas modo esse voces, non solũ ex iis quæ proposita sunt, verumetiam ex iis quæ tibiipsi videãtur, dignoscere facile est. Illud verò, Venisti ad fontẽ maris, & in vistigiis abyssi deambulasti? & illud: Aperiuntur verò tibi timore portæ mortis. & ianitores inferorum videntes te territi sunt: Saluatoris nostri descensum ad inferos significare, suo tempore demonstrabimus, si modo hoc loco id vnum notauerimus, Deo verbo magis quam Deo patri, quæ ad hunc locum pertinent, esse tribuenda. Iob igitur, sicut etiam reliqui patres, ipsum hunc ab initio de turbine & nubibus respondentem sibi Dominum, coram se intuitum esse testificatur, dicens: Audi verò me Domine, vt etiam ego loquar, & interrogabo te, & tu me doceto: auditu quidem auris audiui te prius, nunc autẽ oculus meus vidit te: Quocirca vilem habui meipsum, & liquefactus sum, & putaui meipsum terram & cinerem: Qui autem fieri potest, vt supremũ Deũ, & eum qui est vltra omnia, immutabilẽ vtique & ingenitam essentiam, anima iuduta corpore, &oculi mortaliũ intuiti sint, nisi planè hoc etiam loco, egredi de propria magnitudine Dei verbũ ipsum qui Dominus esse, variis demonstratur modis, eóque modo exhibere se videndũ dixerimus? quemadmodũ licet vel ex ipsis oraculis discere, in quibus rursus ipse Dominus ad Iob ea quæ ad diabolũ pertinẽt tanquam de dracone enarrãs instabat: Non times quoniam paratus est mihi. cui enim domino, draconem paratum esse arbitrari cõuenit, nisi Deo verbo & Saluatori nostro, quem principem huius seculi, iampridem genus hominum depopulantem sustulit, dissolutis mortis doloribus. quod quidem ipsum ipse quoque dicat, dicens: Venisti verò ad fontem maris, & in vestigiis abyssi deambulasti? aperiuntur autem tibi timore portæ mortis? & ianitores inferorum videntes te territi sunt? Hæc sanè meritò ad Iob loquitur, post magnã tentationem, póstque magnum certamen quod sustinuit, docens eum, quòd pro parte certauerit, quum interim maius fortiúsque bellum & certamen, ipsi Domino reseruetur, sub tempus sui ad mortem aduentus.

Descensus Christi ad inferos præsignatus.

Quòd duas personas etiam propositus agnoscit Psalmus. Cap. XXI.

Psal. 90. Q*Voniam tu Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: quoniam angelis suis mandauit de te, in manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & regulum ascendes, & conculcabis leonem & draconem.* His sane vtitur vocibus diabolus, in tentatione aduersus Saluatorem nostrum. Contemplare igitur, quonam modo Psalmus ad ipsum Dominum ait:

Matth.4.

Quoniam

A Quoniam tu Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum: tu enim ipse, inquit, mea spes, ô Domine, illum à quo ipse es, Deum altissimum & supremum & tuum patrem, refugium posuisti, propter quod non accedent ad te mala, ad te inquam meum Dominum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Nam etsi nefarij homines conabuntur te hominem factum flagellis cædere, etsi morti tradere, neutiquam tamen flagellum, quòd à Deo est, tuo appropinquabit tabernaculo, hoc est tuo corpori, quo videlicet propter nos homo factus, indutus es: Ad eundem modum accommodabis ei, quæ in toto Psalmo dicuntur: quæ sanè nos quoque suo tempore disquiremus, & contemplabimur.

De Deo verbo & patre, sicut de Domino. Cap. XXII.

B

Non derelinquam vt deleam Iacob, quoniam Deus ego sum, & non homo in te sanctus, & non ingrediar ciuitatem, post Dominum ambulabo. Hæc & alia his similia, Deus Verbum homo factus, ad eos dicit, qui virum quidem ipsum sanctum, non autem Deum esse confitentur. Deus ego sum, inquit, & non homo in te sanctus. Deinde vbi Deum seipsum dixit Dominum ac Deum & patrem suum indicat, adiungens: Post Dominum ambulabo. Illud autem, Non ingrediar in ciuitatem: abnegantis sanè fuerit communem ac popularem hominum rempublicam, à qua etiam suos discipulos auertẽs, ait. *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis.* *Osee 11.* *Matth. 10.*

De Saluatore nostro, sicut de Domino, & de patre, sicut de Deo, & de Iudæorum gentis euersione. Cap. XXIII.

C

Euerti vos, sicut euertit Deus Sodoma & Gomorrha, & facti estis quasi torris ereptus ab igne. Et ne sic quidem conuersi estis ad me, dicit Dominus: Etiam hoc loco ipse Dominus, Deum quendam ait Sodomorum euersionis autorem fuisse, quum alius sit ipse filius, quàm is de quo ipse loquitur. Porrò in ipsa Sodomorum euersione duo apparent, quando pluit. Dominus ignem à Domino super Sodoma & Gomorrha. Qualem igitur, inquit, Sodoma ob turpes atque absurdas impietates, euersionem perpessa sunt, talia vos quoque patiemini ac ne sic quidem conuersi estis ad me. Consueuit autem scriptura, tempus futurum quasi præteritum ponere. Quare præsentia quoque eadem ratione oportet accipere, vt videlicet pro eo quod Euertam futuri temporis, dictum sit Euerti præteriti: & pro eo quod est
D conuertimini, Conuersi estis. Hæc verò sunt ad Iudæorum gentem directè prolata, quæ quidem non aliàs, quàm post factas aduersus Saluatorem nostrum insidias, in ipsis completa sunt. Etenim sacer ipsorum & prius sanctus locus, ad id redactus est, vt nulla in parte à Sodomorum euersione discrepet. Verumtamen & si ea passi sunt, quæ in vaticinio sibi prædicta apertè perspiciunt, nec dum in hunc vsque diem ad Christum Dei, propter quem talia pertulere, seipsos conuerterunt. Itaque meritò ab ea quæ nunc in manibus est prophetia, id diuinitus dictum est, Et ne sic quidem conuersi estis ad me, dicit Dominus. *Amos 4.* *Gen. 19.* *Scriptura tempus præteritum pro futuro vsurpat.*

De duobus, patre scilicet & filio, & gentium vocatione. Cap. XXIIII.

E *Visio Abdiæ, hæc dicit Dominus ad Idumæam: Auditum audiui à Domino, & munitionem in nationes emisit, Dominus Deus auditum audiuit à Domino.* Is verò auditus fuit de gentium vocatione. *Abd. 1.*

Quemadmodum Deus verbum, quum sit Dominus, missum se esse à patre confitetur. Cap. XXV.

Hæc dicit Dominus omnipotens: Post gloriam misit me ad gentes, quæ deprædatæ sunt vos. Deinde adiungit post pauca, dicens: *Et cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me.* quod si is Dominus qui mittit, Dominus est omnipotens, & qui dicit se missum esse itidem, duo igitur. Siquidem planè qui missus est, Dominus omnipotens, inquit, ad gentes misit me. *Zach. 2.*

Idem iterum de vocatione gentium. Cap. XXVI.

Zach. 2. GAude & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus, & confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt illi in populum, & habitabo in medio tui, & cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te, &c. Quibus post alia adiungit: *Et corroborabo eos in Domino Deo ipsorum, & in nomine eius gloriabuntur, dicit Dominus.* Hæc quoque prioribus similia sunt, quæ Christi ad homines aduentum, & salutarem futuram gentibus per ipsum vocationem palàm enunciant: Ego igitur ipse Dominus veniam, inquit, & in medio aduētu non amplius ille antiquus Israel, ac ne vna quidem in terra gens, sed multæ gentes confugient, ad præstantiorem & magnum Dominū, qui & meus ipsius, & vniuersi est Deus: ad quem confugientes nationes tantum consequentur beneficium, vt & appellentur & sint populus Dei, & habitent in medio eius quæ vocatur filia Sion. (Sic enim Dei in terra ecclesiam, quasi filiam quandam eius, quæ in cœlo est, sacræ literæ vocare consueuerunt.) Hanc etiam veluti bono nuncio gaudere iubet oraculum, dicens: Gaude & lætare filia Sion: ecce, ego venio, & habitabo in medio tui. In medio enim Ecclesiæ Deum verbum habitare credimus, quemadmodum ipse pollicitus est, cum dixit: *Ecce, ego vobiscum sum omnes dies, vsque ad consummationem seculi: & vbi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, illic sum in medio eorum.* Cum autem ego, inquit ipse Dominus, venero, & habitabo in medio tui, maiorem tum cognitionem de Deo omnipotēte accipies, dum ego Dominus causam, cur ad homines missus sim, patri qui misit me attribuam. Cognosces autem quod Dominus omnipotens misit me ad te. Ac deinceps in hunc sanè modum ipse Dominus loquitur: Et corroborabo eos in Domino Deo ipsorū, & in nomine ipsius gloriabuntur, dicit Dominus. Sed qui tandem sunt qui in Domino gloriantur?

Sacra scriptura ecclesiam filiam Dei vocare solet.

Matth. 28.

Matth. 18.

Quòd rursus Dominus de alio quodam, constat autem quòd de patre suo loquitur. Cap. XXVII.

Zach. 3. ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli Domini: & diabolus stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te diabole, & increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalem. Rursus hoc loco Dominus alium quendam obiurgaturum ait ipsum diabolum, vbi sanè non ipse qui loquitur Dominus, increpat, sed alterum memorat. quibus verbis planè constare arbitror, demonstrationem de duabus personis, vno patre, altero eo, qui à patre omnium quæ facta sunt, potestatem ac dominationem acceperit.

Quòd angelum testamenti Christum, & eundem Dominum omnipotens Deus vocat. Cap. XXVIII.

Malach. 3. ECce, ego mitto Angelum meum, & prospiciet viam ante faciem meam, & repentè veniet ad templum Dominus, quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis, ecce, venit, dicit Dominus omnipotens, & quis sustinebit diem ingressus eius? etiam hæc prioribus similia sunt. Ipse enim Dominus Deus omnipotens, Dominum venturum ait in templum suum, interim de alio loquens. Significat porrò Deum verbum, quem postea angelum testamenti nominat, quémque etiam ipse Dominus omnipotens docet se mittere ante faciem suam, dicens: Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem meam. Atqui eundem hunc quem angelum meum vocauit, rursus deinceps Dominum appellat, vbi adiūgit illud: Et repentè veniet Dominus, & angelus testamenti. Vnum verò & eundem cum produxerit, tum addit: Ecce, venit, & quis sustinebit diem ingressus eius? quibus verbis secundum & gloriosum illius aduentum significat. Sed qui omnia hæc canit, Dominus est omnipotens vniuersi Deus.

Secundus & gloriosus Christi aduentus.

Quòd solum iustitiæ Christum, ipse vniuersi Deus nominat. Cap. XXIX.

Malach. 4. ET orietur timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanatio erit in aliis eius, qui sæpè nominatus est & Dominus, & Deus, & angelus, & princeps imperatorum, & Christus, & sacerdos, &

A dos, & verbum, & ſapientia Dei, & imago, nunc idem ſol iuſticiæ dicitur. Hunc ipſum igitur is qui genuit pater: non omnibus oriturum promittit, ſed ſolis nomen ſuum timentibus vt ſic illis timoris erga ſe præmium ſolis iuſticiæ det lumen: Erit autem hic Deus verbum à quo dictum eſt, *Ego ſum lux mundi*: quæ erat lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Hanc itaque lucem, non autem illum ſenſibilem & manifeſtum, & rationalibus, & brutis ſolem, ſed diuinum atque intelligentem, & omnis ac iuſtitiæ autorem, ſolis ipſum timentibus oriturum, in præſenti ait Deus: illum iis interim occultans, qui illo indigni ſint, de quibus etiam alibi dicit: *Et occidet ſol ſuper prophetas, qui decipiunt populum meum.* *Ioan. 1. & 8.*

B *Quemadmodum Deus verbum ad patrem deprecationem emittit gentium conuerſionem futuram ſignificans.*
Cap. XXX.

Domine fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum, in die tribulationis. Ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Verè falsò poſſederunt patres noſtri ſimulacra, & non eſt in eis vtilitas. Si faciet ſibi homo deos, & hi non ſunt dij: Idcircò ecce ego oſtendam eis in tempore hoc & notam faciam eis manum meam, & virtutem meam, & cognoſcent, quod ego Dominus. In his verbis Dominus alium precatur, patrem videlicet ac Deum vniuerſi, illic ſanè vbi incipiens ait: Domine fortitudo mea, &c. Perſpicuè verò gentium ab errabundo ſimulacrorum cultu ad pietatem, religionémque erga Deum commutationem futuram, ſignificat: & hæc interim prophetia poſt Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ad homines aduentum euidentiſſimè C completa monſtratur. At enim poſtquam hactenus ex totis viginti propheticis capitibus, Deum, Saluatorem, ac Dominum noſtrum, Dei verbum eſſe didicimus, ad alterum eius, quæ ad eundem pertinet diſpenſationis argumentum deinceps trãſeamus, & hunc ipſum Deum ad homines venturum fuiſſe, ex iiſdem ſacris Hebræorum libris comprobemus. *Hier. 16.*

Scholia in Cap. XXX. & quæ illud procedunt vſque ad XII.

Moſis & Prophetarum teſtimoniis demonſtrat Euſebius, Verbum quod in principio apud Deum fuit, Deum, Iehouam & Saluatorem eſſe. Quam dextrè quædam ex adductis in medium teſtimoniis collegerit Euſebius. non eſt animus copioſè indicare, cum iudicium de eiuſmodi allegationibus & D demonſtrationibus candidis lectoribus relinquendum ſit. Multis ſanè obſcuris ſcripturæ locis lucem intulit Euſebius noſter in hac diſputatione, quo nomine magnifaciendus eſt ab omnibus piis.

LIBER SEXTVS.

PRÆFATIO.

Repetitio superiorũ breuissima.

QVOD de patre ac filio dicendum fuit, id planè iam in quinto Euangelicæ demonstrationis volumine definitum est, & patrem quidem Deum vnum esse constitit: alteram autem præter illum, & cum illo personam esse, quæ omnia quæ facta sunt antecedat, demonstratum est: quam & sapientiam Dei primogenitam, & vnicum filium, Deúmque de Deo, & magni consilij angelum, & cœlestis militiæ principem, & patris administrum, ad hæc & Dominum vniuersi, & Dei verbum, & Dei virtutem, diuina prius appellabant oracula. Si ergo hoc tempore, prophetica etiam testimonia Deum ad homines fuisse venturum, prædixisse ostenderimus, tum vnicuique planum fuerit, ad quem referre oporteat id quod significauimus, cum per ea maximè quæ antehac dicta sunt, demonstrauimus, Deum verbum habitu quidem formáque hominis, nomine verò Domini ac Dei, & ipsi Abrahæ, & cæteris Dei amicis viris, qui Abrahæ tempore floruerint, seipsum vidẽdum præbuisse. Iam nunc igitur tempus est vt videamus qua ratione nunc Dominum, nunc Deum ad homines descensurum, & rursum ascensurum, tam euidenter Hebræorum oracula prius denunciauerint, & quæ'nam huiusce descensus causæ fuerint: tametsi illud tibi notandum est, alia quidem obscurius, alia autem apertius dicta inueniri. Atque ego quidem arbitror, occultiora illa propter Iudæos, ita inuolutè atque implicitè reddita esse, quòd videlicet tristia quædam in illis contra ipsos canerentur, ob quæ verisimile fuit, ipsos abolituros perditurósque fuisse scripturam, si apertè extremum ipsorum interitum significasset. Sic sanè etiam prophetis infestos fuisse, memoriæ proditum est, propterea quòd ab illis reprehenderentur. Quæ verò apertius loquuntur prophetiæ, ab iis vtique gentium vocatio: nullis inuoluta obscuritatibus continetur, eædémque bonorum quæ à pietate proficiscuntur promissiones: non vni Iudaicæ genti, sed omnibus per totũ terrarum orbem hominibus denunciant, quæ cum sic se res habeant, iam nunc oracula quoque diuina audire tempus fuerit.

Magnifici tituli filij Dei.

Scholia in Præfationem libri VI. de Demonstratione Euangelica.

IN hoc procemio pollicetur Eusebius, se prophetarum, de Meßiæ aduentu & in cælos ascensione, oracula expositurum, vt manifestum omnibus sit Iudæos toto cœlo errare, cum Iesum Christum Dominum nostrum Meßiam esse negant, & alium expectandum putant. Interpres Guarinus sententiam Orthodoxam secutus, illa de Filio Dei verba: δευτέρας δὲ μετ' αὐτὸν ἀποδειχθείσης οὐσίας ἡγουμένης τῶν γεννητῶν ἁπάντων, *&c. rectè vertit: Alteram autem præter illam & cum illo personam esse, quæ omnia quæ facta sunt antecedat: quamquam paucula de suo adiecit.* οὐσίας *enim voce* καταχρηστικῶς *vsum esse Eusebium, pro persona, nemo non videt. Nobis neutiquam* οὐσίας καὶ ὑποστάσεως *vocabula promiscuè vsurpanda videntur, ne vocum* κατάχρησις *& confusio, tenebras & errores tandem pariat.*

De Dei

A *De Dei verbi ad homines accessu, itémque Dei ad homines aduentus ostenditur, item vocatio gentium.* Cap. I.

ET inclinauit cœlos, & ascendit, & caligo sub pedibus eius. & ascendit super Cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum: in circuitu eius tabernaculum eius. Arbitror ex his planissimè Dei de cœlo descensum ostendi. Postquam enim multas theologias enunciauit, tum ea quæ exposita sunt adiungit. Porrò dum dicit, inclinasse illum cælos, & sic descendisse, contradictionem diuinæ gloriæ significat, quam diuinus Apostolus declarans ait: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens.* Illud autem, Ascēdit super Cherubim, & volauit: significare mihi videtur, quòd gloriæ Dei esset restituendus, atque interim angelicis, diuinisque copiis constipandus. Quod item mihi declarare illud videtur: Volauit super pennas ventorum. quòd autem tenebras latibulum suum posuerit & caliginem sub eius pedibus dixerit, nimirum hoc sit, occultam & ineffabilem dispensationis indicantis, secūdum quam vniuersa hæc ab ipso perfecta sunt. Quòd autem in circuitu eius in tabernaculum dictum sit: nihilo ego aliud intelligi oportere arbitror, quàm sanctam ipsius & catholicam ecclesiam, siue eam quæ in terris, siue eam quæ in cœlo versatur, accipias. Deinceps verò in eodem Psalmo, vbi oratio terminatur, simul & reiectionem prioris populi, & vocationem gentium prædiuinat, his verbis: *Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* Hæc autem quonam sensu accipienda sunt, suo tempore inquirendum à nobis erit.

Psal. 18. Phil. 2. Psal. 18.

C

Scholia in Cap. I.

DAuid in sua illa solenni gratiarum actione, quæ Psal. 18. comprehensa est, sanè quam elegantem hypotyposin Dei indicantis & pœnis Tyrannos subiicientis, inter cætera posuit, quam Eusebius ad exhibitionem Messiæ detorsit, & verbis Pauli Apostoli velut παραλλήλοις exposuit in hoc capite. Iudicent Theologi an non sit longè petita Demonstratio.

Ascensus Dei qui priùs descenderat, ac deinceps vocatio cunctarum gentium, quæ vnum & solum Deum erant cognituræ. Cap. II.

D *OMnes gentes plaudite manibus iubilate Deo in voce exultationis, quoniam Dominus altißimus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris, elegit nobis hæreditatem sibi, speciem Iacob, quam dilexit, Ascendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite, quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter, regnauit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam ipsius Dei fortes à terra vehementer eleuati sunt.* Quid tandem aliud præ se ferre vultus Domini ac Dei ascensus, qui hisce verbis expositus est, quàm antea descendisse eum, qui nunc ascendat? post quem sanè ascensum, protinus gentium cunctarum vocatio canit, hilaritatísque ac lætitiæ signa, post eam quæ expectatur Dei cognitionem, nationibus vniuersis nunciatur, quandoquidem ipsum Dominum altissimum, quem solum Deum ac regem vniuersæ terræ confessus est, subiecturum nobis populos dicit: Nobis autem, quibus? his sanè, qui hæc ipsa vaticinati sunt, quod ipsum quidem iam nunc completum planè intueri licet, quando gentes, quæ in Christi fidem venerunt, omnes oraculis prophetarum addictæ sunt. Hæc tamen eandem etiam ex Apostolorum Saluatoris nostri persona dici possunt, qui quidem id ita enuncient, Elegit nobis hæreditatem suam. Cæterùm quam tandem hæreditatem accipere oportet, nisi vocationem gentium vniuersarum? quam ipse Christus Dei cum significare vellet, ita ait: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam & possessionem tuam terminos terræ.* Quæ igitur ipsi à patre data est hæreditas, hāc apostolis suis atque prophetis subiecit, dum quicunque ipsi credunt, horum præceptis ac legibus parent, quemadmodum exposita vaticinia præscribunt hæc verò cuncta, cum Deus verbum sub aduētum suū ad homines compleuerit, ac perfecerit (de quo Deo verba iam plura tractauimus) tum ascēdit in iubilo, quod quidē cum Apostolus interpretatus, ita ait:

Psal. 46. E Psalm. 2.

Eph.4. *Quod autem ascenderit, quid est, nisi quòd & descenderit, primum in infimas partes terræ? qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cœlos.* In iubilo autem illum dicit ascendisse, ob diuinas & sacras erga ipsum voces, ipsum dum ascenderet constipantium angelorũ, qui etiam Psal.24. illud dicebant: *Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternæ, & introibit rex gloriæ.* *Vox tubæ prædicatio euangelica.* Vocem autem tubæ, non admodum aberraueris, si prædicationem dixeris Euangelicam, quæ in totum exaudita est terrarum orbem. Cum enim tuba omni alio instrumento musico vocalior sit, satis accommodata, cõuenientíque figura dictum fuerit illud, ad demonstrandum, quod omnibus aliis quæ à condito æuo extiterint, robustior & vocalior cunctis hominibus denũciata sit Christi doctrina, per quam veluti per tubam, vsque adeò sanctus clamat & vociferatur spiritus, vt ab omnibus exaudiri possit hominibus, clamat verò ea quæ in eodem Psalmo sequuntur, in quibus dicitur: Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite, quoniam rex non amplius vnius Iudaicæ gentis, sed omnis (inquit) terræ Deus, psallite sapienter. Non enim amplius (inquit) illi qui prius dæmones, neque circũ terram versantes fallacésque spiritus sed ipse Deus regnauit super omnes gentes: ipse inquam Deus, qui sedet super sede sancta sua, cęterùm iam antea Dei verbi sedem super qua Psal.110. pater ipsum sedere iusserat, illis verbis: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, eo qui hunc antecedit libro, pro viribus declarauimus. Illud autem principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: adhuc apertius demonstrat, commutatos esse in sortem veterum religiosorum Dei prophetarum assumptos de gentibus ecclesiæ Christi principes: qui etiam virtute Saluatoris nostri corroborati, in sublime admodum euecti sunt: quippe quos nemo ex omnibus hominibus deiicere, aut prosternere potuerit, ob eam quæ ipsos extollit, fortésque facit, summi Dei dextram. Cæterùm hæc, maius ocium nacti, absolutius aliquando enarrabimus.

Quòd manifestè ad homines venturus dicitur Deus, & omne genus hominum ad seipsum reuocaturus. Cap. III.

Psalm.49. *Deus deorum Dominus locutus est & vocauit terram à solis ortu vsque ad occasum: Ex Sion species decoris eius. Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit.* Et post nonnulla alia: *Audi*, inquit, *populus meus, & loquar tibi Israel, & testificabor tibi. Deus Deus tuus sum ego. Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues, cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinẽ hircorum potabo? immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis.* Etiam hoc loco diuina prædictio planè Deum manifestè vẽturum canit, quæ quidem non alium, quàm ipsum Dei verbum significat. Illius verò aduentus causam manifestissimè indicat, ac gentium rursus, quæ in tota terra continentur, vocationem futurã denunciat. Itaque vocauit, inquit, terram ab ortu solis vsque ad occasum, Miro autem quodam ordine, post aduentum illius, & post gentium vocationem, reiiciendam esse veterem illam corpori magis inseruientem quàm spiritui, ex lege Mosi adorationem docet, quæ ipsa quoque suum contigit finem post Dei verbi ad homines aduentum. Ex illo enim ad hunc vsque diem, vocati iam sunt omnes de toto orbe terrarum homines, omnésque ab ortu solis vsque ad occasum gentes. Cessauit autem, sublatúsque est Iudæorum ritus, vbi ex nouo Euangelicę prædicationis Testamento, non autem ex lege Mosi, omnes homines Deum colere, & cum pietate viuere, admoniti edoctíque sunt. Attamen eadem hęc ad secundum, gloriosumque Saluatoris aduentum referri item possunt.

Quòd videndus esse in terra diceretur Deus per Christi ad homines aduentum. Cap. IIII.

Psal.83. *Videbitur Deus deorum in Sion. Domine Deus virtutum exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Iacob. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.* Postquam Deum deorum videndum prædixit, tum orat aduentum eius quàm celerrimè adesse, modũ quo videndus sit interim docens illis verbis, Respice in faciem Christi tui: non aliter quam si planius dixisset: Per faciẽ Christi tui præbe teipsum vidẽdum. Propterea enim quòd vidit filium

A filium, vidit patrem, qui misit illum, meritò per faciem Christi, eum qui in Christo habitat Deum deorum, videndum denunciat. Ioan.14.

Aduentus Domini in terram, regnúmque eius inter gentes, & nouum canticum non ipsi Israel, sed gentibus exhibendum. Cap. V.

Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra, cantate Domino, benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius, annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius, quoniam magnus Dominus est laudabilis nimis, terribilis & super omnes deos. Et rursus: *Afferte Domino patriæ gentium.* Et rursus: *Dicite in gentibus quod Dominus regnauit:* Ad extremum verò adiungit: *Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini, quoniam venit, quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in iusticia, & populos in veritate sua.* Hoc item loco venturus ad homines promittitur Dominus, nouúmque in aduentu eius canendum esse canticum, nouum videlicet testamentum, non ab vna Iudaica gente, sed ab omni terra, Euangelióque illustrandum: non amplius ipsum Israel sed omnes gentes: quandoquidem fore ipsorum regem ait eum qui venturus sit Dominus. Quis porrò hic sit alius, quàm Deus verbum? qui iustitia orbem terræ, & veritate humanitatem iudicaturus, ex quo omnibus qui in orbe terræ essent hominibus, vocationem suam, & post vocationem, salutem à Deo impertiendam esse putauit. Psal.95. B

Canticum nouum gentiúmque cognitio, iustitiæ, venturúsque ipse iudex vniuersi. Cap. VI.

C

Cantate Domino canticum nouum, quoniam mirabilia fecit, &c. Notum fecit Dominus salutare suũ, in conspectu gentiũ reuelauit iustitiã suam. Et rursus: *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri, iubilate Domino omnis terra.* Et ad extremum: *Montes exultabunt à conspectu Domini, quoniam venit iudicare terram, iudicabit orbem terræ in iustitia, & populos in æquitate.* Multorũ bonorum effectorem Domini aduentum gentibus contigisse, hæc verba prædicunt, quæ quidem bona, per eundem Saluatoris nostri aduentum, exitum accepisse monstrantur. Non prius enim, sed ex illo duntaxat, nouum noui Testamenti canticum apud omnes homines canitur, & mirabilia eius per scripturam Euangeliorum nota fiunt, & exaudiuntur, ab omnibus. Quinetiam salutare, quod secundum reditum illius in vitam percipitur, omnibus patefactum est gentibus, & cum eo vera iustitia, per quam euidenter ostensum est, quòd non Iudæorum solùm sit Deus, sed aliarum quoque gentium, quandoquidem D vnus Deus, vt sanctus ait Apostolus, *qui iustificauit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.* Illud autem, quoniam venit iudicare terram, etiam alterum illius aduentum significare poterit. Psal.97. Rom.3.

Verbum Dei ad homines missum ad medelam & salutem animarum, quæ quondam vexatæ oppressæ'que erant in malis. Cap. VII.

Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum: quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorũ: nam propter iniustitiãs suas humiliati sunt, Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt, vsque ad portas E mortis. Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum (& post alia:) Exaltent eum in ecclesia populi, & in cathedris seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarũ in sitim: terram fructiferã in salsuginem, à malitia inhabitantiũ in ea. Posuit desertũ in stagna aquarũ, et terram sine aqua in exitus aquarum, & collocauit illic esuriẽtes, & constituerũt ciuitate habitationis. Planè hęc quoq; nominatim Dei verbi de cœlo descẽsum annunciant, prosperósq; eiusdẽ aduentus successus: Misit, inquit, verbum suum, & sanauit eos. Verbum autẽ Dei nos planè hoc dicimus, quod salutis causa ad omnes homines missum est, quódque ex sacris Euangeliis celebrare vt Deũ, edocti sumus. Significat præterea illius vsque ad mortẽ descẽsum, quo propter eos qui ad hanc ante ipsum venerant, vsus est, etiam aduentus ipsius causam docet: vtiq; vt eos liberaret, qui per ipsum seruandi erant. Nam eos qui ante ipsum vsq; ad portas mortis peruenerãt, ipse solus seruauit, atq; eosdẽ sanitati restituens, de interitionibus Psal.106. Ἑιλιωρ.

ipsorũ eripuit. Neq; hoc aliter perfecit, quã eas mortis portas cõterens, quæ æreæ dicũtur, & vectes confringens, qui ferrei. Ac deinceps post hæc certo ordine diuinat, eos esse in solitudinem redigendos, qui ipsum venientem non susceperint: Posuit enim, inquit, flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. Quæ quidem planè cognita habebis, si percurreris illam Iudaicæ gentis antiquitus celebratam Hierusalem, eiúsque gloriam, ac diuinæ frugis prouentum: eorum vtique sanctorum hominum, Deíque amicorum, quæ in ea vixerint, quam vtique in præsenti omnibus his rebus priuatam spoliatámque inuenies. Nam post Christi aduentum, facta est verè infructuosa & sine aqua, & omnino deserta: Et, vt ait prophetia, in salsuginem à malitia inhabitantium in ea. His adnectit deinceps, atque admodum certo ordine & prophetico more proponit, eius quæ olim deserta & siticulosa erant, siue hanc vniuscuiusque hominis animam, siue de gentibus collectam ecclesiam dixeris: eius, inquam, commutationem in sanctos mores, necnon in diuinis sermonibus prouentum, quę etiam planius innuit, dicens: Posuit desertum in stagna aquarum, & cætera quæ vtique intelligentia consequi eius vnius esse potest, qui apud Deum sit sapiens: sicut ea inductio habet, quæ in fine Psalmi ait: *Quis sapiens & custodiet hæc*, &c.

Hierusalem post Christum in salsuginẽ redacta.

Gentium vocatio, Deúsque manifestè apparens: & benedictus qui venit in nomine Domini. Cap. VIII.

Psal. 116. & 117.

Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, &c. *O Domine saluum fac iam nunc, ô Domine da perfectum iam nunc: benedictus qui venit in nomine Domini Deus Dominus & illuxit nobis.* Enimuerò, de hac ipsa re, quemadmodum suum finem cõtigerit, etiam sacri Euangelij scriptura mentionem facit, quo tempore Saluator ac Dominus noster ipse Christus Hierosolyma ingressus est: atque ingens multitudo virorum & puerorum ipsum antecedebat, cum lætitia clamantium, *Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis*. Pro eo enim quod in Psalmo positum est, *O Domine saluum fac iam nunc*, illud *Hosanna* Hebraico more acclamabant. Id autem in nostra lingua, saluum fac dum, reddi solet. Illud verò: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, ipsum declarat oraculum, quod deinceps ita ait: *Deus Dominus & illuxit nobis.* Vnus igitur, idémque fuit, qui seipsum nobis ostendit Deus ac Dominus, Dei videlicet verbum. Quod etiam idcircò est benedictũ quod in nomine Domine, qui ipsum misit patris, suum ad homines aduentum exhibuit. Itaque eos arguens, qui ipsi de circumcisione venienti non credebant, dicebat ad eos: *Ego veni in nomine patris mei, & non accipitis me. Alius si veniet in nomine proprio, illum accipietis.* Meritò ergo spiritus sanctus, non amplius ad Iudaicum populum, sed ad omnes gentes, ea quæ in principio Psalmi legũtur, enunciat.

Ioan. 5.

Dominus de cœlo descendens salutis hominum gratia, canticúmque nouum super hac re canendum, noui videlicet testamenti. Cap. IX.

Psal. 145.

Domine, quid est homo, quòd innotuisti ei? aut filius hominis, quòd reputas eum? Domine inclina cœlos, & descende: tange montes, & fumigabunt. Et progressus, adiungit: *Deus canticum nouum cantabo tibi.* Hæc quoque cum proposito argumento esse coniuncta, sanè ego putauerim. Cognitionem enim hominibus traditam Dei verbi admirans, ipsam clementiam obstupescit, propter sua quàm infra diuinam suam naturam descendens, seque ipsum naturali sua magnitudine minorem efficiẽs, propria ipsius cognitione humanũ genus dignũ existimauit. Itaq; hoc loco orat, dicẽs: *Domine inclina cœlos, & descende.* At enim in decimoseptimo Psalmo dictum est: *Et inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum.* In quibus verbis ea quæ ad ascensum spectant, quo de terra ad cœlum se sustulit, diuinat: quòd autem descensum atque ascensum Dei verbi, non quosdam eius per locum transitus accipere oporteat, quandoquidem in hunc modum scriptura diuina tales eius dispensationes appellare consueuit, suo loco ociosiùs demonstrabimus. Oportet autem in his etiam noui Testamenti mentionem facere, quod hominibus erat Christi aduentus cõciliaturus: hoc sanè nouum Testamentum illud est, quod à Christo post vetus alterum omnibus gentibus traditum est. Proinde oraculũ quod nunc in manibus est, sic ait: *Deus canticum nouũ cnatabo tibi.* Illud autem,

Psal. 17.

Aeternus λόγος quomodo dicatur descendisse & ascendisse.

A *Tange montes & fumigabunt*: arbitror significare, quòd omnium simulacrorum cultus sit incédendus, ac delédus, qui apud antiquos in montibus maximè frequentabatur: denique etiam ipsi Iudæi reprehendebantur, quòd in omni monte excelso, ad imitationem externarum gentium, simulacra colerent.

Dei verbum in terram missum, & breui tempore percurrens vniuersos homines. Cap. X.

L*Auda Hierusalem Dominum, lauda deum tuum Sion.* Deinde paululum progressus ait: *Qui emittit eloquium suum terræ, velociter curret sermo eius*, constat autem eum qui mittit, ab eo qui mittitur esse diuersum. Habes igitur etiam hoc loco, cum quidem qui mittit, supremũ Deum: eum verò qui mittitur, sermonem: qui quum multa habeat nomina, nunc Sapien- Isa.147.
B tia, nunc Sermo, & interdum Deus, & aliàs Dominus in diuinis oraculis nuncupat: quòd si attenderis, quemadmodum breuissimo tempore omnem terrarum orbem sermo doctrinæ illius impleuerit, profectò vaticinij obstupesces euentum, dicentis, *Velociter curret sermo eius.*

Dominus de cœlo descendens, qui gentium, quæ priùs illum non cognoscebant, dux existit, & à Iudaica gente seipsum est auersurus. Cap. XI.

L*ocutus est Dauid Domino verba carminis huius.* Deinde progressus, ita ait: *Et inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum.* Tum in fine eiusdem carminis: *Libera me*, 2.Reg.22.
C inquit, *de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium: populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, filij alieni reiicientur.* Qui inclinauit cœlos, & descendit Deus, qui assumptum sibi hominem inscendit (quem sanè hominem, nunc oraculum Cherubim nominat) volauit cum eo sursum comitantibus, stipantibúsque ipsum diuinis spiritibus, qui nunc ipsi quoque ventorum pennæ appellantur? obscurè verò hæc, & in abscondito facta esse, per quædam arcana & latentia verba significat, vbi ait: Et posuit tenebras latibulum suum. Quæ verò sequuntur deinceps, assumptæ à Christo hominis naturæ consentanea sunt, & contradictionem quæ aduersus illum facta est Iudaici populi percipiũt, necnon doctrinæ Christi gentes esse auscultaturas: iisdem porrò verbis similia inuenies in Psalmo decimoseptimo, in quo quod nobis visum ast, antè iam diximus.

D
Deus de cœlo descendens, & cum hominibus in terra habitans. Cap. XII.

E*T nunc Domine Deus Israel confirmetur iam verbum tuum, quod locutus es puero tuo Dauid patri meo. Quoniam si verè habitabit Deus cum hominibus in terra, si cœlum, & cœlum cœli non capient te.* Posita sunt eadem hæc ad verbum item in Paralipomenis, siquidem ipsi Dauid pollicitus fuerat Deus, excitaturum se de ventre ipsius regem, cuius patrem fore se, ipse Deus dixerat: vsque adeò vt is qui nasceretur de semine Dauid, esset filius Dei nominandus, & solium regni æternum habiturus. Etenim hæc in secundo Regnorum per Nathan prophetam responsa sunt ipsi Dauid, in hunc modum: *Et erit quum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod erit ex ventre tuo, & parabo regnũ eius. Ipse ædificabit mihi domũ in nomine meo, & erigam sedem eius vsque in sempiternum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Eadem verò etiam in Paralipomenis simili modo 3.Reg.8. 2.Paral.6. 2.Reg.7.
E dicta sunt. In Psalmo autem octogesimo octauo dictum est: *Ipse inuocabit me, pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ: & ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ: in æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum, fidele ipsi: & ponam in seculum seculi semen eius & sedem eius sicut dies cœli.* Et rursus: *Iuraui Dauid seruo meo vsque in seculum, præparabo semen tuum, & ædificabo in generatione & generationem sedem tuam.* Et rursus: *Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen tuum in seculum manet, & sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in seculum.* Porrò quum eadem hæc etiam centesimus trecesimus primus Psalmus commemoret, ad Christum refert ea quæ dictat. Audi igitur hunc quoque, *Memento Domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius, sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob.* Quibus post alia deinceps adiungit: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, et non frustrabitur eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Psa.88. Psal.131.

Et paululum progressus deinceps, cum qui sit de fructu ventris Dauid suscitandus, planiùs nominat, dicens: *Illuc producam cornu Dauid. parauit lucernam Christo meo: inimicos eius induam confusione. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Itaque hæc Salomon sapientissimus, quæ patri suo responsa fuerant, quum intellexisset non ita parua esse, sed maiora quàm vt naturæ hominis conuenire possent, Deóque potiùs accommodāda quàm sibi, vidissétque eum qui à Deo primogenitus nominaretur, quíque planè filius Dei diceretur futurus: valde talibus promissis gauisus est, & simul exoptauit confirmari ea quæ ad hoc vaticinium pertinerent, necnon venturum illum de quo prophetia loqueretur, primogenitum ac Dei filium interim illum appellans. Quocirca sic ait: *Et nunc Domine Deus Israel confirmetur Verbum tuum quod locutus es puero tuo Dauid patri meo: quoniam si verè habitabit Deus cum hominibus, si cœlum & cœlum cœli non capient te?*

De descensu de cœlo ad homines, ac de futura in aduentu eius Iudaicæ gentis reiectione, & reliquarum omnium gentium adoptione. Cap. XIII.

Micheæ 1. *AVdite populi omnes, & attendat terra, & omnes qui in ea sunt, & erit Dominus Deus vester in testimonium, Dominus de domo sancta sua quoniam ecce Dominus, Dominus egreditur ex loco suo, & descendet super altitudines terræ, & commouebuntur montes subter eo, & valles liquescentur vt cera à facie ignis, & sicut aqua quæ defertur in descensum: propter impietatem Iacob omnia hæc, & propter peccatum domus Israel.* Nunc quoque apertè Dominus Deus de cœlo descendens, déque loco suo egrediens, in iis quæ proposita sunt nũciatur: erit autem hoc Dei verbum, quod in iis quæ prius dicta sunt, quum genitum sit, eum esse Deum ac Dominum, & omnia sub se habentem demonstrauimus. Locum autem eius non aberres, si cœleste regnum esse dicas, gloriosámque diuinitatis eius sedem, quam theologicè extollens Propheta psallebat, ac dicebat, *Sedes tua Deus in seculum seculi*, super qua ipsum sedere tanquam vnicum filium iussit pater illis verbis. *Sede à dextris meis.* Nam hæc planè iam antea, ad vnum Saluatorem nostrum Deum verbum referenda esse planum fecimus. Hunc igitur ipsum præsens oraculum canit egredientem de loco suo, descensurúmque super altitudines terræ. Porrò autem quæ'nam hæ sint, nisi id quod ipsa verba sonant, montes Israel & colles, de quibus innumerabiles prophetiæ vaticinãtur? ipsáque Hierusalem, & cum ea mons Sion, in quo plurimũ diuersatus est Saluator ac Dominus noster? nam fore talium altitudinum perditionem atque interitũ, canit in ipso Christi descensu. Et sanè constat, post Saluatoris nostri aduentum, póstque ea quæ Iudæi aduersus illum sunt ausi, vniuersa illa, quæ nuper dicta sunt, depopulata fuisse, & ad extremam solitudinem redacta esse: verumtamen Iudaicæ quoque gētis principes, & quod prius penes ipsos regnum stabat, necnon sacerdotium, & prima docentum sedes, qui nunc montes figuratè nominantur, commouenda esse dici possunt in ipso Domini de cœlo aduentu: & hoc ipsum quidem finem suum contigisse, quis non tandem fateatur, post Saluatoris nostri Iesu Christi tempora? quum omnia illa videre possit, non solum commota, sed etiam sublata de medio? valles autem adhuc liquescentes erunt, qui pro Hierusalem, próque monte Sion, per omnem vrbem constituti sunt eorum conuentus, plorantes ac lugentes, & quasi cera à facie ignis liquescentes, propter mœroris ac luctus excessum, & propter loci patrij solitudinem, & longuam atque annosam seruitutem. Alio præterea intellectu diuini verbi, super altitudines descensus accipi potest, quòd vtique non in hiatibus & conuallibus, neque in abiectis, atque in humũ spectantibus animis & cogitationibus, sed in altius sublatis & rursum erectis versari vellet. Tali igitur figura dictum est, ipsum Dominum super altitudines terræ descensurum. Qui verò concutiantur subter eo montes, ipsi illi vtique erunt, ad quos adductus est à spiritu vt tentaretur à diabolo, quo tempore assumpsit illum diabolus in mõtem excelsum valde, & erat cum feris. Rursus etiam figuratiùs mõtes accipiemus, illum simulacrorum cultum, qui prius in montibus frequentabatur, & in iis efficaciam suam ostendentes, inuisibiles principatus ac potestates, quas non leuiter Saluatoris nostri concussit commouítque doctrina. Talium enim longuam & veterem contra homines potentiam, latenter deleuit diuinum illius verbum, & mirifica, & omnem in efficiendo fidem superans vis. Eadem verò ratione etiam liquescentes, vt cera à facie ignis valles, dæmones erunt inferni, & circum terram versantes, aduersum quos ignem, qui nequitiam ipsorum cõbureret, dimisit, dicés:

[Margin: Psal. 110.]

[Margin: Matth. 4. Montes sub Christo cõcussi.]

Ignem

A *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, si iam accensus est?* quo igne correpti illi quum inuisibilis flãme tormẽta ferre nõ possent, de humanis corporibus recedebãt, illúdque ipsum quo interim cohibebantur, atque prę se ferebant magna voce clamantes: *Eia quid nobis & tibi fili Dei: venisti ante tempus torquere nos? nouimus te quis sis sanctus Dei.* Hos igitur maximè verberabat, horúmque principes auferebat, quoniã non satis habẽtes quòd reliquas nationes corrupissent, corruptásque in errorem cõpulissent, quo Deos plures colerent, antiquo etiã illi Deo populo, qui circũcisionis vsum seruabat, insidiari cœperãt, hũcque auersantes à Deo, omnis generis impietatibus implicauerãt. Quare etiam maximè de cœlo descendit Dominus, ex quo ait deinceps: Propter impietatem Iacob omnia hæc & propter peccatum domus Israël. Ad hæc verbi etiã de cœlo descendẽs causam deinceps exponit, vbi ipsius Iudaici populi impietates cõnumerat: & vbi post impietates eũ qui ipsos inuaserat, interitum ac gentium per totum orbem vocationem enunciat. Pro- *Luc.12.* *Matth.9.*

B pterea enim de cœlo in terram Dei verbum profectum est. Sed verba audi: Propter impietatem Iacob omnia hæc, & propter peccatum domus Israël: Quæ impietas Iacob? nónne Samaria? & quod peccatum Iuda? nónne Hierusalem? *& ponam Samariam in pomorum custodiam in agro, & in plantationem vineæ: & detraham in profundum lapides eius, & fundamenta eius aperiam.* Et adiungit: *Descenderunt mala à Domino super portas Hierusalem, sonitus curruum & equitantium:* Et rursus: *Gloria filiæ Hierusalem, rade & tonde super filios delicatos tuos, dilata viduitatem tuam sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.* Ad hæc: *Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi pomorum custodia erit: & mons domus in lucum syluæ.* Porrò hæc Sion, & Hierusalem, & quod vocatur Mons domus, illa ipsa sunt, quæ prius significata sunt illis verbis: Et commouebuntur montes subter eo, & valles liquescent sicut cera à facie i- *Samaria et Hierusalem impiæ. Micheæ.1.*

C gnis, propter impietatem Iacob, & cætera. Nã propter impietates, quas cõtra ipsum gesserũt, ilicò neque sanè multo pòst, & mõtes, & qui in illis habitabant, depopulati sunt: incendiúmque atque extremã solitudinem mons Sion pertulit & factus est mõs domus Dei in lucẽ syluæ. Hæc enim in Domini de cœlo descensu ad illos vẽtura præsens quoque prophetia significat: quæ etiam euidentem exitum consecuta sunt post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum. Quo si quicquam nostra quoque historia valet, nostris ipsorum tẽporibus, illã antiquitus celebratã Sion iunctis bobus à Romanis viris arari, oculis nostris inspeximus, & ipsam Hierusalem (quemadmodum ipsum hoc ait oraculum) instar pomorum custodiæ desertę, ad extremam redactam solitudinem. Quæ quidẽ ob nihil aliud eis, quàm propter impietates ipsarum, euenere, propter quas etiam cœleste verbum de suo loco progressum est. Ob alias verò causas, Dei verbum de cœlo & descẽ-

D disse, & super altitudines terræ peruenisse, priùs iã dictũ est vtique vt qui olim extollebãtur, & in sublime erigebantur aduersus cognitionem Dei montes, cõmouerẽtur subter eo contrariæ videlicet potestates: quæ ante eius aduẽtum, vnà cum reliquis hominibus etiam gentem Hebraicam, & impietatis, & simulacrorũ cultus operationibus addixerant, vtque praui dæmones, qui valles appellantur, propter ea quòd in hiatibus tenebricosis, & corporũ cauis diuersantur, quasi cera à facie ignis liquescentes, ob verbi diuini vim de hominibus fugerent, & alia verò præter eas esse potest causa, illa quidem nõ vulgaris, cur Dominus de cœlo descenderit, quam oraculum iuxta significat, vt omnes in orbe terrarum gentes, dæmonibus pulsis, & spiritib. qui principatum habebant cõcussis, ab antiqua sub illis & aspera, & immobili tyrannide respirantes, agnitionem supremi Dei reciperent. Quinetiam ipse hęc in hunc modum eiusdem prophetiæ voces, dein-

E ceps eadem ratione sub vnam sensus copulationem enunciant: *Et erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, paratus in summitatibus montium, et extolletur super colles, et festinabunt ad eum populi. Et ibunt gentes multæ et dicent: Venite ascendamus in montem Domini, et in domum Dei Iacob, et ostendet nobis viam eius, et ambulabimus in semitis eius. De Sion enim exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem et iudicabit inter gentes.* Talia sanè de vocatione gentium dicta sũt quæ quidem quo sensu accipiẽda sint, & quo pacto ipsa quoque post Saluatoris nostri aduentũ finem acceperint, per ociũ quis liberius discere poterit: cũ iis tamen concordans, quæ iã exposita sunt. In ipso prophetiæ exordio idem oraculũ, nõ secus ac si ad salutẽ non Iudaicæ gentis solũ, sed vniuersarũ gentiũ, Domini ad homines descensus futurus esset, ad omnes populos, ad omnia quæ sunt in terra clamat, dicens: *Audite populi omnes, et attẽdat terra, et omnes qui in ea sunt.* Testimoniũ verò quòd cõtra ipsum Dominũ dictũ est, quũ esset passurus, ita significat, *et erit Dominus Deus vester in testimoniũ.* Tunc deinceps idem *Isa.2.*

propheta oratione progressus, tanquam is qui ante iam docuisset ea quæ ad substātiam Dei verbi, eiúsque de cœlo descensum pertinerēt, & tanquā si eius ad homines aduētus causas prædixisset, ordine deinceps futurū eiusdem inter homines ortum, planéque etiā ipsum locum in quo futurum erat vt nasceretur, indicat, dicens: *Et tu Bethleem domus Ephrata, nequaquam minima es, vt sis in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui præsit, vt sit in principem in Israël: & exitus eius ab initio, ex diebus seculi.* Attende verò diligēter, quemadmodum eius qui in Bethleem sit conspiciendus (est autem Bethleem Iudææ locus) extitus dicat desuper & à seculo existere, vtpote qui principis de Bethleem progressuri, diuinam indicare velit substantiæ antecessionem propagationémque personæ. Si quis igitur est, qui oraculum referre possit ad alium quempiam, ne cunctetur. Prodat sanè hūc, quísnam sit, sed si alius præter Saluatorem nostrum Iesum Christū inueniri nō potest, qui solus post talem prophetiam inde profectus celebratur, quid tādem impedimenti superest, ne vnà cum ipsa prophetia veritatem fateamur, quæ in vnum illum suam dirigit prædictionē? nam solus ille omniū, qui vnquam extiterint, ex eo Bethleem loco, de quo iam dictum est, manifestè post eius prophetiæ tempora, humanam subiens formam progressus est, atque ilicò vnà cum eius aduentu ea quæ iam prædicta fuerant, completa sunt: itaque e-uestigiò sine mora quæcunque tristia & infesta Iudaicæ genti prædicta fuerāt, euenerūt, ac rursus cæteris gentibus, oraculis cōsentanea, atque ipse hic Saluator & Dominus noster in Bethleē progressus, eius Israel princeps, qui ad intelligētiam refertur declaratus est: quippe quū eo nomine populus omnis, quicunque Deum & videre, & piè colere assuetus sit, appelletur. Et sanè inspice quemadmodum suæ diuinæ antecedentísque substantiæ exitus, ab initio & ex diebus seculi habere dicatur, quod quidē neutiquam hominis naturæ conueniat. Post hæc paululum progressa prophetica oratio, etiam nunc rursus veteris legalis ritus circumscriptionem atque abolitionem subostendit ex persona populi, dicens: *In quo comprehendam Dominum? tenebo Deum meum altißimum? num comprehendam eum in integris sacrificiis, in vitulis anniculis? num dabo primogenita ventris mei pro peccato animæ meæ?* ex persona autem Dei sic eis respondens ait: *Si indicauerit tibi ô homo, quid sit bonum & quid Dominus requirat à te nónne vt facias iudicium, & diligas misericordiā? & paratus sis ambulare post Dominum Deum tuum*: habes igitur hic quoque in eo, de quo prophetæ loquūtur, Domini de cœlo ad homines descensu, plurima quæ simul in eodem significantur, Iudæorum reiectionem, exprobrationes scelerum eorum, interitū regiæ ipsorum ciuitatis ritúsque Mosaici, qui apud eos olim priùs seruabatur, abrogationem, & econtrariò ad gentes, pollicitationes bonas, agnitionem Dei, nouum cultus diuini ritū, nouámque legem, ac verbum quod de regione Iudæorum sit progressurum, & in omnes gentes disseminandum, quæ quidem cuiusmodi finem, & cuiusmodi rationes exitum, post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum ostenderint, tibi contemplandum relinquo.

Quid Deus à nobis postulet.

Habacuc.2

Quòd veniens Dei verbum, venturum, neque moraturum canaretur à prophetis. Cap. XIIII.

Et respondit mihi Dominus, & dixit: Scribe visionem manifestè in tabella, vt persequatur qui legit ea, quoniam adhuc visio ad tempus: & orietur ad vesperam, & non inuanum. Si tardius veniet, expecta illum, quoniam veniens veniet, & non morabitur. Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo: iustus autem ex fide mea viuet: Etiam hoc loco palàm eum qui venit, de quo prophetæ loquuntur, venturum canit. Sed quis tandem hic sit, nisi qui suprà innotuit, in illis verbis, *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis*? hunc verò tanquam eū qui ipsum lumen sit, ad vesperam oriturum ait, in consummatione videlicet seculorum. Cui concordat etiam Zacharias, dicens: *Ecce vir Oriens nomen ei, & subter eum orietur.* Idem verò propheta etiam tempus significat, dum adiungit illum: *Ad vesperam erit lumen: si tardiùs veniet, expecta illum*, pro quo Aquila sic reddidit: Si verò cunctabitur, accipe illum quoniam veniens veniet, & non tardabit. De hoc autem meminit etiā ad Hebræos epistola, vbi ait: *Nolite igitur abiicere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulúmque, qui venturus est veniet, & non tardabit: iustus autem ex fide mea viuet, quod si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo.* Et sanè specta, quēadmodum quod à propheta obscurius positum est, propterea quòd per traiectionem prolatum sit, epistola in sensum planiorem transtulerit: verba enim prophetiæ sic se habent: Veniens veniet, & non morabitur. Et adiungit: Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. Quod quidem dum ita cōiungitur, facilè referendum esse videatur

Videtur nos ad spem diuini auxilij & liberationis adhortari.

Zach.6.

Hebr.10.

tur ad eum qui venturus est, & non morabitur, at id quidem perquam absurdum. Qui enim fieri potest, vt illi accommodetur quod dicitur, non placere sibi in eo animã suam, si de Deo sit sermo? sed distinctio quæ apposita est, quum verborum structuram mutauerit, sensum conseruauit. Nam post illum, Adhuc modicum aliquantulúmque, qui venturus est veniet, & non tardebit: continuò adiunxit illud, iustus autem ex fide viuet. Deinde illud quod in prophetia primũ positum est, secundo loco subiecit, vbi ait: Quòd si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. Quum enim semel oraculũ per ipsam prophetiam cecinerit, lucem omnibus promissam gentibus per Christi aduētum aliquãdo tandẽ & ad vesperũ orituram, & non frustraturam (sic enim pro eo quod est, & non inuanũ, Aquila est interpretatus) Deinde quod serò & ad vesperũ futurus esset eius, de quo prophetia loquitur, aduentus, ideo illis verbis, Si tardiùs veniet, expecta illũ, vel
B si cunctabitur, accipe illum, quoniam veniens veniet, & non tardabit, ad patientiam vocans auditorem, vt vaticinio fidem adhibeat, hortatur, dicens eum qui his rebus crediderit, vbi ex sua ipsius fide iustus declaratus fuerit, vitam, quæ Deo placeat, victurũ: sicut econtrariò, qui non crediderit, vbi subtraxerit se, non confidẽs neque credens his quæ dicta sunt, futurum vt non bene sibi placeat anima in eo. Ergo nos quoque ipsa hæc sequentes, si commutauerimus ita vt quod prius est, posterius: quod verò posterius est, translatũ prius faciamus, sensum verborum integrum conseruabimus: sic enim post illud. Quoniam veniens veniet, & non morabitur: statim subiungemus illud, Iustus autẽ meus ex fide viuet, & huic ipsi connectemus illud, Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. Cũ hoc verò sensu etiam Aquila concordat, dicẽs: Si cũctabitur, accipe illum, quoniam veniens veniet, & non tardebit, ecce tardus sit, non recta anima mea
C in eo, & iustus ex fide ipsius viuet.

Quòd terribilis sit auditu descensus Domini de cœlo, & facta illius cum admiratione, quódque quum ipse venerit, vniuersa terra ipsius laude complebitur, & noui ipsius testamenti verbum, ad omnes homines penetrabit. Cap. XV.

Habacuc. 3.

Domine audiui auditionem tuam, & timui. Intellexi opera tua, & obstupui, in medio duarum vitarum cognosceris, dum anni appropinquabnt, notus fies: dum aderit tempus, declaraberis: dũ perturbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ memor eris. Deus de Thama veniet, & sanctus de monte vmbroso denso, cooperuit cœlos virtus eius, & laude eius plena est terra: & splendor eius vt lumen erit. Corona in manibus eius, & posuit dilectionem fortem roboris sui: ante faciet eius ibit verbum, & egredietur in campos. Quum enim ipse seipsum audisset propheta sanctus, ac potiùs diui-
D num, qui ipsum afflabat, quíque in ipso canebat, spiritũ, de eo de quo ipsa prophetia loquitur, dicentem: Quod veniens veniet, & nõ morabitur: iustus autẽ ex fide mea viuet: qúmque credidisset, illũ esse iustũ oraculo, in his verbis quæ nũc in manibus sunt, ita ait: Domino audiui auditionem tuam, & timui & quæ sequũtur, in quibus manifestissimè Deũ ad homines venturũ denunciat. Quis verò alius hic sit qui olim cognosceretur, & post aliquãdo dum anni appropinquabunt, esset ignoscendus, & per id tempus de quo prophetia loquitur declarãdus, quis, inquã, hic sit, nisi ille ipse qui antea dictus est vniuersi Dominus? qui etiam hoc comprobato vaticinio, in cõsummatione seculorũ ita nunciatus est ac prædicatus, vt omnes homines exaudierint. Huiusce igitur ea quæ palàm in sacris Euangeliis descripta sunt facta, corporis videlicet, quod assumpsit de virgine, generationem, item quemadmodum, *quum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est*
E *esse se æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit formam serui accipiens*: præter ea quæ miracula in hominibus degens ediderit, necnon quæcunque contra ipsum ausa est Iudaica gens, omnia inquam hæc, & alia similia his, quum animæ oculis prouidisset, quæque euentura in posterum expectabãtur, diuino spiritu docente, purgatissima intelligẽtia percepisset, ex iis quæ hoc modo audierat, se obstupuisse ac timuisse fatetur Propheta, dicens: Domine audiui auditionem tuam, & timui: Domine intellexi opera tua, & obstupui. Saluator autem ac Dominus noster, ipsum vtique hoc Dei verbum, in medio duarum vitarum cognitus est. Non enim duorum animalium est legẽdũ, sed duarũ vitarũ. Duarum vna ergo vitarum, inquit, medius cognosceris. Quum enim secundum Deum sit vita, & altera secundũ hominẽ, & illa quidem mortalis, hæc verò sempiterna, meritò quum vtramque expertus esset Dominns, atque eo modo venisset in medio duarum vitarum esse cognitus dicitur, ex interpretatione quam Septuaginta ediderunt. Nam ex ea quam

Valde peregrina loci expositio.

Philip. 2.

In Hebræo habiim sunt vitæ & haiiot animalia.

Aquila edidit, non item, sed sic: Dum appropinquant anni, viuifica illud. Sed quidnam
est illud, nisi quod ait, opus tuum? Theodotion verò ita ait: In medio annorum viuifica
ipsum. Et Symmachus: Intra annos reuiuiscere fac ipsum, interpretatus est. Quum igi-
tur omnes, Viuifica ipsum, dixerint, planè non de quibusdam veluti brutis, aut etiã ra-
tione præditis animalibus, sermonem esse declararũt. Quapropter quum apud Septua-
ginta sit dictum. In medio duarum vitarum cognosceris: non ex sentẽtia eorum qui nos
antecesserunt, hoc accepimus, sed duas eius, de quo prophetia loquitur, vitas significa-
diximus, vnam quidem diuinam, alteram verò humanam. His quæ dicta sunt, propheta
deinceps adiungit: Dum perturbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ memor eris.
Sic interim docẽs quod quũ spiritu tempus illud prouidisset quo passurus erat is de quo
Matth. 26. ipsa prophetia texitur, perturbatus sit. Verumtamen in hoc ipso tempore, inquit, in quo
animo perturbatus sum, propterea quòd alias nusquam talis hominibus ira impenderit,
propter facinora quæ aduersus Dominum perpetrata fuerint, misericordiæ ipse clemẽ-
tissimus Dominus non iræ recordatus est vtpote qui boni patris sit filius. Proinde extre-
mum illius supplicium salutis secundum Deum, & misericordiæ toti mundo causa ex-
titit. Sequitur illud, *Deus de Thæman veniet*. Dictio autem illa Thæman, si in nostram lin-
Tit. 3. guam conuertatur, consummationem significat. Nam in consummatione seculi, & in
hisce extremis diebus per Saluatorem nostrum, summi Dei nobis illuxit beneficentia.
Fortasse etiam secundum eiusdem, gloriosũmque in his verbis aduentum canit, vt alte-
ro initio facto, legenda sunt verba ab illo loco: Deus de Thæman veniet, tanquam si in
consummatione ipse venturus sit ab iis qui ad australes cœli partes spectant. Accipitur
enim Thæman pro eo quod est Auster. Quocirca Theodotion ad hunc interpretatus
est modum: Deus ab Austro veniet. Quod autem sequitur, Et sanctus de monte vmbro-
Zachar. 6. so denso, poteris intelligere, si quæ in Zacharia sic se habent, apposueris voces: *Vidi per
noctem, & ecce vir ascendens super equum refum, & hic stabat inter montes vmbrosos*. Hũc igitur
qui ascendit super æquum rufum, & insistit inter montes vmbrosos, ipsum illum puto es-
se qui præsenti prophetia significatur, quæ ait, sanctum venturũ de monte vmbroso den-
so. Certè vtrobique montes vmbrosi habentur. Et arbitror esse eos in paradiso Dei, quẽ
plantauit in Eden ad Oriẽtem, aut etiam apud cœlestem Hierusalem: montes enim in
circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. Hi ergo montes, eo quòd diuinis pote-
statibus, & sanctis spritibus referti sint, quasi consiti & largè his exuberantes, vmbrosi di-
cuntur. Et in Zacharia quidem planè vir cernitur, qui rufo inuehitur, quum sic interim
Saluatoris nostri, & humana assũpta natura, & corpus, quo quasi vehiculo vtebatur, de-
Corpus claretur: at hic Deus & Sanctus nominatus est. Tanquam enim is qui à Deo ad homines
Christi ve- descensurus esset, & tanquam de diuinioribus locis profecturus, dicitur Deus de Thæ-
hiculum. man venturus, & sanctus de monte vmbroso denso. Deinceps adiungit: *Cooperuit cœlos
virtus eius, & laudis eius plena est terra, & splendor eius vt lumen erit*. Quibus vtique verbis, si-
mul & gloriosum eius in cœlo regnũ ostẽditur, & quæ posthac futura est, lõgiúsque du-
ratura, atque in omnẽ terrã penetratura, doctrinæ quæ de illo fertur laudatio. Illud autẽ,
Cornua in manibus eius: regni eius insignia & notas significat: quibus cornib. inuisibiles at-
que aduersantes potestates repellens, & victas obtinens abigit. Ordine hic deinceps ad-
iungit: *Et posuit dilectionẽ fortẽ roboris sui*. Et sanè vehemẽtis affectionis eius ac dilectionis
erga homines, indicium maximum fuerit, quòd ante faciem eius incesserit verbũ illud,
videlicet salutare atque Euangelicum, quòd etiam egressum percurrerit cãpos, adeò vt
breui tempore totum orbem terrarum eius, quæ per ipsum omnibus hominibus cõci-
liata sit, salutis impleuerit, comprobata eius prophetiæ veritate, quæ ait: *Ante faciem eius
ibit verbum, & egredietur in campos*. In secundo autem eiusdẽ aduentu, amplius quoque ac
magis propriè verbũ eius, & his quæ dicta sunt, & iis quæ deinceps sequuntur, finẽ im-
ponet: quibus nunc explorandis atque indagandis tempus non adest.

Quemadmodum Dominus *omnipotens confitetur se missum vt auferat ea
quæ vitiosa sunt.* Cap. XVI.

Zach. 3. H*Aec dixit* Dominus *omnipotens, post gloriam misit me ad gentes quæ spoliauerunt vos: quo-
niam qui tangit vos, quasi is qui tangis pupillam oculi eius. Quia ecce ego affero manum meam
super ipsos, & erunt spolia iis qui seruierint sibi, & cognoscetis quòd Dominus omnipotẽs misit me.*

Ipse

A Ipse Dominus omnipotens in his seipsum missum esse ait?& quisnam is si qui miserit, docet, vbi ait: Et cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me. Igitur etiam hoc loco duos perspicuè habes, qui eadem vtantur appellatione, vnum eum qui misit Dominum omnipotétem: alterum eum qui mittitur, eiusdem cum eo, qui misit nominis. Quem porrò alium dixeris eum, qui mittitur, nisi eum quem ante nos pluribus appellauimus Deum verbum, qui à patre missum se confitetur? & qui manifestè dixit, Post gloriam misit me: illud interim significās, quòd qui antea fuerit in gloria apud patrem, postea missus sit ad gentes, quæ spoliauerint vos. Quum enim ad eas gentes quæ prius populo Dei aduersæ inimicæque erant, missum sit Dei verbum, has ipsas sibiipsi subiecit, easdem per suos discipulos deprædatus, qui portio quædam erāt illius populi qui ad circumcisionem pertinet, quem quondam in seruitutem redegerunt gentes quæ ipsum illum in suo simulacrorum cultu deprædatæ fuerunt. Hæc igitur passuras dici gentes quas disposuit: Sicut B enim illæ populum Dei à patria pietate ac religione auertentes, spolia propriis dæmonibus factæ sunt, ita quandoque etiam ipse patrio simulacrorum cultu ab iis qui ipsis antea seruierint, spoliabuntur, & sub iugum Hebraicæ religionis traducentur. Hoc autem futurum ait Dominus per seipsum, qui ad tale munus præstandum à patre mittendus sit. Cæterùm dixerit aliquis, etiam intelligibiles quasdam & inuisibiles potestates, gentes nunc nominari, quæ spoliauerint, captiuásque hominum animas egerint, quarum animarum talem se curam gerere ait clementissimum Dei verbum, qualem vnusquisque oculi sui pupillæ gerit. Cuius sedulitatis atque amoris erga hominum genus, signū illud erit, quòd quum Dei verbum esset, & sua gloria apud patrem frueretur, non piguerit ipsum veniēdi ad homines, ait inter eos versandi curam, dispensationémque suspicere.

Epicherema. *Argumētum amoris Christi erga nos.*

C

Quòd ipse Dominus venturum se de cœlo, & inter homines habitaturum gentésque ad ipsum confugituras, canit: & quòd missum se esse à Domino omnipotente confitentur. Cap. XVII.

Gaude & lætare filia Sion, quoniam ecce ego venio, & habitabo in medio tui dicit Dominus. & confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui, & cognosces, quòd Dominus omnipotens misit me ad te. Quia nunc propositum est filium, autorem rerum apud homines in terra versaturum ex prophetis ostendere, arbitror huiusce rei demōstrandæ efficaciam habere præsentem prophetiam: adeò quidem, vt ob ipsius rei perspicuitatem, nulla ampliore explanatione sit opus. Etiā illud obseruabis, quod caussam rursus sui aduentus significat, vbi ait: Et confugient gētes multæ ad Dominum de die D illa, & erunt ipsi in populum. Hæc autem ipsi filiæ Sion nunciant oraculum, sic interim Dei ecclesiam appellans, propter quod cœlestis Hierusalem filia esse videatur: quæ vt sanctus ait Apostolus, mater sanctorum est. Aut etiam aliter filia Sion, Christi ecclesia dici potest, tanquam ea quæ ex priore eorum, qui ad circumcisionem pertinent conuentu per apostolos, atque euangelistas id quod est, acceperit. Qui etiam filij erant eius matris, quæ ob scelera sua obiecta est, quæque vidua facta est, eo quòd expulerit virum, qui per prophetas de ipsa conquestus est, atque ait: *Non tanquam virum me vocasti, & patrem, & ducem virginitatis tuæ.* Qui etiam iis qui de ipsa nati sunt, mores matris exprobrans atque vituperans, ait. *Quis est hic liber repudij matris vestræ, in quo emisi eam?* & rursus: *Iudicamini aduersus matrem vestram, iudicamini, quoniam hæc non vxor mea, & ego non vir eius.* Meritò sanè tāquam iis qui matrem abnegauerint filiam Domini, ipsius Domini aduentum præsens prophe-E tia nunciat. Erit autem hæc ecclesia de gentibus, quæ loco prioris filiæ per nostri Saluatoris apostolos habita est.

Zach. 2. *Isa. 50.*

De Domini aduentu & de iis quæ in passione eius euentura erant. Cap. XVIII.

Ecce dies veniunt Domini, & diuidentur spolia tua in te. Et congregabo omnes gentes in Hierusalem ad bellum, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres fœdabuntur, & egredietur dimidium ciuitatis in captiuitatem: reliqui verò de populo meo non peribunt. Et egredietur Dominus, & parabitur ad prælium in gentibus illis, sicut dies prælij eius, in die belli, & stabunt pedes eius in die illa super monte oliuarum, qui est contra Hierusalem ab oriente, scindetur mons oliuarum, dimidium

Zach. 14.

eius ad orientem, & dimidium eius ad mare, profunditas magna vehementer, & inclinabit dimidium montis ad Boream, & dimidium eius ad Austrum. & obturabitur vallis montium meorum, & conglutinabitur conuallis montium vsque Asael: & obturabitur, quemadmodum obturata est à facie terræmotus, in diebus Oziæ regis Iuda. Et adueniet Dominus Deus meus, & omnes sancti cum eo, & erit in dies illa, non erit lumen, sed frigus, & glacies erit die vno, & dies ille notus Domino: & non dies, neque nox, ad vesperam erit lux. Et erit in die illa, egredietur aqua viua de Hierusalem, dimidium eius ad mare primum, & dimidium eius ad mare vltimum, in æstate & in vere erit sic: & erit Dominus in regem in omnem terram. In die illa erit Dominus vnus, & nomen eius vnum, circumdans omnem terram, & omnem solitudinẽ. Post primam obsidionem Hierusalem, extremamq́ue illius ruinam & solitudinẽ, quæ sub Babyloniis accidit, postq́ue reditũ ab hostili terra ad patriam, qui sub Cyro Persarum rege contigit, quum paulo antè Hierusalem instaurata esset, renouatumq́ue sanctuarium, & quod apud illud erat altare, sub Dario Persa, pręsens canit Propheta, & posthac alteram obsidionem Hierusalem futurã significat, quam passa est à Romanis non aliàs, quàm post scelera, quæ eius habitores contra Saluatorem nostrum Iesum Christum ausi sunt. Manifestissimè igitur etiam hoc loco, Saluatoris nostri, qui Dei verbum est, aduentus, & quæ illius tempore illi acciderint, significantur. Sunt verò hæc, partim quæ quo tẽpore ille passus est, gesta sunt: partim quæ ilicò Hebraicam nationem oppressit obsidio, & ipsius Hierusalem expugnatio, & post ipsa hæc vocatio gentium, vniusque ac solius Dei apud omne genus hominum cognitio. Cæterùm diuino spiritu afflatus Propheta, cum quadam commiseratione, tanquam is qui suos ad circumcisionem pertinentes deploret, ab exclamatione contra illos suæ prophetiæ initium facit. Dies igitur Domini, sicut in aliis locis, hoc quoque in loco nominat, vt sic tẽpus Christi, ad homines aduentus significet, planéque in eodem ostendit, quemadmodum ipse Dominus, tãquam lumen verum, propriorum aliquando autor fiet dierum, & omnibus qui in terra sunt hominibus, illucescet, quo tempore & ipsum luminis ipsius radios vniuersæ gentes suscipiẽt, quæ quidem dum illuminabuntur, iuxta illud, *Posui te in lucem gentium, in testamentum generis*: interea Iudaica gens propter infidelitatem aduersus illum, in extrema indicet infortunia. Tale igitur est illud, *Ecce dies veniunt Domini, & diuidentur spolia tua in te, & congregabo omnes gentes in Hierusalem ad bellum, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres fœdabuntur, & egredietur dimidium ciuitatis in captiuitatem.* Post verò ipsius Hierusalem obsidionem: & eam quæ ilico secuta est Iudaicæ gentis seruitutem, deinceps bona omnibus adiungit communia, sic canens: *Et erat Dominus in regem in omnem terram.* Et rursus: *Erit Dominus tuus, & nomen illius vnum ambiens omnem terram, & solitudinem.* Sed enim quum vaticinium enunciet, Iudaicam gentem esse talia perpessuram in diebus Domini, quis non exitum vaticinij admiretur? nam simul ac Iesus Saluator ac Dominus noster aduenit, quíque D ad circumcisionem pertinent, nefaria aduersus illum facinora perpetrarunt, omnia illis quæ prędicta fuerant quinquagesimo ab ipsa pręedictione anno aceruatim euenerunt, finémque sortita sunt, quum videlicet ab ipso Pilato vsque ad Neronem, & Titum, ac Vespasianum qui ciuitatem obsederunt, nusquam illos omnis generis, & aliæ super alias ingruentes calamitates defecerint: quemadmodum facilè ex historia, quam Flauius Iosephus scripsit, colligere, tunc sanè credibile est, dimidium ciuitatis periisse obsidione, vt ait prophetia. Haud verò ita multo pòst, quum Adrianus imperaret, Iudaico rursus exorto tumultu, quæ reliqua fuerat pars dimidia ciuitatis, rursus obsessa expellitur: adeò quidem, vt ab illo tempore vsque in hodiernum diem, penitus instabilis omnis illis factus sit locus. Quod si quis dicat sub Antiocho Epiphane hæc completa fuisse, etiam atque etiam consideret, vtrum possit reliqua item, quæ ex hac prophetia supersunt, ad Antiochi tempora E referre, cuiusmodi illud est, quòd populus seruitutẽ sit passus. quòd pedes Domini in monte oliuarum steterint: & vtrum Dominus in die illa, in regem fuerit in omnem terram, & vtrũ nomen Domini ambierit omnem terrã & solitudinem, quo tempore Syriam Antiochus obtinuit: & quæ reliqua sunt de eodem oraculo, quem finẽ sortita sint, aliqua modo conetur ostendere. At si quis nostram rationẽ sequatur, vel ad verbũ hæc euenisse demonstrabit, atque in alium item sensum eadem accipere poterit. Nam post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum, ciuitas illorum, ipsáque Hierusalem atque omnis conuentus, institutióque ciuilis, quæ ad ritum religionémque Mosaicæ legis pertinet, euersa sublatáque sunt, euestigióque eam, quæ ad intelligentiam spectat, seruitutem, adiuncta etiã ea quæ corporum est, perpessi sunt: quippe qui Saluatorem ac liberatorem humanarum animarum

Hierusalem quoties obsessa & capta.

Vltima Hierosolymæ vastatio & calamitates Iudæorum.

Seruitus Iudæorum spiritualis & corporalis.

A rum non susceperint eum : qui venerat vt iis qui malorum dæmonum serui facti essent, liberationem nunciaret: iis verò qui mentis oculis capti, visus recuperationem. Hæc ita quum illi ob incredulitatem suam pertulissent, alij omnes quicunque suam liberationem agnouerunt, domesticique illius ac familiares effecti sunt, discipuli vtique & apostoli, & Euangelistæ, compluresque alij, qui de circumcisione profecti in ipsum crediderunt, de quibus ait Apostolus: *Sic etiam nunc reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt*. Et illud: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, & quasi Gomorrha similes fuissemus*. Illius obsidionis, quam nos ad intelligentiam referimus, immunes expertésque sunt seruati, neque huius solum, sed etiam illius, quæ ad verbum intelligitur. Nam ipsi apostoli ac discipuli Saluatoris nostri, & omnes qui ex Iudæis ad ipsum credentes accesserant, quum procul ab Iudæa terra abessent, & reliquis essent immixti gentibus, omnẽ B eorum qui ciuitatem incolebant, perditionem atque interitum effugere per illud tempus facilè potuerunt. Quod ipsum sanè etiam prophetia anticipans cecinerat, illis verbis. *Qui autem reliqui fuerint de populo meo, non peribunt*. quibus deinceps adiungit, *Et egredietur Dominus, & comparabitur ad prælium in gentibus illis, quemadmodum dies prælij eius in die belli*. At verò in quibus tandem gentibus Dominus præliabitur, si non in iis quę Hierusalem obsidebunt? indicat verò ipsum oraculum, quemadmodum ipse Dominus auxilium feret obsidentibus eritque interim in illis, & cum illis ad prælium comparabitur, quasi quidam imperator, propugnatórque illorum, & aduersus Hierusalem militabit. Non enim dicit oratio, Dominum contra gentes præliaturum. Quibus ergo, & contra quos? nempe contra Hierusalem, & contra eius habitatores, de quibus sermo erat. Illud autem, *Et stabunt pedes eius in die illa super monte oliuarum, qui est contra Hierusalem ad Orientem*: quidam aliud significet, quam Domini Dei, ipsius inquam Dei verbi, in sua ecclesia stationem & confirmationem, C quam in præsenti monte oliuarum per figuram, quæ permutatio dicitur, nominat? vt enim vinea extitit dilecto, & fuit vinea Domini Sabaoth figuratè domus Israël, & vitis Iuda nouella dilecta: sic eadem ratione dixeris, quod etiam oliuetum facta sit Domino, collecta de gentibus ecclesia ipsius. Quæ sanè ecclesia quum antea esset oliua quædam agrestis, plantata fuit à Domino, qui eam pòst inseruit in apostolicis bonæ oliuæ radicibus post priorum ramorum excisionẽ, quemadmodum Apostolus docet: *Et plantauit*, inquit, *eam Dominus sibi ipsi, propemodum per prophetiam dicens: Oliuam speciosam vmbrosam vocauit Dominus nomen tuum*. Postquam enim prior vinea, quum deberet facere vuam, fecit spinas, neque iustitiam, sed clamorem, meritò tanquam eius quæ infructuosa esset, sepem auferens ac parietem Deus, tradénsque eam inimicis ad diripiendum & conculcandum, sicut D in Isaiæ prophetia dictum est, alium ipse sibi agrum constituit in præsenti, quod oliuetum nominatur, quasi eum qui oleum & misericordiã à Deo sit consecutus, & à Christo plantis semper virentibus consitus, hoc est sanctis, lucidísque altricibus animis, quibus liceat dicere, Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Hic verò oliuarum mons contra Hierusalem esse dicitur, quoniam in locum veteris ac terrenæ Hierusalem, ac religionis, quæ in illa seruabatur, successit, & à Deo constitutus est, post ruinam Hierusalem, quum supra igitur oraculum dixerit de Hierusalem, quod ciuitas capietur, quódque hostiles atque inimicæ gentes conuenient aduersus eam, & spolia eius diuidentur, merito non in Hierusalem pedes Domini staturos dicit. Qui enim id fieri potuisset, quum ea semel sublata esset? sed migrantibus ab ea, in montem qui est contra Hierusalem, qui oliuarum vocatur, ibi staturos docet. Quod etiam propheta Ezechiel, diuino ante spiritu edoctus, E contemplatur: dicit enim: *Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotæ quæ eis adhærebant, & gloria Dei Israel erat super eis, & ascendit gloria Domini de medio ciuitatis: & stetit in monte, qui est contra ciuitatem*. Quod quidem aliter quoque licet intueri completum ad Verbum, quando hodie quoque omnes, quicunque Christi religionem cum fide susceperint, ex omnibus terræ partibus concurrunt, non vt quondam festæ cuiusdam lætitiæ gratia, quæ in Hierusalem celebretur, neque vt adorent in eo, quod olim in Hierusalem constitutum fuerat sanctuario: sed vt diuersentur, quum ad sciscitandum de expugnatione & solitudine Hierusalem, quam prophetia prædixerat, tum in mõte oliuarum, qui est contra Hierusalem, adorent, vbi gloria Domini commutata est, postquam deleuit priorem ciuitatem. Verè autem secundam expositam, atque ad verbum acceptam enarrationem, pedes Domini & Saluatoris nostri, ipsius vtique Dei verbi, per id quod assumpsit humanũ corpus, in monte oliuarum steterunt ad speluncam quæ ibi ostendi solet, & quo tempore orauit, & quum

Rom. 11. Isa. 1.

Dominus prælians cũ Gentibus.

Christus stans in sua Ecclesia. Rom. 11. Isa. 5.

Ezech. 10.

suis discipulis in eius montis cacumine, mysteria de consumatione tradidit. Ex codē præterea monte in cœlum ascendit, quemadmodum Lucas in actis Apostolorū docet, quum ait, illum in monte oliuarum apostolis suis & præsentibus & intuentibus, sublimem abiisse, nubéque ab oculis eorum sublatum fuisse, ipsósque intentis oculis illo in cœlum abeūte mansisse. *Et ecce*, inquit, *duo viri astiterunt eis in vestibus albis, qui etiam dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* Quibus etiam adiungit verba hæc: *Tunc reuersi sunt in Hierusalem à monte qui vocatur Oliueti, qui est contra Hierusalem.* Est igitur, etiam si quis ad verbum scripturam velit accipere, contra Hierusalem & ab illa ad orientē spectans mons is de quo dictum est, oliuarum: verumtamen si sententiam, non verba, sequi volumus, sancta Christi ecclesia, & mons in quo fundata est, de quo loquitur Saluator dicens, Nō potest abscondi ciuitas supra montem posita: pro ea quæ cecidit, neque amplius surrexit Hierusalem, structa atque erecta, dignáque habita in qua pedes Domini insistant, non solum est contra Hierusalem, sed etiam ab ea ad orientem vergens: quippe quæ eius luminis, quo Deum piè colimus, radios excipiat, & multo ipsa Hierusalem anterior facta sit, ipsique iustitiæ soli propinquior, de quo dictum est, *Timentibus autem me, orietur sol iustitiæ.* Quia verò dicit deinceps, Quod scindetur mons oliuarum, dimidium eius ad orientem & mare, profunditas magna vehementer: & inclinabit dimidium eius ad Boream, & dimidium eius ad austrum. potest hoc quidem ecclesiæ per totum orbem qui ab hominibus incolitur, dilatationem significare, quæ partes ad orientem solem spectantes, ipsásque auroræ orientísque gentes ac nationes compleuit. Porrigitur verò etiam vsque ad mare, quod est ad occidentem, & ad insulas quæ in ipso sunt. Porrò ad austrum quoque ad meridiem peruenit, item ad aquilonem & septētriones ad omnes enim partes, & vbique gentium, quod figuratè significatur Domini oliuetum, quę est eius ecclesia, plātatum est. Potest etiam alio sensu, quæ antehac factæ sint, quǽque etiam nunc fiunt in ecclesia Christi, scissiones & sectas, moralésque in vita, vbi scissa diuisáque est, lapsus significare: dicit enim montem esse dilapsurum, dimidium eius ad orientem, & dimidium eius ad mare, profunditatem magnam vehementer. & inclinabit dimidium montis ad aquilonem, & dimidiū eius ad austrum, vt sic in quatuor partes scindi videatur, duas quidem grauiores ac præstātiores, duas autē contrarias. Et sanè vide ne fortè in his verbis, illud quod dicitur ad orientem & austrum, duos ordines significet, eorum qui in successu ac profectu in diuino cultu instincti sunt: vnū quidem eorū qui in cognitione ac verbo, & reliquis diuini spiritus donis proficiunt: alterum eorum qui in moribus: quidem & vita propè rectéque degunt, sed tamen in suis seligendis rationibus detinentur. Reliquæ verò duæ partes, quæ à prioribus diuisæ sunt, ad mare & aquilonem, ambæ erunt. Quæ iam ad malitiam pertinent. *A facie enim*, inquit, *aquilonis, accendentur mala super omnes habitantes terram, & draco in mari diuersari dicitur.* Quapropter meritò hic quoque duo rursus genera intelliguntur eorum qui ab ecclesia declinant: vnum eorum qui in vita & moribus peccant: alterum eorum qui à sana & recta sententia labuntur: vt iam olíueti huius mōtis, de quo sermo est, hæ duæ sint, quæ à prophetia significantur separationes. His deinde adiungit: *Et obturabitur vallis montium meorum, & conglutinabitur conuallis montium, vsque ad Asael, & obturabitur quemadmodū obturata est à facie terræmotus, in diebus Oziæ regis Iuda.* At enim in his verbis, quæ tādem esse potest vallis montium Dei, nisi quæ olim antea celebratur ex lege Mosi in Hierusalem, corporalis & Iudaica adoratio? quam quidē occlusum iri, quasi obturatione quadā, præsens oraculum canit, dicens: Et obturbabitur vallis montium meorū, & conglutinabitur conuallis montium, vsque ad Asaël, & obturabitur. Pro quibus verbis Symmachus reddidit hæc: Et obturabitur vallis montium meorum, & pręterea appropinquabit cōuallis montium ad id quod appositum est, & obturabitur, vbi sanè ille causam indicat, cur obturata sit conuallis. Quæ porrò hęc alia quam eam appropinquare, & vicinā fieri ei quod ipsi appositum est? hic autem est mons Domini, qui oliuarū antea est appellatus, quíque Asael dictus ab ipsis Septuaginta. Significat verò apud Hebræos ea vox, opus Dei. Sic verò, inquit, vetus conuallis monti appropinquans, & Christi ecclesiæ, atque operi Dei, obturabitur & occludetur, quemadmodum obturata est à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda. Quum verò diu apud meipsum quæsierim, & diuinas scripturas percurrerim, vt inuenirē, si quādo ea conuallis, de qua hic sermo est, in diebus Oziæ obturata sit à facie terræmotus, in Regnorum historiis, nihil sanè inueni; nam neque terræmotū illis tēporibus vllum

Act. 1. Marc. 16.

Mons oliuarum. Matth. 5. ἀμηχα-νία.

Ecclesia in toto orbe dispersa.

Omne malum expanditur ab aquilone.

Asael.

A vllum ex iis qui terris & regionibus solent accidere, neque aliud quippiam tale de conualle aliqua factum esse, in illis scriptum est. Narratur autem quemadmodum Ozias initiò iustus fuerit, deinde animo sublatus, per seipsum Deo sacrificare ausus sit, quare de illius facie lepram effloruisse: hoc quidem in Regnorum libris continetur. At Iosephus, præter ea quæ in Sacris libris scripta sunt, etiam ea quæ extrinsecus, quasi secundo loco, apud Iudæos habentur, summa diligentia est persecutus, vtpote qui Hebræus ab Hebræis existeret, quæ illius regis temporibus euenisse commemoret, iam audire potes. Narrat enim quemadmodum vrgentibus Oziam sacerdotibus vt de templo exiret, neque aduersus Deum peccaret, ille iratus sit, illisque mortem minatus, nisi quiescerent. Interea verò motus quidam terram concusserit, discissóque templo, splẽdor ingens illuxerit, qui etiam regis faciem inuaserit, & sic euestigio illum in lepram incidisse. Ante vrbem verò ad locũ B qui dicitur Eroge, abscissam esse de monte dimidiam partem, quæ ad occidentem versa erat, conuolutámque per quatuor stadia, ad montem stetisse qui orientem spectabat: itaque & aditus & hortos regios obturasse. Hac sanè ego in libris Iudaicæ antiquitatis posita, apud Iosephum deprehendi. Apud prophetam verò Amos, initio illius prophetiæ inueni, quemadmodum ipse vaticinari cœperit in diebus Oziæ regis Iuda, duobus ante terræmotum annis: quem verò terræmotũ intelligat, nusquam perspicuè subiungit. Sed arbitror eundem prophetam longius progressum, hunc terræmotum describere, vbi ait: *Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute super altare, & commouebuntur vestibula, & cæde in capita omnium: & qui reliqui fuerint ex ea, in gladio interficiam.* Quibus illum verbis censeo cadere terræmotum, rerúmque Iudaicæ gentis, gloriæque, necnon ritus, qui ab illis in Hierusalem celebratur, euersionem, præterea interitum, qui illos post Saluatoris C nostri aduẽtum inuaserit, quo videlicet tempore, recusantibus illum Christum Dei, eum qui verus est sacerdos, lepra animis illorum oborta est: sicut etiam Oziæ temporibus, quando vi quadam inuisibili Dominus altare insistens illorum, potestatem fecit percutiẽti dicens: Percute altare: Certè sua ipsius potestate hoc ipsum declarauit, dicens: *Relinquitur vobis domus vestra deserta.* Protinus namque dum ille pateretur, velum templi scissum est à summo vsque ad imum: quemadmodum Iosephus narrat contigisse Oziæ regis temporibus: tum primum quidem commota sunt vestibula, quum terra mota est passionis illius tempore. Deinde haud multo post extremũ quoque pertulit causam, acceptámque potestate percutiens cecidit in capita omnium: hoc igitur tempore vallis montium Dei obturata est, quemadmodum Oziæ temporibus euenit. Quòd si dictum quidem ac verba sequimur, factum sanè id fuerit in ipsa obsidione Romanorum, secundum quam D puto quædam talia accidisse: si verò sententiam, quo tempore corporalis illa humum spectans Mosaicæ legis adoratio exclusa est, vt non amplius celebretur, propter terręmotum qui ex illo propheticè prædictum, Iudaicam gẽtem inuasit, ac propter cætera, quæ palàm memoriæ prodita sunt. Posthæc ad Domini aduentum reuertens oraculum, idipsum planius denunciat, dicens: *Et adueniet Dominus Deus meus, & omnes sancti cum eo.* Vbi dum sanctos nominat, vel apostolos eius intelligit ac discipulos, vel potestates quasdam inuisibiles & spiritus administros, de quibus dictum est: *Et accesserunt angeli, ac ministrabant ei.* Deinde: *In aduẽtu Domini*, inquit, *erit dies, & non erit lux, sed frigus & glacies erit vno die.* Pro quo Symmachus interpretatus est: Et in die illa non erit lux, sed frigus & glacies erat vno die, qui cognitus est Domino: non dies neque nox, sed erit ad vesperam lux. Et sanè vides quemadmodum in his verbis planissimè diem, quo Saluator noster supplicio est affectus, significet: in quo die illud quidem. Non erit lux, completum est, quando à sexta hora tenebræ E factæ sunt in vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Illud autẽ, Sed frigus, & glacies, quo tẽpore, vt Lucas scribit, *comprehendentes Iesum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus autem sequebatur eum à longè. Accenso autem igne in medio atrij sedebat*, vt ait Marcus, *cum reliquis calefaciens se.* Ioannes verò planè etiam frigus commemorauit, vbi ait. *Stabant serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebãt se. Cognitus autẽ*, inquit, *est hic dies Domino, & non erit dies, neque erit nox*: non quidem dies propterea quod dictum est antè, Nõ erit lux: quod sanè etiã completũ est, quãdo à sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terrã, vsq; ad horã nonam, neq; item nox, propterea quòd additũ est, ad vesperam erit lux. quod etiã ipsum exitum inuenit, quãdo post nonã horam, rursus consuetum lumẽ recepit dies. Propterea sentẽtiam quoq; si sequimur, hæc cõpleta erunt, in vniuerso quidẽ super Iudaica gente, postquã aduersus Christũ illud immane facinus ausa est, & tenebræ, & glacies, &

Terræmotus & concussiones montium in Iudæa.

Matth. 23.

De aduẽtu Domini Christi.
Matth. 4.

Luc 22.
Marc. 14.
Ioan. 18.

Iudaicus populus post Christi aduentum excæcatus.
Matth. 4.

Nn

frigus facta sunt: quippe cum illorum mens obtenebrata sit, adeò vt Euangelij lumen radios in corda illorum immittere nequierit, & charitas erga Deum sit refrigerata. Econtrariò autem ad vesperam lumen cognitionis Christo ortum est, adeò vt ij qui olim in tenebris & vmbra mortis sedebant, lumen viderint: sicut apud Isaiam prophetam scriptum est: In ipso igitur Domini huiuscemodi die, egreditur, inquit, aqua viuens de Hierusalem. Hæc autem est rationalis & ad bibendum suauis, & vitam suppedans, & salutaris Christi doctrinæ potio, de qua ipse in Euangelio quòd Ioannes scripsit, Samaritanam illam mulierem instruens loquebatur, dicens: *Si scires quis est qui dicit tibi*, Da mihi bibere, *tu petisses ab eo, & dedisset & tibi aquam viuam.* Ipsa igitur hæc salutaris potio de Hierusalem profluxit, inde illius profectum est Euangelium, & illius nuncij, & præcones totum terrarum orbem impleuerunt: quòd quidem declaratur per id quod dicitur, In mare primum, & in mare vltimum, viuentem aquam exituram. quibus verbis vniuersæ terræ fines significantur, & ij videlicet qui ad occeanum oriẽtis spectant, qui primum mare nominantur: & qui ad occidentem solem, qui per vltimum mare significantur. Quos vtique fines, salutaris, Euangelicæque doctrinæ aqua viuens impleuit. De qua rursus dabat præcepta, quum dicebat: Quicunque biberit ex aqua quam ego illi dabo, non sitiet in æternum. Et rursus: Flumina, inquit, de ventre eius fluent aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Et rursus: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Post hanc igitur de Hierusalem irrigantem, influẽtémque super omne genus hominum, salutarem, rationalémque aquam, quæ quidem planius alio quodam in loco indicatur illis verbis: *Ex Sion enim exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem, & iudicabit inter gentes: Erit*, inquit, *Dominus in regem. Non erit autem in Hierusalem, neque super gente Iudæorum, sed in omnem terram in die illa: Et Erit* Dominus *vnus, & nomen eius vnum, ambiens omnem terram.* Quæ ipsa quoque concordant cum illis quæ à psalmis accepta sunt, & hic opposita, vbi dicebatur, Regnauit Dominus super gentes. Et rursus: Dicite in gẽtibus Dominus regnauit: Hæc autem vno tempore omnia in diebus Domini futura esse, prophetia significat. Nam totius prophetiæ initio: Ecce dies, inquit, veniunt Domini, & erunt hæc. Quæ porrò hæc alia, nisi obsidio Hierusalem? & ipsius Domini translatio super montem oliuarum? iuxta illud, Adueniet Dominus: & quæ acciderunt eo die quo ipse passus est? & aqua viuens, quæ in totum terrarum orbem effluxit? & denique regnum Domini omnium gentium obtinens principatũ, noménque eius vnum, complens vniuersam terram? quæ omnia, quem quidem exitum sortitã sint, iam vt compendio exposuimus. Constat verò etiam illud, quemadmodum ab appellatione Christi Dei, deriuatum Christianorum nomen, totum terrarum orbem impleuerit: quod ipsum sanè oraculum quoque declarat, quum dicit. Et nomen eius vnum, ambiens omnem terram & solitudinem. Tibi verò per ocium licebit, quum singula verba exploraueris, latiúsque intellexeris, contemplari.

Ioan. 4. — *Aqua Euangelicæ doctrinæ.* — *Isa. 2.* — *Act. 11.*

Quemadmodum ipse prophetarum Deus, qui omnem viam scientiæ per eam legem, quæ à Mose data est, iis qui ad circumcisionem pertinent, ordinasset, posterioribus temporibus in terra olim conspiciendus, atque inter homines versaturus canitur.

Cap. XIX.

Baruch. 3.

Q*Vis ascendit in cœlum, & accepit eam?* (dicit autem sapientiam) *& deduxit eam de nubibus? quis transfretauit mare, & inuenit eam, & feret eam super aurum electum? non est qui cognoscat viam eius, neque qui excogitat semitam eius. Sed qui scit vniuersa, nouit eam: reperit eam prudentia sua: qui instruxit terram in sempiternum tempus, impleuit eam iumentis quadrupedibus qui emittit lumen & vadit, vocauit illud, & obediuit ei cum tremore, & stellæ splenduerunt in custodiis suis, & lætatæ sunt, vocauit eas, & dixerunt, Adsumus: splenduerunt cum lætitia ei qui fecit ipsas. Hic est Deus noster, non reputabitur alius ad ipsum, reperit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Posthæc in terra visus est, & cum hominibus versatus est.* Nihil adiungere opportet diuinis vocibus quæ euidentissimè propositum nostrum confirmant.

Quemadmodum

A *Quemadmodum Christus in Aegyptum iturus canebatur, & quæcunque in ad-
uentu eius futura fuerunt.* Cap. XX.

VISIO ÆGYPTI.

ECce Dominus sedet super nube leui, & veniet in Aegyptum, & commouebuntur manu facta *Isa.19.*
Aegypti à facie eius, & cor eorũ superabitur in eis, & excitabuntur Aegyptij contra Aegyptios,
& bellum geret homo contra fratrem suum, & homo contra proximum suum: Ciuitas aduersus ciuita-
tem, & lex aduersus legem, & conturbabitur spiritus Aegyptiorum in eis, & consilium eorum dißi-
pabo, & interrogabunt deos suos, & simulacra sua, & eos qui de terra vocem emittunt, & pythones:
& tradam Aegyptum in manus hominum dominorum asperorum, & reges asperi dominabuntur eis.
& quæ sequuntur. Etiam nunc Deum & Dominum, ipsum vtique Dei verbum, iturum
B in Aegyptum præsens prophetia significat: & iturum non obscurè, neque inuisibiliter, ne-
que sine corporali aliquo indumento, sed leui nube vectũ, ac potius super crassitudine le-
ui. Sic enim habere aiunt Hebraicam vocem. Dicant ergo Hebræi, quando post Isaiæ tẽ-
pora, Dominus apud Aegyptios sit versatus, & quis Dominus, vnus est enim supremus
Deus, & quonam pacto super crassitudine leui hic inuectus esse dicatur, & particularem
aliquem locum terræ ascendisse. Interpretetur præterea crassitudinem leuem, quid tãdem
ea sit: & quamobrem nõ sine hac dicatur Dominus versari in Aegypto. Et quãdo memo-
riæ proditũ sit ea, quæ in hac prophetia continentur finem contigisse cõmota esse, inquã,
simulacra manufacta: Aegyptios cũ Aegyptiis pugnasse, propter Domini ad homines ad-
uentũ, & deos illorũ, dæmones videlicet, qui multum prius valebant, nihil amplius posse:
neque respondere sciscitãtibus propter Domini timorem, & in quorũ dominorũ manus,
C qui asperi extiterint, quorũve regum, post eum qui hic canitur Domini aduentũ, tradita
sit Aegyptus: & quamobrẽ Domino præsente, principibus asperis tradãtur, & reliqua ea-
dẽ ratione cum iis quæ dicta sunt, qui velit interpretetur. Nos enim nõ aliàs hæc dicimus
extitisse, quã sub vnum dũtaxat Saluatoris nostri Iesu Christi ad homines aduentũ. Hic e-
nim cũ Dei verbum sit, & Dei virtus, tã si ad sensum quàm si ad verbum accipias, versatus
in regione Aegyptiorum per nubem leuem cõpleuit ea quæ prædicta fuerãt. Nubem ve-
rò leuem figuratè nominat cõmorationem eius inter homines, qua per corpus quod de
virgine & spiritu sancto assumpsit, vsus est: nimirum quemadmodum Hebræorum habet
scriptura, & Aquila planius significauit, quum dixit: Ecce Dominus ascendit super crassi-
tudinem, & venit in Aegyptum: crassitudinem leuem, corpus de spiritu sancto cõceptum *Nubes leuis*
appellans. Igitur etiam ipsa hæc prophetiæ particula, ad verbum exitum sortita est, quo *qui signifi-*
tempore angelus Domini in somnis visus ipsi Ioseph, dixit: *Surgens accipe puerum, & matrẽ* *cet.*
D *eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, donec dicam tibi.* Tunc igitur ipse Dominus Deus verbũ, *Matth. 2.*
puerilem ætatem ingressus, & suo corpori, quod ex sancta virgine acceperat coniunctus
(quod sanè corpus crassum quidem erat ob corporeæ materiæ duriorem naturã: at rursus
leue: eo qui præstantius esset, quàm ea quæ ad nos pertinent, ex quo etiam leuis nubes no-
minatur, propterea quòd non ex voluptaria corruptione, sed de spiritu sancto constabat)
in terra Aegyptiorum diuersatur. Causa autem cur illuc accesserit, rationem hanc ha-
bet. Quoniam enim in Aegypto initium accepisse ea quæ ad errorem colendi simulacra
pertinent, memorantur, & videbantur omnium hominum superstitiosissimi esse Aegy- *Quare Chri*
ptij, inimicíque atque hostes populi Dei, longissiméque à prophetis abesse, merito primũ *stus statim*
apud illos Dei virtus commorata est. Quapropter plus apud Aegyptios, quàm apud om- *atque natus*
nes alios homines, Euangelicæ illius doctrinæ verbum inualuit, ex quo ipsum Dominum *in Aegy-*
E ad illos accessurum, & cum illis moraturum, præsens prophetia diuinat. At non Aegy- *ptum va-*
ptios in terram Iudæorum venturos, neque Hierosolyma, vt ibi illum adorent: neque ve- *dit.*
rò ibidem inter Iudæos ex iis quę à Mose instituta sunt peregrinaturos: neque sacrificatu-
ros in eo, quod est in Hierusalem, altari: sed horum quidem nihil prorsus ait futurum, at
ipsum Dominum aditurum Aegyptios, & suo aduẽtu homines dignaturum, magnorum-
que bonorum ipsis autorem futurum. Directuram siquidem perfecturámque illius inter *Dæmones*
illos cõmorationem ea quæ iam re ipsa post Saluatoris nostri Iesu Christi aduentum, con- *Aegyptio-*
pleta cernuntur: quæ porrò hæc sint, inspiciamus. Ii qui priùs incolebãt Aegyptum, vitiosi *rum.*
prauíque dæmones, per multa secula in simulacris latitãtes, animásque Aegyptiorum om-
ni superstitionis errori addicentes, ac subiicientes, cũ sensissent nouã quandã diuinámque
virtutem ad se accessisse, illicò commoti sunt, & fluctuationem ac perturbationem in se-

ipsis pertulerunt, corque ipsorum & vis intelligendi, intrinsecus in ipsis conuicta sunt, cesseruntque ac fugata sunt ab ea virtute, quæ visum effugiens illos compellebat, & ignis instar ineffabili quadam ratione adurebat. Et tunc quidem inuisibiliter dæmones talia passi sunt, cum Saluator noster Iesus Christus in Ægyptum cum visibili corpore peruenit. At verò postquam planè ipsius Euangelium ad Ægyptios, sicut ad reliquas gentes perlatum est, & inuisibilis eius virtus, vnà cum suis apostolis adfuit, quæ latenter illos adiuuaret, & vnà cum illis rem negociúmque gereret, ac per eos religiosam piámque ipsius doctrinam denunciaret, vnúmque ac solum verum Deum colere abhortaretur, & eos à dæmonibus auerteret, qui prius decepti fuerant: hic iam tum Ægyptiis, sicut etiam reliquis gentibus seditio bellumque intestinum exortum est, quum alij quidem ab errore colendi plures deos recederent, & ad Christi verbum concurrerent: alij vero econtrario hos ipsos oppugnarent, atque ad huiusmodi facinus à domesticis dæmonibus furore quodam concitarentur, adeo vt fratres à fratribus disiungerentur, & doctrinæ Christi causa, etiam charissimos sibi, gladij transfigerent. Ait enim oraculum: *Et exitabuntur Aegyptij contra Aegyptios, & bellum geret homo contra fratrem suum, & homo contra proximum suum.* Confirmat autem propheticam prædictionem etiam ipse Saluator noster in Euangeliis, dicens: *Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filij aduersus parentes, & interficient eos.* Et rursus: *Nolite putare quod venerim pacem mittere in terram: non dico vobis, sed separatione. Erunt enim ex hoc quinque in domo vna, tres diuisi aduersos duos, & duo aduersus tres. Separabuntur, pater contra filium, & filius contra patrem: mater contra filiam, & filia contra matrem: socrus contra nurum, & nurus contra socrum.* Hæc enim in quo tandem à voce prophetica differunt, quæ quo tempore Dominus in Aegyptum adueniet, ait surrecturos Aegyptios contra Aegyptios: & bellum gesturum hominem contra fratrem suum? tunc verò noui Testamenti lex, cuius Christus autor, contra legem superstitionis, in qua plures dij colebantur, surrexit, quum videlicet gentium simulacra adorantium lex, Christi doctrinam oppugnans, & ciuitas ac respublica eius ecclesiæ quæ in Christo consistit, aduersus ritus, atque instituta non credentium nationum suscitata est. Ex quòd illud dictum est, Ciuitas contra ciuitatem, & lex aduersus legem. Deinde licet planè Aegyptios & omnes simulacrorum cultores, eumque qui in ipsis vim suam exercet superstitionis spiritum, intueri etiam nunc perturbatos, & multum quidem consultantes, & comminiscentes contra Christi doctrinam vt eam extinguant, atque ex hominibus deleant, dispergi ac dissipari à Deo qui ait in ipsa prophetia: Et conturbabitur spiritus Aegyptiorum in eis, & consilium eorum dissipabo. Quumque innumerabilia sint quæ interrogent ac sciscitentur in oraculis ac diuinationibus aduersum nos, quoties Deos suos, & latitantes in simulacris dæmonas & eos qui prius in ipsis multum poterant, pythonas adeunt: nihil tamen amplius ex illis habent. Quapropter oraculum ait: Et interrogabũt deos suos, & simulacra sua, & pythonas. Sed enim inquit, nullum planè obtinebunt auxilium, quicunque ad eos qui ipsorum dij esse videantur, quique ipsos antea deceperint, confugient. Tunc vtique maximè eos ipsos dominis ac regibus asperis, tradente Domino cum dæmonibus suis ausculantes, & ab illis instincti, insectationes aduersus Dei ecclesiam concitabunt. Hic mihi animum aduertas diligenter velim, quonam pacto vsque ad Saluatoris nostri Iesu Christi aduẽtum, suis regibus seorsum ac per se tota Aegyptius vteretur, & in suo ipsorũ iure, ac libertate degerẽt: potestásque illorũ ab initio, quàm longa, & quã multa fama feratur fuisse: & quemadmodũ ex illo, cùm primus Romanorum Augustus (cuius tẽporibus Dominus noster natus est) Aegyptũ subegisset: & nouissima Ptolemæorũ Cleopatra capta esse, in Romanorũ potestatẽ deuenerint, & sub illorũ leges, atq; edicta missi sint, suóque ipsorum proprio iure, suáque libertate priuati, vt propheticũ oraculum etiã in hoc planè veritatẽ suam demonstret, quòd quidẽ de iis qui ad loca, procurãdi gratia mittẽdi essent, déq; prætoribus, ac reliquis per singulas partes magistratibus, ita loquitur: Et tradã Aegyptũ in manus hominũ dominorũ asperorũ de iis verò, qui totũ imperium obirent, summumque ius obtinerent, id quod sequitur, pro quo Aquila ait: Et rex corroboratus, potestatem obtinebit in eis. Symmachus autẽ: Et rex fortis ius in illos habebit. Sic autẽ ipse regnũ Romanorum arbitror vocatum esse, quo tanquam freno ac vinculo impediti, non solum Aegyptij omnium hominũ superstitiosissimi, sed reliqui quoque vniuersi si homines, nihil possunt iam audéntve contra Saluatoris nostri ecclesiam oblatrare. Posthæc, in eadẽ prophetia ordine sequũtur obscuriora quædã & nobis ac difficultatibus implicita, quæ longioris atque altioris, ob figuram qua enũciata sunt,

Matth. 24.
Ibid. 10.
Euãgelium domesticos disiungit.
Aegyptus quando subacta à Romanis.

A ta sunt, interpretationis indigeāt. quibus quidem nos per ocium, quum tempus aderit, aptam expositionis lucem exhibere non grauabimur, vbi Deo fauente diuinarum promissionum rationem absoluerimus.

Bonorum promißio ad eam quæ prius deserta erat, ex gentibus collectam ecclesiam & afflictas, vexatásque animas, manifestus Dei aduentus, & salutares miraculorum, prodigiorúmque ostentationes. Cap. XXI.

Lætare deserta sitiens, exultet deserta, & floreat vt lilium, & efflorebunt, & exultabunt deserta Iordanis. Et gloria Libani data est ei, & honor Carmeli, & populus meus videbit gloriā Domini, & altitudinem Dei. Conualescite manus remissæ, & genua dissoluta, consolamini pusillamines intellectu, conualescite, ne timete. Ecce Deus noster iudicium reddit, & reddet, ipse veniet, & saluos faciet Isaiæ 35.
B *nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, tunc saliet vt ceruus, & claudus, et plana erit lingua mutorū: Quoniam erupit in deserto aqua, et conuallis in terra sitiēti, et erit quæ caret aqua in stagno, et in terram sitientem fons aquæ erit.* Hoc etiam in loco palàm salutaris Dei canitur aduentus, qui multa bona sit allaturus, surdis enim auditum, & cæcis visum, præterea claudis, & linguam impeditam habentibus medelam prædicitur redditurus, quæ omnia non alias exitū inuenerūt, nisi postquam Saluator noster Iesus Christus aduenit, à quo & cæcorum oculi aperti sunt, & surdi auditum receperunt. Quod verò dicere opus est quàm multi per illius discipulos, & soluta membra habentes, muti, & claudi, naturales sanationes recuperauerint? quámque alij innumerabiles, qui variis ægritudinū languorúmque generibus vexarētur, ab illo & curatione & salute digni iudicati, vtrúmque consecuti sint bonū? cui rei & diuina prophetiæ prædictio, & ab omni mendacio a- Matth. 11. τὸ ἔμπροσθεν.
C lienissimū sacrorū Euangeliorum testimoniū, indubitatā fidē facit, Desertà verò in his verbis oraculū significat eā, quæ de gentibus collecta est, ecclesiam: quæ cum antea sine Deo esset, per eos de quibus nunc agitur, Euangelium accipit. Præterea idē oraculū ait, huic desertæ dandam esse gloriam Libani. Libanum autem figuratè Hierusalem appellari consuetum est, sicut suo tempore per eas demonstrationes, quas de diuina scriptura conficiā, probaturus sum. Itaque in ipsius Dei ad homines aduentu, illi desertæ, de qua dictum est, ecclesiæ, inquam, quæ de gentibus collecta est, gloriam Libani dandam esse, propositum docet oraculum. Pro eo autem quod dictū est. Et honor Carmeli: Aquila quidem conuertit, Splendor Carmeli & Saron, ipsi videbunt gloriā Domini. Theodotion autem, Species, inquit, Carmeli & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini. Quibus verbis significare arbitror prophetiam, non ipsam Hierusalem, neque Iudæam, sed ipsa- *Paganismus translatus in Christianismum.*
D rum gentium terram, cui diuina cognitio exhibenda sit. Carmelus enim, & qui vocatur Saron, externarum gentium loca erant. Et hæc quidem ad verbum, ad sensum verò interpretantibus dicendum erit, quod ij qui prius animis excæcati erant, adeò vt ligna & lapides, & reliquam animæ expertem materiam, nec non dæmonas circū terrā versantes, aliósque spiritus deprauatos, loco summi Dei colerent, quique auribus intelligentiæ obsurduerant, & claudicantes solutíque omni vita erāt, his omnibus malis aliisque & perturbationū & ægritudinum generibus, per Saluatoris nostri Iesu Christi doctrinam etiam nūc liberentur, & multo præstantiorē quam ea est quæ ad corpus pertinet, salutē opémque recipiunt, & Dei verbi ad homines aduentus diuinam & plus quàm humanā virtutem detegunt ac demonstrant. διάνοια

E *Quemadmodum primum sempiternúmque Dei verbum, ipse vniuersi opifex, à Domino patre etiam nunc se missum esse confitetur.* Cap. XXII.

Audi me Iacob, et Israel quem ego voco, ego sum primus, et ego sum in sempiternum, et manus mea fundauit terram, dextera mea firmauit cœlum. Et adiungit paulo pòst: *Et nunc Dominus Dominus misit me, et spiritus eius.* Habes igitur hic quoque Dominum qui mittitur, & qui mittit, patrem videlicet ac Deum vniuersi, qui consueuit bis Dominus nominari. Isaiæ. 48.

Quemadmodum ipse Dominus Iudæorum gentem redarguit, eo quòd venturum ipsum suscepturi non sint, neque vocanti sibi auscultaturi, & quæ passurus sit ab eis. Cap. XXIII.

Sic dicit Dominus, Qui est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisit eam? aut cui debitori vendidi vos? ecce peccatis vestris venditi estis, & iniquitatibus vestris emisit matrem vestram: quoniā veni, & non erat homo: vocaui, & non erat qui audiret. Nunquid non potest manus mea liberare? aut Isa. 50.

nunquid non possum eripere? Deinde in eadem prophetia paululum progressus, *ego verò*, inquit, *non contumax sum, neque contradico: tergum meum dedi in flagella, & maxillas meas in alapas: faciem verò meam non auerti à probro sputorum.* Ipse Dominus quũ in his verbis suũ ad homines aduentũ fateatur, redarguit populum Iudæorum, quòd venientem se suscepturi nõ sint, neque vocanti auscultaturi: & hanc, quasi seipsum defendens, causam illorũ ipsorũ reiectionis docet fuisse: nam quoniã veni, inquit, & nõ erat in vobis homo: vocauique, & nullus erat qui audiret, idcircò, inquit, peccatis vestris venditi estis, tanquã ipsi per vos ipsos meæ vocationis repudiatores extiteritis, neque verò ipse vobis libellũ repudij dederim. Hæc autẽ euidẽtissimè ad eũ populũ, qui ad circũcisionẽ pertinet, directa sunt: & simul ea, quæ illi contra ipsum in passione ausi sunt, significat dicens: Tergum meũ dedi in flagella, & maxillas meas in alapas, & quæ sequuntur. Hęc quoque per ocium à nobis iusta interpretatione explanabuntur.

Quemadmodum ipse qui in prophetis olim canebat, Dominus, venturus ad homines, & ipsis oculis inspiciendus, & à gentibus cognoscendus expectaretur. Cap. XXIIII.

Isa. 51. *HAec dicit* Dominus, *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus: idcirco cognoscet populus meus in die illa, quod ego sum: ipse qui loquor adsum, vt formositas in montibus, vt pedes euangelizantis auditum pacis, vt qui nunciat bona, quoniam auditam faciam salutem tuam, dicens. Sion, rex tuus erit* Deus. *Vox custodientium te exaltata est, & cum voce simul lætabuntur, quoniam oculis ad oculos videbunt, quando miserebitur Dominus Sion. Erumpant in lætitiam simul deserta Hierusalem, quoniam miseratus est Dominus ipsam, & liberauit Hierusalem, & reuelabit brachium suũ, in conspectu omnium gentium, & videbũt, omnia extrema terræ, salutem à* Deo *nostro.* His ipsis deinceps adnexa est sub vno & eodem contextu, de passione Christi prophetia, quam itẽ per ocium expositurus sum. Quum verò vnus & idem sit Dominus, qui ait in particula ante hanc proximè exposita, ad ipsum Iudaicum populum: Peccatis vestris venditi estis, & iniquitatibus vestris dimisi matrem vestram: quoniam veni, & non erat homo: vocaui, & non erat qui audiret: in his de quibus nunc agitur verbis, ad eosdem ait: Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus. Deinde quasi habens alium pręter illos populũ, adiungit: Idcircò cognoscet populus meus nomen meũ. Deinde docet, quòd non alius, sed ipse qui in prophetis loquebatur Dominus, versabitur olim in hac vita, his verbis. Ego sum, ipse qui loquor adsum. Illud autẽ, Vt formositas in montibus, vt pedes euangelizantis auditum pacis, vt qui nunciat bona, auditã faciã salutẽ tuam, dicẽs, Sion, rex tuus erit Deus: manifestius reliqui cõuerterunt interpretes. Aquila quidem in hũc modum, Quid speciosi facti sunt super montes pedes euangelizantis? eius qui audire facit pacem? eius qui nunciat bonũ, qui audire facit salutẽ, dicentis ipsi Sion, regnauit Deus tuus? Symmachus verò: Cur dicentes in montibus pedes euangelizantis? auditam facientis pacem, euangelizantis bona, auditam facientis salutem? dicentis ipsi Sion, regnauit Deus tuus? pro eo verò est, Vox custodientium te exaltata est, & cum voce simul lætabuntur, quoniam oculis ad oculos videbunt: Symmachus quidẽ sic interpretatus est: Vox speculatorum tuorum extulerunt vocem, in ipsum laudabunt, palàm enim oculis videbunt. Dici porrò in his speculatores videntur, sacrosancti Saluatoris nostri Apostoli, qui palàm oculis intuiti eum de quo prophetæ loquebantur, extulerunt vocem suam in totum terrarum orbem, illum ipsum prædicantes. Ipsam verò Sion ac Hierusalẽ quæ in locis euangelizatur, in cœlo agnouit ipse, Apostolus illis verbis: *Superior autem Hierusalem libera est, quæ est mater nostra, & accessistis ad Sion montem, & ad ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam.* Dici verò Sion poterit etiã ea, quæ in omnẽ terræ locum, per Christum constituta est ecclesia: quemadmodũ Hierusalem omne pium ac religiosum ciuile institutum, quod quum apud solos veteres Iudæos olim existeret, in solitudinem propter ipsorum impietates conuersum est, deinde rursus renouationem in melius consecutũ est per Christi Saluatoris nostri aduentum. Quapropter ait prophetia: erũpant lætitiam simul deserta Hierusalem, quoniam miseratus est Dominus ipsam, & liberauit Hierusalem. Cæterùm, nusquam sanè aberres, si vniuscuiúsque viri sancti, deóque amici animam, quatenus quidem supra hãc vitam elata est, quippe quũ in cœlo suũ ius ciuitatis habeat, contempletúrque eo quæ ipso mũdo sunt superiora, Siõ nomines (nam ex interpretatione speculatorium significat:) quatenus autem

Speculatores Apostoli.

Gal. 4. Heb. 12.

Vniuscuiusque anima Sion & Hierusalẽ appellari potest.

A autē in bono statu & quiete perturbationū constituta est, Hierusalē candē appelles. Illud
enim nomen conuersum, visionem pacis significat. Ordine posthac Dei ad veram religionem vocatio gētiū euidentissimè declaratur his verbis: Et reuelauit Dominus Deus
brachium sanctum suum, in conspectu omnium gentium, & videbūt omnes fines terræ
salutem à Deo nostro. Porrò brachiū Dei neutiquam aliud esse arbitreris quam verbum *Brachium Dei.*
& sapientiam, & ipsum Dominum, qui est Christus Dei. Hoc enim ex multis ostendere
facile est. Habes præterea in Exodo, Israël ab Ægyptiaca seruitute liberatum brachio
Dei. Ipsū igitur illud brachiū Dei, quod veteri populo salutē manifestissimè attulit, omnibus gentibus aperiendum, ac detegendum, tanquā id quod prius occultum esset, præsens prophetia significat, Salutem verò quam dicit visuros omnes terræ fines, & quam
superius indicauit, quum dixit. Auditam faciam salutem tuam: scito apud Hebræos
B ipso Iesu nomine appellari.

Quòd rursus Dominus, ipsum planè Dei verbum, venturus & gentes congregaturus caneretur. Cap. XXV.

Ecce Dominus vt ignis veniet, atque vt tempestas currus eius, & quæ sequuntur. *Dixit Dominus: Et ego opera eorum & cogitationem eorum scio, & ego venio congregare omnes gentes & linguas. Et venient, & videbunt gloriam meam, & relinquā in eis signum, & emittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in Tharsis, & Phud, & Lud, & Mosoch, & Thobel, & in Græciam, & ad insulas remotas, ad eos qui non audierunt nomē meū, neque viderunt gloriam meam, & nunciabunt mea opera in gentibus.* Planissimè etiam in his, Domini aduētus ad homines indicatur, & quoniam hic dictum est illum vt ignem venturum, meritò Saluator noster ait: *Ignem veni* *Isa. 66.*
C *mittere in terram, & quid volo, si iam accensus est?* currus verò eius, stipantes ipsum diuinas potestates, inseruientésque ipsi sanctos angelos, commodè dixeris, de quibus illud dictum *Luc. 12.*
est: *Et accesserunt angeli, & ministrabant ei:* sanctos item eiusdem apostolos ac discipulos, *Matth. 4.*
quibus inuectum diuina atque inuisibili virtute Dei verbum, omnem permeauit terrarum orbem. Potest etiam aliter dici ad verbum: Ignem & currus vnà cum eius aduentu
denunciari, propter eam quæ Hierusalem oppressit obsidionem post Saluatoris nostri
aduentum, post quem haud multo, templum quidem ipsum igne incensum est, & extremam pertulit vastationem, Vrbs verò circundata est curribus & exercitibus bellicis:
post quem casum etiam ea quæ de cunctis gentibus prædicta fuerant, huic prophetiæ
consentaneum finem sortita sunt. Cæterùm, quis non admiretur audiens Dominum per
prophetam dicentem? Venio congregare omnes gentes, & linguas, quum videat in om-
D ni quæcunque ab hominibus habitatur terra, per Saluatoris nostri Iesu Christi aduentū
ac vocationem, conuentus gentium in Christi nomine celebrari? linguásque omnium
nationum omni genere sermonis vnum Deum ac Dominum inuocantes? denique post
omnia hæc, quis inspiciens omnes, quicunque in Christi fidem venerunt, salutari signo
pro annuli nota vtentes, non meritò obstupescat, si audiat tanto antè ipsum Dominum
dixisse: Et venient, & videbunt gloriam meam, & relinquam in eis signum? iā inde igitur
saltem in parte, secundum priorem Saluatoris nostri ad homines aduētum, ipsis oculis
intuemur diuinorum oraculorum euenta. Cæterùm eadem hæc plenius absoluentur in
secundo & glorioso eiusdem aduentu, quando omnes gentes videbunt gloriam eius venientéque ipsum de cœlo cum potestate & gloria multa. Referri verò ad illud tempus iā
reliqua poteruut, quæ in ipso oraculo prædicta sunt, quemadmodum quidem nos pro-
E prio, atque huic rei dicato opere ostensuri sumus. Quum igitur ad hunc vsque locū hæc
tam multa collegerimus de eo qui olim canebatur futurus, Dei ad homines aduentu:
sequitur vt his adiungamus, quisnam modus in iisdem oraculis prædiceretur, futurus
prioris eiusdem ad humanam vitam accessus.

Scholia in Cap. XXV.

Quæcunque sancti Prophetæ, de Aduentu Domini nostri Iesu Christi in suis oraculis prædixerūt, ea omnia non tātum testimoniorum vice adduxit Eusebius, sed etiā fusè interpretatus est. Quædam videri possunt ad aduentum Christi detorta, verùm ne hæc quidem citationū exempla fructu carent. Vtile enim est videre quæ rectè, quæ secus, testimonia adducantur, vt omnia quoad eius fieri potest rectè adducere studeamus. Interdum κατὰ τὸ ῥητὸν *quasdam sententias Prophetarum exposuit, interdum* κατὰ τὴν διάνοιαν.

LIBER SEPTIMVS

PRÆFATIO.

CVM proximo libro Deum ad homines venturum, & cũ hominibus in terra versaturũ, duóque hæc maxima signa illius aduentus futura, gentium per totum orbem ad accipiẽdam veram Dei notitiam, vocationẽ, & Iudaicę gentis propter incredulitatem in illũ, ruinam ac solitudinem, ex propheticis vocibus didicerimus: ibidémque inspexerimus, quẽ tandem exitũ inuenerint ea quę prædicta fuerant: ipso deinceps ordine, in hoc septimo Euãgelicæ demonstrationis volumine, modum contẽplari conabimur, secũdum quem dicitur ad homines commigrasse. Iam inde igitur videamus, quísnã modus Dei ad homines migrationis caneretur futurus, & vbi nam gentiũ oriturus prędiceretur, & de quo genere profecturus sanctorum hominum vocibus ferretur.

Scholia in Præfationem libri VII. de Demonstratione Euangelica.

DVæ sunt libri huius partes, Prima de modo aduẽtus Meßiæ, hoc est, de Incarnatione τοῦ λόγου Continet hæc pars exegesim 7. 8, & 9 capit. Isaiæ, in quibus admodum luculenta de Natiuitate Iesu Christi Domini nostri testimonia, extant. Partem istam vno capite & tribus demonstrationibus absoluit Eusebius. Secunda pars circumstantiarum Natiuitatis Christi, considerationem continet. Ostendit igitur Eusebius quem locum, quod tempus, quam Tribum & familiam, incarnationi verbi destinatam, præmonstrauerint Prophetæ. Totus liber partim exegeticus partim apodicticus est, & magno cum fructu à Theologis legi poterit. D

Quisnam modus accessus Domini ad homines. Cap. I.

QVemadmodum diuinus Euangelista Ioannes, plus quàm humana voce de Saluatore ac Domino nostro, de ipso, inquam, Dei verbo disserẽs, sacrámque illius scripturam, narrationémque aggrediens, vnà cum ipsa illa theologia eiusdem ad homines
Ioan. 1. accessum, per assumptum corpus exponit, sic dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud* Deum, *&* Deus *erat Verbum. Hoc erat in principio apud* DEũ: *omnia per ipsum facta sunt:* atque his deinceps adiungens: *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Ita diuino spi-
Isa. 6. ritu afflatus Propheta, quum Deum de virgine genitum, esset nunciaturus, visionem antea quandã illius gloriæ contemplatur, talémque theologiam describit: *Vidi* Dominum *Sabaoth sedentem super solio excelso & sublimi, & plena erat domus plena gloria eius, & Seraphim stabant circum eum. sex alæ vni, & sex alæ alteri, & duabus quidem tegebant faciem, duabus autem velabant pedes, & duabus volabant, & clamabãt alter ad alterum, & dicebãt: Sanctus, sanctus, sanctus* DOMINUS *Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius.* Et deinceps adiungit: *Et audiui vocem* DOMINI *dicentis, Quem mittam, & quis ibit ad populum hunc, & dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit ad me: Vade, & dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis: & intuẽtes intuebimini, et nõ videbitis. Crassum enim factum est cor populi huius, & auribus suis grauiter audierũt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Et dixi: Quousque* Domine. *Et dixit:* DONEC *desertæ sint ciuitates, eo quod nõ sit qui inhabitet: et domus eo quod nõ sint homines.* At enim quẽ tãdẽ Dominũ fas est dicere visum fuisse à Propheta præter

cum

A cum, quem & Abrahæ, & reliquis Abrahæ similibus priscis patribus visum fuisse, & cum iisdem locutum esse, in prioribus libris ostendimus? Hinc enim pariter & Deum & Dominum, & item angelum esse & primum imperatorem copiarum Domini, antea didicimus. Quum ergo præsens oraculū esset illius ad homines commigrationem prædicturum diuinum antea illius regnum contemplatur, vbi ait se vidisse illum sedentem in solio excelso, & sublimi. Hoc autem illius solium illud esse existimandum est, quod in Psalmo de dilecto ostensum est, in illis verbis: Sedes tua Deus in seculum seculi, super quam supremus & vniuersi conditor Deus, & ipsius pater, ipsum tanquam vnicum ac dilectum sedere iubebat, dicens: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Confirmat verò hanc nostram in hos locos interpretationem Ioannes Euangelista, qui postquam citauit proximè expositas Isaiæ voces, in quibus dictum est, Crassum enim factum est cor B populi huius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt: adiungit de Christo, & dicit: *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & testificatus est de eo.* Quum ergo vidisset Propheta Saluatoris nostri super paterna diuinæ maiestatis ac regni sede collocationem, diuinóque ipse esset spiritu instinctus, esétque deinceps eiusdem ad homines accessum, ortúmque de virgine descripturus, prius testificatur eam quæ in omnem terram peruentura erat, cognitionem, & gloriæ prædicationem, ipsa Seraphim inducens quæ circum illum starent, ac dicerent. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius, Sed quæ'nam existimāda sunt hæc Seraphim Christum Dei stipantia? num forsitan angelorum ac diuinarum potestatum chori? an vero prophetarū atque apostolorum? nam Seraphim si interpreteris, initium oris ipsorum audias. Tales verò & prophetæ & apostoli, per quorum os instar primitiarū initium salutaris prædicationis factum C est, ex quo appellationem hanc sortiti sunt: sicut etiam sancti spiritus potestates, quæ alæ nominatæ sunt, primas atque extremas de Deo verbo notitiæ partes occultant, tanquam eas quæ suapte natura neque dici, neque comprehendi possint: quæ verò ipsius de illo dispensationis mediæ sunt, eas ostendunt, propterea quòd hæc sola naturæ hominum cognoscibilia, quum ea quæ hæc & post hæc reliqua sunt, in arcanis habita sileant. Præterea diuinæ ac cœlestes potestates, poterunt item vocabulo Seraphim intelligi, quatenus alia quadam ratione, Seraphim ex interpretatione incendia significāt, ex quo illud dictum est: *Qui facit angelos suos spiritus & ministros ignis flammam.* Clamant porrò hi, & vociferantur alter ad alterum pro suis quisque viribus sanctitatem eius, de quo vt de Deo loquitur Propheta, commendantes: & quod omnium admiratione dignissimum est, theologicè declarantes, quod non modo cœlum, & quæ in cœlo sunt, vniuersa plena sunt maiestate & gloria eius: sed etiam omnis terra eiusdem facultatis ac virtutis est particeps, propter eius qui D canitur de cœlo ad homines descensum, de quo deinceps longiùs progressum oraculum vaticinatur, necnon & ortum de virgine, & per hunc latius in omnem terram disseminatam gloriæ eius celebrationem denunciat. Dominus autem Sabaoth ex interpretatione, est Dominus exercituum. Is autem erit primus imperator exercituum Domini, quem in tertio ac vigesimo Psalmo Dominū Sabaoth, diuinæ rursus potestates appellāt, vbi eiusdē de terra ad cœlum ascensum diuinant, & canunt verbis illis: *Tollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus exercituum, ipse est rex gloriæ.* Hebraicus enim cōtextus hoc loco rursus Dominum Sabaoth illum vocat, quoniam ipse est rex gloriæ, & propter eius aduentum, futurum erat vt omnis terra impleretur gloria eius, meritò quod futurum erat, & in Propheta, & in Psalmo dictum est: propheta quidem illis verbis: E *Plena est omnis terra gloria eius*: in Psalmo autem, in initio statim, vbi ait, *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & omnes qui habitant in eo.* His autem vaticinio comprehensis, deinceps, progressus propheta testificatur, quòd licet omnis terra futura sit plena gloria eius, attamen illum Iudaica gens acceptura non sit: Itaque ait, *& dixit Dominus* (ille videlicet qui visus fuerat Dominus Sabaoth) *quem mittam, & quis vadet ad populum hunc? Et dixit, Ecce ego sum, mitte me. Et dixit, Vade, & dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis: & intuentes intuebimini, & non videbitis. Crassum .n. factum est cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis suis, & auribus suis audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.* Quibus verbis manifestissimè canit futuram aduersum se accusationem Iudæorum, & quòd intuebūtur quidem ipsum, non tamen animaduertent quis sit: quódque loquentem inter ipsos & docentem audient, non tamen etiam intelligent quísnam is sit qui cum ipsis loquatur: neque item quæ'nam ea sint nouæ doctri-

Soliū Christi.

Psal. 110.
Ioan. 12.

Seraphim circunstātes.

Alæ quid significent.

Psal. 103.
Hebr. 1.

Dominus Sabaoth.

Psal. 23.

Isaiæ 6.
Act. 28.

næ præcepta, quæ ipſe illis tradet. Comprobat verò huius oraculi euentum Euangeliſta A Ioannes, qui de Saluatore noſtro ſic ait: *Quum autem tam multa ſigna feciſſet coram eis, non crediderũt in eum, vt ſermo Iſaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt? propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ne videant oculis, & corde intelligant, & conuertãtur, & ſanem eos. Hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius, & teſtificatus eſt de eo.* Ergo abſq; controuerſia viſionem illam Dei ad Chriſtum retulit Euangeliſta Ioannes, & ad Iudaicum populum, qui viſum à propheta Dominum, quemadmodum ab illo ipſo prædictum eſt, non ſuſcepit. Nam quum Dominum Sabaoth Propheta vidiſſet, refert oraculum, quemadmodum ipſi præceperit, vt ad Iudæos diceret, quòd ipſi illum quidem aliquando videbunt, ſed non intelligent quis ſit: & audient illum loquentem inter ipſos & docentem, ſed non percipient, propterea induratum erit cor eorum. Quum hæc igitur Iſaias his quæ appoſuimus verbis canat, in hiſtoriæ modum hoſtium aduerſus Achaz impetum, qui tunc Iudaici populi regnum obtinuerat, deſcribit, & à viſibilibus quidem hoſtibus ruinam breui, neque haud multò pòſt futuram ſignificat. Quorum verò ſigna quædam duntaxat attulit (hi mihi porrò ſunt intelligibiles atque inuiſibiles quidam hoſtes dæmones vtique ac ſub viſum non cadentes poteſtates, de quibus initio totius operis diſſeruimus, quod non ſolam Iudaicam gentem, ſed omne prorſus humanum genus, in omne malitiæ genus, ac denique in ipſum omni religioni cõtrarium ſimulacrorum cultum compulerint) hos non aliter vinci poſſe demonſtrat, quàm per vnũ, qui canitur Dei verbi ad homines acceſſum, quod quidem Dei verbum eſſet ex innupta virgine humanum corpus aſſumpturum. Sed huius illi quíſnam vſus fuerit, iam tempus eſſe videtur, vt latius inquiramus. *Quia per hominem mors intrauit mundum,* ait Apoſtolus, *idcircò morte victoriam obtineri per eundem hominem oportuit: & quod mortis fuerat corpus, vitæ corpus declarari: & peccati regnum, quòd prius in corpore mortali vim ſuam exercebat, deleri vſque adeò, vt non amplius illi peccatum, ſed iuſtitia dominaretur: & quoniam ex peccatis corporis, antea cunctis hominibus ruina facta eſt, meritò rurſus per omnis peccati expers corpus omníque prorſus malitia intactũ trophæa aduerſus hoſtes erigenda fuerunt.* Sed quos tandem hoſtes, niſi eos qui olim per corporeas voluptates humanum genus proſternebãt? præterea quum Dei verbum eſſet cum hominibus collocuturum, & corporeis auribus præcepta de pietate traditurum, prodigiáque & miracula oculis hominum Deiq; virtutem euidenter atque apertè demonſtraturum, non aliter quàm per conſuetum, nobíſque familiare inſtrumentum hoc facere ipſum oportuit, quoniam nihil quidem amplius, quàm quæ corpora ſunt, mortalibus oculis vt cerneremus, fieri poterat: neque vt auribus perciperemus, quam ſonum, qui lingua proferri conſueuit. Vt igitur corporeis quoque ſenſibus intelligibilium incorporearúmque rerum nationes caperemus, eum qui nobis & cognatus & familiaris eſſet, ipſe Deus verbum aſſumpſit, omniáque per illum quæcunque ſalutaria eſſent iis qui ipſi audiebant, ipſíque videbant, tam quæ in diuinis ipſius verbis, quàm quæ in factis conſiſterẽt, expoſuit. Atque hęc omnia adminiſtrauit, nuſquam vt nos ſimili ratione corporis neceſſitatibus illigatus, neque ipſe quidquam aut deterius, aut amplius ſua ipſius diuinitate perpetiens: neque verò vt animi hominis, ita ipſe tali corpore impeditus, vt diuina interim munera obire non poſſet, aut vbiq; adeſſe, qui Dei verbum eſt, omniáque implet, per omnia penetrat, neque item aut ſordibus vllis, aut corruptione, aut fœditate, ex eo corpore quod aſſumpſit inquinatus, propterea quod quũ ipſe natura ſit expers, & corporis, & carnis, & omnis materiæ, tanquam Dei verbum, diuina quadam virtute rationibúſque ineffabilibus, omnem ſuſtinuit diſpenſationem, quæ ſua eſſent impertiens: non autem contra ſibi vendicans, aut vſurpans quæ aliena. Ergo cur ita hanc illius in corpore diſpenſationem formidare opus eſt? quando neque fœdatus eſt is, qui fœdari non poteſt, neque ex carne aſſumpta inquinatus, qui non poteſt inquinari, neque verò propria corporis natura corruptus, quum ipſum ſit Dei verbum, ab omni patiendi natura prorſus alienum? quando ne Solis quidem radij, dum cadauera, & omnis generis corpora attingunt, quidquam omnino pati dicuntur? ab ipſo diuino verbo etiam contrà, quod corruptibile erat in melius commutatum eſt, ſanctúmque atque immortale, quemadmodum ipſius voluntas fuit, effectum eſt: quinetiam diuinis ſui patris conſiliis, atque actionibus, ipſe interim inſeruiebat. Totum igitur hoc hominum amãtiſſimus Deus, Deíque verbum pro cunctorum hominum medela & ſalute, vocibus interim prophetarũ conſentanea gerens effecit, quod quidem prophetæ tanto antea priſcis vſque temporibus, admira-

Ioan. 12. *Iſaiæ 53.* *Rom. 5.* *Rom. 6.* *Per corpus peccamus, & per corpus expiamus.* *Duarum in Chriſto naturarum vnio perſonalis.*

A admirabilem ipsius de virgine ortum testificati fuerant. Porrò autem admodum necessariò huic Christi ortui de virgine, Propheta anteponit id quod reddat attentum, inclamans ad eos qui ipsa hæc audiant, illud: *Si non credideritis, non intelligetis.* cui deinceps adiungit ca, quæ in hunc modum se habent: *Si non credideritis, non intelligetis. Et adiecit Dominus loqui ad Achas, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum aut in excelsum. Et dixit: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit: Audite iam domus Dauid num parum vobis est hominibus exhibere certamen? & cur Domino exhibetis certamen? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce, Virgo in vtero capiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet prius, quàm cognoscat ipse, aut eligat mala, vt seligat bonum quia prius, quàm cognoscat puer bonum aut malum, non est obediens malitiæ vt seligat bonum. Et comprehendetur terra, quam tu times à facie duorum regum.* Et quæ quidem ad prophetiam pertinent, in hunc modum se habent: B diligentius vero attendere par est ipsius oraculi exordium, quod legentes admonet, si non crediderint, ne intellecturos quidem esse. Et sanè adnotare necesse fuit, atque ostendere, quod non solum intellectu, sed etiam fide iis qui lecturi sunt, opus sit: & vicissim, non solū fide, sed etiam intellectu. Ex quo Iudæi qui in Christum Dei non crediderūt, etiam nunc hæc audientes: nondum tamen quis sit de quo Propheta loquitur intellexerunt, vt in ipsis primis veritatem suam probauerit vaticinium: auditu enim tota die prophetias de Christo audientes, auribus intelligentiæ non audiunt. Atque ipsorum ignorantiæ alia nulla est causa quàm incredulitas, quum ipsum hoc absque mendacio & de ipsis, & ad ipsos vaticinium, planè enunciauerit: Si enim non credideritis, inquit, ne intelligitis quidem. Quod si dixerint non virginem, sed puellam apud scripturam nominatam esse (sic enim aiunt apud ipsos haberi) cuiusmodi tandem signum hoc futurum dicemus, quod diuina pro- C missione sit dignum, si vsitata, quemadmodum cæteræ omnes mulieres, vbi ex viri coniunctione prægnans euaserit, puella quæpiam fuit paritura? quomodo præterea Deus erit qui ex illa nascatur, neque simpliciter Deus, sed vobiscum Deus? hoc enim significat vox Emmanuel: quo nomine ait esse vocandum illum qui nascetur. Ecce enim, inquit, virgo in vtero capiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel: quod est, siquis interpretetur, Nobiscum Deus. Cuiusmodi autem certamen Deo, aut quis tandē labor, quæ've difficultas obiecta, si de more paritura fuit mulier? In nostris enim exemplaribus quæ quicunque interpretati sunt, ij & genere ab Hebræis oriundi fuerunt, & patriæ ipsorum linguæ peritissimi, & in ea eruditione probatissimi, sic habetur: Num parum vobis est, certamen exhibere hominibus? & cur Domino exhibetis certamen? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce, Virgo in vtero capiet, & pariet filium, qui vocatur Nobiscum Deus. Hoc enim sibi vult, quemadmodum dixi, ipsa vox Emmanuel. In ipsis autē Iudæo- D rum exemplaribus, quæ secundum Aquilæ conuersionem feruntur, (aduentitius autem Aquila fuit, non natura Iudæus) sed tamen etiam secundum hunc, hoc sanè scriptum est modo: Nūquid parum est à vobis fatigari viros? quod laborem exhibetis etiam Deo meo? propter hoc dabit ipse vobis signum. Ecce, Puella in vtero concipit, & parit filium, & vocabis nomen eius Emmanuel. Apud Symmachum verò hæc ita se habent (porrò Symmachus dicitur Ebionæus fuisse: secta autem hæc fuit Iudæorum, qui eo nomine vocabātur, & in Christum credere dicebantur, ex quibus Symmachus fuit) apud ipsum hunc igitur hæc ita se habent: Audite domus Dauid, nunquid non satis vobis est fatigare homines, quod fatigatis Deum meum? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce, Puella cōcipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel. Quoniam.n. Iudaicæ gentis mores asperrimi, & à pietate admodum abhorrentes, sudorem laboremque, ac fatigatio- E nem non vulgarem, atque certamen, antiquis illis Deo amicis prophetis exhibebant: idcircò non satis est, inquit, Dei prophetas affligere, hominibúsque exhibere certamen, nisi iam etiam Deum meū fatigetis, eique exhibeatis certamen? nec Deo simpliciter, sed Deo meo? Sic.n. Theodotion quoque cōuertit. Propheta igitur suū peculiariter Deū, & non eorum ad quos sermo dirigebatur, eum qui vexaretur, & in certamen daretur, appellauit: qui quidem nunquam Deum meum dixisset eum qui apud Iudæos supremus habetur, apud quos quem à patribus rerum omnium conditoris Dei cultum ipsi acceperant, is diligentissimè seruabatur. sed quod tādem esse potest certamen, quis labor, quæ fatigio eius Dei, de quo Propheta loquitur, nisi ipsum ad hominum generationem accedere? & tum secūdum nos, tum secundum Septuaginta interpretationem de Virgine nasci? secundum verò ea quæ apud iuniores fertur Iudæos, de Puella? Cæterùm apud Mosem quoque inuenies

Isaiæ 7.

Causa obsti nationis in Iudæis.

Ecce, Virgo concipiet. Matth. 1.

Diuersæ translationes eiusdem dicti Isaiæ.

Forte proselytus.

Symmach⁹ quis fuerit.

Labor Dei, de incarnatione τῷ λόγῳ, acceptus.

eam quæ absque controuersia sit Virgo, Puellam appellari: siquidem eam quæ alij desponsata sit, ab alio verò repudiata, hac appellatione vocauit. Is præterea qui de tali fœmina sit edendus nomine Emmanuel, maiore fertur potentia, quàm omnium aliorum est hominum: quippe qui eligat bonum prius, quàm cognouerit mala: & malitiæ non obtemperet boni eligendi gratia, eo magis quòd hæc præstet non in virili iam, sed in puerili adhuc ætate constitutus. ex quo illud dictum est: ***Prius quàm nouerit puer bonum aut malum***, non parit malitiæ, vt eligat bonum. quibus verbis prorsus quod ille de quo agitur, nullam malitiam attigerit, demonstratur. Sed excellentiorem quoque denominationem, quàm hominis vlla esse possit appellatio, nanciscitur is qui nobiscum est Deus, quare signum item quod de illo datur, profunditatem simul habere dicitur, & simul altitudinem: profunditatem quidem, propter descensum ad homines, aut etiam vsque ad mortem accessum: altitudinem verò, propter diuinitatis à profunditate restitutionem: aut etiam propter diuinæ eius substantiæ, quæ omni natura prior est, theologiam. Quis verò alius sit nobiscum Deus, quàm is quem superioribus libris Deum Dominúmque ostendimus? quíque item Abrahæ quondam non alia quàm hominis forma visus est? quòd si Iudæi hæc ad Ezechiam referunt filium Achaz, & dicant hunc esse qui patri suo futurus oraculo promittatur: videat quomodo nobiscum Deus fuerit Ezechias, aut quodnam signum sua maiestate dignum, Deus in illo ostenderit. Sed neque certamen vllum, neque labor in illius ortu Deo exhibitus est. Præterea planè à prophetia excluditur ratione temporum Ezechias. Hæc enim ipso iam tum patre Achaz regnante, futura canebantur. Ezechiã verò antequam regnum acceperit Achaz, genitum esse constat. Quòd si ad hunc ea quæ ad propositum oraculum pertinent, minimè referri possunt, multò minùs ad alium quempiam eorum qui apud Iudæos post prohetiæ tempora extiterint, præterquàm ad ortum eius qui verus est Emmanuel, hoc est eius qui extiterit verè nobiscum Deus, & ad vnum Saluatoris nostri Dei verbi ad homines accessum: duobus enim sublatis regibus, deserta & sola relicta est Iudæorũ terra, sicut oraculum ait futurum, dicens: *Relinquetur terra à facie duorum regum.* Quod quidem ipsum etiam planè ad verbum sic demonstrabitur. Temporibus enim regis Achaz & Isaiæ filij Amos, quibus prophetia illa edita est, rex Syriæ qui Damasci, & rex Israel, non is qui in Hierusalem, sed is qui Samariæ regnabat, & multitudini Iudæorum quà diuina lege defecerant, imperabat, fœdere inter se icto, eos quibus Dauid successores imperabant, obsidere cœperunt. Hosce igitur ambos, quum prophetia tollendos atque euertendos canat, ipsos quidem illius temporis Iudæos & externos, qui aduersus populum Dei sibi dextras inter se dederant, euestigio dissoluendos, & discessuros à bello prædicit: regnum tamen illud ac successionem prorsus dissolutum, extinctúmque iri, sub illius de quo prophetia loquitur, nobiscum Dei, ortum. Attende igitur diligenter, quo tempore Damascenorũ simul ac Iudæorum dissolutum est regnum, & quando tandem relicta est terra Iudæorum sine rege, necnon ipsa quæ prius multum poterat, magna manu quondam Syriæ vniuersæ imperitans Damascenorum regio. Namque sub horum euersionem atque interitũ, ipsum Emmanuel prorsus oriturum fuisse par est, & eum de quo prophetia loquitur venturum. Si igitur horum ipsorum, de quibus dictum est, regna adhuc stare intueri liceret, nihil amplius quærere opus esset, sed etiam nunc in futurum tempus spem omnem intendere. Sin autem re ipsa cõstat, ea, de quibus dictum est, euersa sublatáque esse, vsque adeò vt neque in Damasco, neque in Iudæa, nostris temporibus regem intueri liceat: quid amplius dubitãdum est, oraculum suum finem accepisse, quod ait: Et relinquetur terra à facie duorum regum, quos tu times à facie ipsorum, quibus in verbis, reges pro regnis nominati sunt. Siquidem Symmachus ita ait: Relinquetur terra, à qua tu mala pateris, à facie duorũ regum ipsius. Aquila verò: Relinquetur terra quam tu fastidis à facie duorum regũ ipsius. Theodotion quoque eodem interpretatus est modo: Relinquetur, inquit, terra quam tu abominaris à facie duorum regum ipsius. Cernis vt vaticinetur terram relinquendam esse sine rege? sed quam, tandem terram, nisi Damascenorum atque Israel? horũ enim duo reges erãt, de quibus hic sermo est. Quorum terram Achaz fastidiebat siue abominabatur laborans, siue mala patiens ab ea. Quando igitur quæso hoc factum est? his enim confectis, necesse est prorsus eam prophetiæ partem, de qua hic dictum est, ad exitum peruenisse, hoc est, Virginem, nobiscum Deum peperisse. Et sanè constat apud eos qui non indiligenter historias explorauerint, quemadmodum vsque ad tempora Saluatoris nostri Iesu Christi, reges Damasci à maioribus suis acceptum imperiũ tenuerint. Nam sanctus quoque Apostolus

Iudæorum elusio refutata.

Bona argumenta.

Narratio de obsidione Hierosolymæ tempore Isaiæ.

Reges pro regnis.

stolus Aretæ Damascenorum regis meminit, & Iudaicæ gentis ad illud vsque tempus, 1.Cor.11.
quamuis inordinatum & præter leges, regnum manebat. Non enim à genere Dauid aut
Herodes, aut qui post Herodem Saluatoris nostri temporibus extiterunt, regni suc-
cessionem ferebant. At verò post eius aduentum, póstque de Virgine nati Euangelicam in
omnes homines prædicationem, terra continuò à facie duorum regum relicta est. Nam ex
illo cum Romani omnium gētium imperium obtinuissent, solutus quidem est omnis per
singula loca, tam gentiū quàm ciuitatū principatus, finémque vnà cum multis aliis, etiam
ea quæ ad præsentem prophetiam pertinent, sortita sunt. Et hæc quidem ad verbum inter-
pretantibus dicta sint. Ad sensum verò in hunc modum dicatur, huius prophetiæ verba
omnis animæ quæ Deum hunc natū, ipsum, inquam, Emmanuel susceperit, stabiles, tran-
quillos, pacificos significare mores. Vno enim Christo, & eo quod ab ipso nunciatum est
B verbo, humanæ animæ imperium obtinente, priores eius hostes, duo impietatis modi fu-
gati sunt: vnus is, qui & simulacrorum cultum, & in multimodis opinionibus diuersita-
tem hominibus suggerebat: alter is, qui in moribus peruersitatem propagabat. Nam ij qui
dicti sunt corporales reges, horum notas & signa gestabant. E quibus vnus Damascenis
imperans, erroris, quo in simulacris colendis gentes tenebantur, erat imago: aliter verò
eorum qui ab Hierusalem defecerant, qui videlicet à Dei legitima adoratione deciderāt, Διάνοια
figuratè personam gerere videbantur. Quòd verò hæc ad sensum ex figura accipere opor- oraculi
teat, poterit quispiam etiam ex iis quæ sequuntur addiscere, vbi in diebus Emmanuel mu- Isaiæ.
scas quasdam atque apes Iudaicam gentem inuasuras, oraculum canit, alias quidem ab
Ægypto, alias autem ab Assyriis, capútque ac pedes, & barbam Dominum abrasurum,
hominem verò iuuencam boum & duas oues nutriturum: & alia quædam sub vnum at-
C que idem tempus futura quæ nullo modo ad verbum intelligi possunt, sed ad sensum dun-
taxat accipienda sunt. & hæc quidem in hunc modum se habent. Quòd autem ea quæ sic
scripta sunt, Saluatoris nostri Iesu Christi modum nascendi significauerint, ipse euangeli-
sta hoc pacto testificabitur scribens: *Iesu Christi autem generatio sic erat: Quum esset desponsata* Matth.1.
*mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph
autem vir eius quum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc au-
tem eo cogitante, ecce angelus Domini in somnis apparet ei, dicens: Ioseph fili* DAVID, *noli timere,
accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea genitum est, de spiritu sancto est. Pariet autem
filium, & vocabis nomen eius* IESVM. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis ipsorum.
Hoc autem totum factum est, vt impleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem:
Ecce, Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel, quod est interpre-
tatum, Nobiscum* DEVS. Sic sanè secundum nos ea quæ ad diuinam prædictionem pertinent,
D ex ipso rerum euentu comprobantur: quippe quum alia ratione nunquam præ se verita-
tem prophetia latura esse videatur. Post hæc autem, quæ'nam & quo futura esse dican-
tur, vel bona, vel mala in die illa, hoc est, quo tempore adueniet Emmanuel, hinc iam Beneficia
consideremus: *Sibilabit*, inquit, *Dominus muscis, quæ dominantur in parte fluminis Aegypti: &* Messiæ.
*api, quæ est in terra Assyriorum, & veniet & quiescent in conuallibus regionis, & foraminibus pe-
trarum, & in speluncis, & in omni scissura, & in omni ligno. In die illa radet Dominus in noua-
cula magna quæ mercede conducta est, vltra fluuium regis Assyriorum, caput & pilos pedum, &
barbam auferet: & erit in die illa, nutriet homo iuuencam boum, & duas oues, & erit ex eo quod plu-
rimum faciet lac, comedet butyrum: quoniam butyrū & mel comedet omnis qui relictus fuerit in ter-
ra: & erit in die illa, omnis locus vbicunque fuerint mille vites pro mille siclis, in terram incultā erunt,
& in spinam. Cum sagitta & arcu ingredientur illuc: quoniam terra inculta, & spina erit omnis ter-
E ra: & omnis mons qui aratur, arabitur. Non accedet illuc terror, erit enim à terra inculta & spina in
pascua ouis, & in conculcationem bouis.* Hæc tam multa futura in die Emmanuel, præsens
prophetia cōplexa est: quæ quali contēplatione scrutāda sit, iam experiri tempus est, ipsam
interim sententiam diuidentes: Sibilabit, inquit, Dominus muscis in die illa, quæ domi-
nantur in parte fluminis Aegypti: & api, quæ est in terra Assyriorum. Vbi virorum prius Musca &
simulacra adorantium animas; aut etiam quasdam & immundas & infestas potestates, apis quid
muscas arbitror nominari: & muscas Aegyptiacas, quæ sacrificiis & cruorib. simulacrorū significent.
gaudēt. Apis verò, est animal aculeo armatum, & quod regnādi, ac sub rege degēdi, bellā-
diq; scientiā habet, & vlcisci ac vulnerare aduersantes idoneū est. Hasce igitur in locū vnū
cōuenientes, alias quidē de regione eorū qui simulacra adorant, alias verò de terra guber-
nantiū (Assyrij enim ex interpretatione nominis gubernantes intelliguntur) iussu & quasi

Oo

sibilatione Domini & Dei rerum omnium, Iudææ vniuersæ, imperaturas, propter ipsius in Christum incredulitatem ait, In die Emmanuel. His autem verbis significat gentes externas & militares, habitaturas Hierusalem, & Iudæam terram. Quod quidem ipsum euidentioribus verbis Saluator noster cecinit, vbi ait: *Et Hierusalem conculcabitur à gentibus.* *Luc. 21.* Quod oraculum haud ita multò pòst illas Saluatoris nostri voces exitum inuenit, Romanis ipsam vrbem expugnantibus, illúcque diuersi generis viros collocantibus, & in loco statuentibus. Rursus idem Dominus abrasurus dicitur in regis Assyriorum nouacula, hoc est, castigatoria vi principis seculi huius, caput & pedes, & barbam, non alterius cuiuspiam quàm rursus Iudaicæ gentis, hoc est, ornamentum & gloriam ablaturus per eorum, qui vniuerso imperant, principatum. Hos autem non alios quàm Romanos esse innuit. Nomine enim Assyriorum, quodcunque per singula tempora gentibus impositū est regnum significari arbitror, propter ea quòd ex Hebraica lingua interpretantibus Assyrij gubernantes significant. Itaque nunc gubernantes Romani sunt. Nam re vera Deus vniuersi, Romanorum nouacula, hoc est, ciuili ac bellica vi omnem Iudaicæ gentis gloriam, in qua prius superbiebat, omnémque ipsorum fortitudinem, quæ per barbam, & pilos pedum significatur, abstulit. *Nouacula quid designet.* Neque enim alio vnquam tempore prius, quàm post Saluatoris nostri, hoc est, post ipsius Emmanuel ortum, omne illis ornamentum abstulit Deus per principatum Romanorum. Sed pro rege Assyriorum, Aquila quidem, In regno Assyriorum. Theodotion autem, In rege Assyriorum conuertit: itémque Symmachus, quæ quidem sic ostendunt, quod regis Assyriorum caput abradendum esse minetur oraculum, sed regis eius nouacula: atque in eo ipso rege Assyriorum, iis quæ in hac prophetia continentur afficiendam esse Iudaicam gentem. Hæc autem etiam ipso euentu comprobantur. Per ocium verò vnusquisque alia complura, si obseruauerit, apud prophetas inueniet, quasi de persona Assyriorum dicta, quæ nullo modo accōmodari Assyriis possunt: sed regno quod per singula tempora vniuersis gentibus dominetur. *Notandum quod Assyriis ea tribuunt Prophetæ, quæ in Monarchiis mundi fiunt & futura sunt.* Etenim iam etiam Persas apud Hebræos inuenimus Assyrios nominari. Quocirca nunc quoque putauimus principatum Romanorum hoc oraculo significari. Gubernare enim ipsum hunc, & eundem gubernari à Deo, post Saluatoris nostri aduentum cernimus. Nemo tamen suspicetur omnia nos dicere, quęcunque in diuinis libris de Assyriis leguntur, ad Romanos esse referenda. Fatuum enim id atque impudentiæ obnoxium. Sed quasdam esse propheticas voces, testimoniis quæ de Christo feruntur, implicitas, quas dicimus de Romanis per Assyriorum appellationem accipiēdas ex nominis interpretatione. Quòd semper regnum illud quod per singula tempora gentibus impositum est, præsentat, quemadmodum suo tempore demonstrabimus. Atque ego quidem, dum huius expositionis rationem mecū inquiro, arbitror ob nihil aliud oracula prophetica non commemorare nominatim Romanos quàm quòd Romanis regnātibus, Saluatoris nostri doctrina in omnes homines suum lumen erat missura: & scripturæ propheticæ in ipsa Romanorum vrbe, & in omnibus gentibus Romano imperio subiectis publicandæ, ne igitur iis qui imperium obtinebāt vlla oboriretur offensio, si de ipsis apertissimè scriptum esset, sermonis adhibita est in oraculis obscuritas, quum quidem in aliis pluribus tum verò in Danielis visionibus, quemadmodum in hac quoq; quæ nunc in manibus est, prophetia: quæ cum Assyrios appellet, gubernantes intelligit. Horum ergo nouacula, vniuersum Iudaicæ gentis ornamentum, post ipsius Emmanuel ortum abradendum, hoc est abolendum canit. Præterea in ea die de qua dictum est, ipsius inquam Emmanuel, quæ est dies aduentus Christi, nutriet, inquit, homo iuuēcam boum, & duas oues, & erit ex eo quod plurimum faciet lac: butyrum & mel comedet omnis qui relictus fuerit in terra. In quibus verbis sanè, dixerit aliquis, Iudaici populi famem paupertatémque immensam significari: quippe qui neque triticeo, naturalíque cibo sit abundaturus, ex eo quòd neque terram arabit, neque seminabit, neque metet, neque greges ouiū, neque boum armenta possessurus, sed habiturus duas oues & iuuencam vnam, quibus lac sibiipsi suppeditet. aut aliter, figuratè loquens, eum qui in terra relictus sit, significare dixerit ex Iudæis qui in Saluatorem ac Dominum nostrum crediderint: apostolorum atque euangelistarum chorum, è quibus vnusquisque, quum secundum electionem gratiæ relictus sit, & ob id, relictus in terra nominatus, iuuencam boum & duas oues dicitur nutriturus, ternos videlicet per singulas ecclesias ordines: vnum quidem eorum qui præsint, duos autem eorum qui subiecti sint: quum ecclesia Christi, populus in duos ordines sit diuisus, *Ecclesiæ duo ordines.* in eorum qui credunt, & eorum qui nondum ad lauacri regenerationem assumpti sint, ad

quos

quos etiam diuinus Apostolus ait: *Lac vobis potum dedi, non escam.* Eos verò qui iam tum in 1. Cor. 3.
habitu perfectiore constiterint, iuuencam boum meritò appellat, quippe qui perfectiorũ
boum fœtus sint, cuiusmodi ipse fuit Apostolus, qui de seipso atque iis qui simili modo vt
ipse laborant, ita ait: *Nunquid de bobus cura est* DEO? *an propter vos omnino dicit?* Erit autem om- 1. Cor. 9.
nis quoque ordo eorum qui ecclesiæ præsunt, quibúsque arandi & colendi animas homi-
num cura mandata est iuuenca boum nomine significatus: quippe qui apostolicorum ri-
tuum ac præceptorum fœdus existat: quíque etiam in virtute vsque adeò incrementum
accepturus dicitur, vt ex fœtus multiplicitate, tantum genitalis rationalísque lactis intro-
ductoriis doctrinis sit suffecturus, vt ex eo innumerabiles alij nutriendi sint. Porrò quũ hęc
iis qui in terra relicti fuerint, futurarum essent, aliud quiddam in die illa, tẽpore videlicet
aduentus Emmanuel euenturũ prædicit. Quid autẽ hoc? *Omnis*, inquit, *locus Iudaici populi,*
B *in quo erãt mille vites pro mille siclis, in terram incultam erit, & in spinam. Nam cum sagitta & arcu*
ingredientur illuc (constat verò hoc dici de hostibus) *quoniam terra inculta & spina erit omnis*
terra. Et sanè specta, quàm multa in die Emmanuel, dico autem quo tempore rationale lu-
men est oriturum, quod per Saluatorem nostrum in omnes homines emicabit, Iudaicæ
genti euentura oraculum canat. Immũdas enim atque hostiles potestates, quæ quondam
inter gentes efficaciam suam exercebant & in Ægypto, & in regione Assyriorum Domi-
no sibilante, & quasi impellente, atque adhortante eas regionem ipsorum inuasuras ait,
propterea quòd talibus digna euaserit, easdemque potestates quieturas in conuallibus &
foraminibus petrarum, & in speluncis, & in omni scissura ipsorum. Ad sensum quidem in
animis ipsorum & in ipsis corporis sensibus & cogitationibus & discissis ipsorũ mentibus:
ad verbum autem (quod quidem in promptu est) per totam ipsorũ regionẽ. Quod ipsum
C sanè quis non admiretur, quum oculis cernat inimicos ipsorum omnem Iudeæ locum oc-
cupasse, & externos, simulacrorúmque cultores homines, in cunctis ipsorum ciuitatibus
& regionibus quieuisse? non igitur his solis eos esse afficiendos ait oraculum, sed etiam no-
uacula eius Assyriorum regis, quem nos intelligimus, & caput eorum, & pilos pedum, &
barbam, omnem videlicet, quo ipsi quondam affecti erant, ornatum abradendum. Sub *Penuria spiritualis*
eandem verò diem hanc & sub idem tempus ad extremam ipsos diuitiarũ Dei penuriam
minatur esse redigendos, vsque adeò vt & pane rationali, & solido, spiritualíq; cibo sint ca-
rituri: satísq; habituri, si lacte, hoc est puerili introductorióq; sermone nutriãtur. Ad hæc,
vites ipsorum in terram incultam fore. Postquam enim (vt ipse propheta ait) agricola idem *Isa. 5.*
& eorũ dominus expectauit, dum vinea vuam ferret, eáq; protulit spinas, & vociferationẽ
quandam, non autem iustitiã: quocirca etiam sepem eis auferens, & parietem euertens, ad
D terram incultam vineam redacturum se affirmat, & eam inimicis traditurũ: quos cum sa-
gitta & arcu illuc ait ingressuros, vbi à Deo, qui eos nõ iniuria, sed iure optimo tradiderit,
acceperint potestatẽ, eò quòd terra inculta & spina omnis ipsorũ terra facta sit: propterea,
inquã, quod ad terram incultã & spinam ipsi se ipsos redegerunt) ingredientur, inquit illuc
cum sagitta & arcu, qui cõtra ipsos potestatẽ acceperint. Cęterùm noli quęso mirari, si hęc
quoq; adumbratè, & per figuras obscurissimas reddita sunt. Iam enim prius dispensationis *Cur tam obscurè mala Iudæis sint denunciata.*
huiusmodi causa dicta est, quod vtique oraculũ voluerit extremum Iudaicæ gentis occul-
tare interitum, vt apud eam scriptura ad nostrũ ipsarum gentium profectũ, vtilitatémque
seruaretur. Nam si ipsis quidem palàm interitũ, gentibus autem bona prophetiæ pollicitæ
essent, ac prædixissent, nemo apud Iudæos earum studiosus fuisset, sed eas tanquã ipsi con-
trarias atq; inimicas deleuissent: atque ita nobis qui de gentibus profecti sumus, neutiquã
licuisset prophetarum de Saluatore nostro, ac de nobis ipsis testimoniis vti. Cęterùm cum
E tam multa in die Emmanuel Iudaicæ genti secundũ alteram interpretationẽ euentura es-
sent, eorũ qui ex ipsis relinquendi sint, paucitas quædã futura dicitur, de qua ait APOSTOLUS,
Reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Ex hac autẽ paucitate qui fuerit, nutriet,
inquit, iuuencã boum, & duas oues: & ex eo quod plurimũ faciet lac, butyrũ, & mel come-
det. Talis autẽ à nobis in secũda expositione omnis apostolicus discipulorũ Saluatoris no- *Rom. 11.*
stri Iesu Christi chorus demõstratus est. Sed quemadmodũ hic qui relictus sit, talis futurus
ex prophetia declaratur: ita postquã vniuersa Iudaicæ gẽtis regio, & vinea eiusdẽ, in terrã *Viñea Domini Sabaoth spinis obducta.*
incultam & spinam commutata fuerit, & propterea hostibus tradita: rursus ex altera parte
omnis mons qui aratur, arandus esse ab eadẽ prophetia prædicitur. Arbitror autẽ Saluato-
ris nostri Iesu Christi ecclesiam modò significari de qua ipse ait: *Non potest ciuitas abscondi* *Matth. 5.*
supra montem posita. Quod enim in ecclesia publicis actionibus elatum & sublime &

ad ſuperna tendens ſit, montem arbitror his verbis appellari. Hunc igitur montem qui ara-
tur, aratum iri ait, ita quidem vt illuc terror acceſſurus non ſit: quin potius vſque adeò à
priore ſolitudine, & terra inculta & ſpina commutandum, vt idoneus futurus ſit qui eua-
det in paſcua ouis & conculcationem bouis. Ea ſanè ratione colligere poſſumus, quemad-
modum Chriſti eccleſia, quæ olim erat terra inculta & ſpina, ad tantam commutationem
per ipſius gratiam peruenerit, vt herbam rationalis fertilitatis & pabulum opportunum,
vſque adeò protulerit, vt & ouibus ſimiles & ſimpliciores ea frui poſſint: & qui ad habi-
tum perfectiorem peruenerint, qui boues appellantur, eandem arare & colere, eo ſanè
modo quo diuinum Apoſtolum docentem oſtendimus, vbi ait: *Nunquid de duobus cura eſt*
1.Cor.9. *Deo? an propter vos omnino dicit? Propter vos enim ſcripta ſunt, quoniam debet qui arat, in ſpe arare:*
& qui triturat, in ſpe participare. Itaque olim deſerta incultúque erat terra: poſt Chriſti ad-
uentum commutata eſt, vt quos eo modo boues intelleximus, iis conuenientis aptæque B
agricolationis vſum idoneum præbeat. Attende verò, quonam modo ſub vno eodémque
ſenſu ortus de Virgine canitur. Et pariter, inquit oraculum, quæ olim fertilis terra, & quæ
prius mille ſiclorum erat, in terram occultam erit, & in ſpinam, omníſque eorum terra,
propterea quòd futura ſit in ſpinam & terram incultam, tradetur iis qui cum ſagitta & ar-
cu accedent. Contrarium verò patietur omnis mons: nam à priore inculta terra & ſpina
mutabitur in paſcua ouis, & conculcationem bouis, itaque ipſe qui aratur arabitur, neque
illuc terror adueniet. Quibus verbis planè arbitror ſignificari Saluatoris noſtri ortum de
Virgine, & quæ poſthac ſimul atque aceruatim & Iudæis & reliquis gentibus euentura
erat: ſiquidem vtriuſque ordinis mutationem in contrarium prophetia demonſtrat: Iu-
daicæ quidem gentis à meliore in peius: collectæ autem de gentibus eccleſiæ, à priore ſte-
rilitate ac ſolitudine in fertilitatem ſecundum Deum. Quæ quidem dum ſub vnum & C
idem tempus quo Emmanuel adueniet, abſoluenda canuntur, oraculi veritatem euentus
comprobauit. Non enim aliàs quam poſt Saluatoris noſtri aduentum, finem accepiſſe de-
monſtrantur, tum ex iis rebus quæ planè de Iudæis dictæ ſunt, tum ex ipſa quæ de gẽtibus
collecta eſt Eccleſia. Nam ſi poſt aduentum Saluatoris noſtri, ipſius inquam Ieſu Chriſti,
regnum ac principatus apud Iudæos & apud Damaſcenos eſſe non deſiiſſet: & niſi ante
oculos noſtros nobis ipſis intueri liceret relictam ab illis terram, & ab externis ac ſimula-
crorum cultricibus nationibus habitatam: præterea, ſi non in terram incultam & ſpinam,
omne quodcunque olim venerabiliſſimum ſacri apud illos ſanctuarij decus habebatur,
commutatum eſſet: & niſi cultores ſimulacrorum, impuriſſimi homines, illorúmque ho-
ſtes cum ſagitta & arcu inuadentes, & ab ipſo Domino impulſi ab externis regionibus ve-
niſſent & in ipſorum terris quieuiſſent, omnémque locum omnémque ciuitatem ipſo-
rum occupaſſent. rurſus, niſi à terra inculta & ſpina, & ab ea quæ prius erat colendi negli- D
gentia, per Saluatoris noſtri doctrinam commutatæ omnes quæcunque in ipſum credi-
derunt gentes, religioſam & ſecundum Deum rationalem fertilitatem cultúmque acce-
piſſent: ad hæc, niſi oculis Chriſtum intuiti, non credidiſſent, & niſi docentem audiuiſ-
ſent, auditúmque reſpuiſſent, & niſi reliqua quæ in eadem prophetia continentur, poſt
tempora Ieſu Saluatoris noſtri exitum ſortita eſſe oſtenderentur: ſanè non ipſe eſſet ha-
bendus, quem prophetæ intelligunt. Sed ſi cuiuis vel cæco, vt aiunt, perſpicua oraculorum
euenta exiſtunt, quæ quidem non alias quam poſt tempora aduentus illius completa ſunt,
quid amplius opus eſt de illius ortu ex Virgine dubitare? ac non potiùs benigna quadam
ratiocinatione, ex iis quæ adhuc cernuntur quæ tandem ſunt, niſi Iudæorum in illum in-
credulitas? (quæ planiſſimè ſecundum ipſum oraculum complètur, quod ait: Auditu au-
Iſaiæ 6. dietis, & non intelligetis: & intuentes intuebimini, & non videbitis: craſſum enim factum
eſt cor populi huius) & ipſius Hieruſalem obſidio? & priſci illius ſanctuarij extrema ſolitu- E
do? & externarum gentium, quę ſtimulis, hoc eſt aſperioribus imperiis ipſos in ſeruitutem
redigunt, in ipſorum terra habitatio? (huc enim ſignificant muſcarum atque apum ex ani-
ma exempla) & denique ipſarum gentium à priore ſolitudine ad culturam ſecundum
Stimulus Deum commutatio? hæc igitur quæ oculis cernuntur, quis non admiretur atque obſtu-
aſperum peſcat? quis porrò non verè diuinum fateatur vaticinium? cum audiat ante totos mille an-
imperium. nos apud maiores hæc in libris ipſorum contineri & verſari? quæ tamen non alias ad fi-
nem peruenerint, quàm poſt Saluatoris noſtri aduentum? Quòd ſi admirabilis eſt prædi-
ctio, itémque admirabilior & ſupra omnem rationem ipſius prædictionis euentus, quid
amplius dubitare opus eſt, vtrum primus eius de quo prophetæ loquuntur acceſſus, ad-
mirabilem

mirabilem & supra omnem nominis naturam sui ortus constitutionem sortitus sit,
A quando reliquorum miraculorum euidentia, quæ illius ortu haudquaquam minor est, cogit etiam aliorum quæ circa illum gesta sunt accipere testimonium? Cæterùm, ordine deinceps his quæ dicta sunt post, illud, In pascua ouis, & conculcationem bouis: adnexa est altera quædam prædictio cognata eius quæ exposita est, quæ quidē ab eo loco incipit, *Et dixit Dominus ad me, Sume tibi librum*: quam etiam ipsam tempus iam est vt exponamus, & contemplemur.

Demonstratio II.

ET dixit Dominus ad me: Accipe tibiipsi librum nouum grandem, & scribe in eo stylo hominis, vt celeriter direptionem facias spoliorum: adest enim & testes mihi facito fideles homines, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Et accessi ad prophetissam, & in vtero accepit, & peperit filium: & dixit Dominus ad me, Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere: citò prædare, quia antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet potestatem Damasci, & spolia Samariæ corā rege Assyriorum. Isaia.8.
B Continuatur cum superiore prophetia hæc: Quæ enim illic virgo, nobiscum Deum parere dicitur, prophetissa in præsenti nominata est. Sed cum quæstio orietur, vnde nam esset conceptura quæ virum experta non esset, ipsum hoc de quo quæritur, nunc oraculum docet: Et accessi, inquit, ad prophetissam, & in vtero accepit, & peperit filium. Est autē id intelligendum de spiritu sancto, & quo afflatus propheta diuinabat. Ipse enim sanctus spiritus se accessisse ad prophetissam fatetur, quod quidem ipsum plane completum est in Saluatoris nostri Iesu Christi ortu, quo tempore *missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomē Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, de domo & familia Dauid, ad quam dixit: Aue gratia, Dominus tecum: benidicta tu in mulieribus.* Et rursus: *Ne timeas, inuenisti enim gratiam apud Deum, & ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.* Et cum dixisset Maria, *Quomodo erit istud, quoniam virum non cognosco?* respondit: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideóque quod gignitur, sanctum vocabitur, filius Dei.* Et in superiore quidem prophetia in ortu ipsius Emanuël, priusquā sciret puer bonum aut malum, dicebatur, relinquēdam esse terram ab obsidentibus eam duobus regibus, vno quidem Samariæ, altero autem Damasci: in præsenti verò, priusquam sciat vocare patrem, aut matrem, puerū acceptu-rum potestatē Damasci, & spolia Samariæ, quarū prius abolēdos esse reges in ortu ipsius Emmanuël cecinit. Et ad verbū quidē in diebus Achaz regis Iuda & ipsius prophetæ Esaiæ, duo reges ex composito, eos qui successoribus Dauid parebant, obsederunt, sicut etiam prius ostensum est: alter quidem Damasci, gentium simulacra adorantium rex: alter verò Iudaicę multitudinis, in ea Palestinæ ciuitate, quæ tunc quidem vocabatur Samaria, nunc autem à nostris, Sebaste nominatur, de quibus Deus per prophetam ad Achaz dixit: *Ne timeas, neque anima tua lāgueat à duobus lignis, à torribus his fumigantibus*, & cum interitum virorum cōtinuò, neque multo post futurum dixisset, deinceps canit, quemadmodum in nobiscum futuri Dei ortu penitus amborum extinguetur & dissoluetur regnum. Ostendimus autem ab historia quemadmodum vsque ad tempora aduentus Saluatoris nostri Iesu Christi, vtrúmque & Iudæorum & Damascenorum permanserit regnū. Postquam verò ille ad omnes homines aduenit, sicut oraculum ipsum prædixerat, defecerunt, quo tempore imperium Romanorum vnà cum Saluatoris nostri publicatione inualuit. Et hæc ad verbum cum cecinisset oraculum, transiuit ad sensum & intelligentiam, & ad vniuersalem maioris spiritus in contemplando expositionē. Et cum duos ordines hostium atque inimicorum inuisibilium, hoc est malorum dæmonum instituisset, qui omne hominum genus variis modis oppugnant: vnum quidem eorum qui & vndíque & semper inter homines cultus simulacrorum, & in opinionibus falsas sententias generant atque efficiunt, alterum verò eorum qui in moribus animarū perditionem atque interitum moliuntur: qúmque erroris in simulacris colendis imaginē ferre ostendisset eum qui Damasci imperaret: eius verò per quem homines à temperāti sanóque victu deducuntur, figuram esse eum qui Samariæ: non prius ait terram ab hisce leberandam (sic vtique vocans homines in terra habitantes) quàm in terra cōspiciatur Emmanuel Deus, vbi autem hic illuxèrit, & in hominis anima regnauerit, nemi-nē posthac superfuturū eorū qui antea ipsam possidebāt. Sic sanè etiā hoc in loco dictū

Luc.1.

Samaria Eusebij tēpore vocatā Sebaste.

Quid per potestatem Damasci & spolia Samariæ propheta velit.

C D E

esse illud, *Accipiet potestatem Damasci, & spolia Samariæ:* vtpote cum Saluatoris nostri Iesu
Christi vis aceruatim euersura esset, cũctos inuisibiles nobis hostes, qui iampridem his
quæ superius dictæ sunt, à Deo alienis & noxiis operationibus vniuersos homines ob-
sidebant, necnon rursus si ad verbum interpreteris, videas protinus in ortu atque aduẽ-
tu Saluatoris nostri, Damasci potẽtiam euersam, & spolia Samariæ sublata, hoc est earũ
regna, quæ vsque ad tempora de quibus dictum est, durauerint, ex illo ad hũc vsque diẽ,
Math. 2. Magi.
vt ab oraculis prædictum est, defecerunt. Quidam verò etiam aliter dicunt, magos qui
ab Oriente venerunt, & Christum qui puer adhuc erat, adorauerũt, hos ipsos esse pote-
statem Damasci. Potes etiam magis in vniuersum dicere, omnes quicúnque alienam à
Deo multitudiníque deorum addictã simulacrorum culturam aspernati sunt, & Christi
verbo seipsos addixerunt, præsertim si in verbo & sapientia seculi huius potẽtes sint, eos
ipsos esse qui Damasci potentia nominentur. Et eodẽ sensu etiã spolia Samarię accipies, B
de Iudaica gente assumptos Saluatoris nostri discipulos & Apostolos, quos quasi de
hostibus ad circumcisionem spectantibus, qui aduersum se militauerint, præde instar
sibiipsi subiiciens, contra Asyriorum regem armauit, quãdoquidẽ sic rursus per figu-
ram, seculi huius princeps significatur. At verò quoniam illud ante regem Assyriorum,
manifestius Aquila reddidit, vbi sic ait, In faciẽ regis Assyriorũ: vide ne fortè in his ver-
Interpretatio nominis Assur.
bis Romanorum imperium significet: siquidem ex iis quæ paulo antè à nobis exposita
sunt, Assyrij sermone nostro, & qui dirigunt, & qui diriguntur intelligi solẽt. Quoniam
igitur oraculo quod nunc de Saluatore nostro redditur, etiam rex Assyriorum implici-
tus est, meritò hic quoque à nobis Romanorum imperium acceptũ est: quippe quod ad
subiiciendas gentes ab ipso Deo dirigatur. Ergo qui nascitur puer accepturus potẽtiam
Damasci, & spolia Samariæ, & traditurus in faciem Assyriorum, & in oculis eorũ qui à C
Deo diriguntur canitur, atque hæc ipsa in ortu suo facturus vi quadã diuina atque ineffa-
bili, cui quidẽ adhuc in puerili corpore constitutus, tanta inter homines dispensatione
Liber in quo scribere monetur Isaias nouum testamẽtum est.
fungetur. Omnia verò hæc propheta in nouo & grandi libro stylo & scripturæ hominis
tradere iubetur: hoc enim sermone nouum significatur Testamentum. Assumit autem
eorum quę dicta sunt tęstes. sacerdotem & prophetã, oraculo docente, fore opus in de-
monstrationibus de Christo tum à sacerdotio quod in lege cõtinetur, tũ à prophetis qui
postea fuerũt, accipere testimonia: & alioqui fideles vult esse testes, eos qui pueri de quo
Nominis Vriæ interpretatio.
agitur inspecturi sint ortũ, vt ea quæ in ipsa prophetia cõtinẽtur intelligere possint. Su-
pra enim dicebatur, Si non credideritis, nõ intelligetis. Et alterũ quidẽ lumẽ Dei habe-
re: id enim Vrias ex interpretatione significat: alterum verò, qui benedictionis sit filius,
Dei in seipso memoriã ferre: id enim sibi vult Barachiæ Zacharias. Hæc igitur nos in fi- D
guras coniecimus. Si quis autẽ ex Iudæis hæc nolit sic se habere, is quæso nobis ostẽdat,
quis vnquã apud ipsos Emmanuël fuerit, & quomodo propheta ad prophetissã acces-
serit, & quæ tandẽ ea sit, & quomodo euestigio conceperit, & quisnã iste ex prophetissa
natus filius, cui nomen ipse Dominus imposuerit, celeriter detrahe spolia, citò præda-
re, & quænam sit causa huiusce, eius quid natus sit, appellationis. Ostendãt prætetea il-
lud qui sit, prius quàm sciat puer vocare patrem aut matrẽ, potestatem accepisse Damas-
ci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Nos enim ista & ad verbum, & figuratè ac-
cipientes, iã nunc cõpleta esse demõstramus in ortu Saluatoris nostri: quippe qui illud i-
tem ostenderimus aliàs quidem ad verbũ, & secundũ eã sentẽtiã quæ in prõptu sit: aliàs
verò figuratè oportere in ipsas prophetias incumbere. Continuò námque post eas quæ
Isay. ibi.
antea dictæ sunt voces, per obscuriores quasdam figuras adiungitur: *Et adiecit Dominus* E
loqui ad me adhuc, eo quòd nolit populus iste aquam Siloam, quæ vadit cum silentio: sed velit habere,
Rhaasim, & filium Rhomeliæ, idcirco ecce Dominus adducet super vos aquã fluminis fortem & mul-
tam, regem Assyriorum, & gloriam eius: & ascẽdet super omnem cõuallem vestrã, & ambulabit super
omnem murũ vestrum, & auferet de Iudæa hominem qui posit caput tollere, aut qui idoneus sit cõsu-
mere aliquid. Et erũt castra eius ita, vt impleant latitudinem regionis tuæ nobiscum Deus. Cognoscite
gentes, & vincimini, exaudite vsque ad extremum terræ. Planissimè enim hæc nulla alia ratio-
Aqua Siloe euangelica doctrina.
ne, quam ex figura, & immutatione, conuersionéque sermonis sententiam seruant: si-
gnificant námque per aquam Siloã quæ vadit cum silentio, euangelicam salutaris ver-
bi doctrinam: nam ex interpretatione, Syloam dicitur missus. Porrò hic quisnam alius,
Gen. 49.
sit, nisi qui à patre ad nos missus est Deus verbum? de quo etiam Moses ait: *Non deficiet*
princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio
gentium

A gentiũ. Pro illo enim, Cui repositum est in Hebraico habetur Siloã, eũ videlicet qui hic habetur Siloam, hoc est missum, etiam illic significãte oraculo. Porrò Rhaasim rex fuit earũ gentiũ, quæ simulacra Damasci colebant, sicut Rhomeliæ filius eius Iudaicæ gẽtis, quæ in Samaria patriã religionẽ deseruerat. Minatur ergo Deus iis qui Soloam, hoc est, missum Emmanuël, & eũ qui ex muliere prophetica natus sit, filiũ, potabiléque ac fœcundum eius verbum non susceperint, sed illud quamuis mansuetè & cum silentio feratur, recusauerint, & contra seipsos aut gentiũ simulacra colentiũ, aut populi Dei defectionis principem optauerint, se inducturũ aquam fluminis fortem & multã: quam sanè aquã, ipsum prophetiæ oraculũ interpretatur dicens, ipsam esse, regẽ Assyriorum. Sic enim rursus secundum sententiam, aut significat principem seculi huius: aut quod nunc rerum potitur, Romanorum imperium: cui imperio traditi sunt qui eam de qua dictũ B est, aquã Siloã, quæ cum silentio vadit, recusauerunt, aduersariis autẽ atque hostibus rectæ rationis sententiis atque opinionibus seipsos subiecerũt. E uestigio enim, neque ita post multũ tẽpus in eos qui Saluatoris nostri Euangeliũ non susceperant, sed potũ Siloam qui labitur cum silentio recusauerant, Romanorũ ab ipso Deo directus exercitus, facto impetu penetrauit in omnẽ conuallem ipsorũ, & ambulauit super omnem murum ipsorum, & abstulit de Iudæa hominem qui posset caput tollere, aut qui idoneus esset cõsummare aliquid: & facta sunt eius castra adeò magna, vt vniuersæ Iudeæ latitudinem impleuerint. Et hoc quidem cur ita ad verbũ contra illos completũ sit, si vis discere, audi iam. Nempe quoniam ille Deus Emmanuël qui de virgine natus est, nobiscũ fuit, non cum illis: nam si illum habuissent, nunquam talia passi essent. Quapropter iam deinceps oraculum ad gentes inclamat ipsum Emmanuel, dicens: *Nobiscum Deus, cognoscite gentes,* C *& vincimini.* Et hæc quidem nos hoc modo interpretati sumus, vt ostenderemus quemadmodum nunc quidem ad verbum, nunc autem per obscuriones figuras maximam prophetiarum partem intelligere oportet: cæterùm iam inde abeuntes, conuenit etiam id quod de eadem prophetia superest, simili ratione contemplari. Quòd si etiam nunc Iudæi hæc alio quodam tempore futura esse dicant, vtpote cum ea ex scripto duntaxat, atque ad verbum, de eo qui ab ipsis adhuc expectatur Christo accipere soleant: interrogandi sunt protinus, quomodo qui venturus est, vt ipsi aiunt potestatẽ Damasci, & spolia Samariæ accipiet coram rege Assyriorum, cum in præsenti tẽpore Samaria sublata sit, neque amplius existat: & ea quæ potestas Damasci nominatur, nusquã appareat: neq; item potentia Assyriorum, quam quidem cum Medi ac Persæ euertissent, in eius locũ iam pridem successerunt? quæ simul omnia cum sui ipsorum, hoc ipso tempore vix exiD guum quoddam vestigium demonstrent, quo possimus, ea fuisse aliquando, coniicere, qui tandem fieri potest, vt in futurum tempus eorum expectetur euersio? atqui ne antea quidem vllo vnquam tempore facta esse ea, quæ in huiusmodi prophetia continentur, dicere vllo modo possunt. Nullus certè vnquam apud Hebræos, ex prophetica matre & Isaia propheta natus, spolia Samariæ & potestatem Damasci, exercitu contra regem Assyriorum comparato (vt eam sententiam sequamur quæ à verbis non recedit) accepisse memoratur. Omni itaque ratione fateri cogimur, ea tantummodo secundum superius redditam à nobis sententiam completa esse, hoc est, nusquam aliàs quàm post aduentum Iesu Saluatoris nostri, quo tempore demonstrauimus ea quæ hoc modo prædicta sunt, finẽ accepisse. Ergo in huius aduentu, sicut in ipsa prophetia continetur, scriptus est nouus liber, noui vtique testamenti verba complectens, & in his ortus propheE ticæ mulieris filij, qui secundum verba prophetiæ, & Damasci & Syriæ vniuersæ regalem potẽtiam, & quæ nos interpretati sumus, spolia Samariæ, ineffabili quadam diuináque virtute in manus regũ Romanorũ tradidit, verũtamen sentẽtiã quoque sequẽtibus suos idem de Iudæis discipulos, quasi spolia quædam adeptus, intelligibilibus rationalibúsque armis munitos, in faciẽ eius de quo dictum est regis Assyriorum, cõstituit, atque hos tanquã suos proprios scrutatus milites comparuit. Attamen eos qui fœcundã vitalémque doctrinæ suæ aquã, quæ cum silentio labitur recusauerint, & hostiles deóque inimicas partes elegerint, regi assyriorum tradidit, cui quidem etiã nũc addicti seruiunt. Ascendit igitur hic super omnem conuallem ipsorum, & super omnem murum ipsorũ, & abstulit de Iudæa omnem principem ac regem, qui hoc in loco caput nominatur: & omnem potentem, qui aliquid conficeret. Itaque ex illo in hunc vsque diem illi neque vllum caput habent, neque aliquem in diuinis potentem, qualis quondã erat, qui illis

Rhaasim quis fuit.

Causæ calamitatum Iudaicarũ.

Canon de Prophetarum oraculis rectè intelligendis.

Noui Testamẽti liber.

ornamentum de cúsque addebat, siue propheta, siue alioqui iustus Deóque amicus vir. Constat autem illud quoque quemadmodum omnis ipsorum regio inimicis hostibúsque ipsorum subiecta, in hũc vsque diem vexetur, & hæc vniuersa, in ipsius Emmanuël aduentu suum finem sortita sint. Hoc ipsum sanè Hebræorum scripta continent, quæ propemodum significant, ipsum Emmanuël, cui credere noluerunt Iudæi autorem illis tantarum calamitatum extitisse, nobis autem gentibus quæ illi credidimus, & salutem & Dei notitiam, vt iam demonstratum est, attulisse. Quare deinceps adiungitur: *Nobiscum Deus, cognoscite gentes & vincimini.* Siquidem nos ex gentibus victi sumus reuera, qui ipsi veritati, & stantis nobiscum Dei virtuti cedentes, in illum credidimus, cedentésque eidẽ paruimus omnes pariter, quicunque vsque ad extrema terræ habitamus, vt in prophetia scriptum est, quæ ait: *Exaudite vsque ad extremum terræ*, & nos quidem, & victi sumus, & vocanti obtemperauimus. Ad eos verò qui de ipsis gentibus non crediderint, ea B dirigit quæ sequuntur, dicens: *Qui fortes fuistis, vincimini: Si enim rursus fortes fueritis, rursus vincemini: & quamcunque rationem inieritis, non manebit in vobis: quoniam nobiscum Deus. Sic dicit Dominus forti manui non credentibus.* Quibus verbis oraculum ad eos, qui iugum detrectant & doctrinæ Christi resistunt, & potenti ipsius manui non cedunt, planissimè vaticinatur, quod futurum sit vt ne valeant quidem oppugnare nobiscum Deũ, quãuis experiantur: & quod omne quodcúnque aduersum nos cõminiscentur, ipsis non cõstiturum sit, propterea quod nobiscum sit Emmanuël. Et hanc quidem sententiam facilè est, vt ij attendãt, eíque assentiantur, qui minas aduersum nos & principum per singula tempora insolentias atque impetus animaduerterint, atque vt incassum eis omnium minarum euenta propter nobiscum Deum euaserint.

Christus incredulis offendiculũ, fidelibus verò salus.

Demonstratio. III. C

Isa.8. et. 5.

VEtus translatio habet: *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon* &c. *Hoc primum, bibe, citò fac, regio Zabulo, & terra Nephinasim, & reliqui qui maritimã habitant trans Iordanẽ, Galilæa gentium populus sedens in tenebris, videt lucem magnam, sedentibus in regione & vmbra mortis, lux exorta est eis*, & quæ sequũtur, quib. adiũgit: *Quemadmodũ omnẽ vestẽ congregatam dolo, & indumẽtũ, cũ cõciliatione soluturi sunt, & volẽt si fuerint igne combusti. Quoniam puerulus natus est nobis. & filius datus est nobis: cuius imperium super humerũ ipsius: & vocatur nomen eius, magni cõsilij angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potentiã habens, princeps pacis, pater futuri seculi. Adducam enim pacẽ super principes, & sanitatẽ ei magnũ imperiũ eius, & pacis eius non est finis. super solium Dauid & regnum eius vt dirigat illud, & suscipiat in iudicio & iustitia ex hoc tempore et* D *vsque in seculum, zelus Domini Sabaoth faciet hæc.* Iam nunc tertio puerum hũc propheta cõmemorat, quæ eandem rem variis modis significat. Quoniam igitur nunc propositũ nobis est, aduentus Dei ad homines modum ostẽdere, vide quæso hic quàm multis modis demonstretur. Primò quidem dictus est Emmanuel Deus, qui de virgine nasceretur. Secundò ex prophetica muliere & spiritu sancto puerulus, qui nõ alius est quàm is de quo iam diximus. Tertio de quo nunc agimus, qui cum prioribus vnus est atque idẽ. Huic igitur est nomen dicitur, vt legitur apud Septuaginta, magni consilij angelus, & vt quidam codices habent, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potentiam habens, princeps pacis, pater futuri seculi. Vt verò est in Hebraico, sicut Aquila testificatur: Quoniam puerulus natus est nobis, filius datus est nobis, & facta est mensura super humerum eius, & vocatũ est nomen eius, admirabilis, consiliarius, fortis, potẽs, pater, etiã princeps pa- E cis, & pacis eius non est finis. Sicut autem Symmachus: Adolescentibus enim datus est nobis, filius datus est nobis, & erit disciplina eius super humerũ eius, & vocabitur nomẽ eius admirabilis, consiliarius, fortis, potẽs, pater seculi, princeps pacis, & pacis eius nõ est finis. Ergo non simpliciter angelus secundũ ipsos Septuaginta, sed magni consilij angelus, & admirabilis consiliarius, & Deus fortis, & potentiam habens, & princeps pacis, & pater futuri seculi oriturus aliquando, & puerulus futurus, iis verbis canebatur. Habes etiam in iis quæ prius dicta sunt, Dei verbum, & Deum & Dominum diuersis modis appellatum, & pariter eundem angelum patris nominatum, & primum imperatorẽ copiarum Domini. Sed quis tandem hic sit? secũdum Aquilam quidem, & secundum ea quæ etiam nunc apud Hebræos ferũtur testimonia, qui inter homines nascetur, & puerulus existet, admirabilísque consiliarius, & fortis, & potens, & pater etiam, & princeps pacis,

Expositio verborum Isaiæ.

Diuersitas interpretum.

A pacis, cuius pacis nunquam ait futurum finem. Secundum Symmachum autem, admirabilitas, consiliarius, fortis, potens, pater seculi, princeps pacis, & pacis infinitæ atque interminatæ. At sicut Theodotion voluit, admirabiliter consulens, fortis, potens, pater, princeps pacis, ad multiplicandam disciplinam, cuius pacis non est finis. Cæterùm, quæ sequuntur, tibiipsi contemplanda relinquo: hoc vnum duntaxat adnotasse contẽtus, quod ipse hic, qui dicitur pater seculi, & infinitæ pacis princeps, magníque consilij angelus, oriturus aliquando & puerulus futurus prophetia declaratur: & in ortu suo inter homines volet olim esse combustos eos, qui in ea salute gentium cuius ipse autor erit, odiosi futuri sunt: siue ij mali quidam dæmones, siue etiam impij homines intelligantur, de quibus ait: *Quòd omnem vestem collectam dolo, & vestimentum, cum conciliatione soluent.* Sed qui tandem hi fuerint, nisi de quibus alibi ex ipsius Saluatoris nostri persona dictum est? *Partiti sunt ve-* *Matth. 27.*
B *stimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem,* quicunque eiusdem impietatis ac sceleris participes fuerunt? Qui quidem dum seipsos ad extremum condemnatos videbunt, optabunt se ante talem impietatem igne fuisse combustos, potius quàm magni consilij angelum à seipsis violatum fuisse. Tu verò tecum ipse considera, num omnem humanam naturam transiliat, quòd illius pax nullum finem habitura esse dicatur, & quod pater seculi nominetur: præterea quòd non simpliciter angelus vocetur, sed magni consilij angelus, & Deus fortis, & quæcunque vnà cum his adnumerata sunt. Item ait per illum regnum Dauid esse dirigendum. quod ipsum sanè hoc intelliges modo. Plurima quidem ea sunt quæ ipsi Dauid promisit Deus, in quibus etiam illa: *Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius: ipse inuocabit me, Pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ. Et Ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ, in æternum seruabo illi misericordiam* *Psal. 88.*
C *meam, & testamentum meum fidele ipsi, & ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli.* Et rursus: *Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, Semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum.* Quum in Psalmis Deus ipsi Dauid tam multa promiserit, contraria tamen iis quæ promissa sunt, illius successoribus euenisse constat, propter ipsorum impietates. Etenim cum ex semine Dauid reges vsque ad Iechoniam, & vsque ad Babylonicam templi obsidionem permanserint, vbi hoc ipsum accidit, tum verò dissolutum est regnum: adeò quidem, vt ex illo tempore, non amplius sedes Dauid, neque de semine eius quisquam apud Iudaicam gentem regnauerit. Et hanc quidem earum rerum quæ (vt proximè posita Psalmi particula demonstrat) ipsi Dauid promissæ sunt iacturam, spiritus diuinus in hunc modum canit: *Tu* *Psal. 88.* *verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum, euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctuarium eius destruxisti omnes sepes eius.* Et post pauca: *Sedem eius in terram collisisti, mi-*
D *nuisti dies temporis eius, perfudisti eum confusione.* Quæ omnia cum iam perfici incœperint, ab eo tempore quo populus in Babylonem captiuus ductus est, vsque ad Romanorum & Tiberij imperium prolata, prouectáque sunt. Nullus enim ex genere Dauid hoc toto intermedio tempore in Hebraicæ gentis regia sede videtur sedisse, vsque ad Christi aduentum. Vbi verò Dominus & Saluator noster Iesus Christus, qui de semine Dauid ortus est, in totum orbem rex denunciatus est, tanquam ea quæ de terra & ruina instaurata sit ipsa illa sedes Dauid, per diuinum Saluatoris nostri regnum erecta est, & permanebit in æternum, veluti sol in conspectu Dei, illius lucis radiis quam doctrina illius præ se fert, totum orbem terrarum illustrans, quod quidem & Psalmi proximo testimonio consentaneum est, & huic prophetæ, de quo nunc agimus, qui de puero orituro ait, ipsum in sede Dauid, ęterna videlicet ac permanente, quæ etiam ipsi Dauid promissa est, sessurum in *Christi regnum æternum.*
E regno ipsius, vt dirigat illud. & suscipiat in iudicio & iustitia ab hoc ipso tempore vsque in seculum. Porrò autem quomodo hæc ipsa completa sint, satis abundè docere nos potest angelus Gabriel, in ea allocutione qua ad virginem vsus est, sic dicens: *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit, in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* *Luc. 1.* Ipsum hunc in Psalmo superiore etiam propheta expectans Christi ortum, & moram eius dilationémque quasi ruinæ sedis Dauid causam inspiciens, tædio ingenti afficitur, & ait: *Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum.* Deinde quasi timens ac suspicans, Deum ipsum orat, vt quàm celerrime ea quæ promissa sunt exhibeantur, dicens: *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, quas iurasti Dauid in veritate tua,* quæ quidem ipsa, ipsa inquam hæc planissimè

complenda esse in ortu magni consilij angeli vaticinatur, in quo volent, inquit, ij de quibus antea dictum est, si fuissent igne combusti. *Quoniam puerulus natus est nobis, & filius datus est nobis, magni consilij angelus.* Quibus autem nobis? nisi in iis qui in ipsum credidimus: qui in Galilæa gentium sumus? quibus autor factus est luminis & lætitiæ & recentis, nouique potus, noui testamenti mysterij, vt ipsa quoque prophetia ait: *Primum bibe, citò fac regio Zabulon, & terra Nepthalim, & reliqui maritimam incolentes vltra Iordanem. Galilæa gentium, populus sedens in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in tenebris, & vmbra mortis, lux orta est eis.* Sunt verò ij qui in his verbis significantur, & qui ex gentibus in Christum Dei crediderunt, & Saluatoris nostri discipuli atque Apostoli, quos de terra Zabulon & Nephthalim euocatos, præcones Euangelij sui elegit. Hisce enim magni consilij angelus filius datus est autor salutis. Iis verò qui in ipsum non crediderint, ignis videlicet atque incendij. Vniuersæ autem huiusce dispensationis causam fuisse ait zelum Domini: *Zelus Domini Sabaoth faciet hoc.* Sed quis tandem hic sit zelus, nisi is cuius meminit Moses, vbi ait: *Ipsi mihi zelum iniecerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt me in simulacris suis, & ego zelum iniiciam eis in ea quæ non est gens, in gente stulta irritabo illos.* Sed quoniam fauente Deo iam nunc ea quæ ad eius aduentum ad homines pertinent, de quo apud prophetas agitur, necnon eiusdem aduentus modus, ex propheticis testimoniis demonstrata sunt, tẽpus iam esse videtur vt inspiciamus, vbi terrarum oriturus, & ex quo genere vẽturus. item ex qua Hebræorum tribu profecturus nunciaretur: quæ quidem ipsa, si placet, obsecro scrutemur.

Isa. 9. Matth. 4. Miror quẽ secutus ita verterit: Primum libe, cum non sit in Hebræo.

Deut. 32.

De loco vbi esset oriturus is Deus, quem prophetæ nunciarunt. Demonstratio IIII. Cap. II.

Michææ. 5.

ET *tu Bethleem domus Ephrata, minima es vt sis in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui præsit, vt sit princeps in Israel: & exitus eius ab initio ex diebus seculi. Idcircò dabit eos vsque ad tẽpus parientis. pariet, & reliqui fratrum ipsorum conuertentur ad filios & Israel. consistet, videbit, & pascet gregem suum in robore Dominus, & in gloria nominis Domini Dei ipsorum existent, quoniam nunc magnificabuntur vsque ad extrema terræ. & erit hæc pax.* Quòd quidem ipse Emmanuel, qui ex interpretatione est Nobiscum Deus, de Virgine nascatur, & quòd puer fiat magni consilij angelus, planissimè ex iis quæ antè proposita sunt demonstratum est. Cæterùm oportebat etiam locum, in quo ille oriturus esset, significari. Diuinitus ergo prædicitur de Bethleem quidam egressurus princeps in Israël, exitus ab initio ex diebus seculi habens. Hoc autem ipsum nunquam humanæ naturæ accommodari poterit, sed soli Emmanuel, & magni consilij angelo. Quod enim ab æterno existat, cui tandem sit accommodendum nisi soli Deo? igitur de Bethleem (est autem hic Iudææ locus, non procul ab ipsa Hierusalem situs) dicitur quidam ab æterno existens progressurus. Nullum verò nisi vnum Dauid inueniemus gloria præditum ac celebrem, qui inde sit exortus, & post ipsum Dauid, alterum duntaxat, nostrum vtique Saluatorem Iesum, qui Christus est Dei: prętẽr hos autem nullum alium prorsus. At verò ipse quidem Dauid huiusce prophetiæ tempora antecessit, & plurimis ante hoc oraculum annis, mortuus est. Præterea ne à diebus quidẽ seculi exitus suos fecit Dauid. Superest igitur, vt in eo qui posthac de Bethleem proficiscitur, re vera Emmanuel, quique omnia quæ creata sunt antecedit, & Deus verbum, & nobiscum Deus appellatur, quæ hic scripta sunt compleantur: quoniam ipse quoque illius in Bethleem ortus, planissimè Dei aduentum significauit, ex iis admirabilibus rebus quæ apud ipsam illam Bethleem euenerũt. Siquidem Lucas in hunc modum enarrans describit: *Factum est autem in diebus illis. Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyreno. Et ibant omnes, vt profiterentur singuli in suam ciuitatẽ. Ascendit autẽ & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatẽ Dauid, quæ vocatur Bethleẽ, eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cũ Maria, despõsata sibi vxore prægnante. Factum est autẽ, cũ essent ibi, impleti sunt dies vt pareret, & peperi filium suum primogenitum, & pãnis cum inuoluit, & reclinauit eũ in præsepio, quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erãt in regione eadẽ vigilantes, et custodiẽtes vigilias noctis super gregẽ suũ: & angelus Domini stetit super eos, & gloria Dei circũfulsit illos, et timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim euãgelizo vobis gaudiũ, magnũ, quod erit omni populo: quoniã natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signũ: Inuenietis infantẽ pãnis inuolutum,*

Locus destinatus natiuitati Christi.

Luc. 2. Historia natiuitatis christi ex Luca.

A *inuolutum, & positum in præsepio. Et subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altißimis Deo & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Et factum est, vt decesserunt ab iis in cœlum angeli, pastores dixerunt ad se inuicem: Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc Verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis, & venerunt, festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de Verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et homines qui audierũt, mirati sunt de iis quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.* Hæc quidem Lucas. Matthæus autem vbi ea quæ ad ortum Saluatoris nostri exponit, scribit in hunc modum: *Quum autem natus esset Iesus in Bethleem Iudææ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerũt in Hierusalem, dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus vt adoremus eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo: & congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur: At illi dixerunt ei, In Beth-* Matth. 2.
B *leem Iudææ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem domus Ephrata nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exibit dux, qui pascet populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittẽs eos in Bethleem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audiissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, donec veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autẽ stellam, gauisi sunt gaudio magno valde, & intrantes domum, viderunt puerum cũ Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt munera, aurum, & thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.* Hæc autem vniuersa exposui, vt demonstrarem ea quæ in ortu Saluatoris nostri in Bethleem gesta sunt, certissima *Quo consilio hæc sint adducta testimonia.*
C præbere argumẽta, illum esse de quo loquitur prophetia. Atque hodie quoque qui locum illum incolunt, tanquam à patribus ipsorum accepta memoria, iis qui visendi loci gratia Bethleem petere consueuerunt, testimonium suum afferunt, veritati fidem facientes: agrumque demonstrantes, vbi Virgo enixa infantem deposuit. Qua de ipsa re prophetia sic ait: *Idcircò dabit eos vsque ad tempus parientis pariet, & reliqui fratrum ipsorum conuertentur.* Mich. 5.
Consentanea autem hic quoque parientem intelligit eam, quæ in superioribus oraculis Virgo nominata est, & prophetica mulier, quæ ipsum Emmanuel & magni consilij angelum erat paritura. Nam vsque ad huiusce tempora, eiusque qui de ipsa erat oriturus, quæ ad priorem populum pertinet, steterunt quippe cum eis præscriptio temporis data esset vsque ad tempus parientis, hoc est, vsque admirabilem ortũ eius, qui de Virgine nasceretur. Post quem sublatum quidem est ipsorum regnum, qui verò reliqui fratrum ipsorum
D dicuntur, ij sunt accipiendi, qui in Christũ Dei crediderunt, apostoli & discipuli & euangelistæ Saluatoris nostri, quos conuersos ipse Dominus pascere dicitur: non sicut priùs per angelos, ac per administros homines, sed ipse per seipsum, vsque adeò vt propter hoc magnificari eos contigerit vsque ad extremum terræ. Magnificati enim sunt, quo tempore in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Constat verò etiam illud, quàm magnus grex per vniuersam terram ex rationalibus humanisque ouibus ipsi Domino per apostolos suos collectus sit. Quem sanè gregem ipse Dominus per seipsum, qui eius pastor simul & Dominus est, visurus pasturusque in robore dicitur, adeò quidem, vt in manu forti & brachio excelso à Domino & pastore conuersæ oues nihil mali patiantur ab insidiantibus asperis & immitibus feris. Et ea quidem quæ ad ortum in Bethleem, quæque ad progressum ex eo pertinent eius Dei quem prophetæ nunciabant, in hunc modum se habent. Aduentum autem ipsius Domini & pastoris de cœlo ad Psal. 19. Act. 2.
E homines iam pridem ex eodem propheta qui nunc in manibus, est, proposui, vbi sic aiebat: *Audite populi omnes, & attendat terra, & omnes qui sunt in ea, & erit Dominus vobis in testimonium. Dominus ex domo sancta sua, quia ecce Dominus, Dominus egredietur de loco suo, & descendet,* & cętera quibus adiungit: *Propter impietatem Iacob omnia hæc, & propter peccatum domus Israel.* Ab iis autem quæ sequuntur apud eundem prophetam, etiam illud plenum est, quod non solũ propter impietates Iudaicæ gentis Dominus de cœlo descendit, sed etiam propter salutem & vocationem gentium cunctarum. Adiungit igitur deinceps: *Et erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, & festinabunt ad ipsum populi multi, & ibunt gẽtes multæ, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini.* Quare posthac vbi eum qui erat ante secula de Bethleem egressurum nunciauit, non soli Israël amplius, sed confertim omnibus gentibus vsque ad extrema terræ illum imperaturum affirmat. Dicit igitur: *Et stabit, &* *Christi salus Iudæis & gentibus oblata.* Isa. 2.

videbit, & pascet gregem suum in fortitudine Dominus, & in gloria nominis Domini Dei ipsorum existent. Quoniam nunc magnificabuntur vsque ad extrema terræ, & erit hæc pax. Cui porrò erit hæc pax, nisi terræ in qua magnificabuntur greges Domini? id ipsum autem quem finem sortitum sit post Saluatoris nostri Iesus Christi aduentum, nemini obscurum esse potest. Nam cum ante hunc aduentum, principum esset multitudo, & vniuersæ gentes, aut sub tyrannis, aut in statu populari essent constitutæ, vt nullum inter se commercium homines haberent, sed priuatim: exempli gratia, apud Ægyptios suus princeps regnaret, apud Arabes item suus, apud Idumæos, Phœnices, Syros, aliásque item gentes: quumque gẽtes aduersus gentes, & ciuitates aduersus ciuitates consurgerent, obsidionésque innumerabiles, & captiuitates per omnem locum ac regionem fierent: tum verò vbi Saluator noster ac Dominus affuit, vnà cum illius ad homines aduentu, iam tum primo Romanorum Augusto imperium in orbis nationes obtinente, solutus, ilicò est ille multiplex principatus, & pax vniuersam terram accepit, ei prophetiæ quæ nunc tractatur concordans, apertissimè de Christi discipulis dicenti: Quoniam nunc magnificabuntur vsque ad extremum terræ, & hæc pax. Cui consentaneum est quod in Psalmis legitur de Christo oraculum, dicens: *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis.* Ex quo mihi videtur princeps pacis in ea, quæ proximè exposita est, prophetia nominari. Animaduerte tamen quæso quónam pacto is de quo nunc agimus Propheta Dominum de cœlo egressurum initio ait, ac non priùs erga homines pastoris officio functurum, quàm nascatur is qui à prophetis canitur, in Bethleẽ. Quomodo verò hæc in Saluatore ac Domino terminata sint, testimonio suo planum fecit Euangelista in iis verbis, quæ ab illo nuper accipiens proposui. Pastor autem & dux ipsius Israël declarandus dicitur Christus: cum hæc sacrarum literarum sit consuetudo, vt sententiam sequentibus verum Israël nominent omnem eum qui contemplari facilè possit, & gratam Deo vitam sequatur, sicut è contrariò Iudæos post peccatum, Chananæos, & semen non Iuda sed Chanaan, & principes Sodomorum & populum Gomorrha ad mores illorum alludens vocare solitæ sunt. Alioqui verò etiam ad verbum interpretantibus, omnis Saluatoris nostri vitæ consuetudo, apud Iudaicam gẽtem fuit, & multorum ex Israël dux extitit, eorum videlicet qui ipsum agnouerunt, atque ex circumcisione in ipsum crediderunt. & id quidem quod ad expositum oraculum pertinet, talem exitum inuenit. Quæ autem sequuntur, altero assumpto initio legenda sunt, quæ sic quidem se habẽt. Assyrius cùm venerit in terram vestram, & cùm ascenderit in regionem vestram, excitabũtur in illum septem pastores, & octo morsus hominum, & reliqua: quæ quo sensu sint accipienda, non est nũc enarrandi locus. Dixerit autem quispiam, post Assyriorum in Iudæam aduentum, quo Iudaica gens ab illis capta est, tam multas incursiones atque insolentias cõtra illos extitisse, quàm multæ septem pastoribus & octo morsibus indicantur. Hæc autem sciri posse ab iis qui res Assyriorum memoriæ prodiderint, quorum post finem, eum de quo prophetæ loquuntur, de Bethleem extitisse, post septem videlicet pastores, & post octo morsus qui Assyrios inuaserint, temporibus quæ illorum in Iudæam accessum subsecuta sunt. Cæterùm, hęc plurimam postulantia indagationem, non est nunc curiosiùs explorandi tempus.

Psal. 71. — *Scripturæ consuetudo. Verº Israel quis. Isa. 1.*

Demonstratio V.

Psal. 131.

M*emento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob, Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locũ Domino, tabernaculum Deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis syluæ, introibimus in tabernacula eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.* Tum deinceps adiungit: *Propter Dauid seruum tuum, ne auertas faciem Christi tui. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Et adiungit his item dicens. *illuc producam cornu Dauid, paraui lucernã Christo meo, inimicos eius induam cõfusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Etiam hæc prophetia cum superiore concordat, quæ illum Deum qui nunciatur venturus, de Bethleem progressurum significat. Ipsum hoc igitur Dauid quoque, prius quidem ignorans, optat discere ab ipso Deo: tum verò vbi optauit, votóque poposcit, id ipsum docetur. Póstque enim oraculum accepit, quod ad ipsum in Psalmo ita ait: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. & rursus: Illuc produc cornu

A cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo. meritò procumbit ipsi Deo, atque ita hærẽs solo, supplicat & precatur. Longiùs autem constantiúsque in oratione perseuerans, iurat Deo, non priùs se ingressurum in tabernaculum domus suæ, neque daturum oculis suis somnum, & palpebris suis dormitationem: neque ascensurum in lectum strati sui, humi stratum solóque adhærentem, eóque modo adorantem, ac supplicantem mansurum, donec inueniat locum Domino, & tabernaculum Deo Iacob: hoc est, donec discat, Domino sibi indicante, ipsius Christi ortum. Cùm autem voto id postulasset, & talia cognoscere expetiuisset, haud ita multò post, quæ futura erant diuino indicante spiritu contemplatur: quippe cum suis Deus pollicitus sit, se ampliùs loquentes exauditurum. Itaque illi in hunc modum exaudito, oraculum redditur, quo ipsa Bethleem inclamatur, tanquam illic locus Domino, & tabernaculum Deo Iacob constituenda sint. Hæc igitur vbi diuinus spiritus apud seipsum cecinit, ipse seipsum exaudiens adiungit, Ecce audiuimus eam in Ephrata. Ephrata verò eadem est & Bethleem, sicut in Genesi constat, vbi de Rachel dictum est, *Et sepelierunt eum in Hippodromo Ephrata*, hæc est Bethleem. Et superior prophetia habebat illud, *Et tu Bethleem domus Ephrata. Ecce*, inquit, *audiuimus eam.* Constat autem, quòd per illud eam Christi originem intelligit, & ipsius Dei Iacob habitationem. Sed quæ tandem hæc fuerit habitatio Dei Iacob, nisi ipsius Christi corpus quod in Bethleem natum est? in quo tanquam in tabernaculo vnici filij diuinitas habitauit? cæterùm non simpliciter Dei, sed cum additione, Dei Iacob, tabernaculum esse dicitur: propterea quòd non aliud sit quidquam, quod in illo habitet, quam is Deus qui ipsi Iacob in hominis specie, ac figura sit visus. Cuius sanè gratia illo etiam cognomine Israël, dignus est habitus, tanquam is qui Deum viderit: Nam id nomen si interpreteris, eum, qui Deum videat, habebis. Quod verò non alius sit, quàm Deus verbum, qui ipsi Iacob visus sit, in huiusce operis primordiis, demonstrauimus. Precanti ergo Dauid, & videre cupienti locum, ad tabernaculum Domini Deíque Iacob, ipse Bethleem locus ostensus est. Quapropter cum dixisset, Ecce audiuimus eam in Ephrata: adiungit dicens, *Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.* Planissimè igitur in his quoque verbis, in Ephrata, quæ est Bethleem, ipse Dominus & Deus Iacob locum sibi ac tabernaculum constituturus canitur. Quod ipsum cum Michææ prophetia concordat dicente, *Et tu Bethleem domus Ephrata. Ex te mihi egredietur dux, & egressus eius ab initio ex diebus seculi.* Quæ cum proximè scrutaremur, ostendimus ad nullum alium esse referenda, quàm ad vnum Saluatorem ac Dominum nostrum Iesum, qui Christus est Dei, quíque in Bethleem sicut prophetiæ prædixerant, natus est. Nullum enim alium quispiam vnquam ostendet, qui inde cum gloria post ipsius prophetiæ tempora, prodierit. Nullus enim neque rex, neque propheta, neque alius quispiam eorum, qui apud Hebræos Deo amici fuerint, præter vnum Saluatorem ac Dominum nostrum, qui Christus est Dei, vtrumque habuisset demonstratur, & quod de semine Dauid, & quòd in eo loco sit natus. Tempus igitur iam est, vt illum ipsum esse, non alium quempiam fateamur, qui in his propheticis verbis significatur, euidentérque in iis quæ sequuntur, eundem Psalmum dum nominatim Christum appellat, hoc ipsum ostendere, vbi ait: *Propter Dauid seruum tuum, ne auertas faciem Christi tui.* Et rursus: *Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione. super ipsum autẽ, efflorebit sanctificatio mea.* Sed vbi tãdem, ait, se producturum cornu Dauid, nisi in Bethleem, atq; in Ephrata? inde enim cornu Dauid Christus, quatenus ad naturã pertinet humanam, quasi ingẽs lumẽ exortum est. Hic item Christi lucerna ab ipso Deo vniuersi præparata est. Fuerit autem hæc lucerna quasi intelligibilis lucis, humanum corpus, per quod instar testacei vasis, tanquam per lucernam, proprij luminis radios in omnes quicunque ignorantia Dei, & profundis tenebris premebantur, emisit. Etenim in his quoque demonstrari planissimè arbitror Deũ Iacob, qui ab initio, & ex diebus seculi existit, ad homines venturum, & oriturum non alibi terrarum, quàm in Bethleem loco, qui non procul ab Hierosolymis hodie quoque visitur. Vbi sanè non alius post prophetarum tempora illustris, & apud omnes homines gloria celebris, quàm vnus Iesus Christus ab omnibus eius loci incolis, (qui quidẽ sic cum Euangelicis vocibus concordant) natus esse perhibetur. Est autem Bethleem ex interpretatione Domus panis: quæ sic quidem eiusdem est nominis cum eo qui de ipsa profectus est Saluatore nostro: qui cum sit Dei verbum, & ratio, animalium rationalium est alimentum. Quam rem ipse quoque demonstrat, vbi ait: *Ego sum panis qui de cœlo descendit.* Verum quoniam hæc eadem ipsius Dauid patria fuit, meritò qui ratione humanæ

De templi fabrica & loco cogitauisse videtur.

Gen. 48.

Bethleem et Ephrata idem.

Israel quid significet.

Matth. 2. Mich. 5.

Quid cornu Dauid.

Bethleem Domus panis.

Ioan. 6.

Christus apud Nazareth educatus.

naturæ Dauid filius fuit, ex hoc ipso loco profectus est, in eo sanè cum propheticis concordans oraculis. Itaque obscura esse ampliùs causa non potest, cur Bethleem patriam adscripserit. Cæterùm etiam in Nazaris educatus esse dicitur, & sic Nazaræus vocandus. Scire igitur oportet, quod nomen est Hebraicum Naziræum in Leuitico in eius Christi vnctione quæ ipsi habebant. Porrò hic erat principatum obtinens secundum imaginem magni veri pontificis Christi Dei adumbratum videlicet quendã & figuratum Christum repræsentans. Vbi verò Septuaginta de pontifice, ita interpretati sunt. *Et non polluet quod sanctificatum est Dei sui, quoniam sanctum oleum vnctionis Dei sui*: in Hebraico legitur quoniã Nazer oleum. Aquila autem sic conuertit, Quoniam segregatio, oleum vnctionis Dei sui super ipsum: Theodotion verò, Quoniam Nazer oleum vnctionis à Deo suo super ipsum. Quare Nazer ipsos quidam Septuaginta sequentibus, Sanctum erit: ipsum verò Aquilã, Separatio: Symmachum autem, Intactum. Itaque ex his Naziræum nomen: significauit aut sanctum, aut segregatum, aut intactum. At verò prisci quidem sacerdotes, cum oleo comparato, quod apud Mosem Nazer appellatur, vngerentur, ex deriuatione à Nazer vocabãtur Nazirei. Sed Saluator & Dominus noster, suapte natura in se habens, & sanctum, & intactum, & separatum, neque alicuius indigens humanæ vnctionis, tamen Naziræi appellationem, apud homines obtinuit. Nõ quòd ab oleo, quod Nazer vocaretur, Naziræus extiterit: sed quòd quamuis natura quidem talis esset, tamen à ciuitate Nazareth apud homines Naziræus vocatus sit, vbi apud suos, qua homo erat, parentes, puerilem educationem obtinuit. Ex quo apud Matthæum dictum est: *Responso autem in somnis accepto,*) ipse videlicet Ioseph,) *secessit in partes Galilææ: & veniens habitauit in ciuitate quæ dicitur Nazara, vt impleretur quod dictum est per prophetam, quòd Nazareus vocabitur.* Oportebat enim vsquequaque cum ipse suapte natura & reuera Naziræus esset, hoc est sanctus, intactus, segregatus, illum ab hominibus hac appellatione vocari. Sed quoniam non à Nazer oleo hãc obtinuit appellationem (quippe qui humanæ nullius vnctionis indigeret) à loco Nazareth denominationem accepit. Cùm igitur hæc in hunc modum ostensa sint, tempus iam esse videtur inspicere, & ex quo genere, & ex qua Hebręorum tribu, animarum nostrarũ Saluator Christus Dei, proditurus nunciaretur. Cæterùm hæc de re primùm verba citabo euangelica: deinde tanquam notas atque impressiones maximè accommodatas, prophetica illis adiungam testimonia. Matthæus ergo Christi genus (quatenus ad humanam eius naturam pertinet) in hunc modum describit: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam,* & quæ sequuntur. Huic verò Apostolus quoque concordat, qui dicit, segregatum se esse in Euangelium Dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Fuerint verò hæc consentanea iis, quæ ita se habent, oraculis.

Matth. 2. Iudic. 13. Matth. 1. Rom. 1.

De quo genere progressurus caneretur. Demonstratio VI. Cap. III.

2. Reg. 7. christus Dauidis secundum carnem filius.

ET erit, cùm completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod erit ex ventre tuo, & parabo regnum eius. Ipse ædificabit mihi domum in nomine meo, & erigam sedem eius vsque in sempiternum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. In octauo autẽ & octogesimo Psalmo, de eodem tanquam de Dauid dicta hæc sunt: *Ipse inuocabit me, pater meus & susceptor salutis meæ. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi*: Et rursus: *Iuraui Dauid seruo meo, in seculum parabo semen tuum, & ædificabo in generationem sedem tuam.* Et rursus: *Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum.* Et rursus: *Et ponam in seculum seculi semen eius.* Fuerint verò his similia etiam illa in quibus dictum est: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Solomon quidem quum esset filius Dauid, eidem palàm in regno successit. hic etiam Hierosolymis primus Deo templum ædificauit. Hunc itaque suspicari Iudæos illum esse de quo prophetiæ loquuntur, verisimile est. Sed videãt quæso Iudæi, num ad Solomonem referre oraculũ possit, quod ita ait: *Et erigam sedem eius vsque in sempiternum.* & rursus, quòd cum iurisiurãdi affirmatione pollicitum esse Deum, in sancto suo inducit, futuram sedem eius quem venturum prophetæ canunt, sicut solem, & sicut dies cœli. Nam si quis regni Solomonis tempus inquirat, quadraginta non amplius annos inuenit. Quod si eorum qui illi succes-

Refellit Iudæorum opinionem. Dauidis posteri quamdiu Regnũ Iudæ obtinuerint.

A illi successerint in summam redigat, ne totos quidem quingentos annos illos omnes, regnasse comperiet. Sed concedamus, eos vsque ad extremam Iudaicæ gentis obsidionem, qua Romani illos expugnauerunt, regnum conseruasse. Quid istud tandem ad prophetiam, quæ ait, In æternum? & quæ vt solem atque vt dies cœli permansuram illam sedem canit? Illud verò, Et ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium: qui fieri potest, vt Solomoni conueniat? quando palàm in historia quæ de illo extat, abhorrentia longissiméque remota ab adoptione Dei de illo prodit. Audi igitur quam illius accusationem complexa sit, Et Solomō fuit mulierum amator, & accepit externas fœminas multas, & filiam Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, & Idumæas, & Syrias, & Chetæas, Amorrhæas, ex gentibus, quas interdixit Dominus Deus filiis Israël, non ingredi ad eas. Et adiungit, *Et non erat cor eius rectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius, & abiit Solo-* *Solomon nō in omnibus typus Christi.* *3.Reg.11.*
B *mon post Astartem abominationem Sidoniorum, & post regem eorum, simulacrum filiorum Ammon, & fecit Solomon malum in conspectu Domini*: Et rursus addit in iis quæ sequuntur, *Et suscitauit Dominus Satan Solomoni, Ader Idumæum.* Eum igitur qui in talibus & tantis accusetur, quæ vnquam ratio dictabit, patrem sibi audere Deum adscribere? ipsumque supremum Deum filium hunc suum primogenitum appellare? quam autem ob causam hæc aliàs quidem quasi de ipso dicuntur Dauid aliàs verò quasi de illius semine? atqui ipsa hæc ipsi quidem Dauid, nunquam accommodari poterunt. Quemadmodum tibi diligenter obseruanti fiet manifestum, igitur alium ex semine Dauid surrecturum, de quo hæc oracula loquantur quærere oportet. At enim ex illo quatenus aut monumenta literarum prodiderint, aut in memoria hominum resideat, nullus alius talis extitit, nisi vnus Saluator & Dominus noster, qui Iesus Christus est Dei: qui quidem vnus ex omnibus, qui vn-
C quam de semine Dauid regnauerint, in toto orbe terrarum filius Dauid appellatur, hócque secundum illius ortum, qui ad humanā naturam pertinet, omnes confitentur. Atque huius regnum & manet nunc, & permansurum est posthac in infinitum æuum perseuerans, neque innumerabiles aduersus illud insidiæ proficient, sed diuina sua & plus quam humana virtute quod diuinitus afflatum atque insuperabile habuit prophetia quę de ipso extat palàm omni tempore demonstrabit. Vbi verò Deum per sanctum suum iurantem audis, patrem accipe iurantem per Deum verbum, qui omnia secula antecedit, sanctum vtique atque vnicum suum filium, quem variè vt Deum antè à nobis expositi sermones celebrauerunt, per quem iurat Deus & pater ipsius tanquam per dilectum, se eum, qui de semine Dauid oritur, in infinitum seculum glorificaturum. quod ipsum etiam est factum quo tempore Verbum caro effectum est, & eum qui de semine Dauid oriebatur, assum- *Filius Dauid & Filius Dei idem.*
D psit, Deúmque effecit. Quocirca filium quoque eundem appellat, dicens: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et rursus, Ego primogenitum ponam illum. Planissimè igitur in his verbis filius Dei primogenitus de semine Dauid futurus dictus est: adeò quidem, vt vnus atque idem sit filius Dauid, cum filio Dei, & filius Dei cum filio Dauid. In quibus euidentissimè primogenitus omnis creaturæ ipse filius Dei. filius hominis futurus canebatur. Hoc autem oraculum scriptura Euangelica quasi signo impresso confirmat, vbi ait: Gabriel cum adstitisset virgini, dixisse de Saluatore nostro: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et post eodem Euangelio, Zacharias Ioannis pater hæc de Christo diuinat: Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem populo suo, & erexit cornu salutis, nobis in domo Dauid pueri sui, sicut locutus est per eos sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Quod *Luc.1.*
E verò promissam ipsi Dauid æternam sedem Saluator & Dominus noster Iesus, qui Christus est Dei, neque alius ex hominum genere quispiam acceperit, satis ea quæ superiùs posita sunt testimonia comprobauerint, nec non ipsius Gabriel & Zachariæ. In quibus etiam illud confirmatur, quòd quatenus ad humanam eius naturam pertinet, de semine Dauid natus est. Cæterùm qua ratione ipsius Ioseph, genus sancti Euangelistæ describant, quamuis Saluator noster, ex eo natus non sit, sed de spiritu sancto, & sancta Virgine, quoque modo hæc ipsius Domini mater de genere ac semine Dauid fuisse ostendatur, in primo & quæstionum, & solutionum, quæ ad generis Saluatoris nostri seriem, atque enarrationem pertinent, explicauimus. At illa igitur eos, qui discere cupiunt, remittimus: quando ad aliud scribendi argumentum præsens nos tempus reuocat atque impellit.

Demonstratio VII.

Psal. 71. *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam filio regis*, ac deinceps adiungit: *Et permanebit cum sole, & ante lunam, generationes generationum. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna, & dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque terminos orbis terræ.* Et post pauca sic ait: *Super extolletur super Libanum fructus eius, erit nomen eius benedictum in secula. Ante solem permanet nomen eius, & benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gẽtes beatificabunt eum.* Quando ergo in Solomonem scriptus est Psalmus, primi Psalmi versiculus ad illum referatur. quæ verò sequuntur, omnia ad filium Solomonis, non Rhoboam, qui post illum regnauit in Hierusalem: sed ad eum, qui de eius semine, ratione humanæ naturæ profectus est, Christum Dei. Quod enim neque ad Solomonem, neque ad eius successorem referri possint, ea quæ in Psalmo continentur, propter ea quæ de illo cognita habentur, quicunque diuinarum scripturarum imperitus non est, facilè confitebitur. Etenim qui fieri potest, vt de Solomone, aut de eius filio Rhoboam accipiantur, quæ per totum Psalmum ferũtur? quale est illud: Dominabitur à mari, vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terræ, & illud Permanebit cum sole, & ante lunam generationes generationũ, & quæcunque aliam hisipsis similia adiunguntur: Quapropter sine multa admodum exploratione, quæ quidem verba initio Psalmi habentur, Deus iudicium tuum regi da: sanè ad illum ipsum Solomonem referantur, quæ verò sequuntur, Et iustitiam tuam filio regis: ad Solomonis filium, non illum primogenitum qui illi in regno successit (nam ille, quum soli Iudaicæ genti, ne totos quidem decem & septem annos præfuisset, pessimè vsus est imperio) sed nec ad alium præterea quempiam eorum, qui post Rhoboam in regno Solomonis successerint, sed ad solum à Dauid oriundum, qui ita Solomonis filius vt ipsius Dauid dictus est. Hic autem fuit Saluator & Dominus noster Iesus Christus. Huius enim vnius, nec alterius cuiuspiam eorum, qui vnquam fuerint, diuini regni atque imperij sedes permansura est cum sole: & hic idem, nec alius quisquam ex hominum genere, ante Lunam & ante mundi constitutionem, tanquam is qui Dei sit verbum ab initio fuit: atque hic solus cœlitus, in omnem terram roris instar stillauit. Dictum quoque est, illum ad omnes homines exortum esse, in iis quæ paulo ante à nobis exposita sunt, & iustitiam permanentem vsque ad vitæ consummationem, quæ lunæ sublatio nominata est. Euidenter verò Saluatoris nostri virtus dominatur atque imperat ab Eoo mari vsque ad solem Occidentem. Quæ quidem virtus actionum suarum initium fecit à flumine, quod est aut à lauacri mysterio aut à Iordane, vbi quum primùm se videndum præbuerit, hominibus cœpit esse beneficus. Ex illo ergo profectum illius inter homines regnum, vniuersam terram peragrauit. Quum verò per Libanum Hierusalem intelligatur, vt ex quàm plurimis prophetiis apparet, propter antiquum in illa sanctuarium, & altare, & quæ in eo ad honorem Deo, thuris instar offerebantur: Christi fructus, quæ est ex gentibus ecclesia, super Libanum extollendus canitur. Cæterùm studiosior quispiam discedi, vbi per otium apud seipsum per singula verba eundem Psalmum explorauerit, vni Domino nostro conuenire quæ in eo continentur, facilè confitebitur. Solomoni autem, aut alij cuipiam eorum regum qui post Solomonem paucis annis non ampliùs vni Iudaicæ genti non alibi quàm in vna Iudæa terra imperauerint, nequaquam.

Regnum Dei aduenire, sub typo Regni Solomonici, exoptat, vt volũt Theologi.

Demonstratio VIII.

Isa. 11. *Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ, & intellectus, consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis: replebit eum spiritus timoris Dei, non secundum opinionem iudicabit, neque secundum loquelam redarguet: sed iudicabit humili iudicium, & redarguet humiles terræ, & erit iustitia cingulũ lũborum eius, & veritas indumentum laterum eius, & pascetur simul lupus cum agno, & pardus simul quiescet cum hœdo, & vitulus & leo simul pascentur, & erit radix Iesse: & qui surgit imperare gentibus, in eo gentes sperabunt, & erit requies eius honor.* Hic Iesse, qui hoc in loco indicatur, pater fuit Dauid. Quemadmodum enim in iis prophetiis quæ ipsam hanc antecesserunt, de fructu & semine

A ſemine Dauid,proditurus dicebatur,atque item de ſemine Solomonis:eodē modo etiam hic plurimis annis,poſt mortem non ſolum Dauid,ſed etiam Solomonis, de radice Ieſſe, hoc eſt de radice Dauid,proditurus quidem prædicitur.Præſens autem ratio ea diſſoluet, quæ in ſuperioribus apud Iudæos de Solomone credebantur, quum illius mortis tempus conſtet,& hæc eadem Iſaias, de quodam alio vaticinetur, qui ſit de radice Ieſſe, & de ſemine Dauid proditurus.Quod verò non ad alium quàm ad noſtrū Saluatorem Chriſtum Dei,qui de radice Dauid, & Ieſſe ortus eſt, referenda ſint quæ proximè citauimus,dubitaturum arbitror neminem,qui promiſſum oraculi attēderit, quod ait, Et erit radix Ieſſe, & qui ſurgit vt imperet gentibus,in eo gentes ſperabunt:& rerum euenta quæ de Saluatore noſtro demonſtrantur. Solus enim hic vbi à morte ſurrexit, propter quod etiam illum ſurgentem, vocatum eſſe arbitror, non Iudaico populo,ſed vniuerſis gentibus imperauit
B adeò quidem,vt ne vlla quidem interpretatione indigere videatur oraculum, quum planiſſimè conſtet in illo finem accepiſſe vnà cum aliis illud quoque,In eo gentes ſperabunt. Quæ verò tanquam de animalibus & feris manſuefaciendis, & agreſtes mores atque indomitos depoſituris,in eius aduentu de quo loquitur prophetia,dicuntur,per figuram referri poterunt ad mores immites atque agreſtes,& ad victus hominū feros,qui per Chriſti doctrinam,immanitatem priorem ac feritatem abiecerint.Planiſſimè autem horum figuratus ſenſus aperietur,ſi quis radicem Ieſſe qui in prophetia continetur, & virgam, & florem ad ſenſum conuertens interpretetur, exponátque qua ratione intelligatur iuſtitia latera cinxiſſe,& veritate lumbos induiſſe. Sicut enim hæc non aliter poſſumus quàm per figuratam expoſitionem interpretari:ita ſequitur, vt ea quoque accipere oporteat, quæ variis in locis ſub animalium nominibus proferuntur. *Habitabit lupus cum agno.*

C

Demonſtratio IX.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo ipſi Dauid ortum iuſtum & regnabit rex, & intelliget & faciet iudicium & iuſtitiam in terra:in diebus eius ſeruabitur Iudas,& Iſrael habitabit confidens. & hoc nomen quo vocabit ipſum Iehoua iuſtus noſter. Dominus, Ioſedecim inter prophetas.In die illa,dixit Dominus, conteram iugum de colle eorum,& vincula eorum frangam,& non operabuntur amplius diis alienis,ſed operabuntur Domino Deo ipſorum, & regem Dauid ſuſcitabo eis. *Ierem. 23.* *Ierem. 30.*
Longo admodum tempore poſt mortem non ſolum Dauid, ſed etiam Solomonis, hæc Hieremias de eo rege,qui de ſemine Dauid eſſet oriturus,diuinat.Quem primò quidem
D ortum vocat,neque ſimpliciter ortum ſed ortum iuſtum, tanquam eum qui de ſole iuſtitiæ ſit conſtituendus. De quo ſanè diſſeruimus, in iis quæ ante de Deo verbo demonſtrauimus, in quibus Dei verbum quod antea etat innumerabilibus appellatum nominibus, etiam iuſtitię ſolem nominari planum fecimus,vbi prophetiam quæ ita ait,Iis autem qui me timent, orietur ſol iuſtitiæ,citauimus. Sicut ergo ſolē iuſtitiæ, ita etiam ortū iuſtū præſens oraculum ſurrecturum ipſi Dauid vaticinatur. Porrò eundem regem intelligentem & facientem iudicium & iuſtitiam in terra appellat. Deinde eundem vocat vno & eodem nomine cum eo,qui multo ante deceſſit,Dauid. Attende enim diligenter cum illud ſuperius, Et ſuſcitabo ipſi Dauid ortum iuſtum: tum illud quod ad extremum additum eſt, Et Dauid regem ſuum ſuſcitabo ei. Cui verò ei,niſi ipſi Dauid? huic enim dixit ſe ſuſcitaturum ortum iuſtum. Zacharias item de eodem vaticinans, ortum illum ſimiliter vocat. *Ecce vir, ortus nomen ei, & ſubter eum orietur iuſtitia.* Et rurſus: *Vocabo* *Zachar. 6.*
E *ſeruum meum, ortum.* Sed enim nullus poſt Hieremiæ tempora, ac ne poſt Zachariæ quidem,apud Iudæos talis extitit, vt oriens iuſtus vocaretur, & intelligens rex, & faciens iudicium & iuſtitiam in terra, Quod ſi quis dicat in his Ieſum filium Ioſedec ſignificari,dicendum erit,quòd ratio hæc illi conſtare nō poteſt.Nam hic neque de genere Dauid fuit,neque tanquam rex regnauit.Quomodo autē illi poteſt accōmodari illud? Et Dauid regē ſuſcitabo ei?quum & ex tribu Leui & ex ordine pontificio fuerit, & genere à Dauid alienus,neq; rex vllo modo extitiſſe memoretur? quare ſi nullus alienus inuenitur talis,tēpus iam fuerit eū de quo in his oraculis mentio facta eſt,& de quo illa præcipuè loquuntur, fateri vnum eſſe Saluatorem ac Dominum noſtrum, qui alibi & lux mundi, & lumen gentium vocatur.Ipſe igitur etiā hoc loco fuerit de quo prophetia loquitur, & ſanè abſque mendacio conſtitit vaticinium. Solus enim de ſemine Dauid,qui eodem nomine *Repugnat Hebraica veritas huic cauilationi quam diluit Euſebius.*

cum prisco suo parente ad sensum sit dictus, quando ex interpretatione ille est manu potens, iudicium & iustitiam per suam ipsius doctrinam omnibus, qui essent in terra nunciauit: & solus omnium eorum qui vnquam fuerint non in parte aliqua orbis regnauit: sed in omni prorsus terra, & solus vt exoriretur iustitia autor fuit, quemadmodum de ipso in Psalmo dictum est: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Iudas autem atque Israël, qui in diebus illius seruandi sunt, omnes sunt qui illius pietatem ac cultum ex Iudaico populo acceperint, Apostoli eiusdem & discipuli & Euangelistæ, aut etiam omnes qui in occulto Iudæum, verumque Israel conseruent, eum vtique qui secundum spiritum Deum videat. *Non enim qui in aperto Iudæus est*, inquit Apostolus, *neque quæ in aperto in carne est circumcisio, sed qui in occulto Iudæus: & circumcisio cordis in spiritu, non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.* Hos igitur ex Christi vocatione Iudæum in occulto & verum Israel referentes alio nomine esse vocandos dicit, non vtique Iudæos, aut Israel, sed nouo quodam præter hæc. Hoc enim, inquit, nomen, quo vocabit eos Dominus Iosedecim, quæ ex interpretatione est, qui iusti sunt Dei. Considera autem num forsitan à Iosue factum sit nomen, & Iosedecim discipuli Iesu appellentur apud Deum, qui apud homines quidem Græco quodam more à Christo denominentur: Hebraica autem lingua tam apud ipsos, quàm apud prophetas, ab ipso Iesu tanquam per illum seruati Iosedecim. Ex quo illud dictum est, *Et hoc nomen quo vocabit eos Dominus Iosedecim inter prophetas.* Nam qui eius de quo prophetia loquitur, inquit, populus futurus est, quum ad sensum acceptus Iudas sit atque Israel, ab Iosue nominabitur Iosedecim. Atque hac, inquit, appellatione vocabuntur non apud homines, sed apud Deum, & apud prophetas eius. Attende enim diligenter ipsum oraculum, dum ait: Et hoc nomen, quo vocabit eos Dominus, Iosedecim inter prophetas, quo nomen, vt dixi, in nostram linguam conuersum, iustos Dei significat. Quum autem sic seruandi sint, antiquum & graue acerbissimorum dæmonum se contriturum iugum: & quibus antea tenebantur impietatis vinculis, ea se perfecturum pollicetur Deus. Quocirca non amplius alienis inseruient, sed vni ipsi fructum gratissimum afferent. Huc adde illud quod in secundo Psalmo in aduentu Christi vocationéque gentium dicit oraculum: *Disrumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.* Cui cognatum & simile esse arbitror, quod nunc in manibus est, dicens: *In die illa, dixit Dominus, conteram iugum de collo eorum, & vincula eorum confringam, neque operabũtur amplius diis alienis, sed operabuntur Domino Deo suo.* Cæterùm, quod de fructu quidem ventris Dauid, & de semine Solomonis, de radisse Iessæ Christus Dei oriturus sit dictus, quod etiam ipsum factum est, quando cum innumerabilibus aliis appellationibus, etiam Dauid ipsum diuina vocant oracula, satis abundè probauerint ea quæ iam dicta sunt. Quod verò etiam de tribu Iuda dicatur proditurus, ne quærendum fuerit, quum ex alia nulla tribu, quàm ex hac ipsa ortus sit ipse Dauid. Porrò idem hoc plenioris cuiusdam fidei gratia oraculum quoque illud ostenderit, quod apud Mosem in hunc modum se habet.

Qui veri Iudæi & circumcisi. Rom. 2.

Ierem. 23. & 33.

Iosedecim iusti Dei.

Psal. 2.

B C D

Demonstratio. X.

Gene. 49.

IVda te laudabunt fratres tui manus tuæ in tergo inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, de germine mihi fili ascendisti, recumbens dormiuisti vt leo, & vt catulus: quis excitabit eum? non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniet cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Quum duodecim apud Hebræos tribus essent, ex quibus gens vniuersa constabat, vnius harum primus parens, ac princeps exitit Iudas, ad quem ea quæ modo citauimus ab oraculo directa sunt: quæ de illo ipso Christum proditurum significent. * Quod si eodem congesseris, & huic quam nunc tractamus eas item, quæ in superioribus positæ sunt prophetias apposueris, inuenies simili ratione ad quoddam signũ commune, vnum atque eundem nunciari. Illa quidem de eo dicebat, qui de radice Iessæ esset surrecturus, & erit qui surgit imperare gentibus in ipso gentes sperabunt. Alia verò de filio Solomonis, & dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines orbis terræ, & benedicentur in eo omnes gentes. Ea verò quam nunc tractandam assumpsimus, itidem: Donec veniat, inquit, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Quòd si hæc de gentibus oracula cõcordant, & ostensum est quemadmodum ea quoque hæc ipsa antecesserunt, ad Saluatorem nostrum spectãt, nihil amplius fuerit impedimẽto, quin hoc ipsum quoq; quod nũc tractamus, eundem illum respiciat, quandoquidẽ iam concessum est, cõsentanea inter se ab omnibus illis diuinari; præsertim quũ vsque ad tempora aduẽtus E

Saluatoris

A Saluatoris nostri Iudaicæ gentis principes: eiusdémque duces ex maiorum suorum successione permanserint, vnà verò cum eius aduentu defecerint gentiúmque pariter expectatio finem ipsius Iacob vaticinio imposuerit. Igitur hoc etiam in loco Christus, qui ipse non alius de tribu Iuda prodituros significatur, quíque ex Dauid & Solomone, atque ex radice Iessæ exiturus ferebatur, ex eadem tribu profectus ostenditur. Nam Iessæ quidem filius fuit Dauid, ipsius autem Dauid Solomon, qui de tribu Iuda oriundi sunt. Erit ergo ex eadem Saluator ac Dominus noster, sicut etiam diuinus Euangelista Matthæus in eius genere narrando testificatur, dicens: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham: Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam*, &c. Sed quando harum rerum propriam demonstrationem explicauimus, tempus iam fuerit intueri quibus temporibus ea quæ prophetæ prædixerant, completa sint.

Matth. 1. Luc. 3.

B

LIBER OCTAVVS.

PRÆFATIO.

C QVVM antea demonstrauerimus in quàm multis scripturæ diuinæ locis Dei verbum ad homines venturum caneretur: vnde & vbi, & quomodo iis qui in terra versarentur videndum propheticis apud Hebræos vocibus nũciaretur, & quòd idẽ, non alius, sed ipse ille esset Dei filius, qui omnia secula antecedit, quémque in aliis, & Deum, & Dominum, & primum imperatorem, & magni consilij angelum, & Dei pontificem esse, antea didicimus: sequitur vt post illa omnia quæ superius explicata sunt, eiusdem aduentus tempora ex ipsis rursus propheticis prædictionibus ac testimoniis demonstremus, indéque initium huiusce rei capiamus. Temporum enim quibus Christi aduentus futurus esset, signa euidentia hæc fore, sacræ litteræ nunciant. Quum tria insigniora vigerent apud Hebræos magistratuum genera, à quibus gens ipsa nomen & decus obtinebat, vnum regium, alterum propheticum, tertium pontificium. Horum simul omnium dissipationem atque extremam euersionem significare aduentu Christi adesse vaticinantur: argumenta verò atque iudicia eorundem esse temporum, quum Mosaico ritui finem iniectum, tum ipsius Hierusalem templíque, quod in ipsa erat, solitudinem, tum etiam vniuersæ Iudaicæ gẽti ab inimicis atque hostibus iugum seruitutis impositum. Sed alia præterea eorundem subiiciunt signa temporum, abundantiam pacis, principatuum rerúmque publicarum quæ à condito æuo fuissent per singulas gentes atque vrbes interitum, à simulacrorũ cultu, quo plures siue dij, siue dæmones colebãtur, auersionem, vnius supremi opificis Dei cognitionem ac venerationem. Hæc igitur vniuersa, quorũ nihil quondam temporibus prophetarum erat, sub ipsius Christi aduẽtum futura diuina oracula prædicebãt: quæ etiam cum ipsis oraculis concordantia suum finem contigisse haud ita multo pòst demonstrabuntur. Cæterùm cur non prius, sed nunc duntaxat hisce extremis temporibus post longum

Breuis repetitio eorum quæ de Christo, ex sententia Prophetarum, hactenus dicta sunt.

Libri huius argumentũ

D

Tria apud Hebræos magistratuum genera.

E

Cur Christus tum so

exhibuerit mundo cum venisset plenitudo temporis. multúmque æuum Christus vidẽdum seipsum in vita præbuerit, causæ quidem antea quoque dictæ sunt, verumtamen etiã nunc paucis atque in summa repetentur. Quum multus esset quondam, qui humanas animas obtenebraret, impietatis & amentiæ squalor, & grauis quædam à Deo alienatio omnem vitam hominum subegisset, atque occupasset, adeò vt ab agrestibus & immitibus feris nihil differre homines viderentur: tum neque ciuitates, neque respublicas, neque leges, neque honestum quidquam aut vitæ conducibile nouerant: neque verò scientias vllas aut artes animo complectabantur: virtutis autem ac philosophiæ ne minimam quidem notionem tenebãt: sed in solis desertis locis, in montibus ac speluncis & vicis degentes versabantur, & latronum instar eos qui propiùs accessissent inuadebant: nec aliunde sibi victum quærebant, quàm ex eorum oppressione, quos imbecilliores nacti essent. Iidem porrò neque supremum Deum, neque vllũ religionis veræ modũ nouerant: sed solis quibusdã naturalibus notionibus instructi, existere quidem in rebus diuinã quandam vim, Deúmque esse ac nominari, & eam salutarem ac beneficam sentire appellationem, naturali quadam doctrina fatebantur: vt verò non aliud quidquam putarent, quàm eum qui est supra omnem quæ cernitur naturam, nequaquam adduci poterant. Proinde nonnulli quidem eorum cultum suum tribuerunt, ac seruierunt creaturæ potiùs, quàm creatori: alij verò euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, adeò quidem vt mutauerint gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentiũ. Itaque mortuorum virorum quorundam potentium, aut etiam tyrãnorum qui antiquitus fuissent, quum imagines pro simulacris erexissent, hísque diuinum tribuissent cultum, tum deformia atque impudica eorumdem facta quasi deorum gesta pulcherrima venerari, theologicis quibusdam ritibus instituerunt. Qui igitur fieri potuisset, vt in tali statu vitæ degentibus, atque in tanta profunditate malitiæ versantibus sapiẽtissimum atque omnem virtutem in se continens Christi verbum, dum summã perfectámque nunciat philosophiam, accommodaretur? quapropter illos diuina omniáque curans iustitia, quasi agrestem & nocentissimã syluam attondens atque amputans, nunc quidem diluuiis, nunc autem incendiis castigabat: interdum verò eosdem mutuis bellis & cædibus & obsidionibus assiduis tradebat: quippe quos ipsi dæmones, ipsi inquam illi deos suos censebant, in furores bellorum quibus contra se inuicem grassarentur, inflammarent. Ex quo fiebat, vt nullos inter se aditus haberent finitimi, sed impermixta, incommunicabilísque hominum esset illis temporibus vita: paucos autem quosdam, vt in eiusmodi statu, & facilè numerabiles, quorum sacra apud Hebræos oracula meminerunt, Dei studiosos, amicósque nacta, hos ipsos & responsis alloquebatur, & ad diuinas visiones admittebat, eosdémque interim quasi manu captans curabat, & legibus, quas Moses fixerat, cultiores reddebat. Sed vbi iam ex legibus quæ his ipsis datæ fuerant, atque ex propheticis posthac disciplinis, in omnes homines fragrantiæ cuiusdam instar profusis, quod superaret multorum animi mansuetiores euaserant, multísque gentibus & ciuiles

Ephes.2.

Rom.1.

Varius cultus deorum dissidere facit homines.

Christus quando apparuerit.

A ciuiles mores, & legum institutiones, constabant, virtutísque ac philoso-
phiæ nomen apud multos audiebatur, quasi prisca illa feritate desinente, &
agresti immaníque victu, in mitiorem iam tum commutato: ipse iam tem-
poris opportunitatem nactus, ipse inquam perfectorum cælestiúmque in-
stitutorum disciplinarúmque perfectus cælestísque magister, véræque Dei
notitiæ introductor Deus verbum seipsum exhibuit, ad præscriptum hu-
manæ à se assumendæ naturæ tempus, vnámque gẽtibus vniuersis, tam Græ-
cis, quàm Barbaris, omni vtique humano genere, patris sui clementiam pie-
tatémque nunciare tum cœpit, & ad vnam cũctos homines in Deo adhor-
B tari salutem: ipsámque veritatem, veræque religionis lumen, necnon cœ-
leste regnum ac sempiternæ vitæ promissionem omnibus ipse prior spon-
dere ac parare. Hactenus igitur hæc dicta sint temporibus quàm vtique ob
causam non iam diu, sed nũc demum, Christus Dei in omnes homines suũ
lumen emiserit. Cæterùm ad superiora redeuntes, temporum aduẽtus illius
particulatim quæ, signa extiterint, consideremus, euangelicásque in primis
de ortu eius voces adnotemus. Matthæus igitur tempus quo ille in corpore
humano videri cœpit, in hũc modum narrat: Cum esset: inquit, natus Iesus *Matth. 2.*
in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis regis. Et paulò pòst audiens, inquit,
C quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo. Lucas autem quo
tempore ille & docere & seipsum ostendere cœperit demõstrat, vbi ait: An- *Christus*
no XV. imperij Tyberij Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrar- *quando ex*
cha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Itureæ *Virgine na-*
& Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinę Tetrarcha sub principibus sa- *tus.*
cerdotum Anna & Caipha: His igitur si Iacob prophetiam quæ est apud *Luc. 3.*
Mosem apponamus, operæprecium fecerimus, quæ in hunc modum se
habet.

D
In librum VIII. Argumentum.

VNICO Syllogismo, totius octaui libri argumentum, in hunc modum comprehendere Lector candidus poterit. Necesse fuit Messiam venire, stante Mosaica Politia, post exactas LXX. hebdomadas, de quibus Danielem edocuit Angelus, & posteaquam sceptrum à Iuda ablatum fuit, vt est in prophetia Iacobi Patriarchæ, quam Moyses Gen. 49. descripsit, Atqui hæc omnia præteriere, & iuxta prophetarum oracula Iudæis reiectis, ad Gentes regnũ Dei translatum est. Ergo certissimum est Messiam exhibitum esse mundo, & non alium Iudæis expectandum.
E *Hanc demonstrationem γραφικὴν, scripturæ testimoniis munit vndiquaque & confirmat Eusebius, & luculenta expositione, prophetiam Iacobi Patriarchæ de Christo & eius aduentu: Oraculum Danielis de 70. Hebdomadis, Zachariæ vaticinium de vrbis & templi excidio & alia scripturæ loca illustrat. Hæc paucis annotare libuit: cætera non opus habent Scholiis.*

Quemadmodum quibus temporibus regnum apud Hebræos defecerit, iisdem gentium instabit expectatio quod ſanè etiam factum eſt ſub ipſum Saluatoris noſtri aduentum.

Demonſtratio I.

[*Gen.49.*] V*Ocauit autem Iacob filios ſuos, & dixit: Congregamini, vt annunciem vobis quid euenturum ſit in diebus nouiſsimis: congregamini, & audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum.* Deinde vbi prioribus filiis alia aliis crimina obiecit, tanquam qui ob ſuam ipſorum culpam, eo quod nunc dicendum eſt oraculo indigni euaſiſſent, quarto eorum tanquam ei qui reliquos fratres probitate vitæ anteiret, hæc futura prædicit: *Iuda te laudabunt fratres tui. Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda de germine fili mi aſcendiſti, recumbens dormiſti vt leo, & vt catulus. Quis excitabit ipſum? Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniant quæ ipſi repoſita ſunt, & ipſe expectatio gẽtium.* Conſidera quæſo primum, quæ'nam ea eſſe dicat quæ ipſi repoſita ſunt: & vide num ea ſint, quæ ad Abraham & ad veteres eidem ſimiles patres, de vocatione gentium Deus olim [*Gen.12.*] canens reſponderit. Scriptum igitur eſt, quemadmodum ad Abraham Deus dixerit: *Et eris* [*Gen.26.*] *benedictus, & benedicam benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam & benedicentur in te omnes tribus terræ.* Et rurſus: *Abraham verò,* inquit, *futurus eſt in gentem magnam & multam, & benedicentur in ipſo omnes gentes terræ.* Sed etiam ipſi Iſaac ſimili in hunc modum reſpondet oraculum: *Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes* [*Gen.28.*] *terræ.* Ipſi itẽ Iacob olim talia dicta ſunt: *Ego Dominus Deus Abrahã patris tui, & Deus Iſaac, &c. & benedicentur in te omnes tribus terræ.* Et aliàs dixit ad ipſum Deus: *Ego Deus tuus, creſce & multiplicare, gentes & congregationes gentium egredientur de te & reges lũbis tuis egredientur.* Cum iam multa de vocatione gentium oracula Iacob antea percepiſſet, & liberos mares duodecim numero genuiſſet omnibus illis extremo ſuo tempore conuocatis, circumſpiciebat, de cuius illorum propagatione diuina oracula finem ſuum eſſent acceptura. Deinde cum tribus primis crimina propria obieciſſet, docuit deinceps quemadmodum propter [*Quare ex Iuda olim naſciturus Chriſtus.*] ſcelera, quæ ipſi auſi fuerant, non in ipſis complẽda eſſent, quæ in prioribus oraculis euẽta continebantur. Cum autem veniſſet ad quartum qui Iudas fuit, tum verò oraculum quod ipſi olim reſponſum fuerat, Reges de lumbis tuis egredientur, ex huius poſteritate ſuum finem accepturum planiſſimè cecinit. Conſtat enim quemadmodũ de tribu Iuda regium genus extiterit & ſimul Dei reſponſa gentiúmque promiſſa quibus inſtarent temporibus oſtendit. Atque ex eo proditurum eſſe docuit eum, qui eſſet omnibus gẽtibus cunctiſque tribubus terræ ſimilis ipſi Abraham benedictionis autor futurus. Hæc igitur vniuerſa fuerunt quæ ipſi Iuda repoſita erant, ea videlicet, quæ de ipſis gentibus olim reſponſa fuerãt, & illud, Reges de lumbis tuis egredientur: quare etiã reliquis fratribus antepoſitus, regiam ipſam, cæteriſque illuſtriorem tribum ſortitus eſt. Continuò enim in totius populi ordinatione ipſius Moſi temporibus, reliquis tribubus hanc præeſſe imperat Deus. Scriptum eſt [*Tribus Iudæ prærogatiua.*] enim: *Et locutus eſt Dominus ad Moſem & Aaron, dicens: Singuli per turmas, ſigna, atque vexilla & domus cognationum ſuarum, caſtrametentur filij Iſrael in conſpectu Domini per gyrum tabernacu-* [*Num.2.*] *li teſtimonij: & caſtrametantes primi ad Oriẽtem, acies caſtrorum filiorum Iuda, cum copiis ſuis.* Ac [*Ibid.7.*] deinceps in iis quæ ad innouationem tabernaculi referuntur, dixit Dominus ad Moſem: [*Ioſue 25.*] *Princeps vnus per ſingulos dies offeret munera: & fuit offerens primo die munus ſuum, Naaſon filius Aminadab, princeps tribus Iuda.* Et in libro Ieſu Naue, quum terra promiſſionis ſorte cæteris tribubus diſtributa eſſet, ſine ſorte omniúmque prima tribus Iuda propriam terræ partem [*Iudic.1.*] accepit. Sed etiam poſt mortem Ieſu rogauerunt filij Iſrael in Domino dicẽtes. *Quis aſcendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli in eum? Et dixit Dominus: Iudas aſcendet: ecce, dedi terram in manus eius.* Planè igitur omni Iſrael præeſſe tribum Iuda Deus in his verbis iubet. Quocirca deinde ſcriptum eſt: *Et aſcendit Iudas, & tradidit Dominus Chananæum & Pherezæum in manum eius.* Et rurſus: *Et bellauerunt filij Iuda in Hieruſalem, & comprehenderunt eam, & deſcenderunt filij Iuda in Chananæũ.* Et rurſus: *Et abiit Iudas cũ Simeon fratre ſuo.* Et deinceps. *Et fuit Dominus cũ Iuda, et poſſedit montẽ.* Et poſt hæc: *Et aſcẽderũt filij Ioſeph ipſi quoq; in Bethel, & Iudas cũ ipſis.* Itaq; quum in libro Iudicũ diuerſis tẽporibus (tametſi diuerſarũ tribuũ eſſe videbãtur) iudices populo præeſſent, tribus tamen Iuda in vniuerſum totius gẽtis dux erat:

A idipsum verò temporibus Dauid successorúmque eius multò magis, quippe quum planè de tribu Iuda illi existerent, & regnum vsque ad Babylonicam ipsorum cladem produxerint, postquam cladem iis qui de illa seruitute in patriam terram reuersi sunt, rursus præfuit Zorobabel Salathiel filius de tribu Iuda. Inde etiam scriptura quæ Paralipomenon dicitur, duodecim tribuum Israel seriem generis enarrans, ab eo quæ est ipsius Iuda fecit initium. Ergo ipso ordine sequitur, vt etiam posterioribus temporibus fateamur, eandem tribum reliquis præfuisse, quamuis in parte aliqua varij diuersique populo præficerentur: quorum sigillatim genus solita diligentia enarrare nequaquam nos possumus, propterea quòd nullus ampliùs fertur diuinus liber, qui ex illo vsque ad tempora Saluatoris nostri narrationem cõtinuauerit. Verumtamen & fama & ratio dictabit, durasse tamdiu tribum Iuda, quandiu tota gens libertate & suis legibus vtens, de sub domesticis principibus du-
B cibúsque vitam egerit. Porrò hoc illis contigit ab initio vsque ad tempora Augusti, in quibus quum Saluator noster Iesus hominibus se videndũ præbuerit: tum verò in seruitutem Romanis vniuersa gẽs cessit, & pro patriis ac legitimis ducibus primus Herodes externus illis præfuit, & rex Augustus. Quandiu igitur non defecit princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, prophetiarum tempore appositis principum gentis nominibus notabantur: sic enim Isaias sub regibus Ozia, Ioathan, Achaz & Ezechia, qui in Iudæa regnarunt, prophetiam suam contexit, similiter Osee. Amos verò in diebus Ozię regis Iuda, & in diebus Iesu filij Ioas regis Israel, & Sophonias in diebus Iosiæ filij Ammon regis Iuda; similiter Hieremias. Sed vbi defecit princeps de Iuda, & dux de femoribus eius, cum expectatio gentium, de qua prophetæ locuti fuerant, iamiam per Christum vitam esset illustratura, non ampliùs reges Iuda censeri, neque duces Israel cœpere, sed his ipsis quemadmodum
C prophetiæ significauerant, suo certo & finito tempore deficientibus primus quidem Augustus, secundus autem Tiberius, & aliarum & Iudaicæ gentis nuncupati sunt reges, necnon alij secundum hos ipsos Iudeæ procuratores atque Tetrarchæ: quibus adnumeretur Herodes, à Iudæorum genere, vt iam antea dixi, alienus, qui etiam ipse à Romanis Iudæorum principatum accepit. Cum hactenus hæc obseruauerimus, tempus iam fuerit, ipsius prophetiæ contemplationem attingere, *Iuda te laudabunt fratres tui*, cum duodecim omnino essent filij Iacob, eorum quartus fuit Iuda, quemadmodum antea diximus, vnus etiam ipse de principibus tribuum gentis Hebraicæ: sed quod non ipsum illum respicerent ea, quæ quasi ad ipsum à patre dicta sunt, ij planissimè intellexerint, qui verba diuinæ scripturæ diligenter attenderint, & in primis ea quæ in sermone Iacob continentur, ad filios dicentis: *Vocauit autem Iacob filios suos, & dixit: Congregamini, &*
D *annunciabo vobis quid euenturum sit vobis in diebus nouißimis: congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum.* Planè enim in his pollicetur se prædicturum eis quæ ipsis euentura sint longo post tempore, &, vt ipse ait, in nouissimis diebus: præterea illa ipsa, quæ quasi ad Iudam dicta sunt, nullo modo illi primo viro accommodari possunt. Non enim fratres sui Iudam illum laudauerunt: etenim pro quibus tãdem præclarè gestis debuerunt hoc facere? sed ne adorarunt quidem illum filij patris sui. Longè autem magis oraculum conueniret, si ipsi Ioseph dictus esset: quandoquidem hunc ipse Iudas vnà cum reliquis fratribus adorasse perhibetur: tametsi idipsum ante huius prophetiæ verba: posthac enim ne ipsi quidem Ioseph tale quicquam cõtigisse, ac multo etiam ipsi Iuda minus, historia significat. Et illud, *Recumbens autem dormiuisti vt leo, & vt catulus*: maiorem sanè postulauerit contemplationem quàm ea sit quæ Iudam respiciat. Quinetiam illud quod antea dictum est, *Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniant quæ ipsi*
E *reposita sunt, & ipse expectatio gentium*: tempora mihi significare videtur, eius de quo prophetia loquitur, aduentus. Hoc enim, inquit, non erit, donec illud eueniat: neque enim prius desinent in Iudaica gente principes ac duces quàm gentium veniat expectatio, & quæ reposita sunt ei, de quo propheta loquitur. Hæc autem interpretans Theodotion, ab ipsis Septuaginta non differt. Aquila verò in hunc modum exposuit, Non suscitabitur sceptrum de Iuda, & qui exquisitè cognoscat de medio pedum eius, donec veniat, & ipsi congregatio populorum. Vbi cum dicatur, Non deficiet princeps de Iuda: hoc item non de ipso illo primo Iuda oportet accipere: sicut nec illud, Iuda te laudabunt fratres tui: nec quæ sequũtur, ad eundem illum referri possunt: multis enim seculis principes ac duces in Iudaica gente extiterunt, qui de illius viri genere profecti non sunt. Primus nãque ipse Moses dux populi fuit, qui nõ de Iuda sed de Leui nat⁹ est: deinde Iesus, de tribu Ephræm:

Explicatio cygneæ cãtionis Iacob de Christo Iesu.

post quem præfuit Debbora, de tribu item Ephræm: & Barac, de tribu Nephthalim: post quem Gedeon, de tribu Manasse: deinde filius Gedeon: & post hunc Thola, de eadem tribu: postea Esebon, ex Bethleem: & post hunc Ailon, de tribu Zabulon. hunc secutus est Abdon, de tribu Ephræm: deinde Sampson, de tribu Dan: postea cũ sine principe essent, præfuit ipsis Eli sacerdos de tribu Leui. Hi cuncti iudices qui iudicabant Israel, non de genere ipsius Iuda, sed ex diuersis tribubus ex alia alius oriũdi, & qui post hos primus apud eos regiam dignitatem accepit Saül, de tribu fuit Benjamin. Quomodo igitur illud: Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius (vt quispiam fortasse putauerit) ad principes de tribu Iuda ac duces referetur, quando videntur ex quo tempore mortuus est Iacob, totis propemodum mille annis, nõ ex vna tribu ipsius Iuda profecti, sed ex alia alius vsque ad tempora Dauid? quod si post tam multos & Dauid, & qui ipsi Dauid in regno apud Iudaicam gentem successerunt, de tribu Iuda nati sunt: sciendũ tamen tibi est, quòd hi ipsi ne totos quidem quingentos annos totius gentis regnum obtinere potuerunt, sed trium duntaxat tribuum, ac ne harum quidem solidarum: quippe cum eisdem temporibus alij quidem in parte gentis ampliore, & in totis nouem tribubus regnauerint. Nam post mortem Solomonis, cum tota gens ab Iuda diuisa fuerit, ipsius Dauid successores trium, vt dicebam, tribuum, ac ne harum quidem solidarum, in Hierusalem reges fuerunt ad Babylonicam cladem. Iidem verò temporibus in ciuitatem quæ vocatur Samaria, nouem tribuum, duces non de tribu Iuda, sed ex aliis alij extiterunt: quorum primus Hieroboam fuit, de tribu Ephraim, ac deinceps qui hunc secuti sunt: vt ne mediis quidem temporibus à Dauid vsque ad tempus quo in Babylonem captiui ducti sunt, vlli de tribu Iuda vniuersæ genti præfuerint. Porrò autem quid dicendum, quemadmodum post reditum de Babylone rursus quingentis annis ampliùs vsque ad Christi ortum vixerint eo statu ciuitatis vtentes, in quo soli optimates rem administrauerint? pontificibus vtique toti genti imperantibus, quorum nullus planè de tribu Iuda oriebatur? vt iam ex his omnibus perspici possit, non ad primum illum Iudam, neque ad illius successores referendum esse oraculum illud, dicens: Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius: sed ea quæ ad hunc locum pertinent, vno duntaxat modo constare posse, si secundum ea quæ priùs à nobis de tota tribu exposita sunt, hæc ipsa intelligenda esse dixerimus. Hæc enim tribus ab initio & ab ipsius vsque Mosi temporibus, vniuersæ gentis dux fuit: itaque secundum huius principatum, vtpote quem Deus cæteris ab initio præfecerit, & ipsa regio etiam nunc ab ea ipsa tribu, Iudęæ vocabulum obtinet, & omnis illorum conuentus Iudæorum appellatur. Sic igitur intelligamus quod dictum est, tanquam si manifestiùs dixisset, Non desinet toti genti præesse tribus Iuda: ex quo Symmachus; Non auferetur, inquit, potestas de Iuda: sic vtique iuris cuiusdam amplioris, & principatus autoritatem eius quæ postea futura esset tribus Iuda, nobis intelligendam proponens. Huius enim neque sceptrum, vt Aquila inquit (regij porrò principatus signũ hoc erat) neque potestatem, vt Symmachus, sublatum iri vaticinatur, Donec veniat, inquit, cui repositum est, atque ipsum fore expectationem gentium. Sed quam tandem expectationem, nisi de qua olim & ipsi Abraham, & iis qui Abraham secuti sunt patribus, oracula reddita sunt? Primùm igitur admirari operæprecium fuerit, quid ita, quum duodecim Hebræorũ tribus essent, à nulla alia nisi ab vna ipsius Iuda, gentis etiam nunc appellatio vsurpetur. Quod ego quidem non ob aliud contigisse arbitror, quàm ob ipsius prophetię oraculum, quod vni tribui Iuda principatus dignitatem attribuit. Quinetiam patria ipsorum terra, eadem de causa Iudęæ appellationem sortita est. Cur enim quæso quum duodecim fuerint, non ab eorum primo Ruben gens eorundem appellata est? cum præsertim natu maximi potiores in lege diuina haberentur? Cur non item Leui, qui & ætate, & sacræ functionis honore Iudam anteibant? cum verò ipsi Ioseph quondam non modò Ægypti vniuersæ, sed etiam suorum imperium obtigerit, cúmque ab illo oriundi multis pòst seculis diu admodum, totis eius gentis nouem tribubus præfuerint, cur non ab eo potissimum tota gens, ipsáque regio nomen accepit? quandoquidem ob eos ipsos, quos ab Ioseph oriundos diximus, longè honestius, probabiliúsq; erat, totam gentem, totamq; regionem à primo illo ipsorum parẽte denominari? denique præter hos omnes quis non concedat, meritò illos à Benjamin fuisse denominandos, cuius posteritati ac tribui celeberrima ipsorum ciuitas, quæ regum apud ipsos domicilium fuit, & quod in sanctissimum Dei templum erectum est, in sortem concessit? attamen neque ab harum aliqua, neque à reliquarum, sed ab vna ipsius Iuda tribu totius

Saül prim° Hebræorum Rex.

Post reditũ è Babylone nullus rex de tribu Iuda.

Quare Iudæi à tribu Iuda magis denominentur.

Templum in tribu Benjamin erectum.

A totius gentis ac regionis appellatio ducta est, sicut prophetia prædixerat. Sic sanè illud, Non deficiet princeps de Iuda: ad ipsam tribum à nobis relatum est, & hoc vno duntaxat modo oraculi veritas locum habet. Námque à Mosis vsque temporibus deinceps non defecerunt particulares quidam ipsorum principes, qui ex diuersis, vt dictum est, tribubus genti præfuerint: in vniuersum autem tribus Iuda, quæ totius gentis principatum tenuerit. Exemplo autem id quod nunc dictum est, tibi apertius liquebit. Vt enim in Romano imperio singularum procuratores, & præsides, prætorésque, & castrorum præfecti, & qui omnes dignitate anteeunt reges, non omnino omnes de ipsa Romana vrbe capiuntur, neque de Remi siue Romuli genere, sed ex innumerabilibus aliis aliūdè nationibus, omnes tamen & reges, & qui post ipsos secundo loco principes, præsidésque habētur, Romanorum appellatione notantur, & Romanorum denominantur imperium, & eandem denominationem in vniuersum omnes magistratus attingunt: sic etiam in rebus Hebræorum B cōstituere intelligeréque oportet, tanquam vna quidem in vniuersum tribus Iuda, totam gentem de suo nomine illustrem reddiderit: particulares verò duces ac reges ex diuersis extiterint tribubus qui tamen communi illa Iudæ appellatione honorē acceperint. Non alio ergo quàm ad totam tribum referatur illud quod à propheta dictum est, Iuda te laudabunt fratres tui. Nouerat enim illam tanquam prærogatiuæ munus consecutam, honore cæteris tribubus esse anteponendam: & quoniam princeps fuit in bellis, & sola in apparatibus præliorum aduersus hostes genti suæ vniuersæ præfuit, meritò deinceps ad eandem illud quoque dicitur, *Manus tua in tergo inimicorum tuorum.* Deinde propter principatum, propterque regiam dignitatem, catulus leonis esse dicitur. Gloriæ igitur sibi tribuens hic tum generis princeps, tum etiam propheta huiusce tribus dignitatem, adiungit quod C sequitur: *De germine fili mi ascendisti.* Illud autem, *Recumbens dormiuisti vt leo,* & vt catulus leonis, eiusdem tribus magnificum animi ingenium & confidens ostendit, quod quæ nullis extrinsecus ingruentibus rebus concutiatur: & quòd tum intrepidū se præbeat, tum contemptui habeat inimicos. Illum verò hoc modo se habentem, ac potius ipsam tribum quæ huiusmodi sit, Quis, inquit, excitabit? vbi cum magnum quendā & admirabilem & rarum, & spectatu difficilem fore significauerit eum, qui sit huiuscemodi tribum de sede excitaturus, déque principatus gradu ac dignitate exturbaturus, tum demum quisnam hic sit, nos admonet: docétque hunc illum esse, qui expectatio gentium sit futurus, qui videlicet à propheta non prius inter homines videndus prædicitur, quàm & princeps deficiat, & dux amoueatur, & de principatu exturbetur tribus Iuda. Cæterùm quisnam quæso alius hic sit, quam Saluator & Dominus noster Iesus Christus? in cuius ortu, sicut proximè exposita D prophetia volebat, ex Iudæis quidem defecerunt principes ac duces qui genti præsiderent: ipsa verò tribus Iuda vnà cum tota gente, principatu ac regno, quod ab initio obtinuerat, spoliata, Romanis etiam nunc dominantibus, ex illo ad hūc vsq; diē famulatur, qui vnà cū reliquis gentibus etiā Iudæos subegere. A quibus itē Herodes primus externo genere ortus, & imperatoris Augusti, & Romani senatus autoritate rex declaratus est. Fuit igitur Antipatri filius hic Herodes. Ipse verò Antipater Ascalonita ab eorū nescio quo ortus, qui in tēplo Appollinis versantes, sacri serui appellabantur. Qui cum vxorem duxisset quandā, cui nomen quidē Cyprinæ, genus verò ex Arabia, Herodē creauit. Hic igitur primus tali genere natus, Hyrcanū qui vltimus ex successione ac serie pontificū, Iudæis præfuit, & in quo domesticus Iudaicæ gētis principatus defecit, necatū tollit de medio. Isque primus, vt dicebam, externo genere ortus, Iudæorum rex est appellatus. Huius ergo temporibus E cum Iesus Christus esset natus, Iudæ tribus dignitas, sublatum est Iudæorum & imperium, & regnum: completa est proximè exposita prophetia, Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat quæ reposita sunt ei. Hunc autem dicit futurum non Iudaicæ gentis, sed gentium expectationem. Quoniam igitur reposita erat illa gentium vocationis expectatio, quæ ex oraculo ipsi Abrahæ promissa est, cum ex Iudaica gente iam defecissent & principes & duces, translatumque ab ea esset imperium in Romanos, & in illum Herodem de quo dictum est, meritò tempora quibus Iudæorum principes defecissent, Lucas Euangelista significans, initium doctrinæ Christi narrat factum esse in anno XV. Imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam. Matthæus quoque eandem rem innuens notat. Nam ortu Domini ac Saluatoris nostri descripto, deinceps adiungit: *Cum autem Iesus natus esset in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorū?*

Exemplum appositissimum.

Herodis genus.

Gentium expectatio.

Luc. 3.

Matth. 2.

in quo planè ostendit & externi hominis in illos imperium, & externarum gẽtium à Deo vocationem. Eodem enim tempore & externi Iudæis imperabant, & Christum Dei, de quo prophetæ locuti fuerant, externi ab oriẽtis partibus præfecti, & cognouerunt, & adorauerunt. Ergo planè in his finem suum contingens prophetia Iacob, apparet quemadmodum completa sit, cum ad extremum sui status Iudaica gens venisset, sicut ipse quoque ad suos filios cecinit, cum dixit: Congregamini vt annunciem vobis quid venturum sit vobis in extremo dierum. Nos enim extremos intelligimus dies, extrema status Iudaicæ gentis tempora. Cæterùm, quid tandem illi euenturum fuit? nempe defectus honoris Iudæ, vniuersæ eius gentis sublatio, quies & terminatio ducũ eiusdem, tribus ipsius principatus, regiæque dignitatis dissipatio, Christi imperium & regnum, non quod in Israel, sed quod in omnibus gentibus dominaretur, iuxta illud, *Et ipse expectatio gentium.* Sed quis non planè fateatur, omnia hæc in Saluatoris nostri aduentu completa esse? siquidem qui ante Christi ortum domesticis principibus ac ducibus, & solertibus diuinarum lectionum auditoribus, suis item propriis regibus & pontificibus, & prophetis gloriabantur, quæque olim regalis cum esset, tum suos hostes atque inimicos superabat, tum suæ gentis vniuersæ princeps & dux existebat tribus Iuda. Postremo, quicunque inter illos quondam excellebant, ex illo ad hunc vsque diem Romanis tributarij facti, parent ac seruiunt. Planè enim Christus Dei videndum se præbuit. Atque ex illo quæ dicebatur expectatio gentium, omnibus gentibus palàm nunciata est. Aut dicat mihi aliquis, vtrùm in aduentu Iesu Saluatoris nostri, quæcunque apud Hebræos maiestatem aliquam haberent, necnon mater ipsorum ciuitas vnà cum templo, & eo quod in templo celebrabatur sacrificio, cúmq; domesticis ducibus ac principibus non defecerint, & vtrùm quæ in spe posita erãt, gentiúmque quæ in toto orbe essent, expectatio, ex illo tempore apparuerint, quando etiã ea quæ Domino reposita erant, venerunt. Sed quæ tandem hæc habenda sunt, nisi ea quæ continet oraculum illud? *Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in tergo inimicorum tuorum: catulus leonis Iuda: de germine fili mi ascendisti, recumbens dormiuisti vt leo, & vt catulus leonis, quis excitabit eum?* hæc enim alio sensu ea sunt, Quæ illi reposita erant: quæ ipsa quoque iam tempus est vt contemplemur, si hoc primùm attenderimus diligenter, variis, diuersísque Christũ nominibus diuina oracula appellare consueuisse. Nam modò illum vocant Iacob: *Iacob puer meus, suscipiam eum, Israel electus meus, suscepit eum anima mea, iudiciũ gentibus proferet*: Et quæ sequuntur, quibus ad extremum illud additur. *Donec ponat in terra iudiciũ, & in nomine eius gentes sperabunt.* Modò eundem Solomonem & Dauid nominant. Solomonẽ quidem, vt in septuagesimo primo Psal. qui in Solomonem quidem inscriptus est, planè autem quæ ad Christũ referenda, continet. Illud enim, *Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines orbis terræ, & omnes gentes seruient ei*: & quæcunque ipsa hæc deinceps Psalmus continet, vni vtique Christo sunt accommodanda. Dauid verò rursus appellatus est Christus, in Psal. octuagesimooctauo, quandoquidem nusquam ipsi Dauid, sed vni illi, quæ in hoc item dicuntur, conuenire possunt, veluti illud, *Ipse inuocabit me, pater meus es tu, & ego primogenitũ ponam eum, excelsum præ regibus terræ, in æternum seruabo illi misericordiam meam.* Et rursus: *Semen eius in æternum manet, & sedes eius vt sol in conspectu meo, & vt luna perfecta in æternum.* Sic igitur vnà cum aliis innumerabilibus Christi appellationibus, quibus illum diuina oracula significant, eadem ratione vt Iudas quoque in iis quæ modò exponebamus: sit appellatus, fieri potest, cum de tribu Iuda sit natus. Constat enim ex Apostolo, Saluatorem ac Dominũ nostrũ de tribu Iudæ ortũ esse. Huic igitur Iudæ, si secundum sententiam interpretemur, reposita erant illa, quæ in prophetia continentur. Sed quænam hæc fuerunt? primũ quidem, quòd à fratribus esset laudandus. Deinde quod manus in tergum inimicorũ suorũ esset iniecturus. Postremò quòd adorãdus à filiis patris sui, quæ etiam suũ finem consecuta sunt, quo tempore, dum admirabiles virtutes, & prodigiosa miracula ederet, admirationi erat, & laudabatur, & adorabatur suis discipulis, & apostolis, quos etiã fratres vocare non grauatus est, dũ in Psalmo sic dicit: Annũciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Dum autẽ Mariæ & reliquis mulieribus imperat, vt quæ bona viderint nuncient, quasi fratribus nunciari imperat. *Nunciate,* inquit, *fratribus meis, quòd ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: Deum meum & Deum vestrum.* Sic sanè illum fratres miraculorum gratia tanquam admirabilem virum dũtaxat ab initio laudabant: quippe qui vnum aliquem de prophetis, vt verisimile est, illum esse suspicarentur. Sed vbi interim admirabiles, & omnem fidem superantes illius actiones intuentur,

Isaiæ 42. Oracula tribuunt christo varia nomina. Psal. 71. Psal. 88.

2. Tim. 2. Rom. 1.

Ioan. 20.

A intuentur, & quemadmodum inimicum & vltorem, mortémque seculi huius dominam, vnà cum reliquis inuisibilibus & inimicis potestatibus sustulisset: tum verò Deum illum esse credentes, adorauerunt: manus autem Saluatoris nostri in tergo inimicorum suorum fuere, quo tempore videlicet omnes actiones suas, & virtutes, & gesta prodigiosa, ad delendos dæmones & malignos spiritus intendebat. Quinetiam cum manus suas expandisset in cruce, tum quoque manus eius, fugientibus inimicis, & eidem terga dantibus in tergo inimicorum fuerunt: magísque etiam cum patri reddito spiritu, & suæ carnis expers, & eo quod assumpserat corpore nudatus, qui ipsa vita erat, ad loca inimicorum descendit, vt & mortem, & reliquas quæ aduersus ipsum surrexerant potestates, dissiparet: quas quidem verisimile est communem quendam hominem, ac reliquis similem ratas esse illum, itaque circum eundem stetisse, & quasi vnum de multis adortas: atque B vbi præstantiorem agnouerint, quàm vt homo existimari posset, ac diuiniori natura præditum, & conuersas esse, & terga illi dedisse: contra quas immissis manibus diuinis suis & acutis sagittis, fugientes exegit, vt propterea dictum sit, Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum. Quòd si etiam nũc innumerabiles Saluatoris nostri inimici ecclesiam eius variis occasionibus oppugnare conarētur, attamen hos quoque inuisibili quadam manu, & sua diuina virtute in fugam vertit, vt de his item dictum sit illud: Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum. Vbi verò iam, quod reliquum fuit, insignia illius victoriæ præclara de hostibus recepit, tum verò illud completum est, *Adorabunt te filij patris tui*: omnes videlicet, qui in cœlo sunt angeli, spiritúsque inseruientes, ac diuinæ potestates, necnon degentes in terra apostoli, & euangelistæ, post quos quicunque per ipsum, vni & soli vero patri Deo seipsos addixerunt, qui quidem vbi Deum verbum Christum esse didicere, tum C se illum vt Deum adorare confessi sunt. Sed quoniam & ortus eiusdem & mortis mysteria eadem prophetia complecti oportebat, meritò post illa quæ iam dicta sunt vaticinans Iacob, adiungit: *Catulus leonis Iuda, de germine fili mi ascendisti, recumbens dormisti vt leo, & vt catulus, quis excitabit eum?* Catulum itaque leonis ipsum nominat, propterea quòd de regia tribu sit natus. De semine igitur Dauid fuit ratione corporis. De germine autem, inquit, fili mi ascendisti, quoniam de semine & radice eius, qui hæc prædicebat Iacob, pullulauit: cum prius quidem esset Deus verbum, postea verò etiam filius hominis sit factus, propter eam quam pro nobis assumpsit dispensationem. Potest etiam mortem eiusdem significare illud, *Recumbens dormiuisti vt leo, & vt catulus*: ex quadam ipsius scripturæ consuetudine, quæ sua quadam propria consideratione, etiam mille aliis in locis mortem, dormitionem, somnúmque appellat. Illud autem, *Quis excitabit ipsum?* de reditu eius à morte ad vitã cum D admiratione dictum est. Siquidem excitandum ad vitam illum planè nouit, qui ait: Quis excitabit ipsum? cùm admiratione verò interrogat, quísnam hoc facturus sit, atque illum excitaturus: vt sic nos ad quærendum inuitet, quísnam hic sit, qui Dominum nostrũ post susceptam pro nobis mortem, à morte sit reuocaturus ad vitam. Quis porrò hic sit alius, quàm vniuersi Deus & illius ipsius pater? cui soli tribuenda est Saluatoris nostri in vitam restitutio, sicut scriptura testificatur quæ ait, *Quem pater suscitauit à mortuis*. Pro illo autem, Catulus leonis Iuda, de germine fili mi ascendisti, recumbens dormiuisti: significantius Aquila conuertit, Catulus leonis Iuda, de captura fili mi ascendisti cum flexisses cubuisti. Symmachus autem: Catulus, inquit, leonis Iuda, de ferarum captura fili mi ascendisti, genibus flexis confirmatus es. Ex quibus verbis planissimè apparet ipsa de morte ad vitam restitutio, & ab inferis veluti à quadam ferarum captura Saluatoris nostri euasio. Quòd E verò illum dixerit & genua flexisse, & confirmatum esse, non autem cecidisse, in eo quidem quòd genua flexerit, mortem interim demonstrauit: quòd autem sit confirmatus, non raptum esse more aliarum animarum. Hæc igitur omnia Christo prius reposita erant: quæ tamen quandiu finem suum consecuta non sunt, tandiu Iudaica gens stetit, Iudæorúmque principes ac duces, exquisitique sapientes diuinorum de Christo oraculorum interpretes apud ipsos floruerunt. Postquam autem venerunt quæ ipsi Iudæ reposita erant, tum is in terra est visus, qui à prophetis dictus erat de semine ac stirpe eius, qui hæc diuinauerat oriturus, recumbénsque ac sopitus: vel, vt ait Symmachus, genibus flexis confirmatus est & surrexit, manibus in tergum inuisibilium atque intelligibilium hostium iniectis, eiúsque fratres ac discipuli antea illum laudantes atque admirantes: pòst vbi Deum esse confessi sunt, etiam vt Deũ adorauerunt: tum verè illa ipsa cõpleta sunt, quæ ipsi reposita erant, vt propter hoc illud redditum sit oraculum, Donec veniãt quæ reposita sunt ipsi.

Catulus leonis.

Act. 3.

Cum enim ex illo ad hunc vſque diem, ea quæ ipſi repoſita erant, ad finem peruenerint, defecerunt quidem principes ac duces Iudæorum, eíſque ſupra caput gentium, principes collocati ſunt. Econtrariò autem ipſæ gentes vbi Chriſtum Dei agnouerunt, illum ſibi & Saluatorem & expectationem adſcripſerunt. Poſthæc omnia illud adiungitur: *Ligans ad vitem pullum ſuum, & ad capreolum vitis pullum aſinæ ſuæ: lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum: gratioſi oculi eius à vino, & albi dentes eius vt lac.* In his autem ſignificari arbitror per pullum quidem, ipſum apoſtolorum ac diſcipulorum Saluatoris noſtri chorum: per vitem autem ad quam pullus eſt alligatus, diuinam, inuiſibilémque eius vim, quam ipſe dum oſtenderet, docebat his verbis: *Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt.* Eiuſdem porrò vitis capreolus Dei verbi doctrina fuerit, ad quem pullum aſinæ ſuæ alligauit: qui quidem pullus nouum de gentibus populum, quaſi genituram quandam Apoſtolorum eius, & prolem ſignificauerit: Poſſumus item vel ad verbum dicere hæc ſuum finem contigiſſe, quo tempore, vt apud Matthæum legitur, Dominus dixit ad ſuos diſcipulos: *Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſoluite, & adducite mihi.* Et ſanè ſi quis verba diligenter attenderit, quin prophetæ prædictionem admiretur, facere non poterit, qui diuino ſpiritu afflatus tantò antè cognouerit, eum de quo ipſe vaticinabatur, non vt aliquem illuſtrem apud homines regem in curribus & equis eſſe vehendum, ſed ſuper aſina & pullo ſedentem, quaſi vnum de multis, & vulgarem quendam hominem atque inopem. Idipſum alius quoque propheta eſt admiratus, vbi ait: *Gaude vehementer filia Sion, ecce, Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper iumento & pullo adoleſcente.* Illud autem, Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum: vide quæſo tu quoque ne quando, vt in arcanis, myſticam illius paſſionem ſignificet, in qua ſtolam ſuam & indumentum abluerit, tanquam in lauacro, vt ſanè eorum qui in ipſum crediderint ſordes antiquas abluiſſe declaratur. Per vinum enim quæ ſanguinis illius nota eſt, eos qui in morte illius baptizentur, quíque in ſanguine eiuſdem credant, à veteribus malis expurgat, vtpote qui abluat & abſtergat antiquam eorum ſtolam & pallium: Itaque precioſo ſanguine diuinæ illius & de ſpiritu natæ vuæ, eiúſque vitis vino, de qua dictum eſt ſuprà, redempti, veterem quidem hominem cum eius actionibus exuerunt: nouum autem & ad cognitionem ſecundum imaginem eius qui creauit inſtauratum, induerunt. At illud, *Gratioſi oculi eius à vino:* Et illud, *Albi dentes eius vt lac:* rurſus tanquam in arcanis poſita noui teſtamenti myſteria comprehendere arbitror, lætitiam videlicet myſtici illius vini, quod ſuis ipſe diſcipulis porrexit Saluator, cum dixit: *Accipite, bibite, hic eſt meus ſanguis, qui pro vobis funditur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem.* Siquidem illud, Gratioſi oculi eius à vino, & albi dentes eius vt lac: ſplendorem puritatémque myſtici illius alimenti mihi ſignificare videtur. Rurſus enim ipſe diſpenſationis diuinæ notas ſuis diſcipulis tradidit, dum hortatur, vt ſui ipſius corporis imaginem repræſentent. Cum enim non amplius cruenta ſacrificia, neque ea quæ apud Moſem in lege, diuerſorum animalium mactationibus ſancita erant, grata eſſet habiturus, ſed vt pane ſui corporis nota vterentur inſtiturus, meritò propheta ſplendorem ac puritatem illius alimenti ſignificauit, cum dixit, *Et albi dentes eius vt lac.* Hanc rem alius quoque propheta commemorat his verbis: *Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi.* Cæterùm, hæc cum maiore indagatione, & longiore quadam interpretatione indigeant, per otium quiſpiam diligentius, explorauerit: quandoquidem hoc tempus plura dici non poſtulat, vt planè appareat vnà cum aliis, tempora quoque Saluatoris noſtri aduentus à prioribus prophetis antiquitus cognita, diuinæ euidenter commendata eſſe ſcripturæ.

Ioan.15. *Matth.21.* *Zachar. 9.* *Rom.6.* *Col.3.* *Matth.26.* *Myſterium ſanguinis Chriſti.* *Pſal.39.*

Quemadmodum

A Quemadmodum post annorum spacium septies septuaginta, qua summa efficitur quadringentorum nonaginta annorum, cum CHRISTVS hominibus se videndum præbuerit, prophetiæ quę apud Iudæos extabant, & quod antea apud eosdem celebre, clarúmque erat sacerdotium, dissoluetur, & ipsi quidem diluuij cuiusdam instar assiduis obsidionibus captiui fient, sacrum autem ipsorum templum extremam vastionem patietur.

Demonstratio II.

B *ET cum adhuc loquerer, & orarem, & enunciarē peccata mea, & peccata populi mei Israel, et profunderem commiserationem meam coram* Domini *Deo meo pro monte sancto* Dei *mei, & cum adhuc loquerer in oratione, ecce vir Gabriel, quem viderā in visione ab initio, volans tetigit me circiter horam sacrificij vespertini, & docuit me, & locutus est mecum, & dixit: Daniel, nūc egressus sum vt afferam tibi intelligentiam, ab initio precum tuarum egressus est sermo, & ego veni vt indicarem tibi, quod vir desideriorum tu es, & animaduerte in verbo, & intellige in visione, quod vir desideriorū es tu, Septuaginta hebdomades compendiū accepere super populum tuum, & super ciuitatem sanctam, vt consummetur peccatum, & signentur quasi annulo peccata, & deleātur iniquitates, & expientur iniustitiæ, & adducatur iustitia sempiterna, & quasi signo impresso claudetur visio, & propheta: et vngatur sanctus sanctorū, & cognosces, & intelliges ab exitu sermonis, vt respondeatur, & ædificetur* C *Hierusalem vsque ad Christū ducē. Hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ, & reuertetur, & ædificabitur plantea & murus, & euacuabuntur tempora, & post hebdomadas sexaginta duas peribit vnctio, & iudiciū non est in ea, & ciuitatem & sanctum disperdet cum duce venturo, & excidentur in diluuio, & vsque ad finem belli in compendium redacti internecionibus, & confirmabit pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis auferetur sacrificium & libatio, & super tēplū abominatio desolationum, & vsque ad cōsummationē temporis, consummatio dabitur in desolationē.* Danielis 9.

Cum Iudaicę gentis septuagenaria apud Babylonios seruitus iam ad finē tenderet, Danieli oranti vnus ex sanctis Dei ministris visus Gabriel archangelus, renouationē vrbis Hierusalem primo quoque tēpore & sine mora futurā canit, & tēpus vsque ad eā renouationem numero annorum determinat, prædicítque vt post definitum illud temporis spacium, rursus vertetur, vtque post secundā expugnationē atque obsidionē, non vltra Deo tutore gaudebit: sed sola ac deserta secū vnà Mosaica legis ritu sublato permanebit D quippe cū in eius ritus locū, in vitā hominum alterū sit introducendū testamentū, quod nouum dicatur. Et hæc, vt in oraculis mos est, latēter se ipsi prophetæ indicare Gabriel profitetur. Ait igitur ad illum: Nūc egressus sum vt afferā tibi intelligentiā, ab initio precū tuarum egressus est sermo: & ego veni vt indicarē tibi quòd vir desideriorū tu es; & animaduerte in verbo, & intellige in visione, Quibus verbis planè illū excitat, vt profūdius animaduertat, profundiúsque intelligat ea quæ in verbis ab ipso proferendis contēplatione digna sunt. Siquidē illa visionem appellat, propterea quòd profundiorū quēdā sensum attingūt, neque vulgari quędā prudentia indigēt. Quam ob rē ipsi quoque eū inuocantes qui dat hominibus sapientiā, rogātésque vt mentis oculos nobis illuminet, confidenter aggrediamus, quæ ad horū locorū interpretationē pertinēt. Septuaginta, inquit, hebdomades cōpendiū accepere super populum tuū, & super ciuitatē sanctam, vt E consummatur peccatū, & quasi annulo signētur peccata, & deleantur iniquitates, & expiētur iniustitiæ, & adducatur iustitia sēpiterna, & quasi signo impresso claudatur visio & propheta, & vngatur sanctus sanctorū. Quòd igitur septuaginta hebdomadarū spaciū si in annos resoluatur, nonaginta supra quadringentos summā conficiat, nemini, puto, dubium est. Tantùm igitur tēporis compendiū accepit super populū tuū, vbi sané omnē Iudaicæ gētis terminationē cōcludit, Nec tamē illos in his amplius Dei populū vocat: sed alloquēs ipsum Daniel, Populū, inquit, tuū, námque aliàs quoque tanquā eū qui impiè egisset, & simulacris se addixisset, non amplius suū populū Deus, sed Mosi appellauit, cum dixit: *Vade, descende, peccauit enim populus tuus*: Nūc igitur eodē modo causam cur illud tēporis spaciū cōtra illos præfinierit docet: hoc autē est, eos nō amplius dignos esse qui populus Dei appeliētur. Deinde adiungit illud, Et super ciuitatē sanctā, vbi ilud

Interpretatio oraculi de 70. Hebdomadibus.

Septuaginta hebdomadum spaciū explicatur.

Exodi 3.

Tuam, rursus à superiori subaudimus, vt ita dictum esse videatur, Super populũ, tuũ, & super ciuitatem sanctã tuam: non secus ac si dixisset, Quæ à te sancta existimatur, nam & Hebraicus contextus, & reliqui interpretes vno ore, non solũ ad populũ illud Tuum, sed etiam ad ciuitatẽ, illud Tuam, adiungunt. Aquila igitur, Super populũ, inquit, tuũ, & super ciuitatẽ sanctificatã tuam. Symmachus autem, Aduersus populũ tuũ, & ciuitatem sanctã tuam. Quocirca in bonis quoque Septuaginta interpretũ codicibus illud Tuam stellula apposita adiectũ est. Nam cum orans Daniel in illis suæ supplicationis verbis, sæpius populũ, Dei populũ nominasset: ciuitatis autẽ locũ, sanctum Dei locũ: vertens in diuersum qui respondebat, neque ciuitatẽ sanctã Dei, neque populũ Dei esse fatetur: sed tuũ inquit, qui oras, & qui talia de populo, & de loco ciuitatis dixisti. Verba ipsius Daniel hoc modo se habẽt: *Auertatur furor tuus, & ira tua à ciuitate tua Hierusalẽ, & monte sancto tuo.* Item, *Populus tuus factus est in opprobrium omnibus in circuitu nostro.* Et rursus: *Ostẽde faciẽ tuã super sanctuariũ tuũ, quod desertum est.* Et rursus: *Vide interitũ ciuitatis tuæ, super quã inuocatũ est nomen tuum.* Ac deinceps: *Quia nomẽ tuũ inuocatũ est super ciuitatẽ tuã, & super populum tuũ.* Talibus cũ orasset, adiũxit: *Et cum adhuc loquerer & orarẽ, ecce Gabriel quẽ videram in visione mea, volãs tetigit me,* & dixit ea vtique quæ superius descripta habes. Planè igitur in his propheta non simpliciter ciuitatem sed Dei ciuitatẽ nominauit: & sanctuariũ, Dei sanctuarium: & populũ, Dei populũ: ita videlicet animo erga illũ populum affectus. At verò Gabriel nõ itẽ vt ipse, ea quæ iam dicta sunt vocat: sed ex contrario, Super populũ tuum, inquit, & super ciuitatẽ sanctã tuã. Vbi propemodum & ciuitatẽ, & populum, & sanctuariũ, illa Dei appellatione indigna esse demõstrat. Tãtum igitur temporis spaciũ primũ cõtra populum, deinde contra ciuitatẽ præfinitum esse docet, & quòd tantũ sit, ostendit ex renouatione Hierusalem. Id porrò cõtinetur è Dario Persarũ rege vsque ad Augusti dominatũ in Romanos, & Herodẽ Iudæorum regem, qui alieno genere natus est, quorum tẽporibus ea quæ ad ortũ Saluatoris nostri pertinẽt enarrãtur, quẽadmodũ longiùs progressa oratio demonstrabit. Ordine deinceps sequitur: Vt cõsummetur peccatum, & quasi annulo signẽtur peccata, & deleantur iniquitates, & expientur iniustitiæ & inducatur iustitia sempiterna, & quasi signo impresso claudatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorũ. Pro eo autẽ quod est, vt cõsummetur peccatũ, & quasi annulo signentur peccata: Aquila vertit, Ad consummãdã præuaricationẽ, & finẽ imponẽdam peccato. *Illud enim, Implete mensuram patrũ vestrorũ,* quod à Saluatore nostro ad Iudæos dictũ est, etiã in his arbitror cõtineri ac significari. Nã dum insidias illi Iudaica gens molitur & conficit, peccatum suum consummauit: & eiusdẽ, vt Aquila vertit, aduersus Deum præuaricatio finẽ accepit. Iãpridem enim illos quãuis innumerabilia peccata perpetrãtes ante Saluatoris nostri aduẽtũ, Dei tamẽ clementia ferebat, quẽadmodum videlicet prophetica ipsa verba demõstrant: verumtamẽ sicut de illis qui genere ab Hebræis differentes, terram promissionis incolebant, ad Abraham dictum est, *Nondum enim completa sunt peccata Amorrhæorũ:* & quãdiu cõpleta non fuere, de terra ipsorũ patria expulsi non sunt. Vbi autẽ cõpleta sunt, tum verò omnes in interitũ inciderunt: quæ sanè clades illos excepit temporibus illius Iesu qui Mosi successit: ita etiam de priore tibi intelligẽdum est populo, quãdiu enim illorũ peccata cõpleta non sunt, Dei illos patientia & benignitas tulit, & per prophetas vndique ad conuersionẽ inuitauit. Postquam autem, vt Saluator ad ipsos dixit, impleuerũt mensurã patrum suorũ, tũ verò in eundẽ locum coacta omnia, extremũ illis attulerunt interitũ sanè quemadmodum idem Dominus noster nos docet, vbi ait: *Omnem sanguinem effusum à constitutione mundi, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ vẽturum super generationẽ istã.* Quũ igitur ad extremũ manus iniicere filio Dei ausi sunt, consummauerũt præuaricationẽ, & finem peccato suo imposuerunt, sicut Aquila interpretatus est, at, sicut Septuaginta, Eorũ peccatũ alligatum signatúmque est. Sed quoniã non solum in ruinam, verumetiam, in reparationem multorũ venit Israël, sicut de ipso dixit Simeõ, *Ecce hic positus est in ruinã & in resurrectionẽ multorũ in Israel:* meritò Daniel ad ea quæ dicta sunt, adiungit: Et vt deleantur peccata, & expientur iniustitiæ. Quum enim sanguis taurorum & hircorum auferre peccata non posset, & omne hominũ genus expiatione viua veráque indigere (cuius figuram gerebat id quod apud Mosem constructum vocatur propitiatorium) nulla autem propitiatio viua veráque esset, nisi Saluator & Dominus noster ille agnus Dei, de quo dictum est: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mũdi.* Nam rursus idẽ propitiatio est pro peccatis nostris, nec pro nostris tantum

Ciuitas Dei sanctuariũ Dei.

Matth.23.

Gen.15.

Matth.22.

Luc.2.

Heb.9. & 10. Cap.

Ioan.1.

tum ipse est precium ac redemptio, sed etiam pro totius mundi, vt ait Apostolus: *Qui factus est*, inquit, *sapientia nobis à Deo, iustitiáque & sanctificatio, & redemptio.* Meritò eius aduentum, simul complementum perfectionémque peccati esse docet eorum, qui contra ipsum impij fuerint, simul abstersionem & purgationem peccatorum, & iniustitiarum expiationem eorum qui in ipsum crediderunt. Nam cum Aquila ad consummandam præuaricationem, & finem peccato imponendum dixerit, tum illud adiecit, Et ad expiandum iniquitatem: sic planè illum omnis iniquitatis, quæ olim per ignorantiam admissa sit, expiationem esse, pro concesso sumens. Post ipsa hæc illud sequitur, Vt inducatur iustitia sempiterna: Est sanè ipse Dei verbum iustitia sempiterna, qui factus est nobis sapiĉtia à Deo, iustitiáque & sanctificatio, & redẽptio, vt ait Apostolus: verumtamen aduentu suo omnibus hominibus conciliauit iustitiam, re ipsa ostendens, quod *non solum Iudæorum est Deus, sed etiam gentium: quandoquidem vnus est Deus qui iustificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.* Ex quo eos qui cum Cornelio aderant, quíque iam spiritũ sanctum accipere meruerant, admirans Petrus: *Verè*, inquit, *noui quòd nõ est acceptor personarum Deus, sed in omni gente qui timet illum, & exercet iustitiam, acceptus est illi*: Quin Paulus quoque Euangelium iustitiæ affirmat esse, vbi ait: *Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti. Iudæo primùm & Græco: iustitia enim Dei in eo reuelatur.* In Psalmis quoque de Christo dictũ est: *Orietur in diebus eius iustitia & abundãtia pacis.* Et sane illius opus reuera Dei iustitiã demõstrauit, vtpote quod omne genus hominũ pari vocatione dignũ reddiderit. At quæ per Mosem edita sunt, nequaquam talia, sed vni soli Iudaicæ genti donata: quocirca ad tẽpus dũtaxat proditæ præterierunt. At enim quæ per Saluatorem nostrum iustitia denunciata est, in perpetuũ permanens, merito æterna iustitia nuncupata est, quemadmodum dixit Gabriel, Et vt adducatur iustitia sempiterna. Pro eo autẽ quod est, Et quasi signo impresso claudatur visio, & propheta: magis aliquanto propriè mihi videtur Aquila reddidisse. Et ad consummandum visionis munus, & prophetam, non enim vt clauderet, & quasi annulo signaret propheticas visiones, Saluator ac Dominus noster aduenit, qui etiam illas, quæ antea obscuræ & quasi signo impresso clausæ erãt, & aperuit, & latiùs explicauit, quo tempore suis discipulis sensum diuinarum scripturarum exposuit. Ex quo, *Ecce*, inquit, *vicit leo de tribu Iuda, & ipse aperuit sigilla libro apposita*: vt apud Ioannem legimus in Apocalypsi. Cæterùm quæ tandem sigilla, nisi prophetarum obscuritates? quas cum planè bene notas haberet etiam Isaias, dixit: *Et erunt verba hæc tanquam verba libri signati*, non ergo vt clauderet visionem & prophetam venit Christus Dei, sed vt aperiret potius, & in lucem proferret. Quare magis mihi propriè videtur Aquila dixisse, Ad consummandum visionis munus, & prophetã, quod sanè cum illo concordat, *Non veni soluere legem aut prophetas, sed complere*: quod à nostro Saluatore dictum agnoscimus. *Finis enim legis Christus*, & omnes de illo prophetiæ inanes atque imperfectæ mãserunt, donec ille seipsum ostendẽs, omnibus quæ de ipso à prophetis prædicta fuerunt, finem imposuit. Potest etiam ex interpretatione LXX. talem habere sensum illud quod dictum est, vt quasi signo impresso claudatur visio & propheta, cum lex & prophetæ vsque ad Ioannem permanserint, & ex illo defecerint: qui prius diuino spiritu afflati diuinabant, & vaticinia de Christo omnib. palàm prodebãt: quiq; in sacris respõsis visiones puras & sinceras contemplabantur, tanquam si ipsis diuina gratia & clausa, & quasi signis impressis colligata esset: meritò euenit vt ab illo, de quo dictum est, tempore, non amplius apud illos munere suo fungeretur propheta, neque qui ab illis videns nominabatur: sed omnia hæc vsque ad nostram ætatem sublata euanuerint. Deinceps sequitur, Et vngatur sanctus sanctorum. Hoc item nobis eodem argumento constabit. Nam vsque ad tempora Saluatoris nostri, qui sancti sanctorum pontifices erant apud Hebræos, ij cæremoniis quas ex Mosaica lege acceptas seruabãt, vngebãtur, sed hi quoque posthac, sicut prophetia prædixerat, defecere, Itaque quod ab Iacob ad Iudam oraculum enunciatum est, secundũ ea quæ prius à nobis exposita sunt, Iudaicæ gentis ducũ, principúmque defectũ diuinabat. Sed quoniam prophetarum & sacerdotum, qui populo præerãt, iampridem honor dilatus fuerat, ordine deinceps sermo vbi interitum Iudaicæ gentis, ducum & principum sub ipsum Christi aduentũ, per eam quę prius citabatur prophetiam, prædixit: per eam quæ nunc in manibus est, & prophetarum, & sacerdotum, qui olim apud illos florebant, defectum planè significat: tanquam hi quoque, vbi Christus aduenisset, defecturi essent. Quod quidem vaticinium Saluatoris nostri aduẽtus reipsa

1. Cor. 1.
Rom. 3.
Act. 10.
Rom. 1.
Nulla personarum acceptio apud Deum.
Psal. 71.
Apoc. 5.
Sigilla scripturæ.
Isa. 29.
Matth. 5.
Rom. 10.

comprobauit. Quia verò Aquila ad vngendum sanctificatum sanctificatorum, interpretatus est, ex eo aliquis suspicabitur, veterem Iudæorum pontificẽ designari: quippe cum multi quidẽ illo ipso inferiores sacerdotes sancti appellarentur, solus autẽ põtifex, qui omnes dignitate anteibat, sanctus sanctorum. Siquidem hoc vel eo sensu acceptũ, quod vnicuíque in promptu sit, verum est. Nam vsque ad tẽpora Saluatoris nostri, qui à prima origine per successionẽ erant pontifices, iisdem etiam toti populo præerant: & quæ ad cultum Dei pertinent, ritum illum sectantes qui in lege Mosi sancitus fuerat, abundè satis administrabant. Ex quo autem Saluator noster aduenit, primum quidẽ eorũ quoque ordo confusus est, non multo autem pòst etiam penitus extinctus. Cæterùm, cũ ego quidem nusquam in sacris literis inuenerim, Iudæorum pontificem sanctum sanctorum nominari, arbitror in vnicum duntaxat Dei filium verbũ & propriè designari, & verè dignum tali appellatione constitui. Iis enim qui ex hominibus profecti sint, & ad eum virtutis gradum peruenerint, quem natura mortalis contingere potest, satis supérque fuerit, si quando in partem & communicationem quandam assumpti eius qui dixit, Sancti eritis, quoniam sanctus ego Dominus, sancti appellentur. Sanctus autẽ sanctorum quis tandem sit apud homines nominandus, præter vnum sancti dilectum puerum, qui vt rex regum, & dominorum Dominus, ita etiam sanctorum sanctus est appellatus? vt igitur ei, vtpote qui præstantiori quodam modo sit vnctus, quàm omnes qui vnquam terreno illo atque elaborato Mosi oleo vncti fuerint, dictum est illud: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Quo quidem oleo vnctus ex propria persona apud Isaiam ipse ait: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me.* Quoniam igitur excellenti & spirituali ac potius ipsius diuinitatis vnguẽto solus præter omnes, qui vnquam fuerint, Saluator noster vnctus esse perhibetur, meritò sanctus sanctorum, tanquam si diceretur, Pontifex pontificũ est nominatus: aut etiam sanctificatus: sanctificatorum, vt est in Gabrielis oraculo. Hæc porrò omnia completis hebdomadibus septuaginta, finem suum contigere, non aliàs sanè, quã quo tempore Saluator noster hominibus se videndum exhibuit. Ergo cum hæc si fore angelus is de quo dictum est, summatim ipsi propheriæ cecinerit, rursus sermonem de septuaginta hebdomadibus renouat, exquisitissimè per singulas partes docens, vnde incipere oporteat numerare tempora, & quidnam talibus temporibus euẽturum sit. Et cognosces & intelliges ab exitu sermonis, vt respondeatur & ædificetur Hierusalem: Hebdomades septem, & Hebdomades sexaginta duæ, & reuertetur, & ædificabitur platea & murus. Quæ sanè verba vt reddam planiora, pulchrè mihi officio functus esse videbor, si commentationem in eiusmodi locos eius viri, qui ante vos idem studium coluerit, non occulta verò: sed eam quoque apposuero, vt accommodata iis qui lecturi sint hæc. Pulchrè enim illud dici solet, Quæ amicorum sunt, ea esse communia, & quia vti quidem quasi communibus conuenit iis, quæ alij probè dixerint, sed ita vt agnoscamus autores neque aut sua sobole patres, aut eos qui primi cõsueuerint propriis nominibus defraudemus, illius verba non grauabor apponere. Ea feruntur Aphricani in quinto eorum quæ de Temporibus scripsit, quæ quidem in hunc modum se habent: Ipsa quidem particula, inquit, quæ ferè sic se habet, tum multa, tum admirabilia significat: attamen nunc de iis duntaxat quæ nobis ad rationem temporum, & eorum quæ ad tempora pertinent conductura sint, verba faciemus. Quòd igitur hæc de aduentu Christi dicantur, qui post hebdomadas septuaginta ab hominibus esset videndus, neutiquam dubium est: tempore Saluatoris nostri aut ex illo ipso, & antiquantur delicta, & peccata consummantur, per remissionem autem, iniquitates cum iniusticiis expiatione delentur, iusticiáque sempiterna denunciantur, præter eam quæ ex lege acquirebatur. Visiones autem & prophetiæ vsque ad Ioannem, & sanctus sanctorum vngitur, nam cum ante Saluatoris nostri aduentum hæc non essent, expectabantur tamen. Numeri verò initium accipere, hoc est septuaginta hebdomadarum, qui sunt anni quadringenti nonaginta, Angelus præcipit ab exitu sermonis vt respondeatur, & ædificatur Hierusalem. Porrò hæc contigerunt regni Artaxerxis, qui Persarum rex fuit anno vicesimo: huius enim pincerna Neemias cum eum ipsum rogasset, responsum accepit, vt ædificaretur Hierusalem. Et sermo exiuit quo ipsum hoc iubebatur, nam ad aliud vsque tẽpus ciuitas deserta manserat. Cùm enim Cyrus post septuagenariam seruitutem volentẽ vnumquémque volũtariè emisisset, qui cũ Iesu magno sacerdote, & Zorobabel,

Nullus hominum sãctus sanctorum, aut sanctißim° appellãdus.
Psal. 45.
Esa. 61.

Aphricanus de temporibus.

LXX. annorum Hebdomadæ quæ anno 490. consiciunt.

quique

A quique post hos ipsos cum Esdra descenderant, ædificare templum, & murum ciuitati circumdare initio prohibebantur, tanquam hoc imperatum non esset. Mansit igitur vsque ad Neemiam & regnum Artaxerxis, annumque imperij Persarum 115. cũ verò à capta Hierusalem annus centesimus atque octogesimus ageretur, tum rex Artaxerxes iussit ædificari ciuitatem. & Neemias vnus eorum qui emissi fuerant, operi præfuit. & platea & muri ambitus ædificata sunt, sicut futurum prophetia significauerat. Inde igitur nobis numerare incipientibus septuaginta hebdomades in Christum terminantur. Nam si ab illo quouis tempore numerandi initium fecerimus, neque tempus ipsum conueniet, & multa incommoda subire necesse erit. Siue enim à Cyro, primáq; emissione, septuaginta hebdomadas numerare cœperimus, anni centum & amplius supererunt, siue ab eo die quo angelus ipsi Daniel oraculum reddidit, etiam maior fiet annorum numerus. Multo autem maior, si ab B initio captæ vrbis. Inuenimus enim, regnum Persarum intra annos ducentos atque triginta contineri. Deinde Macedonum ad annorum numerum continuari trecentorum & septuaginta. Inde verò ad Tiberij Cæsaris annum sextumdecimum, annos sexaginta. Ab Artaxerxe autem septuaginta hebdomades ad Christi tempus perueniunt, si Iudæorum numeros sequimur. Siquidem à Neemia, qui vt ædificaret Hierusalẽ est missus, anno regni Persarum centesimo & quintodecimo, qui fuit ipsius regni Artaxerxis vicesimus, atque idem octogesimætertiæ olympiadis quartus, ad illud tẽpus qui fuit olympiadis ducentesimæsecundæ annus secũdus, imperij autem Tiberij Cæsaris sextusdecimus, anni numerantur quadringenti septuagintaquinque, qui Hebraica ratione fiunt quadringenti nonaginta: vtpote cum illi ad cursum lunæ annos cõputare consueuerint, vt hac ratione annus sit, quod dictu facilè est, dierum trecentorum quinquagintaquatuor. Cum tamen solaris cur- C sus dies conficiat trecentos sexagintaquinque cum vnius diei parte quarta. Ex quo apparet, lunares cursus duodecim, ab vno solari cursu, vndecim diebus & quarta vnius diei superari. Idcircò & Græci & Iudæi ternos intercalares menses octauo cuique anno adiiciũt. Etenim si vndenos cum vnius parte quarta octies repetiueris, trium mensium spacium cõficies. Quadringenti igitur septuagintaquinque anni, octennia reddunt quinquaginta nouem, & annos præterea tres. Cum verò actauo cuique anno terni intercalentur menses, conficitur annorum quindecim summa, paucis detractis diebus. Quos si ad quadringentos septuagintaquinque addideris, hebdomadas septuaginta conficies. Hactenus quidem Aphricanus. Quòd si nos quoque oportet in eiusmodi locos propriam commentationem in medium afferre, dico non frustra neque temerè diuisionem ab oraculo esse factam septuaginta hebdomadarum. Nam cum eas diuiserit in primas septem, ac deinde in alias se- D xaginta duas, & post plurima, quæ media interponuntur, vna reliquam adiecerit, eo modo numerum septuaginta hebdomadum compleuit. Dicit igitur: Et cognosces & intelliges ab exitu sermonis, vt respondeatur, & ædificetur Hierusalem vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ. Deinde aliis quibusdam interpositis rebus, nouissimam adiungit his verbis: Et confirmabit pactum multis hebdomada vna. Quòd autem hæc non frustra, neque absque diuino afflatu temerè effusa sint, eorum qui hæc tanquam Dei verba acceperint, negaturum arbitror neminem. Hoc igitur primum commodè nobis visum est adnotari oportere, legentibúsque vt huiusce quæstionis exquisitam solutionem inueniant, locum relinquere. Attamen si ne nos quidem quod in mentem venit, occultare oportet, dico alio quodam sensu Christum ducem, qui in proximè exposita scriptura significatur, esse accipiendum, in illis vtique verbis: Ab exitu sermonis E vt respondeatur & ædificetur Hierusalem vsque ad Christum ducem: nihilque aliud intelligendum, quàm seriem successionémque pontificum, qui post illam ipsam prophetiã, reditumque de Babylone populo Iudaico præfuerint, quos Christos nominare sacræ literæ consueuerunt. Hos enim duntaxat gẽti præfuisse initio facto ab Iosedec sacerdote magno, post reditum de Babylone vsque ad tempora aduentus Saluatoris nostri accepimus. Arbitror igitur intermedium tempus quo illi præfuerunt, significari illis verbis, Ab exitu sermonis vt respondeatur & ædificetur Hierusalem: vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexagintaduæ. annorum verò hebdomadas, si redigantur in annos, quadringẽtos octogintatres, à regno Cyri vsque ad Rom. imperium propagari: quo tempore Pompeius Romanorum imperator Hierosolyma aggressus, obsidione quidẽ vrbem ipsam cepit, totam verò gentem Romanis seruire coegit, vsque adeò, vt ex illo tempore & tributa pendens, & Romanorum iussibus obtemperãs fuerit. Ad hoc igitur tẽpus,

Supputatio 70. hebdomadarum desinit in christum.

Quot annis Persica Monarchia, et post eã Græcorum Monarchia, durauerint.

Annus solaris maior anno lunari.

quadringẽtorum octogintatrium annorum numerus ducitur, in quo desierunt, qui secundum Mosaicam legem ex maiorum successione ac serie, totius gentis principatum & sacerdotium capiebant, quos Christum ducem, à scriptura diuina hoc in loco nominari suspicor. Quòd si opus est enumeratione quoque vti, & quínam illo intermedio tempore de quo loquimur, quibus successerint, locumque illum tutati sunt, exponere: ne hoc quidem facere grauabimur, vt eorum quę dicta sunt, veritatem ostendamus. Primùm igitur post ipsius Daniel prophetiam, Cyro apud Persas regnante, post reditum de Babylone, Iesus filius Iosedêc, qui sacerdos magnus est dictus, vna cum Zorobabel de Babylonica seruitute reuertitur, & sic fundamenta templi iaciuntur. Sed dum à vicinis impeditur opus, septem primæ annorum hebdomades, quas propheta dicit, abierunt, quibus templi ædificatio inchoata remansit. Qua de causa diuinum oraculum primas septem hebdomadas à reliqua summa disiungit, dum dicit: Hebdomades septem, ac deinde ex interuallo adiungit, Et hebdomades sexagintaduæ. Septem igitur à Cyro ad templi ędificationem absolutam, annorum hebdomades reperiuntur. Inde animos sumentes Iudæi, ad Saluatorem nostrum dicebant: *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* at illi quidem quadraginta & sex annis ædificatum esse templum dixere. Totenim à regno Cyri prioris, qui primus Iudæorum quibúsque volentibus concessit de Babylone in patriam terram reuerti, ad sextum Darij regni annum, colliguntur, sub quo omnis ædificatio finem accepit. Sed Iosephus autor Hebræus alios tres annos adiungit ad ea, quę templo extrinsecus accedunt, ornamẽta absoluenda, vt propterea meritò septem primas hebdomadas, quæ summam quadragintanouem annorum conficiunt, à cæteris oraculũ propheticum separauerit, & reliquas sexagintaduas à Darij regno numerare cõtingat. sub quo rursum Iesus filius Iosedec, & Zorobabel filius Salathiel, cum adhuc viuerent ambo, instaurationi templi præfuerunt: prophetiæ munus interim exercentibus Aggæo & Zacharia. Post quos Esdras & Neemias de Babylone itidem reuersi, murum circundederunt ciuitati. Tunc autem pontificatum administrabat Ioacim, qui Iesu filij Iosedec filius fuerat, post quem successit Eliasib. Deinde Iodae, quẽ secutus est Ionathas, Hunc excepit Iaddus. Horum etiam apud Esdram fit mentio, his verbis: *Et Iesus genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Iodae, & Iodae genuit Ionathã & Ionathã genuit Iaddu.* Tẽpore autem huius Iaddu, Alexander Macedo Alexandriam condidit, vt Iosephus scriptum reliquit: & Hierosolyma ingressus, Deum adorauit. Mortuus est autem Alexander ineunte centesima & quartadecima olympiade, post Cyrum ducentis trigintasex annis: qui apud Persas regnare cœpit ineunte olympiade quinta supra quinquagesimam. Post mortem verò Alexãdri Macedonis, & post quem proximè diximus pontificem, Onias ipse quoque põtificatus honore suscepto, genti pręfuit: cuius temporibus cum Seleucus Babylonem cepisset, Asiæ sibi diadema circumdedit, anno post Alexandri mortem duodecimo. Ad quem à Cyro incipientibus omnis temporis summa annorum ducentorum quadragintaocto colligitur. Ab hoc ipso tempore Gręcorum regnum numerare incipit Macchabæorũ historia. Cæterùm, post Oniam, Iudæorum suscipit principatum pontifex Eleazarus: sub quo septuaginta viri diuinas interpretati scripturas, Alexandrinis bibliothecis dedicarunt. Post hunc secutus est alter Onias, cui successit Simon. cuius tempestate Iesus filius Sirach fama celebris fuit, qui Sapiẽtiam titulo omnia virtutum genera profitentem composuit. Post quem alius, eodem cum prioribus nomine Onias præfuit: huius pontificis tempore, Antiochus cum Iudæos obsidione fatigasset, Græcorum ritibus vti coëgit. Hunc secutus Iudas, cognomento Macchabæus, cum rebus Iudæorum præest, regionem ab impijs & profanis expurgatam liberauit. Cui succedit frater Ionathas, deinde Simon. sub cuius mortem regni, quod apud Syros viguit, annus numeratur septimus & septuagesimus supra centesimum. Ad quod sanè tempus, primus, qui Macchabæorum vocatur liber, historiam deducit, ac deductam relinquit. Itaque à primo anno Cyri, regníque Persarum, ad extremum historiæ Macchabæorum finem, Simonísque põtificis mortem anni colliguntur quadringenti vigintiquinque. Posthac verò Ionathas, vt scribit Iosephus, pontificatum exceptum per annos vigintinouem administrat. Hũc secutus Aristobolus, annum vnum præest. Hic primum post reditum de Babylone ad pontificiam dignitatem amplius regium diadema additum sibi imposuit. Huic succedit & rex idem pontifex Alexander, qui & ipse annos septem & viginti rebus Iudæorum præest. Ad cuius principatum à primo regis Cyri anno, & Iudaicæ gentis reditus de Babylone, omnis summa annorum colligitur quadringentorum octo-

Sacerdotes summi Iudæorũ qui fuerit post reditum à Babylone.

46. annis ædificatum templum.

Ioan. 2.

2. Esdr. 12.

Alexãdria ab Alexandro cõdita.

Alexander Ierosolymis Deum adorauit.

Iesus filius Sirach, autor libri Sapientiæ.

Reges & pontifices apud Iudæos qui fuerint.

A rum octoginta duorum, quo toto tempore pontifices præfuerunt: quos ego quidem Christi ducis appellatione, à prophetia significari arbitror. Post quos, ipsorum nouissimo Alexandro decedente, res Iudæorum sine principe, sine duce, neminem qui præesset habentes, relinquuntur. Factum itaque est, vt eorum regnum in fœminam tandem reciderit. Cuius filij duo Aristobulus atque Hyrcanus, dum inter se de principatu contendunt. Pompeius interea Rom. imperator Hierosolyma aggressus cum obsidione vrbem capit: tum vsque ad penetralia templi progressus, quæ sancta in illis dicebantur, profanat. Et hæc Iudæis accidunt centesimæ septuagesimænonæ olympiadis anno primo, qui fuit annus à Cyri regno quadringentesimus nonagesimusquintus, cuius regni initium quinquagesimaquinta olympiade factum est. Per id igitur temporis Pompeius vi captis Hierosolymis, & vinctum Aristobolum Romam mittit, & huius fratri Hyrcano sacerdotium tradit. Atque *Alexādra regina Iudæorum.*
B ex illo tempore vniuersa Iudæorum natio Romanis tributaria facta est. Post Hyrcanum *Herodes.* Herodes Antipatri filius, ipso interfecto Hyrcano, largiente Romano senatu, Iudæorum obtinet regnum. Hic primus alieno ortus genere, perturbato pontificum ordine, qui Mosaica lege sancitus fuerat, in illa gente regnat. Lex enim diuina iubebat, vt maximus pontifex quandiu viueret, sacerdotio fungeretur. At Herodes non iis qui legitimo genere orti essent, neque iis qui id iuris haberēt, sed suppositiciis quibusdam, atque à serie ac successione pontificum alienis id muneris attribuit: ac ne iis quidem in perpetuum, sed ad breue quoddam determinatumque tempus gratificans, atque alio tempore aliis eiusmodi honorem impertiens: vt hac ratione primæ quidem hebdomades septem à Cyro ad Darium: reliquæ verò sexaginta duæ, à Dario ad Imperatorem Rom. Pompeium contineantur. At si tertiam præterea contemplationem velis insistere, atque alia quadam ratione tempora se-
C ptem & sexagintaduarum hebdomadum numerare, quæ annos continent quadringentos octogintatres, inuenias idem temporis spacium ad Augustum vsque, atque Herodem, qui primi externi generis regnarunt, quorumque temporibus Saluatoris nostri Iesu Christi ortus fuisse memoratur, propagari, si modo hunc quem dixi numerum, sumpto initio à Dario, templique absolutione recolligas. Ad secundum enim Darij annum, tempus solitudinis vrbis Hierusalem, quod septuagenarium fuit, peruenisse, propheta Zacharias indicat his verbis: *In die vicesimoquarto vndecimi mensis* (is est Sabath) *in anno secundo Darij factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ.* Deinde progressus, adiungit: *Et respōdit angelus Domini, & dixit: Domine omnipotens quousque misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda, quas despexisti in hunc septuagesimum annum?* Hoc igitur ipsum tempus Daniel cum diuino spiritu afflatus vidisset, his verbis notauit: *Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum,* *Zachar. 1.*
D *de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. Et sedi faciem meam ad Dominum Deum meum, vt orarem ac deprecarer.* Deinde post deprecationem angelus qui illi seipsum ostendit, ea diuinat, quæ ad septuaginta hebdomadas pertinent: & tempus vnde numerandi initium capiendum est, significat, dicens. *Et cognosces, & intelliges ab exitu sermonis, vt respōdeatur & ædificetur Hierusalem vsque ad Christum ducem.* Porrò autem à Cyro primum responsum est, vt ædificaretur Hierusalem. nec tamen ipsum opus effectum est, cum id vicini vndique prohibuerint. Postea verò cum Darius iusserit, eóque regnante absolutum sit templi ædificium, inde ab hoc ipso tempore propheta Daniel oraculum sui euentus initium sumit. cuius verba illa sunt, vt restituatur & ædificetur Hierusalem. In quo etiam illud dictum est: Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, vt com-
E plerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. Anno igitur Darij secundo apparet completos annos illos septuaginta hebdomadum initium facere à quadragesimasexta olympiade, atque à Darij anno secundo, in quo omnis illa vrbis Hierusalem ædificatio absoluta est: inde igitur si tempora quæ sequuntur, numeres, inuenias ad ipsum vsque Herodem, & monarcham Roman. Augustum, sub quibus Saluatoris nostri ortus vitæ hominum illuxit, quadringentos octogintatres annos contineri, qui septem & sexagintaduarum hebdomadum summam secundum ipsius Daniel prophetiam conficiunt. A sexagesima enim sexta olympiade ad centesimam octogesimamsextam intermediæ olympiades colliguntur centum & viginti vna, qui sunt anni quadringenti octogintaquatuor, singulis vtique olympiadibus quaternos annos continentibus. Quo tempore Augustus Romanorum rex quintumdecimum sui regni annum agens, & Ægyptum, & reliquum orbem terrarum imperio obtinet, sub quo primus alieni generis Herodes Iudæorum accipit re-

gnum, & Saluator Dominusque noster Iesus qui Christus est Dei, nascitur, dum videlicet & ortus illius tempus, & septē ac sexagintaduarum hebdomadum finis, de quibus loquitur propheta Daniel, in diem concurrunt. Post quas cum segregetur, & longius post plurima ea videlicet: quæ in medio propheticè prædicuntur, amandetur vna, quæ reliqua est, hebdomada, cætera omnia quæcūque inter mediam oraculi prædictionem dicta sunt, perficiuntur, quæ in hunc modum ipsa quoque se habent: *Post hebdomadas septem & sexagintaduas peribit vnctio, & iudicium non est in ea. Et ciuitatem & sanctum disperdet cum duce venturo, & excidetur in diluuio, & vsque ad finem belli in compendium redacti, internecionibus.* Et hæc quidem perspicuum exitum nacta sunt Augusti Herodísque temporibus, in quos, eas de quibus dicebamus, septem hebdomadas consummari affirmamus. Nam cum suum progressum atque ordinem, pontificia illa vnctio vsque ad Herodem & Augustum cōstanter seruauerit, & veterum pontificum successio in Alexandro Hyrcani patre terminetur, Herodes ipso Hyrcano interfecto, non amplius iis qui à parentibus succedendi ius haberent, ministerium illud concessisse dicitur, sed ignobilibus quibusdam obscurísque hominibus. Sed etiam oraculum hanc ipsam rem anticipans diuinauit, his verbis: Et post hebdomadas septem & sexagintaduas peribit vnctio, & iudicium non est in ea, quod quidem perspicuè reliqui quoque posuerunt interpretes. Aquila quidem sic: Et post septem hebdomadas & sexagintaduas peribit vnctus, & non est ei. Symmachus autem sic: Et post hebdomadas septem & sexagintaduas, excidetur Christus, & non aderit ei. Ex quo maximè mihi constare videtur, Christum ducem esse eum, quem expositio nostra declarauit. Post eas igitur, de quibus diximus, completas hebdomadas, peribit Christus, inquit. Sed quis tandem hic Christus, nisi dux qui legitimè succedens ex pontificio genere, vnæ genti præesset? mansit igitur hic Christus quamdiu hebdomades illæ durauerunt: vbi autem illarum finis aduenit, excisus est, qui de generis successione genti præesset. Porrò hic fuit Hyrcanus, quem quum Herodes interfecisset, regnum protinus quod ad ipsum nihil spectabat, arripuit, primúsque ipse præfuit ex alieno genere. Cæterùm non solus Hyrcanus, qui Christus erat, & priscorum pontificum nouissimus, excisus est: sed etiam ea quæ altius à maioribus, longéque superioribus pontificibus repetita fuerat successio, ipsaque legitima vnctio: quippe, quæ non vltrà ex iudicio facta sit, sed inordinatè & confusè, non secundum ea quę Moses in suis legibus sanxerat: concurrerúntque in vnū omnia, quemadmodum prophetia prędixerat, illis verbis: Peribit vnctio, & iudicium non est in ea. Atque optimus huiusce rei testis est Hebraicus autor Iosephus, qui in vigesimo Iudaicę antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, in hunc modum exponit: Herodes autem regni administratione à Romanis accepta, nullos amplius ex Asamonæo genere (hi autem erant, qui Macchabæi vocantur) pontifices declarat, sed ignobiles quosdā, & ab Hebræis tantummodo oriundos, præter vnum Aristobolum, qui Hyrcani filius fuit. Hunc enim quum pontificem declarasset, sororem eius Mariam nam duxit vxorem: quippe qui multitudinis erga illum captaret beneuolentiam, propter Hyrcani memoriam. Deinde veritus, ne omnes ad illum desciscerent, hominem de medio sustulit, dum esset in oppido Hierichunte. Illi enim natanti, vtique interim sub aqua detento, necem est machinatus, vti iā planum fecimus. Post hunc non amplius ex Asamonæi prole oriundis pontificatum commisit. Herodem imitatus est in constitutione pontificum eius filius Archelaus, & post hūc ipsum Romani, qui Iudæorum regnum occuparunt. Rursus de iis alio in loco dicit hæc: Herodes autem rex vbi turrim hanc in idoneo loco sitam magno sumptu instruxit, Antoniam appellauit nomine. vestem præterea pontificiam assumpsit, & eam quæ deposita erat retinuit. Herodi similia patrauit, qui ab ipso rex declaratus est, Archelaus ipsius filius à quo Romani accepto principatu, veste pontificis quæ reposita erat sub signo in domo ex lapide constructa obtinuerunt. Ex his planè cuiuis intellectum esse arbitror, quisnam fuerit euentus oraculi dicentis: Et post hebdomadas septem & sexagintaduas peribit vnctio, & iudicium non est in ea. Magis etiam intueberis quo sensu dictum sit illud, Et iudiciū non est in ea: si nullo iudicio creatos pontifices eos, qui post Herodem, quíque temporibus Saluatoris nostri fuerunt consideraueris. Quum enim ex diuina lege pontifex totum suæ vitæ tempus sacrum munus obire, idémque legitimo filio successori tradere iuberetur, per ea tempora quæ modò explorabamus, post interitum sacræ vnctionis, sicut prophetia significauerat, primus quidem Herodes, post Herodem verò etiam Romani absque iudicio, nulla seruata lege, quos ipsi probassent, pontifices declarare instituerunt, plebeiis qui-

Christus Dux est Dominus noster Iesus Christus, quæ enim de eo dicuntur Hyrcano tribuenda nō sunt.

Iosephus libro antiquit.

Romani sacrum He-

A beiis quibuſdam viris atque ignobilibus hunc honorem largientes, idque nominis venale habere, & cauponum more pro eo precium accipere, modo hos, modo illos annua dignitate donantes. Quocirca ſanctus euangeliſta Lucas, dum prædicandæ Saluatoris noſtri doctrinæ tempus deſcribit, hoc ipſum mihi notare videtur, quum ait. *In anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarchiam verò obtinentibus Herode, & Philippo, & Lyſania, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha.* Námque hi duo quo tandem pacto eodem tempore fuiſſent pontifices, niſi legi quæ de pontificibus ſancita fuerat, vis illata fuiſſet? Hæc eadem Ioſephus quoque teſtificans, ſic ſcribit: Valerius Gratus Romanorum imperator, quum Anano pontifici ſacrũ munus abrogaſſet, Iſmaëlum Tuphe-ba pontificem declarauit. Cui item ipſi quum haud multo poſt honorem ademiſſet, Eleazarum Anani pontificis filium pontificem creat. Deinde anno peracto hunc quoque reiicit, & Simoni Cathimi filio pontificatum tradit, huic quoque non plus annuo honore perfuncto, abiit tempus: & in locum eius Ioſephus, qui etiam Caiphas, ſuffectus. Hæc neceſſariò poſui propter illud: Peribit vnctio, & iudicium non eſt in ea. Quæ ego quidem arbitror indubitatam demonſtrationem habere. His deinde addit prophetia, Et ciuitatem & ſanctum diſperdet cum duce venturo. Vbi ego rurſus & ipſum Herodem, & eos qui poſt Herodem ex alieno genere imperauerint, puto intelligendos. Nam quemadmodum ſuperius nominabat Chriſtos duces, quum in illis verbis pontifices diceret, vſque ad Chriſtum ducem: ita poſt eos, & poſt eorum abrogationem, non alius fuerit venturus, quàm is qui dictus eſt ex alieno genere, cæteríque quicunque poſt illos deinceps genti præfuerũt. Quibus tanquam adiutoribus vtens, vnà cum iiſdem ipſe honeſti inimicus bonorumque corruptor, & ciuitatem, & ſanctum perditurus dicitur. Etenim vere perdidit totam gentem, modò quidem ſacerdotij ordinem præter legem perturbans, modo verò cunctum populum peruertens, & ciuitatem (ſic enim ciues figuratè nominantur) euocans ad impietatẽ & nefas. Huic autem commentationi noſtræ Aquila quoque concordat, qui interpretatus eſt in hunc modum: Et ciuitatem & ſanctum diſperdet populus ducis venturi. Non ſolum enim qui venturus fuit dux, quem nos ſuperiore expoſitione prodidimus, corrupit ciuitatem & ſanctum: ſed etiam illius populus. Præterea non forſitan quiſpiam à recto aberrauerit, ſi dixerit, etiam Romanorum ducem iiſdem verbis deſignari, eiuſque ducis populum. Per quæ arbitror ſignificari exercitus Romanorum principum, qui ex illo tempore gentis imperium tenuere: quíque ciuitatem ipſam Hieruſalem, & in ea quondam venerabile & ſanctum templum corruperunt. Siquidem ab iis etiam exciſi ſunt tanquam in diluuio, & vſque ad finem belli in compendium acti interitibus peruenere: vſque adeò, vt quemadmodum prophetia dixerat, extremam tum paſſi ſint ſolitudinem, poſt ipſorum nefarias contra Saluatorem noſtrum inſidias. Nam poſtquam id moliti ſunt, extremam ſanè obſidionem pertulere. Hæc quoque ipſa ad amuſſim explorata habes in iis quas Ioſephus ſcripſit hiſtoriis. Cæterùm quum hæc de iis quæ intermedio ſeptem & ſexagintaduarum hebdomadum tempore, Iudaicæ genti acciderunt, per prophetiam prædicta ſint, ordine deinceps noui per Saluatorem noſtrum denunciandi Teſtamenti ſignificatio canitur. Ergo vbi iam multa media inter ſeptem & ſexagintaduas hebdomadas dicta ſunt, tum adiungitur: *Et confirmabit pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis auferetur ſacrificium & libatio, & in templo abominatio deſolationum erit, & vſque ad conſummationem temporis, conſummatio dabitur in deſolationem.* Sed iam hæc quónam pacto completa ſint, exploremus. Sanè proditum eſt memoriæ omne doctrinæ eruditioníſque miraculorum Saluatoris noſtri tempus, trium annorum & ſemis fuiſſe, quod quidem eſt hebdomadis vnius dimidium. Hoc ipſum quodammodo Ioannes Euangeliſta attentiſſimè eius euangelium obſeruantibus declarabit. Erit igitur hebdomas annorum vna omne tempus quod cum apoſtolis ſuis verſatus eſt, cum antequam paſſus eſt, tum poſtquam de morte ad vitam reuenit: nam quod antequam ſit paſſus per tres annos & ſemis, omnibus, & diſcipulis, & non diſcipulis ſeipſum exhibuerit, palàm ex iis quæ ſcripta ſunt de ipſo, proditum eſt: quo tempore & documentis & admiratione dignis curationibus, diuinatis ſuæ vires omnes omnibus ſimiliter tam Græcis quàm Iudæis oſtendit. Vbi verò à morte ad vitam eſt reſtitutus, quod idem temporis, eundémque annorum numerum cum ſuis verſatus ſit, diſcipulis & apoſtolis, rationi ſanè conſentaneum eſt, *per dies quadraginta apparens eis, & conueſcens, & de regno Dei loquens*, quemadmodum quidem in Apoſtolorum actis continetur, vt nec ſit illa, de qua prophetia loquitur annorum hebdomas, in

Hebræorum ſacerdotium plebeiis tribuebãt, ſub quibus etiã venale factum eſt.

Luc. 3.

Christus quandiu defunctus ſit miniſterio ſuo.

Act. 1.

qua confirmauit pactum multis, munitius videlicet reddens nouum Euangelicæ prædicationis Testamentum. Sed quibus multis id confirmauit? nempe suis discipulis & apostolis, iisque omnibus quicunque ex Hebræis in fidem eius venerunt. Cæterùm in huiusce vnius hebdomadis medio, in qua illud ipsum de quo diximus testamentum multis confirmauit, sublatum est sacrificium, & libatio, abominatióque desolationis inchoata est: quãdoquidem hac ipsa hebdomade iam ad medium sui spacium ducta, post trium annorum tempus & semis doctrinæ illius, quo tempore passus est, velum templi scissum est à summo vsque deorsum, vt ex illo iam, vi quadam sublata fuerit ab eis libatio & sacrificium, & abominatio desolationis in templo sederit: vtpote quum eos virtus illa reliquerit solos, quæ ab initio ad illud vsque tempus, & tutelam & prouidentiam eius loci gerebat: nam ad illud vsque tempus quo ille pro salute nostra passus est, diuinam quãdam vim fuisse quæ & templum, & sanctum sanctorum tueretur, existimare par est. Alioqui quid oportebat, illum vnà cum aliis multis sedere in templo, & ex legibus festos dies celebrare, si nouisset, non amplius consistere locum illum, neque Dei præsentia dignum esse? fuerunt igitur ad illud vsque temporis nonnulli in templo diuinantes: qualis Anna prophetica mulier, filia Phanuel: & Simeon, qui in vlnas ipsum adhuc infantem accepit, qui etiam cecinerunt ea, quæ publicæ memoriæ prodita sunt. Sed neque ipse Dominus noster dixisset leproso, *Abi ostende te sacerdoti, & offer sacrificium quod præcepit Moses in testimonium eis*, si vllo in loco non vltrà existimasset quæ ad ritus legésque pertinent, tanquam in sancto & Dei pręsentia digno loco celebrari oportere. Neque vendentes & ementes eiiciens, dixisset verba illa: *Scriptum est, Domus mea Domus orationis vocabitur, vos autem eam facitis speluncam latronum.* Et rursus: *Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Nisi adhuc planè censuisset venerabilem esse locum putare oportere. At enim vbi illorum extremum scelus appropinquauit, tum omnia indicauit, dicens. *Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta.* quòd quidem ipsum completum est, quo tempore dum ille cruci affixus est, velum templi medium toto penitus altitudinis suæ spacio scissum est, sublatumque est ex illo, vi quadam Deo gratum ex institutione legis sacrificium & libatio: qua sublata, abominatio desolationis secũdum eam quæ nunc in manibus est, prophetiam, in loco illo secuta est. Quod si per aliquod tempus permanere visa sunt ea quæ ad functionem illam in tali loco pertinent, non tamen eadem amplius grata Deo fuerunt: quippe quum & sine iudicio, & præter leges celebrarentur: sicut enim antea, vnctione abolita, & legitimis ex succedendi serie pontificibus post Hyrcani interitum abrogatis, qui posthac sine ordine & præter leges ad illud munus accedebant, videbantur illi quidem aliquid facere, & tamen id nullo laudabili instituto præstabant: propter quos etiam dixit prophetia: Peribit vnctio, & iudicium nõ est in ea. Talibus interim verbis iudiciorum legumque in illis cõtemptum accusans, ita etiam circa libationem & sacrificium contigisse affirmabis, quæ rectè quidem & ex lege antequam Saluator noster sit passus, celebrabantur propter virtutem illam quæ ad illud vsque tempus loci sanctitatem tuebatur. Cæterùm & sublata est ilico post illius perfectum, Decóque conueniens sacrificium, quod ipse seipsum pro peccatis nostris obtulit, quum ipse esset ille agnus Dei qui tollit peccata mundi. quo quidem sacrificio cunctis hominibus secundum noui Testamenti mysteria tradito quæ veteris propria erant, sublata sunt. Eodem enim tempore & oraculum illud completum est, & cõfirmabit pactum multis hebdomas vna: & quæ ad vetus Testamentum spectant, sublata sunt. Cæterùm quando tandem quæ ad nouum pertinent Testamentum sunt confirmata, nisi quum Saluator ac Dominus noster magno illo sui ad mortem accessus mysterio functurus, qua nocte tradebatur, occultarum, & ad ipsum spectãtium noui Testamenti rationum signa & notas suis discipulis tradidit? eodem enim tempore & hæc perfecta sunt, & à Mose descriptum vetus Testamentum sublatum est: quam rem planè declarauit velum templi, quod per idem tempus scissum est. Sublato igitur ex illo deinceps, & non minus re vera quàm vi, soluto sacrificio ac libatione, quæ posthac existimabantur illic perfici sacrificia, sine gratia, rebus sacris aliena, in profano loco à profanis & à re sacra alienis perficiebantur. Cæterùm his de rebus etiam Iosephi testimonium accipe: Ipso autem die pentecostes noctu sacerdotes in templum ingressi, sicut eis mos erat, ad munera obeunda, primum quidem se motum quendam strepitumque sensisse dixerũt: deinde verò subitam vocem crebro repetentem, Migremus hinc. Hæc autem ille scribit facta esse post Saluatoris nostri mortem.

Rursus

[Margin notes: *Abrogatio legalium.* — *Luc. 2.* — *Matth. 8.* — *Ioan. 2.* — *Matth. 23.* — *Scissum velum quid significat.* — *Ioan. 1.* — *Signa desolandi tẽpli.*]

A Rursus idem ait: Pilatum præsidem, ipsum vtique illum qui tempore Saluatoris nostri præfuit, noctu in templum contra fas imagines Cęsaris intulisse, magnámque perturbationem seditionis atque tumultus Iudæis iniecisse. Eadem hæc etiam Philo confirmat, qui ait: Regias imagines Pilatum noctu in templo dicasse, initiúmque seditionum, & mutuarum inter ipsos calamitatum, ex illo Iudæis accidisse. Non desierunt ergo posthac, quæ vniuersam gentem, eorundémque principem ciuitatem inuaderent omnis generis mala, vsque ad vltimum illud quod contra illos gestum est bellum, extremámque illam obsidionem, in qua omnis generis internecionibus, & famis, & pestilentiæ, & gladij, quum perniciés aduersus eos diluuij instar conflueret, omnes quicunque aduersus Saluatorē nostrum conspirauerant, cuiuscunque essent ætatis excisi sunt. Quo sanè tempore etiam desolationis illius abominatio in templo constitit, quæ quidem ad hunc vsque diem permansit singulis diebus in deteriorem solitudinem corruens. Par autem est eam itidem vsque ad vitę
B consummationem duraturam, iuxta terminum quem prophetia indicauerat, illis verbis: Et vsque ad consummationem temporis consummatio dabitur in solitudinem. quam vocem Saluator ac Dominus noster Iesus Christus quasi signo impresso confirmauit dicens: *Quum autem videritis abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem prophetam stantem in loco sancto, tunc scitote quòd appropinquauit desolatio eius.* Quod si Iudæi non credere se ista respondeant, arguendi sunt tanquam ij, qui non solum impudenter rebus veris ac manifestis repugnent, sed etiam vaticinia sua falsa, quantum in ipsis est, calumnientur, si illa quidē in septuaginta annorum hebdomadas vniuersum tempus includunt, dum quæ intermedio tempore euentura sunt diuinat: ipsi verò quum iam ab ipsa prophetia vsque ad nos propè millesimus agatur annus, nihil eorum quę scripta sunt factum esse demonstrant. tametsi ipsorum vnctio, vt diuinum prædixerat oraculum, deleta est, & sanctum eorundem vnà *Matth. 25.*
C cum prioribus incolis disperditum atque excisum in diluuio belli contracti internecionibus, & eo in loco adhuc cernitur, id quod omnium admirationem superat. Dico autem abominationem desolationis adhuc stare in eo loco qui antea sanctus erat, qua de re etiam Saluator ac Dominus noster exposita nuper verba enūciauit. Quæ quidem res quum planissimè sub oculos nobis subiectæ sint, atque etiam nunc cernantur, Iudæos admirari operæpretium est, non tam quod aduersus ea quæ ita perspicua sunt intendere oculos audeāt, quàm quod ita caligent: eorumq; mens ita inuoluatur tenebris, vt non videant ea, quæ tā clara támque euidentia sunt diuinarum scripturarum euenta. Quod quidem eis secundū illam Isaiæ vocē, quæ in hoc quoq; aduersus illos cōpleta est, accidit, vbi vtitur illis verbis: *Auditu audietis, & non intelligetis, & intuentes intuebimini, & non videbitis. Crassum enim factum est cor populi huius & auribus suis grauiter audierūt, & oculos suos clauserūt, ne quando videant oculis, & auribus audiant & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.* Sed quoniam de genti-
D bus quæ in fidem Christi Dei venerunt olim, prius dictum fuerat, quibus nunciatum non est de illo, ij videbunt: & qui non audierūt, ij intelligent: nos item illius atque eius, qui misit illum, patris beneficio, pro viribus quæ visa sunt dicenda in hos locos iam diximus: nec non quæ Aphricano qui antè nos fuit, sunt visa, illi ipsi accepta referētes, apposuimus. quæ ipsa quoque diligenter, atque accuratè excogitata sunt, quare illis vt bene inuentis erit vtendum.

E

Signa hęc temporum descensus Domini ad homines futura canit propheta, extremum rituum, atque institutorum, quæ apud Iudęos cum veneratione seruabantur interitum agnitionem eius Dei qui à prophetis venturus denunciabatur, pacem omnium gentium profundissimam.

Demonstratio III.

Audite populi omnes, & attendat terra, & omnes qui in eo sunt, & erit Dominus vobis in testimonium. Dominus de domo sancta sua, quoniam ecce Dominus Dominus egredietur de loco suo, Et descendet & insistet super altitudines terræ. Et commouebuntur montes subter eo, & valles liquescent sicut cera à facie ignis, & sicut aqua quæ defertur in præceps. Propter impietatē Iacob omnia hæc & propter peccatum domus Israel. Deinde post alia plurima quæ in medio collocat, verba hæc adiungit; *Audite iam hæc duces domus Iacob, qui reliqui estis domus Israel: qui* *Mich. 1.*

abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis: qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniustitiis. Duces eius cum muneribus iudicabant, & sacerdotes eius cum mercede respondebant, & prophetæ eius cum argento diuinabant, & super Dominum requiescebant, dicentes: Nónne Dominus in nobis est? non venient super nos mala: Idcircò propter vos Sion vt ager arabitur, & Hierusalem vt pomorum custodia erit, & mons domus Domini in lucum syluæ. Et erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini paratus super vertices montium, & extolletur super colles, & festinabũt

Mich. 4.

ad eum populi, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & in Domum Dei Iacob, & ostendent nobis viam eius, & ambulabimus in semitis eius. Nam ex Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit inter multas gentes, & redarguet gentes fortes vsque ad terram longinquam. Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in falces. & non arripiat vltra gens contra gentem gladium, & non discent amplius bella gerere. Et quiescet vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua. Et non erit qui deterreat eos, quoniam os Domini omnipotentis locutum est hæc. Iam antea hæc suo loco nos contemplati sumus, vbi ostendimus quemadmodum non aliàs quàm post aduentum Saluatoris nostri Iesu Christi ad homines, quæ olim apud Iudæos dignitatem, venerationémque habitabant, montésque Sion & Hierusalem vocabantur, quæque in iis ædificia erant, templum videlicet, sanctúmque sanctorum, atque altare, atque alia quæcunque ibidẽ in Dei honorem dedicata fuerant, de medio sublata concussáque sunt, sicut oraculum illud prædixerat: Ecce Dominus Dominus egredietur de loco suo, & descendet super altitudines terræ & concutientur montes supter eo. Quibus concussis, Iudæorum animæ quæ valles nominantur ob ipsarum humilitatem, dum priscis altitudinibus cõferuntur, eorum quæ nuper dicta sunt, interitũ deplorantes, tanquam cera à facie ignis liquescent: & quasi aqua quæ defertur in præceps, propter multitudinem eorum qui in illis quotidie à melioribus ad deteriora labuntur. & omnia hæc ait futura propter impietatem domus Iacob, & propter peccatum domus Israël. Quæ'nam verò hæc sit impietas, & quòd peccatum, progressus longius adiungit: Qui abominamini, inquit, iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniustitiis: in quibus sanguinibus etiam ille fuit, qui illis extremorum malorum initium causámque præbuit, propter quem impiam illam vocem contra seipsos emiserunt, dicentes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Itaque propter ipsa hæc, inquit, *Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi pomorum custodia erit.* Quæ quidem nullo vnquam alio tempore quàm post illa quæ contra Saluatorem nostrum ausi sunt, verum exitum accepere. Ex illo enim ad hunc vsque diem, locis illis extrema solitudine occupatis, mons Sion qui apud illos antea celeberrimus erat? loco antiquæ illius meditationis atque exercitationis, quæ in illo vigebat, propheticorum diuinorúmque oraculorũ, quæ antea viri Hebræi Deíque familiares prophetæ, sacerdotésque & magistri totius gentis in eodem magno cum custodio reddebant, per viros Romanos in nulla re à reliqua regione differens aratur & colitur, vt nos quoque ipsi inspexerimus boum opera locum & arari & seminari. Ipsa verò Hierusalem tanquam pomorum custodia, corrupto vetere qui in ipsa erat fructu, effecta est: ac potius lapidum collectio, sicut in contextu Hebraico legitur. Sic enim Aquila conuertit: Idcircò propter vos, Sion terra arabitur, & de Hierusalem lapides colligentur. Ab externis enim hominibus habitata, hodie quoque lapides legentibus præbet, quum omnes qui nostris temporibus eam vrbem incolunt, ruinæ illius lapides colligant, tam de priuatis quàm de communibus & publicis ædificiis. & licet oculis tristissimum spectaculum intueri ex ipso templo, & ex ipsis quondam adytis, & ex iis quæ sancta vocabantur, lapides pro simulacrorũ fanis, próque spectaculis, quo omnes populi concurrant, ædificandis assumi: quæ quum adeò euidenter ab omnibus cernantur, quod noua item lex, quódque nouum noui à Saluatore nostro Iesu Christo, conditi testamenti Verbum illinc omnino profectum sit, sanè constiterit. Quandoquidem innumerabiles populorum conuentus, omnísque generis nationes, relictis diis ipsorum patriis, relictóque vetere superstitionis errore, vnũ supremum Deum inuocant: quare etiam profundissimæ pacis compotes euaserunt, quãdo non amplius multiplices principatus, neque regna per loca cernuntur, neque gens aduersus gẽtem gladium sumit, neque vt antea mutuis inter se bellis student, sed agricola omnis sub vite & sub ficu sua quiescit, nemine illos exterrẽte, sicut prophetia prædixerat. Quæ quum sic nunquam aliàs antè à condito æuo, nisi post aduentum Saluatoris nostri, Romanis imperium obtinentibus, ad hunc vsque diem contigerint, indubitata demõstratione ostẽsum esse arbitror eius quem prophetæ prædixerunt, Domini aduentus ad homines tempus.

Iudæorum animæ valles dictæ.

Matth. 27.

Eusebius eorum quæ hoc loco scribit αὐτόπτης

Signa

A

Signa temporum Dei ad homines aduentus, & vocatio gentium, extremáque Hierusalem euersio.

Demonstratio IIII.

Gaude & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt ei in populum. Et habitabunt in medio tui, & cognosces quòd Dominus omnipotēs misit me ad te. Et post alia plurima quæ in medio ponit, adiungit: *Gaude vehementer filia Sion. Prædica filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & Saluator, ipse mansuetus, & impositus super iumentum & pullum adolescentem Et perdet currus ex Ephræm, & equum ex Hierusalem: & perdetur arcus bellicus, & abundantia pacis ex gentibus. Et principatum obtinebit à mari vsque ad mare, & à fluminibus per eiectiones terræ* Hæc vbi de Saluatoris nostri aduentu hoc item loco oraculum cecinit, tū post alia quæ interponit, etiā de extrema Hierusalem desolatione, nunc occultè ac per obscuros sermones, nunc explicitè atque apertè verba facit, obscurè quidē ac figuratè, vbi ait: *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulet pinus, quoniam cecidit cedrus, quoniam magnopere magnifici afflicti sunt. Vlulate quercus Basanitidis, quoniam conuulsus est saltus consitus. Vox lamētantium pastorum, quoniam afflicta est magnificentia eorum. Vox rugientium leonum, quoniam afflicta est superbia Iordanis.* Et hæc quidem per ænigmata, sed eorum interpretationem apertè idē propheta adiungit, dicens: *Ecce ego pono Hierusalem vt vestibula quæ quantiuntur omnibus populis in circuitu, & in Iudæa, & erit ambitus in circuitu contra Hierusalem. Et erit in die illa, ponam Hierusalem lapidē qui conculcetur ab omnibus gentibus. Omnis qui conculcet eam: illudens illudetur, & congregabuntur super eam omnes gentes terræ.* Et post pauca adiūgit: *Et respicient ad me, quē confixerunt propterea quod insultauerunt: & plāgent super eo planctum, vt super dilecto, & dolore, vt super primogenito. In die illa magnificabitur planctus Hierusalem, vt planctus Rhoonos in campo eius qui exciditur. Et planget terra tributim, tribus domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus Simeon seorsum, & mulieres eorum seorsum: omnes reliquæ tribus, tribus seorsum, & mulieres eorum seorsum.* Rursus post alia, extremam vrbis Hierusalem obsidionē planius enunciat, dicens: *Ecce dies veniunt Domini, & diuidentur spolia tua in te, & cōgregabo omnes gētes ad Hierusalem in bellum. Et capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres polluentur, & egredietur dimidium ciuitatis in captiuitatem, reliqui autem de populo meo non peribunt de ciuitate. Et egredietur Dominus, & comparabitur ad prælium in gentibus illis sicut dies prælij eius, in die belli. & stabunt pedes eius in die illa in monte oliuarum quod est contra Hierusalem.* Deinde post alia quæ in medio ponit, hæc ait: *Et erit Dominus vnus, & nomen eius vnum, complectens omnem terram & desertum.* Rursus post alia, dum prophetia libro terminum ponit, vocationem gētium his verbis diuinat: *Et erit, quicunque relicti fuerint ex omnibus gentibus quæ venerint in Hierusalem, ascendent singulis annis vt adorent regem Dominum omnipotentem, & celebrent diem festum tabernaculorum. Et erit, quicunque non ascenderint ex omnibus tribubus terræ in Hierusalem, vt adorent regem Dominum omnipotentem, etiam hi illis addentur. Si autem tribus Aegypti non ascenderit, neque venerit illuc, etiam super his erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes terræ, quæcunque non ascenderint ad celebrandum solenne tabernaculorum. Hoc erit peccatum Aegypti, & peccatum omnium gentium, quæcunque non ascenderint ad celebrandum diem festum tabernaculorum.* Hæc sanè Zacharias post reditum de Babylone, Dario apud Persas regnante, vaticinatur, quo tempore vrbs Hierusalem à priore desolatione excitata instaurata que nuper fuerat, quæ desolatio illi à Babyloniis fuerat illata. Colligit autem omne tempus à Dario Persarum, sub quo Zacharias, prophetiæ munere fungitur, ad Augustum Romanorum regem, annorum hebdomadas septem & sexaginta duas, quæ apud Danielem feruntur: quæ summa annorum efficitur, quadringentorum octoginta trium, vt ostendimus in iis quæ paulo antè à nobis tractata sunt. Cæterùm post imperium Macedonum ab Alexādro vsque ad Augustum, etiam si ipsius Augusti regnum cōplectare, nihil sanè quod prophetæ verbis concordet, aut simile sit, inuenias esse completum. Quando enim per illa tempora is Dominus quem prophetæ vt Deum celebrāt, cum hominibus versatus est? & gentes multæ illum agnouerunt, eundémque solum Deum confessæ sunt? & ad ipsum confugientes, factæ sunt ei in populum? vel quando tandem toto Persarum aut Macedonum tempore, is rex de quo propheta loquitur, venit impositus iumento & pullo

Margin notes: *Zachariæ 11. & 12.* (beside the opening); B (at "principatum obtinebit"); C (at "congregabuntur"); D (at "stabunt pedes"); *De Gētibus vocatione.* (beside "his verbis diuinat"); *Zacharias quo tēpore vaticinatus sit.* (beside "Hæc sanè Zacharias"); E (at "fuerat, quæ desolatio").

adolescenti?& veniens Iudaicæ gentis,quæ Ephræm hoc loco dicitur, & ipsius Hierusalem regiam aciem,quæ curruum atque equi vocabulo nominatur,perdidit? & armatas Iudaicæ gentis copias deleuit?Hoc enim significabat oraculũ illud dicens: Ecce rex tuus venit tibi iustus & Saluator,ipse mãsuetus & impositus super iumentũ & pullum adolescentem,& perdetur arcus bellicus. Hæc de euersione regiæ dignitatis Iudaicæ gentis prædicta sunt,qua prædicta euersione,rursus ea quæ ad pacem gentium pertinẽt, cõsentanea iis quæ prius exposita sunt,adiunguntur hoc modo, Et abundãtia pacis ex gentibus.Pro quo Aquila & reliqui interpretes reddiderunt,Et loquetur pacem gentibus.Quod quidem maximè ab Augusti imperio constat vel ad verbum esse completũ, quum ex illo omnis quidem principum multitudo disperierit, pax autẽ plurimas orbis gentes complexa sit.Quis porrò ante Romana tempora vel Persico vel Macedonico stante imperio,talis extitit rex Iudæorum,vt dominatus sit à mari vsque ad mare,& fluminibus vsque ad terminos orbis terræ?itaque hocsignificarũt reliqui interpretes.Aquila enim sic ait,Et loquetur pacem gentibus,& potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad terminos orbis terræ. Cui concordat etiã illud quod in septuagesimo primo Psalmo deChristo canitur,qui erat de semine Solomonis oriturus,quod quidem in hunc modum se habet:*Et abundantia pacis donec auferatur luna,& dominabitur à mari vsque ad mare,& à flumine vsque ad terminos orbis terræ.* Hæc enim de filio Solomonis dicta sunt,quæ nihil differunt ab iis quæ apud prophetam leguntur. Quando igitur hæc, vel quomodo,aut quibus tãdem temporibus extiterint,si quis est qui possit, interpretetur. Aut quonam alio tempore post Babylonicam obsidionem alterum perpessa sit incẽdiũ Hierusalem,& quod in ipsa templum erat,deiectum sit.Quod etiam ipsum magnã affert admirationẽ,quemadmodũ propheta id significauerit,dicens: Aperi Libane portas tuas,& comedat ignis cedros tuas.Nam Libanum in his verbis more suo templũ ipsum nominat,quoniam in aliis quoque prophetiis ostensum est, Libanum ipsum templum vocari.Id autem ipsi quoque Iudæi adhuc confitentur,quandoquidem Isaias huic prophetæ,qui nunc tractatur,similia canens dixit: *Ecce Dominus Sabaoth conturbabit gloriosos cum robore,& excelsi contumelia conterentur.Libanus autem cum excelsis cadet,& egredietur virga de radice Iessæ,& flos de radice ascendet,& requiescet super eum spiritus Dei.*Quibus adiungit: *Et erit radix Iessæ,& qui surgit vt imperet gentibus,in ipso gentes sperabunt.*Etenim hic quoque vnà cum ortu Christi de semine Iessæ,& Dauid,Libani euersio & gentium vocatio cõiuncta est.Libanum autem ipsam Hierusalem intelligi,Ezechiel planè significat his verbis: *Aquila grandis magnarum alarum,quæ habet autoritatem ingrediendi in Libanum,& euulsit tenera cedri.*Et hęc ipsa deinceps explanans idem propheta,adiungit: *Quum venerit Nabuchodonosor in Hierusalem,& acceperit principes eius,*& quæ sequũtur.Cęterùm Ezechiel quidem hæc de prima Hierusalem obsidione prædixit,post cuius obsidionis tempus Zacharias de secunda diuinat.Quando igitur post Zachariæ tempora,sub imperio Macedonum, templum incensum est?Certè nunquam.Siquidem post Babyloniorum depopulationẽ atque incendium,nullam ignis alteram vastationem vnquam perpessa est vrbs, nisi sub Vespasiano ac Tito Romanorum imperatoribus,ob quam sanè vastationem rursus obscurè & per figuras eos qui olim genti imperabant ad deplorationes & lamenta inuitat oraculum,dicens:Vlulet pinus,quoniam cecidit cedrus,quoniam magnopere magnifici afflicti sunt.Vlulate quercus Basanitidis,quoniam conuulsus est saltus consitus: vox lamentantium pastorum,quoniam afflicta est magnificentia eorum.Tunc sanè facta est Hierusalem quasi vestibula,quæ quatiuntur omnibus populis in circuitu, & in Iudæa facta est munitio ambiẽs, & ab eis sacrosanctus existimatus locus,vsque in hodiernum diẽ lapis existit,qui cõculcatur ab omnibus gentibus,&quicunque illũ cõculcat illudẽs, illudetur,sicut prophetia prædixerat.Quinetiam propterea quod illi Domino,qui hæc cecinerat,insultauerũt,nõ deficit eos neque plãctus,neque luctus,neque lamẽtatio.Nũquã igitur aliàs nisi post Saluatoris nostri aduentum vsque ad hanc tempestatẽ, omnes tribus Iudæorum quicquã lamẽtatione,plãctuúe dignũ passæ sunt,propter plagã quæ ipsos Deo feriente deprehenderit:ex qua etiam ipsorum Metropolis mater ciuitas,externis gẽtibus tradita est,& templũ euersum,suffosũmq; est,ipsique de propria regione expulsi sunt,in terra hostili inimicis seruientes.Quas ob res omnis ipsorum domus,omnísque ipsorũ anima in hunc vsque diem lamentationibus afflicta est.Quapropter propheta sic ait:Et plãgẽt singulæ tribus per seipsas,tribus Domus Dauid seorsum: Et mulieres eorum

Libanus designat templum.
Isa.11.
Ezech. 17.

A eorum seorsum,& quæ sequuntur. Sed qui tādē post Zachariæ tempora secuti sunt dies, in quibus spolia Hierusalem diuisa sunt?& gentes vniuersæ ad bellum contra eum coierint?& ciuitas capta sit,& domus direptæ,& mulieres pollutæ atque in seruitutem abactæ?& quando simul sub idem tempus Dominus gentibus Hierusalem oppugnantibus subueniēs,comparauit se ad pręliū cum illis?aut quando steterunt pedes eius in mōte oliuarum?aut quando extitit Dominus in regē per vniuersam terram? ipséque vnus Dominus apud omnes homines?& nomen eius ambiens vniuersam terram & solitudinem?Hæc enim nunquam quisquam antea ad suum finem perducta,demōstrare poterit,nisi Romanorum temporibus,quibus post Babylonicum incendiū,altero rursus incendio ipsorum templum vastatū est,& ciuitas ex illo ad hunc vsque diē ab externis gētibus habitari ostēditur.Quo tempore etiā Dominus noster Iesus Christus Dei,versari
B in olueto consueuit,quod est in monte contra Hierusalem,cōpletúmque est oraculum quod ait:Et stabunt pedes eius in monte oliuarum,qui est contra Hierusalem: hoc est, religioso,pióque viuendi instituto per orbem terrarum condito & erecto,omnes gētes secundum prophetiam,diem festum tabernaculorum,celebrabunt Deo prophetarum. Et Ægyptij ex illo Deum vniuersi agnoscentes,tabernacula sua in singulis ciuitatib. & regionibus figent.Hæ porrò sint Christi in omni loco conditæ ecclesiæ.Has enim præstantiores Mosaicis tabernaculis Saluatoris nostri Iesu Christi potentia,in omni ab hominibus habitabo orbe per omne hominū genus,per omnes gentes fixit,vt Deo omnia sub se habenti celebrent diem festum tabernaculorum.Quando igitur hæc quæ iādiu gentibus denunciata fuerunt,nostris temporibus videmus exitum sortita esse &quæ de lamento & planctu tanto ante ad Iudaicas tribus diuinitus inclamata sunt , quæque de
C vastatione,incendióque tēpli,extremáque ipsorum solitudine prædicta ea ipsa nusquam ab oraculis discrepantia,vsque in hodiernum diē vel oculis possumus intueri :quid amplius superest,nisi vt regem,de quo prophetæ loquuntur,eum qui Christus Dei est, venisse fateamur,quum vtique illius aduentus signa in singulis quæ de illo dicta sunt, euidentem exitum accepisse damonstrauimus.

Christianorum ecclesiæ seu templa præfigurata.

Signa temporum aduentus Domini,Aegyptiorum agnitio Domini prophetiarum.

Demonstratio V.

D *Ecce Dominus sedet super nube leui,& veniet in Aegyptum,& commouebuntur manufacta Aegypti à facie eius,& cor eorum vincetur in ipsis,& excitabantur Aegyptij contra Aegyptios:et bellū geret homo contra fratrem suum,homo contra proximum suū,excitabitur ciuitas in ciuitatē, & lex in legem,turbabitur spiritus Aegyptiorum in ipsis,& consilium eorum dißipabo,& interrogabūt deos suos,& simulacra sua,& pythones,& eos qui de terra vocē emittunt*. Et deinceps post plurima quæ figuratè & obscurè dicta sunt,adiungitur:*In die illa erit altare Domino in terra Aegypti,et titulus iuxta terminū eius,erit in signum in æternum Domino in terra Aegypti,quoniam clamabunt ad Dominum propter affligentes se.Et mittet eis Dominus hominē,qui saluabit eos, iudicans saluabit eos,& cognitus erit Dominus Aegyptiis,& cognoscent Aegyptij Dominū Deū in die illa, et facient sacrificia,& vouebunt vota Domino,& reddent*.Hæc nos quidem antea quoque citauimus,& in parte saltē planiora reddidimus:quod si non patriis diis relictis, Ægyptios
E hoc ipso tēpore vidimus prophetarum Deum inuocantes,si per vniuersam Ægyptum in omni loco, ciuitate , & regione altare illi Deo erectum non est,qui apud solos Hebræos laudibus celebrat,si manufacta Ægypti cōmota non sunt,& dæmonica vis quæ circū illa versabatur,nō deficit,vetúsque Ægyptiorum superstitio ex animis eorum sublata non est:præterea si per singulas ciuitates & per singulas domos,bellum intestinum apud Ægyptios non grassatur,dum alij quidem Dominum & cultum Dei prophetarum accipiunt,errorémque quo ab initio deos multos colebant,auersantur:alij verò propterea quòd patriis adhuc malis affecti iis adhærent,eos qui Dominum acceperint, oppugnāt,si nō hodie quoque dū suos deos suáque simulacra,eósque qui de terra voces emittunt,& pythones,rogare conantur, infectū atque inane ad cuncta hæc perfugium experiuntur,propterea quòd non amplius vt antea itidem vim suam exercere dæmones possunt: si non vniuersa hæc reipsa finem suum inuenisse ostenduntur , sanè nondum

Isa.19.

quiſpiam mihi arbitretur propheticum eſſe completũ oraculũ, neque Dominũ illũ ipſum,quem prophetæ canunt,apud homines vixiſſe.Si verò reipſa,quæ verbis eſt longè euidentior,qui Ægyptũ incolunt cernuntur interim , pars quidẽ prophetarum Deum agnouiſſe,& proptet illũ patrios deos reliquiſſe,alij verò contra hos ſeditiones aſſiduè concitare:& alij Deos ſuos ſuáque ſimulacra,eóſque qui de terra voces emittunt, inuocãtes nihil poſſe proficere:alij Domino prophetarũ in omni Ægyptiaca regione,altare per ſingulas eccleſias erexiſſe,inque afflictionibus & ſibi infeſtis inſectationibus nõ amplius belluas,neque reptilia terræ,deos,neque agreſtes feras & bruta animalia, parẽtum ſuorũ inſtar,ſed ſupremũ Deum inuocare,ſolúmque eũ,eiúſque timorẽ in ſuis mẽtibus conceptum tenere,voueréque eidem vota,non autem dæmonibus,vt prius, & quæ ipſi Deo conueniant promiſſa reddere:cur non ſequitur,vt fateamur etiam ea quæ ipſos euentus anteceſſerunt,in opus iam proceſſiſſe,ne futura amplius in poſterũ,ſed in præteritum abiiſſe?porrò ipſa hæc ſunt ipſius Domini ad Ægyptios olim futurus nõ ſine corpore aduentus,ſed per nubem leuem,ac potius per craſſitudinem agilem.Sic enim Hebraicus habet contextus,dum illius corporeum aduentum obſcurè ſignificat. Proinde hunc ipſum progreſſa longius oratio,hominem Saluatorem vocauit hisverbis:*Et mittet eis Dominus Saluatorem,qui ſaluabit eos.*Nam hic rurſus in Hebraico ſic eſt:Et mittet eis Dominus Saluatorem,qui ſaluabit eos.Quæ quum adeò euidentem demonſtrationem exhibeant,arbitror etiam conſtitiſſe quibus temporibus ea futura canerentur,quæ ad Domini aduentum ad homines pertinebant.Hæc ſanè paucis à nobis collecta ſunt de temporibus quibus Dominus fuit ad homines venturus.Plura autem per otium quiſpiam inueniet,ſi reliquas item ſcripturas percurrerit. Nos autem his contenti quæ hactenus dicta ſunt,iam nunc reliquas quoque aggrediamur prophetias. Quare quę ab illo inter homines ſuo ordine ſunt adminiſtrata,ex diuinis oraculis colligamus.

LIBER NONVS.

PRÆFATIO.

Nihil ſanè poſthac reliquum eſſe video,niſi vt ea quæ polliciti ſumus ſequentes,eam diſpenſationis partem perſequamur, quæ humanæ à Deo verbo aſſumptæ naturę propria eſt.Qua de re ea quæ ſuperioribus octo libris continentur, à nobis tractata ſunt:modò quę ad eius rei theologiã pertinent ſcrutantibus,modo illius ad nos de cœlo deſcenſum,ſimúlque & modũ & appellationem & tempus illius aduentus explorantibus.Quibus demõſtratis rebus,tempus iam fuerit ea contemplari,quæ quo tempore ille in apertum prodiit,geſta ſunt,quoque modo ea ſingula apud Hebręos prædicta ſint, E oſtendere:oraculorum tamen efficacia, veritáſque & ſanctorum Euangeliſtarum teſtimonio,& ipſo rerum quæ ab illis proditæ ſunt euentu,declarabitur.Quum igitur primũ omnium ea quæ ad illius & ortũ & genus & tribum & ſemen pertinent,demonſtrata ſint,nunc iam quid de ſydere illo ſit dicẽdum,quod nouum & inſolitum præter conſueta & nobis cognita ſydera in ortu illius emicuit,quæſo contemplemur.Nam hocipſum quoque iampridem ab antiquis vſque & primis temporibus apud Moſem celebratum inuenitur,atque in hunc modum expoſitum.

Geſta ſtatim poſt incarnationem Dei verbi.

De

A De rebus secundum humanam ab illo assumptam naturam gerendis, & de stella quæ in ortu Saluatoris nostri apparuit.

Demonstratio I.

Moses in numeris de stella, quæ in ortu Saluatoris nostri visa est, hæc ait: *Dixit Balaam filius Beor, dixit homo qui verè videt, qui audit verba Dei, qui nouit scientiam altissimi, & qui visionem Dei vidit: in somno aperti oculi eius: ostendam illi, sed non nunc. beatum dico, sed non appropinquat. orietur stella ex Iacob, & surget homo ex Israel, & franget ductores Moab, & captiuos ducet omnes filios Seth, & erit Edom hæreditas, & erit hæreditas Esaü inimicus eius: & Israel fecit in robore, & excitabitur ex Iacob, & perdet eum, qui seruatur de ciuitate.* Hoc vaticinio commotos ait successores Balaam (id enim incolume extitisse adhuc, vt par est, apud illos, quum B in cœlo ignotum quoddam sidus præter cognita nobis & consueta, supra verticem, vt sic dixerim, & ad perpendiculum terræ Iudææ constitutum inspexerunt) festinasse vt in Palæstinam terram peruenirent, vtque sciscitarentur de rege, qui per eam stellam quam ipsi viderant, significabatur. Fidem his facit Euangelista Matthæus, his verbis: *Quum autem Iesus natus esset in Bethleem Iudææ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt in Hierusalem, dicentes: Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Quo tempore iidem missi in Bethleem abierunt: & ecce rursus eadem stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos, donec veniens staret supra vbi erat Puer: videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio valde: & ingressi domum, viderunt Puerulum cum Maria matre eius: & procumbentes, adorauerunt eum.* Hactenus quidem Euangelium sanctum. At vero ipsius prophetiæ C oraculum quid ait tandem fore aut illius noui sideris eruptione, aut in Saluatoris nostri Iesu Christi ortu, dignum quod cognoscatur? nempe fractionem ductorum Moab, & direptionem filiorum Seth, præterea reliquorum Iudaicæ gentis hostium hæreditatem, qui quidem hostes erant Edom & Esaü. Cæterùm, quid aliud tandem significauit his verbis, quàm productores Moab inuisibilium hostium euersionem? ipsorum, inquam, dæmonum qui olim apud Moabitas deorum loco ferebantur? atqui aliorum mentionem non fecit, propter simulacrorum ipsius Israel cultum, quo in deserto vsus est, quo tempore populus initiatus est Beelphegor. Erat porrò hic dæmon, qui vt Deus à rege Moab ab ipso Balac colebatur. Quoniam igitur victus est Israel illo tempore à principibus Moab visum effugientibus, dico autem ab iis, qui apud Moabitas pro diis colebantur (sanè idcircò & simulacra coluerunt, & adorauerunt sculptilia, vt ait scriptura: Et initiati sunt Beelphegor: qui D Beelphegor dæmon erat apud Moabitas, quo tempore iidem cum fœminis Moabitarum fornicati sunt) meritò quòd olim erat futurum, rerum, vtique in contrarium, mutationem in tempore diuinat Balaam, dicens: Orietur stella ex Iacob, & surget homo ex Israel. Et franget duces Moab. Tanquam si manifestius diceret: Moabitarum dæmonas qui nunc aduersus Israel gloriati sunt, in ortu eius de quo ipse vaticinatur, fractionem tandem & ruinam passuros: quibus fractis, filios Seth, & Edom, & Esaü & reliquas gentes, quas his nominibus significari arbitror, vt olim dæmonico errori addictæ erant, sic reiecta superstitione, familiares illius futuras, qui venturus canitur: & erit, inquit, Edom hæreditas, & erit hæreditas Esaü inimicus eius: veteres, inquit, hostes Dei atque Israel erunt hæreditas eius, qui canitur futurus. Ipse enim est cui dictum est à Deo & patre suo: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Quæ quum in sortem sanctorum transierint, contraria ipsi E Israel fore diuinat. Ait igitur: Et Israel fecit in robore, fecit autem in robore omnium maximum scelus: quapropter excitabitur, & exurget: quis tandem iste, nisi is qui à prophetis canitur Deus verbum? qui etiã perdidit eum qui seruatur ex ciuitate? quibus verbis ipsam Hierusalem significari arbitror, ex qua periit omnis quicunque superstes mãsit, aut etiam omne eius gentis ciuile institutum. Hæc autem quémnam exitum sortita sint, quum gentes prius simulacra colentes vnà cum Saluatoris nostri inter homines exortu, in illorum sortem translatæ sint. Iudaica verò gens, & Iudæorum metropolis ea perpessæ sint, quæ nunquam antea non longiori arbitror oratione indigere vt apertius ostendatur: attamen quæ ad consensum pertinent, tum propheticæ prędictionis, tum Euangelicæ consummationis, talem sanè habeant exitum. Cæterùm quæ tandem causa extitit, propter quam stella quæ tum visa est illuxerit, quæ quidem causa contemplatu digna sit? Moyses quidem in signa ait & tempora in firmamento à Deo posita fuisse sidera vniuersa. At verò

Num.24. *Matth.2.* *Beelphegor dæmon Moabitarum.* *Psal.2.* *Gen.1.*

hoc & peregrinum & insolitum, neque idem ex multis & cognitis vnum, sed nouum potius quoddam, neque antea visum sidus, quod vitæ hominum illuxit recentis cuiusdam luminaris signum, quod vniuersum mūdum illustraret, indicabat. Quod quidem lumen, Christus Dei erat, ingens illud nouúmque sidus, cuius imaginem ex comparatione ac similitudine quadam, illud quòd tunc magis apparuit, referebat. Quum enim per totam sacrosanctam & à diuino spiritu traditam scripturam, si quis eam ad sensum interpretetur, primum sit propositum, vt mystica quædam diuináque doceat: seruato tamen saltem in parte etiam vulgari apertóque sensu eorum quæ historicè gesta sunt, meritò hoc quoque quod nunc tractatur oraculum, in eius sideris prophetia, quod in ortu Saluatoris nostri oriturum denunciabatur, etiam ad verbum completum est. Existunt quidem aliis quoq; gloriosis & illustribus viris insolitarum stellarum ignes, vt earum quæ à quibusdam crinitæ vocantur, item quæ trabes, aut quæ barbæ similitudinem ferentes, vt etiam quarūdem aliarum his similium, quæ magnis imminentibus rebus solent existere. At enim quid tandem aut excellentiùs aut maius toti mūdo vnquam contigerit, quam quòd per salutarem aduentum omnibus illuxit mortalibus intelligentiæ lumen? quod & pietatis & veræ agnitionis Dei perceptionem animis rationalibus attulit? cuius gratia, ingens signum id, quo antea dictum est, indicabat sidus, dum ingens & nouum luminare quod totum illustrauit mundum, Christum vtique Dei omnibus significat. Eodem verò loco prophetia & hominem & sidus futurum diuinat, his verbis, Exorietur stella ex Iacob, & surget homo ex Israel: vtpote quæ & cœleste luminare Deum verbum esse significet, & tamen eundem hominem appellet. Variè porrò illum aliis quoque in locis & ortum simul, & lumen, & solem iustitiæ vocat, vt in prioribus libris ostendimus. Cæterùm quod quidem in illo diuinitus est, tanquam id quod illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, ortus vocabulo celebrauit, in hunc modum: *Orietur stella ex Iacob.* Hominem verò eundem propter afflictionem & mortem quam pertulit, tanquam eum qui ceciderit, surrecturum diuinat. Quibus similia de eodem Isaias canit? *Et erit radix Iesse, & qui surgit vt imperet gentibus, in eo gentes sperabunt.* Et manifestum quidem est, quónam modo Saluatoris nostri lumen de Iacob exortum, hoc est, de Iudaico populo, non ipsi Iacob vnde profectum est, sed de omnibus gentibus illuxerit. Hoc verò quum ex aliis plurimis prophetiis discere possumus, tanquam ad ipsum Christum dicentibus, Ecce posui te in testamentum generis, in lumen gentium; tum etiam ex ipsius Balaam verbis, quæ sic habent: Egredietur de semine eius homo, & dominabitur gentibus multis. Atqui de quónam alio semine, quàm de Israel? vt facilè constat ex ipsius orationis contextu? proinde iam gentium dominatu accepto Saluatoris nostri verbum cum ipsa prophetia concordans, omnes quæcunque illis quondam imperabant, inuisibiles & pernitiosas potestates deleuit, necnon spiritualia malitiæ, cateruámq; dęmonicam, quæ ductores Moab, & Seth, & Edom, Esaü, figuratius in iis quæ nunc tractamus, denominata sunt. Quum autem apud LXX. obscurius positum sit illud, Ostendam illi, sed non nunc: beatum dico sed non appropinquat: idem illud apertius Aquila edidit: Videbo illum, sed non nunc: prospicio illum, sed non prope. Symmachus autem candidius: Video, inquit, illum, sed non propè. Dici verò hæc videntur à Balaam, tanquam longis deinceps post ipsum temporibus perficienda essent, ea quæ ab ipso canebātur. Nam duobus milibus annorum post illud vaticinium completa sunt hæc, quo videlicet tempore Saluator noster cum hominibus versatus est.

Scripturæ geminus sensus.

Isaiæ 11. Christus stella, id est lumen.

Quemadmodum Dominus insistēs illud quod de sancta Virgine assumpsit corpus, venturum in Ægyptum & secundum verba, & secundum sententiam prædictus est, omnísque in eius aduentu euertenda gentium superstitio. Demonstratio II.

Isa. 19. Aegyptij superstitiosi & idolatræ.

Ecce Dominus sedet super nube Leui, *& veniet in Aegyptum, & commouebuntur manufacta Aegypti à facie eius, & cor eorum vincetur in ipsis.* Causa porrò cur Dominus in Ægyptū destinetur venturus, hæc mihi esse videtur. Primi siquidem omnium Ægyptij errori colendi multos deos ac dæmonas initium dedisse dicuntur, & reliquis vniuersis mortalibus superstitionis autores extitisse, quinetiam omnium aliorum maximè, dæmoniacis operationibus & curiositatibus studuisse: iidem præterea ab ipsa scriptura diuina hostes populi Dei

A Dei fuisse perhibentur. Sed antiquus quoque ipsorum rex fateri se non nosse Dominum, palàm descriptus est, dum sic ait: Non noui Dominum, & Israel non emittam. Ergo ingẽs quoddam diuinæ Christi virtutis miraculum exhibere nobis volens prophetica oratio, Domini in Ægyptum canit aduentum: sub quem non leuem futuram Ægyptiorum mutationem diuinat. deinceps sic dicens: Et cognoscent Aegyptij Dominum, qui videlicet non cognoscebant illum prius: & vouebunt Domino vota: & quæ his similia sequuntur. Superiore quidem proximo capite hæreditas eius, qui venturus canitur, Edom & Esaü dicebatur: quippe cum alieni ab Israel eo modo significarentur. Hic verò & Aegyptus & Aegypti populus, non simulacrorum amplius futurus canitur, sed eius Domini qui apud Iudæorum prophetas pro Deo celebratur. Quæ si oculis completa non cernuntur, ne dicamus sanè aduentum illum Domini, qui in Aegyptum futurus prædicitur, fuisse adhuc. B Sed si supra omnem rationem, rebus fidem ipsa veritas facit, atque etiam rudissimis & sensu omni carentibus euidenter ostendit, ipsos Aegyptios ab ea superstitione recessisse, quã vsque ab initio à patribus suis acceperant, illíque Deo adhæsisse, qui à prophetis hæc ipsa diuinantibus colebatur, & vnum hunc interim colere, neque vllam mortem recusare pro cultu pietate erga illum: quid aliud iam superest, nisi vt fateamur, non aliter ista contigisse, quàm per Domini in Aegyptum aduentum, sicut vaticiniũ proximè expositum significabat? Et nihil quidem impedit, aliter quoque idem accipere oraculum, vt videlicet figuratè terrenum hunc mundum significet, in quem verba ipsa Dominum super nube leui venturum vaticinentur: quippe quæ hoc modo hominem ab illo de Virgine & Spiritu sancto assumptum intelligi velint. Manu autem facta Aegypti commouẽda, ipsa gentium simulacra & in illis habitantes dæmonas, sicut rursus Aegyptios victos, omnes qui prioribus C olim temporibus colendis simulacris addictos, attamen cum etiam ipso corpore Saluator noster in terram Aegyptiam vectus sit, quo tempore oraculo monitus Ioseph, surrexit, Mariámque vnà cum puerulo accepit, & cum occulta sua virtute atque efficacia in Aegyptum peruenit, malignas ibi prius habitantes potestates, non mediocriter commotas fuisse par est: & maximè cum postea per illius doctrinam innumerabiles eorum qui Aegyptum incolunt conuentus, ab errore ac fraude dæmonum recedẽtes, etiam nunc vnum vniuersi Deum se nosse fateantur. quæ verò deinceps sequuntur, cum obscurioribus figuris implicita sint, curæque ac diligentiæ maioris indigeant, aliàs seorsum cum per ocium licebit, interpretabimur.

Allegoria.

D Quemadmodum Christus in Ægyptum venturus atque hinc reuersurus prædictus fuerit. Demonstratio III.

Dixit Balaam filius Beor, dixit homo qui verè videt, dixit qui audit oracula fortis, qui visionem Dei vidit, in somno aperti oculi eius: Quàm pulchre domus tuæ Iacob, tabernacula tua Israel? Vt saltus vmbrosi, et quasi hortus iuxta flumina, et quasi tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri iuxta aquas. Egredietur homo de semine eius, & dominabitur gentibus multis, & extolletur Gog regnũ, & augebitur regnum eius. Deus duxit illum ex Aegypto, quasi gloria rhinocerotis illi, deuorabit gentes inimicorum suorum, & crassitudines eorum attenuabit, & iaculis suis feriet inimicum. Accubans quieuit vt leo, & vt catulus, quis excitabit illum? qui benedicunt tibi, ipsis benedictum est: & qui maledi- *Num.24.*
E *cunt tibi, ipsis maledictum est.* Superius per eam prophetiam quæ proximè exposita est, dum oraculum, venturum in Aegyptum Dominum affirmat, Saluatoris nostri Iesu Christi migrationem vnà cum parentibus suis in Aegyptum illi ipsi futuram indicabat. Hic autem reditum ab Aegypto, vt ordo postulat, quo in terram Israel vnà cum parentibus reuersus est, canit his verbis: Deus duxit illum ab Aegypto. Solus autem extitit Saluator & Dominus noster Iesus, qui Christus est Dei, neque alius præterea quisquam, ex semine Israel & Iudaica gente profectus, qui multis dominatus sit gentibus vt absque hæsitatione fateri necesse sit, præsens vaticinium in illo exitum suum inuenisse, vtpote quod palàm enunciet, de Iudaica gente egressurum quendam hominem, & dominaturum gentibus multis. Aut quiuis mihi dicat, vtrùm habeat ex iis qui apud Hebræos vnquam illustres fuerint alium quẽm proferat, qui multarum gentium dominatum acceperit. Atqui nemo vnquam istud dixerit, quoniam ne factum quidem est. At verò in Saluatore nostro, *Matth.2.*

etiamsi nos nihil dicamus, ipsa tamen nihilominus veritas clamabit, & vehementer vociferabitur, planissimè indicans, quemadmodum diuina illius virtus per illum (qui ab ipso de semine Israel, ratione corporis assumptus est, hominem) dominata est, atque etiam nũc dominatur gentibus multis. Hic igitur ille ipse erat, non alius quispiam, quem prophetia prædixerat, cuius tẽpore etiam Gog regnum in sublimè adactum est, cum eo simul Christi virtute ac potentia crescente. Hoc autem modo aiunt Romanorum regnum secundum Hebræos significari, cum quo simul Christi doctrina robur atque incrementum accepit. Meminit autem Gog etiam propheta Ezechiel, dum principem Ros, Mosoch, & Tobel nominat, vbi per illud quidem Ros, Romanã vt par est, ciuitatem significat: quandoquidem principatus & caput ea voce apud Hebræos intelligitur. Per Mosoch autem Mysiã, & ei finitimas gentes, quæcunque nunc sub Rom. imperio sunt, & per Thobel, Hiberiam Iosephus intelligit, qui à Thobel dicit factos esse Thobeelos, qui Hiberes dicuntur. Quibus omnibus imperantem Gog in sublimè adaugendum ait, sub eius Christi, de quo prophetæ loquuntur aduentum, quem Deus duxit ex Ægypto quo tempore, vt apud Matthæum legitur, dum ipsi adhuc puero insidiatur Herodes, Ioseph accepto oraculo, accepit puerum & matrem eius, & reuersus est in terram Israel. Rhinocerotis verò gloria ipsi Christo adfuit, propterea quòd *placuerit in eo habitare omnem plenitudinem diuinitatis*, vt ait sanctus Apostolus. Quapropter dum veluti cornu sibi vniuersi Deum patrem adscribit, etiam vnicornis in aliis quibusdam scripturis est nominatus. Idem porrò Dei verbum intelligibilibus rationalibúsque suis sagittis, inimicum sibíque aduersantem diabolum, omnésque circa illum versantes inuisibiles & malignas potestates: præstantiori sua & inexpugnabili virtute confixit, atque etiam nunc gentibus multis dominatur, quarum crassitudines & fastum corporeæ massæ extenuans, ad angustam æternæ vitæ viam ingrediendam idoneas comparat. Sed etiam recumbẽs idem hic homo ex Israel profectus, qui multis dominatus est gentibus. *Quieuit*, inquit, *vt leo*. quibus verbis quam ille assumpsit dispensationem, significat, secundum quam quasi quidam regulus, & quasi fera quædam audacior quieuit, dum illius principatum ac regnum mouere loco nemo est qui possit. Omnes autem qui Christo fauent, ac benedicunt, & tum oratione tum vita, virtuti præceptoris addunt cultum ac reuerentiam, fauoris benedictionísque diuinæ vicissim participes facti, augescunt quotidie, ac multiplicantur, vtpote cum ipsis diuina illa vox, *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* & verius à Deo conuenientius finem suum consequatur: sicutè contrariò, qui à prima aduersus illa conspiratione etiam nunc in suis illum conciliis execrantur, Dei in seipsos execrationem ex illo in hunc vsque diem contraxerunt. Quapropter non regni solum, sed etiam sui illius quod honore omni ac reuerentia colebant sanctuarij, extremam solitudinem atque iterum in oculis habere, atque intueri non desinunt.

Rosch Hebræis est caput.

Ezech. 38. & 39.

Apocal. 20

Coloss. 2.

Gen. 2.

Non ab re autem fuerit, hisce quæ nunc tractamus, ipsius Iacob ad Iudam prophetiam adiungere, quam etiam ipsam euidentissimè Saluatori nostro accommodari iam demonstrauimus, contemplaríque eam, quæ in vtrísque est concordiam. Quemadmodum enim hic dictum est, *Egredietur homo de semine eius*, (ipsius videlicet Iacob) ita etiam illic dictum est, *De germine fili mi ascendisti*, ab ipso Iacob, ad eum de quo ipse vaticinatur. Vtque in præsenti dicitur illud, *Et dominabitur gentibus multis*: sic in illis quoque illuc, *Et ipse erit expectatio gentium*. Et rursus hic quidem: *Deuorabit*, inquit, *gentes inimicorum suorum, & iaculis suis feriet inimicum.* In illis autem simili ratione illud dictum est, *Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum*. Item illud, *Catulus leonis Iuda.* & illud: *Recumbens dormiuisti vt leo, & vt catulus, quis excitabit illum?* quod in illis dictum est, nihil mihi differre videtur ab eo quod nunc tractamus oraculo, cuius illa sunt verba: Recumbens quieuit vt leo, & vt catulus, quis excitabit illum? Hæc autem non ab re vnum in locum coëgimus, vt quasi in ore duorum testium, eius quæ in prophetiis spectatur concordiæ, de Saluatore nostro demonstratio firmiorem accipiat autoritatem. Sed omnia quæcunque vaticinium Iacob contemplanda contulimus, huic item quod à Balaam dictũ est, accommodari poterũt, propter eorum quæ dicta sunt similitudinem. Quòd si illa in nostro Saluatore completa esse ampliori demonstratione tum constitit, sequitur iam vt præsentia quoque fateamur.

παράλληλα dicta.

Comparatio prophetiæ Iacob & Balaam.

Item

A Item de illo quod dictum est, Ex Ægypto vocaui filium meum, & de Herode rege, & euersione regni Iudæorum.

Demonstratio. IIII.

ET exurget perditio in populo tuo, & omnia munita tua peribunt, vt princeps Salomon de domo Hieroboam. In diebus belli matrem super filiis alliserunt. Sic faciam vobis domus Israel à facie iniuriarum vestrarum. Manè eiecti sunt. eiectus est rex Israel, quoniam infans Israel. Et ego dilexi eum, & ex Aegypto euocaui filios eius. Sed Aquila Hebraicæ elocutioni inseruiens. Ex Ægypto vocaui filium meum, interpretatus est. Ego autem necessariò ad verbum notaui locum, quoniam Matthæus quoque posuit prophetiam, vbi in Ægyptum commigrasse Iesum, & illinc rediisse in terram Israel indicauit. Si quis autem Saluatoris nostri in Ægyptum pro- B fectionem accuset, sciat id totum maxima cum ratione factum fuisse. Neque enim Herodis voluntariam malitiam cohibere par erat: neque rursus Saluatorem, puerum adhuc miracula exordiri iam tum, atque ante tempus diuinam ostentare virtutem. quod sanè factũ fuisset, si mirabili quadam ratione insidiantem sibi Herodem punitus esset, neque vllo modo illam in Ægyptum vnà cum parentibus secessionem pertulisset. Verùm enim præstantioris cuiusdam dispensationis ac sapientiæ fuit, suo atque accommodato tempore miraculorum, quæ ad diuinitatem pertinent, initium facere, eum, cui in tota vita mansuetudinis & clementiæ testimonium redditum est, quíque ad promerendum, atque ad communia officia fungenda propẽsus extitit, nec aliquem vnquam eorum qui non ipsi auscultauerunt, vltus est: ne tunc quidem, cum vt ouis ad occisionem ducebatur, atque vt agnus coram tundente se obmutescebat. Qui autem quæso cõuenisset eum, qui talis erat, C puerum adhuc, Herodis malitiæ non concedere, cui etiam ad virilem ætatem profecto, concedendi & malignos declinandi, testimonium redditum est? quíque & se occultare, in miraculis edendis laudem effugere consueuerit? nam quos ipse curasset, iis imperabat, vt nemini dicerent. Quòd si quis prophetiam hanc ad populum referat, dicatque hæc de populo ex semine Israel oriundo dicta esse, is attendat verborum ordinem, in quibus hæc futura dicuntur, postquam dictum est quasi ad ipsam Hierusalem, Et exurget perditio in populo tuo, & omnia munita tua peribunt. & quæ quidem princeps passus est in bello, in quo matrem super filiis terræ alliserunt, eadem vobis quoque ipsis faciam, propter malitias vestras. Vobis porrò quibus tandem aliis, nisi qui vocamini Israelitæ? quíque etiam reiecti estis cum rege vestro? vbi Herodem obscurius indicat, & hæc omnia passi estis, quoniam puer, inquit, est Israel, & ego dilexi eum, & de Ægypto vocaui filium meum. Qui D enim fieri potest, vt eodem in loco eosdem & accuset & laudet? sed verus sensus est is, qui hanc habet contemplationem. Israel enim in alia prophetia dictus est Christus, quemadmodum in hac quoque quam nunc tractamus. Quoniam igitur hic, inquit, obediens mihi factus formam serui accepit, & factus est puer mihi dilectus, dum omnia quæcunque volo efficit, idcircò illum ex Ægypto, ad quam homines forma assumpta descendit, dum ea voce terrenus locus significatur, aut etiam ex illa vulgatiore tanquam legitimum dilectúmque filium euocaui: vos autem ipsos ad quos sermo directus est, vnà cum regno vestro interitus & perditio comprehendet. Hæc quidem ipsa prophetia. Constat autem quemadmodum post Saluatoris nostri tempora, cum obsessa fuisset ac vastata Hierusalem, sublatus est, & ad extremam perniciem reiectus, qui vsque ad illud tempus steterat Iudaicæ gentis legum vsus, omnísque principatus: Verumtamen iam tertiò quæ ad Æ- E gyptum pertinent, quæque ad iter quod in illam est factum, diuinitus prædicta sunt, quod si quis nullo modo fateatur ea nostro Saluatori conuenire, at saltem cum ea Matthæus apposuerit, de testimonio quo est apud Mosem ab illo accepta, ne neget, quod paulò antè tractauimus, dum illud, Deus duxit illum ex Ægypto, enarraremus, quando ne ipse quidem Euangelista, se ab ipsius Oseæ prophetia oraculum accepisse indicauit, vt vndecunque quærentes, possint illud vbicunque positum sit inuenire, ibi videlicet, vnde par est Euangelistam illud protulisse.

Oseæ 11.

Cur in Ægyptũ Christus fugit.

Isaiæ 53.

Christus vocatus puer.

De Ioannis in deserto prædicatione.

Demonstratio V.

Isaiæ 40. V*Ox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. & erunt praua in recta, & asperæ in vias planas, & videbitur gloria Domini. Et videbit omnis caro salutare Dei, quoniam Dominus locutus est.* Hoc quoque vaticinium oportebat sub Saluatoris nostri tempus suum finem cõtingere. Quocirca, *Luc.3.* vt apud Lucam Euangelistam scriptum est, *in anno quinto decimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, cæterísque imperantibus qui cum hoc connumerantur, factum est verbum Dei ad Ioãnem Zachariæ filium in deserto. Et cum venisset in omnem terram, quæ est circum Iordanem, prædicauit baptisma pœnitentiæ, in remissionem peccatorũ.* Hisce autem Euangelista adiicit testimonium, dicens: *Scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini,* & quæ sequuntur. Quid igitur tandem aliud clamabat Ioannis illa in deserto prædicans vox ad turbas exeuntes, vt ab ipso baptizarentur, tanquam ad reptilia deserti, quàm conueniens accommodatúmque illud? *Germina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* Et rursus, dum prauas animas in rectas, & asperas in vias planas reparat, dicebat iisdem: *Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ.* Et hæc scilicet complebantur, dum Ioannes præparabat eos qui visuri erant gloriam Domini, & quod vocatur salutare Dei. quod quidem nihil aliud est, quam Christus, sicut verbis illis testificabatur: *Ego quidem vos aqua baptizo, venit autem fortior me post me, cuius non sum dignus calciamenta gestare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.* Qui etiam quum Iesum vidisset venientem, exclamauit: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hic de quo ego dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est.* Quòd verò idem esset salutare Dei, Simeon quoque testificatus est, qui accepto in vulnas puero Iesu, dixit, *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium.* Quibus etiam propheta consentit, dum ait: Et videbit omnis caro salutare Dei. Illud enim, Omnis caro, pro omnibus gentibus dictum est. Vt autem demonstretur, quomodo hæc suum finem contigerint, & gentes Christum Dei agnouerint, multis non opus est verbis. & quæ quidem ad verbum solent considerari, in hunc completa sunt modum. Cæterùm quid quæso fuit in causa, vt non in vrbibus, neque in ipsa Hierusalem, sed in deserto, Ioannes suggestum sibi ad prædicãdum elegerit? ad hoc quispiam fortasse responderit, illum hoc fecisse, vt prophetia compleretur. Sed qui exquisitius ac diligentius se doceri voluerit, illico interrogabit: Ad quid prophetia hæc quid tandem sibi volebat, cum desertum, & ea quæ ad id genus pertinent, enunciabat? cui respondebimus, quòd hoc quoque signum erat auertendæ vrbis Hierusalem, & eius quod in ipsa erat altaris, ritúsque illius qui secundum Mosaicam legem seruabatur: quando non amplius per legitima sacrificia remissio illis peccatorum conciliabatur, sed per purgationem lauacri, quod olim in sitibunda ac deserta, dico autẽ in collecta de gentibus ecclesia, tradebatur. in qua etiam illa quæ facta est prophetica vox, parate viam Domini iubet, dum malitias in imo quodam fundo, quasi in conualle positas animarum auferendas, & veteris vrbis Hierusalem atque eorum qui in illa imperabant principum ac regum, qui mõtes & colles nominãtur, altitudines deiiciendas vaticinatur: quibus perfectis, Omnis, inquit, caro videbit salutare Dei. Hoc est, omnis quæcunque corpori inclusa in terra versatur anima, tam Barbarorum, quàm Græcorum, hoc est omnium omnino gentiũ. Quæ quidem ipsi vaticinio consentanea ad suum finem peruenisse, demonstrãtur. Dum igitur mecum tacitus quæro, oborta est mihi dubitatio, quid tandem illud esset in Ioanne, quo capta multisudo illa, admiraretur hominem, & prædicanti baptisma pœnitentiæ fidem haberet: quidque illud quo ducti omnes vndique rebus propriis relictis confluerent in desertum, cum præsertim nulla illius gesta memoriæ prodita sint. Neq; enim quòd aut mortuos excitauerit, aut alia miracula fecerit, scriptum extat. Quid igitur illud erat, quòd admirabundos omnes redderet? num forsitan nouum, & quod à multitudine abhorreret, vitæ illius genus? procedebat enim ex deserto inusitatum indutus habitum, omnémque communem hominũ consuetũdinem declinãs: nam neque in vicum vllum, neque in vrbem, neque in communem aliquem virorum cœtum commeabat, Sed ne victu quidem, communi vescebatur: siquidem scriptum est, quòd à puerili ætate in solitudine versaretur ad illum vsque diem, quo

Marginalia: Matth.3. Luc.3. (beside "Germina viperarum"); Luc.2. (beside "Nunc dimittis"); *Quare Ioãnes in deserto prædicauit.*; *Vnde Iudæis de Ioãne tãta admiratio.*

A quo ipsi Israel ostenderetur. Quinetiam eius vestimentum ex pilis camelorum cōfectum erat: & cibus erant locustæ, & mel sylucstre. Nunquid igitur cum capillo quidem Nazirenum Dei viderent, qui, quæ Deum facilè deceat, faciem ostentaret, vestimenti autem insitatum genus indutum, repentè nescio vnde è latebris solitudinis prodeūtem, & post prædicationē rursus in solitudinē & in latebras recedentē, sine potu, sine cibo, abhorrentē à multitudine, meritò stupebant, & ne hominem quidem illum esse arbitrabantur? quid ni illum qui vel nullo cibo indigeret? quocirca eundem angelum esse credebāt illum ipsum de quo propheta loquitur, dum dicit: *Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem meam, qui parabit viam tuam ante te.* Eundem scripturæ locum Marcus quoque Euangelista citauit. Quinetiam ipse Saluator huic rei testimonium exhibet, dicens: *Venit Ioannes ad vos neque comedens neque bibens, & dicitis, Dæmonium habet,* Incredulos enim & aduersus veritatem difficiles, & peruicaces, credibile est propter illud quo Ioannes vtebatur vitæ genus, talia in
B illum probra iactasse. sicut è contrariò qui virtutis illius sensu afficiebantur, angelum existimasse. Hæc igitur arbitror ipsum Ioannem intuentibus admirationem ac stuporem erga hominem attulisse: quapropter ad eam animæ purgationem, quæ ab illo denunciabatur, vndique concurrebant: Meminit autem huiusce, quæ de illo fertur historiæ etiam Iosephus in decimooctauo Iudaicæ antiquitatis libro, in hunc modum scribens: Nonnulli autem Iudæorum putabant ideò periisse Iudæorum exercitum, quòd Deus iustissimè vlcisci voluerit supplicium Ioannis, qui Baptista vocabatur: hunc enim occiderat Herodes virum bonum, & Iudæos adhortantem vt exercitatione virtutis, mutuáque inter seipsos iusticia, atque erga Deum pietate vtentes, ab baptismum accederent: sic namque ablutionem quoque ipsi videri acceptam.

Iosephus lib. 18. de Antiquit.

C

Item de solitudine, ipsóque nominatim Iordane fluuio, apud quem Ioannes baptizabat. Demonstratio VI.

Isaiæ 35.

Lætare solitudo sitiens, exultet desertum, & floreat vt lilium, & efflorebunt & exultabunt deserta Ioannis, & gloria Libani data est ei, & honor Carmeli, & populus meus videbit gloriam Domini. Quibus adiungit: *Conualescite manus remissæ, & genua soluta. Consolamini pusillanimes intellectu, confirmamini, ne timete. Ecce Deus noster iudicium reddit, & reddet. Ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet vt ceruus claudus, & plana erit lingua mutorum. Quoniam erupit in deserto, aqua, & scissura inundās in terra sitienti.* Hæc
D autem Saluatoris nostri planè admirabilibus gestis completa sunt, post Ioannis prædicationem. Contemplare igitur, quemadmodum solitudinem euangelicè instruit: neque id simpliciter, aut quamuis solitudinem, sed definitè illam, & solam, quæ est apud Iordanem fluuium: quandoquidem iuxta hanc versans Ioannes baptizabat, vt scriptura ipsa fidem facit, dicens: *Erat Ioannes in solitudine baptizans, et exibat ad illum omnis Iudæa regio, et Hierosolymorum incolæ omnes, et baptizabantur ab illo in Iordane.* Hanc igitur solitudinem eius quæ quondam ob omnibus bonis deserta erat, dico autem collectæ de gentibus ecclesiæ, signū gestare arbitror: ipsum verò fluuium in solitudine, purgantem omnes qui in ipso abluerentur, purgationis cuiusdam, quæ secundum sententiam intelligatur, imaginem gerere. Qua de re loquuntur scripturæ, dicentes: *Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei.* Significat porrò hoc perpetuā influxionē diuini spiritus, qui desuper inundat, & Dei ciuitatē irrigat.
E Sic autem vocatur vitæ genus eius quæ à Deo dirigitur. Hic igitur Dei fluuius vsq; ad solitudinem deuenit, collectam videlicet de gentib. ecclesiā, & huic quas in seipso aquas vitales etiā nunc abūdè largitur. Postea idē vaticiniū eidem solitudini canit datum iri gloriā Libani, & honorem Carmeli. Sed quæ'nam hęc est gloria Carmeli? nisi is qui ex lege Mosi per sacrificia celebrabatur ritus? quem vbi repudiauit Deus per eam prophetiam, quæ ait: *Cur mihi thus de Saba affertis? et quid mihi multitudo sacrificiorū vestrorū?* in solitudinem Iordanis trāstulit gloriā Hierusalē, postquam ratio piè religioseq; viuendi non in Hierusalē, sed in deserto consummari cępta est: quod videlicet accidit post Ioānis tempora. Simili ratione etiam honor legis, & eorū quæ in lege corporalius sancita sunt, Iordanis solitudini datus est, propter eandem causam: quoniam non amplius in Hierusalem confugiebant, qui curationis indigebant eius quæ ad animum pertinet, sed in id quod nominatur desertum, propter eam, quæ in illo prædicabatur, remissionem peccatorum. Puto etiam Saluatoris

Solitudo in qua docuit Ioannes typus Ecclesiæ ex Gentibus collectæ.

Psal. 45.

Ierem. 6.

Matth.3. nostri ad baptismum accessum significari illis verbis: Et populus meus videbit gloriã Do-
Luc. 3. mini,& altitudinem Dei. Tunc enim visa est Saluatoris nostri gloria, cum ascẽdit de aqua. A
& ei aperti sunt cœli,& vidit Spiritum Dei descendentem quasi columbam, & manẽtem super eo. Cum vox quoque de cœlo audita est, dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Sed etiam quicunque legitimè ad lauacri mysterium accedit, vbi theologiam de Christo acceperit, gloriam eius intuebitur, & cum Paulo dicere poterit: *Et si cognouimus secundum carnem Christum, at nunc tamen non amplius cognoscimus.*
2. Cor. 5.

De Christi post baptismum tentatione.
Demonstratio VII.

Psal.90. *QVi habitat in adiutorio Altißimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Dicet Domino, Susceptor meus es, & refugium meum, Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum: quoniam ipse liberauit me de laqueo venatorum, & ab oratione turbulenta. In scapulis suis obumbrabit tibi, & sub alis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius. Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à peste perambulãte in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autẽ non appropinquabit. Verũtamen oculis tuis cõsiderabis, & retributionẽ peccatorum videbis, quoniam tu Domine spes mea, Altißimum posuisti refugium tuum. Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Saluator & Dominus noster Iesus qui Christus Dei est, dum quatenus homo factus est, consideratur, habitans dicitur in adiutorio Altissimi, vtpote quum in protectione Dei & patris commoretur. Hic igitur vnum patrem, nec alium præterea quempiam, quo tempore à diabolo tentatus est perfugium nactus, liberatus est olim de laqueis aduersantium potestatum, quæ venatores, hoc loco appellantur: quum instar cuiusdam communis hominis ductus est in desertum, vt tentaretur à diabolo. & fuit in deserto quadraginta dies, & quadraginta noctes: & tentatus est à satana, fuitque, vt Euangelista autor est, cum bestiis, Sed quæ tandem hæ bestiæ, nisi quas commemorat is, qui nunc tractatur Psalmus ad eum. Qui in adiutorio Altissimi habitat, vbi ait: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem? cæterùm non ab his solùm liberatũ iri eum dicit, sed etiam ab oratione turbulenta. At verò quæ tandem hæc fuit oratio, nisi quam illi obiecit tentator, vt in sacro Euangelio scriptum est? operæ autem precium est contemplari, quæ causa fuerit, vt Saluator noster, qui talis tantúsque est, tentationem perpessus sit. Quum igitur omnem ex hominibus ægritudinem, omnémque languorem, infestos spiritus atque impuros dæmonas, qui plurimis antè seculis omnes qui in terra versabantur, per eam superstitionem quæ multos deos colit, subegerãt, esset expulsurus, non ex abdito quasi latitans ad ea quæ dicta sunt, accessit, sed contra infestos prius eosdémq; inuisibiles principes per eum, quem assumpsit hominem militantium more profectus, & in ipsius diaboli medium, omnísque dæmonicæ cateruæ progressus, vbi super aspidem & basiliscum ambulauit, & conculcauit leonem & draconem, multóque prius regnantium inimicorum, & millia & dena millia subuertit, principatus videlicet ac potestates, aliàs quidem à dextris, aliàs verò à sinistris bellantes, itémque eos qui mundi rectores harum tenebrarum dicuntur, ac spiritualis malitiæ, omnia inquam hæc vbi nihil posse redarguit, ac denique ipsum maiorum principem diabolum, verbo oris sui procul extrusit, percurritque atque inambulauit, omnem aduersantem potestatem, ac seipsum quidem adire ac tentare volentibus exhibuit, nec quisquam omnino aduersus illum stare potuit, tum demum ad hominum salutem accessit. Quocirca intuentes illum dæmones agnoscebant, propter eam de qua dictum est in deserto commorationem, quum ad ipsum dicerent, *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei?* hæc igitur de his dicta sunt. Quæ verò deinceps in Psalmo sequuntur, ad ipsum Christum denunciantur ex illo: In scapulis suis obumbrabit tibi, Altissimus videlicet, & sub alis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. & quoniam diebus quadraginta, noctibúsque totidem tentatus est, de iis quidem qui noctu illum inuadebant, dictum est ad ipsum: Non timebis à timore nocturno. de iis vero qui eundem per diem oppugnabant, illud, A sagitta volante in die. Itẽ de nocturnis illis, illud, A negotio perambulante in tenebris. De diurnis verò illud, Ab incursu & dæmonio meridiano. Adhęc, quoniam dum tenebatur, malignæ

Margin notes: Matth.4. — Diabolus venator. — Eph.6. — Matth.8. — B — C — D — E

potestates

A potestates illum circunstabant: & quæ quidem illius latus dextrum stipabāt, sinistris multo plures erant, vtpote quum dextra longè sint valentiora, meritò adiungitur ad eundem. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Vbi, A latere, dictum est, pro eo quod est à sinistro. Quum autem nomen sinistri meritò prætermissum sit, ac tacitum, ne aduersi quippiam aut sinistri in illo reperiri videatur: quúmque tota decem millia, necnon ipsa mille, tum à latere eius, tum à dextris casura esse dicantur, iure optimo post ipsa hæc deinceps dictum est illud: Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Et hæc, inquit, circum te erunt, qui es Christus Dei, quoniam tu ipse, qui es spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum. Vbi etiam diligenter obseruabis, quónam pacto propheta ad ipsum Dominum dicat: Quoniam tu, Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum. vbi exquisitè alterum,
B qui priuatim est Dominus, ab altero distinguit, qui & huius ipsius est pater, & præterea Deus Altissimus dicitur. Quapropter, quum illum vt patrem, vtque Deum Altissimum, refugium suum Christus posuerit, dictum est ei illud: Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et sanè diligenter obserua, quónam modo in illo, Quoniam tu Domine spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum: illud Domine per id nomen quod quatuor literis constat in Hebraico, scriptum sit. Quod quum inenunciabile esse dicāt Hebræi pro solo Deo & patre vsurpare consueuerunt. Nos autem idem nomen, vbi de verbi quoque diuinitate agitur, in plurimis positum esse scripturis, antea demōstrauimus, vt item in eo Psalmo qui nunc in manibus est, qui ait in persona ipsius Domini: Quoniam tu Domine *Nomen tetragrammaton ineffabile.*
C spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum, tāquam si diceret, Quoniam tu ipse, ô Domine, qui mea spes es diuinantis hæc illum à quo ipse es Deum Altissimum nosti, & hunc ipsum posuisti refugium tuum. Ex quo etiam in principio Psalmi de eodem dicebatur: Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Dicet Domino, Susceptor meus es, & refugium meū, Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum. Quoniam igitur tu, ô Domine, Altissimum posuisti refugium tuum, idcircò, inquit, ipse Altissimus liberabit te à laqueo venatorum, & ab oratione turbulenta. & in scapulis suis obumbrabit tibi. Quapropter quum tali fultus sis paterno Altissimi auxilio, non timebis à timore nocturno, neque omnino à quopiam eorum quæ prædicta sunt: ac ne ab iis quidem quæ deinceps adduntur. nam quoniam tu Domine, altissimum posuisti refugium tuum, idcircò non accedent ad te mala, & flagellum nō appropinquabit taberna-
D culo tuo. Flagella porrò efficacias ipsorum dæmonum etiam in Euangeliis nominari deprehendes, quas ne appropinquare quidem audere idoneas esse ait, tabernaculo Christi, hoc est, corpori eius. Qui enim id potuissent, quādo solo verbo eas ex hominibus expellebat? de hoc autem tabernaculo etiam Dauid quodam in loco, *iurauit Domino, & votum vouit Deo Iacob*, his verbis; *Si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationē, & requiem temporibus meis, donec inueniam locū Domino, tabernaculū Deo Iacob.* Huius igitur tabernaculi causa dicebatur, Non timebis à timore nocturno: & illud, Ipse liberabit te de laqueo venatorum, & ab oratione turbulenta: & illud, Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo: & quæcunque ad hominem gis spectantia de illo dicta sunt, sicut etiam illud, Angelis suis mandabit de te, vt custodiant te: & illud, In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem *Dæmonum vis flagellum appellatur.* *Psalm. 131.*
E tuum. Talia enim ad Deum dici nunquam conueniet: at verò ad tabernaculū eius, quod propter nos assumpsit, quo tempore verbum caro factum est, & habitauit in nobis, cōueniet. Cæterùm nō ab re mihi quidem videbor facere, si quo exquisitius ac stabilius ea quæ dicta sunt confirmentur, reliquorū quoque interpretum sententias editionésque hoc loco posuero: quorū vnus Aquila in hūc modū reddidit, Quoniam tu Domine spes mea, altissimū posuisti habitaculū tuum, Non traducetur ad te mala, & tactus non appropinquabit in protectione tua: quoniā angelis suis mandabit, vt custodiāt te in omnibus viis tuis. Sed Symmachus: Tu enim, inquit, Domine securitas mea, altissimam posuisti habitationem tuam. Non inualescet aduersum te malū, neque tactus appropinquabit tentorio tuo: quoniam angelis suis mandabit de te, vt custodiant te in omnibus viis. Igitur hisce ipsis autoribus, ad Dominum tanquam de Domino dictum est illud: Angelis suis mandabit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te. videlicet te Dominum, *Ioan. 1.*

ne fortè tu Dominus offendas ad lapidem pedem tuum. Quinetiam diabolus in tentatione aduersus Saluatorem nostrum, eisdem vsus est verbis, quando assumptum illum in sanctam ciuitatem constituit supra pinnaculum templi, & dixit ei: *Si filius Dei es, mitte teipsum hinc deorsum. Scriptum est enim, quòd angelis suis mandabit de te, & in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Ad quem Dominus noster respondens, ait: *Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.* Præterea quoniam in tentatione cum feris, vt ipse Euangelista est autor, versabatur: cum quibus autem, non descriptum est palàm: eam rem ipsius Psalmi vaticinium, dum genera ferarum commemorat, manifestiùs eloquitur, his verbis: Super aspidem & basiliscum ascendes, & conculcabis leonem & draconem. vbi aspidem & basiliscum ascendes, & conculcabis leonem & draconem. vbi aspidem & basiliscum, ipsum vtique diabolum: & qui ipsum sequuntur principatus maláque potestates conculcaturum affirmat. Iis autem qui similem ipsi virtutem nacti sunt, discipulis vtique suis atque apostolis, potestatem incedendi super serpentes & scorpiones donauit, non permittés eos tentari suprà quàm ferre possent: ad illum enim solum spectabant, peiores in nequitia potestates, necnon ipsum omnium principem seculíque huius tyrannum, diuina sua virtute prosternere.

Matth. 4.

De Galilæa gentium, in qua Saluator noster maximam suorum miraculorum partem edidit, & de Apostolorum ipsius vocatione. Demonstratio VIII.

Isaiæ 9.

HOc primùm bibe, cito fac regio Zabulon, terra Nephthalim, & reliqui maritimam incolentes, & trans Iordanem Galilæa gentium, populus ambulans in tenebris, videte lucem magnam, habitantes in regione & vmbra mortis, lux splendebit super vos. Plurimum populi quod deduxisti in lætitia tua, & lætabuntur coram te tanquam qui lætantur in Messe, & quemadmodum qui diuidunt spolia, quoniam auferetur iugum quod super ipsis positum est, & virga quæ super collo ipsorum. Virgam enim repetentium dissipauit Dominus sicut in die super Madiam: quoniam omnem vestem congregatam dolo, & vestimentum cum permutatione persoluent, & volent si facti fuerint igne combusti: quoniam Puerulus natus est nobis, cuius principatus extitit super humerum eius. Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus, princeps pacis, ius & potentiam habens, Deus fortis, pater futuri seculi. Præter alia omnia completa sunt etiã hæc in Saluatore ac Domino nostro Iesu, qui Christus Dei est; quo tempore, vt diuinus Euangelista autor est, *audiens quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: relicta Nazareth, veniens habitauit in Capernaum iuxta mare in finibus Zabulon, & Nephthalim, vt impleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: Terra Zabulon, & terra Nephthalim, viam maris, trans Iordanem Galilæa gentium. Populus sedens in tenebris vidit lucem magnam, & habitantibus in regione & vmbra mortis, lux orta est eis. Ex illo igitur cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, quoniam appropinquabit regnum cœlorum. Præteriens autem iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: erant enim piscatores, & ait illis: Venite post me, & faciam vos piscatores hominũ. Illi autem statim relictis retibus secuti sunt eum. Profectus inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre ipsorum reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem continuò relicta naui & patre ipsorum, secuti sunt eum. Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in conuentibus eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnẽ ægritudinem & omnem languorẽ in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam, & afferebãt ei omnes malè habentes, variis morbis & cruciatibus cõprehensos, & dæmonia habentes, & lunaticos, & paraliticos, & sanabat eos, & sequebantur eum turbæ multæ à Galilæa.* Sanè hæc omnia propter prophetiam exposui, quæ in Galilæa magnũ lumen fore pollicetur, & in regione Zabulon ac Nephthalim, quum tamen neutra sit Galilæa gẽtium. Cur autem in Galilæa gentiũ plurimũ diuersatus? nimirum vt omnium gentium vocationis exordia constitueret: etenim inde profectus, discipulos suos euocauit. Quocirca paulò pòst in eodem Euangelio inuenies Matthęum de Galilæa vocatum fuisse, & in alio rursus Leui. Philippus autem, vt apud Ioannem legitur, de Bethsaida profectus est, ciuitate Andreæ & Petri: atqui hæc ipsa erat Galilęa. Quinetiã apud eundem Euangelistam nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Vbi quum Dominus admirabiliter aquam in vinum cõmutasset, miraculorum ibidem initium fecit, quo tẽpore declarauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli. Considera vero num hoc ipsum primum

Quare Christus in Galilæa gentiũ versatus.
Ioan. 2.

A primum Saluatoris nostri miraculum, quod in Cana Galilææ editum est, dum aqua in vinum commutatur, diuinas in ipso prophetiæ principio ea quæ nunc tractatur oratio significet illis verbis: Hoc primum bibe, cito fac regio Zabulon, & terra Nephthalim, Galilæa gentium. Quod si tale miraculum nota quædam fuit arcanioris mixturæ ex ea commutatæ, quę ad corpus magis spectaret, in intelligentem ac spiritualem lætitiam spectantis ad fidem noui testamenti mixturæ: vide ne hoc ipsum quoque ad ea quæ de Galilæa dicta sunt, accommodatè significauerit, canens quemadmodum sub Christi aduentum primi omnium ij qui Zabulon ac Nephthalim habitarent, non autem qui Iudæam & Hierusalem, potius Euangelicæ prædicationis participes futuri essent. Porró his lætitiæ causam ait fuisse, ingentis lucis illustrationem, qui quidem aduentum in tenebris sedentes, in regione & vmbra mortis sedebant. Exorto autem illis salutari lumine, ita lætabuntur, vt ij qui lætātur in messe, vtique ij diuidunt spolia. Hæc verò ipsa re completa sunt, quum de Galilæa B vocatis apostolis, mirabilia opera sua & doctrinam Saluator ac Dominus noster illis palàm exhibuit: lætaturos autem eos coram ipso, prophetia diuinat, instar lætātium in messe. Sed in qua tandem messe, nisi in ea de qua ipse dicebat? *Attollite oculos vestros, & videte regiones, vt albæ sunt ad messem iam nunc.* His autem verbis gentium congregationem significabat. De eisdem verò dictum est, Quę lętabuntur vt ij qui diuidunt spolia. Quum ergo gentium inter se regiones, & vniuersam quæ sub sole est terram Saluatoris nostri discipuli atque Euāgelistæ diuisissent, innumerabiles seculi huius principes spoliauerunt, eos vtique qui prius gentibus imperabant. Attamen aliam quoque causam propter quam lætitia sint afficiēdi, commemorat, quòd auferendum sit ab ipsis corporale legis iugum, iampridem ipsis impositum, quòd ipsi, neque patres ipsorum potuerunt ferre. Cæterùm non modo iugum sublatum est ab ipsis, sed etiam virga repetentium, quæ prius in collo ipsorum imposita erat. Declarat porrò qui sint repetentes alibi, dicens: Populus meus exactores vestri spicas vestras colligunt, & repetentes dominantur vobis. Verùm hi quidem à Zabulon & Nephthalim oriundi, qui ingens lumen intuiti sunt lætabuntur propter illa quæ iam antea dicta sunt. Qui verò ab ipsis repetebant, ab is repetetur vsque ad vltimum quadrantem. ijdémque vbi omnem vestem omnéque vestimentum persoluerint, igne combusti fient in ipso exactionis tempore, omniáque hæc passuros ait, propterea quòd puerulus natus est nobis, & filius datus est nobis, ipse magni consilij angelus. At verò quibus tandem nobis, nisi qui in ipsum credidimus, & omni videlicet Galilææ gentium, quibus magnum lumen ortum est? sed quodnam quęso, nisi ipse natus puerulus. & qui à Deo datus est filius, qui magni consilij angelus, & princeps pacis, & ius potentiámque habens, & Deus fortis, & pater futuri seculi nominatus est? verùm hæc ipsa iam antea ad vnum referenda esse Saluatorem Dominumque nostrum, suo tempore demonstrauimus.

Ioan. 4.

Act. 15.

C

D

De Apostolorum vocatione. Demonstratio IX.

Visa sunt itinera tua Deus, itinera Dei mei regis qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio adolescentularum tympanistriarum. In ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel, illic Beniamin iunior in mentis excessu, principes Iuda duces ipsorum, principes Zabulon, principes Nephthalim. Hoc quoque in loco eos qui dicuntur principes Nephthalim, nō alios esse censeo quàm apostolos. Inde enim eos Saluator ac Dominus noster elegit. vt à Matthæo scriptum est. Ingressum verò ad homines aduentumque Dei verbi cum corpore, dum canit scriptura, sic ait: Visa sunt itinera tua Deus, & cætera. Huiusce porrò aduentus quum quasi præcursores fuerint veteres Deo amici prophetæ, ad psalterium & ad omnis generis spiritalia instrumenta illum in choris prædicantes, & laudibus celebrantes, anteuenerunt, in medio adolescētularum tympanistriarum. Vbique enim in medios Iudæorum conuentus progressi diuini prophetæ, Christi tanto antè denunciabant aduentum: quinetiam iidem diuino spiritu afflati, Saluatoris nostri discipulos alloquebantur, dicentes: In ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israël. Fontes autem Israël verba fuerint, quæ ipsi sunt. Primis enim illis credita sunt Dei oracula: vnde nos quoque haurientes, ecclesias irrigare oportebit: Adolescentulas autem & tympanistrias dixit, vt eo modo animas olim vitam suam ad Mosi legem dirigentes, & secundum corpus plurimum degentes significaret. Vbi dum adolescentulas, quidem vocat, earum rudius atque imperfectius propositum notat; dum autem tympanistrias, earundem corporalis adorationis vsum intelligi vult.

Psal. 67.

E

Psal. 67.

Rom. 3.

De prophetica lectione, quam ipſe Dominus noſter in conuentu Iudęorum exhibuit. Demonſtratio X.

Iſaiæ 61. Luca 4.

Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me. Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſsionem, & cæcis viſum, vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Hoc quoque vaticinium ipſe Dominus noſter in ſeipſo completum eſſe confirmat, quo tempore quum veniſſet in Nazareth, vbi fuerat educatus, ingreſſus eſt, vt ſolebat, quodam ſabbatorum die in conuentum. ſiquidem ſurgenti illi porrectus eſt liber Iſaiæ prophetæ: quem quum euoluiſſet, legit illud quod in eo ſcriptum eſt: Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me. Euangelizare pauperibus miſit me, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, vocare annum Domini acceptum. Et quum plicuiſſet librum, reddidiſſétque miniſtro, tum ſedit & omnium oculi in conuentu erant intenti in illum. Itaque cœpit ad illos dicere, quòd illo die completa eſſet ſcriptura illa in auribus illorum. Ergo Saluator ac Dominus noſter ex hac planè ſcriptura videtur longè excellentius ac melius quam illi ſacerdotes, qui olim corporali vnctione vngebantur, non oleo comparato, neque ab hominibus, vt alij ſolebant: ſed diuino, hoc eſt, Dei patríſque ſui ſpiritu vnctus. à quo etiam eius diuinitatis quæ facta non eſt, compos effectus Deus ac Dominus in ſacris dictus eſt libris. Huic prophetiæ quæ nũc tractatur ſimilia ſcribit Matthæus, vbi illum pauperes Euangelicè inſtrumentum inducit, quo tempore videns turbas aſcendit in montem: & quum ſediſſet, acceſſerunt ad illum (Matth. 5.) diſcipuli ſui, & aperiens os ſuum, docebat eos dicens: *Beauti pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Nam etiam illud ſcripto proditum eſt, quòd cæcis non paucis viſum reſtituerit non ſolùm enim iis qui oculis corporis capti erant viſum largiebatur, ſed etiã iis qui in altero genere caligabant, vt animo Deum vniuerſi intuerentur atque agnoſcerent, autorem ſe exhibebat. Alio qui verò etiam iis qui ab inuiſibili ac dæmonica poteſtate vincti eſſent, captiuíque abducti ac malorum catenis implіciti, libertatem, diſſolutionémque earum rerum à quibus tenebantur denũciabat, ſi modò ipſi quoque illius prædicationi fidem adhibentes, ad illum tanquam ad redemptorem & Saluatorem accurrebant, & illius præceptis obtemperebant. Cæterùm, quę ex hoc oraculo ſuperſunt, ſuo tempore in iis quæ de promiſſionibus tractanda ſunt, exquirentur.

De nouæ legis Euangelio Chriſti ſanctione. Demonſtratio XI.

Deuter. 18.

Prophetam de fratribus tuis ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus ſicut me, illum audietis in omnibus quæcunque poſtulaſti à Domino Deo tuo in Choreb in die concionis dicentes: Non vltrà audiemus vocem Domini Dei noſtri & ignem hunc grandem non videbimus amplius, neque moriemur. Et dixit Dominus ad me: Rectè omnia locuti ſunt, Prophetam ex fratribus ipſorum ſuſcitabo eis ſicut te, & dabo verbum meum in os eius, & loquetur eis ſecundum quodcunque præcepero illi. Et quicunque homo non audierit, omnia quæcunque loquetur propheta ille in nomine meo, ego vlciſcar ex eo. Animaduerte diligenter vt nullus planè apud Hebræos Moſi ſimilis propheta ſurrexerit, hoc eſt qui & legũ autor, & pietatis apud homines introductor extiterit, niſi vnus Saluator noſter Chri- (Deuteronomij vltimo.) ſtus Dei. Itaque in fine Deuteronomij legitur: Non ſurrexit vltrà propheta in Iſrael ſicut Moſes. Nam etſi innumerabiles prophetæ poſt illũ extiterunt, at non tamen ſicut ille. Totum verò hoc ipſa Dei pollicitatio complexa eſt, quippe quæ vnum duntaxat, non multos, & eundem ſimilem illi ſuſcitandum promittat. Significat autem & hunc legum autorem, & pietatis apud homines magiſtrum futurum, cuiuſmodi vnus Saluator ac Dominus noſter Ieſus Chriſtus, nec alius præterea quiſpiam fuiſſe demonſtratur, & legum autor videlicet, & idem ſui patris qui Deus eſt vniuerſi propheta. Et Moſes quidem vnius duntaxat gentis dux fuit: & quæ vni illi, non autem cæteris quoque gentibus accommodari poſſent, in legibus ſuis ſanxiſſe reperitur. At verò ipſe Chriſtus Dei, vbi (Pſal. 2.) à patre promiſſum illud accepit, *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam*: vtpote, qui non ſolis Iudæis, ſed etiam vniuerſo hominum generi, nouus, legum pietatíſque autor à patre conſtitueretur, vocationi omnium gentium, tum facilem, tum accommodatam legum diſciplinam expoſuit. Quum ergo ampliore, quàm quæ hominem deceat, autoritate leges inuenerit, diuiniore etiam quàm quæ à Moſe præſtari potuerit vitute, in toto orbe ſeruandas ſacroſanctas ſuas leges per ſuos Euangeliſtas deſcripſit, dum ita

A dum ita ad illos dicit: *Audistis quod dictum sit antiquis, Non occides: ego autem dico vobis, ne irasci quidem temerè.* & quæcunque his adiuncta in publicè descriptis ipsius documentis circũferuntur: quæ quidem ipse etiam Euangelista talia commendat, quod vtique obstupescerent omnes doctrinam illius, eo quòd doceret eos tanquam potestatem habens, non tanquam scribæ ipsorum. Quum autem totius operis initio, quis esset Saluatoris nostri, tum in doctrina, tum in legibus sanciendis modus explanauerimus, vbi quid esset Christianissimus, in medium protulimus: ac illa ipsa legentes etiam nunc remittimus. Sed diligentiori quadam animaduersione res digna esse videtur, cur ita Dominus prophetam illis se suscitaturum polliceatur. Quoniam igitur Mosem ipse Dominus iusserat vniuersum populum triduo expiare, vt simul & spectatores illi & auditores diuini aduentus efficerentur: illi autem infirmiores ad gratiã Dei existebant, vt propterea quum iam & intueri & audire *Matth. 5.* *Matth. 7.*
B inciperent, eam rem ipsi recusauerint, dicẽtes ad Mosem, *Tu loquere ad nos, neque loquatur ad nos Deus, ne moriamur*: meritò ob eam rem suscipit quidem illorum pietatem ac reuerẽtiam Dominus, idem verò ait: Recte omnia quæcunque locuti sunt. Prophetam excitabo illis de medio fratrum suorum sicut te. Sic ergo causam quoque docuit, cur tanquam propheta fuerit venturus ad homines. Ea verò fuit hominum imbecillitas, & præstantioris visus recusatio. Habes igitur causam, cur propheta ille qui venturus canebatur, homo esset futurus. Merito igitur expectantes illum Iudæi, Ioannem Baptistam interrogabant, ac dicebãt: Ipse propheta es tu? & respondit, non. Verum quum Ioannes, verum fateretur, non se prophetam esse negauit: erat enim. sed illum esse prophetã duntaxat, quem Moses venturum prædixisset. Quod verò ante illum prophetam missus esset, planissimè demonstrauit. Cæterùm, quoniam prophetica oratio vnis iis qui ad circumcisionem pertinent, suscitandum *Exod. 20.*
C esse prophetam canebat, meritò Saluator ac Dominus noster, vtpote qui ipse esset illi antea denunciatus, Non veni, inquit, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Apostolos autem suos monebat, dicens: *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis. Ite verò potius ad oues quæ perierunt domus Israel.* Vbi planè ostendit, se primo loco ad illos esse missum, sicut etiam ab ipsa prophetia dictum fuerat. Sed quum talem gratiam non accepissent, eosdem alibi redarguit, dicens: Eo quod veni, & non fuit homo: vocaui, & non fuit qui audiret, Deinde ad illos dicit: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti ferenti fructus suos.* Suis verò discipulis post illorum reiectionem imperat: *Ite, & docete omnes gentes in nomine meo.* Sic igitur nos quidem gentes, antea denunciatum illum & à patre missum prophetam tanquam eum qui omnibus hominibus & legũ & pietatis, erga Deum vniuersi autor extiterit, per salutarem ipsius, Euangelicámque doctrinam agnouimus, & *Matth. 10.* *Gratia Euãgelij Iudæis primũ offerenda.* *Matth. 21.*
D suscepimus, quum in hoc alia quoque prophetia completa sit, quæ ait: *Cõstitue Domine legislatorem apud eos, agnoscant gentes quod homines sunt.* Iudæi verò contra qui illum quem sua ipsorum oracula venturum prædicabant, non susceperunt, idoneum dedere supplicium, sicut prophetia diuina significauerat, quum dixit: *Et quicunque homo non audierit omnia quæcũque loquetur propheta ille in nomine meo, ego vlciscar ex eo.* Vltus igitur est de populo illo omnem sanguinem effusum in terram à sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, & ad extremum ipsius Christi, cuius sanguinem quum super se & super filios expoposcissent, in hunc vsque diem eius sceleris, quod audacissimè perpetrarunt, supplicium pendunt. *Psal. 9.* *Deut. 18.*

De ambulatione Christi in mari. Demonstratio. XII.

QVi dicit soli, & non oritur: & astra quasi signo impresso claudit: & qui extendit cœlum solus, *Iob. 9.*
E *qui ambulat in mari sicut in solo.* Hæc item vni Saluatori ac Domino nostro, tanquam Dei verbo, & rerum omnium opifici, accommodari possunt. Solus enim ex omnibus qui vnquam fuerint, quô tempore homo factus est, & corpore & figura hominis assumpta, in superficie maris ambulasse dicitur, quũ suos discipulos compulit ascendere in nauiculam, & præcedere ipsum trans fretum, donec ipse dimitteret turbas, *& demissis turbis, ascendit in montem, vt solus oraret. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem iam erat in medio mari. Videntes autem eum supra mare turbati sunt, dicentes quod phantasma esset, & præ timore clamauerũt. Statim verò locutus est eis, dicens: Confidite, ego sum, nolite timere.* Nam alioqui fieri non poterit, vt Deo conuenientem theologiam comprehendere videatur oraculum, si quis illud de supremo Deo & patre vniuersi intelligat. Quid enim venerationis aut dignitatis habeat, si Deus vniuersi ambulare in mari dicatur: cuiusmodi autem ambulatio in mari intelligetur illius, qui omnia complectitur, ac cœlum terrámque complet, & propemodum dicit: *Matth. 14.*

1. Par. 28. *Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum?* item, *Cœlum & terram ego impleo, dicit*
Isa. 66. *Dominus.* Saluator autem ac Dominus noster, quum seipsum euacuauerit, & formam ser-
Ierem. 23. ui acceperit, & habitu inuentus sit vt homo, dum signum eius quæ multos latebat diuinæ virtutis suæ videndum suis præbet discipulis, super marinos fluctus incessisse, & tempestatem, ventósque cohibuisse, publicæ scripturæ testimonio dictus est, quo tempore ij qui talia intuebantur, obstupescebant dicentes: *Quis est hic, cui venti maréque obtemperant?* Fuerit verò hoc etiam alterius cuiusdam, quod intelligitur, vastioris maris signum, in quo draco quidam esse dicitur factus, vt in eum illudant angeli Dei: super quo item mari Saluator ac Dominus noster inambulans caput illic constituti draconis, reliquorúmque illo inferio-
Psalm. 73. rum draconum dicitur contriuisse, iuxta illud: *Tu contriuisti capita draconum super aquam, tu confregisti caput draconis:* planè alterius quod intelligitur maris, de quo idē rursus in psalmo ait, *Deueni in profunda maris.* Et ad Iob de seipso disserens: *Venisti,* inquit, *ad fontem maris? in vestigiis abyssi deambulasti? aperiuntur verò tibi timore portæ mortis? & ianitorès inferorum videntes te expauerunt?* meritò igitur etiam in ea quæ ad vos pertinet vita, dum ipsum mare ingreditur, & ventos tempestatémque increpat, rerum in arcanis positarum signa interim obiit ac peragit.

De rebus ab ipso admirabilibus gestis.

Demonstratio XIII.

Isa. 35. *CONualescite manus remissæ, & genua dissoluta, consolamini pusillanimes intellectu, fortes estote, & nolite timere. Ecce Deus noster iudiciū reddit & reddet. Ipse veniet, & saluos faciet nos. Tūc aperiētur oculi cæcorū, & aures surdorum audient, tunc saliet sicut ceruus claudus, & plana erit lingua mutorum.* Harum igitur rerum euenta in Euangeliis habes, nunc quidē dum ad ipsum Saluatorem ac Dominum nostrum, paralyticum afferunt in lecto iacentem, quem pristinæ sanitati vno suo verbo restituit: nunc verò dum innumerabiles cæci & dæmonia habentes, nec non variis ægritudinibus & languoribus affecti, salutaris illius virtutis beneficio ab omnibus morbis liberantur. Præterea etiam nunc in iis quæ in toto orbe terrarum ostendit, dum innumerabiles multitudines variis malitiæ generibus implicitas, & ignoratione supremi Dei refertas animas habentes, admirabiliter & supra omnem rationem doctrinæ suæ medicamentis curat & sanat: & tamen quod etiam in his Deus appelletur suo tempore, tāquam is qui talia efficiat, iampridem à nobis, vbi de diuinitate eius testimonia protulimus, demonstratum est. Et sanè si vnquam aliàs, nunc maximè conuenerit Deum illum confiteri, quando & diuinæ & re vera Deum cōplexæ virtutis iam plane opera edi-
Dei opera. dit. Siquidem vnius Dei, nec alterius præterea cuiuspiam munus fuerit, corroborare dissolutos, vitæ reddere mortuos, præbere salutem ægrotātibus, cæcorum aperire oculos, aurésque item sanare surdorum, & erigere claudos, & linguam impeditam habētibus facultatem loquendi restituere quæ omnia Saluator ac Dominus noster Iesus Christus admirabiliter præstitit, tāquam is qui verus sit Deus: & hæc omnia multorum testimonio, qui illum in toto orbe prædicarunt, fidem acceperunt, quorum testimonij & simplicitatem & veritatem exploratio per tormenta confirmat, & vsque ad mortem certandi perseuerantia, quam in conspectu & regum & principum & præsidum & vniuersarum gentium præstiterunt, dum eorum quæ ab ipsis prædicabantur, veritati fidem sic faciunt. Porrò autem ad hos & ipsos Euangelistas eius & apostolus, spiritum arbitror inclamare propheticum, ea quæ deinceps sequuntur, ab illo loco, Conualescite manus remissæ, & genua dissoluta. Nam quoniam hi & manibus & viribus quæ ad agendum pertinent, & plantis ipsis & incessu, ex longo adorationis secundum Mosaicam legem circuitu clanguerant, solutioréśque euaserant, idcirco excitans illos ad Euangelicam vitæ institutionem, Conualescite, inquit, manus remissæ, & genua dissoluta: ad alacritatē videlicet Euangelici cursus. Confirmamini etiam ad exhortandos, concitandósque alios, vt euangelicam salutem amplectantur: vos, inquam, qui prius eratis pusillo animo. Neque vllus vos capiat timor eorum qui extrinsecus Euangelicæ prædicationi resistunt: verum contra hos quoque robur accipite, & ne timete: Deus enim est, & Dei verbum, non autem quispiam Mosi similis. Ac ne vllus quidem prophetarum huic est comparandus, qui non solùm miracula inusitata edere consueuit, verùm etiam vobisipsis omnis fortitudinis & constantiæ autor existit. Argumentum verò certissimum fuerit diuinæ eius, quem prophetæ venturū nunciarunt Salua-

A Saluatoris nostri virtutis, per quam reuera & claudos & cæcos, & lepris infectos, & membris dissolutos, verbo, vt scripturæ quæ de illo extãt fidem faciunt, aliquando sanauerit, ea quæ etiam nunc efficaciam ex illius diuinitate in toto, qui ab hominibus incolitur orbe, ostendit virtus, per quam rebus ipsis & factis, qualis tunc quoque fuerit iis qui intueri possunt, ostenditur, quando in tam multos annos post illa quæ scripta sunt durat inuictus, & reuera Dei verbum esse, quod ab ipso denũciatum est, demonstratur, vtpote quod omnes iam vicerit quicunque ab initio in hunc vsque diem doctrinam ipsius oppugnare conati sint: & ex vniuerso orbe innumerabiles conuentus ad seipsum assiduè trahat, & ab omni peccato, omnibúsque animi & perturbationibus & morbis eos qui ad se accesserint, liberet, & ad religiosam, piámque doctrinam omne & Græcorum & Barbarorum genus inuitet, innumerabilésque ad vnius, veríque Dei cognitionẽ, & sanum ac moderatum viuendi institutum adducat. Quemadmodum videlicet eum deceat, qui supremi Dei cultum

B profiteatur. Quinetiam hic idem Deus noster, tanquam is qui sit Dei verbum, iudicium, inquit, reddit & reddet: ipse veniet, & seruabit nos. Nam, vt est in Psalmo, qui ait, *Deus iudicium tuum regi da*: vtque est in doctrina Euangelica, in qua illud dictum est, *Pater non iudicat quempiam, sed omne iudicium dedit filio*, accepta à patre iudicandi potestate: dum iustè iudicat, populo quidem ad circumcisionem spectanti, pro iis quæ & in seipsum & in prophetas suos ausi sunt, meritum, conueniénsque supplicium assignauit. Omnes autem omnino, qui ad ipsum accesserunt homines, ex æquo, vt iustum est, conseruauit, quorum vtique & aures & oculos mentis aperuit. Quocirca tempus illius aduentus, tempus retributionis diuinum vocat oraculum, quod in aliis item sic ait, *Vocate annum Domini acceptum, & diem retributionis*. Porrò hoc fuit retributionis tempus, in quo omnis sanguinis effusi, à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, & ipsum preciosum sanguinẽ Iesu, vltio sumpta est, & supplicium de illorum natione, qui in illum peccauerunt: vsque adeò, vt ex illo extremum interitum, extremámque vastationem pertulerint. Et quod quidem ad illos pertinet iudicium, talem contra illos retributionem molitum est, ex quo prophetia sic ait: *Ecce Deus noster iudicium reddit, & reddet*. Quod verò ad illos spectat qui seruãdi sunt, in sequentibus indicatur, illis verbis: Ipse veniet, & seruabit nos. *tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audiẽt*, & quæ sequuntur. Hoc verò salutare iudicium à Christo esse proferendum, alia quoque prophetia denunciat, quæ sic ait: *Ecce puer meus, suscipiam eum: electus meus, suscepit eum anima mea, iudicium gentibus proferet*. Proinde etiam de verbo noui testamenti dictum est: *De Sion exhibit lex, & verbũ Domini de Hierusalem, & iudicabit inter gentes*. Diuino enim iudicio, rationibúsque nobis occultis atque ineffabilibus ea quæ ad vocationem pertinent eorum qui ad ipsum conuertuntur, administrare illum par est. Quinetiam dum nos diuinum docet iudicium, dúmque vt omnia cum iudicio faciamus instituit, iudicium gentibus dicitur prolaturus.

Psalm. 71.

Tempus retributionis diuinæ.

C

Isa. 35.

Isa. 42.

D

De signis & prodigiis quæ edidit. Demonstratio XIIII.

Tunc manifesti erunt qui signant & claudunt legem, ne discant. Et dicet: Expectabo Deum, qui auertit faciem suam à domo Iacob, & confidens ero in ipso. Ecce ego & pueri, quos mihi dedit Deus. Et erũt signa & prodigia in Israel à Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion. Et si dixerint ad vos, Querite pythonas, & eos qui de terra voces edunt, qui inania loquuntur, qui de ventre voces emittunt, Non gens ad Deum suum? quid exquirunt de viuentibus à mortuis? legem enim in auxilium dedit.

E Paulus quidem Epistola ad Hebræos, citans huius loci verba illa: Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus, exequitur explanationẽ de Christo, dicens: Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum, qui habebat imperium mortis. Pueros autẽ suos hoc in loco Apostolos nominat per quos Dominum Sabaoth qui habitat in monte Sion, signa & prodigia in domo Israel editurum indicat, eosdémque fore manifestos, dum more nostro vultus Christi annulo impressos & signatos gerent, monebuntúrque ne amplius Mosi legem discant: quippe quæ amplius non consistat, eo quod quæ vocatur domus Iacob, à Deo relicta sit. Quum verò obscurius apud Septuaginta dictum sit illud: Tunc manifesti erunt qui signant & claudunt legem ne discant. Et dicet: Expectabo Deum qui auertit faciem suam à domo Iacob, & cõfidens ero in eo. Planius idem reddidit Symmachus his verbis: Liga testimonium, signa legem in ordinationibus meis. Et expectabo Dominum qui abscõdit faciem

Pueri Apostoli.

ſuam à domo Iacob, & expectabo ipſum. Aquila verò etiam ipſe in hunc modum cõuertit: Illiga teſtimonium, ſigna legem in docibilibus meis, & aſſumam Deum qui abſcõdit faciem ſuam à domo Iacob, & expectabo ipſum. Hæc igitur facere Saluatoris noſtri diſcipuli docentur. Poſt quæ deinceps ſubiungit: Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus. Et erunt in ſigna & portenta in Iſrael à Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion. Porrò Dominus Sabaoth, ipſum Dei verbũ, poſtquam habitauit in eo homine, quem aſſumpſit, & in monte Sion verſatus eſt, ſignáque & portenta edidit: tum verò ſuis diſcipulis, & omnibus quicunque antea ſimulacris addicti, in fidem ipſius veniſſent, præcepit, ne amplius ſuperſtitionis errorem vllo modo timerent: verum potius, quamuis ipſos agitarent, aut etiam cogerẽt, qui apud gentes colebant ſimulacra: quærere pythones & oracula dæmonum, tanquam admirabilia, & nullis partibus inferiora diuinorum Deóque amicorũ hominum, prophetico ritu: attamen ipſis illis reſponderent ac dicerent, Quid interrogãt de viuentibus mortuos? legẽ enim in auxilium dedit. & quæ deinceps ſequuntur. Eos enim qui ſemel & legem, & ſalutaria præcepta ad propriæ ipſorum vitæ opem atque medelam acceperint, oracula quæ dæmonicis fraudibus nixa reſpondeant, curioſius inquirere, ſuperuacaneum inanéque fuerit.

De non enunciando aut indicando, dum miracula ederet Christus. Demonſtratio XV.

Iſa. 42. *IAcob puer meus, ſuſpiciam eum: Iſrael electus meus, aſſumpſit eum anima mea: iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque remittet, neque audietur foris vox eius, calamum contritum non franget, & linum fumigans non extinguet: ſed in veritate proferet iudicium. Reſpondebit, & non conquaſſabitur, donec ponat in terra iudiciũ, & in nomine eius gentes ſperabunt. Sic dicit Dominus Deus qui fecit cœlum, & intendit illud: qui firmauit terram, & ea quæ ſunt in ipſa: quíque dat ſtatum populo, qui eſt in ea, & ſpiritum calcantibus eum. Ego Dominus Deus tuus vocaui te in iuſtitia, & apprehendam manum tuam, & corroborabo te, & dedi te in teſtamentum generis, in lumen gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres ex vinculis illigatos, & de domo carceris ſedentes in tenebris.* Atque huius loci Euangeliſta meminit, quo tempore Phariſæi conſilium cœperunt cõtra Saluatorem noſtrum, vt eum interficerent propterea quod ſabbatis ægrotantes curaret. Matth. 12. *Tunc enim*, inquit, *Ieſus intellecta aduerſum ſe conſpiratione, ſeceſſit inde, & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos omnes, & præcepit eis ne manifeſtum ipſum facerent.* quibus hæc adiungit deinceps. *Et hæc omnia*, inquit, *facta ſunt*, hoc eſt quod ſeceſſerit, quod declinauerit inſidiatores, quod latere ſtuduerit, dum miracula ederet, quódque eis quos curaſſet præceperit, ne manifeſtum ipſum facerent, *vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: Ecce puer meus, in quo complacui: dilectus meus, quem elegit anima mea. ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nunciabit. non contendet, neque clamabit, neque audiet quiſpiam in plateis vocem eius. arundinem quaſſatam non confringet. & linum fumigãs non extinguet, donec eiiciat in victoriam iudicium. & in nomine eius gentes ſperabunt.* Animaduerte diligenter, quonam modo Matthæus vbi dixit, Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo complacuit anima mea: neque Iacob neque Iſrael nominauerit. nõ enim dixit, Iacob puer meus, Iſrael electus meus: ſed indefinitè enunciauit, dicens, Ecce puer meus, & dilectus meus. Quo circa, quaſi in Hebraico ea prophetia nõ ſit, apud ipſos quidem Septuaginta obeliſco ſignatum eſt, nomen Iacob, atque Iſrael: apud reliquos autem interpretes ſilentio præteritum, propterea quòd ne in Hebraico quidem feratur. Proinde etiã Euangeliſta meritò id prætermiſit: quippe qui & Hebræus eſſet, & in prophetiæ poſitione Hebraicos libros ſequeretur. Ergo ne ſententiam quidem ſi ſpectes, populo ad circunciſionem ſpectanti, oraculum accommodari poterit: ſed vni Chriſto Dei, cui & ipſa euidentia, & euentus rerum fidem indubitatam facit. Vnus enim hic futurum iudicium gentibus publicè denũciauit, quum ſeipſum tacitè in vitam hominum inſinuauerit, atque in terra iudicium poſuerit: & non modò arundinem contritam non confregit: ſed, ſi fas eſt dicere, colligauit, quum infirmos & contritos corde erexerit, fortéſque reddiderit. Et quemadmodum infirmos ac debiles, & ſuæ ipſius curationis indigentes, non deſpiciebat, neque quos prioris vitæ pœnituiſſet condemnabat aut conterebat: ſic ne illos quidem qui in malis perſeuerarent, aut qui prauis animi affectibus incenderentur, extinguebat: aut ne ex ſuo propoſito, ſuáque ipſorũ libidine agerent, prohibebat: neque verò præter tempus vnquam horum aliquem ſupplicio

A supplicio affecit, quippe qui talibus debitas pro meritis pœnas in tempus communis iudicij reseruaret: ex quo illud dictũ est. Et linum fumigans non extinguet. Planissimè autem finem suum accepit etiam illud, Et in nomine eius gentes sperabunt, in solo enim Saluatoris nostri Iesu Christi nomine Christianæ gentes sperauerunt: quæ etiam ex religione quam accepere, illius quasi parentis cognomine notatæ sunt. Etenim quod nullis aliis nisi gentibus in lucem sit datus, iam antea dictum fuerat, & per eundem, vt ipsum oraculum significauerat, oculi cæcorum, eorum vtique qui quondam mente excæcati erant, aperti sunt: neque eorũ modo, sed etiam qui ipsum corpus perdidissent. Atqui vinculis & catenis peccatorum in tenebris & ignoratione veræ pietatis prius versabantur, per eundem à peccatis soluti, lumen cognitionis libertatémque apud Deum accipere meruerunt. Tu verò ad horum exemplar quæ exposita sunt, si reliquam item dictionem exploraueris, in
B solo Domino Saluatoréque nostro, vnumquodque eorum, quæ in illa continentur, absolutè completum inuenies.

De eo quod Iudaicus populus in ipsum crediturus non esset.

Demonstratio XVI.

Vidi Dominũ sedentem super solio excelso & sublimi, & Seraphim stabant in circuitu eius. Deinde paululum progressus, sic ait: *Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit ad populum hunc? Et dixi:* Ecce ego adsum, *mitte me. Et dixit: Vade, & dic populo huic, Auditu audietis, & non intelligetis: & intuentes intuebimini, & non videbitis. Crassum enim factum est cor* Isa. 6.
C *populi eius: & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & cõuertantur, & sanem eos.* Harum quoque rerum habes euentum in Saluatore nostro, vt apud Ioannem legimus, qui ait: *Quum autem tam multa signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, vt sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit:* Domine, *quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ne videant oculis, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.* Cæterum, vt est apud Matthæum accedentes discipuli eius, dixerunt ei: *Quare in parabolis loqueris eis? qui respondens, ait illis: Vobis datum est nosse mysteria regni, illis autem non est datum: ideo in parabolis loquor eis, vt videntes non videãt, & audientes non audiant, ne quando conuertantur, & sanem eos: Tunc completa est in eis prophetia Isaiæ, quæ dicit: Vade, & dic populo huic, Auditu audietis, & non intelligetis*, & quæ sequuntur. Attende verò quid sit quod Ioannes adiungit, vbi ait: *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.* Quod sanè non aliter accipiendum est, ac si Christum Christíque gloriam propheta in ea visione viderit, in qua ait: *Vidi Dominum Sabaoth sedẽtem in solio excelso et sublimi*, & quæ sequuntur. Quis autem non admiretur oraculum? quum etiam nunc adeo euidenter intueri liceat Iudaici populi aduersus Christum incredulitatem? nam olim quidem illum hominem factum, miraculáque edentem apud se intuentes animi atque intelligentiæ oculis cernere non poterant, neque apud ipsos vllus erat animæ intelligentis intuitus, quo perspicerent, quænam esset in mediis ipsis virtus, quæ tanta & tam multa miracula efficeret. Quinetiam quum auribus verba vitæ æternæ percipere idonei redditi essent, & vocem diuinæ sapientiæ audirent, auribus mentis, non audiebant, vt sic videlicet ipsimet prophetiæ manifestum finem imponerent. Adhuc autem quum diuinam Christi virtutem, per
E quam omne genus hominum patriis superstitionibus liberatum, suæ ipsius religioni subiecit, tam clarè micantem inspiciant, nequaquam vi mentis attendunt, neque animaduertunt, quemadmodum, quod neque à Mose, neque à posterioribus Mose prophetis in solis ipsis obtineri potuit, hoc est, ne simulacris addicerentur, neque multorum deorum superstitioni adhærent, ipsum hoc in cunctis gentibus diuina Saluatoris nostri virtus, vt constitueretur, effecerit. Deinde prophetica de illo testimonia assiduè versantes, auditu quidem audiunt, sed non intelligunt: vtpote quum etiam nunc prophetia, quæ nunc in manibus est, contra ipsos re ipsa compleatur.

Et

Quemadmodum super pullo sedens Hierosolyma ingressurus oraculo dicatur. Demonstratio XVII.

Zach.9. *GAude vehementer filia Sion, prædica filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluos faciens: ipse mansuetus, & impositus super iumentum & pullum adolescentem. Et perdet arcus ex Ephræm, & equum ex Hierusalem, & peribit arcus bellicus, & abundantia pacis ex gentibus. Et principatum obtinebit à mari vsque ad mare, & à fluminibus per exporrectiones terræ.* Quum hæc post reditum de Babilone, nouissimis prophetarũ temporibus Zacharias cecinerit, nullus post eius prophetiæ tempus rex apud Iudæos fuisse memoratur, qualẽ hæc prophetia describit, nisi vnus duntaxat Saluator ac Dominus noster Iesus, Christus Dei, cuius tempore hoc quoque vaticiniũ suum finẽ est consecutum, quum ad suos discipulos verba illa dixit: Matth.21. Luc.19. Marc.11. *Ite in vicum qui cõtra vos est, & inuenietis asinam & pullum alligatũ, Soluite illum, & adducite. Et si quis vobis dixerit, Quid facitis? dicite illi, Dominus his indiget. & abeũtes illi fecerũt vt præceperat Iesus.* Et ea quidẽ quæ vel ad oraculũ, vel ad oraculi euentum pertinẽt in hunc modum se habent. Sed quid tandẽ sibi vult hæc illius in asino vectatio, nisi humilẽ illius & obscurum significare aduentum, cuius tempore primũ ipsius accessum peregit? nã est alter item gloriosus, de quo Daniel apertius prodẽs quæ contemplanda sint: Daniel.7. *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Millia millium ministrabant ei, & decies millies dena millia adstabant in cõspectu eius. Et ecce cũ nubibus cœli quasi filius hominis veniens. Et vsque ad antiquum dierum peruenit, & datus est principatus ei, & honor, & regnũ, & omnes populi, tribus, linguæ seruiunt ei. Potestas eius, potestas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius non corrũpetur.* Verùm ea quidem quæ ad primũ aduentum pertinent, qui & humilior & abiector fuit, cũ aliis hoc quoque argumẽti signíque habent, quòd mansuetus & placidus futurus dicatur, venturúsque insidens iumento eodem oraculo declaretur: hoc enim cõmunis humaníque victus argumẽto fuerit. Quæ verò ad alterum illũ & diuinitatis amplius præ se ferentem, manifestissimè indicantur per illam in nubibus cœli aduectationem, pérque illud æternũ in omnibus gentibus regnũ. Nec sanè ab re fuerit vtrũque Iudæis proponere, rationémque ab illis postulare, quónam pacto, si vnum duntaxat Christi aduentum expectãt, prophetias suas sibi velint cõstare: nam cũ vtramque earũ, quæ expositæ sunt, ad Christum pertinere ipsi quoque fateantur, dicãt quæso, & interrogantibus nobis respõdeant, qui fieri possit vt vno eodémque tẽpore, sub vnũ eũdémque aduentũ, idem & in nubibus cœli feratur, & iumento pullóque adolescẽte insidens vehatur: longè enim hæc à se inuicẽ distant. Quapropter si tu quoque innumerabiles alias his similes de Christo prophetias collegeris, & cõtuleris, & earũ significata diuersa simul cõtenderis, alias quidem earũ inuenies primi illius aduentus vaticinia cõprehendere, quæ etiã sub eundem primũ cõpleta sunt: alias verò ad secundum, eũdémque gloriosum, referri oportere. Et currus enim & equum & omnem arcum bellicũ Saluatoris nostri diuina virtus in priore ipsius aduentu, de illa ad corpus vmbrámque pertinente Hierusalem, déque eo qui Ephræm vocatur populo, latenter eiecit ac perdidit. Quare ex illo ad hunc vsque diem nusquam amplius illorum regia dignitas cõstat, neque eorumdem qui olim valebat in bellis apparatus, & in armis virtus. Sapiẽter verò in his omnem Iudaicum populum Ephræm nominauit, nõ autem Israel, ne veneratione digniores calũnietur appellationes. Inuenies autẽ in aliis quoque prophetiis totam gentem Ephræm cũ multa calumnia & accusatione nominari, sicut hic quoque. Cùm igitur post reditũ de Babylone non amplius itidem, vt prius, in tribus diuisus esset populus, quos tandem per Ephræm meritò significari intellexeris, nisi eos qui ipsam Hierusalẽ habitarent? quorum in bellis & in armis egregiam virtutem, quæ vsque ad Romana tempora vigens fuit, Saluatoris nostri aduentus, sicut in prophetia dictum fuerat, diuina & ineffabili virtute deleuit: Proinde collectam de gentibus ecclesiam oraculum Euãgelicè instruit ac monet, non vt simpliciter gaudeat, sed vt vehementer gaudeat: quippe quòd illam ad id faciendum exhortetur propter Dei verbi ad ipsam aduẽtum. Quam item cœlestis Sion, aut etiam prioris cõgregationis filiam vocat, propterea quòd nos omnes qui ex gentibus profecti in Christũ Dei credidimus, Christi apostolorúmque eius proles & filij sumus, vtpote qui de Iudæorum congregatione tanquam de matre orti sumus: nam etiam quod sequitur, in Saluatoris nostri aduentu completum esse constat. Quis enim ignorat, eiusmodi pacem ex gentibus post aduẽtus illius tempora extitisse, cuiusmodi nunquam antea fuisset? neque enim vt prius, sic nunc ciuitates à ciuitatibus oppugnãtur, neque gentes cum gentibus

De Aduẽtu Christi Iesu primo & secũdo.

A tibus colliduntur: neque verò vt priscis temporibus, sic nostris vita hominum inquieta instabilisque est: quippe cum neque Athenienses contra Lacedæmonios ferũtur, neque Syri aduersus Phœnicas, neque Arabes in Palæstinos, neque item Ægyptij aduersus finitimos militiam exerceant. Sed ex illo in hunc vsque diem, Deo fauẽte, in vnum omnia coiuere: & reuera, sicut in prophetia dictum fuerat, abundantia pacis ex gentibus prodiit: & vnus Iesus, & ab ipso denunciatum Euãgelicæ doctrinæ verbum, principatum à mari vsque ad mare, hoc est ab oriente sole vsque ad occidentem, & à fluminibus ad exporrectiones terræ, sicut ea significauerant, quæ apud prophetam prædicta sunt, accepit. quæ sanè Aquila quoque in hũc modum interpretatus est: Et loquetur pacem in gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ. Tu verò hæc comparato cum in illis quæ in Psalmo continentur, qui inscriptus est in Salomonem, quæ videlicet de filio
B regis ex semine Salomonis oriundo dicũtur, de quo is Psalmus ita loquitur: *Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines orbis terræ.* Porrò idẽ hic Psalmus eam item quæ hic significatur pacem, sic futuram describit: *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Isaias quoque cum his ipsis concordat, cùm ait: *Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Et non sumet amplius gens in gentem gladium, & non discent vltrà bellum gerere.* Cæterùm Michæam quoque inuenies iisdem consentanea dicentem, itémque alios ex prophetis multos. Si verò diligenter, vt aliàs dixi, tempora obseruaueris, facilè intueri poteris, quemadmodum ab Augusti temporibus, & à Saluatoris nostri aduẽtu, qui per ea tempora emicuit, cũ ad vnum redactum Romanorum imperium omnia obtinuisset, veteres gentium differentiæ, & multiplices principatus aboliti sunt, atque ex illo in hũc modum quæ ad pacem pertinerent, cum prophetæ prædixerant, ea finem contingere cœperint. Cæterum hactenus quidem cœpit, tempus autem veniet, cum plenissimè prophetia
C cõplebitur, vbi gentium plenitudo ingressa illud fuerit, quod à sancto Apostolo dictũ est.

Psalm. 72. Isa. 2. Rom. 11.

De acclamatione, Osanna filio Dauid. Demonstratio XVIII.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. O Domine saluum fac iam nunc. O Domine da profectum iam nunc. Benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis. Saluatore nostro Iesu Christo ingresso quõdam in vrbem Hierosolyma, quo tempore, sicut prophetia, quam proximè ante hanc exposuimus, continet, dum asello insidens vehitur, fidem huic rei faD ciente Euangelista, vaticinium quod est apud Zachariam compleuit. *Turbæ quæ præibant, & quæ sequebantur acclamabãt, bendicentes, Osanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini: Osanna in altissimi.* Quo etiam tempore cum intrasset Hierosolymam, *cõmota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicebant: Hic est propheta Iesus à Nazareth Galilææ.* Quoniam igitur ex proximo Psalmo dictum est illud, Osanna, quod si interpreteris, significat, Saluum faciã nunc. & Hebraicus contextus, Anna Adonai osanna, habet: nec nõn illud, Benedictus qui venit in nomine Domini: ipsum quoque ab eodem Psalmo est acceptum, & hæc ipsa planè ad Christum Deum referri constat, meritò ad eundem reliqua quoque eiusdem vaticinij hoc in loco retulimus. Hic enim est ille benedictus, qui ab alio propheta veniens est nominatus, vbi sic ait: *Adhuc modicum, & veniens veniet, & non tardabit*: qui item venit in nomine Dei, & patris sui. Idem vero fuerit etiã Deus Dominus qui
E illuxit nobis. Itaque in nomine patris sui confitetur se venisse ad Iudæos, dicens: *Ego veni in nomine patris mei, & non accipitis me. Alius eũ venerit in nomine proprio, illũ accipietis.* Hic ipse igitur, qui illuxit nobis Deus Dominus benedictus qui venit in nomine Domini, lapis ille fuit quem reprobauerunt, qui quondam antea populum circuncisione signatum, per Mosaicam doctrinam ædificabant, qui item ab illis reprobatus in capite alterius anguli, collectæ vtique de gentibus ecclesiæ est cõstitutus. Quam sane ecclesiam non vt eam quæ ab omnibus, sed vt eam quæ ab vnis propheticis oculis cernatur, admirabilem esse ait oraculum, vbi sic ait: Et est mirabile in oculis nostris. Aduentum verò eius, rursus diem nominat, quam fecit Dominus: quando quidem ipse etiam lux fuit vera, & sol iustitiæ, & dies Dei, in qua vtinam nobis quoque dicere liceat: *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Cæterùm cùm hæc à nobis in hunc modum breuiter comprehensa sint, tempus iam fuerit, ad eas quæ de passione illius loquuntur prophetias, transire.

Psal. 117. Matth. 21. Abacuk 2. Ioan. 5. Ioan. 1.

LIBER DECIMVS

PRÆFATIO.

Post exposita oracula de illius Dei ad homines accessu, qui antea nunciabatur venturus, inuitat iam nũc tempus nos, vt de iis disseramus, quæ consideranda sunt in eiusdem de vita humana discessu: videamúsque diligenter, quæ rursus ea forẽt, quæ illi ab initio, & à propheticis vsque temporibus euentura canerentur: ac primùm ea putamus esse tractanda, quæ ad illos pertinẽt, qui illi mortem ac cædem machinati sunt, quæ sanè non paruam rerum hoc loco propositarum sibi vendicãt partem. Sed antequam ad id veniamus, ea nobis firmiter tenenda sunt, quæ plerunque diximus de dispensatione, quæ omnes illius rationes complexa est. In qua illud considerari solet, quod alia sunt quæ ad eiusdem diuinitatem, alia

Canon, de propriis vsque in Christo naturæ attributis.

quæ ad assumptam humanitatem pertinent. Aliàs enim induci solet tanquam & Dei verbum, & Dei virtus, & Dei sapientia, item magni consilij angelus, C magnúsque & æternus pontifex: qui vt omnia quæcunque genita sunt, & sint id quod sunt, & in eo conseruentur, dum sacro munere fungitur, patrem suum exorat. Aliàs autem tanquam & agnus Dei, qui tollat peccata mundi, & ouis quæ ad cædem ducatur. Hoc autem fuit ipsum humanum corpus, quod ille instar agni atque ouis, cum de nostro grege veluti pontifex assumpsisset, primitiis humani generis faustè fœliciterque operatus, patri munus attulit, per quod etiam cum natura humana commercium habuit, quæ alioqui neque Dei verbum, neque vim incorpoream atque intelligentem exaudire aut percipere potuisset, D neque quicquam supra carnem aut corpus per oculos corporis intueri. Quæcunque igitur de illo in his quæ nunc tractamus, humilius abiectiúsque dici videbuntur, ea spectare agnum Dei, qui tollit peccatum mundi, corpúsque illud humanum meminisse oportebit. Agnus ille quidem fuit, tollens peccatum mũdi, vt Baptista Ioãnes dicebat: Ecce, inquit, agnus Dei, qui tollit peccata mũdi. Agnus item ad cædem ductus, vt est in Esaiæ prophetæ oraculo, quod ita ait: Tanquam ouis ad cædem ductus est, & tanquam agnus coram tondente obmutuit. De eodem verò tanquam de agno etiam illud dictum est. Ex peccatis E populi mei ductus est ad mortem. Oportebat enim agnus Dei, qui à maximo pontifice assumptus fuerat, pro reliquis cognatis agnis, & pro omni humano grege, Deo victimam afferri. Nam quoniam per hominem mors, per hominem etiam resurrectio à mortuis, inquit Apostolus. Et sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: sic per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ. Ex hoc ipse quoque suis quidem discipulis se & vitam, & lucem, & veritatem esse, & reliqua omnia quæ ex theologia de illo considerantur, ostendebat. Ad profanos autem, & arcanorum ipsius expertes dicebat; Quid me quæritis interficere, homi-

Isa. 53. Ioan. 1. Christi corpus comparatur agno. Rom. 5. Ioan. 8.

A nem qui vobis veritatem locutus sum? Quemadmodum igitur quę theologiæ de illo propria sunt in prioribus libris sunt exposita: ita in hoc quæ ad agni humanas affectiones, patibilémque naturam pertinent, tractabuntur, quæ medij cuiusdam instar fuere, ad ea quæ passionem illius antecesserunt: & vtráque simul tum ea quæ ad Deum pertinent, tum ea quæ ad hominem, qui ille erat, complexa sunt. Postquam igitur hæc à nobis non inutiliter obseruata, retentáque sunt, iam tum ipsa etiã oracula aggredi tẽpus esse videtur, quæ & Iudam proditorẽ, cúmque eo futuram aduersus Christum conspirationem, & quę illi sub ipsum passionis tempus euentura erant, si-
B gnificabant.

De Iuda proditore, & iis qui cum eo insidias aduersus Saluatorem nostrum construxere.

Demonstratio I.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. *Dominus cõseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciet eum in terra, & non tradet eum in manus inimicorum suorum. Dominus opem feret illi super lectum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in in-* Psal. 40.
C *firmitate eius. Ego dixi,* Domine *miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi. Quando morietur, & peribit nomen eius? Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum aduersum me susurrubant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum constituerũt aduersum me, nunquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat? Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Tu autem* Domine *miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis: in hoc cognoui quod voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me: me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.* Quoniam nonnulli suspicati sunt: librum Psalmorum hymnos tantùm in Deum, & carmina theologica continere: pæsagia verò, aut de rebus futuris prophetias, non item: primum illud erit obseruandum, quod innumerabilia sunt quæ in illis futura canuntur: quæ qui- *Psalmi Dauidici hymnos non tãtum sed etiã prophetias continent.*
D dem longum esset in præsentia colligere. Sed satis fuerit ad huiusce propositi confirmationem, duobus nunc vti Psalmis, qui ipsi quidem Asaph inscripti sunt, dicti verò ipsius Dauid temporibus. Tunc enim cùm Asaph vnus esset ex iis viris sanctis qui Psalmos canebant, vt scriptum est in libro qui Paralipomenon inscribitur: Psalmos qui illi attribuuntur, diuino afflatus spiritu enunciauit. Quid igitur huiuscemodi Psalmi continent? nimirum vaticinia, quibus Iudæorum regiæ ciuitatis vastatio prædicitur: quæ vastatio Iudæis accidit anno circiter quingentesimo post eiusmodi vaticinium. Ergo Psalmus septuagesimus tertius, qui intellectus Asaph inscribitur, ita habet: *Vt quid Deus repulisti in finem? iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio: redemisti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion hic, in quo habitasti in eo, leua manus tuas in super bias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis, & gloriati sunt qui oderunt te, in* Psal. 73.
E *medio solennitatis tuæ. Posuerunt sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu desuper, quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum, in securi & vecte deiecerunt eam. Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* Hæc quidem septuagesimustertius Psalmus. Septuagesimus autem octauus, qui ipse quoque est Asaph, hæc cõtinet: *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem quasi pomorum custodiam: posuerunt morticinia seruorum tuorum, escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.* Ex his ea quæ prius recitata sunt, dico autẽ ea quæ de septuagesimotertio Psalmo accepimus, prædicta sunt adhuc regnante Dauid, antequã tẽplum à Salomone constructum esset: sed suum finem cõtigere non aliàs, quàm quidem populantibus Babyloniis: iterum autem bello quod aduersum Iudęos à Romanis gestũ est. Vnumquódque enim eorum quæ dicta sunt, completũ est tam prima templi euersione, quàm ea quæ secuta est, tametsi in hisce duobus Psalmis & prouisũ & enunciatũ est. Psal. 78.

Quæ verò secundo loco recitauimus, & à septuagesimooctauo Psalmo accepimus, cópleta sunt eius Antiochi temporibus, qui vocatus est illustris: qui cum in Syria regnaret, irrupit quidem in vrbẽ Hierosolymam, fœdauit verò templum, & sanctuarium euertit. Dúmque Iudæos Græcorum moribus cogit viuere, quàm plurimos eorũ tã mares quàm fœminas, qui neque proprias leges, neque patriam pietatem deserere volebant, variis prius vexatos suppliciis interfecit. In illud ergo tempus, & in eos qui posthac eadẽ quæ Antiochus patrauerint, clamat Asaph ea quæ septuagesimooctauo Psalmo continẽtur. Fidem huic rei facit, ea quæ vocatur Machabæorum historia, quæ in hunc modũ se habet: *Et conuenerunt ad Alcymum & Bacchidem congregatio scribarum requirẽtium quæ iusta sunt*, & deinceps adiungit. *Et iurauit illis dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris: & crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos vno die, secundum verbum Asaph quod scripsit: Dederunt morticina seruorum tuorum, escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ, sanguinémque eorum effuderunt in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.* Cum hæc in hunc modum & prædicta & completa sint, mirum videri non debet, si eodem modo etiam oracula de quadragesimo Psalmo nuper accepta, quid futurum esset per id tempus quo Iudæi aduersus Saluatorẽ nostrum conspirarunt, significãt: ex quibus cum vniuersi homines non intelligerent, quónam pacto qui verbum Dei est, & sapiẽtia & vita, & lumen verum, & omnes bonorũ diuitias possidens, propter nos assumpto corpore, & pauper, & natura mortalibus hominibus & egenis similis sit factus, formámque & serui & pauperis acceperit: maximè quo tempore complebat ea quæ ad prophetiam huius Psalmi pertinent, meritò initio Psalmi is vt beatus commendatur, qui hęc de illo intellexerit: vtpote qui promissum publicæ memoriæ traditũ obtineat. Tum deinceps, quod superest, ex ipsius pauperis atque egeni persona, ipsius videlicet Saluatoris nostri, qui propter nos inopem vitam assumpsit, adiungitur: *Ego dixi, Domine miserere mei.* Quòd verò ex persona Saluatoris quæ ad hunc Psalmum pertinent, prædicta sint, optimus sanè sit testis Euangelista Ioannes. Narrat enim, vt olim Iesus, cum accepisset linteum, præcinxerit se: cúmque pedes discipulorum suorum abluisset, dixerit: *Ego scio quos elegerim, sed vt completur scriptura. Qui edit mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum.* Etenim quã tandem aliam in his scripturam completam esse dicebat, nisi eam quæ in hoc Psalmo habetur, qui nunc in manibus est? in quo quidem Psalmo illud dictum est: Etenim homo pacis meæ, in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Initio ergo sic ait: Ego dixi, Domine miserere mei, sana animã meam, quia peccaui tibi, & per totum Psalmum, ea quæ planius in hũc modum Symmachus edidit: Me dicẽte, Domine miserere mei, sana animam meam, & si peccaui tibi. Inimici mei dixerũt de me mala, Quando morietur, & peribit nomen eius? & cũ ingrederetur, vana loquebatur cor eius, congregabat iniustitiam sibi. Cum egrederetur foràs, obloquebatur. Vno animo susurrabant contra me omnes qui oderant me, de me cogitabant mala mihi. Verbum iniquũ effusum erat inter ipsos: & qui cecidit, nõ amplius surget. Sed & homo qui pacem habebat mecum, cui cõfidebam, comedẽs mecum panem meum, magnificatus est contra me consequẽter: tu autem Domine miserere mei, & suscita me, vt retribuam eis. Propter hoc cognoscã quod voles, si non obloquetur inimicus meus. Me autẽ propter simplicitatẽ suscepisti, & constitues me in conspectu tuo in æternum. Cum his verò quæ Symmachus edidit, concordant etiã ea quæ ab Aquila edita sunt, sensúq; idem valent. Primũ igitur de eo quod ex persona Saluatoris nostri enũciari videatur illud quod dictũ est, Sana animam meã, quia peccaui tibi: obseruato quæso te vt idẽ apud Symmachũ non eodem modò se habeat, sed sic: Sana animã meã, & si peccaui tibi. Sic autẽ hoc ille ait, propterea quòd nostra secum ipse peccata communicauit. Ex quo illud dictũ est, *Et Dominus tradidit eum peccatis nostris, & ipse peccata nostra fert.* Factus est igitur pro nobis execratio ille agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, quem non cognoscentẽ peccatũ, Deus pro nobis peccatum fecit, dum illum pretium animarũ ac viuum pro nostris omnium animis tradit, vt nos efficiamur iustitia Dei in ipso. Sed quãdo etiã in similitudinẽ carnis peccati factus, condemnauit peccatum in carne, meritò proferuntur ea quæ iã exposita sunt. Quòd autem peccata nostra sua faciens propter charitatẽ erga nos ac beneuolentiã, hæc dicat, deinceps oratione progressus, in eodem Psalmo demonstrat dicens: *Me autem propter innocentiam suscepisti.* Quibus verbis planissimè agnum Dei, omnis mali expertẽ & innocuum ostendit. Sed quo tandem modo ille peccata nostra sua fecit, &

Antiochi Epiphanis Syriæ Regis Tyrannis, descripta lib. 1. Machabæorum.

Eusebius vtitur authoritate librorum Machabæorum.

Ioan. 13.

Isa. 53.

2. Cor. 5.

A & quo item modo iniquitates nostras tulit? num ex eo quod corpus illius nos esse dicti sumus, vt ait Apostolus, Vos autem estis corpus Christi, & mēbra ex parte: & ex eo quòd dū vnū membrū patitur, simul omnia cum eo mēbra patiuntur: ita nimirū, multis enim patientibus & peccantibus membris, ipse quoque ratione consentientis sibi inuicē naturæ (quādo quidē cum Dei verbum esset, ei placuit & serui formam accipere, & communi omniū nostro domicilio copulari) patientiam mēbrorū labores in seipsum assumpsit, & nostras valetudinis infirmitates suas fecit, & ex legibus humanitatis pro omnib. nobis & dolores & labores sustinuit. Cęterùm non modò rebus his gestis Dei agnus, verumetiam pro nobis tormenta passus, suppliciòque affectus, quo ipse quidē dignus minimè erat, sed nosipsi, propter multitudinem peccatorū, vt peccata nobis dimitterentur, autor existit: vt pote qui pro nobis & mortem subierit, & verbera, & probra, & cōtumelias, quibus nos digni eramus, in seipsum transtulerit: & execratio pro nobis factus, exe- *Christus propter peccata nostra passus.* *Gal. 4.*

B crationem quæ nobis debebatur, ad seipsum attraxerit. Quid enim aliud ille, quàm pro animis nostris pretium? itaque ex persona nostra oraculum ait: *Liuore enim nos sanati sumus, & Dominus tradidit eum peccatis nostris*. Proinde meritò dum seipsum nobis coniungit, & nos ac vitia nostra sibi adsciscit, ita ait: Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi, videntésque item meritò non solum insidiatores homines, sed etiam insidiatrices inuisibiles potestates, vim immensam illius diuinæ appellationis & nominis, quo haud ita multo post totum orbem terrarū Christianis imple uit, illam se posse extinguere putauerunt, si mortem illi machinarentur. Hoc ipsum igitur his verbis redarguit: *Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur, & peribit nomen eius?* Quoniam autem simulatis verbis accedebant, tentantes, vt ipsum caperent in sermone, vt legimus apud diuinam scripturam, quæ illos contra illum aliàs aliis & occasionibus

C & criminibus vtentes inducit, idcirco illud adiūgit: *Et ingrediebatur vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi, egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum contra me.* Hisce verò rebus expositis, deinceps ipsum illū scelestissimum proditorem verbis indicat, quandoquidem illud euenit, vt postquam de prodendo præceptore cum principibus Iudæorum pactus esset, non amplius, vt solebat, ad diuina præcepta perdiscēda conueniret: neque verò tanquam ad præceptorem accederet, aut aliorum more præceptoris consuetudine vteretur: sed tempus duntaxat circumspiceret atque obseruaret, quo adoriri illum posset. Proinde illum ista molientem ac patrantem, sancti Euangelistæ, criminātur, quorū vnus Matthæus ita ait: *Tunc abiens vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? illi autem cō* *Iudas Iscariotes à prophetis notatus.* *Matth. 26.* *Mar. 14.* *Luc. 22.*

D *stituerunt ei triginta argenteos. Et ex illo quærebat opportunitatem, vt ipsum eis traderet*. Marcus autem sic: *Et Iudas Iscariotes vnus ex duodecim, abiit, ad principes saceedotum, vt eum illis traderet. Illi autem audientes, gauisi sunt. Et promiserunt se argentum ei daturos, & quærebat, quomodo illum opportune traderet.* Lucas verò in hunc modum scribit: *Intrauit autem Satanas in Iudam, qui vocatur Iscariotes, vnum de duodecim, & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotū & scribis & ducib. tēpli, vt eū illis traderet. Et gauisi sunt & pacti sunt argentū illi dare, & quærebat opportunitatē, vt traderet illum sine turbis.* Eadē igitur hęc, vaticiniū quod nūc in manibus est canēs, ita ait: Et ingrediebatur vt videret, vana loquebatur. Cor eius cōgregauit iniquitatē sibi, egrediebatur foràs, & loquebatur in idipsum. Contra me susurrabant omnes inimici mei. Symmachus autem, Ingrediens, inquit, vt inspiceret, vana loquebatur. Cor eius congregabat iniustitiam sibi. Egrediens autem foras, obloquebatur. Vno animo susurrabant contra me omnes qui oderunt me. Solus igitur tāquā familiaris & discipulus in-

E gressus, circūspiciebat & explorabat intus, insidias in corde suo occultās. Egressus autē, cum pluribus vno animo & in idem obloquebatur, dum Saluatorem inimicis tradebat, & latenter paciscebatur cum principibus Iudæorum quum de aliis rebus, tum verò etiā de pecunia qua se traditurū illum promittebat, & de qua vnà cum ipsis illis susurrabat. Ex quo ita ait: *Egrediebatur forás, & loquebātur in idipsum. Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei: aduersum me cogitabāt mala mihi. Verbū iniquum constituerunt aduersum me.* Videtur autē pactionem de argenteis, verbum iniquum, propheticè nominare, aut etiā ita dicit, propterea quòd nefaria & iniqua aduersus illum cogitabāt, vtpote qui illū extinguendū, & post necē abolendū, neque amplius inter viros requirendū arbitrarētur. Tale est enim illud: *Nunquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat?* quod lucidius protulit Symmachus his verbis. Et qui cecidit, nō vltrà resurget. Aquila verò, Et qui, inquit, dormierit, nō adiiciet vt *Psal. 40.*

resurgat, & hæc quidem adhuc communiter de vniuersis dicta sunt, qui sub ipsum passionis tempus insidias illi fecerunt. At seorsum de proditore, tanquam de eo quem ipse vt discipulum instituisset, deinceps adiungit dicens: *Etenim homo pacis meæ, in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Pro quo rursum Symmachus: Et homo, inquit, qui pacem habebat mecum, cui confidebam: comedens mecum panem meum, magnificatus est contra me. Pessimus enim re uera omnium & sceleratissimus, qui post communem mensam, post cibi inter verba præceptoris assumptionē, se ad deteriora conuertit, & contrariis rebus eum à quo iuuabatur, & beneficia capiebat, remunerauit. At verò quoniam inimici insidiantes dicebant, *Quando morietur, & peribit nomen eius?* & putabant morte sopitum, non amplius surrecturum: idcirco ipse Saluator ac Dominus noster his aduersa precatur, reditionis ad vitam sine impedimento se compotem fieri, patrem suum orat, dicens: *Tu autem Domine miserere mei, & suscita me & retribuam eis. In hoc cognoui quòd voluisti me, quòd nō gaudebit inimicus meus super me.* Et sane haud obscurum est, quem in modum postquam à mortuis redijt, e uestigio neque ita multo post, eos qui illi insidias struxerant, retributio vlta sit: vtque ea quæ vitæ eius inimica erat mors, sit pudore confusa: adeò illa quidem, vt quasi probrum ei obijcientes dicerent, *Vbi est mors, stimulus tuus? vbi est mors victoria tua?* Cæterùm si quis historias, tempora post reditionem ad vitam Saluatoris nostri complexas, quæ ab Iosepho conscriptæ sint, euoluerit, facilè videbit, quęnam calamitates Iudaicam gētem atque eius principes inuaserint, atque afflixerint, in quas meritò illi inciderunt, vt sceleris quod in illum patrauerāt, præmia digna reciperent. Et hæc quidem omnia aduersus illos completa sunt, vt oraculum prædixerat. Saluatoris autem nostri de morte ad vitam reditio planè omnibus demonstrauit, quantum sibi pater in illo placuerit. Quam quidem rem ipse ostendit, dicēs: *Miserere mei, & suscita me, & retribuam eis. In hoc cognoui, quòd voluisti me, quòd non gaudebit inimicus meus super me.* Deinde adiungit: *Me autem propter innocentiam suscepisti.* Attende autem quónam pacto ipsi Deo & patri suo supplicans, tanta vtatur libertate loquendi, vt sibiipsi innocētiæ testimonium exhibeat, tametsi superius dixit: Sana animam meam, quia peccaui tibi: Sed illud quidem: Peccaui tibi: quo sensu sit accipiendum, antea planum fecimus: quod Symmachus apertius exposuit, quum dixit, Sana animam meam, etsi peccaui tibi. Quod sanè ipsum etiam de peccatis nostris dici potest, quę Saluator ac Dominus noster in seipsum suscepit. Illud autem, *Me autem propter innocentiam suscepisti:* puritatem naturæ ipsius, quam totam possidebat, demonstrat. Ex qua puritate vitam quoque & salutē stabilem atque inconcussam post reditum ipsius ad vitam exponens, adiungit: *Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.* aut aliter, Et cōstitues me ante te in æternum: vt interpretatus est Symmachus.

1. Cor. 15.

Resurrectio Christi à prophetis descripta.

Quomodo illud, peccaui tibi, Christo tribuatur.

Item de Iuda, & de iis qui cum eo aduersus Christum coniurationem fecerunt.

Demonstratio II.

Psal. 54.

AVribus percipe Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam. Præsta attentum te mihi, & exaudi me. Contristatus sum in nugatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris: quoniam declinauerunt in me iniquitatem, & in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ, & quæ sequuntur. Quibus adiungit: *Præcipita Domine, & diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionē in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam super muros eius, & iniquitas & labor in medio eius, & iniustitia, & non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Quoniam si inimicus probro me affecisset, sustinuissem vtique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitam ab eo. Tu verò homo vnanimis, & dux meus, & notus meus, qui in idem dulces comparabas mihi cibos. In domo Dei ambulauimus cū cōsensu.* Ex his igitur illud, Si inimicus probro me affecisset, sustinuissem vtique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscōdissem me forsitan ab eo: tu verò homo vnanimis, & dux meus, & notus meus, qui in idē dulces comparabas mihi cibos: simile est illi: Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem, quod quum de Iuda sit accipiendum, in superiori prophetia positum

A tum eſt. Vt ergo in illo dicebatur homo pacis aliquando fuiſſe, qui quondam à Saluatore inſtituebatur, quum ipſe quoque ex numero apoſtolorum vnus eſſet: ſic etiam in præſenti & vnanimis, & dux, & notus dictus eſt. Item quemadmodum in illo de eodem dictum eſt, Qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem: ita etiam nunc ex perſona ipſius dicitur illud, Qui in idem dulces comparabas mihi cibos. Etenim ex iis ipſe quoque vnus erat, qui ad arcanam, qua cum ſuis diſcipulis vtebatur, Saluatoris noſtri conſuetudinem ſpiritualémque cibum aſſumpti fuerant: nam ad profanam multitudinem & ad turbas cum verba faceret, parabolis vtebatur. Solis verò ſuis diſcipulis, in quorum ordinem etiam Iudas admiſſus fuerat, apertius omnia demonſtrabat. Ex quo illud dictum eſt, Qui edebat panes meos, magnificabit ſuper me ſupplantationem. Et illud, Qui in idem dulces comparabas mihi cibos. quod ſanè euidentius expreſſit Aquila quidem ſic, Qui ſimul dulce comparabamus arcanum Symmachus autem ſic: Qui inter nos communicabamus dulcem ſermonis conſuetudinem. Pro illo verò, Tu autem homo vnanimis, dux meus, & notus meus: Symmachus ita conuertit, Tu autem homo moris eiuſdem mecum, & dux meus, & notus meus, nam quum ad tantam dignitatem aſſumptus eſſet, & ob id inter primos Saluatoris amicos cenſeretur, meritò de eo ſic ait: Si inimicus probro me affeciſſet, ſuſtinuiſſem vtique, & quæ ſequuntur. Vbi autem hæc de Iuda cecinit, ordine deinceps liberationem à morte, euaſionémque ſuam tanto antè indicat illis verbis: Ego ad Deum clamaui, & Dominus ſaluauit me. Veſperè & manè & meridiè narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam, redimet in pace animam meam. Sic tanquam in prece tempus quod mortem anteceſſit ſignificat, quo quidem tempore Iudas quoque ad proditionem comparabatur contra illum. Tunc enim Saluator ac Dominus noſter veluti ob perniciem atque interitum ſui familiaris dolens mœrénſque, ac multo etiam magis ob totius Iudaicæ gentis perditionem, tanquam ob ſuos ad inſaniam redactos, & tanquam ob ſibi clariſſimos miſericordia commotus, omnem qua cum illis vtebatur ſermonis conſuetudinem ac doctrinam, eo quòd illis nihil profuiſſet, nugationem appellat, dicens: Contriſtatus ſum in nugatione mea, & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris: quoniam declinauerunt, inquit, in me iniquitatem, & in ira moleſti erãt mihi. Quæ quidem poſſunt etiam ad principes Iudæorum referri, qui inimico inſidiantíque animo circunuenire illum conabantur. Poſſunt etiam de poteſtatibus inuiſibilibus, quæ extrinſecus illum oppugnabant, ac per homines talia illi machinabantur, intelligi. Proinde eadem mihi videntur concordare cum iis quæ ab ipſo in Euangelio dicta ſunt ſub ipſum paſſionis tempus, vbi ait ad ſuos diſcipulos: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, manete hic, & vigilate mecum.* Et rurſus: *Nunc anima mea conturbata eſt.* Similia námque his ſunt etiam quæ Pſalmus hic continet, vbi ſic ait: *Cor meum conturbatum eſt in me. Et formido mortis cecidit ſuper me, & contexerunt me tenebræ.* Quibus verbis cõtrariarum poteſtatum conatus aduerſum ſe ſignificat. Quemadmodum enim in prophetiis nominatur quidẽ ſpiritus fornicationis, vt eſt illud, *Spiritu fornicationis aberrauerunt*, & alius ſpiritus erroris in deſerto: ita etiam ſpiritus fuerit formidinem mortis efficiens, ſanè vt etiam ſpiritus roboris, & potentiæ, & fortitudinis eius, quæ Deo aliena non eſt, autor. Quare ſic etiam dicetur ſpiritus timoris ac tremoris: & rurſus alius, præter hos, ſpiritus timoris & confuſionis: qui quidem penè, vt ita dixerim, omnes mortem pro vera religione teſtimonij gratia ſubeuntes, inuadere conſueuerunt: ac multo etiam magis longéque vehementiùs illum aggreſſi ſunt, qui pro omnibus mortem ſuſtinuit, Veruntamen ſiue ſpiritus formidinis, & mortis, ſiue timoris & tremoris, ſiue alia quæpiam eiuſdem generis poteſtas illum adorta eſt, ea illum non confregit, propterea quòd tanquam generoſus creator, formidinem quidem mortis, confidentia vitæ (ipſe enim vita) procul deturbatam abiecit. Alium autẽ qui ipſum item inuaſerat ſpiritum timoris & tremoris efficientem, ſpiritu confidentiæ, & potentiæ, & roboris, eum longiſſimè à ſe præcipitauit: quandoquidẽ, vt eſt apud Iſaiã, quieuit etiam ſuper vnà cum aliis ſpiritus, etiã ſpiritus conſilij & fortitudinis. Sic porrò ſpiritũ tenebrarũ proprij luminis vi diſſipauit, propterea quòd lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ceterùm his ſimilia etiam in viceſimoprimo pſalmo inuenire poteris, in quo ex eiuſdem perſona rurſus illud dictum eſt: *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuũ ſicut leo rapiens & rugiens.* Et rurſus: *Quoniam circundederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me.* Et rurſus: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium hu-*

[Margin notes, in order: *Traditoris Christi deſignatio.* (beside "Qui edebat panes meos, magnificauit…"); B (beside "mul dulce comparabamus…"); C (beside "luti ob perniciem…"); *Matth. 26.* (beside "Triſtis eſt anima mea…"); D, *Pſal. 41.* (beside "manete hic…"); *Pſal. 54.* (beside "mortis cecidit…"); E (beside "ſiue timoris & tremoris…"); *Iſaiæ 11.* (beside "& roboris…"); *Ioan. 1.* (beside "ſuper vnà cum aliis…"); *Poteſtas tenebrarum.* (beside "proprij luminis…"); *Pſal. 20.* (beside "in quo ex eiuſdem perſona…")]

militatem meam. Planè enim in his malignas poteſtates,taurorum,& vitulorum,& leonum, & canum,& vnicornium nominibus appellat, quæ quidem illũ ſub ipſum paſſionis tempus obſederunt,ac circundederunt,non tamen etiam aliquid efficere contra illum potuerunt. Et hæc quidem talem habeant rationem,ſi modo etiam hæ Pſalmi partes ad Saluatorem Dominúmque noſtrum referantur. Quòd ſi non ad illum, ſed ad aliam perſonam, ipſe quoque diligenter attendes,vt ea quæ ad ipſum hunc locum pertinent, ſibi inuicem æquata reſpondeant. Veruntamen de ipſa etiam Iudæorum ciuitate,de ipſa inquam Hieruſalem,ordine deinceps poſt vaticinium de iis qui inſidias illi fecerint,adiungit,in hunc
Pſal.54. modum: *Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.* & quæ ſequuntur. Quæ quo ſenſu ſint accipienda,non eſt nunc narrandi tempus.

Item de Iuda,& de ſuffecto in locum eius Apoſtolo,& de gente Iudaica. Demonſtratio. III.

Pſal.108. *Deus laudem meam ne tacueris,quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertũ eſt. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt me, & oppugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Dum iudicatur,exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter.* Quod etiam hæc ad proditorem Iudam ſint referẽda, idoneus ſanè eſto teſtis apoſtolus Petrus, qui poſt Saluatoris noſtri aſcenſum, coactis in vnum locum apoſtolis o-
Act. 2 mnibus, aliíſque quam plurimis fratribus,in mediis illis ſtetit atque ait: *Viri fratres, oportuit impleri ſcripturam hanc,quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda,qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum, quia numeratus erat nobiſcum, & ſortitus erat ſortem miniſterij huius. Hic igitur poſſedit agrum de mercede iniuſtitiæ, & ſuſpenſus crepuit medius, & effuſa ſunt omnia viſcera eius. Et notum factum eſt omnibus habitantibus Hieruſalem,ita vt appelletur ager ille lingua eorum Akeldamach, hoc eſt, ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: Fiat commoratio eius deſerta, & non ſit qui habitet in ea, & epiſcopatum eius accipiat alter.* Petrus vero quum talia dixiſſet,ſubiecit,in locum Iudæ alium aſſumi oportere, quò duodecim apoſtolorum numerus,qui diminutus fuerat,cõpleretur,vt prophetia ſuum finem cõtingeret. Quo etiam tempore cum ſors iacta eſſet, ea cecidit ſuper Matthiam, & connumeratus eſt cum duodecim apoſtolis. Quum hæc igitur in hunc modum peracta ſint, ſequitur vt perſonam quæ in hoc Pſalmo loquitur, non aliam eſſe arbitremur, quam Saluatoris noſtri, qui aſſignatam ſibi à patre ſub ipſum paſſionis tempus orationem,publica tanto antè per Spiritũ ſanctum deſcriptione dignatus,quod ſibi vſu venturum erat cecinit. Ait igitur Deus laudẽ meam ne tacueris vbi videlicet doctrinam quam ipſe ſuis diſcipulis tradidit,& laudẽ noui Teſtamenti non eſſe premendam ſilentio exhortatur,ſed in omne futurum æuum ad vitæ humanæ vtilitatem permanere. Os autem peccatoris,& os doloſi, os ipſius Iudæ propriè
Matth.26. nominauerit quiſpiam,qui cum abiiſſet ad principes ſacerdotum,eis dixit: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi conſtituerũt ei triginta ſtateres. Et ex illo quærebat occaſionem, vt illum eis proderet.* Quum ergo talia contra illum molitus eſſet, vnus poſtea fuit ex iis qui cum illo in paſchali cœna accubuerunt, quo tempore ipſe quoque Saluator ac Dominus noſter accumbebat vna cum ipſis duodecim, qui etiã comedentibus illis dixit: *Amen, amen dico vobis, quòd vnus veſtrum me tradet. Et dum valde contriſtãtur, cœperunt ſinguli dicere, Nũquid ego ſum Domine?* In quibus erat etiam Iudas, qui quum omnis doli ac ſimulationis plenum os aperuiſſet, reſpondit, ac dixit, *Nunquid ego ſum Rabbi?* Doloſum ergo os, quo inſidiatoribus Saluatoris noſtri ſignum propoſuit, dicens: *Quencunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.* Quod quum dixiſſet verbo, re quoque ipſa dolum cõpleuit, quo videlicet tẽpore quum ad Ieſum acceſſiſſet, dixit ei: *Salue Rabbi. & oſculatus eſt eum. Ieſus verò ad illum dixit: Amice, ad quid veniſti?* Et rurſus: *Iuda, oſculo filium hominis tradis?* Harum ergo rerum cauſa tanto ante in Pſalmo ait: Quoniam os peccatoris & doloſi ſuper me apertũ eſt. Locuti ſunt cõtra me & lingua doloſa,& ſermonibus odij circũdederũt me,& oppugnauerũt me gratis. Vbi cum ipſo Iuda etiam reliquorũ meminit, qui ipſi inſidias fecerũt. Itaque ipſum Euangeliũ narrat, quemadmodum Saluatore noſtro ſuos adhuc loquente ad diſcipulos, ille venerit:

Ecce,

A Ecce, inquit, *Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, & principibus sacerdotum & senioribus populi. Quibus etiam Dominus dixit: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me? quotidie apud vos sedebam in templo docens, & non tenuistis me. Hoc autem totum factum est, vt impleantur scripturæ prophetarum.* Præterea verò quod ait in Psalmo, Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam: ipsum quoque tunc suum finem contigit, quum Saluatore nostro in loco qui dicitur Gethsemani cum vndecim apostolis orante, paululùmque ab illis digresso, vt procumbens patrem precaretur, iterùmque & tertiò supplicante, Iudas cum principibus Iudæorum insidias illi maturauit, dum cogit ipse & conducit copias quæ cum gladiis & fustibus, vt illum comprehenderent paratæ erant. Tunc autem mala aduersus ipsum posuerunt pro bonis, & odium pro dilectione ipsius, quum malis affecerunt ipsum Saluatorem, & bene de ipsis meritum, *Ibidem.*
B & magistrum, qui innumerabiles sanationes & medelas, sermonúmque documenta, & omnis generis vtilitates ipsis præstiterat: quas ob res quum mala pro bonis aduersus ipsum posuerint, & odium pro dilectione ipsius, meritò adiungit: Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Dum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum, Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Quæ quidem ipsa quem exitum sortita sint, sanctus apostolus Petrus paulò ante indicauit, dum scripturam hanc ad ipsum, proditorem accommodat. Et sanè tibi ipsi interim licet intueri, num super Iudaicam gētem constitutus sit princeps ac dux peccator, cui videlicet post scelera aduersus Saluatorem nostrum audacissimè commissa, traditi sunt, interim pro antiquis & ipsorum domesticis Deóque amicis principibus externis, & simulacra colentibus seruire coacti. Cæterùm quis tandem non obstupescat ipsius prædictionis euentum?
C nam quum oraculum dixerit, Fiant dies eius pauci: constat planè quàm breuè post structas aduersus Saluatorem nostrum ab illis insidias omne fuerit tempus, quo manere visi sunt. Post quod tempus, nouissimam vastationem extremúmque interitum passi sunt: ex quo etiam episcopatum eorum accepit alter, conditus videlicet per Christum nouus populus. Porrò etiam reliqua huius Psalmi omnia per horum ipsorum exemplar intelligens: quæ verò sequuntur, & quasi de quibusdam Iudæ filiis dici videntur, illis verbis, *Fiant filij eius orphani:* & quæcunque alia his similia sunt, referentur primo quidem loco in ipsum Iudam, post illum verò etiam in omnes illi similes salutare verbum prodētes. Eadem verò ratione intelliges vxorem quoque eius, & peccata patris, & eius quæ ipsius mater dicitur, Iudaicæ gentis videlicet congregationis. De hac enim arbitror dici illud, *Et peccatum matris non deleatur.* Veruntamen sicut in ea quæ proxime antecessit prophetia, egenus & pauper nominabatur Saluator ac Dominus noster, veluti demonstrauimus in illo, *Beatus qui*
D *intelligit super egenum & pauperem:* ita etiam in præsenti Psalmo iisdem vocatur nominibus. Fiant enim illa, & illa ipsi Iudæ, iisque qui illi similia æmulati sint, propter illa quæ est ausus, inquit. Quænam verò ista sint, adiungit, dicens: *pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, & persequutus est hominem pauperem & egenum & compunctum corde, vt morte afficeret. Et dilexit execrationem, & veniet ei. Et noluit benedictionem, & procul amouebitur ab eo.* Post quæ verba deinceps oratione progressus, rursus pauperem atque egenum seipsum nominat, dicens: *Et tu Domine, Domine fac mecum misericordiam propter nomen tuum, quia benigna est misericordia tua. Libera me quia egenus & pauper sum ego.* Quibus post alia adiungit: *Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum, & ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.* Quæ sanè ipsa nihilominus suum finem conseeuta sunt,
E quo tempore qui præteribant, maledicebant ei, mouentes capita sua, & dicentes: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.* Quoniam verò etiam nunc Iudæi patrum suorum in seipsos execrationem attrahentes execrabilibus & nefariis verbis detestari Saluatorem ac Dominum nostrum, omnésque quicunque in fidem eius transierint, consueuere, idcircò deinceps adiungit: *Maledicent illi, & tu benedices. Qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus lætabitur. Induantur, qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide, confusione sua. Ego autem confitebor Domino in ore meo, & in medio multorum laudabo eum. Quoniam adstitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.* Et sanè constat, quàm multis etiam nunc rebus aduersis conflictentur quicunque execrationes aduersus illum in suis conuentibus iactant: quippe qui ab iisdem temporibus ne respirare quidem, aut suspicere vnquam potuerint. Quanquam ille fœliciter in medio multarum gentium per suum ipsius nouum testamentum suo patri laudem perficiat, dum eundem patrem adiutorem, *Matth. 27.*

& suæ dextræ assessorem obtinet. Quas ob res ita loquitur: in medio multorum laudabo eum, quia adstitit à dextris pauperis. Salutem præterea, quæ ipsius mortem secuta est, docet his verbis: *Vt saluum faceret à persequentibus animam meam.* Suprà enim quum illud dixerit: *Persecutus est hominem pauperem & egenum, & compunctum corde, vt morte afficeret*: planéque suam mortem indicauerit, dum prophetiam circũscribit, tum verò salutem quæ mortem ipsius secuta est, significauit, dicens: Quoniam adstitit à dextris pauperis, vt saluum faceret à persequentibus animam meam.

Item de Iuda & argenteis, quibus Dominum prodidit: déque reiectione apud Iudæos, tam eorum qui imperabant, quàm eorum quibus imperabatur.

Demonstratio IIII.

Zachar.11. ET *capiam mihi duas virgas: vnam vocaui pulchritudinem, & alteram vocaui funiculum. Et pascam oues meas, & auferam tres pastores in mẽse vno, & grauabitur anima mea super eos. Etenim animæ eorum rugierunt super me, & dixi: Non pascam vos. quod moritur, moriatur: & quod deficit, deficiat: & quæ reliqua sunt, deuorent vnusquisque carnes proximi sui. Et capiam virgam pulchram, & adiiciam eam, ad dissipandum testamentum meum, quod disposui ad omnes populos. Et dissipabitur in die illa, & cognoscent Chananæi, oues quæ custodiuntur mihi, quod verbum Domini est. & dicam ad eos: Si honestum est in conspectu vestro, date mercedem meam, aut renuite. Et constituerunt mercedem meam, triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Dimitte eos in fornacem, & specta num approbatum sit, quemadmodum probatus sum pro illis. Et accepi triginta argẽteos, & proieci eos in domo Domini in fornacem. Et abieci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum testamentum inter Iudam & Israel.* Hæc igitur suum finem consecuta sunt, quo tempore, vt est apud Lucam, abiens Iudas locutus est cum principibus sacerdotum & Scribis & ducibus templi, quo modo illum eis traderet, & gauisi sunt, & pacti sunt argentum illi dare. Vt verò apud Marcum legimus, quum abiit ad principes sacerdotum, vt illum proderet, illi autem gauisi sunt, & promiserunt ei se argentum daturos. Verùm apud hos quidem argentum simpliciter nominatum est. Apud Matthæum autem numerus quoque indicatur: qui sanè ab eo quem posuit Zacharias, minimè discrepat. Dicit igitur Matthæus: *Tunc abiens vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, dixit eis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Illi autem constituerunt ei triginta stateres.* Consentanea igitur hæc sunt ei quod in prophetia dictum est à Domino, *Et constituerunt mercedem meam triginta argenteos.* Pro quo Symmachus quidem ait: Et apprehenderunt mercedem meam triginta argenteos. Aquila verò: Et constituerunt mercedem meam triginta argenteos. Quibus illud adiungitur: Et dixit Dominus ad me, Dimitte eos in fornacem, & vide num probatum sit, quemadmodum probatus sum pro illis. Pro quo rursus Aquila quidem sic ait: Et dixit Dominus ad me, Dimitte eos in fornacem, proiice eos ad figulum, immensum pretium quo æstimatus sum pro illis. Et sané attende, quónam pacto ipse Dominus pretium suum confitetur triginta argẽteos datum esse. Videtur autem ipsa verborum excogitatio talem præ se ferre sensum: Ego quidem Dominus à primo incipiens die, nunquam desij meæ benignitatis indicia vobis Iudæis impẽdere, innumerabilibúsque vos beneficiis afficere, non solũ dum ad vos ab initio prophetas mitto, sed etiam dum meipsum vobis præsentem exhibeo, tum in monitis ac documentis, rationalibúsque præceptis, tum in signis & portentis, & aliis miraculorum generibus, tum etiam in sanationibus & medelis. Vos ergo qui tanta beneficẽtia digni habiti estis, date mercedem meam, aut renuite: sic quidem ab illis, vt par est, fructus pietatis, & indicia fidei erga seipsum postulans. At illi (vt in ea quam proximè ante hanc posuimus prophetia, dictũ est) pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: & proposuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea: & quum triginta argenteos constituerint, tanquam eum qui tanti venderetur, æstimauerunt. Sed quoniam vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, meritò imperat vt mittatur in fornacem, illud adiungens, Quemadmodum probatus sum pro illis. Fornacem verò hoc loco ipsam domum Domini nominare videtur. Nam cum Dominus dixerit, vt est apud Septuaginta, Dimitte eos in fornacem: tum adiungit, Et proieci eos in domo Domini in fornacem: Vt verò est apud Aquilam, quum Dominus dixerit, Proiice illud

Luc.22. *Marc.14.* *Matth.27.* *Explicatio prophetiæ Zachariæ.*

A illud, ipsum videlicet argentum, ad figulum: tum adiungit, Et proieci illud in domo Domini ad figulum. At verò, ex Symmachi editione, quum Dominus dixerit, Proiice illud in fornacem: tum adiungit verba illa, Et proieci illud in domo Domini in fornacem. Nam igitur hoc tunc forsitan completum est, cum Iudas qui Dominum prodidit, videns quòd Dominus condemnatus esset, pœnitentia ductus, retulit argentum principibus sacerdotum, & senioribus, dicens: *Peccaui tradens sanguinem innocentem. At illi dixerunt ei, Quid ad nos? tu videris: & proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in corbonem, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Quapropter vocatus est ager ille, Ager sanguinis, vsque in præsentem diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.* Matth. 27.

B Vbi diligenter considerabis, quum hæc non habeantur apud Hieremiam prophetam, num arbitrari oporteat ea per quãdam malitiam ex illo sublata esse: an verò librarij erratum fuisse, qui negligentius sanctorum Euangeliorum exemplaria confecerit, & ex negligentia in errorem inciderit, & pro Zacharia posuit Hieremiam: vtpote quum ita scripto opus fuerit, Tunc completum est quod dictum est per Zachariam prophetam. Pro eo autem quod perperam conuersum est. Et miserunt eos in domo Domini in fornacem: dictum est illud, Et dedi eos in agrum figuli. Planè enim in ipsa prophetia in templo Domini proiectum fuisse argentum dicitur, & ab Euangelio itidem in templo: Proiectis enim, inquit, Iudas argenteis in templo, recessit. Et sanè æquum est ex illis argenteis templum fuisse profanatum, & completum fuisse illud: *Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta.* Porrò autem etiam illud contemplare, num fornax dicta sit domus Domini, propterea quòd in templo Dei quasi in fornace conflatoris, animos ex diuinorum sermonum calore atque igne transformari contingit, aut alioqui non puros, dum tanquam in fornace igne explorantur, redargui. Idcircò Aquila dum ita conuertit, Et proiecit argentum in domo Domini ad figulum: planè nos docet, quemadmodum diuinum verbum instar figuli habitet in domo Domini, & eorum qui illuc accedunt animas informet ac renouet. Veruntamen quum pretium appretiati in illa domo proiectum, eam ipsam profanam reddiderit, meritò statim adiungit: *Et abieci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum testamentum inter Iudam & Israel.* Ex illo enim illa gentis multitudo abiecta est procul ab antiqua Dei tutela, quæ prius illos conseruabat. Alteram autem virgam puto pro vniuersa simul Iudaica gente hoc in loco accipi oportere. Qua de causa illam etiam funiculum vocat, dicens: vnam vocaui pulchritudinem, & alteram vocaui funiculum. Tum de altera euidenter adiungit illud: Et abieci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum testamentum inter Iudam & Israel. Siquidem hi erant & funiculus, & virga altera. Prior autem quæ pulchritudo nominata est, non alia fuerit quam ipsa Hierusalem, adoratióque Mosaica, omnísque prisca constitutio, quæ vetus dicitur Testamentum. Hoc ipsum vel ex ipsa prophetia planè cõstiterit, dum ait: & capiam virgam meam pulchram, & abiiciam eam ad dissipandum testamentum meum. Vides vt testamentum quidem suum, virgam priorem esse dixerit, alteram verò virgam funiculum, & tamen se vtrámque abiecturum minatur: quamuis prius dixerit, Et capiam mihiipsi duas virgas, vnam vocaui pulchritudinem, & alteram vocaui funiculum: pro quo Aquila quidem sic conuertit: Vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum. Symmachus autem: Hanc

Hieremias in Matthæo ponitur pro Zacharia.

C

Templum fornax.

D

De duabus virgis quarum alterã Noam, alterã Hobelim vocat Zacharias, cap. 11.

E quidem vocaui decorem, illam autem vocaui funiculum. Hoc igitur vniuersæ gentis pulchritudinis, decorísque nomine, diuinam legem, & quod in ea continetur testamentum meritò appellat. Venerabilitas enim illa vrbis Hierusalem, & quæ in ea ad munus pontificum, sacerdotúmque pertinebant, tum etiam omnia quæcunque olim apud illos populos ex diuinis legibus ac ex veteri Testamento de more prius administrabantur, decens quidem ornatus iis erat, qui talibus rebus ornarentur. Funiculus autem ipsa gentis multitudo apud ipsum quoque Mosem vocata est, in illis verbis: Facta est portio Domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. At verò huiusce vtriusque virgæ mutationem magno impetu futurã iis temporibus de quibus dictum est, diuinat: vtpote, quum & vetus quod prius in ea erat testamẽtum, & pulchritudo quæ in eadem olim cernebatur, delenda fuerit, & ad nihilum redigenda: simul ac pretio illius æstimato, qui triginta argenteis æstimatus est, illi pro sua ipsorum impietate meritæ ignominiæ obnoxij facti sunt,

dicit igitur: Et capiam virgam meam pulchram: & abiiciam eam ad dissipandum testamentum meum. Et rursus: Et abieci virgam alteram, quæ dicitur funiculus. Ad hæc quum in prophetia dicatur illud, Et auferam tres pastores in mense vno: arbitror sic tres ordines eorum significari, qui olim populo Dei præerant, regum, pontificum, & prophetarum: quoniam ab his tribus quasi pastoribus omnia quæ ad illos veteres olim pertinebant, gubernabantur. Sed quando tres isti pastores vno tempore conuersionem passi sunt, Saluatore vtique nostro aduenienté (nam & rex præter leges creatus, non ab ipsorum genere oriundus, sed externus ipsis tunc præerat: & pontifex à Romanis ad sacram functionem prouectus, non ex successione generis, neque secũdum leges atque instituta, honorem illum obtinebat: nec propheta, qui vsque ad Ioannem perueniens, desierat, amplius apud eos operabatur: sed loco eius mendax quidem propheta & impius populum decipiebat (meritò tria illa dona, quæ quondam supra omne ornamentum ac decus totam illam gentem ornabant, sublaturum se vno tempore minatur, dicens: Et auferam tres pastores in mense vno, & grauabitur anima mea super eos. Pro quo Aquila quidẽ sic ait, Et mutilata est anima mea in eis. Symmachus autem, & exanimatus sum in eis. Theodotion autem, Et exanimata est anima mea super eos. Et causam exanimationis ostendit in iis quæ adiungit, Etenim animæ eorum rugierunt super me. Pro quo rursus Aquila hoc modo conuertit, Etenim anima eorum immaturauit in me: Symmachus autem, Et anima eorum inualuit in me. Illi verò quod apud Septuaginta dictum est, Etenim animæ eorum rugierunt super me. Simile quiddam fertur etiam apud Hieremiam, quòd ex persona Domini profertur his verbis: *Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius facta est hæreditas mihi mea vt leo in sylua, dedit super me vocem suam nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi*? has igitur ob res meritò deinceps adiungit: *Et dixi, Non pascam vos: quod moritur, moriatur, & quod deficit: deficiat: & quæ reliqua sunt deuorent vnusquisque carnes proximi sui.* Post quæ subiicit: *Et capiam virgam meam pulchram, & abiiciam eam.* Pro quo Aquila: Et accepi, inquit, virgam meam decoram, & excidi illam, Mosaicam videlicet adorationem. Ergo prima quidem virga intio sermonis, prima item quæ frangatur, & abiiciatur, fore dicitur. Quum autem pretium eius qui æstimatus est, & pro eo argentum proditori erogatum, proiectum est in domum Domini tanquam in fornacẽ: tum verò etiam ea quæ ad alteram virgam, hoc est, quæ ad vniuersam gentem pertinent, quid latura sit mali, propheticè declaratur in illis verbis: Et abieci virgam alteram, funiculum ad dissipandum testamentum inter Iudam & Israel. Et quoniam illorum reiectionem his verbis planè oraculum indicauit, meritò deinceps non amplius illos vim prophetiarum intellecturos affirmat, sed Chananæos, sic dicẽs. Et cognoscẽt Chananæi oues quæ custodiuntur mihi. Verbum Domini est. Cæterùm qui tandem alij fuerint hi Chananæi quam nos ipsi? qui prius alieni eramus, & qui ex vniuersis olim profanis atque impiis gentibus, oues Christo custoditi sumus? qui etiam beneficio illius sumus immutati, & ipsa vaticinia prophetarum intelligentes, cognitionem veram verbi Domini accepimus. Iidem nos qui sumus Chananæi, nouimus atque intelleximus ea quæ dicuntur, Non nouerunt autem, neque intellexerunt, qui nomine Israel gloriantur, & qui semen Abrahæ iactare consueuerunt.

Tres ordines præsidũ apud veteres.

Ierem.12.

Item de Iuda nominatim. Demonstratio V.

Hierem.17.

P*Eccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eius, & in cornibus altarium vestrorum. Quum recordati fuerint filij eorum ararum suarum & lucorum suorum in ligno denso, & in collibus excelsis, robur tuum omnes thesauros tuos in direptionem dabo, & excelsa tua in peccato in omnibus finibus tuis. Et priuaberis, & humiliaberis ab hæreditate quam dedi tibi. Et transferam te ad inimicos tuos in terram quam non nouisti: quoniam ignis accẽsus est in furore meo: vsque in seculũ ardebit.* Tametsi hæc non apud Septuaginta, attamen in Hebraico textu atque in reliquorum interpretum editionibus, item in exquisitioribus quoq; ipsorũ Septuaginta exemplaribus cum appositione stellularũ, necessariò ea apposuimus tanquam, ea quæ nominatim ipsum proditorem Iudam significent: & peccatum quod ab illo cõmissum est, fieri non posse vt vnquam aboleatur. Hoc enim mihi videtur significare illud, Peccatum Iuda scriptum stylo ferreo in vngue adamãtino. Poterunt item referri ad vniuersam Iudaicam gentem, quibus deinceps ipso ordine post ipsorum scelus indelebile, extremam quæ ipsos punitura est perniciem interminatur: quæ non est nunc singulatim

A gulatim ad verbum intepretandi tempus. Sed quando tam multa hactenus de eo qui Saluatorem ac Dominum nostrum erat proditurus, aliísque qui illi insidias facturi erant, diuinitus prædicta exposuimus: tempus iam fuerit quæ sub ipsam eiusdem passionem euentura fuerunt, vt item diuinitus per prophetas denunciata sint, intueri.

De solis defectu, qui in ipsa Saluatoris nostri passione accidit: & de extremo Iudaicæ gentis interitu.

Demonstratio. VI.

Cap. II.

B *IVrat Dominus in superbiam Iacob, si obliuiscetur in victoria omnia opera vestra: & super his non turbabitur terra, & lugebit omnis qui habitat in ea: & ascendet quasi fluuius consummatio, & descendet quasi fluuius Aegypti. Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet sol in meridie, & obtenebrabitur super terram in die lux. Et conuertam solennia vestra in luctum, & omnia cantica vestra in lamentum. Et inducam super omnem lumbum saccum, & super omne caput caluitiem: & ponam eum tanquam luctum dilecti: & qui cum eo fuerint, tanquam diem doloris. Ecce dies veniunt, Dicit Dominus, & mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini. & commouebuntur aquæ à mari vsque ad mare, & ab aquilone vsque ad orientem circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient.* Contumeliam & superbiam & insolentiam aduersus Saluatorem nostrum, quam in illum excitarunt Iudæi, hæc prophetia prædicens, iurare Dominum contra superbiam Iacob, non futuram esse obliuionem eorum quæ contra ipsum ausi sint, dignáque luctu mala passuram esse ipsorum terram, vnà cum habitatoribus: neque vltra, sicut prius, vbi breuiter emẽdati fuerint, esse iterum restituendos, sed in consummationem quæ ad ipsos spectant, esse ventura. Siquidem ascendet, inquit, vt fluuius consummatio ipsorum: sic vtique iram quæ illos non aliàs quàm Romanis regnantibus inuaserit per fluuium ascensurum super eos, veluti qui prius in sublimi versarentur, significans. Deinceps post hanc, de qua dictum est, contra illos immissam à Deo iram, rursus ad illos spectantia negotia, persequitur, Vt fluuius, inquit, Ægypti descendet. Quibus verbis significari arbitror, quæ olim sublimia & apud Deum venerabilia fuerint, & quæ quasi in sublimi positæ Iudaicæ gentes prælationes, ea similia & fluentis, & rebus nationum fide carentium, fluuij instar laborantibus, esse constituenda, ac de sublimiori in inferius esse præcipitanda. Deinde post hæc ipsa quæ dicta sunt, ipso ordine ea quæ sub ipsum salutaris passionis tempus euenerint aperiens, In illo, inquit, die dicit Dominus, occidet sol in meridie, & obtenebrabitur super terram in die lux. Quæ sanè euidentem exitum sortita sunt tunc, quum Saluatore in altum sublato, vt est apud Euangelistam, *à sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam: & circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli, lama sabachthani*, quæ quum in hunc modum suum finem contigerint, deinceps adiungit: Et conuertam solennia vestra in luctũ, omnia cantica vestra in lamentum & inducam super omnem lumbum saccum, & super omne caput caluitiem. & ponam eum sicut luctum dilecti, & eos qui cum ipso fuerint, vt diem doloris: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem super terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini, & quæ sequũtur. Quæ quidem omnia propter superbiam ipsorum, qua aduersus Christum vsi sunt: diuinitus prædicta, euidentem oraculi exitum ostenderunt post ipsorum aduersus Saluatorem nostrum insidias. Non ergo ante illud tempus, sed ex illo tempore in hunc vsque diem solennia illorum in luctum conuertit Deus, & cantica in lamentum: quippe qui illos celeberrima ciuitate priuauerit, & venerabile illud sanctuarium quod in illa erat, Tito ac Vespasiano apud Romanos imperantibus, euerterit: vsque adeò, vt non amplius venire & celebrare in ea legitima solennia, & legitimos conuentus possint. Cæterùm, quid opus est dicere, quemadmodum fames audiendi verbum Domini, omnes illos inuaserit? propterea quòd procul à seipsis Dei verbum exegerint, quùm illud vno animo negauerunt, & ab eodem negati sunt.

Amos 8.

Fames audiendi verbum Dei.

Matth. 27.

C, D, E

Item de ſolis defectu, & de tempore Saluatoris paſſionis.

Demonſtratio VII.

[*Zach. 14.*] E*T adueniet Dominus, Deus meus, & omnes ſancti cum eo. In die illa non erit lux: & frigus, & gelu erit in vno die. & dies ille notus Domino, & neque dies, neque nox, ad veſperam erit lux. & in die illo egredietur aqua viua de Hieruſalem, dimidium eius in mare primum, & dimidium eius in mare extremum, in æſtate & in vere erit ſic. Et erit Dominus in regem ſuper vniuerſam terram, in die illa erit Dominus vnus & nomen eius vnum, ambiens omnem terram & ſolitudinem.* Hæc quoque in aduẽtu Saluatoris noſtri completa ſunt, cum aduenit, ſiue cum ſuis ſacris apoſtolis, ſiue cum ſuis ſanctis, diuinis videlicet quibuſdam poteſtatibus & incorporeis ſpiritibus necnõ angelis & miniſtris ſuis, de quibus dictum eſt in ſacris Euãgeliis, quòd vtique ad illum acceſſerint angeli, & illi miniſtrauerint. Porrò autem die illo (ſic autem ſacræ literæ conſueuerunt omne tempus vocare, quo ille inter homines verſatus eſt) vnà cum aliis prædictionibus etiam quod nunc tractatur, oraculum completum eſt, cum vtique ſub illius paſſio- [*Matth. 4.*] nis tempus ab hora ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam. Ex quo ſic ait prophetia: In die illo non erit lux. Et rurſus: Et neque dies, neque nox, ad veſperam erit lux. quibus verbis perſpicuè indicari puto illius temporis conditionem, cum Saluatore noſtro altius ſublato in ipſa diei luce, nox ab hora ſexta id quod circum terram eſt, obtinuit vſque ad horam nonam. Poſtquam rurſus deſinentibus tenebris, dies & lux reuerſa eſt, poſt quæ rurſus conſueta nox ſecuta eſt. Quæ omnia ſermo propheticus innuit, vbi ait: Et dies ille notus Domino, & neque dies, neque nox, ad veſperam erit lux: dies quidem ille nõ erat, propter meridianas tenebras, ſed nec item nox, propter ipſius diei recurſum, quem indicauit ſignificãs per illa verba, Ad veſperam erit lux. Quis autem non admiretur etiam hybernæ horæ commemorationem, quam ipſam itidem diuinauit ora- [*Frigus in paſsione Domini. Ioan. 18.*] culum, cum ait: Et frigus & gelu erit. Quod item ipſum, Euangelij teſtimonium commendat, cum Petrus dum Ieſum ſequitur, accenſo igne in atrio Caiphæ, vnà cum aliis calefaciebat ſe. Proinde Ioannes frigoris quoque mentionem apertiſſimè facit, dicens: *Stabant ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe.* Et ad verbum quidem huiuſmodi finem contigerunt, quæ ſic prædicta ſunt, ad ſenſum verò, quum Iudæis ſalutare lumen illuxiſſet, ipſique potius tenebras quàm lumen amplexi eſſent, hoc quod ab ipſis electum, aſſumptúmque eſt vniuerſam ipſorum nationem inuaſit. Cum enim ipſi receſſiſſent à luce, & eos obſcura nox occupaſſet, obſcuratis ipſorum mentibus, eo quod illuminatio Euangelica radios ſuos in corda ipſorum non immitteret, quinetiam refrigerata ipſorum erga Deum charitate, talium rerum ſigna meritò expreſſa ſunt, & in tali ſalutaris aduentus Dei completa ſunt ea, quæ ad hoc oraculum pertinent, dum aqua viuens erumpit ex Hieruſalem, & in omnes gentes progreditur fœcundus & vitæ apportator Euangelicæ [*Ioan. 4.*] doctrinæ ſermo: qui cum profectus ſit de Iudæa, & de ipſa Hieruſalem, diſſeminatus poſtea eſt in omnem terram, & in omnes orbis terrarum fines. Huius verò aquæ ipſe quoque Saluator ac Dominus noſter meminit, dum loquitur cum muliere Samaritana. *Si ſcires,* inquit, *quis eſt qui petit à te bibere, tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.* Quanta autem ad eos, qui viuam rationalémque aquam guſtauerint, ventura ſit vtilitas, declarat deinceps, dum docet quemadmodum qui eam aquam biberint, & multos illos qui antea ipſis imperabant, malignos dæmonas abnegauerint, ij vnum ſui ipſorum & dominum & regem confitebuntur: item quod is Dominus, qui ab vnis Hebræis antea noſcebatur, rex fiet omnium earum nationum, quæ ex vniuerſa terra in ipſius fidem venerint, & nomen eius vnum erit ambiens vniuerſam terram & ſolitudinem. Quod quidem ipſum vbi quis [*A Chriſto fideles chriſtiani dicti ſunt.*] viderit, qui fieri poſſit vt non admiretur? etenim à Chriſti vocabulo, Chriſtus porrò ipſe Dominus eſt, Chriſtianorum nomen deductum omnem locum & ciuitatem & regionem ipſaſque in deſertis oríſque extremis terræ habitantes nationes circuiuit, fidem eo modo faciens & conſentiens huiuſce prophetiæ vaticinio.

De iis

A

De iis quæ in ipsa salutari passione facta sunt. In finem pro susceptione matutina.

Demonstratio VIII.

Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? lõgè à salute mea verba delictorum meorum Deus meus, clamabo per diem ad te, & non exaudies: & per noctem, & non ad insipientiam mihi. Tu autem in sanctis habitas, laus Israel, In te sperauerunt, patres nostri? sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt. In te sperauerunt, & non sunt confusi. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me, subsannauerũt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniã vult eum. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ. In te proie- Psal. 21.

B *ctus sum ex vtero. De ventre matris meæ, Deus meus es tu: ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, vt leo rapiens, & rugiens. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tãquam cera liquescens, in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea. Et lingua mea adhæsit gutturi meo, & in puluerem mortis deduxisti me, quoniam circundederunt me canes multi. Congregatio malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Tu autem Domine, ne procul amoueas auxilium meum. Ad susceptionem meam respice. Eripe à framea animam meam, & ex manu canis vnicã meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus*

C *meis. In medio ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum. Omne semen Iacob glorificate eum. Timeant eum omne semen Israel, quoniam non spreuit, neque molestè tulit deprecationem pauperis, neque auertit faciem suam à me: & quum clamarem ad eum, exaudiuit me. A te laus mea in ecclesia magna. Vota mea reddam in conspectu timentium eum, Comedent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, viuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscentur & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium, quoniam Domini est regnum, & ipse dominatur gentibus, Comederunt & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius prolabentur omnes qui descendunt in terram, & anima mea ille viuit, & semen meum seruiet ei. Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciabunt iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Illud quidem Deus, Deus meus, respice in me, quare dereliquisti me? quod initio Psalmi dictum est à Saluatore nostro, vt est apud Matthæum, Matth. 27.

D ipso passionis tempore dictum est, in hunc modum: A sexta autem horæ tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. Et hora nona clamauit Iesus voce magna: Eloim, Eloim, lama sabachthani, quod ex interpretatione est, Deus, Deus meus, quare dereliquisti me? accepta verò sunt Hebraica verba sunt ea, quæ nunc est in manibus, prophetia. Siquidem vel iisdem syllabis illud ipsum, Eli, Eli, lama sabachthani, initio Psalmi continetur. quod Aquila in hunc modum interpretatus est: Fortis meus, fortis meus, quare dereliquisti me? porrò quod hæc eandem cum iis quæ passionis tempore à Saluatore nostro dicta sunt, habeant vim: nemo vtique negauerit. Tempus igitur iam nũc fuerit, Psalmum ipsum absque cõtrouersia ad alium nullum referre, quàm ad illum: quandoquidem illi vni, & nulli præterea alij, quæ in eo continentur, conueniunt. Planissimè igitur in illo cum illa completa esse constat, quæ in hoc Psalmo leguntur, tum verò etiam illud quod ita ait: *Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem.* Traie-

E ctionem verò clauorum, qui illius manibus ac pedibus in cruce affixi sunt, euidentissimè indicat, dum ait: *Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.* Sic etiam reliqua vni illi, nec alij cuipiam præterea conuenient, quemadmodum progressa longius oratio demonstrabit, aut certè quouis suo arbitratu quamuis aliam proferat personam aut regis aut prophetæ, aut alicuius eorum, quondam apud Iudæos Dei amici & familiares extiterint, ostendátque si posit, ea quæ ita descripta sunt, huic conuenire. Sed enim cui vnquam eorum, quos in vtero mater gestauerit, tãtum virtutis, tantúmque virium adfuit, vt constanti cogitatione animóque imperturbato, & mente sobria & erecta, Dei cognitionem acceperit, & omnem suam spem in Deo collocauerit? vsque adeò vt potuerit dicere? *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre matris meæ, spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum ex vtero, de ventre matris meæ, Deus meus es tu.* Quis porrò vnquam vbi ipse tantæ

Vv iij

curæ Deo fuerit, pòst opprobrium hominum, & abiectio populi factus est? à quibus autem & cuiusmodi vitulis, aut tauris intelligendum est hunc fuisse circundatum? & quid tandem huic ipsi accidit, vt quasi aqua effusus sit? & quomodo eiusdem ossa dispersa sunt? & qua ratione in puluerem mortis deductus est? & simul ac in talem puluerem est deductus, adhuc & talia loquitur, & viuit, & vocalem se præstat? & quínam alij canes illum circundederunt præter eos, quos dixit & tauros & vitulos? quod verò consilium malignantium non solum manus, sed etiam pedes huiusce de quo sermo est: foderunt? qui etiam postquam eundem euexerunt, partem quidem vestimentorum ipsius diuisere, partem verò iactis sortibus arripuerunt? & quæ'nam framea illa? quis canis? quis leo? qui item illi dicuntur vnicornes eum, de quo sermo est, obsidentes? & qua fiducia post tantam contra id genus luctam, ac postquam in puluerem mortis deductus est, pollicetur? se nomen patris sui narraturum non omnibus sed solis suis fratribus & qui tandem hi fratres, quæ'nam verò ecclesia hæc, de qua is qui talia pertulit, ita loquitur? In medio ecclesiæ laudabo te? quibus etiam illud adiungit: quòd vtiq; non vna Iudaica gens, sed omnes fines terræ reminiscentur, & conuertentur ad Dominum, & adorabũt in conspectu eius omnes familiæ gentiũ.

Pulchrè colligit hæc de nemine alio quàm de Christo accipienda.

Cæterùm tu quoque vbi per te ipsum singula eiusdem Psalmi verba exploraueris facilè intelliges, vtrum ea quæ in ipso continentur ad vulgarem quempiam referri possint. Quòd cum feceris, certè non inuenies cui tandem illa conueniant, præter vnum Saluatorẽ nostrum, qui omnium & fidelissimè & verissimè huiusce Psalmi voces in suam personam assumpsit, quemadmodum Euangelistæ testificati sunt. Matthæus quidem illis verbis quæ antea retulimus, Marcus autem iis quibus etiam ille, vtpote qui in hunc modum narret: *Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super totam terram vsque ad horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli, lamasabachthani: quod est ex interpretatione, Deus, Deus meus, ad quid dereliquisti me? Et quidam ex audientibus dicebant, Heliam vocat.* Age igitur posthac ipso ordine videamus, qua ratione ea quæ in hoc Psalmo continentur, ad illum referẽda sint. Ac primùm inscriptionem ipsam tractemus, quæ talis est. In finem, vel quemadmodum Aquila edidit, Victoriæ autori. vel etiam, vt Symmachus, Ad victoriam pro susceptione. Hæc sanè nobis veniunt in mentem, propterea quòd salutaris illa passio, vt scripta Euangelistarũ demonstrant, perfecta est circiter horam nonam, factis iam tenebris, ab hora sexta vsque ad horã nonam, qua sanè hora etiam vocem magnã emisit, & ea quæ paulò antè recitauimus, protulit: vt planè sit confitendũ, illius passionem ad vesperam nocte aduentante fuisse. At reditus eiusdem à mortuis, quæ fuit susceptio patris illum suscipiẽtis, & ad seipsum ex regionibus mortis attrahentis, atque assumentis, circa auroram fuit, quemadmodum rursus Euangelistarum testimonio confirmatur. Siquidem Lucas hæc ait: *Vna autem sabbatorum valde diluculo venerunt ad monumentum ferentes quæ parauerãt aromata*, mulieres videlicet, & nonnulli cum eis, *Inuenerunt autem lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus*, propterea quòd iam tum Saluator noster à morte erat excitatus. Hoc verò ipsum Marcus quoque ostendit, sic dicens: *Et valde manè vna sabbathorum veniunt ad monumẽtum, orto iam sole, & dicebant ad se inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? erat quippe magnus valde. & veniunt, & inueniunt illum reuolutum. Erat autem iam tum excitatus.* Habes apud Ioannem quoque diem testimonium hoc modo: *Vna autem sabbatorum venit Maria Magdalene manè ad monumentum, cum adhuc tenebræ essent. & videt lapidem sublatum à monumento.* Matthæus quoque tametsi sero sabbatorum, dixit, attamen adiungit: *Ea quæ illuscescit in vnam sabbatorum, venit Maria Magdalene, & alia Maria videre sepulchrum: & ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendens de cœlo accessit, & reuoluit lapidem ab ostio monumenti.* Hæc addidi necessariò, vt ostenderem quænam sit ea quæ in Psalmo prædicitur susceptio matutina. Nam cum significet ea quæ ad passionem Saluatoris nostri pertinent, nec in passione desierit ea quæ ad ipsum spectat dispensatio, passionis verò finis ipsa fuerit à morte ad vitam restitutio, & matutina susceptio: meritò oraculum huic fini admirabili ipsam dedicat scripturam, nõ secus ac si omne huiusmodi argumentum, & earum vexationum quæ finem ipsum, reditum vtique de morte ad vitam antecesserunt, & susceptionis matutinæ causa inductum sit. Vbi ergo Saluator ac Dominus illud dixit, Deus, Deus meus, respice in me, quare dereliquisti me? ac deinceps illud addit: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio populi, necnon illud subiecit: Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. & euidenter suam mortem denunciauit ex illo: In puluerem mortis deduxisti me, quoniam

Matth.27. Marc.15. Luc.24. Marc.16. Ioan.20. Matth.28.

A circundederunt me canes multi. congregatio malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos. Præterea vbi etiam ea quæ sub ipsam passionem sibi euenerunt, significauit illis verbis: Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Hæc atque his similia vbi prædixit, non intra hæc stetit, sed adiungit: Qui timetis Dominum, laudate eum? quoniam non spreuit neque molestè tulit deprecationem pauperis, neque auertit faciem suam à me: & cùm clamarem ad eum exaudiuit me. Qua autem ratione diceret se exauditum? si non consecutus esset quæ optauerat, quæque superius deprecatus fuerat, cùm dixit illud: In puluerem mortis deduxisti me, eripe à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam. hæc enim cùm orasset, ac se ex his eripi & liberari precatus fuisset, tum ea ipsa consecutus quæ orauerat adiungit: Non spreuit, neque molestè tulit deprecationem pauperis, neque auertit faciem suam à me: & cũ clamarem ad eum, exaudiuit me. B Vbi euidenter suum de morte ad vitam reditum significat, qui sub matutinam susceptionem extitit, quam Psalmus deinceps longius progressus indicauit, vbi dixit: Tu autem Domine ne amoueas longius auxilium meum, ad susceptionem meam respice. Sed quam tãdem aliam susceptionem nisi eam quam inscriptio Psalmi significauit? Cæterum hæc quidem dicta sint à nobis in ipsam Psalmi inscriptionem. In illo autem, Eli Eli lama sabachthani, quod cùm à Saluatore nostro ipsis Hebraicis nominibus dictum sit sub ipsum passionis tempus, in Psalmi initio positũ est, vide quæso ne qua insit profundior comtemplatio apud Hebræos, Nam Eloim Deus nominatur, & hoc per totam propemodum scripturam inuenies, quando vel propriè sic apud LXX. etiam nunc Hebraica voce nominatur, apud ipsos tamen Hebræos aliæ nonnullæ feruntur appellationes, ad diuinam naturam significãdam, vt illud, Saddai, vt illud Ia, vt illud El, aliáque vt his similia. C Ergo Psalmus qui nunc in manibus est, illud Eli Eli lama sabachthani, initio habet, quo etiam Saluator noster vsus est, non autem illud Eloim. Proinde Aquila cùm diuersitatẽ Dei appellationis, quæ ex ipso Eloim significatur, apud Hebræos vidisset, illud de quo nũc agimus, in illo Eli Eli, non ita quemadmodum reliqui cum conuerteret, enunciandũ putauit: sed, Fortis meus, fortis meus, quare dereliquisti me? quod quidem si exquisitius eloqui volueris, dices, Robur meum, robur meum. Quare ex huius interpretatione, Agnus Dei qui est noster Saluator, dum illud, Eli eli, dicit ad patrem: illud dicit, Fortis meus, fortis meus, quare dereliquisti me? & forsitan quod ipsum dereliquerit fortis suus, idcirco crucifixus est, vt ait Apostolus. Etenim crucifixus est infirmitate, & viuit ex virtute Dei: qui quidem nunquam cruci esset affixus, nisi fortis suus ipsum dereliquisset. *Mirabilis consecutio.* Et sanè inspice tu, quam bene cõuenerit agnum Dei, qui vt ouis ad occidẽdum D sit ductus, & vt agnus coram tondente obmutuerit, suas vires ad ipsum Deum referre, & nihil proprium se habere arbitrari, nisi vnum patrem. Proinde etiam fortem suum, ipsum patrẽ vocat. Sanè quemadmodum vel in decimoseptimo Psalmo robur suum, & firmamentum, & refugium eundem nominat, dum dicit, *Diligam te Domine robur meum. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum. Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.* *Psal. 17.* Dereliquit ergo illum fortis suus, cùm voluit illum vsque ad mortem, & mortem crucis dẽscendere, & pro vniuerso mũdo precium quo animæ redimerentur exhiberi: & vitæ eorum qui in fidem eius venissent, expiationem fieri. Ille verò protinus diuinum ac paternum decretũ intelligens, cognoscénsque si quis vnquam alius, causas propter quas à patre esset relinquendus, multò etiam amplius seipsum demisit, mortémque pro nobis ingenti alacritate subiuit, factúsque est is qui erat, & sanctissimus & benedictus, pro nobis execratio: E & qui peccatum non nouit, peccatum, vt nos efficiamur iustitia Dei in ipso. Ad hæc vbi peccata nostra detersit, tum cruci affixus est, quod quidem nos pati oportebat. & pro redimendis animis nostris ipse factus est precium: vsque adeò vt non immeritò illud propheticum possimus dicere: Ipse peccata nostra fert, & pro nobis est in dolore. Et ipse vulneratus est propter peccata nostra, & elanguit propter iniquitates nostras, vt liuore eius nos sanaremur. *Gal. 3. 2. Cor. 5. Isa. 53.* Etenim tradidit illum peccatis nostris. Quocirca tanquam traditus à patre, & languidus factus, & tãquam is qui peccata nostra assumpserit, vt ouis ad cædem est ductus. His concordat etiam Apostolus, dum ita ait: *Qui proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum.* *Rom. 8.* Cæterum excitans nos ad inquirendam causam cur ipsum pater deseruerit, ait: Quare me dereliquisti? Causa porrò hęc fuit, omnis humani generis redemptio ac liberatio, quæ præcioso illo sanguine facta est, à priore illa intolerabili seruitute, qua sub visum effugiẽtibus dominis, im- *Christus in agone quare à patre derelictus.*

puris vtique dæmonibus & malignis principibus ac ſpiritibus premebantur. Et alia item
ratione deſeruit illum pater, vt illud ſcilicet oſtēderetur, affectionē pro hominibus ipſius
quoque Chriſti fuiſſe. Quapropter cùm illius animæ eius ac poteſtatē nemo haberet, vo-
Ioan.10. lens ipſe pro hominibus illam poſuit, ita ſanè quemadmodum docet ipſe dum ait: *Nemo*
tollet animam meam à me: poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo rurſus ſumendi eam.
Iis quæ dicta ſunt, deinceps adiungit: Longè à ſalute mea. verba delictorum meorū. Pro
quo Aquila quidē, Longè à ſalute mea verba fremitus mei, expoſuit. Symmachus autem,
Receſſerunt à ſalute mea verba luctuum meorum. nec non apud quintam, quæ fertur, in-
terpretationem dicitur, Longè à ſalute mea verba deprecationum mearum. Ita vides in
nulla harum conuerſionum quæ poſterius dictæ ſunt, illud delictorum meorum haberi:
quippe cùm interdum librariis errantibus huiuſmodi varietates libris contingere ſoleant.
Ex multorum autem interpretatione inueſtigandum eſt, vtrum in his quiſpiam illum no-
ſtra delicta ſua facientem, talia enunciaſſe dixerit. His deinceps adiungit: *Deus meus cla-*
mabo per diem, & non exaudies: & per noctem, & non ad inſipientiam mihi: pro quo Symma-
chus: Deus meus, inquit, clamabo interdiu, & non exaudies: & noctu, & non eſt ſilētium.
Ergo in his patrem ſuum tāquam ſe non exaudientē admiratur, vtpote cùm nouum hoc
atque inuſitatum inſpiciat. Ille autem huic audientiam ad idoneum exaudiendi tempus
reſeruauit. Hoc verò fuit, ſuſceptionis matutinæ excitationíſque à morte ad vitam tem-
pus, quo ſanè tempore ſi quando ad alium quempiam, ad ipſum quoque iuſtè dicendum
2. Cor. 6. fuit: *In tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te: ecce nūc tempus acceptabile, ecce nunc*
dies ſalutis. Dici verò poſſunt hæc alia quoque ratione à Saluatore noſtro, tanquam ab eo,
qui conſueuerit ſemper quidem & in omnibus exaudiri à patre: nūc autem, qui etiam fi-
dem habeat ſe eſſe exaudiendum, non ſecus ac ſi planius diceret, Nunquid fieri poteſt, ô C
pater, vt ego vnicus ac dilectus filius, dum ad te patrem meū clamo, & vociferor nō exau-
diar? ſiquidem hoc ipſum ille idem docet in Euangelio Ioannis, vbi de Lazaro ſermo eſt.
Ioan.11. Nam cùm dixiſſet, *Tollite lapidem à monumento: ſuſtulit deinde oculos ſuos ad cœlum, & dixit: Pa-*
ter, gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam, quòd ſemper me audis. Si igitur ſemper
illum audit, nunc quoque non dubitans, ſed planè compertum habens ſe eſſe audiēdum,
& tanquam fieri non poſſit, vt non audiatur, ex interrogatione ait, Deus meus clamabo
interdiu, & non exaudies? nobis videlicet interrogationis notam addentibus ad verbum
Exaudies: & contrarium eius, quod interrogatum ſit, ſubintelligentibus. Siquidem hoc
ipſum paulò pòſt ſermone progreſſus oſtendit deinceps in Pſalmo, dicēs: Non ſpreuit, ne-
que moleſtam habuit deprecationem pauperis, neque auertit faciem ſuam à me: & cùm
clamarē ad eum, exaudiuit me. Quomodo igitur negatiuè illud dicetur? Deus meus cla- D
mabo interdiu, & nō exaudies: niſi ea ratione quam nos attulimus. Quam ſanè rationem
ipſum quoque arbitror ſignificare, dum dicit, Deus meus clamabo interdiu, & non exau-
dies: & noctu, & non ad inſipientiā mihi. Non enim ad inſipientiam, inquit, à me dicitur
illud Exaudies. Noui enim ipſe qua ratione hic dicam: quippe qui fidem habeam, te na-
tura propenſum eſſe ad ſuſcipiendum atque audiendum nòn ſolùm me, ſed etiam omnes
ſanctos tuos. Semper enim & vſquequaque in tuis ſanctis habitas, idémque ipſe es vniuſ-
cuiuſque Deo familiaris atque amici hominis, qui Iſrael appellari conſueuerit, laus: pro-
pter te enim ad omnem eum qui te complexus ſit, non vulgaris venire ſolet laus. Et in te
patres noſtri ſperauerunt: & cùm ſperarent, ab ingruentibus in ipſos malis liberati ſunt:
& ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: atque in te ſperauerunt, & confuſi non ſunt. Si igi-
tur omnes ſancti hæc à te impetrauerunt, & clamantes exauditi ſunt, non autem confuſi:
quantò magis me tuum dilectum filium clamantem, præ cunctis abſque mora exaudies?
Quod ſi admirantis cuiuſpiam inſtar enuncio illud clamabo, non exaudies: non tamen ad
inſipientiam profertur talis à me oratio. Noui enim ipſe quo ſenſu meas preces enuncio:
non gloriabundus videlicet, neque iactabundus. Nam cùm ſim manſuetus atque humi-
lis corde, humili item more, & meæ manſuetudini conſentaneo, humilia de me ipſo lo-
quor. Proinde etiam meipſum vermem appello: & quid verme tandem eſſe poſſit humi-
Quomodo lius? ſic ne hominem quidem meipſum dixerim, cùm vtique ad tantam humilitatem, re-
Chriſtus licta mea magnitudine deſcēderim, vt etiam verme nihilo præſtantior videri poſſim, pro-
vermis erat pterea quòd vſque ad mortem, & vſque ad interitum corporis peruenerim, (etenim qua
tandem alia ratione factus ſit vermis, niſi qua corpora ſolent corrumpi?) ad quem ſanè in-
teritum cum ipſe quoque deſcēderim, meritò meipſum vermem & non hominem agno-
ſco.

A ſeo. Ex quo etiam factus ſum opprobrium hominum,& abiectio populi,qui quidem nun-
quam id genus factus eſſem, niſi vſque ad vermis conditionem ſub ipſum paſſionis tem-
pus progreſſus eſſem. Tunc igitur videntes me in cruce ſuſpenſum ſubſannauerunt:& lo-
cuti ſunt labiis,& mouerũt caput,dicentes: Sperauit in Domino,eripiat eum: ſaluum fa-
ciat eum,quoniam vult eum, Hæc igitur planè omnia in Pſalmo de iis quæ tam lõgo pòſt
tempore futura erant,prædicta ſunt: eademque ſuum finem ſunt conſecuta: quo tempo-
re,vt eſt apud Matthæum,cruci affixis cum eo duobus latronibus,vno ad dextram, altero
ad ſiniſtram, qui illac præteribant. mala in illum congerebant, mouẽtes capita ſua,& di-
centes: *Vah qui deſtruis templum,& in tribus diebus ædificas. Saluum fac teipſum: ſi filius Dei es,* Matth. 27
deſcende de cruce,Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum ſenioribus & Scribis dicebant:
Alios ſaluos fecit,ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & cre-
B *demus ei. Si confiſus eſt Deo,liberet nunc eum, ſi vult eum. Dixit enim, Filius Dei ſum.* Vt verò eſt
apud Lucam: *Stabat populus ſpectans,& ſubſannabant eum principes cum eis,dicentes: Alios ſal-* Luc. 23.
uos fecit,ſaluum faciat ſeipſum, ſi hic eſt Chriſtus filius Dei electus. At ſecundum Marcum,*præter-* Marc. 15.
euntes blaſphemabant eum,mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templum, & in tribus
diebus ædificas illud. Saluum te teipſum,& deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotum illu-
dentes inter ſe cum Scribis,dicebant: Alios ſaluos fecit,ſeipſum non poteſt ſaluum facere, Chriſtus rex
Iſrael deſcendat nunc de cruce,vt videamus & credamus ei. Hæc namque in quo tandem ab iis
differunt,quæ in Pſalmo prædicta ſunt illis verbis? Ego autem ſum vermis,& non homo:
opprobrium hominum,& abiectio populi. Omnes videntes me,ſubſannauerunt me: lo-
cuti ſunt labiis,& mouerunt caput. Sperauit in Domino,eripiat eum:ſaluum faciat eum,
quoniam vult eum. Noli autẽ mirari,ſi hæc ſub ipſam Saluatoris noſtri paſſionem & di-
C cta ſunt,& completa? quando hodie quoque apud omnes homines, quicunque nondum
in illius fidem venerunt,opprobrium hominũ habentur. Quid enim turpius,& omni pro- *Crux Chri-*
bro vilius,quàm cruci eſſe affixum? ſed nónne etiam populi Iudaici abiectio eſt? quippe *ſti infideli-*
cum vniuerſa illa natio etiam nũc in hunc vſque diem & irridere,& negligere,& deſpue- *bus infa-*
re illum conſueuerit. Proinde Apoſtolus meritò, *Nos autem*, inquit, *prædicamus Chriſtum* *miæ loco eſt*
crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum,gentibus autem ſtultitiam. Sed nec minus ea quæ ſequun- 1. Cor. 2.
tur in Pſalmo,facilè etiam nunc inuenias à pleriſque de illo dici. Hæc igitur pro afflictio-
ne quæ illum apprehendit,etiam tunc orabat. Cum autem nihilo viliorem primam cor-
poreæ naturæ aſſumptionem,ortúmque illum de fœmina & virgine,ipſa mortis calamita-
te eſſe intelligeret,non incommodè in iis quæ ad mortem pertinent, etiam ea quæ ad or-
tum ſpectant,cõmemorat,ſic ad patrem dicens: Quoniam tu es qui extraxiſti me de ven-
D tre,ſpes mea ab vberibus matris meæ.in te proiectus ſum ex vtero matris meę,Deus meus
es tu. Meritò autem hæc meminit, vt ſeipſum conſoletur, & à præſentibus malis auertat.
Qui enim,inquit,fuiſti mihi adiutor,cùm humanum corpus aſſumerem,quo tempore ex
ipſius parturientis vtero,me,tu ipſe Deus meus & pater meus,tãquam obſtetricis fungens
officio,pro ea quæ mihi de ſpiritu ſancto cõparata erat carne,extraxiſti, tua porrecta vir-
tute da mihi iam nunc ſalutem,ne qua fraus aut vllæ inſidiæ ab aduerſis poteſtatibus ma-
ligníſque ſpiritibus,qui mihi etiam in acceſſu meo ad homines inuiderũt,fiant: quoniam
in prima item conceptione tu rurſus quòd in vterò fui,obumbraſti,vt principes ſeculi hu- *Chriſti in-*
ius ipſa de ſpiritu ſancto & ſancta virgine conceptio lateret.Quod ſanè ingens myſterium *carnatio*
tuus Archangelus Gabriel Mariæ indicauit,dicens: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & vir-* *diabolo in-*
tus altiſſimi obumbrabit tibi. Quemadmodum igitur tua nunc,qui es altiſſimus,virtus me in *cognita.* Luc. 1.
concipiendo obumbrauit,in pariendo autem extraxit de ventre matris meæ: ita quoque
E non parua mihi adeſt conſolatio,quòd multo magis de morte ſis extracturus.Atque equi-
dem hoc ſperans tibi confiſus ſum,qui meus Deus & Dominus & pater es. Et cõfiſus ſum
non nunc primum in te ſperare incipiens, ſed tunc quoque cum ab vberibus matris meæ
infantilem alimoniam accipiens,putabar vt reliqui hominum infantes, imperfectus eſſe,
& abſque vſu rationis.Non enim eram talis,licet mihi cæteris hominibus ſimile eſſet cor-
pus.Sed neque item vi neque ſubſtantia pleriſque eram ſimilis, verum potius liber ac ſo-
lutus,tanquam agnus tuus,qui Deus es,cum ab illa vſque ætate lacte nutrirer,dico autem
ab vberibus matris meæ.Cæterùm hoc nondum quiſpiam magnum arbitrabitur,ſi intel-
liget,quemadmodum prius quoque in te proiectus ſum ex vtero, & de vẽtre matris meæ
Deus meus es tu. Cum enim adhuc intra cellam geſtantis me in vtero latérem, te tamen
Deum meum videbam tanquam is qui & inconfuſus & imperturbatus in tanta commu-

nicatione corporei oneris permansissem, ac potius incorporeus tūc quoque fuerim,& ab omnibus vinculis liber. Porrò autem sic in te proiectus sum ex vtero, & sic de ventre matris meæ Deus meus es tu, vt meam virtutē cum adhuc in vtero à virgine sancta gestarer, meus quoque iam tum senserit præcursor Ioannes, qui etiam ipse in vtero Elizabet gestabatur, vsque adeò vt mea diuinitate concitus exultatione exilierit, & spiritu sancto repletus sit. Hæc igitur cuncta ad memoriam reuocans,& omni tempore Deum meum,& patrem meum ante oculos mihi constituens, meritò & sub ipsum instans comprehendentis me passionis tempus,cum tibi patri factus obediens, sponte & volens effectus sum vermis & non homo opprobrium hominum,& abiectio populi.Et nunc cum omnes meum cruci affixum corpus videntes, dum rem & fugiendam, & ominosam putant se videre, me subsannauerunt: tantum aduersum me irrisionis,tantumque detractionis iactantes, vt de non modò cogitantes ratiocinarentur,animóque versarent nefaria,sed intrepidè quoque loquerentur,& palàm enunciarēt,(siquidem locuti sunt labiis, & mouerunt caput, dicentes.Sperauit in Domino,eripiat eum)& nunc igitur,vt dicebam, cum talia me circunsteterunt, te patrem meum, qui extraxisti me de ventre matris meæ, in quem proiectus sum ex vtero, in quo speraui ab vberibus: qui etiam de ventre matris meæ agnitus es mihi, & interim agnosceris Deus:supplex oro ac precor,ne recedas à me,quoniam in proximo est afflictio. Venit enim,inquit,& quanta nondum antehac,adest, atque appropinquat, quæ comprehendit iam & mihi instat extrema omnium immodicæ meæ afflictionis nubes. Neque enim ego per afflictionem hāc quæ nunc me circunstat, crucem ipsam intelligo, neque probra ex hominibus neque ludibria, neque verò ea quæ ante crucem mihi acciderunt flagella, contumelias. & alia quæcunque debacchati sunt contra me filij hominū: sed video post solutionem corporis in ipsa morte, & ad inferos descensu appropinquantem aduersariarum & inimicarum Deo potestatum insolentem impetum. Quapropter dico afflictionem in proximo esse,quoniam non est qui adiuuet. Qui enim fieri potest, vt non immodica & maxima ipsa illa fuerit afflictio, in qua non fuerit qui adiuuaret? ille enim pro earum animarum salute accedebat, quæ apud inferos ex longissimo tempore aduentum eius expectabant,& descendebat fores æreas contriturus, & vectes æreos confracturus, & eos qui antea vincti apud inferos erant, in libertatem vendicaturus. Quod ipsum etiam factum est,quando multa corpora eorum qui dormierant sanctorum surgentia,simul cum eo ingressa sunt in verè sanctam Dei ciuitatem,aduersantes verò potestates vt hominibus nocerent,contra illum quasi in acie veniebant, mœrorē non paruum atque afflictionem illi afferentes: quippe qui etiam illas nimia bonitate defleret. Cęterùm attende, quémnam in modum cūcta hæc dicta sint,quasi ex persona eius qui in vtero sit gestatus, & de ventre matris natus, & quem dicebamus esse agnum Dei, Huic enim ipsi ita acciderunt,quæ ad passionem spectant, quemadmodum quæ ad ortum in corpore cōueniebant.Nam quod ortum est,id etiam occidit:quod verò occidit,non aliàs mortem contingit,quam si prius per ortum ingressum sit.Hæc igitur experit Saluator ac Dominus noster,non quatenus & corporis expers erat natura, neque quatenus Dei verbum, Deusque ipse intelligitur,sed quatenus idoneus erat in oratione ad patrem dicere: Quoniam tu es qui extraxisti me de vētre spes mea ab vberibus matris meæ.In te proiectus sum ex vtero. Ex ventre matris meæ Deus meus es tu.Hic igitur dum in ipsa passione est,supplex ad patrem suum ea dicit quæ iam exposita sunt. Et cum tam multæ,inquit, me circunuenturæ sint copiæ ex aduerso efficaces, & impuri dæmones, & spiritualia nequitiæ, & denique is qui omnium pessimus est,ipse inquam princeps seculi huius,(quos propter malitiam feras malignas nominare par est, & vel tauros agrestes,vel vitulos, vel leones, vel canes) & me contra omnes stare oporteat,ne quidquam boni in eos sim collaturus,propterea quod ipsi propter supremum malitiæ habitum, meorum bonorum capaces nō sunt, neque adiutorem aut socium habeam quempiam eorum ipsorum qui dicti sunt,in certamine mihi pro salute animarum ineundo,quæ sunt apud inferos,cur tandem non meritò dixerim, quòd in proximo sit afflictio,& quod nō sit qui adiuuet? Cæterùm, malignas quidē atque aduersas potestates non fuisse illi auxilio, neque succurrisse ad bonum properanti mirari nihil necesse est:verùm quod omniū maximum est,ex ea afflictione,quę illum maximè premebat,id sanè fuit, ne fauentium quidem ac propitiorum angelorum quempiam, nec diuinarum potestatum prorsus vllam,ausam esse regias mortis domos inuadere, atque ad auxilium animarum quæ illic erant,sociam se præbere. Siquidem vni illi hoc immotum seruabatur,

Maxima afflictionū Christi fuit dæmonum aduersus illum impetus.

Impetus dæmonum in descendentes ad infernum.

Matth. 27.

Dæmonibus inhæret supremus malitiæ habitus.

Nulla diuinarum potestatum ausa est ad inferos Christum comitari.

A seruabatur, quandoquidem vni etiam apertæ sunt portæ mortis, & vnum illum Orci ianitores conspicati formidauerunt, ipseque ille qui mortis imperium habebat, de regiis sedibus cedens, vtpote qui vnum illum suum Dominum cognosceret, cum illo est locutus deprecantium ac supplicantium more non minus ignauiter, quàm apud Iob de his ipsis rebus scriptum est: sed tamen nefariam illius tyranni impotentiam vsque adeò cernens inualuisse, vt nullus alius cœlestium adesse illi in talibus locis auderet, atque ad earum animarum salutem, quæ illic detinebantur, socium se præbere, meritò ait afflictionem propius adesse, propterea quòd nō sit qui adiuuet. Quippe quum vnus ille qui potuisset etiam talibus in locis illi opitulari, ipsum deseruisset, vt videlicet illustre illud eximiúmque inceptum illáque singularis aduersus omnes victoria tanquam propria ipsius apud omnes prædicaretur. Itaque quum ille qui vnus ipsi auxilio esse poterat, tūc ipsi auditor nō esset, *Triumphus Christi apud inferos.*

B merito in ipso initio ait illud: Eli Eli lama sabachthani: hoc est, Deus meus, Deus meus. quare me dereliquisti? nam quum idem conciperetur, & in vtero à sancta virgine gestaretur, tunc quidem paterna vis cum ipso erat, quo tempore spiritus sanctus virgini superuenit, & virtus altissimi obumbrauit illi: ipseque pater eum qui gignebatur, sicut oraculum indicauit, de vētre matris extraxit. Quum autem sub ipsum passionis tempus ad luctam aduersus mortem exueretur, non item illi tunc erat adiutor. Ego namque hoc ipsum illi testificāti credo. Nam illud, Eli Eli lama sabachthani, quod ab ipso in cruce dictum est, necnon à Psalmo propheticè enūciatum: itémque quod afflictio prope adesset, & quod non esset qui adiuuaret: quid tandem sibi aliud volunt, quàm quòd tanquam magnus certator, tam multis tantísque aduersariis ipse esset obiectus, præfecto eius certaminis & totius negotij gubernatore supremo omnium Deo? Præsidem ergo rerum gerendarum atque *Luc.1.*

C assessorem precabatur patrem, vt quasi peritissimus aliptes sibi adesset tūc maximè, quum alius ipsi adiutor adesse poterat nullus, præter vnum ipsum qui totius negotij erat gubernator. Quocirca dum orat. sic ait: Ne recedas à me, quoniam afflictio propè adest, quoniam non est qui adiuuet. Diuinis autem oraculis cernens, quum adhuc illi corpus in ligno esset suspensum, extrinsecus circum hunc aërem versantes incorporeas, & hominibus inuisibiles potestates, quæ circum ipsum quasi crudiuoræ aues & feræ aduoluebantur, & ad mortuum citò futurum ipsius corpus, vndique confluētes principatus & potestates aëris huius ac spiritus, qui efficaciam suam exercent, in filiis cōtumaciæ, necnon circum terram per totum orbem, qui incolitur ab hominibus volitātes, dæmones. Credibile autem est, vidisse infernas quoq; ac tartareas beluas agrestes atque formidabiles, de quibus Isaias ad eum qui de cœlo ceciderat luciferum sermonem intendens, ita loquebatur: *Infernus* *Isa.14.*

D *subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitati sunt tibi omnes gigantes.* Hæc itaque omnia conspiciens, suum extrinsecus cruci affixum corpus in orbem cingentia: seque aduersus ipsum comparantia, multitudinem eorum collectam describit, sic dicēs: Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, vt leo rapiens & rugiens. Etenim dum animam, vt par est, humanam & cæteris similem, nec amplius præterea quidquam esse arbitrantur, quod in corpore Iesu habitabat: beluæ, de quibus diximus, aperuerunt os suum: vt quemadmodum alias hominum animas consueuerant, ita etiam hanc deuorarent. Quapropter sic ait: Aperuerunt suum tanquam leo rapiens & rugiens. Quibus deinceps adiungit, Quasi aqua effusus sum. Quod quidem vel ipsis sensibus percipi potuit, atque historia fidem faciente completum est, quum videlicet vnus militum, vt est apud Euangelistam Ioannem, agni Dei lancea latus aperuit, & exiuit *Ioan.19.*

E continuò aqua & sanguis: sed tamen totam spiritualis naturæ mortificationem significare, vbi ait: Quasi aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit gutturi meo. Quid enim aliud tādem vniuersa hæc significent, quàm mortui corporis conditionem? proinde ilicò adiungit illud, Et in puluerem mortis deduxisti me, Hæc igitur dum prouidet nondum facta, vt aduentantia, tamen & de proximo imminentia, & seipsum iam circunuenientia, dicebat. Sed rursus repetitis iis quæ iam antea gesta sunt, vt seipsum de iis quæ post euētura erant consolaretur, quæ sustinuerit insidiis circunuentus, docet his verbis: Quoniam circundederunt me canes multi. Congregatio malignantium obsedit me. Quibus sanè verbis tum ipsos milites, tum etiam Iudæos qui in seipsum conspirauerant, intelligi vult. Siquidem *milites Pilati suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum, chlamydem coccinam circundederunt ei.*

Et plectentes coronam de spinis, imposuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genibus flexis ante eum, illudebant ei dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem & induerunt eum vestimentis suis, & abduxerunt eum vt crucifigerent: propemodum re ipsa complentes illud, Quoniam circundederunt me canes multi, conciliũ malignãtium obsedit me. Quin illud etiam: Effoderunt manus meas & pedes meos, denumerauerũt omnia ossa mea. Item illud ipsi autẽ considerauerunt, & inspexerunt in me. & illud: Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Hæc inquam, omnia tunc completa sunt, quum in cruce & manus illius & pedes claues transfixerunt: & quũ illius vistimenta acci-
Ioan.19. pientes, ea inter se diuiserunt. Nam eam rem Ioannes exponit his verbis: *Milites igitur quum crucifixissent Iesum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem & tunicam. quia verò tunica erat inconsutilis, à summo contexta per totum, dixerunt inter se: Ne scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit, vt impleretur scriptura quæ dicit: Partiti sunt vesti-*
Matth. 27. *menta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem.* Et milites quidem hæc fecerunt. Matthæus verò iisdem rebus gestis in hunc modum fidem facit: *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes, vt impleretur quod dictum est per prophetam: Diui-*
Canes iuxta crucem Christi. *serunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem, & sedentes seruabant eum.* Canes autem erant qui illum circundederant, & conuentus malignantium, ipsi ad circuncisionem pertinentes magistratus Iudæorum, & scribæ, & principes sacerdotum, & pharisæi, qui etiam vniuersam multitudinem compulerũt, vt sanguinem illius & aduersum sei-
Isa.56. psos, & aduersum filios suos peterent. Proinde Isaias planè illos canes vocat, dum dicit: *Omnes canes stupidi, qui nequeunt latrare.* Quum enim eos oporteret, tametsi pastorum morem nõ susceperant, attamen bonorum canum instar, Domini sui rationalem gregem atque oues domus Israël custodientes, doctè ac prudenter latrare, Dominumq́ue suum ac pastorum principem demulcere atque agnoscere, omníque custodia creditum sibi gregem conseruare: latrare autem si fortè acerbius vellent, contra eos id facere qui extrinsecus gregi insidiarentur: ipsi contra, canum stupidorum, réque vera insanientium instar, latratus suos emiserunt, & oues pastoris efferarunt, vt meritò conueniat eis illud: Circundederunt me canes multi cõcilium malignantium obsedit me. Quinetiam omnes quicunque in hunc vsque diem itidem vt illi pergunt maledicere ac latrare aduersus Christum Dei, ab illis diuersi putandi non sunt. Nec minus ij qui tunc in illum impiè grassantium militum instar, nunc filium Dei iterum cruci affigunt, palámque ignominia afficiunt, nõ lon-
Hebr. 6. & 10. gè admodum ab illorum nefaria voluntate recedunt, omnes verò hi sunt, qui etiam nunc Christi corpus, hoc est, Ecclesiam suscipientes, manus illius & pedes & ossa præterea dissipant, si modo omnes vnum corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem singulorum inui-
1.Cor.4. cem membra. Neque verò caput pedibus dixerit, Opera vestra non indigeo: sicut nec manibus quidem oculi: Illis ergo temporibus quidem insectationes grassantur, si qua fortè Christi membra ab inimicis atque hostibus vexentur, non intempestiuè illis tum quoque dixerit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem considerauerunt, & inspexerunt in me. Tunc etiam diuidunt eius vestimenta sibi, & in vestem eius sortem mittunt, quum ipsius verbi ornatum, hoc est, diuinarum scripturarũ voces alias aliter vnusquisque corrumpit & lacerat. item quum opiniones de illo peruersis documentis excipiunt. cuiusmodi sunt, quæ nefarij hæretici facere solent. Post omnia hæc ad suum Deum & Dominum patrem orationem intendens, subiicit illud: Tu autem Domine ne procul amoueas auxilium meum. Siquidem tanquam in angustum redactus ad ipsam certaminis ostentationem, & solus absque adiutore aduersus mortem nudatus: quum planè compertum haberet auxilium sibi apertè non aliter affore, quám per restitutionem à morte ad vitam, meritò in præsentia orat ex acie aduersariorum euadere. Quocirca sic ait: Tu autem, Domine, ne procul amoueas auxilium meum, ad susceptionem meam respice. Etenim ab auxilio tuo susceptio mihi veniet. Propter quam susceptionem totus Psalmus meritò inscriptus est, Pro susceptione matutina. Ad susceptionem igitur respicè, præstant mihi quàm celerrimè sub ipsam auroram reuersionis à mortuis susceptionem: quam sanè spero me consecuturum, quum eam non procul à me amoueris, & eripueris à framea animam meam, & ex manu canis vnicam meam: & quum seruaueris me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Quibus verbis illum arbitror significare infernas potestates, quas sanè non nostrûm fuerit speciatim distinguere ac

diuidere,

A diuidere, quemadmodum ex eis alia quidem, quæ framea sit, intenta sit in animam Saluatoris nostri: alia verò, quæ ipsi morti sit canis, mortiferam manum porrexit, vt illum attingeret, ex quo ait: Eripe à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam. Alia item maligna quædam potestas, omnium illic ferarum princeps, quæ leo appelletur, vbi latum supráque omnem modum hians mortis os diduxerit, vnà cum cæteris quæ ad inferos descendunt, illius quoque animam deuorare conata sit, non aliter sanè quàm quemadmodum olim prius deuorauerat mors inualescens: quę quidem mors non alia fuerit, quàm qui hoc loco leo nominatur, & qui os contra Saluatorem nostrum aperuit à quo ipso se saluum euadere patrem suum orat, dicens: Salua me ex ore leonis. Fieri etiam potest vt aliæ præterea sint quædam malignæ, ac Deo rebelles potestates aduersus Dei vnicornem nitentes, eúmque in contrarias partes abducere conantes, à quibus item, Dei vnicornis, ipse Dominus noster, solum patrem cornu habens, suam liberari humilitatem po-

Leonis os hians quid significet.

B stulat, dicens: Et à cornibus vnicornium humilitatem meam. Sed quam tandem humilitatem nisi hanc ipsam, secundum quam quum in forma Dei esset, humiliauit seipsum & euacuauit, factus obediens vsque ad mortem, mortē autē crucis? Cæterùm is qui ad tantā humilitatē descendit, & huc vsque peruenit, hoc est, vsque ad orci frameam, & vsque ad manum eius, qui illic dicitur canis, (ex quo etiam scriptores Græcorum par est, quum de tali cane audiuissent, qui Orco inseruiret, hunc ipsum tricipitem pinxisse,) item qui vsque ad fauces eius, de quo iam dictum est leonis perrexit, & humilitatem suam aduersariis & & Deo animicis vnicornibus substrauit, & huiusmodi fine omnem suæ euacuationis & humilitatis dispensationem terminauit: ac deinde precatus est, quod iam reliquum erat, se & auxilij & susceptionis à patre compotem fieri, illud adiungit: Tu autem Domine, ne

Philip. 2.

C procul amoueas auxilium meum. & susceptionem meam respice. Quod sanè vbi dixit, nō diu moratus, à Patre suo est auditus, qui quidem neq; cūctatus est neq; quod statim facere poterat, in lōgum distulit, sed reipsa propemodum ad illum respondit. Adhuc loquente te dicā, ecce adsum. Itaque is qui hoc ipsum iam senserat, & paterni auxilij quemadmodum supplicauerat, compos factus erat, tum denique illinc hymnum ad victoriam inchoat, dū pro matutina susceptione Psalmum facit, vbi ait: Narrabo nomē tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Primis enim suis discipulis & apostolis quæ ad suā lætitiam & exultationem pertinent, pollicetur se nunciaturum, eos interim nominans fratres. Quibus consentanea etiam Matthæus exponit, dum dicit: *Ecce Iesus occurrit illis* (vbi illas intelligit, quæ cum Maria Magdalena erant) *dicens Saluete. Illæ autem accesserunt, & tenuerūt eius pedes, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite annunciate fratribus meis, vt abeant in Galilæam, & ibi me videbunt.* At verò Ioannes post reditionem à mortuis ipse quoque in-

Matth. 28.

Ioan. 20.

D ducit Iesum dicentem ad ipsam Mariam: *Noli me tangere, nōdum enim ascendi ad patrē meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrē vestrum: & Deum meum, & Deum vestrum.* Primis ergo apostolis suis, quos suos fratres nominat, nomen se patris sui narraturum ait. Post illos autem ipso ordine ipsáque consequendi ratione Ecclesiæ, quæ per totum orbem terrarum in nomine ipsius fundata est, paternum hymnum se expositurum promittit. Quemadmodum enim si quis excellens sapiētia præceptor in mediis suis discipulis verba percurrat, vt ipsi quoque audientes auscultent: ita etiam ille, in medio ecclesiæ, inquit, laudabo te, vt quum hoc ecclesia didicerit, dum ab ipso audit, non vltrà vt antea dæmonas, sed, vt par est, ipsum vniuersi Deum per eum illū denunciat, hymnis concelebret. Hæc vbi se facturum promisit, tum admodum conuenienter atque aptè iam inde imperat ecclesiæ, ac suis fratribus vt hymnis celebrēt patrem, vbi ait: *Qui timetis Dominum,*

E *laudate eum. Omne semen Iacob glorificate eum. Et timeant ab eo omne semen Israel, quoniam non spreuit, neque molestè tulit deprecationem pauperis, neque auertit faciē suam à me: & quum clamarem ad eum, exaudiuit me.* Quibus verbis planè ostendit se ab illis esse liberatum malis quæ superius dicta sunt. Si enim quum clamaret ad illum ab illo exauditus est, & clamans precatus est vt eriperet à framea quidem animam suam, à cane autem vnicam suam, necnon ab ore leonis & à cornibus vnicornium humilitatem suam. Sequitur, vt intelligamus illum liberationem talibus malis consecutum: quippe qui dixerit, Deum non molestè tulisse deprecationem suam, neque faciem suam auertisse ab ipso, sed clamantem ipsum exaudiuisse. Quocirca eidem de tantis malis erepto, & ipsi morti elapso, abundè contigit vnà versari ac degere cum suis & discipulis & fratribus in media ecclesia patrem laudare. Sed attende rursus vt pauperem seipsum iterum vocat, in eo concordans cum antè expositis

prophetiis,in quibus pauper & egenus eſt nominatus. ſed quia ſuum ad vitam reditum in his indicauit,rurſus ſermonem conuertens ad patrē. A te,inquit, laus mea in eccleſia magna: In quibus ſanè verbis eccleſiam in nomine ipſius ex gentibus collectam, & in toto orbe conſtitutam intelligit,in qua Saluatoris noſtri laus,patre ipſo annuente, atque opem ferente aſſiduè canitur.ex quo ait, A te laus mea in eccleſia magna. Magna enim reuera eccleſia hæc eſt, quippe quæ ex omni genere hominum collecta ſit, & ne comparāda quidem propter grauitatem & præſtantiam vitæ, & propter inſtitutorum magnitudinem ad Iudaicam gentem, & ad circunciſorum conuentum,qui omni egeſtate & orationis & vitæ & prudentiæ & reliquæ de Deo ſentiendi rationis oppreſſi attenuatíque ſunt. Deinde ſubiicit: *Vota Domino reddam in conſpectu omnium timentium eum*, vbi per timentes eum, intelligit eam quam ante eccleſiam magnam nominauit, quum illis verbis vſus eſt: *Qui timetis Dominum,laudate eum.*Sed quæ tandem vota redditurum ſe ait,niſi quæ pollicitus eſt? quæ porrò pollicitus eſt,niſi illa quæ tum ſignificauit quum dixit? *Narrabo nomen tuum fratribus meis. In medio eccleſiæ laudabo te.* Vota enim ſunt promiſſa quæ ſe in medio eccleſiæ præſtaturum pollicitus confirmauit. His illud adiungit: *Comedent pauperes, & ſaturabuntur,& laudabunt Dominum qui requirunt eum.Viuent corda eorum in ſeculum ſeculi.Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ.Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gētium,quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentibus.* Quibus verbis valde apte admodumq́ue ordinatè,quæ à ſe poſt reditum in vitam rectè facta ſint, quóſue ſucceſſus habuerit,commemorat: quæ vniuerſa per omnium gentium vocationem completa ſunt,& per hominum ex orbis terrarum finibus electionem. Quarum rerum euēta quæ ipſis oculis intueri licet facilè iis quæ in hoc Pſalmo dicuntur,fidem facere poſſunt. Per pauperes autem rurſus nos intelligit quos in paupertate ſecundum Deum degentes, dum ſalutare verbum intelligibili rationalíque pane, hoc eſt, cibis qui vitam animis afferant, enutrit, vitam nobis largitur æternam. Ex quo Pſalmus ita ait: Comedent pauperes,& ſaturabuntur,& laudabunt Dominum qui requirunt eum. Viuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Peroratio verò totius prophetiæ,quæ poſt omnia illud continent, Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciabunt iuſtitiam eius populo qui naſcetur, quem fecit Dominus: abſque omni controuerſia populum de gentibus collectum prædicit, conſtitutámque per Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum in terra generationem, nam quis tādem fuerit is populus, qui poſt ipſa hæc Deo dicatur oriturus? quippe antea quidem non fuerit, neque extiterit inter homines,poſtea verò extiterit?quæ porrò generatio illa,quum tunc quidem non eſſe, pòſt autem venturam ſignificat? niſi hæc quæ per Saluatorem noſtrum in toto terrarum orbe conſtituta eſt eccleſia, recénſque hic collectus de gentibus populus? de quo etiam per Iſaiam ſpiritus ſanctus cum admiratione locutus eſt, quum dixit, *Quis audiuit talia? & quis ita vidit? ſi parturiuit terra in die vno, & ſi nata eſt gens omnino.* Hæc igitur nos ad alia ob breuitatem temporis feſtinantes,percurrimus: atque, vt dicitur ſummis labiis attingentes, præteriuimus. Cui autem curæ ſit adhortatio Saluatoris noſtri.

DE EVANGELICA DEMONSTRATIONE FINIS.

EVSEBII

A

EVSEBII CÆSARIENSIS ADVERSVS HIEROCLEM LIBELLVS.

PROLOGVS ZENOBII ACCIOLI ORDInis prædicatorum, ad magnificum virum Laurentium Petri filium Medicem, in opusculum Eusebij Cæsariensis episcopi è Græco in Latinum conuersum.

B

NON sine consilio factum arbitror Laurenti, quod in Eusebij Cæsariensis episcopi volumen nuper inciderim, quo Philostrati libri octo de Apollonij Tyanei vita & moribus refutantur: quanquam enim suspicari vix licet ex Philostrati lectione bonum virũ desipere, grauémque posse, cum sit ille doctorum consensu maximus fabulator, eiúsque Tyaneum non diuus modò Hieronimus, ac nostrorum plerique magum appellent, sed Lucianus Rhetor in Alexandro, cum tota eum familia detestetur: quia tamen non omnes æquè prudentes sumus, & in ea tẽpora incidisse videmur, quibus studiosi adolescentes iuxta Pauli sententiã, non inuiti ad fabulas conuertuntur, votis est omnibus expetendum, C ne qua detur occasio cuiquam id agendi, quod Alexander olim Mammeæ filius imperator, & Hierocles Philosophus factitarunt: quorum alter suo in larario Tyaneum Christo, Abrahæque adiunxit, quem pro deo veneraretur. Alter verò ex Philostrati monimentis rem multo nequiorem aggressus, Philalethem in Christianos librum conscripsit, nil in eo aliud struens, quàm vt Apollonium Tyaneum Iesu Christo conferret, Probe igitur Eusebius noster ille quidem pro nobis semper acerrimus propugnator, non quibus alios strauit armis contentus, propria se in Hieroclem rhomphæa, iaculóque armauit particulari, scilicet libro ad vtriusque leuitatem tollendam maximè facto, qui si ad manus olim Alemanni Rinuccini venisset. vtriusque linguæ studiosi ciuis nostri, qui temporibus his Philostratum Latinum effecit, puto equidem in hoc potius vertendo laboraturum fuisse, aut illi saltem moderatorem hunc fuisse, correctorémque adiunctum, vt sicut vbi officiosus D vir doctis auribus multarum rerum cognitionem, & cosmographiæ notitiam comparabat, ita facem quoque ad euitandos scopulos prætulisset. Verùm illi quidem, quod pro rei argumenta nullo malo consilio profuit, laus est danda: neque verò cæteris, si qua maioris boni datur oraculo relinquenda. Cum itaque librum hunc in bibliotheca gentis vestræ multa vetustate quasi abolitum reperissem, meas esse partes existimaui, per me vt Latinè loquens prodiret, qui nuper in sacrum diui Dominici ordinem ascitus essem, pro tuenda Christianæ fidei veritate modis omnibus excubãtem, atque his ceu religionis nostræ primitiis, bonis iuuenibus, studiosisque prodessem. Neque enim verendum, quin si non inscitiam quidem meam, sed disputantem Eusebium contemplentur, Philostratum sumere tuto in manus possint, cum per Eusebij librum hunc exarmatus iam sit ille, atque extinctus. Præcipua verò mihi ratio illa fuit vni tibi potissimum nuncupandi, quia cum tu me E & fraternè habendo, & in bonis literis adiuuando, magnos diu feceris sumptus, ita me tibi omnia deberi intelligo, vt si qua etiam posthac sim cæteris dicaturus, tui tamẽ illa quoque futura sint iuris. Cape igitur humanitatis erga me tuæ fructus aliquos Laurenti, quos tibi & nostra necessitudo, & Eusebij autoritas dulces scio, gratósque præstabunt. Sed & tu perge aliquid de Deo optimo Maximo meditari, vt sicut hic charitate magna vincimur, ita bonis operibus incumbendo, Dei misericordiam prouocantes simul quoque cœlesti patria perfruamur.

In lib. de præparatione Euãgelica.

EVSEBII CÆSARIENSIS EPISCOPI LIBER CONTRA HIEROCLEM, QVI EX PHILOstrati historia comparauit Apponium Tyaneum Saluatori nostro Iesu Christo.

EN amice illa quoque suscipere dignum est, quæ modò hic Hierocles Paradoxè iactabat magistro, ac Saluatori nostro Tyaneum componens? Nam si reliqua ipsius Philalethis deliria contemplemur (pulchè enim veritatis inscriptione cessurum putat suis contra nos libris) haud ita magnum operæ nunc prætium fuerit, in eo duntaxat versari me, vt ostendam quæ illius feruntur scripta, non esse quidem sua ipsius, seu ex aliorum non sententiis modò, verum dictionibus quoque ipsis, ac penè syllabis impudenter subducta, non indigna nimirum quæ & ipsa sua quãdoque refutatione damnentur, Tametsi re quidem ipsa iam pridem, licet non destinato contra se stilo, satis illa euersa videantur, voluminibus octo ab Origine conscriptis in Celsi orationem, quæ vera inscribitur, vel Philalethe ipso arrogantiorem multo, iactantiorémque: ibi enim rationes ille omnes abunde complexus, quicquid in eam rem cuiquam vel dissertum est vnquam, vel dissereretur omnino, quasi præoccupatione dissoluit. Eò nos igitur ablegantes, si qui paulo maiore studio detinentur nostra ex fide noscendi. Age solum hoc tempore contemplemur, ex Philalethe ipso Dominum nostrum Iesum Christum Apollonio comparatum, inutilem prorsus operam deputantes, si de iis cum eo digladiemur, quæ aliunde is compilauit. Meritò enim quæ ad Apollonium spectant primam à nobis, ac totam operam postulare vidẽtur. Quod vnus hic omnino, præter cæteros omnes qui contra nos stili aciẽ distrinxerunt, singulare malum inuexit impuri scilicet hominis ad Saluatorem nostrum commissionem. Admiratur ergo hic & penitus confitetur Apollonium Tyaneum, nõ veneficiis quidem vllis, magicísue vestigiis, sed arcana quadam sapientia diuinarum rerum, mirabiliũ operum effectorem, temeraria quadam fide, nulla tamen demõstratione in hãc sententiam demersus & confirmatus. Audi verò quibus increpat verbis: *Súsque déque nugantur*, inquit, *Iesum tollentes, vt qui cæcis videndi reddiderit facultatem, & alia id genus admirãda præstiterit*. Tum & paulo mox ita rationibus colligit: *Videndum porrò ne diis gratissimi hominis facta latere Christiani contendant*. Hæc ipsius Heroclis verba sunt in oratione contra nos scripta, cui titulus Philalethes: Damis igitur qui cum Tyaneo plurimum vixit, peregrè eum de Assyria comitatus, vbi & illi primum cõgressus est, ex illo cœptam inter se amicitiam historiam confert. Nam Maximus quidem particularia quædam hominis huius facta parcè admodum breuitérque perstringit. Atheniensis verò Philostratus, & vtrũque complexus, & aliorum quoque se scripta collegisse affirmans, exactissimam sanè ab incunabulis inde orsus, obitu quoque tenus historia texit. Si quando igitur licet, nostram quæso (vt isti aiunt) leuem simplicitatem, contráque Philalethis acre illud comparãdis rebus omnibus, firmúmque iudicium disquiramus. Non id quidem hoc loco inspicientes, vter maiore præstet diuinitate, pluráue miracula, & illustriora effecerit, neque quod de vno tãtum redemptore nostro, ac Domino Iesu Christo in humanitatem venturo diuinitus inspirati prophetæ à seculo vetustatis Hebraicæ prædixerunt, non quòd multo plures idem Iesus cœlestis doctrinæ verbo ad se conuertit, non quòd ingenuis ac legitimis discipulis clarè paratis vltrò pro illius doctrina mortem subire, non quod frugalis vitæ ludum solus aperuit, futuris quoque seculis fructuosum, nõ quod virtute suæ diuinitatis orbi terrarum salutaris affulsit, hodiéque multa hominum millia vndique ad haustum diuinę sapientiæ suæ trahit, non quòd vnus ab omni hominum genere tot iam seculis oppugnatus, contra tamen hostiliter impellentes, siue illi gentium reges, siue subiecti, inuictus, ac inexpugnabilis durat, robore quodam diuinitatis occulto sacræ reluctantibus doctrinæ sese insinuãs. Quam verò semel ipse verbi sapientiam pectoribus inseuit, atque transfudit, per immensa secula terræ ambitus ditione magna cõseruans, non denique quod virtutis entheæ vim nunc quoque planè testatur improbos dæmonas vel corporibus hominum, vel animis insidentes, sacrosancta duntaxat nomini sui compellatione extrudens. Hæc enim secus de

Hieroclis verba.

Qui descripserint Apollonij vitam.

Mallem legere, historia refert.

Apollonio

A Apollonio cogitare, summæ cuiusdam sit, ne dum alios sciscitari, dementiæ. Quæ nos
omnia post habentes, vnam modo Philostrati pensitemus historiam: ex hac enim certis
rationibus conuincemus. Apollonium non inter philosophos locum, ac ne inter me-
diocris quidem ac vsitatæ probitatis viros dignum sortiri, nedum sit illi Saluatori nostro
ratione aliqua conferendus, quatenus inquam colligere de ipso Philalethis autore, eru-
ditione quidem magna referto, veritatem verò ipsam etiam probro afficiente: huius e-
nim notæ Philostratus ipse est cum aliis omnibus apud illũ scriptoribus. Ex quo nobis
planè constare potest, cæteros quoque quos ille autores habet, cognitione quidẽ multa
rerum magnáque fuisse, minus tamen in eo elaborasse, vt Apollonij vitam fideli histo-
riæ commendarent. His itaque ad disquisitionem collectis satis puto constabit, & Phila-
lethis huius indicia simul cuncta, testimoniáque complexi, acre illud in Christianos, re-
B rúmque omnium, vt de seipso ait, iudicium consultissimum, nostráque vicissim quos ille
pro tardis ac deceptis habet (vt eiusdem verbis vtar) inepta leuitas, & stoliditas patefiat.
Neque verò me latet alium quidem audacter statim à maledictis scribendi initium
fuisse sumpturum, velut hosti insultantem, contra quem scripturum se nosset. Ego verò
amice alia mihi ratione agendum censeo. Nam Tyaneum quidem magna olim rerũ hu-
manarum sapientia fuisse hominem credidi. Velímque nunc etiam modò liceat eadem
in sententia permanere. Denique si de Thyaneo quid sentiam planè me rogas, ego sic
statuo: Siquis hunc in philosophorum albo repositum velit, ita sanè vt fabularũ figmen-
tis æquos naturę fines minus conturbet, nullam fore nobis inuidiam, quin magnificè de
illo & sentiat, & loquatur. Sin verò quis terminos euagari, supráque philosophiam se
ferre ausit, siue ille Assyrius Damis, Atheniensisúe Philostratus, siue historicus, oratórve
C ille sit, verbis quidem veneficia diffitens, re tamen ipsa magis hominem deprimẽs, quàm
oratione attollat: hic sanè velut egregiè personatus Pythagoræ disciplinam fronte effin-
gens, se quidem nobis philosophum ostentabit, asinus tamen erit leonis pellem superin-
dutus, neque aliud planè quàm ciuitatum spectabilis circulator, ac clamosus sophista,
magúsque pro philosopho, ac veneficus deprehendetur. Vnde verò in hanc sententiam
ducat, quæso attende. Naturales termini quidam sunt substantiæ vniuersæ principia, me-
dium finésque circumplexi, modos scilicet rerum omnium, legésque, quibus ex rebus
quantacúmque hæc mundi machina & structura perficitur: hi verò termini solidis le-
gibus disponuntur, nexibúsque firmissimis cohærentes, prouidentiæ gubernantis sapiẽ-
tissima decreta custodiunt, & asseruant. Haud igitur vnquam temere loco moueat ordi-
némve commutet eorum quicquam, quæ ita semel disposita atque instituta sunt. Omnis
D enim quem cupido paulò audentior subit, vltra naturæ leges se ferre, quo minus id face-
re possit, iisdem legibus coercetur. Neque enim est aquatilẽ piscem degere in terras tra-
latum, neque terris innutritum animal sic vrinabit, vt assiduam sub aquis diligat moram,
non exultim ita solo tolletur, vt cœlo pensilis (quanquam id valde appetat) queat aquilis
interesse. Cum tamen volatilium sit ad terram descensus, alarum præpetem illam vim
cursúmque sistentium, ita enim diuinis legibus sancitum est, vt summa imis per discen-
sum communicent, non tamen quod humile ac terrenum est, in sublime continuò sese
tollat. Eadem ratione mortalis homo cum sit ex anima & corpore constitutus, iisdem
quoque terminis coërcetur, ita vt nec aërem graui corpore peragrare quisquam cõten-
dat, ceu terrestres semitas aspernatus, quin ad terram continuo deuolutus, meritas insa-
niæ pœnas exoluat neque vana opinione mentem suffectus, inaccessas vias animo per-
E agrabit, nisi qui atræ bilis morbo corripiatur. Sapientius ergo fecerit, an modestius mul-
tò, si congruentibus vestigiis terra incedat, animúmque doctrina, ac philosophia subni-
xus, votis exposcat, de supernis domiciliis adiutorem sibi aliquem, columénque adesse,
à quo de cœlesti fœlicitate instrui, edocerí que possit. Vt enim exemplo iam constat, par
est ægrotis medicum adhiberi, præceptorémque disciplina sua imbutis præsto esse dis-
cipulis. Neque minus eos qui supernas incolunt sedes, congressus hominum quãuis in-
firmorum, non dedignari, vicissim verò fieri nullo modo. Ex quo intelligi vobis datur ra
tionẽ nullam aduersari, quin natura ipsa diuina cũ benefica salutarísque sit, rerũ præser-
tim omniũ curã gerens, in cõmercium sese hominũ, familiaritatémq; demittat diuinæ
prouidentiæ lege ita maximè permittente. Bonus est enim Deus, vt inquit Plato, bonum
verò nulla rei cuiusquam aliquando inuidia: Non igitur bonus ille cum sit rerum om-
nium gubernator, ac pater vnius modò corporis curam geret, quin multò & animarum

Iudicium de historia Apollonij, quam descripsit Philostratus.

Iudiciũ de Apollonio.

Termini substantiæ.

Natura ita comparati sunt homines vt ad cœlestia suo Marte assurgere nequeant, & vt opus habeant Dei illuminatione.

magis,vtpote quibus,æternitatis munus,ac liberæ volũtatis arbitrium cõtulit.Hic inquã
vniuersæ dispositionis autor & magister,habiles & suapte natura animas conspicatus ad
ea bona percipiẽda,quorum ipse bonorum vim illis gratificatur,eisdẽ quasi luminis sui
Angeli ad homines missi. radios vbertim infundet. Angelũ quẽpiã de maximè sibi adiunctis ad eorũ qui in terris
degunt,salutem quãdóq;,vsúmque demittens.Quod si quẽ tanto munere fortunari cõ
tingat,tã ille mẽtẽ animúmq; purgatus,mortalitatis labe omni depulsa,diuinitati facilè
trãscribetur,ac veluti magni cuiusdã imaginẽ dei anima circũplexus tãtus iã erit,vt vni-
uersum hominũ genus in se moueat,& cõuertat,mũdúmq; sole ipso splẽdidius illustra-
bit,monimẽta sibi insitæ diuinitatis posteris quoque suis de se relinquens, neque minus
opificiis vllis quæ ex inani materia constat,entheæ naturæ præferet argumẽtũ atq; hac
demũ ratione particeps homo fiet naturæ sublimioris.Secus verò imbutũ,nequaquã fas
sit metas finésque trãsire,nõ inuolucri inquã corpore vias auiũ affectare:neque humanæ
conditionis oblitum,quæ ad dæmonas spectãt curiosius indagari.Quæ cũ ita se habeãt,
quid tantopere nobis Apolloniũ circumducis scriptor egregie? Siquidem hũc diuinum
cẽseri fas est philosophóque maiorẽ,& vt semel dicatur,excellẽtis cuiusdã supra homi-
nem facultatis,inspiciatur sanè totius quæ de illo scribitur historiæ argumentũ.Tum si
quod ex illo superest opus diuinitatis,age depromito. An non quæso absurdũ miximè
est,architectorum quidẽ opera & fabrorũ,vel iis ipsis vita perfunctis, in lõginquũ sanè
tẽpus extare,vnde illorũ nomẽ ęternitati mãdetur:diuinã verò naturam inter homines
splẽdescentem,ita angusti temporis interuallo obscuram euanuisse,neq; in seculũ vir-
tutis suæ monimẽta testari,nõ Damidis quidẽ nescio cuius aliorúmque breui dilabẽtiũ
hominũ,testimonia mẽdicãtẽ,sed vtilitate ipsa,in multa hominũ millia, neque horum
modò,à quibus dignosceretur,sed ad posteros pertinẽte lõgè latêque diffusã?hoc procul C
dubio pacto,cõstat veteres sapiẽtes virtutis suæ imitatores quã plurimos, successorésque
reliquisse,stabili ad bene viuendum tradita illis norma.Quòd si hominem nunc morta-
litati ascribis,caue ne plus illi ad gratiam tribuens quàm par sit, pœnas violatæ rationis
Apollonij Tyanei natiuitas & forma. expendas.Atque diuinus quidã homo à Philostrato nobis adducitur,sub ipsius genitu-
rędie marini dæmonis figuram faciémque indutus.Matri enim adhuc ventrem ferẽti,
species marini Dei est ante oculos obuersata. Proteus ipse scilicet versilis apud Ho-
merum in figuras omnigenas deus.Ea verò nihil perterrita,quid paritura,esset, eum in-
terrogauit.Meipsum paries,inquit ille.Quis tu autẽ?Proteus ille,inquit,Ægyptius sum.
Tum florido in prato cygnos,ait nescio quos pariẽti illi pro obstetricibus affuisse.Nullo
tamẽ vnde hoc hausit,citato autore.Neque enim puto fabulæ huius narrationẽ scribet
Assyrius Damis.Tametsi haud multo post eadẽ historia scribat Apolloniũ,quasi diuini- D
Iactantia. Cultus. tate iã præditum sese Damidi adiunxisse,his fermè verbis illi cõgressum: *Ego amice vocũ
omnium & linguarum conscius sum,licet nullas didicerim:quoque minus mirere,potis ego sum laten-
tes cogitatus,captúsque deprehendere.* Cultum quoque Apollonium scribit in Æsculapij tem-
plo,Deo id maximè approbãte:neque verò doctũ fuisse,sed ab infantia præditũ naturali
quadam rerũ præsensione.Denique ab ipsa protinus genitura Apolloniũ sine artis impẽ-
dio velut homine potiorem tota historia nobis effingit.Sed cũ præcipuè in custodia ali-
quãdo detẽtus,se sua sponte pedicis exoluisset,planè se aduertisse Damis affirmat Apol-
lonium supra communem hominum sortem diuinitate quadam præditum esse. Neq;
enim tunc sacrorum ministerio vllo adiutũ.(Quomodo id enim in custodia potuisset?)
sed ne supplicãtẽ quidẽ aut immurmurãtẽ vincula tamẽ & cõpedes pro ridiculo habuis
Interitus. se.Cum verò de illius extremo die mẽtionẽ facit,nusquam gẽtiũ scribit ac locorum se-
pulchrum eius aliquod,vestigiúmque extare,sed viuentem ad superos ascendisse, non
sine choris hymnísque nympharum.Meritò igitur talem ac tantũ virum affirmare po-
test,multò quàm Pythagoras & Empedocles ac Plato fuerit ex philosophia diuiniorem
Ironia. effectũ.Reponatur itaque ex tam claris operibus inter deos.Neq; inuidia prosequamur
Refutatio. illam vocum omnium & linguarum naturalem ac sine præceptoris opera cognitionẽ.
Institutio. Sed enim cur illũ quæso ad præceptoris ludũ adducit illius partes attenuãs, quẽ à nullo
Philostrati contextus. paulo antè didicisse vocem ostendit,quasi Atticam eloquentiam, non natura quidem
duce,sed vsu magistro,ac exercitione perceperit,inquit enim,*cum primùm ad ætatẽ pro-
cessit literarum in illo profectus memoriæ quoque vis,ac exercitationis studium viguit, lingua verò
Attica vtebatur.Natus porrò annos quatuordecim, à parente Tarsos deductus est ad Euthydemum
Phœnicẽ,qui præcellens ætatis illius rhetor eum in eloquentia erudiret. Fuit itaque apud hunc dicendi*

artificem

A *artificem Tyaneus. Vnaque cum illo philosophiæ vacabat Platonis & Chrysippi sectatores. Peripatetici que nonnulli. Fuit etiam & Epicurei dogmatis auditor, neque enim penitus ab illius secta abhorruit: nã Pythagoricã quidem ineffabili quadam mentis vi comprehendit.* Hæc itaque omnia per magistros edoctus est ille, qui creditur vocẽ nullã vnquã didicisse, tacitósq; hominũ cõceptus solitus præsẽtire. Cæterùm Philostratus quasi per interualla respirãs, in admirationẽ rursus erumpit, sapientiã laudat Tyanei, vel in ipsis animantium vocibus dignoscendis. Ait ergo, *ad scientiam quoque Apollonius venit, qua brutorum intelligeret animalium voces. Id verò ipsum didicit, cum per Arabiæ populos iter faceret, interpretationis huius, sicuti reipsa videre est, bene consultos. Etenim ex cygnis Arabes auibúsque cæteris diuinationem, vt ex oraculis colligunt, brutorúmque callere sensa existimantur, hepar draconum, siue vt aliis putant cor ipsum depasti.* Ergo Pythagoræ sectatorem illum ab esu carniũ penitus abhorrẽtẽ, nec diis quidem ipsis per cædẽ, ac sanguinẽ litare ausum, vesci draconum corde, hepatéve oportuit, vt per hæc Arabum sapientiæ participes fieret? Cum enim sub iis magistris hanc doceretur, quánam alia ratione proficere potuisset, nisi eorum præceptis institutísque paruisset? Ergo ad enumeratos Apollonij præceptores, Arabum quoque sapiẽtes in augurandi facultate accedent: ex hac enim fertur passerem subinde intellexisse crebro pipillatu reliquas suæ speciei aues ad pastũ concire, magnámque ea de re admirationẽ astantibus præbuisse. Eadẽ ratione cum in Assyriã proficiscẽs moribundã media in via leænam offendisset, catulis simul octo iuxta porrectis, ilicò ex disciplina coniectans, spacium temporis intellexit, quo sibi apud Persas commorandum esset. Sed & Philostratus idem narrat, quædã illum in Perside aggressum, non multũ sanè ab iis dissidẽtia, quæ in Arabia prius effecerat. Nã cum Damis accessurum se ad Magos negaret, qui vnus alioqui discipulus illi erat, comésque fidissimus, ad eos tamen incomitatus se contulit, ne magicæ mysteria facultatis aspernanti ea socio patefierẽt. Magis itaque Tyaneus die medio, ac nocte intempesta operam dabat. Bardani verò Babyloniorum regi congressus, his ferè verbis vsus perhibetur: *Samij Pythagoræ sapientia mihi est. Is me Deum colendorum ritus edocuit: & quinam sint ex iis visibiles, inuisibilesque cognoscere, neque minus eorum colloquiis perfrui.* Sed enim quis hoc illi concedat? Cum Pythagoras hac de re nullũ prorsus reliquerit monimẽtũ, non abstrusè quidẽ misticéq; conscriptum, cuius iste doctrinã sequi potuerit, ad hæc qui illum in Pythagoricis erudiuit, nihil ab Epicureis dissidebat, vt Philostratus ipse meminit: *Præceptorẽ enim in Pythagoricis,* inquit, *habuit hominẽ parũ sanè officiosum, minimũque reipsa philosophãtem, vtpote qui gulæ ac veneri deseruiret, magísque ad Epicuri vitam formatus esset, is porro Euxenus erat ab Heraclia Ponti ciuitate, Pythagoræ dogmata non secus tenens, quàm sciunt aues ea referre, quæ ab hominibus didicerunt,* ô rẽ fatuam & insulsam Tyaneum dicere ab eiusmodi præceptore deos alloquendi rationem edoctũ. Sed concedamus, ab aliis ea præceptoribus accepisse: tametsi noster historicus hoc ne innuit quidem. Sed quis horũ promissi tam grandis autor extabit, vt & ipse deorum visibiliũ & qui inuisibiles sunt cõgressum, velut à Pythagora edoctus tenere se dicat, & facultate præditus sit, rem eandem cæteros edocendi? Neque enim puto clarissimus ille hominũ Plato, qui Pythagoricæ prẹter cæteris omnis disciplinæ particeps factus est, neque Tarẽtinus Architas, neque qui Pythagoræ dogma Philolaus cõscripsit, neque si qui alij sũt eadẹ secta, illustres, qui sensa illius, opinionesq; literarum monimentis mandarunt, tali vnquam sapientia viguêre. Apollonius ergo noster aliunde quidem, nõ autem ab ipso Pythagora hæc edoctus, nomen tamẽ titulúmque Pythagoræ ad autoritatis speciem ascribit. Vt autem manifestarium quis illi mẽdacium pro verò concedat, haud tamen scio quo pacto hæc de Samio præceptore acceperit, cum Pythagorã cõstet infinitis ante annis vita perfunctum. Ergo ad Arabes Apollonij præceptores Samiúsne quæso Pythagoras ipse accedet, vnde scientiam hauserit diuinarum rerum? At qui si quis diuino præditus ingenio fuit, historia de magistris planè mentitur. Sin historia verax est, falluntur sanè qui de illius diuinitate & loquũtur & scribunt. Neque verò mihi est animus diligentius nunc quicquam de Proteo indagari, vllámve super hoc portento quæstionem habere: neque ad cygnorum cantus comprobãdos, quos ridicule nimium parienti Philostratum matri obstetricatos affirmat. Multóq; magis etiam indignũ puto super fabulam demissi cœlo fulminis eodémque regressi, citare testes. Nque enim Damis, vt ante dixi, harũ se rerũ consciũ dixerit longo post tẽpore, ex quo hæc acta dicuntur in Nino Assiriæ vrbe Tyaneo adiunctus. Equidem modò certa signa nõ desint, vnde probabilis fiat fides, planè adducar, vt pro veris admittam,

Miram.

Apollonius brutorum voces intellexit si diis placet.

Apollonius Magos audiuit.

(Marginal letters: B, C, D, E)

si qua etiã per excessum paulò maiora in boni viri laudẽ dicantur, mõstris tamen exemptis, & quæ scatentia nugis deprehenduntur. Non igitur inuidebo, si prodat historicus genus esse Apollinij nobile & antiquum, & quod in conditores patriæ referatur. Diuitẽ fuisse concedam supra incolas regionis suæ. Ab adolescẽtia eruditũ fatebor sub iis præceptoribus quos antea memoraui: neque hoc tantum, sed magistrum aliis ipsum præceptorémque fuisse. Esto. His omnibus acer plurimũ ságaxque fuerit, ita sanè vt eum qui ad Æsculapiũ curandus accesserat, per prudentiæ suæ vim ægritudine liberarit. Fertur enim aqua intercute laborãti salubrem continentiæ normam indixisse, eúmque in sanitatẽ pristinã reuocasse. Tanta verò prudentia adolescẽtẽ fuisse planè admitti potest, tũ & inhibuisse diuitẽ quendã, ne luxuriosè nimiũ atque affluenter significaret, vtpote minus Æsculapio litaturum, qui ex famosa vita turpissimus haberetur: huius autem mores Apollonium latere non poterant, quod erat homo regionis illius maximè diues, maximéque conspicuus. Castitatis quoque laude Tyaneum ornari inuidia nulla sit, quódque pulchritudinis suæ nefarium amatorẽ grauiter obiurgatum repulerit, séque à muliebri cõtagione impollutum vsque seruarit. Credatur quoque ex Pythagoræ disciplina lustro illũ perpetuò tacuisse, neque merita laude fraudentur quæcunque opera per silẽtij tẽpus effecit. Hæc enim, & quæ huiusmodi sunt, humana omnia, & vt verè dicã, neque à philosophia, neque ab ipsa porrò veritate seiũcta, quæque ego nõ inuitus admiserim, magni sanè quicquid ingenuè ac verè scribitur faciendum putãs. At verò humanitate sublimius quemquam afferre, argumentíque prioris oblitũ, sibi penitus non cõstare: hæc qui faciat scriptor, meritam puto eum & sibiipsi, & multo illi magis, de quo scribat calũniam cõparare. Atque hæc fermè sunt, quæ volumine primo refellenda occurrunt.

Quæ in narratione de Apollonio dare tãquã probabilia paratus sit.

Nihil supra humanam sortem tribuendum Apollonio.

CONFVTATIO LIBRI II.

Profectio in Indiam.

AGe verò secũdum quoque aggrediamur. Iter enim Apollonij de Perside in Indiam vsque factum narrat historicus. Hoc autem in itinere insolens sibi quiddã paradoxũque contigit dæmonis scilicet occursus, quam empusam vocãt. Quã tamẽ multis cõuiciis impetitã procul à se & Apollonius & comites abegerũt. Tũ verò permisisse Damidi fertur, ac reliquo comitatu appositis vt carnibus vescerentur. Neq; enim videre se ait, quídnã illis prodesset carnibus abstinere. Sibi verò profore hoc aiebat, ob eam quã velà pueris profiteretur philosophiam. Sed quis hoc loco non iure optimo admiretur, cum Apolloniũ videat ne illi quidem quem vnum imitatorẽ sui delegerat, à Pythagoricísq; decretis imbuendũ susceperat, damnatas Pythagoræ animaliũ carnes vt dilectissimo inhibere, tũ nescio quàm sanis rationibus colligentẽ, sibi quidem vesci animatis fore perniciosum, nõ tamẽ se videre, quare iis & comitibus quoque suis interdictũ oporteat. Sed vide quæso quæ præterea veritatis exẽpla nobis Philostratus prodat. Ille inquã Philostratus, quẽ Philalethes studiosum veritatis appellat. Apolloniũ siquidem scribit, cũ iã in Indiã penetrasset, interpretem sibi hominem asciuisse, per quẽ Phraotem Indiæ regem alloqueretur: hoc enim is nomine vocabatur. Ergo quem paulo superius linguarum omnium conscium facit, eundem interpretis indigum nunc ostendit: & qui mentes hominum quasi Deus illis insitus deprehendebat, surdi concipiẽs animum, pariterque tacẽtis, nũc per interpretẽ sciscitatur, quænam sit regis Phraotæ vita, dúcéque inde sibi aliquẽ petit ad Brachmanas dari. Rex verò ipse, licet in Barbaria summa natus interprete summoto, Græcè Apolloniũ cõpellauit, multũ doctrinæ, sciẽtiæque testatus. At verò noster hic nõ modo se Indicæ linguæ minus ignarum fuisse (quod oportuit) non ostẽdit, sed & Indo Græcè loquẽte obstupuit, vt Philostratus ipse testatur, qui pulchrè sibi hoc pacto per historiã constat. Vnde enim tantopere stupuisse, nisi antea barbarũ lingua regem opinatus esset? eundémque Græcè mox scire præter expectationẽ percepisset? ideóque veluti noui quidpiã rex afferret, obstupuit. Causam præterea nõdũ tenens, Vnde, ait rex, Græcè didicisti? Vnde verò & hoc sapientiæ tibi est? Neque enim puto hanc magistris acceptam refers, cum nullos Indi magistros sapientiæ habeatis. Dignæ nimirũ voces, quæ ab homine proferantur præsensionem rerũ omnium profitẽte. Cui rex & habuisse præceptores se ait, & quinam illi fuissent, aperuit, & de rebus Indicis particulatim edocuit. Cúmque idem rex de thesauro in agro quodam reperto sententiã laturus esset, vtri scilicet adiudicãdus, emptorîne an venditori prius, hic philosophus ille rerum omnium

Mendacem memorem esse oportebat.

Cõtrouersia de thesauro in agro reperto.

A omnium solers,ac diis ipsis homo gratissimis,sententiam interrogatus, thesaurum emptori addixit ratione hac vsus, quòd nequaquam Dij venditorem ipsum, & agri possessione & thesauro priuatum pariter voluissent,nisi homo flagitiosus ac nequam esset: neque rursus emptori boni tantum impensuros fuisse,nisi vendente meliorem sciuissent. Vt ex illius verbis colligi possit, qui cæteros diuitiis præstant, quanquam fœdissimis moribus iidem sint, habere se eos tamen pro maximè beatis, Deóque dilectissimis, infelices autem eos esse duntaxat,qui pauperrimi sunt. Vel si Socratẽ,ac Diogenẽ, ipsúmque etiam Pythagoram in his esse contingat,quempiámve eorum,qui frugalissimi viri,& egregiæ probitatis censentur, hanc qui sequatur rationem, paulatim eò deducetur, vt dicat: Deos quidem ipsos egenis illis,sed claris tamen virtute, ,ac sapientia viris nequaquam necessaria quandóque ad victum adempturos fuisse, nisi eosdem flagitiis obrutos iudicassent. Neque fuisse licẽtiosis ac perditis hominibus superflua cõgesturos,nisi prioribus meliores sciuissent. B Quam insulsam esse, ac fatuam deductionem, facilè constare omnibus potest. His de secundo libro ad examen depromptis, tertium quoque versemus, in eo de celeberrimis Brachmanibus specturi.

CONFVTATIO LIBRI III.

PRimum quidem sic statuo, si quæ de Thyle insula præter fidem narrantur, quæque multa portentorum plena, poëtæ nobis finxerunt, his prodigiis comparentur, iam quasi pro certissimis habeantur, harum magnitudine, ac splendore nugarum, velut obducta penitus euanescent. Quibus sanè adhibenda mens est, vt insolẽtia præsertim Philalethis eluceat. C Quando hic nobis fatuam vbique leuitatem obiectat, sibi verò ac suis mentis sanitatem vendicat, diligénsque iudicium. Vide igitur quam sibi rerum nouitate hic placeat: præponit enim Philostratum sacris Euãgelistis, vt qui non eruditionis modò plus habeat, sed veritatis maiore studio teneatur. Ac primum quidem Apollonio iter ad Brachmanas faciente mulierem colore spectabilem Philostratus inducit, à summo vertice illum tenus albentem, reliquum verò corpus nigerrimam. Tum eadem via magis progressi montes inuenerunt piper ferentes, cuius veluti custodes, atque agricolæ, simiæ sunt. Draconésque magnitudine immensa terribiles, quorum de capitibus ignei fulgores scintillant: hos si quis dracones perimat, admirandos in eorum capite inueniat calculos, qualis Gygæ illius fuisse lapis narratur, de quo Gyge Plato mentionem facit. Et hæc quidem antequam ad Brachmanum tumulum peruenirent. Vt verò hunc attigerunt, Sandaracinus illis puteus *Sandaracinus puteus.* D est oblatus, qui aquam visu mirabilem contineret. Iuxta verò puteum vorago ignem eructans, ex qua plumbei coloris flamma emitteretur, Tum & dolia duo lapidis nigricant, alterum imbrium, alterúmque ventorum, inde Brachmanes indigenis amicis suis ventos ac pluuiam impertirent. Statuas præterea scribit apud eosdem esse Poliadis Mineruæ, Pythij Apollinis, & Bacchi Delij, aliorúmque quorundam deorum, quos Græci colunt, ibi qui omnium magister esset Iarcham dici, cuius residentis species satrapæ magis esset, quã *Iarchas.* philosophi. Altissimus illi thronus ex ære nigro, quem aureæ statuæ exornabant, quales fabrorum more par est sapientes Brachmanas, igni, ferróque excudere, aut præstigiatorũ ritu sponte sua, ac repente consommata ostendere. Cæterorum item Brachmanum sedes *μυθώδες vt cætera ferè omnia.* æreæ quoque erant, signis tamen carentes minúsque elatæ. Oportuit enim sacræ philosophiæ magistrum tyrannico quodam habitu statuarum scilicet prærogatiua, atque auro insigniri. E Sed Iarcham Philostratus, inquit, vbi Apollonium primùm conspexit, nominatim ac Græcè illum salutasse, petiisséque reddi sibi epistolam, quam de Phraote afferre mira quadam pręsensione rem omnem edoctum, qua scire etiam potuerit epistolę scriptionem literæ vnius defectu, hoc est, d. peccare. In primo autem statim cõgressu fastuosè nimium ac insolenter Iarchas, vt facere diuitiarum ostentatores solent, diuinationis suæ vim patefecit, vtrumque Apollonij parentem nominans, & eiusdem genus, educationem, disciplinámque recenses, tum peregrinationum tempora & euentus, & postremò illius ad se profecti sermones per viam habitos, factáque omnia. refert etiam egregius scriptor, Brachmanas cum Tyaneo, pharmaco prius electrino delibutos, litósque in orbem ac chorum constituisse terram ipsam scipionibus succussantes, etiam verò ad huiusmodi ictas in gibbum resiliẽtem, Brachmanas altitudine bicubita vanum in aërem extulisse, pensilésque eos aliquandiu visos esse. Sed illos quoque affirmat ignem sibi de solis orbe vtcunque libitum sit,

non reluctantem subducere. Ad quæ portenta & alia complura fabulator adducit, vt scilicet Pythij tripodes quatuor sponte sua mouētes in mediū processerint, quos Homericis persimiles esse ait. Pincernas insuper æreos quatuor, qui pocula ministrarēt. Terram vero sponte sua discumbentibus gramina substrauisse. Nam tripodes quidem duo vina fundebant, reliqui duo aquam, gelidam scilicet alter, alter verò calidam: ex quibus ærei pincernæ vinum conuiuis, aquámque sumebant, sed & calices actos in gyrum quasi vorticoso flumine impellebant. Hæc sunt quæ Hierocles pro veris habet ille solertissimus in iudiciis supra adductis, ac vndecunque in nos legendis excussor, cui facilitas Christiana seu leuitatem dici hanc mauult, quàm maximè aspernabilis est, Is itaque Philostrato fidem habens, verbis huiusmodi sese iactat: *Videamus*, inquit, *quanto nos melius hæc atque prudentius admittamus, & quæ de præclaris virtute viris sententia nostra sit.* Tam celebri conuiuio narrat Philostratus interfuisse Indiæ regem, ipsisque Brachmanibus compotasse, sed contumeliis, ac furore vinolento in philosophiam inuectum, meróque apud eos largè incaluisse, ac insolentia magna, vel in ipsum quoque solem insurrexisse. Apollonium verò per interpretem quædam ab eodem rege accepisse, quem ipse contrà allocutus sit Iarcha vicem interpretis exhibente. Quis autem non admiretur, hoc à Philostrato vt concinne factum admitti, vt iniurius homo, maximéque insulsus inter tantos viros mentem vino alienarit, quem ne philosophorum quidem nedum & semideum conuiuio interesse oportuit? Quo enim pertinet semideos appellare, si dignitatē magis onere quàm honore afficias? Et enim Tyaneo interrogante, quósnam seipsos esse dicerent: Dij sumus, Iarchas, inquit. Idem verò conuiuiis præsidens non digno quidem philosophis ritu, multóque diis magis indigno, quorum se in numerum reponebat Phiala concrepans, compotationem incepit. Phiala verò ipsa, sicut historicus narrat, vbi cunctis Brachmanibus potum satis exhibuit, mirabilium fontium more aquam haurientibus iugem sufficiebat. Deinceps verò sermones inter se habiti, seriæque philosophorum disputationes narrantur, docente Iarcha quo pacto sua ipsius anima fuerit, aliud quandóque regiæ fortunæ corpus induta, quæque
μετεμψύχωσις. tunc opera demum egerit, explicante Apollonio se nauis Ægyptiæ gubernatorem fuisse, neque minus & ipso illius temporis facta narrante. Cum verò multa vtrinque interrogata, responsaque fuerint, dignum est tam sapientium dictorum memoriam non extingui. Interrogasse ergo Apollonium refert, aureáne apud Indos aqua inueniretur. ô admirabilem, ô plenam sapientiæ quæstionem. tum de Troglodytis & Pygmæis quæsisse, déque iis hominibus qui vmbripedes appellantur. Nunquid etiam apud eos Mantichora quadrupes animal nasceretur, quod humano esset capite, corpore leonino, caudámque haberet cubitalibus spinosis setis horrentem, quas veluti sagittas in venantes iacularetur. Ad hæc Apollonij quæsita respondit Iarchas, Pygmæos quidem subterraneas specus inhabitare ad Gangen fluuium: cætera verò quæ ille quæsisset, irrita prorsus ac nulla esse. Sed lanam tamen Philostratus narrat terra apud illos prouenire, quæ sit vestibus conficiendis accommoda, ipsis sibi philosophis telam inde ad vestiendi vsum concinnantibus: neque enim muliebrem sexum admittunt: Nisi iam & lanā dicat sponte sua transformari in vestes, atque transire. Scipionem verò singulis refert, annulumque virtutis
Iarcha miracula. occultæ atque admirandæ gestari. Narrat etiam Brachmanis Iarchæ miracula, qui dæmone malo correptum missa ad eum epistola liberarit: claudoque cuidam, solo attactu luxatam vertebram confirmarit, captum oculis videre fecerit, valentem alij manum pro torpida reposuerit. Ingentia verò bona scriptori egregio comprecemur, qui nos ista commentus magno ambiguitatis nodo exoluit. Quis enim dubitet quantæ veritatis & illa sint, quę præterea multa affert? Nam qui fulmina & ventos scribit apud Brachmanas in doliis asseruari, tripodésque lapideos sponte sua motantes, & ab æreis pincernis calices in gyrum agi, satis puto ex iis, quæ vt verissima recensentur, cæterarum quoque rerum nobis ipse arguit, ac patefecit figmenta. Idem scribit Philostratus Damin testari se quidem minus admisso Tyaneum cum Iarcho secreto philosophatum esse, munúsque ab eo tulisse annulos septē, totidem planetarum nominibus dictos, quos singulos gestaret per subiectos planetis dies. Hæc modò cum Philostratus dicat, ille apud Philalethen veritatis assertor, paulò tamen pòst, vt qui magicen Brachmanum non probet, statuátque hoc crimine Apollonium liberare, hæc ipsa verba subnectit: Videns itaque Apollonius tripodas apud Indos, pincernásque illos, & quæ præterea sponte sua mouentia discernimus: neque edoceri dignum duxit, quibus illa præstigiis fierent. Laudauit hæc, inquit, sed tamen æmulari ducum

Brachma-

A Brachmanibus diuersari? An qui fidissimum sibi hominem celandum putauit, non & illa fecit permagni? cum & annulos inde planetarios tulerit religione quadam astrictus, singulatim eos dum viueret per planetarum dies gestandi. & erant illi quidem, vt scribis, arcanæ cuiusdam reconditæque virtutis. Quod si tibi concedatur, non illa Tyaneum imitanda duxisse nimirum non imitatum dicam, quia miseros esse cognouit. Quomodo igitur eosdem laudauit, aut si tanquam diuina operantes laudauit, qui non & imitatu, quos & laude dignos existimauit? Sed enim post factam apud Indos moram, narrat Philostratus reuertentem Apollonium cum comitatu omni ad Oritarum regionem venisse, quibus æreæ petræ, arena ærea, fluuij quoque ipsi ramenta æris deuoluerent. Hæc de volumine tertio sumpta sunt. Nos autem quo cœpimus ordine ad reliqua inspicienda pergamus.

B CONFVTATIO LIBRI IIII.

Regressum ab Indis in Græciam refert quasi deorum consortem quendam vel ipsorum testimonio declaratum. Varis enim morbis affectos illi curandos potissimum destinabant, iámque vt augustum ac diuinum hominem de Arabia, de Magis, déque Indis venientem nobis ostensurus, nouis quoque miraculis scatentem historiam exorditur. Hic autem rectè quis illud obiiciat, Si diuiniore hic natura, supráque humanam præditus erat, multo antequam ab aliis doceretur, mirabilia per se aggressum oportuit. Superflua enim diuino homini fuerit illa Arabum, Magorúmque & Indorum magno studio conquisita doctrina. Quòd si erat huic aliqua prius tantarum rerum cognitio, prout tota in historia traditur, Philalethe tamen autore, non nisi tot exhausis magistris sapientiam patefecit. Ac *Obiectio Eusebij.*
C primò quidem veluti qui augurandi vim ex Arabia detulisset, astantibus multis exposuit pipilantem passerculum cæteras sui generis aues ad pastum concire. Tum verò cum appetentem pestilentiam præsentiret, ciuibus illa Ephesiis antè prædixit, huiúsque præsentionis causam, mox ipsemet apud Domitianũ reus, sua in Apologia exposuit. Rogante enim Domitiano, vnde is pestilentiam præsensisset: Diæta, inquit, magis tenui, magísque sobria quàm cæteri mortales vsus, ita primus omnium qualitatem aëris vitiúmque deprehendi. Tertium porrò miraculum narrat remedium fuisse, quo is pestem Ephesiis cauit. Quòd factum tametsi minus exponit Philostratus in fine ipso accusationis, cũ tamẽ exponi maximè oportuerit, quia fortasse non sibi potis videbatur tantum criminis Apologia purgare: nos tamen ipsi factum hoc explicantes iudicio hominum proponamus, ad rectæ rationis examen sicut reliqua reuocantes. Si cui enim minus cõstet figmentum hic quoque imposturæ plenum adduci, magicísque nimirum obductum præstigiis, ipsa totius facti ratio, *De peste consilium & prædictio Apollonij.*
D modúsque manifestè ostendet. Pestilentiam narrat in figura mendici senis, laceri ac pannosi se spectabilem præbuisse: quem quidem senem cum Tyaneus iussisset lapidibus cædi, primùm ait pestilenti obtutu flammam luminibus eiaculatum, tum verò coniectis obrutum saxis, in effigiem obscœni canis se transformasse, cui etiam rabidorum more, tetræ circa rictum spumæ vndarent, de hoc autem sene intelligere Apollonium, sua apud Domitianum Apologia scribit Philostratus. Pestilẽtia enim, inquit, sub habitu mendici senis Ephesum peragrabat: hanc ego conspicatus, comprehendi, luem ciuitati non modò sistẽs, verùm penitus tollẽs. Quis non igitur liberè cachinnetur ad præstigiatoris huius miracula? cum pestilentia, quæ, vt tradit ratio medicinæ, nihil aliud planè est, quàm corruptio circunfusa aëris, vitiúmque ex putrido vaporatu in morbosam qualitatem vergẽtis, nunc tamen audiat oculis intuentium, ac saxorum iactibus obnoxiam esse, protritámque mortalium manu, spumas etiam rictu effundere? Alio quoque argumento monstrum hoc, magicúmque præstigium discuti ac perpendi poterit. Quoniam scilicet vnã modò Ephesiorũ vrbem, non autem & finitimas ab eo pestilẽtia affectas narrat historia. Quod nequaquam ita cessisset, si circunfusus aër ac proximus vitium contraxisset: neque enim lues illa angustis ita spaciis coarctata, solis Ephesiis incubuisset. Quartum porrò miraculum est Achillis vmbra, cubitorum primò quinque, mox & duodecim suo de busto chlamydata assurgens. Quæ continuò Thessalos accusauit, quòd sibi assoliti ritus sacra facere ac iusta desiuissent. Videbatur etiam tunc ira in Teucros efferuere ob ea quæ in se admiserant. Quicunque verò tantummodo quæstionum Apollonio facultatem præbuit ex sua videlicet, Parcarúmque sentẽtia. Hic Tyaneus ille rerum omniũ solers, & in futurorum præsensione se iactans, ignorare deprehenditur, funeratúsne sepulchro Achilles fuerit, Musæ've *Pestis descriptio.* *Achillis vmbra.*
E

illi, ac Nereïdes lamenta profuderint. Déque his illum rebus percunctatur, neque minus an polyxena illius ad tumula cæsa fuerit, Troïámve Helena adnauigarit. Sunt enim eiusmodi quæstiones sanè quàm graues, ad philosophi instituta maximè pertinentes, dignæ studio ac diligentia singulari. Admiratur præterea, qui tot numero Græci heroës ætate eadem esse potuerint. Sciscitatúrque num simul cum iis Troiam Palamedes adnauigarit. Hæccine ignorare hominem, qui deorum colloquio visibilium fruatur, inuisibiliúmque? De iisdem verò etiam rebus interrogare, quomodo non turpissimũ censeatur? Nisi forté, quia res illi cum mortuis esset, idcircò frigere eius quęsita, ac ineptire Philostratus facit, vt hac commoditate suspicioni occurrat, quæ oriri meritò poterat illum scilicet vltra licitum bono viro superstitiosum videri. Cum eundem facit in Apologia pro se affirmantem, nulla se ad Achillis congressum necromantiæ opera vsum esse. Neque enim, inquit, Vlyssis more scrobe defossa, aut cæsis agnis Achillem euocans, in eius colloquium veniat Tyaneus, sed ea precatus quæ Indi censent precari heroas oportere: & in huiusmodi cæremoniis Damidi sese iactat, qui Philostrato autore, nihil ab Indis penitus didicisse, paruíque eorum sapientiam fecisse credendus est. Sed heus paucis ego te. Nisi in hoc Achillis cõgressu praua incesset ac detestabilis superstitio, cur tu in participatum mirabilis huius spectaculi ac sermonis, ne fidissimum quidem tibi comitem illum legitimúmque vel solum Damidem asciuisti? Cur verò non & interdiu factum hoc licuit? Sed nocte intempesta, sed abs te solo? Cur ad ipsos etiam gallorum cantus Achillis vmbra euanuit? Abiit Achilles, inquit, modicè fulgurans: iam enim galli primos dederant cantus. Erit itaque hæc hora malo dæmoni ad nefarios sermones euocando conueniens magis, quàm heroinæ animæ. Illam siquidem immunem crassæ huius corporeæque compagis, candidam prorsus esse, & liuore omni carere oportuit. At verò dæmon hic, qui Tyaneo se obtulit, inuidus iracundúsque describitur, cæterísque vilissimis eius generis morbis obnoxius. An non enim talis habẽdus sit, qui Antisthenem officiosum adolescentem se Apollonio, vt philosopho adiungere cogitantem, quo minus id faceret, impediuit? cuius rei causam adducens, Iussit, inquit, Apollonio ne Antisthenem in participatum suæ disciplinæ admitteret, propterea quòd is quasi Priamides foret, à canendo Hectore nunquam cessabat. Sed cur non etiam iracundi ac pusilli ingenij conuincatur, qui Thessalis suis succenset non sibi legitimè operatis, & qui ne tot quidem annorum spatio deuoluto, Troianis odium belli, offensarúmque remisit, quanquam libantibus illis, & ad eius tumulum rem diuinam continuè facientibus? Contra verò Palamedis sepulchrum vnà cum illius statua negligenter disiectum, reponi instauraríque mandarit? Quintum porrò sextúmque miraculum haud ita magna opera indigebunt, ad facultatem, qua effecta sunt, arguenda. Pellebat enim dæmonas (vti ferunt) alio alium. Nam ex adolescente lasciuo dæmonem pepulit, alium quoque fugauit muliebri forma effigiatum, quem lamiam & Empusam sapientissimus autor appellat. Nam quòd præterea puellam Romæ defunctam obitu reuocarit, cum sit factum hoc vel ipsi Philostrato incredibile, nos quoque à nobis penitus excludamus. Ratiocinatur enim dubitando Philostratus, num vitalis auræ scintilla intra puellam compressa medicos delituerit, quæ mox pluuia ingruente reuiuiscens atque excitata, in vultu respirantis puellæ prodita sit. aiunt enim, cum puella ad se rediret, cœlo pluuia leniter irrorasse. Neque enim si verè puellam hanc Apollonius vitæ restituisset, tam egregium facinus non Imperatori primùm ipsi innotuisset, aliisque subinde primoribus apud illum diuersantibus viris: præsertim verò philosopho Euphrati qui ea tempestate Romæ agebat, móxque Apollonio infensus, eundem magiæ accusasse narratur. Quin etiam factum hoc si modò planè constituisset, cæteris quoque calumniis, quibus Apollonium vrgebant, proculdubio adiunxissent accusatores: & hæc quidem dicere occurrebat, quæ particulatim Apollonio, speciatimque gesta sunt. Infinita verò & alia erant, quæ ad prædictiones rerum, diuinationésque pertinent. Fertur enim Athenis quondam initiaturus Eleusiniis sacriis à Cereris sacerdote prohibitus, affirmante nefas initiari magum hominem, pateréque illi Eleusinia sacra, qui dæmonum consortio impurus esset, quíque Romæ inhonestus circulator venali voce Neronis carmina ad lyram decantasset: eiusdémque Neronis metu, sodalibus cæteris dari pretium suaderet, qui eodem canendi studio tenerentur: Atque hæc quidem sunt, quæ volumine quarto Philostrati continentur.

CONFV-

A CONFVTATIO LIBRI V.

QVinto autem libro, vbi quædam de Tyanei præſenſionibus attulit in admirationem hominis verſus, ita fermè concludit: Præſenſiſſe autem hæc Apollonium diuina quadam virtute, planéque falli eos qui magum fuiſſe illum opinantur, ſatis arbitror conſtat per ea quæ dicta ſuperius à nobis ſunt. Sed hæc tamen amplius afferantur magi ipſi, quos equidem miſerrimos eſſe hominum puto, aut idolorum tormentis, aut barbaris ſacris, aut cantando, aut corpus vngendo operari dicuntur. At verò noſter hic Parcarum ordinem ſequens prædicebat quæ neceſſariò ventura erant, nihil magicè operatus, ſed ex iis diuinans quæ dij perſanctè ſignificabant. Cúmque apud Indos vidiſſet tripodas illos, ac pincernas ſponte ſua mouentes, ne interrogauit illos quidem quo id pacto efficerent, nedum B edoceri voluerit: Laudauit quidem. ſed imitatu tamen illa digna non cenſuit. Hæc itaque cum Philoſtratus dicat, planè deprehenditur celebres illos Indorum philoſophos inter magos veneficóſque reponere. Nam quo loco de magis, eodem & de Indis mētionem facit, peroſum Apollonium narrans, quæ ſuperius miracula recenſuimus, quaſi illiberale quoddam genus præſtigiorum. Si ergo quos paulò antè deteſtatus eſt, eos tamen idem Apollonius, alibi deprehenditur deorum nomine, ac præceptorum dignari, nihil aliud planè ſupereſt, quàm vt eiſdem is quoque quibus & præceptores ſui criminibus ſit obnoxius. Inducitur ergo apud gymnoſophiſtas Ægyptiorum philoſophos verba hæc loqui: Nihil indecorum mihi arbitror contuliſſe philoſophiæ ſtudia, quam ſcilicet Indi ad vtilitatem ipſam contrahentes, in diuina ac ſublimi materia complectuntur, hos iure ſum admiratus, eóſque ſapientes eſſe ac beatos exiſtimo. Sed ad rem fuerit ea nunc inſpexiſſe quæ C paulo mox dicit: Hi enim Dei ſunt, inquit, & Pythiæ teſtimonio exornantur. Domitianū quoque Imperatorem huiuſmodi verbis inducitur allocutus: Quæ'nam tibi contentio eſt cum Indis, Iarcha & Phraote, quos ego ſolos hominum dignos puto, qui dij & vocentur, & habeantur? Aliis item locis eoſdem Brachmanas Apollonij præceptores ac deos cum dicat, & cum faciat, planetarios inde annulos ſeptem tuliſſe: nunc porrò ſuperiorum oblitus, non ſentit ſtolidus, cum diſcipulo præceptores quoque ipſos in calumniam à ſe protrahi. Procedente verò hiſtoria, tibicinem quemdam inducit, tum & Apollonium ſcribit de facultatis eius modis ac nominibus omnibus, vt de maxima ac grauiſſima re, oratione longa diſſeruiſſe. Veſpaſianum quoque Cæſarem narrat Apollonio perinde ac deo cuidam ſupplicaſſe, quaſique precariò petiiſſe, vti ſe imperatorem faceret: Apollonium verò reſpondiſſe, Iam feci. Et quis non iuſto odio perſequatur inſolentiæ plenam proximámque D inſaniæ vocem? ſi hic iam quaſi Deus, Imperatorúmque creator ſibi placet ac fremit, olim nauis Ægyptiæ gubernator? (hoc enim ſe fuiſſe paulo ſuperius in ſermone cum Indis habito Apollonius ipſe aſſeruit) Cúmque ab eo quæreret Imperator quóſnam philoſophos in gerendarum rerum conſilium adhibendos putaret: Boni, inquit, conſultores ad hæc erunt hi viri, Dionē, Euphratémque ſignificans: nondū enim cum Euphrate in diſceptationem venerat. Paulóque mox idem Cæſari, inquit: Notiſſimi tibi homines Imperator, rerúmque tuarum ſolliciti, Dion, & Euphrates, ad fores præſtolantur admitti. Iube & illos quæſo huic noſtro intereſſe ſermoni: viri enim ſapientes ſunt. Ad hæc Veſpaſianus: Sapientibus, inquit, viris noſtræ ſemper fores patuerunt. ô miram Semidei præſenſionem. ſapiens ille eſt ac vir bonus Euprhates, quia nulla dum inter eos orta contentio. Sin verò aliqua oriatur, (iam iam verò id fiet) vide quæſo, quibus ille apud Domi- E tianum verbis accuſet: Quæcunque, inquit, philóſophi potentium virorum adulatores conſequi ſolent, ea nunc ſtatum fortunámque indicant Euphratis. Plurimis illi de numulariorum trapezis eſt ſermo, caupo eſt, cupedinarius, publicanus ac fœnerator, homo ad mercatum, venditionémque promiſcuè factus, ſemper foribus potētiorum affixus, diutius ibidē quàm ipſi cōmorans ianitores, quin illis ſæpe cuſtodiēdis quaſi lucernarius quidam canis à ianitoribus ipſis relictus: neque verò drachmam ſaltem philoſopho vnquam cuiquam erogauit. Et nunc quod Ægyptium hunc ſumptibus ſuis paſcit, contráque me ſollicitat linguæ vires acuere, opes ſuas huiuſmodi amicis circunuallat ac munit. Ac de Euphrate quidem integrū tibi eſto, qua re dignus ſit, iudicare. Niſi enim tibi adulatores ſunt cordi, multo peiorem illum teſtimonio noſtro inuenies. Qui ergo apud Veſpaſianum patrem laudauit Euphratem, vt philoſophum, vt virum bonum teſtatus, & nunc apud

Gymnoſophiſtæ apud Indos fuiſſe perhibētur.

Yy

Domitianum filium eundem accusat, planè arguitur eiusdem viri & laudator esse, & reprehensor. Ille ne igitur, qui præsensione tanta rerum præditus est, ignorabat qualis tunc esset, qualísve in posterum Euphrates futurus? Neque verò nunc primùm, quin & apud ipsum quoque Vespasianum carpere Euphratem vt sceleſtũ hominem voluit. Quæ vero leuitas atque incõstantia rerum hæc est, cum idem cõmendatione sua apud Vespasianum Imperatorem egerit augustas fores Euphrati philosopho reserari? Sed enim vt cæcis iam perspicuum sit, quod ad diuinationẽ spectat, probro magis à Philostrato Tyaneum quàm honore vllo affectum esse, in cæteris autem officiis laude dignissimus inuenitur. Antiquũ enim illi erga amicos liberalem se præbere, vbi scilicet nullum suum periculum facerent. Euphratem quoque intra Augustale admitti curauit. Mox tamen contra eundem disceptationis gratia, quæ superius dicta sunt oblocutus. Sed hæc obiter dicta sint. Neque enim id mea nunc agit oratio, vt Apollonium ex hac potissimum re accuset, quod philosophum tempestatis suæ celeberrimum Euphratem, & quem hodie quoque laudant, qui philosophiæ studio detinentur, criminatus sit. Tametsi magna hęc esse occasio cuiuis possit Apollonium accusandi. Si enim Euphrates omnium iudicio philosophus excellens habetur, non leuis occasio datur probitatis eius laudandæ, qui Apollonij malefacta damnarit. Neque vicissim leuior Apollonij detestandi, propterea quod illius mores tali ac tanto philosopho displicerent.

CONFVTATIO LIBRI VI.

IDem Philostratus sexto volumine fabulas & portenta adducit. inquit enim Apolloniũ camelis inuectum vnà cum comitatu ad Gymnosophistas Ægyptios peruenisse. Quo in loco iubente, inquit, vno ex sapientibus nudis, vlmus Apollonium voce articulata & muliebri affatus est, hisce nugis Philalethes æquum putat haberi à nobis fidem. Vltrà vero Gymnosophistas Pygmæos esse ait, Anthropophagósque & vmbripedes, Satyrúmque iisdem in locis iussu Apollonij ebrium esse redditum. Inde autem Apollonius in Gręciam rediit, vbi prædictiones quædam, sermonésque cum Imperatore Tito habiti referuntur: & quo pacto adolescens quidam à rabidi canis morsu curatus sit: cui quidam cani, Amasis Ægyptij quondã regis inesset anima, naturalémque adeò sibi humanitatẽ, regiámque beneficentiam in canina quoque effigie retinet, quandoquidem iuuenem à se demorsum leniter lambendo curaturus esset. Hæc ab Apollonio gesta sunt prius quàm dies illi ab accusatoribus diceretur. Acri verò diligentia singulis historiæ partibus inhærendum. Nam si maximè vera esse quæ Philostratus narrat, miracula concedamus, non alia tamen ratione, quàm dæmonis auxilio, atque opera facta esse constabit. Quod enim pestem Ephesi appetentem primus Appollonius deprehendit, ne hoc quidem fortasse maleficæ superstitionis erit immune, si quemadmodũ ipse ait, expura ac tenui vtebatur diæta, præsentire hanc potuit, Fortasse autem & hoc Dæmon illi prædixit. Nam cætera sanè omnia quæcunque ab illo diuinata ac præuisa sunt, etsi refelli ac redargui ex Philostrati verbis abundè possint, vt ea quoque euenisse cõcedam: dixerim tamen non credi quidem omnia oportere, sed eorũ nonnulla quæ magis admittenda videantur assistente illum dæmone prædixisse. Hoc autẽ planè hinc constat, propterea quod Apollonius non vbique perpetua diuinatione vsus deprehenditur: nam plurimis de rebus ipse quoque dubius pẽdet, aliósque interrogat. Quod neutiquam facit homo futurorum maximè conscius. Satis verò ostẽsum puto, quo in actu fabulæ reponẽda sit cõpressa ab illo pestis Ephesiorum, cum nihil alius à dæmonis præstigio fuerit. Sed enim cur & Achillis vmbra, relictis beatorum insulis, ad propriũ tumulum diuersari maluerit, nõ intelligo. Nisi verè & hæc impuri dæmonis vmbra cẽsenda sit, item sentio, qui ab incõtinente ac lasciuo adolescẽte depulsus est, dæmonẽ procul dubio fuisse. Neque minus & iam iam illam siue Empulã dici malis, quę Menippum insano amore torquebat, dæmonẽ affirmarim maiori alteri ac potentiori dæmoni cõcessisse, fortè etam hoc pacto, & adolescentẽ de rabidi canis morsu mẽte alienatũ curauit. Canémq; nihilo secius ipsum Dæmone malo imbutũ. Patere itaque quod sæpe à nobis est dictũ, cuncta illius miracula dæmonia ministeria esse. Nam quod ad puellam spectat ab inferis reuocatam, siue ad semianimem potius, quod & Philostratus sentit, quæ consopitã vitalis aurę scintillam, dum efferretur, in se haberet, irrorante mox pluuia excitatam. Totum sanè est de illius miraculis amouendum: non enim, sicut & antè dixi, tam grãde facinus, si modo verũ fuisset, ita pressum

Portenta fabula.

A ita pressum silentio euanuisset. cum præsertim Romæ, vbi tunc imperator agebat, factum dicatur. Infinita verò generis eiusdem colligi de Philostrato queant, facileque omnia vt fabulosa, parúmque sibi constantia refutari. Verùm quia haud ita magno studio opus est profligare hominem hunc volenti, cum non modò inter deos admirādósque viros locum non habeat, sed non inter philosophos quidem ab aliquo viuentium reponatur. Idcircò iis contenti quæ dicta sunt, ad examen libri septimi accedamus.

CONFVTATIO LIBRI VII.

VEneficiis Tyaneus ac magiæ insimulatur. Dehortanti verò Demetrio philosopho Romam proficisci, non auscultās ille, insolenter ac superbè ita de se locutus narratur: *Ego* *Iactantia Apollonij.*
B *mortalium cunctorum scio plurimum atque sapio. Scio enim omnia, quorum alia studiosis accepta refero, sapientibus alia, mihi alia, diísque ipsis immortalibus alia.* Sed enim qui magnificè ita se iactat, historia procedente ignorare permulta cōuincitur. Subinde autem Damis ipse apud Philostratum mortis metum dissimulat, quasi Apollonium letho surripere, atque occulere studēs. Sed audi quibus Hierocles verbis partes Damidis tueatur. Probabilis, inquit, ratio fuit cur Damis à Pythagoreorū ritu deflexerit: neque enim malitiam illi inesse ait aut de Damide sententiam mutat, sed prudentis viri potius artem collaudat, quæ subeunda illi fuit, vt sese ad vtilitatem temporis accommodaret. Adhæc Philostratus quatuor crimina testatur Apollonio fuisse obiecta, quæ facilè per Apologiam solui posse existimat, totidem ab aliis quoque collecta & enumerata affirmans. horum primum erat, Qua tandem
C disciplina non communi veste cæteris mortalibus vteretur. Alterum porrò, Vnde hoc esset, vt passim deus ab hominibus putaretur. Tertium, Quánam ratione pestem Ephesiis imminentem prædixerit: præterea, cuius ergô in agrum noctu profectus, Arcadem ibi puerum in frusta discerpserit. Cōtra huiusmodi quæstiones ait Philostratus Apollonium sese egregiè defendisse. Primum verò tradit in vincula coniectum, ne ibi quidem sine miraculis se gessisse. Nam cum Damis grauiter angeretur, vt præceptore in discrimen adducto, Apollonium narrat leuandi doloris gratia, sponte sua vinclis exemptum crus Damidi ostendisse: cuius lenito dolore, rursus idem crus vinclis inseruisse. Post hæc à Domitiano Imperatore accersitum esse in iudicium Apollonium scribit. Obiectísque demum criminibus absolutum, cum adhuc tamen in iudicio esset. Nescio sanè quo pacto, sed importunè nimirum in huiusmodi voces proclamasse, *Da & mihi si libet Imperator abeundi locum. Sin hoc minus concedis, immitte qui corpus vinciant meum, quandoquidem colligari animam est impossibile. Imò verò ne corpus quidem meum comprehendes: Nec tibi fas lethi exortem me perdere Cæsar.* Quibus dictis repentè eundem ait è conspectu hominum euanuisse, magnámq; fabulæ suæ partem circa hæc portenta consumit. Vbi verò miraculo agitur exēpti pedica cruris, cui nimirum per sententiam dæmonis gesto, Damis ipse interfuit, ait Philostratus. Tum denique primùm Damis persensit diuina Tyaneum natura supra hominis facultatem præditum esse. Neque enim tunc illum veneficè operatum. (Quomodo id enim in vinculis potuisset?) Sed ne immurmurantem quidem aliquid, aut loquentem, pedicas tamen contemptui habuisse: rursúsque crure illis inserto, colligatorum habitum, statúmque resumpsisse. Mea verò sententia nunquam sanè tarditatis accusandus Damis, si plurimum vitæ cum Tyaneo versatus, quia non nisi per maleficia superstitionésque miracula eundem perpetrasse cognouerat: idcircò nihil eū à mortali putabat sorte differre. Sed nūc
E quoque post tantam portentorum vim, quid de illo sentiēdum sit, nescit. Iurè ergo optimo angitur Damis, ac timet præceptori suo vt vni scilicet hominum permultorū, ne quid illi aduersi præter voluntatem contingat. Quod si tamen nunc primum Damis post tantum consuetudinis diuinum esse Apollonium sensit, atque homine potiorem, inspiciendū sanè est quánam ratione id præsentire potuerit. Neq; enim recitet hanc Philostratus. Vidit, inquit, Tyaneū crus pedicis exoluisse, nō sacrificiis peractis, nō precibus, nō arcanis mysteriis vllis prolatis. Ergo quæ prȩterea multa prius effecit, malefica superstitione sunt facta, proptereaq; dum illa fierēt, neque expauit, neque admiratus est Damis: nunc autē iure primū exhorruit, vt qui hospes interesset rei præter consuetū illi ritū, morémq; effectæ. Sed enim cum hoc Tyanei prȩstigio, quod ad pedicas totū spectat, cumque euanida illa de cōspectu

hominum fuga, sermones eiusdem cum Domitiano habitos libens sanè contulerim. Nam cum illum Imperator colligari iussisset, perargutè quidem atque ad rem ita ratiocinatus narratur: *Si me arbitraris magnum, quánam ratione deuincies? Sin vincire me quibis, quomodo esse magnum putabis?* Attamen ex iis quæ posita sunt, ita retundi vicissim queat: Si tu magus non es, quomodo tibi crus est solutum? At si solutum hoc est, quomodo non es magus? Præterea si vincla perpessus magus non est, at eadem egressus es magus. Ad hæc dici & illud potest: Si non est magus, qui iudicium subiit, at quia & iudicium & Imperatorem & circunfusos illi speculatores effugit, est magus. His rationibus mea quidem sententia, sanius accipietur, quod ad prodigium pertinet nullis cantationibus præuiis, sacrificiisque effectum. Sed vt Philostratus garrit diuina quadam supra hominem facultate, verùm non ita multo pòst, iterum merus homo arguitur. Ilico enim quodam renunciante, soluitte Apolloni vinculis Imperator, permittítque liberius quàm antea, caueam inambulare, hic ille hominum sorte, superiorum, futurorúmque præsensor, surdi concipiens animum, sensúsque tacentis, præ nimio fortasse, vt par est, gaudio, præsensionis oblitus nuncium rogat, Quis me hinc verò exoluet. Idem ego te soluo, inquit: ducem me sequere. Est verò operæpretium inspexisse, quàm prudenter hic noster vates Apologeticum pro se scripserit. Vbi ignorasse primùm conuincitur, inanem sese operam desumpturum. Putabat enim se ab Imperatore audiendum, eámque ob rem summo studio concionem instruxerat. Cæsar tamen hanc audire non pertulit, irritámque hoc pacto Tyanei lucubrationem cassámque reddidit. Audi verò quomodo se Philostratus ipsum redarguat. Quando, inquit, orationem Tyaneus conscripsit, quasi ad aquæ tempus dicturus, compulítque eum tyrannus ad quatuor positas quæstiones respondere, explicetur & hæc à nobis oratio.

CONFVTATIO LIBRI VIII.

Vide quæso, quid ille sapiat futurorum longè ante præcognitor. Ille vir vsquequaque diuinus, quanta maxima potuit cura velut ad aquam dicturus Apologiam cõscripsit. Sed accedamus ad hanc quoque discutiendam, quam & frustra iam elaboratam fuisse ostendimus, Nam cum multis per eam locis Domitianum compellet, etiam in id arrogantiæ procedit, vt dicat, Te quidem Vespasianus pater, ego verò illum Imperatorem feci. ô arrogantissimam vocem, quam ne vulgaris quidem, ac gregarius quisquam, nedum verè philosophus, humanámque excellentis naturam proferre amisit, non meritas insaniæ pœnas, prudentibus expensurus. Subinde verò Apollonius ita expurgat subortam de se magiæ suspicionem. Equidem magos, inquit, pseudosophos censeo esse. Nam & quæ non sunt, vt videantur esse efficiunt: & quæ sunt, fallaci arte obducunt. Planè igitur constare cuiuis potest tum ex historia vniuersa, tum ex iis quæ in ea particulatim narrantur, vtrum is in diuinos, ac sapientes viros, an inter magos potius, ac deceptores locandus sit: vel ad ipsa quoque animum referendo, quæ sentire is de magis videtur, vel ad ea non minus, quæ à Philostrato explicantur. Nam quercus, vlmique articulata, ac muliebri voce Tyaneum affatæ, Tripodes etiam illi sponte sua mouentes, æreique pincernæ discumbentibus ministrantes, imbrium quoque dolia, ac ventorum, aquæ præterea Sandaracinæ puteus, & quæ sunt fabulæ generis eiusdem apud deos Brachmanas, quos non veretur Apollonius præceptores vocare, quid demum nobis indicare videntur? an non illos quæso, qui ea quæ non sunt mentiuntur, & ea quæ sunt, præstigiosè subducunt? hos autem cum idem magos appellet, pseudosophos, ac planos manifestè constituit. Aut igitur ex tot numero rationibus diuinus hic, omnique virtute excultus, ipsisque diis homo gratissimus, quippe cui licuerit sapientiæ brauium coronare, censendus erit ipso quoque Pythagora, & qui postea fuerunt, diuinior multo, ac sapientior. Aut contrà pseudosophiæ damnatus, miserorum multo erit miserrimus. Disputasse & illum cum in Ionia versaretur de Parcarum potentia scribit Philostratus, ita fermè censentem, quicquid illi scilicet semel nouissent, adeò stabile esse, certúmque futurum, vt si cui imperium decreuissent, quod tamen ipsum penes alium cerneretur, nunquam sic is aboleri atque interimi poterit, quin debitam sibi potestatem planè arripiat. Vel vita enim functus reuiuiscet parcarum decreto. Quam sententiam his fermè verbis concludit. Cui fato decretum est architecto esse, vel si manus ambas truncetur, euadet in architectum. Si quem etiam

Quid si legas, ausit.

currendo

A currendo vincere olympia sancitum est, ne si abscisso quidem is claudicet crure, victoria fraudabitur. Cui rursus in sagittandi arte palmam Parcæ decreuerint, hic vel captus oculis sagittam in scopulum destinabit, hic præmissis rationibus Imperatori adulans, & hæc subnectit: Quæcunque à me de imperatoribus dicta sunt, omnia protuli in Acrisios & Laios, Astyagémque Medum & complures aliò reges animum referens, qui videbantur sublatis de medio, à quibus sibi metuebãt, ita rebus suis bene consuluisse. Namque horum alij filios, nepotes alij peremptos esse, sicuti ipsi mãdauerant, opinantes, ab iisdem illis quasi renatis, fatalíque mox lege de improuiso assurgentibus regno deiecti sunt. Quod si adulãdi studio detineret, dicerem vtique iam tum inde futurum te Cæsarem præsensisse, cum te captum Vitellius detineret, templumque Iouis optimi in supercilio vrbis conflagraret. Ille verò se rem bene gesturum diceret, nisi tu eius manus euasisses. Atque adolescẽs tunc
B planè eras, neque dum talis, vt in te vlla imperij vestigia apparerent. Verùm quia Parcis aliter visum est, Vitellius quidem suis consiliis male periit, tu verò in illius sortem fortunatus cessisti. Sed quoniam adulatorius mihi sonus ingratus semper fuit, ac permolestus, (videtur enim mihi dissonus, ac discors) idcircò missa hæc quæso faciamus, chordáque hæc nobis ne male perstrepat, succidatur. Neque verò me arbitrabere de tuo isto sublimi statu ac potẽtia vnquam aliàs cogitasse. Ex his autem maximè verbis & adulator, & mendax, & quiduis aliud à philosopho, ipsa historiæ fide conuincitur. Nam qui olim in Ionia tam multa contra Domitianum effudit, nunc eidem generosus, ac fortis vir adulatur, planéque dissimulat, quasi ea quæ quõdam apud Ionas de Parcis, & necessitate tractauit minùs quidem contra Domitianum, sed pro illa potius habenda sint. Tuam hic historiam Philostrate compellamus. Agè veritatis fonte dilutam repete hanc clara & ingenua voce,
C nihil eorum inde subducens, quæ fecit Apollonius, dixitque, cum Ephesios Domitiano auertens, pro communi omnium salute inualescebat. Neque tutum putabat, quæ contra Domitianum per epistolas agenda susceperat Ephesiis omnino committi. Sed ex aliis vt ingenuum quémque, ac modestissimũ nactus erat, alius alium seuerè ad colloquium diducens, Magni te, inquit, secreti ministram facio, oportet Romam ad hunc & illum proficiscare. Hæc atque illa dicturus, déque Parcis ac Fati necessitate multa illos in hanc sententiam edocebat. Quod videlicet ne domini quidem rerum Parcarum seriem cogere, ac immutare valeant. Quin ad æream Domitiani statuã, quæ ad Meletem fluuiũ sita erat, auditores conuertens, Insane, inquit, ô quanta Parcarũ Fatíque ignoratione detineris? Vel si enim interfici iubeas eum, regnaturus qui post te est, reuiuiscet hic tamen. Qui ergo post magniloqua verba adulator inuenitur, negatq; tale quicquam à se in imperatore dictum
D esse, quo is pacto non omnis nequitiæ, illiberalitatísque damnetur? Nisi iam planè mendaces sunt, magisque Apollonij reprehẽsores, quam studiosi veritatis, qui hæc de illo monimentis literarum mandarunt. Vbi sunt ergo illi Philalethis autores eruditione magna rerum referti, veritatísque assertores: Damis, inquam philosophus, Apollonij comes assiduus, Atheniensisque Philostratus? quorum hic de testimonio comparationis librum conscripsit? Quos planè sibi inuicem repugnantes, ampullosæque vanitatis plenos, mendaces, ineruditos, maleficos ipsum veritatis lumen coarguit. Post omnia verò quæ de illo scribuntur ad iudicium pertinẽtia, Apollonium scribit inde absolutum sese in Lebadiam recepisse. Cumque in Trophonij specum descendere affectaret, prohibitum ab incolis esse, ne id facere posset, magnumque iis quoque eum esse censentibus hoc autem loco iure addubitet qui ea repetat, quæ initio statim historiæ à Philostrato referuntur. Vbi is admi-
E rans suspicionem oriri potuisse, qua magnus Apollonius haberetur, ratione hac vtitur. Empedoclem, inquit, atque Pythagoram, Democritúmque pręterea cum iisdem magis diuersatos, nondum tamen technarum, maleficiísque in opinionem vllam suspicionémque venisse: Platonem quoque tametsi ab Ægyptiis sacerdotibus prophetísque multa desumpserit, quæ mox suis libris inseruit, minus tamen esse magnum existimatum. De Tyaneo autem ipso non planè suis meritis digna homines opinari, neque intelligi quod ingenuæ sapientiæ vi ad ea perpetranda sit ductus, causámque esse huius sinistræ opinionis, quod cum Babyloniorum magis, Brachmanibúsque Indorum ac Ægyptiis nudis sit diuersatus. Quid igitur Philostrato responderi amicè conueniat. Nempe hoc puto. Hunccine quęso virum tantum calumniæ contraxisse, vt magus duntaxat vna omnium voce habitus sit, qui præceptoribus iisdem cum illo eruditi, & clari suis temporibus viguerunt,

& indeciduum ſapientiæ ſuæ lumen poſteris reliquerunt, niſi prudentibus compertum planè fuiſſet eundem non permiſſa virtuti via nomen ſibi, autoritatémque quæſiſſe. Neque verò hodie quoque deſunt, qui expertos ſe dicant eius nomine inuocato, magicas ineſſe virtutes ad ſuperſtitioſa quæpiam peragenda: quibus equidem non facilè adducor vt credam.

DE MORTE APOLLONII.

Commentitia Apollonij ἀποθεώσις.

SEd Philoſtratus mortem Apollonij narraturus, æqua ſuperioribus hiſtoriæ locis hic quoque ſubnectens, nihil ſcire profeſſus eſt. Inquit enim referre alios quidem Epheſi Apollonium deceſſiſſe, alios autem in Mineruæ templo Lindiæ ciuitatis, alios in Creta inſula. Et cum tantum caliginis de illius morte nobis offundat, vult tamē eundem viuum ad ſuperos conſcendiſſe: Nam cum templum, inquit, ingreſſus eſſet, valuis repentè occluſis, admirandi virginum cantus in hanc ſententiam exauditi ſunt. Veni veni in cœlum, veni. Idem Philoſtratus ait, non vſpiam ſe terrarum Tyanei ſepulchrum, cenotaphiúmue ſaltem vidiſſe, cum tamen ipſe vniuerſum orbē peragrarit. Denique ſentire videtur mortis immunem Apollonium eſſe. Nam & de mortis genere antea certi adducit, & mox in cœlum conſcendiſſe manifeſtè affirmat. Neque verò mirandum iam eſt, ſi huiuſmodi virum Philoſtratus vel initio ſtatim libri totius, vt Pythagora, atque Empedocle longè maiorem, magnis ſpatiis prætergreſſum in Philoſophia contendat.

CONTRA FATI NECESSITATEM.

SEd quoniam circa hæc ſatis iam noſtra eſt oratio peruagata, age nunc de Fato, déque Parcis ipſis pauca proferentes, videamus quid tādem ſibi iis velit, cum toto opere quæ iuris noſtri ſunt tollere videatur, fatíque neceſſitatem rebus ipſis conſtituat. Nos igitur & Fati & Parcarū vires articulatim tractemus: hac enim ratione corrigi poterit, ſi qua ineſt illius dogmatis falſa ſententia: Si eſt igitur (vt veræ philoſophiæ ratio tradit) anima immortalis. (Nam quod ſemper mouetur, eſt immortale: quod autem aliud mouet, & mouetur, aliunde motus quietem habens, habet & quietem vitæ, culpáque omnis & cauſa in eligentem refertur, Deus ipſe culpæ immunis.) Si hæc inquam ita ſe habeant, quónā ratio obtinebit: non eſt arbitrio quidē ſuo, ſed magis inuitam, veluti in animū corpus extrinſecus agitata filo quodam huc & illuc trahatur, perpetuo motu vigentem naturam duci, nihil vi propria motuque agentem, neque in ſeipſam geſtorum ſuorum cauſas referentem? Quis inquam concedat, neque maximè philoſophantem animam laudari poſſe, neque malitiæ, ac delictorum plenam culpari? Quid igitur Apolloni Euphratem accuſas? Quādo hic, vt ſentire videris, non electione liberę voluntatis, ſed fato impulſus eſt, vt philoſophia poſthabita, quæſtuoſus euaſerit? Cur autem vel magos ipſos conuiciis inſectaris, planos ac pſeudoſophos appellans, ſi fato trahuntur ad miſerū & infelix viuendi genus? Quid ita mentio vlla ſceleris apud te eſt? Neque enim malus quiſquam iure dānandus, ſi quando perperam agens, finem compleuit, qui ſibi ex fati neceſſitate pendebat. Sicut contrà de bonis quæri etiam poteſt. Cur tu Pythagoram venerαris vt admirabilem præceptorem? cur hominem inquam Parcarum ludo magis inſignem, quàm ſapientiæ amatorem laudare non ceſſas? Quídue Indi ſapientes illi, Phraotes, Iarchas diuinis abs te honoribus digni cenſentur, ſi nullum iis propriæ doctrinæ decus aut virtutis ineſt? cúmque humanum genus omni culpa & peccato liberum eſſe conſtituas, cur non & Neronis ac Domitiani fœdam inſolentiam in Parcas & fati refers neceſſitatem? Quod ſi cui fato tributum eſt, vt curſor ſit, vt ſagittarius, vt architectus, eadémque alius ratione magus, præſtigiator, ſicarius, nequam, licentioſus, proculdubio ex fati neceſſitate in hæc viuendi genera euadent, quid igitur tantopere ambis & circuncurſas, virtutem illis prædicans, qui emendari corrigíque non poſſunt? aut quid eos contrà accuſas, qui non ſententia quidem ſua, ac voluntate, ſed fortunæ magis arbitrio inſulſi ſunt? Agè verò vt teipſum quoque diſcutiamus, ſi tibi diuinum fatis ingenium conſecuto, datum erat Imperatoris gloriam ſuperare, cur quæſo ad præceptorum ludos, philoſophorúmque accedebas? quídue apud Arabas, Babyloniorúmque magos, & Indorum Brachmanas curioſius verſabare? Etenim vel citra vllam

Ab abſurdo fatum Stoicum refellit.

eorum

A eorum conſuetudinem fatorum dono cuncta ſe tibi facilè ingeſſiſſent. Quid verò & iis
litando, qui abs te Dei cenſentur, mellitas ne quicquam placentas thuráque profundis?
Cur religionẽ prætendens, ſocios quoq; ad vota concipienda precéſque hortaris? aut ipſe
precabũdus quicquam deos expoſcis, ſi illos quoque fato eſſe inferiores exiſtimas? Atque
magis te decuit cæteris diis omiſſis vni tãtum neceſſitati, Parcíſque ipſis rem diuinã face-
re, ſupráque Iouem ipſum has venerari. Iam verò hac ratione dij penitus ipſi abs te tollen-
tur, tanquam ſcilicet nulli ſint qui prodeſſe nihil hominibus queant. Quod ſi peſtilentiæ
vis fato Epheſiis imminebat, cur tu fato aduerſa remedia proferẽs, fatum repellebas? Aut
qui potius in amouenda peſte, Parcas ipſas mortémque viciſti, quaſique trophæum ali-
quod de illius victoria ſuſtuliſti? Si & in defuncta puella Clothus erant iam ſtamina pror-
ſus abſumpta, quo tu pacto fuſum nouo iterum filo ambire, illíque eſſe viuificus potuiſti?
B Sed te fortaſſis eædem Parcæ ad hæc agenda ducebant. Non puto, hæc ad tuam facere di-
gnitatem, concedes: longè enim abeſſent à præſtantiæ tuæ laude: & tamen antequam in
corporis huius molem membráque redires, fuiſſe te olim dicis ex eo genere hominũ, qui
in mari & nauigatione verſantur. Sed hoc quoque veriſimile eſt neceſſitate domina factũ
eſſe. Nihil ergo quod admiremus, adducet educatio illa tua, natalis dies, circularis doctri-
na, frugalis diæta, ſummum philoſophię ſtudium. Neceſſitas ergo te, non amor ſapientiæ.
non voluntas in Babylonios egit, fatóque impulſus magis, quàm diſcendi cupiditate ad
Indorum Brachmanas, & Ægyptiorum nudos appulliſti. Parcis etiam tribuendum, quod
Gades Herculeáſque columnas, quòd eorum oceanum, quòd Heſperium permeaſti, qua-
ſi te illæ ſtamine ſuo implicitum ad hæc loca deuoluerint. Quod ſi quis eum dicat per hu-
iuſmodi errores ad ſapiẽtiæ participatum aliquem perueniſſe, in ſcientia referetur, neque
C ſtudioſis Tyaneus accedet. Meritóque admirari illum deſinemus, cum ſapientia illi non
ſtudio ſed neceſſitate aduenerit. In eadem trutina collocari & Pythagoras ipſe poterit, &
fœdiſſimum quodque viliſſimumque mancipium, nihil etiam à Socrate ipſo diſtabunt,
qui Socratem capitali iudicio condemnarunt: quanquam Socrates mortem pro philo-
ſophia pertulerit. Non Diogenes ab Attica iuuẽtute, non, vt ſemel dicam, ſtultus à ſapien-
te, iuſtus ab iniuſto, laſciuus à continente, timidus à forti viro diſtabunt, ſi horum omnium
mores Parcarum ludo, Fatíque proueniunt. Sed enim contra hæc præco veritatis clama-
uit: Heus homines, mortale & pollutũ genus, quónam nos incontinentiæ ducit vini meri
potatio? deſinite demum ebrietatem, merumque diluite, rectámque mentis aciem inten-
dentes, veritatis auguſtam faciem contemplamini. Fas enim non eſt, ſibi ipſi repugnare
veritatem, ac diſſentire: neque duobus inter ſe maximè contrariis datis, eandem vtriuſque
D cauſam eſſe. Dei certè prouidentia omnia complectitur, ac continet, legibúſque diuinis
machina totius mundi diſponitur. Víſque animæ rationalis, ac finis hominem ſui ducem,
ipſius dominum, iudicémque conſtituit. Docéntque nos naturæ leges, ac ſapientum dog-
mata philoſophorum, rerum alias penes non eſſe, alias verò non eſſe. Penes itaque nos illa
eſſe cenſentur, quæ ex electione, actuque proueniunt, quæque natura libera ſunt, vt impe-
diri ac inhiberi non queant. Quæcunque igitur iuris noſtri non ſunt, infirma dixeris, ſer-
uientia prohiberi facilia, aliena, cuius generis ea quæ circa corpus ſe habent externáque
ſunt, animæ ſimul & rationis expertia: & quæ demum ſubſtantiam habent, à peculiari
hominum, propriáque natura longè ſeiunctam, rurſus autem & ea quæ noſtri ſunt iuris
propria nobis ineſt voluntas ad alterutram partem ſcilicet, vel virtutem vel vitium, dele-
ctu libero declinandi. Deus porrò dominus rerum omnium, princepsque recta ratione
E ſingula tranſigit, ſecundam naturam per omnia circuncurrens. Hunc iuſta ſemper vltio
comitatur, graui eos qui à diuina lege diſceſſerint, ſupplicio punitura: motus verò ipſos,
quibus ad agendas res incitantur, non Parcarum Fatíue neceſſitas parit. Culpa certè om-
nis ab electione eſt noſtra, Deus ipſe culpæ immunis. Quod ſi quis huic ſententię aduer-
ſus, quæ iuris ſunt tollere auſit, iam hic pudore nullo detẽtus, ſuam manifeſtè fateatur im-
pietatem, paſſimque prædicet non prouidentiam eſſe, non Deum, nec quicquam aliud
præter Fati neceſſitatem, & quæ huic proxima ſunt, nuda fronte pronunciet, id eſt, non
ſapientem dari, non ſtultum, non æquum, non iniquum, non prauum, non magnum ho-
minem, non diuinum ad hominis ingenium naturámque pertinere. Neque verò philoſo-
phiam eſſe aut doctrinã vllam, non artem penitus, non ſcientiam, non mali boníue diſcri-
men à natura conſtitui, ſed confuſè omnia circunuolui neceſſitate domina, & Parcarum

Quædã sũt ἐφ' ἡμῖν. quædam non Vide Arist. in Moralib.

fuſis. Nihílque ſit iam rei, quin atheus hic, profanúſque in ſapientum numero, ac piorum hominum reponatur. Si quis autem cætera quidem diſſimulet, prouidentiam verò diuinam fateatur, & colat, ita tamen vt Parcas quoque ac fati neceſſitatem vnà admittat: is cum pugnantibus, ac maximè contrariis dogmatis, flagitioſiſq́ue teneatur, meritas inſaniæ pœnas expendat. Atque hæc quidem ita vt tradidi accipienda ſunt. Si quis igitur, cum hæc ita ſe habeant, inter philoſophos Tyaneum reponat, hoc ſibi prædictum ſciat, ſiquidem illi adimat ſuperfluum laudis apparatum, quali ſcilicet hunc Philoſtrati hiſtoria amiciuit, nullam fore prorſus à nobis inuidiam: ſin autem quis eum veritatis metas egreſſus, ſupra facultatem philoſophi Deum aſſerere, is per imprudentiam magiæ nota hominem infamabit. Sicut & hæc ipſa, quæ de illius vita ac moribus fabuloſè ſcribuntur, non aliud ſanè à prudentibus viris quàm calumniæ argumenta cenſenda ſunt.

FINIS TOMI PRIMI OPERVM EVSEBII PHAMPHILI Cæſarienſis.

HISTORIAE ECCLESIASTICÆ AB EVSEBIO COGNOMENTO PAMPHILI CÆSAREÆ EPISCOPO conſcriptæ Liber Primus.

Quódnam ſit Promißionis Argumentum.

CAP. I.

Ruffino capite 1.

Propoſitio futuri operis, cum qua confer caput 15. lib. 3. & cap. vlt. li. 7. Conſule etiam eccleſiaſt. hiſto. Niceph. lib. 1. cap. 1. vbi ſuũ iudicium fert de Euſebio & coniunctis autoribus.

† Vide caſtigationes ſiue annotationes noſtras Græcas, pag. 1. Lat. 1. lin. 1.

A INSTITVENTI mihi ſanctorum Apoſtolorum ſucceſſiones, ordinémque temporum à Seruatore noſtro ad hanc ætatem vſque decurſorum, literarum monumentis mandare: quot etiam ac quæ res in Eccleſia geſtæ à veteribus commemorentur: qui homines in illuſtriſſimis prouinciis huic decorè & cum laude præfuerint, principémque locũ obtinuerint: qui in cuiúſque ætatis curriculo vel ſcriptis, vel ſecus, ſacroſanctum Dei verbum conſtanter tueri ac defendere laborârint: qui præterea, quótve numero, & quo tempore fuerint hi, qui propter nouarum rerum cupiditatem ſint in ſummum errorem delapſi, ſéque ipſi falſæ deprauatæque doctrinæ auctores palàm prædicarint, & non aliter ac lupi rapaces Chriſti gregem quaſi incurſione facta obtriuerint: quæ item & quã graues calamitates vniuerſam Iudæorum gentem propter inſidias, quas Seruatori noſtro ſtruxerat ídque non ita multò pòſt, oppreſſerint: quoties porrò, qua ratione, quibus temporibus diuinus ſermo effrenato Gentilium impetu oppugnatus fuerit: qui etiam pro eius defenſione ardua certamina cum effuſione ſanguinis, atque acerborum tormentorum perpeſſione variis temporibus confecerint: quæ deinceps noſtra iam ipſorum memoria, Sanctorum cædes & martyria factitata ſint: ad extremũ, quàm benignum ac clemens Seruator noſter Eccleſiæ tulerit auxilium: non aliũde, quàm à prima illa Seruatoris & Domini noſtri Ieſu, qui eſt Chriſtus Dei, [1] œconomia, exordium ſumendum videtur. [2] Atque hoc

1 Oeconomiã Chriſti Euſe. duplicẽ conſtituit, alteram quã ante incarnationẽ diuerſis mediis Chriſtus obijt in præparãda ſibi eccleſia ſua, alteram, quã incarnatus inter homines obijt in eadem cõformãda. A priori igitur illa ſibi exordiendum hic dicit.

2 Veniã precatur à difficultate operis inſtituti.

† Vide noſtras Græcas annot. pag. 1. Lat. 1. lin. 18.

* Vide annot. pag. 1. Lat. 1. li. 19.

B loco iam ipſa ratio, † quæ rem quamq; ex æquitate põderare ſolet, mihi vt ignoſcatur, poſtulat: *quippe quæ facilè fatetur, iſtud Opus, quod inſtituimus, quódque nos plenè cumulatéque perfecturos ſumus polliciti, plus habere difficultatis, quàm quod viribus noſtris ſuſtinere poſſimus. Et quoniam hoc argumentum nos iam primi aggredientes, quaſi deſertam & inuſitatam viam inire molimur: idcircò precibus magnoperè petimus, tum à Deo patre, vt itineris ducem ſe præbeat: tum à Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt virtute ſua ac potentia nobis adiumento ſit: [3] quandoquidem hominum ne nuda quidem veſtigia reperire poſſumus, qui antè nos eandem viam triuerint: præterquam quòd quidam exigua ſolùm ingenij ſui monimenta (in quibus rerum ſuis ipſorum temporibus geſtarum cõmentarios membratim, alius aliter, ſcriptos poſt ſe relinquebant) procul tanquã faces accenſas nobis ad intuendum propoſuerunt: vocéque emiſſa contentiùs, de ſublimi loco, quaſi de accliuis montis deſpectu & alta ſpecula clamârunt, præceperúntque qua via incedere, & qua ratione iter ſermonis noſtri abſque errore & periculo dirigere oporteat. [4] Quæcunque igitur ad argumentum à nobis in præſentia propoſitum aliquid adiumenti allatura putemus, ea quoniam diſperſè ab illis ipſis memoriæ prodita ſunt, ſedulò colligere, & tanquam ex pratis rationis & prudentiæ floſcu-

3 Quanta ſcriptorũ eccleſi. penuria ante Euſeb. fuerit.

4 Quid Euſe. ab aliis acceperit & quomodo.

Vide Niceph. loco ſupra dicto.

lis pulchrè veſtitis, quæ illorum veterum ſcriptorum apta videantur teſtimonia, decerpere, & hiſtorico quodam narrationis genere in vnum corpus redigere pro viribus enitemur: hoc ipſo planè contenti, ſi minus omnium Apoſtolorum Seruatoris noſtri, at facilé præſtantiſſimorum ſucceſſores, qui Eccleſias & dignitate præſtantes, & hominum memoria celebratas, ad hoc vſque tempus gubernarunt, literis prodendo ab obliuione perpetua vindicemus.[1] Atque in hoc inſtituto laborem ponere mihi propterea cum primis neceſſarium exiſtimo, quòd neminem ſcriptorum Eccleſiaſticorum in iſtud ſcribendi munus operam ſuam & diligentiam hactenus contuliſſe cognoui.[2] Ea porrò ſpes animo iniecta eſt, hoc ipſum, quod inſtituo, his qui eximiæ & præclaræ rerum geſtarum cognitionis cupiditate ducuntur, ſummo emolumento futurum.[3] Iam verò in illis libris, quos de Temporum ordine conficiebamus, quanquam iſtas res breuiter ſtrictímque percenſuimus: in hoc tamen Opere quod iam eſt in manibus, multò plenius eaſdem vberiúſque explicare animus eſt. Atque ex Chriſti Seruatoris, vt dixi, œconomiæ & diuinitatis explicatione, quæ propter ſuum ſplendorem & excellentiam longè* humanam eius naturam ſuperat, orationis noſtræ naſcetur exordium. Etenim rerum in Eccleſia geſtarum hiſtoriam literis mandare ingreſſuro, altius aliquanto ex prima Chriſti ipſius œconomia initium neceſſariò repetendum eſt: propterea quòd diuiniore quadam appellatione, quàm pleríſque videatur, ab illo dignati ſumus.[4] A

1 Operis inſtituti neceſſitas.
2 Operis vtilitas.
3 Eſebij de têporum libri.
** Al. vel, hominũ captum ſuperat.*
4 qua de re vide Act. c. 11.

Epitome breuis de Seruatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti præexiſtentia & diuinitate. CAPVT II.

Chriſti duplex eſt natura. Vt pote qui Deus & homo ſit: vide autẽ quomodo Euſeb. hic referat Nicephor. cap. 2. lib. 1. Eccleſi. hiſt.

CVm duplex ſit in Chriſto natura, altera capiti humani corporis ſimilis, qua Deus eſſe intelligitur: altera pedibus comparata, qua carnem paribus cum noſtra carne affectionibus obnoxiam, noſtrę ipſorum ſalutis gratia induiſſe creditur: commoda certè eorum quæ ſequuntur, explanatio ſumi poteſt, ſi modò ex eo, quod in hoc ſermone caput eſt, & quaſi principatum obtinet, curſum totius hiſtoriæ de illo inſtitutæ deducamus. Eo pacto etiam vetuſtas & amplitudo Chriſtianæ religionis, ab antiquis ductæ temporibus, his, qui illam nouam atque peregrinam, nec prius, quàm heri aut nudiuſtertius in lucem emerſiſſe exiſtimant, manifeſtò oſtendetur. B

Aſſertio naturæ diuinæ: Chriſti genus, dignitas, ſubſtantia & natura inexplicabiles.
Eſa. 53.

Genus quidẽ, dignitas, ipſáque Chriſti ſubſtantia & natura, nulla oratione poterunt penè explicari: quemadmodum ſacer Dei ſpiritus in prophetarum prædictionibus inquit: Generationem illius quis enarrabit? Nam neque patrem quiſquam nouit, niſi filius: neque ipſum filium, prout amplitudo eius & dignitas poſtulat, quiſquam aliquando nouit, niſi ſolus pater, qui genuit illum. Lumen verò, quod ante mundi primordia eluxit, ſapientiam ſola mente comprehenſam, & ex patris ſubſtantia ante ſecula editã, viuum Dei*ſermonẽ, qui in initio erat cum patre, primum & vnicum Dei germen ante omnem creaturam & opificium, ſiue ſubiectum oculis, ſiue eorum obtutũ effugiens, productum, ſummum immortalis & rationis participis militię, quæ in cęlo eſt, imperatorem, magni conſilij angelum, arcanæ voluntatis adminiſtratorem, † omnium rerum vnà cum patre opificem, totius vniuerſitatis, quæ omnia complexu ſuo coërcet, proximè & ſecundum patrem actorem cauſámque, germanum Dei filium & vnigenitum, rei cuiuſque ortum habentis Dominum, Deum & Regem, qui dominationem pariter & principatum vnà cum diuinitate, potentia & honore à patre accepit, quis extra patrẽ ipſum verè animo & cogitatione complecti poterit? Siquidem in arcanis ſacrarum literarum, quæ de illo traduntur, eloquiis, ſic ſcriptum accepimus: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quin etiam magnus ille Moyſes, vtpotè prophetarum omnium antiquiſſimus, dum diuini ſpiritus inſtinctu vniuerſitatis coagmentationem & admirabilem fabricam deſcribit, iſtud prætereà docet:[5] mundi effectorem & architectum omnium rerum Deum patrem, nulli alij quàm ipſi Chriſto, diuino ſcilicet & primogenito ſuo ipſius verbo, inferiorum naturarũ molitionem conſtructionémque commiſiſſe: illúmque cum eo quaſi communiter de hominis procreatione ſic loquentem facit: Dixit enim Deus:[6] Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Huic quoque ſententiæ alius propheta locuples teſtis accedit, in hymnis ſic diuinitùs memorãs:[7] Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mãdauit, & creata ſunt.

** λόγω … loco ce… verbum … teris: Sed Chriſtophorſon … vbique … conſtan… Sermone vertit.*
† Vide … not. pag. … la. 2. lin. …
Ioan. 1.
5 Verbũ cum patre mundi opifex.
6 Gen. 1.
7 Pſal. 148.

A ta ſunt. Patrem & fabricatorem, vt ſummum moderatorem, nuto ſuo regio de rerum creatione præcepta tradẽtem: verbum autem Dei ab ipſo ſecundum (idem dico, quod eſt à nobis manifeſtò prædicatum) paternis præceptis obtemperans inducit.[1] Quod quidem omnes à primo ſatu humani generis, quicunque ſingulari iuſtitiæ & pietatis amplitudine præſtitiſſe dicuntur: vt magnus ille & inſignis Dei famulus Moyſes: vt Abraham, qui illum ætate anteibat, eiúſque filij: vt prophetæ etiam, puro ſinceróque mentis & intelligentiæ lumine illuſtrati, & quicunque denique poſtea probitate excellere videbantur, tum ingenuè agnouerũt, tum illi, vt Dei filio, debitũ decus & venerationem impertierunt. Is verò, quò pium & ſanctum illum cultum, qui patri debetur, abiecta inertia ſtudioſè propagaret, omnes homines ad patrem verè cognoſcendũ ſedulò erudiuit. Fertur námque, Dominum Deum in hominis naturalis ſpecie apparuiſſe Abrahamo, propter quercũ Mambre cõſidenti: qui ex templo humi proſtratus, licet hominem ſolum oculis cerneret, adorabat tamen vt Deum, & ſupplex illum precabatur vt Dominũ: Fatebatúrque ſe minimè ignoraſſe, quisnám eſſet, dum iſtis verbis illum affatus eſt, ad hunc modum: Domine, qui iudicas omnẽ terram, nunquid facies iudiciũ? Quod ſi rationi minimè videtur cõſentaneum, vel vt ingenita & immutabilis Dei patris omnipotentis ſubſtantia in hominis ſpeciem conuertatur, vel vt mortalis alicuius viſo atque effigie oculos intuentium fallaciter præſtringat: quinetiam ſi fieri nequit, vt ſacræ literæ eiuſmodi viſiones falſo comminiſcantur: quisnám, quæſo, verè appellari Deus ille & Dominus, qui iudicat omnem terram, & facit iudiciũ, in humana forma ac ſpecie apparens (cùm nullo modo liceat eum Deum patrem, primum totius mundi compagis auctorẽ & cauſam nuncupare) quisnám inquam verè appellari poterit, præter ſolum illius Verbum, quod omnes æternitate ſua anteceſſerit? Cuius etiam in Pſalmis mentio facta eſt: Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Hunc porrò† proximè & ſecundum patrẽ Moyſes Dominum apertiſſimè vocat, his verbis: Pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignẽ à Domino. Eundem quoque in hominis figura rurſus Iacob comparẽtem, eúmque ſic compellantem, (Non amplius vocabitur nomen tuum Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum, B quia inualuiſti cum Deo) diuina Scriptura Deum nominat. Quo quidem tẽpore Iacob etiam vocauit nomen loci illius, viſionẽ Dei. Sic enim locutus eſt: Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Quinetiam ne ſuſpicari quidem fas eſt. viſiones illas Deũ repræſentantes, quæ ſunt ſacris literis proditæ, angelis voluntati Dei inſeruientibus, eiúſque ſedulò obeuntibus miniſteria, attribuendas eſſe: quandoquidẽ, cùm quiſquam ex iſtorum numero hominibus viſus ſit, nõ occultat ſanè Scriptura, ſed nominatim angelum, non Deum, neque Dominum hominibus locutum eſſe aſſeuerat: ſicut infinitis Scripturarum teſtimoniis eſt comprobatu perfacile. Ieſus præterea Moyſis ſucceſſor, eum cúm non alia quàm humana forma ac ſpecie ſibi apparentem conſpicaretur, vtpote cæleſtium angelorum, archangelorum, ſublimiúmque poteſtatum ducem, & cum patre virtute & ſapientia ex æquo inſignem, & in vniuerſarum rerum regno ac principatu [2] ſecundas [3] à patre obtinentem, ſummum exercitus Domini imperatorem nuncupat. Itaque ſic ſcriptum legimus: Factum eſt autem, cùm Ieſus eſſet in Hierico, vt ſublatis oculis videret hominem ſtantem contra ſe, in cuius manu gladius anceps diſtrictus erat. Et accedens Ieſus, dixit: Noſter es, an aduerſariorum? Et reſpondit illi: Ego ſummus dux exercitus Domini iam veni. Ieſus verò humi ſe in faciem proſtrauit, & dixit ei: Domine, quid mandas ſeruo tuo? Et reſpondit ſummus Domini imperator ad Ieſum: Solue calceamentũ de pedibus tuis. Locus enim in quo tu ſtas, locus ſanctus eſt, & terra ſancta eſt. Ex quibus verbis facilè poteris intelligere, iſtum non diuerſum fuiſſe ab illo qui Moyſi reſpõſa dediſſet. Nam eiſdem verbis de eo vtitur Scriptura: Vbi vidit Dominus, quòd accedebat advidendum, vocauit illum Dominus è rubo, dicens: Moyſes Moyſes. Qui reſpõdit: Quid eſt? Et ait: Ne appropinques huc. Solue calceamẽtum de pedib. tuis. Locus enim in quo tu ſtas, in ipſo terra ſancta eſt. Et dixit ei: Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Porrò autẽ, quòd ſubſtantia quædam fuerit ante mundi iacta fundamenta, Verbum Dei & Sapientia appellata, quæ quidem & vixerit, & extiterit, & Deo patri, architecto vniuerſitatis, ad rerum omnium fragilium & caducarum confectionem inſeruierit: [4] præter eas rationes quas ſuprà poſuimus, ipſam præterea Sapientiam audire licet, propria perſona per os [5] Salomo-

1 Zonaras in Conſtantino, vt & Curterius adnotauit, ex hac hiſtor. quatuor locos producit, ex quibus Arianiſmi inſimulatur Euſeb. quorũ primus hic eſt ſecundus ac tertius hoc eod: m capite infra adnotabũtur, quartus in ſequenti capite indicabitur: ſub eodem hoc ſigno. a vide auẽ Nicepho. cap. 1. lib. 1. hoſtor. eccleſ.

Chriſtus ſub humana ſpecie Patrib. viſus & cultus.

Gen. 18.

Pſal. 106.

Chriſtus, Dominus.

Gen. 19.

Gen. 23.

Chriſtus. Deus.

Viſiones Dei à viſionib. angelorũ diſcrepant.

Ioſue.

2 Secundas, nõ dignitate, ſed perſona atque ordine.

Ioſue 5.

3 Secundus, locus Arianiſmi Euſebiani.

Exod. 3.

Verbũ & Sapientia Dei.

4 Tertius locus Arianiſmi Euſeb.

5 Prou. 8.

† Vide annot. pag. 1. lat. 2. lin. 29

nis planissimè sic de se mysterio quodam memorantem: Ego Sapientia, consilium tabernaculum meum constitui, scientiam & intelligentiam ego aduocaui. Per me reges regnant, & potestates describunt iustitiam. Per me magnates summo honore decorantur, & per me tyranni terræ potiuntur imperio. Quibus etiam paulò pòst adiungit ista: Dominus condidit me in initio viarum suarum, ad opera sua antè secula. Fundauit me in principio, antequã terram crearet, prius quàm prorumperent fontes aquarum, priusquam montes stabilirentur, ante omnes colles genuit me. Cùm pareret cælos, aderam illi. Et cùm confirmatos poneret fontes sub cælo, eram penes illum disponens. Ego eram, cui adgaudebat. Quotidie autem iucundabar ante faciem eius in omni tempore, cùm lætaretur orbe perfecto. Quocirca, quòd Dei verbum ante omnia fuerit, quódque hominibus, si non omnibus, at nonnullis tamen olim visum sit, ista à nobis hoc tempore breuiter dicta sint. A

Ista Lactantius sic vertit cuius verbis hoc loco vtor lib. 4. cap. 6.

Iam verò, quid causæ sit, cur non, sicut hac hominũ ætate, sic etiã olim apud omnes homines, & apud omnes gentes sermone & prædicatione celebratus fuerit, hoc modo facilè planum fiet. Prisca & antiqua hominũ ætas, Christi doctrinã sapientia sanè & virtute præstantissimã, nondum animo capere poterat. † Primus námque homo in initio statim vitã eam, quã primo degebat in loco pleno voluptatis ac beatitudinis, neglecto diuino mandato, in hanc mortalẽ & caducam vitæ conditionẽ præceps decidit: atque adeò diuinas illas, quibus quondã fruebatur, delicias, cũ ista execrabili terra cõmutauit. Qui verò erant eius satu editi, cùm vniuersum orbem terrarum sua multitudine complessent, indies multò euadentes deteriores, beluinum quendam viuendi modum, & vitam haud vitalem omnes, vno & altero excepto, sibi asciuerunt. Quinetiã neque ciuitatem frequentare, neque Reip. formam instituere, neque artes aut sciẽtias colere in animum induxerunt. Legem autem iudiciorum, virtutis præterea & philosophiæ ne nomen quidem tenuerunt: vagis item & incertis sedibus inter belluas dispersi in solitudine & locis desertis, tanquam agrestes & immanes homines vitam traduxerunt. Ratiocinandi & sermonis inter se conferendi facultatem è naturæ fontibus haustam, mansuetudinis etiam semina hominum animis mãdata, prauitatis sua sponte susceptæ exuberantia labefactantes, nequitiæ & maleficio cuiúsque generis seipsos totos tradiderunt: adeò, vt nonnunquam ipsi inter se sua corpora detestabili scelere polluerent, interdum cæde mutua se è medio tollerent, aliquando homines crudeliter vorarent: non raro cum Deo bellum gerere & γιγαντομαχίας, id est, Gigantũ prælia (quę omnibus in ore sunt) tentare: terram, interposito muro, cælo adiungere in animo haberent: denique furore quodam immoderatæ importunæque arrogantiæ impulsi, ipsum Deum omniũ rerum rectorẽ de cælo deturbare molirentur. Quos quidem istum inter ipsos vitæ modum & rationem sequentes, rerum omnium contemplator Deus, tanquam syluam agrestem per vniuersam terram diffusam, diluuiis & incendiis adortus est. Fame continua, peste, bello, & fulminum iactu eos cælitùs succidit: atque acrioribus supplicij generibus, non aliter ac grauem quendam & maximè difficilem animorum morbum, penitus reprimere laborauit. Tandem verò cùm parum abesset, quin vitiositatis & peccandi libido in omnes grassata, se exaturasset, cúmque tanquam grauis quædam & intoleranda ebrietas quandam quasi cęcitatis noctem & tenebras cuiúsque ferè mentis aciei offudisset, primogenita & vnica Dei sapientia, ipsum videlicet Dei verbum, quod ante omnium rerum erat originem, incredibili quodam amoris ardore erga humanum genus incensum, interdum per angelos hominibus in terra vitam degentibus apparuit, interdum per se (quippe salutaris Dei potẽtia est) vni & alteri ex priscæ ætatis viris, qui ipsum summo pietatis studio complectebantur, non aliter quàm humana forma (aliter enim haud fieri poterat) perspicuè visus est. Et vbi iam ab istis viris semina pietatis per hominum multitudinem sparsa essent, & gens integra studio pietatis dedita, ex illis vetustissimis Hebræis orta fuisset, Deus hisce in ingentem multitudinem concrescentibus, cùm adhuc in pristinis vitæ institutis ætatem degerent, per Prophetam Moysen sacrorum initiationes, non illas quidem euidentes & eximias, sed imagines, & symbola sabbati cuiusdam mystici ac circuncisionis, aliarúmque arcanarum & opertarum præceptionum formulas tradebat. Cùm autem lex data Hebræis inter illos quasi clara voce diuulgata esset, & ab eisdem iam tum deducta, per omnium hominum cogitationes instar flatus odoriferi permeasset: cúmque propter mansuetissimas legum

Christus cur nõ priscis etiã sic, vt iam nobis, celebratus. Vide Nicephorum lib. 1. cap. 5.

† Vide ... not. pag. 1 lat. ...

Adami posteri prauitatem eius referunt, paucis exceptis: hæc Niceph. cap. 3. lib. 1. retulit.

B

Gigantomachia.

Verbi Dei apparitio.

Hebraicæ gẽtis electio.

A legum latorum & philoſophorum vbíque commentationes ac præcepta, agreſtis illa & immanis feritas in pleríſque gentibus inſita, in ſuauem morum facilitatem conuerſa fuiſſet: cum denique pace tranquilla, & acta amicitiæ conſociationíſque colligatione vltrò citróque homines inter ipſos deuincti eſſent: tum omnibus mortalibus vniuerſíſque gentibus per totum orbem terrarum diffuſis, quaſi iam præparatis, & ad Dei patris cognitionem percipiendam idoneis, ille ipſe virtutum magiſter primis ſui in omnibus bonis exequendis miniſter obſequẽs, diuinum & cæleſte Dei verbum, & propter humani corporis, quam induebat, ſubſtantiam, nihil à noſtra natura diſcrepans, cum Romana Reſpublica primùm ab Imperatoribus regi cœpta eſt, mundo oſtendit ſeſe: taliáque tum edidit, tum perpeſſus eſt, qualia prophetarum oraculis verè & appoſitè reſponderunt: quæ quidem non ſolùm hominem pariter ac Deum, admirabilium operum artificem, in hunc mundum immigraturum, omnibúſque gentibus Patris auguſtè ſanctéque colendi præceptorem & magiſtrum futurum: verùm etiam mirificam eius ortus rationem, & nouam doctrinam, res geſtas ſumma admiratione dignas, mortis præterea modum & formam, ex mortuis reſurrectionem, & ad extremum glorioſum & diuinum in cælos reditum manifeſtè prædixerunt. Illius porrò regnum in extremo ſeculi æuo futurum, Daniel propheta diuini ſpiritus inſtinctu præuidens, ſic tandem cæleſti numine afflatus, Dei viſionem planius quidem certè, & propius ad captum humanum deſcribit: Aſpiciebam, inquit, donec throni poſiti erant, & antiquus dierum ſedebat. Veſtimenta eius candida ſicut nix, & capilli capitis eius lana munda. Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accenſus, fluuius igneus præceps labitur coram illo. Millia millium miniſtrant ei † Tribunal loco collocauit, & millia millium aſſedebãt ei, & libri aperti ſunt. Et paulò poſt: Aſpiciebam, inquit, & ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniẽs vſque ad antiquum dierum perrexit, & in cõſpectu eius oblatus eſt, & illi datum eſt imperium, honos & regnum: & omnes populi, tribus, linguæ, illi inſeruient: poteſtas eius, poteſtas æ-

B terna, quæ non tranſibit: & regnum illius non corrumpetur. Iſta planè non in alium, quàm in noſtrum ſeruatorem † & Deum, verbum quod fuit in principio apud Deum, quodq; propter humanam carnem, quam extrema mundi ætate aſſumpſit, filius hominis dicebatur euidenter referri poſſunt. Verùm cũ in propriis Commentariis, qui à nobis de Domino noſtro Ieſu Chriſto editi ſunt, prophetica oracula, exquiſitè collegerimus: & ea quæ ſunt de eo tradita, certioribus argumẽtis confirmauerimus: his quæ ſunt à nobis explicata, erimus in præſentia contenti.

Quando & quo modo Chriſtus iuxta Prophetarum oracula in terram venerit.

Chriſti regnũ de quo Mat. 25. 1. Cor. 15. Dan. 7.

† Vide annot. pag. 3. lat. 1. lin. 32.

Extant Euſebij libri 10. de Demonſtratione Euãgelica ſcripta ad quos lectorẽ hic remittit.

† Vide annot. pag. 3. la. 1. lin. 38.

Quod Ieſu, & ipſum Chriſti nomen ab initio & notum fuit, & in honore habitum apud diuinos prophetas.

CAP. III.

IPſum nomen Ieſu, atque adeò Chriſti, etiam apud illos veteres Prophetas, quos Deus charos habebat, magno in honore & reuerentia fuiſſe, iam explanandi ſe offert occaſio. Primus ille Moyſes cũ hoc Chriſti nomen, vel maximè venerandum & admirabile perſpiceret, cúmque figuras rerum cæleſtium & ſymbola arcanáque ac plenas myſterij imagines aptè & conuenienter oraculo præcipienti (videlicet. Facies omnia iuxta figuram, quæ in monte tibi monſtrata eſt) edidiſſet, hominem (quantum in humana ſitum erat poteſtate) in ſummum Dei ſacerdotem conſecrans, Chriſtum, id eſt, vnctum appellat: & quoniam Chriſtum, vim ſanè rei cuiuſdam admirabilis in ſe complecti animaduertebat, huic ſummi ſacerdotij dignitati apud Deum omnem prærogatiuam quæ inter homines eſt, facilè ſuperanti, propter maiorem honoris & gloriæ acceſſionem ſacroſanctum eius nomen impoſuit. Idem Moyſes præterea nomen Ieſu diuino ſpiritus afflatu pro certo præuidens, priuilegio quodam & ſingulari planè præ cæteris præſtantia dignum exiſtimauit. Ac cum hæc ſacroſancta Ieſu appellatio nunquam inter homines ante tẽpora Moyſis † diuulgata fuiſſet, Moyſes eam dedit illi ſoli ac primo, quem ſpecie & ſymbolo Chriſtum Ieſum præfiguraturum, & poſt ſuum è vita diſceſſum in omnium Iſraëlitarum regnum ſucceſſurũ præſciuerat. Nam cùm ſucceſſor eius hoc nomine Ieſu eſſet antea minimè appellatus, ſed alio quod parẽ

Cum hoc cap. confer. cap. 4. Niceph. hiſt. eccle. li. 1.

Nominis Ieſu honor & reuerẽtia apud veteres Patres.

Exod. 25. Act. 7. Heb. 8.

Chriſti ſacerdotium.

† Vide annot. pag. 3. lat. 2. lin. 13.

Ieſu appellatio.

1 Interpres ναυσῆ adnotauit, quo tamē hic non est vsus Curterius. Hieronymus cōtra Iouinianum, Osee, id est Saluatorē rectius dici putat.

2 Iesus Naue Christi typus. De hoc vide nu. m11. & 14 Deut. 1. Ios. xxiiij. vide annot pag. 3. lat. 2 li. 6.

3 Prophetarū de Christo testimonia.

4 Thren. iiij.

5 Psal. 2.

† *Aaroni scilicet ac Iosue.*

† *Vide an. not. pag. lat. 2. lin. 28.*

tes ei imposuerant,[1] Ause videlicet, vocaretur: Moyses illū Iesum nuncupauit: atque A isto adeò nomine, tanquam eximio & præclaro honore (qui omni regio facilè antecellit diademati) propterea donauit, quod idē Iesus filius[2] Naue, effigiē seruatoris nostri, qui solus post Moysen, pòstque figurati adumbratíque cultus ab eo traditi expletionem, in veræ & synceræ religionis ac pietatis imperium succederet, ritè expressit. Atque Moyses hoc modo his duobus hominibus, † alteri summi sacerdotis officio iā perfungēti, alteri post ipsum gentis Israeliticæ gubernacula suscepturo (qui præ reliqua vniuersa hominum illius ætatis multitudine, virtutis & gloriæ claritate nituerunt) hāc seruatoris nostri Iesu Christi appellationē, quò summus illis honos haberetur impositus fuit.[3] Prophetæ item, qui deinceps extiterunt, manifestè atque adeò nominatim Christum prænunciauêre: & nō modo dolosas Iudaici populi contra eum paratas insidias, verum etiam gentium per illum vocationē apertis perhibuêre testimoniis, ac primùm [4] Hieremias, vbi sic loquitur: Spiritus ante vultum nostrum. Christus Dominus in nostris corruptionibus † compræhensus est. De quo dicimus: In vmbra illius viuemus in gentibus. Deinde [5] Dauid propter eius admirabilitatē obstupescēs, ait: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christū eius. Quibus paulò pòst subiūgit ex ipsius Christi persona: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Neque soli ij qui honore donabātur summi sacerdotij, quique oleo ad eā rem præparato arcani cuiusdam mysterij gratia vngebātur, Christi nomine insigniter apud Hebræos decorati fuerunt: sed reges etiam, quos quidem prophetæ diuini numinis instinctu, oleo perfundētes, Christos quosdā, hoc est vnctos, qui Christū specie adumbrarēt, effecerūt: propterea q̄ illi effigiē & figurā regiæ ac primariæ potestatis, quæ in solo & vero Christo, verbo Dei omnia moderante cernitur, per se ipsi exprimebāt. Iam verò nonnullos è prophetis vnctione quadam Christos, id est vnctos factos, imagine & figura Christum futurum præsignificantes accepimus: vsque adeo, vti omnes hi ad verum Christum, diuinum & cæleste verbū, qui solus summus totius orbis sacerdos est, solus cuiúsq; creaturę rex est, solus inter prophetas summus patris propheta est, B aptè & congruenter referantur. Huius rei illud potest esse argumento, quòd nemo hactenus veterū siue sacerdotum, siue regum, siue prophetarum, qui per symbola vngebantur, tantam diuinæ virtutis vim & facultatem sit consecutus, quantam seruator & Dominus noster Iesus, qui solus & verus Christus, id est, vnctus declaratus est. Nullus enim ex illis erat, quantumuis amplitudine & honore tot seculorum ætates apud suos nobilitatus, qui aliquando ex ea figurata Christi appellatione, subiectos suos Christianorum nomine decorauerit. Imò verò, ne honos quidem venerandus Christóque dignus cuiquam eorum ab illis, qui ipsorum paruere imperio, tributus est: quinetiam neque post mortem tanta & tam vehemēs animorū affectio ardorq; extitit, vt quisquam eius gratia, qui tanto in honore apud ipsos fuisset, mortem aliquando vellet oppetere: neque inter omnes gentes, quæ vniuersum orbem terrarū incolunt, pro vllo eorū qui id temporis fuerunt, tantus persecutionis tumultus cōcitatus est. Siquidem symboli & figuræ vis non tantum efficacitatis in illis poterat inserere, quantum veritatis declaratio, quę per Seruatorem nostrum facta est: qui quanquam ne symbola, aut figuras summi sacerdotij à quoquā accepit: neque genus, quod ad corpus attinet, traxit ex sacerdotibus: neque in regnum suū satellitum turba deductus est, neque propheta veterū prophetarum similis factus, neque dignitatū omnino aut prærogatiuam aliquam apud Iudæos adeptus: tamen si minus symbolorum aut figurarum, at ipsius veritatis insignibus est per Spiritum sanctum egregiè exornatus. Ac quamuis similes cū his, quos dixi, dignitatū gradus minimè esset consecutus: verius tamē, & magis quàm illi omnes, Christus nominatus fuit: & vt solus & verus Christus, id est, vnctus Dei, per augustā reuera & sacrosanctam ipsius appellationem mundum Christianis cōpleuit vniuersum. Neque amplius figuras, aut imagines quidem rerum, sed veras virtutes, & vitam cælestem cum ipsa veritatis doctrina coniunctam, ipsius religioni initiatis impertiit. Vnguentū porrò nō ex aromatibus cōfectum, sed diuinum, ex ipso Spiritus sancti numine libatū, haustúmque, immortalis & paternæ diuinitatis participatione assumpsit. Quod quidē Esaias etiam docet, sic tanquā ex ore ipsius Christi locutus: Spiritus Domini super me, eo quòd

Christi nomen etiam sacerdotib. regibus & prophetis datum.

Christus summus Sacerdos Propheta & Rex.

Solus seruator noster verè Christus dictus.

Christi vnguentum Esa. 61.

A eò quòd vnxit me: euangelium annunciare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum. Neque solum Esaias, sed Dauid etiam quasi ad personam illius verba dirigens, sic loquitur: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui. Dilexisti iusticiã, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitię, præ participibus tuis. Quibus verbis diuinus sermo in primo versu, eum liquidò monstrat Deum esse: in secundo, regalis sceptri honore decorat: deinde sensim descendens, vbi & diuinam & regiam potestatem illi tribuerit: tertio loco Christum ipsum, id est vnctum, non oleo ex corporea concretaque materia composito, sed diuino & pleno exultationis perfusum, manifestò declarat. Qua quidem re etiam ostẽdit, illius amplitudinem dignitati eorum qui olim corpore tenus figurate † vngebantur, longè antecellere. Quinetiam alibi idem de illo his verbis mẽtionem facit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et, Ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Hic Melchisedech in sacris literis inducitur sacerdos Dei altissimi, non oleo humana comparato industria declaratus, imò verò neque generis successione summi sacerdotij functionem (sicut Hebræorũ consuetudo postulabat) assecutus. Quamobrẽ secundum illius ordinem, non autem secundum horum ritum qui signis & figuris consecrati fuerunt, seruator noster tum Christus, tum sacerdos, est cum iureiurando adiecto appellatus. Vnde neque corpore tenus apud Iudæos illum perunctum esse, neque editum ex tribu sacerdotum: sed ex ipso Deo ante luciferum, hoc est, ante mundi constructionem substantia præditum tradit Scriptura: quippe qui immortale & perpetuũ sacerdotium ad omnem æternitatẽ obtineret. Incorporeæ autem & diuinæ potentiæ, quæ ei tribuitur, magnum & euidens est indicium, illum solum ex omnibus qui vnquã antehac ad nostram vsque ætatem vixerunt, apud omnes homines per vniuersum orbẽ terrarum, non modò Christum appellari: verùm etiam vno omnium ore ita prædicari, testimoniis illustrari, & præ cæteris omnibus propter nominis sui celebritatem, tum apud Græcos, tum apud Barbaros honotificè memoria celebrari, atque ad hoc vsque tempus inter omnes qui in omni mundo sunt illius religioni initiati, honore efferri vt regem, admiratione affici supra prophetam, gloria decorari vt verum solum ac summum Dei sacerdotem' postremò, vt pote Dei verbum, quod ab initio extiterit, quodque ante omnia æui spacia substantia præditum fuerit, quod denique decus honorificum à patre acceperit, summa veneratione dignatum, vt Deum. Illud porrò ex omnibus summè mirandum videtur, quòd nos qui sumus illi consecrati, non vocibus solùm, & verborum sonitu, sed omni animi inductione & amore eum vsque adeò veneramur, vt veram illius testificationem nostræ ipsorum vitæ non grauatè anteponamus.

Psal. 44. — *Dauidici loci explicatio.* — *Psal. 109.* — † Vide ann. pag. 4. lat. 1. lib. 34. — *Gen. 14. Heb. 4. 7.* — *Melchisedech sacerdos Christi typus.* — *Consensus hominum arguit Christi diuinitatem.* — *1 Quartus locus Arianisme Eusebiani: Socrates autẽ qui Eusebio mox subiungitur Eusebiũ ab hac nota vindicat quem vide sui operis lib. 2. cap. 17.* — B

Quod modus pietatis, ab ipso cunctis gentibus denunciatæ, nec recentior, nec peregrinus erat.

CAPVT IIII.

Ista igitur, antequam in historiam ingrediar, hic sint necessariò à me posita, ne quisquam Seruatorem & Dominum nostrum Iesum Christum, propter rationem temporum, quibus nuper versabatur in carne, nouum & recẽtem fuisse arbitretur. Iam verò ne sit, qui eius doctrinam nuper ortam, peregrinam, & tanquam ex nouo aliquo homine, nihilque à reliquis discrepante confictam & cõpositam existimet, de ista re paucis disseramus. Cum iamdudum (vt nemini obscurum est) aduentus & præsentia Seruatoris nostri Christi omnibus hominibus elucesceret, noua gens (vt liquidè constat) non numero quidem exigua, neque imbecilla viribus, neque in † angustum terræ angulum conclusa, sed ex omnibus gentibus cum hominum multitudine copiosissima, tum pietatis cultu diuinissima, & eatenus nec delata pernicie, nec clade superata, quatenus est perpetuò à Deo præsidium assecuta, & apud omnes Christi appellationis & nominis splendore nobilitata, præfinitis & arcanis iam temporum conuersionibus repentè in lucem prodiit. Quam quidem vnus è prophetarum numero sacrati spiritus oculo futuram præuidens, adeò quasi abalienata mente stetit attonitus, vt ista verba cum admiratione proferret: Quis audiuit talia? & quis sic locutus est? Nunquid terra vno die parturiit? & nunquid gens simul vniuersa edita est? Declarat porrò idem propheta, hãc

Cum hoc cap. confer. cap. 5. Nicephor. lib. 1. — † vide castigationes nostras græcas: pa. 4. la. 1. lin. 23. — *Christi doctrina non noua, aut peregrina.* — *Esa. 62.*

Esa. 62.

Christianorũ nomen nouũ, vita & institutum nõ itẽ.

appellationem futuram quodam modo dicens: His qui mihi inseruiunt nouum nomẽ imponetur, quod in terra erit benedictum. Cæterùm quamuis nos plane recentes simus, & hoc nouum Christianorum nomen modò apud omnes gentes increbuerit: vitam tamen & institutionis genus, vnà cum pietatis præceptis, non nuper à nobis confictum sed à primo (propè dixerim) humani generis ortu, naturalibus quibusdã notionibus in veterum hominum mentibus, qui Deo chari erant, insitis, exercitatum excultũque fuisse, hoc pacto explicare aggrediamur. Gens Hebræorum non recẽs aut noua est illa quidem, sed propter antiquitatem apud omnes homines honore prę cęteris floruit. Sunt porrò apud istam gentem librorum monumenta, & scripta volumina, quæ vitas priscorum hominum, qui rari quidẽ & numero perpauci fuerunt, sed pietate, iusticia, & reliquis virtutibus vniuersis præstantes, in se complectuntur. quorum nonnulli ante diluuium vixerunt, alij post: qui quidem ex filiis Noe, & nepotibus suis prognati sunt. Quinetiam † Abraham, quem Hebræi principem suum & primum parentem esse iactitant, in eo numero est. Si quis item omnes illos qui sunt iusticiæ testimonio comprobati (ab ipso autem Abrahamo, ad primum vsque hominem gradatim ascendendo repeti solet) Christianos non nomine, sed re affirmet, non multum profectò à veritate aberrauerit. Nam illa omnia quæ Christiani nomen in se cõtinet (nimirum vt sit Christianus, qui per Christi cognitionem & doctrinam, modestia, iusticia, arduarum rerum in vita perpessione & tolerantia, virtutis constantia, pietatis etiam verique cultus confessione, vni & soli Deo super omnia attribuendi, præstet, excellatque) illa inquam omnia ab illis antiquis patribus non minùs studiosè, quàm à nobis exercitata excultaque fuerunt. Neque certè vlla coporis circuncisio illis fuit, quia neque nobis est: neque sabbatorum obseruatio, quia neque nobis est: neque à quibusdam alimenti generibus abstinentia, neque rerum distinctio aliarum (quas primus omnium Moyses exorsus, illorum posteris in figuris explendas obseruandasque tradidit) quia neque apud Christianos eiusmodi res iam extant. Quinetiam ipsum Christum, id est, vnctum Dei, perspicuè agnouerunt. Quippe liquidò constat illum Abrahamo visum esse, responsum dedisse Isaac, locutum cum Iacob, cum Moyse denique & aliis deinceps Prophetis familiariter sermonem contulisse. Inde plenè comperies, illos veteres, quos Deus tanto amore complexus sit, eosdem esse cum his, qui sint eximia Christi appellatione donati: idque ex ista Prophetæ voce, sic de illis referente: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Quare perspicuum est, eam religionem quæ est ab illis piis viris, qui circa Abrahami tempora vixerunt, inuenta & excogitata, atque iam nuper per Chisti doctrinam & prædicationem omnibus patefacta, debere primam, vetustissimam, omniúmque planè antiquissimam existimari. Et quanquam Abrahamum longo tempore pòst ferunt circuncisionis mandatum accepisse: tamen ante illud quidem præceptum eum fide iustificatum traditur, sic de eo sacro affirmante eloquio: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iusticiam. Ac cùm ante circuncisionẽ talis factus esset, diuinum oraculum à Deo, qui se in eius conspectum obtulisset, (idem iste erat Christus, Dei verbum) de illis qui posterioribus seculis simili ratione cum Abrahamo iustificarentur, hoc modo antea promissum fecit, inquiens: Benedicentur, inquit, in te omnes tribus terræ: &, Quod erit in gentem magnã & copiosam: & Benedicentur in illo omnes gentes terræ: istud sanè in nobis expletum facilè licet animaduertere. Ille enim cum paterna superstitione, & priore vitæ errore reiecto re pudiatóque, vnum Deum omnium moderatorem confessus esset: huncque non obseruatione legis pòstea per Moysem tradita, sed virtutis & probitatis officiis sincerè coluisset: fide in Christum Dei verbũ, quod illi apparuerat, iustificatus est. Cui, cùm ita institutus esset, dictum est, quòd omnes tribus terræ & omnes gentes in illo benedicerentur. Atque eundem illum pietatis & religionis modũ, quem Abraham excoluit, apud solos Christianos per vniuersum orbem rectè factis (quæ multò plus ponderis habent, quàm verba, ad id quod agitur confirmandum) sedulò exercitatum constat. Quid igitur de cæterò impediet, quò minùs vnam eandémque viuendi rationem, & religionis modum, tum nobis qui à Christo nomen traximus, tum veteribus illis qui Deo admodùm chari habiti sunt, verè fuisse fateamur, adeò vt illam perfectam religionis normam per Christi doctrinam nobis traditam, non nouam quidem & peregrinam, sed (si verum dicendum sit) primam solam & veram asseueremus? Atque hæc quidem hoc modo.

Margin notes:

Hebræa Gẽs antiqua & celebris.

Veteres Patres quamuis nõ nomine, re tamen fuerunt Christiani.

Christianus vere quis.

Christus quomodo etiam patriarchis cognitus.

Psal. 104.

Abrahã iustificatus ante circuncisionẽ. Gen. 15. Rom. 4. Iacob. 2.

Gen. 12.

Abraham patrum superstitione relicta Deum verè coluit.

Abraham fide iustificatus. Rom. 4. Gen. 12. vide Iren. li. 4 cap. 42.

Patrum religio eadem quæ Christianorũ.

† Musculus hic habet Araram & Abrahami. Grynæus pro Atera legendum putat Tharę, de quo Gen. 11. in textu Græco ἀτὰρ quod Christophorsonus subiecta virgula annotauit eodem, sed interpretatum non est. vide annot. nostras pag. 4. lat. 1. lin. 40.

A

B

A *Nicephorus lib.1.cap.1.de complexu huius historiæ: Eusebius inquit trecentos & aliquot præterea annos est complexus: Socrates autem & Theodoritus, nec minus Sozomenus, centum ferè & quadraginta, à primo scilicet Constantini magni anno, quum is Cæsar est renunciatus, vsque ad decimum septimum Theodosij iunioris annum. Deinceps verò & ipse Euagrius tempus prosequitur, annorum circiter centum & quadraginta: Vt historia à Christo nato omnis, quam ij, quos nominauimus, Historici, conscripserunt, simul & seorsim non minus temporis, quam sexingentorum annorum complectatur: Hæc ille cuius calculum exactum esse comperies si quinque annos solos detrahas, quos ille rotundo numero includere voluisse videtur: duodecimus enim annus Mauritij imp. in quo Euagrius desinit, in annum 595. Christi incidit. Primus igitur hic liber vsque ad cap.4. lib.2. continet ea quæ gesta sunt sub Augusto Cæsare & Tiberio, annis triginta octo: Generaliter autem ad explicationem huius historiæ confer ex secularibus Ioh. Cuspinianum, qui omnes Imperatores, confer ex ecclesiasticis Bapt. Platinam, qui omnes Pontifices compendiò suppeditat: his commune vtrisque adde Chronicon Eusebij cum suis appendicibus, Chronicon. D. Antonini, Chronicon Ioh. Naucleri: Separatim verò ad huius primi libri intellectum confer C. Suetonium in Augusto & Tiberio, Eutropium, lib.7. Orosium lib.6.cap.20.21.22.lib.7.cap.1.2.3.4. Cornel.Tacitum lib:1.2.3.4.5.6.7.8. Adde his 4. Euangeliorum historias & Acta Apostolorum vsque ad cap.9 inclusiue, item vitam Apost. Petri & Pauli apud Marianum Schotum, Martinum Polonum & alios cum reliquis adiunctis.*

De temporibus Apparitionis eius inter homines.
CAPVT V.

Cõfer hoc cap. cum cap.6. li.1. Nicephor. [in] quo ille [I]udaicę historiæ integram synopsin texit.

IAm verò cum aditus ad Ecclesiasticam historiam quæ nobis proposita est, commodè patefactus sit: sequitur, vt deinceps à Seruatoris nostri in carnem aduentu, tanquã iter quoddam orationis capessamus, simul atque Deum patrem, ipsúmque Iesum Christum, cælestem Dei sermonẽ, qui seruator & Dominus noster declaratus est, precibus inuocauerimus, vt in veritate explananda adiumento nobis ac subsidio esse velit, * Secundus igitur & quadragesimus regni Augusti agebatur annus, octauus autem & vigesimus ab Ægypto subiugata, & Antonij Cleopatræque morte (in quam Ptole-
B mæorum in Ægypto dominatus ac regnum postremò desiit) cum seruator & Dominus noster Iesus Christus sub primo censu Cyrenij, [1] id temporis præfecti Syriæ, congruenter secundum Prophetarum vaticinationes de illo editas, in Bethleem Iudeæ natus est. Hunc quidem censum Cyrenij temporibus factum, Flauius Iosephus, historicorum qui sunt apud Hebræos facilè princeps, memoriæ prodidit. Aliam etiam historiam de Galilęorum secta, quæ iisdem temporibus exorta est, adnectit, de qua item Lucas apud nos in Actis ita ferè verba facit: * Post hunc surrexit Iudas Galilæus in diebus census, & auertit multum populum post se: & ille periit, omnésque quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Iosephus porrò, quem suprà citauimus, istis admodum consentiens in decimo octauo libro Antiquitatis hæc ad verbum tradit: Cyrenius, vnus ex Senatorum Roman. numero, cum esset reliquis magistratibus perfunctus omnésque propè honorum gradus percurrisset, Consul tandem factus, aliisque dignitatis insignibus eximiè ornatus, exiguis cum copiis in Syriam aduentauit: quippè eò à Cæsare missus erat, vti non modò genti illi ius diceret, vt prætor, sed opum cuiusque & facultatum vt Censor, æstimationem faceret. Ac non multò pòst subiungit: Iudas Gaulanites, vir ex ciuitate cuius nomen erat Gamala prognatus, vnà cum Saddocho Pharisæo, sibi in societatem ascito, populum ad defectionem sollicitare maturabat. Hi duo censum illum, nihil aliud quàm apertum seruitutis iugum, eorum ceruicibus impositurum asserebant. Proinde gentem eam ad libertatis suæ propugnationem adhortabantur. In secundo libro Historiarũ de bello Iudaico conscriptarum, de eodem viro hæc præterea scribit: interea temporis vir quidam nomine Iudas Galilæus, regionis illius indigenas & habitatores ad defectionem impulit: illísque admodùm turpe esse dixit, si Romanis tributum persoluere sustinerent: & post obsequium, quod Deo præstare deberent, mortalium etiam dominationi se subijcerent. Hæc Iosephus.

De censu sub hoc Cyrenio acto vide Nicephor. cap.10. li.1.

Deum inuocat Eusebius in opere instituendo

** Ruffino cap 2.*

Ptolemæo eius nominis vltimo rege Aegypti extincto, regnũ à Cæsare donatum est Cleopatræ. Vide Hirtiũ lib.4. de bel. Alexã. & Suetonium in vita Iulij Cæsaris.

Act. 5.

** Ruffino. cap.3.*

Ioseph cap.1. lib 18. de Antiquitate.

Cyrenij elogium.

Iudas Gaulanites idem qui mox Iudas Galilæus de quo Lucas Act.5.37.

[1] *Nos in eo opere quod de temporum emendatione cudimus pluribus ostendimus natum esse Christum nocte dominica præcedente diem 25. Decembris, anno imperij Augusti Cæs. à Triũuiratu 42. ab Actiaca victoria 29. eodem Augusto XIII. & M.Plautio Syluano consuli-*

bus, Regni Herodis 36. anno mundi 3979. anno vrbis 752. anno Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ tertio. Danielis hebdomadæ 66. anno 2. Sublato terræ 210. Indictione quarta. Illud autem adnotandum hic est, quod D. Lucas cap. 1. euang. & ex eius authoritate Euseb. aut certe interpres asserat natum esse Christum sub primo censu Cyrenij. Quanquam enim ex Eusebio neque hic, neque in Chronicis haberi distinctio vlla queat, tamen primum censum hic dictũ esse ad distinctionem secundi census, qui sub eodem actus est vndecimo anno post priorem, dubitari non oportet Primum enim istum censum de quo Lucas loquitur, Cyrenius Syriæ præfectus constitutus egit superstite adhuc Herode, idque edicente Cæs. ex Sc. vti testatur in Chronicis Euse. cuius quidem descriptionis mentionem Iosephus nusquam facit: Secundum censum egit idem Cyrenius anno post superiorem vndecimo, Archelao Herodis filio in exilium iam misso, & Iudæa in prouinciæ formam redacta. & rectore eius constituto C. Coponio. Atque huius quidem census secundi mentionem facit Iosephus cap. 1. lib. 18. Antiquit. Iudaicarum: Quæ res non considerata decepit eos toto decennio, qui caput hoc Iosephi ad caput illud Lucæ pertinere arbitrantur. Fortassis autem nec illud quidem abs re fuerit adnotare, Eundem hunc, qui Iosepho, & Lucæ, & Eusebio hic, & interpreti nostro Κυρήνιος est, ab Hieronymo in Chronicis Eusebij à Mariano Schoto in Methodio Quirinum esse translatum & Quirinum ab omnibus Chronologis Latinis appellari: Fuisséque anno vrbis 742. hunc ipsum (qui pleno nomine P. Sulpitius Quirinus dicebatur, vna cum M. Valerio Messala consulem decem, scilicet annis ante primum, viginti vero annis ante secundum censum actum, quod cum Iosephi elogio pulchre conuenit: qui eum gessisse consulatum inter cætera commemorat. Mutatio autem nominis ex Quirino in Κυρήνιον procliuis fuit Græcis, qui pro qu K vsurpant.

Quòd temporibus eius, iuxta Prophetarum oracula, defecerunt principes, qui antea ex progenitorum successione Iudæorum genti imperitabant: & quòd Herodes ex peregrinis primus eorum rex fuerit.

CAPVT VI.

** Ruffinus cap. 4.*
1 Herodes alienigena. Iudæorum rex. Gen. 49. extat hoc vaticinium Patiarch. Iacob de aduentu Christi.
2 Herodis genus. Antipas Herodem Asc. Herodes Ascalonica templi Apollinei æditauus, Antipatrum Idumæum Antipater Herodem filium habuit, primum ex alienigenis Iudæorum regem. Vide Epiphanium cõtra Herod. Hæresi. 20.
3 Æditui.
4 Antipater
5 Hircanus.
** Ruffinus cap. 5.*
6 Iudæorum reges ex Moysis successione.
7 Iudices.

B

Huc refer partem posteriorem cap. 6. apud Niceph.

EOdem tempore, cùm [1] Herodes primus, extero quodam & peregrino genere ortus, Iudaicæ gentis regnum obtinuisset, prædictio prophetica per moysen antiquitus prolata, videbatur finem consecuta, quæ ait: Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de fœmoribus eius, donec veniat cui regnum reseruatum sit: quem etiam expectationem gentium fore commonstrat. Tantisper enim prædictionis Mosaicæ euenta minime absoluta & perfecta sunt, dum sub principibus ex ea gente prognatis vitæ degendæ potestas esset: qui quidem initium imperij altius ab ipso Moyse dictum capientes, vsque ad Augusti regnum durauerunt: sub cuius imperio Herodes primus externæ gentis stirpe procreatus, Iudæorum principatum à Romanis adeptus est. qui, [2] vt tradit Iosephus, paternum genus ex Idumæis, maternum autem ex Arabum familia ducebat. Verùm (vt Aphricanus, scriptor haudquaquam vulgaris, memorat) eius genus qui accurate peruestigant, Antipatro satum ferunt. Hunc autem Herodis cuiusdam Ascalonitæ filium fuisse, qui ex [3] Æidituis (sic enim appellati sunt hi, qui tẽplo Apollinis inseruiêrunt) originem traxit. Qui quidẽ [4] Antipater, cùm adhuc puer esset, captum ab Idumæis latronibus, cũ illis, quod reliquũ erat vitæ, propterea traduxit, quòd patri eius qui in magna egestate versabatur, ad eum redimendum non satis suppetebat pecuniæ. Ei verò moribus illorũ & vitæ institutis educato, postea cum [5] Hircano, summo Iudæorum sacerdote, magna, intercessit familiaritas. Huius filius erat Herodes ille qui Seruatoris nostri tempore vixit. * Cùm igitur Iudæorum regnum ad Herodem, hominem peregrinum, tandem peruenisset, pro foribus iam aderat, secundũ Prophetæ oraculum, gẽtium expectatio. Quippe ex illo tẽpore [6] principes ac duces, qui successione ab ipso Moyse deriuata, Iudæorũ potirentur imperio, deficere & prorsus euanescere videbantur. Nam ante illorum captiuitatem & demigrationẽ in Babylonem, à Saule & Davide exorsi, regum ditioni subiiciebãtur. Ante reges autem, magistratus qui [7] Iudices nominati sunt, illorum Rempub. procurabant: qui quidem proximè post Moysen, & eius successorem Iesum, regnum illorum capessere cœperunt. At postquam Babylone denuò in patriam reuertebantur, eam Reip. formam perpetuò tenuerunt, quæ

Aphricanus

A erat partim optimatum, partim paucorum prudentia & consilio gubernata. Summi enim [1] sacerdotes summam rerum vsque eò administrabant: quoad Pompeius Romanorum dux eò aduentans, [2] Hierusalem acri & violenta obsidione expugnasset: atque ad templi adita progressus, res sacras nefario scelere polluisset. Eum verò qui auita successione rex simul & summus sacerdos ad id temporis perseuerasset (cui nomen erat [3] Aristobulus) vinculis constrictum, vnà cum liberis Romam misit, atque Hircano eius fratri summi sacerdotij munus tradidit. Post illud tempus vniuersa Iudæorum gens facta est Romanis vectigalis. At non longo interuallo interiecto, cùm Hircanus (in quẽ vltimum summorum sacerdotum erat deuoluta successio) à Parthis captiuus duceba-tur, primus (vt suprà dixi) Herodes externa stirpe editus, Iudaicæ gentis imperiũ Senatus Romani & Augusti imperatoris auctoritate obtinuit. Cuius tẽporibus cum Christi aduentus euidenter & pro certo instaret, salus etiam gentium, quæ tam diu expectabatur, expleta est: earũdémque vocatio, iuxta prophetarum oracula, maturè insecuta. Ex quo quidem tempore, simul ac principes & duces ex Iuda, hoc est, ex Iudæorum familia ac gente prognati, Remp. illam regere desistebant: series etiam summi sacerdotij quod secundum generis propinquitatem, & auitam successionem rato ac certo ordine solebat cuíque deferri, extemplò confusione quadam (neque id sine causa) labefactata est. Quarum rerum testem locupletem habes Iosephum, qui narrat, Herodem, cùm à Romanis esset regno donatus, non amplius pontifices & summos sacerdotes ex antiquo creauisse genere, sed abiectis quibusdam & ignobilibus illum honoris gradum detulisse. Eandem item rationem in designandis summis sacerdotibus [4] Archelaum, filiũ eius, & Romanos etiam, qui post illum Iudæorum regnum adepti sunt, cum Herode obseruasse. [5] Idem scriptor porrò declarat, Herodem primum sacram summi sacerdotis stolam priuatim apud se tenuisse, proprio sigillo occlusam: & summis sacerdotibus deinceps illius apud se retinendæ potestatem non omninò permisisse. Idémque eo mortuo fecisse Archelaum, reliquósque Romanos. Atque ista sint à nobis explicata, ad declarationem alterius prophetiæ, quæ in Seruatoris nostri Iesu Christi aduentu plenè completa fuit. Numerum verò septimanarum, quæ vsque ad Christi imperium confi-

B cerentur (de quibus alio loco vberius disseruimus) prophetica Danielis oratio apertè est & nominatim complexa. Quibus tandem ad exitum perductis, Iudæorum chrisma abolendum fore prædixit propheta. Atque istud planè tempore illo, quo Seruator noster Christus in hanc lucem editus est, perfectum & absolutum esse constat. Hæc igitur, ad temporum veritatem comprobandam sint à nobis necessariò obseruata.

1 Sacerdotes. 2 Ioseph li. 14 ca. 8. de Anti. 3 Aristobulus Romã cum liberis in triũphum missus, cuius Plin. li. 7. ca. 26. mẽtionem facit.

Herodes regnum obtinet.

Herodes homines viles & obscuros ad summum sacerdotium promouet.

4 Archelaus impietate patrissat.

5. Ioseph li. 15 ca. 14. Antiquitatum.

Septimanarũ Danielis numerus.

De ea quæ in Euangeliis de Christi genealogia putatur discrepantia. CAP. VII.

Confer cũ hoc capite cap. 7. 8. 9. 10. 11. lib. 1. hist. Eccle. Hist. Nicephor.

Ruffi. ca. 6. *Matthæi & Lucæ de Christi genealogia discrepantia.*

QVoniam autem Matthæus & Lucas, in suis Euangeliis Christi genealogiam varia ratione & modo nobis tradiderunt, & ob eam causam à plerisque plurimùm inter se dissidere putantur (in quorum locorum explanationem, fidelium quisque veritatis ignoratione adductus, suo marte aliquid cõmentari magnoperè elaborauit) de his historiam ad nostram vsque ætatem ductam in medio ponamus. Quam quidem Aphricanus (cuius paulò antè mentio facta est) in epistola ad Aristidem, de Euangeliorum consensu scripta, dilucidè commemorat: reliquorum opiniones non modò tanquam vim veritati inferentes, verùm etiam falsò confictas esse commõstrat: historiam autem, quam ipse acceperat, his ipsis verbis refert. Quoniam generum & familiarum nomina inter Israëlitas, aut natura, aut lege enumerari solent: natura, cùm proles ex germano parentum semine orta succedit: lege autem, cùm alter filium procreat in nomen fratris sui, qui absque liberis excesserit (vita, nam quia nondum certa & indubitata resurrectionis spes eorum animis penitùs insidebat, idcirco futuram resurrectionis promissionem in hac mortali & caduca resurrectionis specie, imitatione quadam adumbrârunt, quo nomen eius qui vitam cum morte cõmutauerat, non prorsus ex omni memoria deleretur) & quoniam etiam illorũ qui in ista genealogia introducuntur, alij vere & ingenue successerunt, vt filius patri: alij ab aliis procreati, aliorum nomen adepti sunt: idcirco vtrorúmque fit mentio, & illorum qui vere genuerunt, & horum, qui quodammodo eos genuisse dicuntur: & ob eam causam neutrum ex Euã-

Aphricanus

Genealogiarũ apud Iudæos ratio.

Suscitatio fraterni seminis quid præfigurauerit.

geliis est ementitum, cùm alterum naturam, alterum legem percenseat. Genera enim, A tum quæ à Salomone, tum quæ à Nathã ducta sunt, in sobole suscitanda pro his qui liberis caruerunt (quod quidem secundis nuptiis & renouatione seminis fit) ita confunduntur, vt non sine causa iidem liberi interdum diuersorum patrum putentur: tum horum qui opinione, tum illorum qui verè patres extiterũt. Ita efficitur, vt vtraque genealogiæ declaratio, re ipsa & propriè vera cũ sit, licet varia quidem & diuersa, accurata tamen & exquisita ratione gradatim descendat. Verùm vt, quod oratione proposueram, planiùs fiat & apertiùs, ipsam generum & familiarum seriem persequar. A Dauide per Salomonem dum Matthæus generationes numerat, tertius à fine reperitur Matthan, qui genuit Iacob, patrẽ Ioseph. A Nathan autem per Dauid, vt Lucas numerat, similiter tertius à fine inuenitur Melchi: cuius filius erat Heli, pater Ioseph. Ioseph enim filius fuit Heli, qui ex Melchi prognatus fuerat. Cum igitur Ioseph nobis sit propositus, quem inuestigemus: explicandũ videtur, quo pacto & Iacob & Heli suũ genus, alter ex Salomone, alter ex Nathan deducẽs, vterque illius pater esse dicatur. Ac primùm, qua ratione isti duo Iacob & Heli probentur fratres fuisse: deinde, quomodo istorũ patres Matthan & Melchi (qui diuerso orti sunt genere) aui Ioseph ostendantur. Sic igitur res se habet. Matthan & Melchi vicissim eandem duxerunt vxorem, & fratres ex eodem vtero progenuerunt: cùm lex minimè obstaret, quo minus vidua, vel libello repudij dimissa, vel viri morte vinculis matrimonij soluta, alteri nuberet. Ab Estha quidem (hoc enim nomine fuisse mulier illa traditur) primus Matthan, qui à Salomone ducebat genus, suscepit Iacob. Ac simulátque Matthan è vita migrauit, Melchi, originem generis sui ad Nathan vsque referens (cùm ex eadem quidem tribu, sed ex diuerso genere ortus esset) istam, vt suprà diximus, viduam duxit vxorem: ex qua filium Heli procreauit. Ita factum est, vt Iacob & Heli ex diuersis generibus satos, vterinos quidem fratres reperiamus. Quorũ alter, nempe Iacob, vbi frater ipsius Heli absque prole occubuerat, vxorem eius in matrimonium assumens, ex illa Ioseph, & natura & ratione sibi filium, tertium produxit. Quapropter scriptum est: Iacob genuit Ioseph, qui secũdum legem filius erat Heli. Nã cùm Iacob frater esset illius, ei semẽ suscitauit. Quocirca neque hęc B quæ de eo apud Matthæũ euãgelistam citatur genealogia, Iacob genuit Ioseph: neque rursus illa, quæ apud Lucã est, Iesus qui, vt putabatur, (nam hoc etiam addit) filius fuit Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi, inanis irritáve existimari debet. Atque ista generandi ratio quæ ex lege ducta est, non poterat significantiùs, aut magis propriè exprimi. Idcircò istud vocabulum, Genuit, in tali liberorum procreãdorum ratione, dum familias ad Adam vsque, qui à Deo creatus est, gradatim ascendẽdo repetit, ad finem vsque silentio omnino præteriit. Neque certè hoc à nobis sine causa & ratione probabili, neque nostro ingenio subitò iam & ex tempore excogitatũ est. Nam qui Seruatori nostro secundũ carnem cognati sunt, vel stirpis suæ insigniter illustrandæ, vel historiæ simpliciter docendæ studio inducti, etiã ista nobis uerè tradunt: Latrones Idumæos, irruptione facta in ciuitatem quandam Palæstinæ, nomine Ascalonem, & Apollinis delubro, quod erat in vrbis mœnibus collocatum) antipatrum Herodis cuiusdam Æditui † filium, cum aliis spoliis captiuum abduxisse. Ac cùm pro filio redimendo sacerdos pretium persoluere non posset, Antipatrum Idumęorum moribus & institutis educatum, paulò pòst cum Hircano Iudææ summo sacerdote familiaritatem conflasse: cúmque cùm pro Hircano legationem ad Pompeium obiret, & illi regnum ab Aristobulo fratre ereptum, liberum & integrum restituisset, Palæstinæ curatorem designatum, in magna prosperitate vitam degisse. Antipatro autem, qui propter inuidiam, prosperum & & fortunatum suarum rerum cursum comitantẽ, ex insidiis è medio tollebatur, Herodẽ eius filiũ successisse: & postea ab Antonio & Augusto, ex Senatus decreto ad regnũ Iudæorum capessendum delectum esse. Eiúsque filios fuisse, Herodem, & alios principes, qui Tetrarchæ appellabantur. Hæc quidem cõmunia videntur cum illis, quæ sunt in Gentilium historiis memoriæ prodita. Porrò autem, cum familiæ non Hebræorum solùm, verumetiam eorum, qui vsque ad Proselytos genus suum referebant (vt ad Achior Amanitem, & Ruth Moabitidem, qui ex Ægypto elapsi, commiscebantur cum Israëlitis) ad illud tempus scriptis proditæ, in tabulariis reseruarẽtur: Herodes, quoniam illorum stirpem nihil ad se pertinere, nihílque ad suam dignitatem illustrandam afferre adiumenti animaduertebat, suæ ignobilitatis & obscuri generis conscientia exagitatus,

Generum & familiarum series.

Matthan. Melchi.

Estha. Iacob. Heli.

† Vide annot. Græcas pag. 5. lat. lib. 54.

Antipater quomodo Palæstinæ curator designatus.

Herodes Antipatri F. & successor. Tetrarchæ.

Hæc ex 'Aphricano vt testatur Nicephor. cap. 11. lib. 1. apud quē ipsa verba Aphricani vide.

Annales familiarum ab Herode cremati: & quomodo eorum defectui consultum sit. 1. Γειώρας.

A tus, Annales illos de generum & familiarum antiquitate incendit: arbitratus se nobilē visum iri, cùm nemo suum genus ex publicis illis monumētis depromptū, ad Patriarchas, vel ad proselytos, vel ad eos qui 'γειώραι (id est, terræ incolæ, qui cum Israelitis permiscebantur) vocati sunt, omninò posset reducere. Erant tamen nonnulli antiquitatis replicandæ studiosi, qui nomina auitæ stirpis vel tenentes memoria, vel ex scriptis Annalibus promentes, priuatim sibi indices eorum conficiebant: magnopereq; propterea gloriabantur, quòd ipsorum nobilitas ita foret ad posteritatem reseruata. Inter quos erāt hi, tum qui propter generis cognationem, qua Christo Seruatori coniungebantur δεσπόσυνοι, hoc est, ex Domini tribu & familia orti, nūcupati sunt: tum qui ex Nazaris & Cochaba Iudæorum pagis prognati, in reliquas Iudeæ partes cōmearunt: istámque genealogiam à nobis suprà commemoratam partim ex libro Annalium siue Dierum sumentes, partim complectentes memoria, apertè quoad poterant explanarunt. Siue igitur ita se res habet, siue secus, nemo (cùm vt ipse iudico, tum vt quisque æquus rerū æstimator censuerit) planiorē reuerà inuenire poterit explicationē. Atque hęc ipsa licet nullo comprobetur testimonio, à nobis tamen minimè reiiciatur, cùm meliorem aut veriorem neutiquam proferre queamus. At dubium non est, quin Euangelium omninò verè loquatur. In extrema etiam illa epistola, ista annectit: Matthā à Salomone prognatus genuit Iacob. Quo mortuo, Melchi à stirpe Nathan profectus, ab ea quæ vxor erat Matthā, procreauit Heli. Vterini ergo fratres erāt Heli & Iacob. Hely absque prole occumbente, Iacob illi semen suscitauit, & genuit Ioseph: qui natura filius eius erat, lege verò, Heli. Ita vtriusque filius erat Ioseph. Hæc Aphricanus. Porrò autē, cū genealogia Ioseph hoc modo deducatur, constat Mariam verè ex eadem tribu ortam. Siquidem à Moyse lege sancitum erat, non licere diuersas tribus inter se matrimoniū iungere. Pręcipitur enim, vt vni eorum qui sunt ex eadem tribu & familia mulier quæque nubat, ne hæreditas generis à tribu in tribum transferatur. Verùm de his ista quidem hoc modo.

Δεσπόσυνοι. vide anno nostras græcas ad calcem huius operis pag. 7. lat. 1. lin. 5.

Ioseph & Iacob, & Heli F.

Num. 36. Tribuum cōfusio vetita.

De Herodis in filios insidiis, & quem vitæ exitum habuerit.

CAP. VIII.

Confer cū hoc capite cap. 12. 13. 14. 15. lib. 1. Niceph. & Epiphan. cap. pen. lib. 1. to. 1. Egesippum lib. 1. c. 45.

Ruffi. ca. 7. Magi ex Oriente Christū recens natum quærunt. De Magorū aduentu, vide Epiphanium contra alogos. Math. 2. Pueros necari iubet Herodes.

B SImulátque verò Christus temporibus suprà demonstratis, conuenienter Prophetarum prædictionibus in Bethleem Iudeæ natus erat Herodes ob interrogationem Magorum ex Oriente eò aduentantium, qui sciscitabantur vbi nasceretur rex Iudæorum (stellam enim illius se vidisse dixerunt, háncque causam fuisse tanti & tam prolixi itineris, tantáque cum celeritate confecti, quod vti Deum in lucem iam editum sanctè & reuerenter adorarent, suscepissent) Herodes inquam, non parum ob eam rem animo perturbatus (A quippe illius regnum, sicut ipse putabat, iam in magnum veniebat periculum) quærebat ab illis qui in ea gente legis doctores nominati sunt, vbinam Christum natum fore expectarent? Vt autem Micheæ Prophetiam, quę illum in Bethleem natum fore prædixerat, agnouit, vno edicto omnes pueros adhuc

A Sameas & Pollio Pharisæi, & Manaemus Essenus, vt Ioseph. antiq lib. 14. cap 17. & lib. 15. cap. 1. & 13. commemorat, Herodi, etiamnum puero & priuato regnum Iudæorum portendi prophetarunt. Quorum vaticinium cum euentu ipso verificatum esset, illi apud Herodem ingentem gratiam, Herodes apud multos diuinitatis opinionem non mediocrem consecutus est. Mox enim sunt exorti, qui Herodem Christum esse contenderent, eum, qui Iudæis promissus erat. Malè intellecto vaticinio patriarchæ Iacob. Genes. 49. qui proinde Herodiani sunt vocati, vti testatur Epiphanius hæresi 20. contra Herodianos, quorum etiam apud Euangelistas mentio fit. Herodes igitur ob aduentum Magorum meritò sollicitus, duplici nomine puerum Iesum de medio tollendum iudicabat. Primum vt sibi posterisque suis apud Iudæos vtcúmque iam animo conceptam de regno diuinitus accepto opinionem vendicaret. Deinde vt Augusto Cæsari diligentiam suam probaret in præcidendis seditionum ac defectionum occasionibus. Hanc igitur quo magis notabilem redderet, etiam proprium filium infantem, (quem teste Philone sustulerat ex vxore tribus Dauidicæ) cum cæteris interemit. Qua re condita Augustus, delectatus, melius est, inquit, Herodis porcum esse, quàm filium. Quia scilicet Iudæi porcos non mactent. Vide Macrob. lib. Satur. 2. cap. 4.

vberum lac sugentes, non in Bethleem solùm, sed in vniuersis eius finibus, à bimatu & A
infrà, secundum tempus quo accuratè fuisset à Magis sciscitatus neci dari mandat: o-
mninò enim Iesum eiusdem cum æqualibus calamitatis (vt erat verisimile) partici-
pem fore arbitrabatur. Cæterùm puer à parentibus, per Angeli visionẽ, quid esset fu-
turum præscientibus, in Ægyptum deportatus, insidias illius præuertit. † Ista etiam sa-
cra Euangelij doctrina perspicuè commonstrat. Verùm deinceps, quæ merces crude-
le Herodis facinus contra Christum, & pueros eius æquales admissum subsecuta sit:
& quo pacto statim pòst, nulla vel minima quidem dilatione interposita, diuina vltio
illum, dum adhuc in vita manebat, exagitauerit, & quasi prooemia rerum ei post dis-
cessum è vita obuenturarum euidenter ostenderit, operę precium est intelligere. Qua
autem ratione prosperũ & florentem regni sui statum, quo se tum frui putabat, dome-
sticis calamitatibus, quarum aliæ ex aliis ortæ sunt, ipse obscurauerit, dum vxorem & li-
beros, dumq; reliquos quibus cum propter propinquitatem generis & amoris cõiun-
ctionem maxima ei intercessit necessitudo, nefaria cæde afficeret, in pręsentia cõmo-
de oratione explicare non possumus? pręsertim cum istarum rerum argumentum om-
nem illam crudelitatem, quæ à Poëtis in Tragoediis describi solet, longè superet. Quod
quidem si quis scire desiderat, legat Iosephi historiam, qui idem vberrimè plenissimeq;
persequitur. Cæterùm quo modo statim post insidias Seruatori nostro & aliis infanti-
bus factas, coelitus inuecta plaga illum ad extremum vsque spiritum afflictârit, non erit
alienum vocibus auctoris ad verbum citatis attentè auscultare: qui quidem in decimo-
septimo Iudaicæ antiquitatis libro, vitæ illius exitum accuratè scribit ad hũc modum.
Herodem acerbior indies excruciabat morbus, dũ Deus pro nefariis sceleribus, quibus
se contaminauerat in vita, graue de eo supplicium sumeret. Ardor erat aliquãto lentior
ac remissior, qui non tantũ feruores illos, qui eum manibus contrectabant, exeruit ex-
trinsecus, quantum cruciatus intestinis eius & visceribus inussit. Nihil planè erat, quod B
inexplebilem eius alimenti capessendi auiditatem omnino posset saturare. Aspera vi-
scerum vlcera, acutissima laxioris intestini tormina, humor purulentus, ac præ tumore
pellucens, qui per pedes serpebat, grauissimè illum diuexauit. Afflictatio item sumen
occupauit non dissimilis. Quinetiam tabida membri genitalis putredo vermes proge-
nuit. Accedebat his ardua spiritus & animæ intẽtio, eaq; tum propter difficultatem ex-
pirandi, tum propter anhelitus crebritatem peracerba. Neruorum præter ea cõtractio
per omnia membra peruasit: quæ quidem vim & acrimoniam inflixit ei planè intolera-
bilem. Dicebatur igitur ab his qui diuinandi arte multum pollebant, quiq; in sapientia
ac scientia rerum eiusmodi interpretandarum omne suum studium collocabant, Deũ
has poenas à rege, ob variam suam & multiplicem impietatem, expetiuisse. Ista ergo Io
sephus, quem suprà dixi, in libro citato commemorat. In primo † quoque Historiarũ,
siue de Iudæorum expugnatione seu captiuitate, non diuersam ab his tradit de illo sen-
tentiam. sic enim scribit: Hinc corpus eius vniuersum morbo correptum, variis pertur-
bationum & molestiarum tormentis distrahebatur. Febris quædam tepidior, pruritus
non ferendus, per totius cuticulæ extremitatęm pererrans, laxioris intestini continua
cruciamenta, inflatus pedum tumor instar hydropici, ardens suminis æstus illum exa-
gitauit. Putrida membri virilis sanies vermiculos ex se edidit. Adde his crebritatẽ hali-
tus, & spirandi difficultatem, neruorum contractiones per omnia membra peruadẽtes:
ita vt vates & arioli istos morborum stimulos, quibus sic perfodiebatur, poenã pro ma-
leficiis suis coelitus irrogatam assererent. At ille, licet cum eiusmodi cruciatibus lucta-
retur, adhuc tamen vitæ teneri cupiditate, spẽ salutis animo capere, de curatione deni-
que cogitare coepit. Itaque traiecto Iordane balneis, q̃ prope Callirrhoẽ sita sunt (ista
quanquã in lacum Asphaltitim delabuntur, sunt tamen præ dulcedine ad bibendũ val-
de accõmodata) vti coepit. Ibi medicis visum est, vt tepido oleo totum corpus foueret:
quo quidem in dolium plenũ olei sensim demisso, oculi præ imbecillitate ei deficere,
& more hominis iamiam morituri reuolui videbantur.* Tandem seruorum † strepitu,
quos circa se tumultuantes habebat, excitatus, tametsi aliquantum respirauit) de cæ-
tero tamen in vitæ & salutis suæ desperationem venit: ac propterea singulis militibus
quinquaginta drachmas distribui, ducibus etiam & amicis grandem pecuniæ summã
dispertiri mandauit. Ad extremum inde reuersus, Hiericho se contulit: ac iam insana
quadam bile & furore incensus, etiam morti ipsi penè interminatus est, inq; cogitatio-
nem

Christus Herodis manibus elapsus in Ægyptum se confert.

† Ruff. ca. 8

Herodis poena.

Ioseph. li. 17. cap. 7. & 10. de Antiquitate.

† Vide annotat. pag. 7. lat. 2. lin. 30.

Ioseph. lib. 1. de Capt. cap. 21.

Callirrhoe fons calidus, de quo vide Plin. li. 5. ca. 16. Sunt etiã Balnea Asphaltidis lacus.

* Ruff. cap. 9.

† Vide castigat. siue annot. nostras pagin. 8. lat. 1. lin. 1.

A nem nefandi cuiuſdam ſceleris edendi impetu præceps ruit. Nã ex ſingulis vicis, viros inſignes & totius Iudææ facile principes ſimul coactos,in locum quẽdam qui Hippodromus appellabatur, concludi iuſſit. Acceſitis tandem ad ſe Salome ſorore & viro illius † Alexandro: Noui, inquit, Iudæos de mea morte præ nimia quadam lætitia tri-
» umphos & feſtos dies celebraturos:verùm per alios quoſdam perfacilè poſſum efficere
» (modò vos iuſſa mea exequi volueritis) vt nõn ſolũ lachrymis & mœrore deflear mag-
» nopere,verumetiam funus ſplendidum & inſigne aſſequar:viros illos,quos in cuſtodia
» ſeruandos imperaui,ſimul ac ego animam efflaro,abſque mora militibus vndique cir-
» cũiectis interficite:vt cùm vniuerſa Iudęa, tũ ſingulæ ædes, etiam inuitæ meã mortem
» acerbè lugeãt. Atque idem author paulò pòſt ſubiungit:Ruṙſus partim inedia & cibi a-
» uiditate, partim ardua & anhela tuſſi ita deſtinebatur, vt dolorum magnitudine ſupe-
» ratus, fati tempus anteuertere in animum induceret. Pomo igitur primùm in manum
» arrepto(conſueuit enim id generis fructum,extremo putamine amputato,libenter cõ-
» cedere)poſcebat & cultrũ:deinde oculis vndique circũſpiciens,ne quis ſibi in eo facinore eſſet impedimento, dexteram quaſi iam ſeipſum confoſſurus leuabat. Idem ſcriptor præterea narrat, illum ante extremũ vitę ſuæ exitum,alterum filium ſuum ingenuum è medio ſuſtuliſſe:ac duobus illis,quos antea interemiſſet, eum iam tertiũ adieciſſe. Exiguo autem temporis momẽto interpoſito,nõ abſque maximo dolore & afflictatione ſtamina vitę abrupiſſe. Atque hoc exitu vita Herodis cõcluſa eſt: qui quidem pro pueris,quos in confiniis Bethleem nefariè & crudeliter(vti Seruatori noſtro vitam per inſidias adimeret) enecauiſſet, debita perſoluit ſupplicia. * Poſt cuius interitum, angelus Domini Ioſeph adhuc in Aegypto commoranti, ſecundum quitem aſtans, mandauit,vt arrepto puero vnà cum matre,in Iudęam rediret. Quippe illos qui animã
» pueri tollere quęrebant,è vita ceſſiſſe ſignificauit. Iſtis porrò Euangeliſta etiam illa ad-
» nectit,his ferè verbis:Cum audire Archelaum prò Herode patre ſuo, regno Iudeæ potitum,illuc proficiſci admodum extimuit. Reſponſo igitur in ſomno accepto, in partes
B Galilææ receſſit.

Herodis iam morituri ſcelus.

† Alexa legit Ioſephus. Vide anno- noſtras pa. 8. lat. 1. lin. 7.

Lib. Antiq. 17. cap. 9. Vide de ſublato eius filio Antipatro. Herodis mors Vide Nicep. cap 15.

Ruff. c. 10. Math. 2. Ex Aegypto puer Ieſus cũ parentibus reuocatur.

Imp. anno Chriſti 15.

De Pilati temporibus. CAP. IX.

ARchelaum ad regnum Iudeæ poſt mortem Herodis delectum fuiſſe, teſtatur etiã hiſtoricus ille,quem ſuprà demonſtrauimus:modúmque concinnè perſcribit, quo tùm ex Herodis patris teſtamento, tum rata Cæſaris Auguſti deciſione in illud regnũ & præfecturam ſucceſſerit, atque adeò qua ratione, cum poſt decem annorũ ſpacium eſſet eo munere abdicatus, fratres eius Philippus & Herodes iunior, ſimul cum Liſania, ſuas ipſorum tetrarchias, id eſt quadripartitas Iudææ pręfecturas obtinuerint. * † Idemq; ſcriptor in decimooctauo Antiquitatis libro, anno regni Tiberij duodecimo (hunc enim in totius reip. rectionem, cùm iam Auguſtus ſeptem & quinquaginta annis imperium adminiſtraſſet, ſuffectum eſſe conſtat) Pontium Pilatum Iudeæ regnum obtinuiſſe:atque eundem decem annos continuos,ad Tiberij ferè occaſum,ibidem commoratum enarrat. Quocirca commentum eorum,qui heri prope & nudius tertius commentarios contra Seruatorem noſtrum ediderunt, perſpicuè refutatur:in quibus primò omnium temporis ipſius ratio falsò ab illis obſeruata, mendacium eorum qui talia commenti ſunt,euidenter & apertè coarguit. Nã ad quartum conſulatum Tiberij Cęſaris,qui fuit anno eius regni ſeptimo, facinora à Iudęis in ſalutari Seruatoris paſſione admiſſa fuiſſe,iſti Commentarij complectuntur. Quo quidem tempore ſatis liquet, Pilatum nondum ad Iudeę pręfecturam gerendum aduentaſſe:ſi Ioſephi teſtimonio fidem adhibere velimus,qui in libro eius ſuprà poſito, ſic plane declarat, Pilatum à Tiberio, anno regni eius duodecimo, Iudęę pręfectũ fuiſſe deſignatum.

Coniunge cum hoc capite Ni. cap. 15. & 16. & 17. lib. 1.

† Vide annotat. pag. 8. lat. 1. lin. 30.

Ioſeph. de Capt. lib. 3. cap. 8 9. Idem lib. 17. cap. 10. 13. & 15. Ant.

Ruff. c. 11. Cap. 5.

Lactan. li. 4. prope finem. Pl[illegible] lib. 5. cap[illegible]8. Famoſum aduerſus ſaluatorem cõmentum ex tẽporum ratione conuincitur: de hoc vide infra cap. 4. lib. 9.

De principibus ſacerdotum apud Iudæos, ſub quibus Chriſtus doctrinam ſuam publicauit. CAP. X.

EOdem tempore, vt ſcribit Euangeliſta, cum iam Tiberius Cęſar decimum quintum imperij ſui annum, & Pontius Pilatus quartum ſuę præfecturæ ageret, reliquáque Iudæa ab Herode, Lyſania & Philippo tetrarchis regeretur, ſeruator & Dominus noſter Ieſus Chriſtus,id eſt vnctus Dei, quando iam trigeſimum ætatis ſuæ an-

Cum hoc cap. confer Niceph. cap. 18. & 29. lib. 1.

Ioſeph. de Capt. lib. 2. cap. 4.

num agere incipiebat, ad Ioannem, vt lauacro baptiſmatis tingeretur, ſe contulit eodemque tempore prædicandi Euangelij fecit initium. * Iam verò ſacra ſcriptura aſſerit, cum omne tempus doctrinæ & prædicationis ſuæ ſub Anna & Caipha, principibus ſacerdotum, confeciſſe. quo argumento oſtendere vult, vniuerſum tempus, quo ſalutarem Euangelij cognitionem quibúſque clemens enunciarit, eo annorum ſpatio, quod inter horum miniſterium intercedebat, omninò fuiſſe expletum: quandoquidem hoc ipſum prædicandi munus ordiebatur, Anna ſummo ſacerdotio fungente: idémque ad Caiphæ procurationem continuabat. Quod quidem temporis ſpacium vix integrum quadriennium efficit. Nam cum poſt illud tempus legis inſtituta iam quodammodo deleta eſſent, deleta eſt vnà ſummorum ſacerdotũ ſucceſſio: quiquidem propter maiorum genus & ſtirpem, in illud ſummi ſacerdotij munus ſuccedere, & totum vitæ ſuæ curſum in eo obeundo terere conſueuerunt. Cúmque etiam ea quæ ad verum Dei cultum ſpectabant, nullo ordine adminiſtrarentur, ſed à præfectis, qui populi Romani auctoritate delecti Iudææ præerant, modò hic, modò ille ad ſummi ſacerdotij functionem deſignaretur, non amplius vno anno vnus eo deinceps miniſterio perfunctus eſt. Narrat porrò Ioſephus, quatuor ſummos ſacerdotes ordine alterum alteri ſuccedentes, inter Annam & Caipham interfuiſſe: vt eſt in libro ſuo qui de Antiquitate inſcribitur. ſic enim refert: Valerius Gratus, Annæ ſummi ſacerdotij munere adempto, Iſmaëlem, filium Baphi, ſummum ſacerdotem deſignat. Ac non longo tempore pòſt, illo ipſo de hoc dignitatis gradu deiecto, Eleazarum filium Annæ, qui princeps ſacerdotum anteà fuerat, ſummum ſacerdotem declarat. Anno item interiecto, cum iſtum eo abdicaſſet officio, Simonem filiũ Camithi, illo ſummi ſacerdotij honore donauit. Atque non amplius vnius anni ſpatio huic illud amplitudinis munus exequenti, Ioſephus, qui etiam Caiphas nominatus eſt, ſucceſſor extitit. Perſpicuum eſt igitur, vniuerſum tempus, quo Seruator noſter ſacroſanctam ſuam & Euangelicam doctrinam in finibus Iudææ diſſeminauerit, nõ quatuor omnino annos integros complexum eſſe: qua quidem tẽporis intercapedine, quatuor ſummos ſacerdotes ab Anna vſq; ad deſignatũ Caiphã, annuũ miniſteriũ obiiſſe cõſtat. Caipham item anni illius, quo Seruator noſter pro ſalute vniuerſi generis humani mortẽ in cruce perpeſſus ſit, ſummũ reuera ſacerdotẽ fuiſſe, ſacra & diuina Euangelij eloquia docent. Vnde tẽpus quo Chriſti doctrina diuulgata eſt, ab illa obſeruatione quam ſupra adnotauimus, nulla ex parte diſſidere, ſatis liquido conſtat. Huc adde, quòd Seruator & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, nõ longè poſt exorſum prædicationis ſuæ, duodecim Apoſtolos ad ſe aſciuit: quos ſolos inter reliquos ſuos diſcipulos, propter eximiam & ſingularem quandam honoris amplitudinẽ, Apoſtolos nũcupauit. Et iterum alios ſeptuaginta deſignauit, quos binos & binos ante faciẽ ſuam in omnem locum & ciuitatem, quò ille eſſet venturus, dimiſit.

A
*Ruff. Chriſti... mus.
Euãgely ... dicandi ... tium.
Succeſsio P... tificum Iu... corum ſub Romanis.
Antiq. li... cap. 3.
Catalogus ... tificum, ſi... quibus Chr... ſtus prædic... uit.
Euangelij à Chriſto ... prædicati t... pus.
Ioan. 18.
B
Apoſtolor. 12. electio. Matth. 10. Luc. 10.
Septuaginta diſcipulorum electio.

Teſtimonia de Joanne Baptiſta, & Chriſto. CAP. XI.

ITem Ioannis Baptiſtæ (cuius caput haud diu pòſt Herodes Iunior ceruicibus abſcidit) ſacroſancta Euangeliorum monumenta etiam mentionem faciunt. Accedit etiã Ioſephus locuples teſtis, qui non modò nominatim Herodiadis meminit: verùm etiam oſtendit, quo pacto eam Herodes, cum fratris vxor eſſet, priore ſua & legitima cõiuge repudiata, in matrimonium duxerit. Illa autem prior filia fuit Aretæ, † regis Arabiæ Petreæ. Hanc Herodiadem dico, viro ſuo adhuc ſuperſtiti ademit: cuius cauſa etiam obtruncauit Ioannem. Ac cùm filiam Aretæ dedecore & ignominia affeciſſet, bellum etiam cõtra eundem ſuſcepit. in quo quidẽ cum ad manus vẽtum eſſet, & grauiter confligi cœptum, omnem Herodis exercitum proſtratum concidiſſe: atque Herodem ob inſidias, quibus ex occulto Ioannem è medio ſuſtulerat, in iſtas vniuerſas calamitates incurriſſe declarat. Quinetiam idem auctor Ioãnem Baptiſtam, inter eos qui iuſticiæ & probitatis cauſa ſummum fuiſſent honorem cõſecuti, facile primas obtinuiſſe fatetur: atque adeò cũ his quæ de illo in ſacroſanctis Euangeliis tradita ſunt, magnopere conſentit. Narrat præterea, Herodem propter ipſam Herodiadem regno excidiſſe, qua cum etiam eũdem in exilium eiectum, hócque multatum ſupplicio, Viennam ciuitatem Galliæ deinceps incoluiſſe.

Huc refer Niceph. cap. 19. 20. lib. 1.

† Vide annor. pag. 8. lat. 2. lin. 36.

Ruff. c. 13.
Ioſeph. lib. 18 cap 7. Antiq.
Ioannes Baptiſta.
Herodes ob Herodiadem exilium.

Atq; iſta ab illo, in decimo octauo Antiquitatis libro traduntur: vbi item hæc quæ

A ſequutur,de Ioanne ad verbum conſcribit. Nonnullis ex Iudæis opinio fuit, Herodis exercitum tam perditè profligatum peremptumq́; eſſe diuina vltione, propter pœnã Ioanni (qui appellabatur Baptiſta) inflictam,meritiſſimò de illo ſupplicium ſumente,
„ Herodes enim hunc neci dabat,qui & vir bonus fuit:& Iudæos hortatus eſt, vt,tũ vir-
„ tutem excolerent,tum ea vitæ officia quæ ſunt iuſtitiæ erga ſe mutuò, & pietatis erga
„ Deum ſedulò obeuntes ad baptiſmum recipiendum accederent. ſic namque lauacrũ
„ baptiſmatis Deo acceptum videri, cum eo nõ ad vllas peccatorum ſordes eluendas
„ (quippe anima iuſtitiæ adiumento antea penitùs erat omni vitiorum labe purgata(ſed
„ ad corporis munditiam vterentur. Atque vbi non pauci ad eum confluerent (permag-
„ nam enim ex eius ſermone audiendo cepêre voluptatem) Herodes nonnihil veritus
„ ne illius perſuaſio eò procederet,vt homines inde ad defectionem impellerentur(om-
„ nia enim videbantur de conſilio Ioannis facturi)multò ſatius putabat eum antè morte
„ occupare, quàm vel aliquid noui ab illo ederetur: vel facta rerum mutatione, in cala-
„ mitates delapſus,ſerò ſapere perdiſceret. Hic igitur propter iſtam ſuſpicionem Hero-
„ dis animo iniectam vinculis conſtrictus, & in arcem Macheruntem, quam ſuprà me-
„ morauimus,deductus,iſtud præterea ſupplicij genus perpeſſus eſt.Quæ quidem cũ de
„ Ioanne expoſuerit Ioſephus,etiam Seruatoris noſtri in eadem hiſtoria his verbis men-
„ tionem facit.* Erat eodem tempore Ieſus quidam,vir ſapiẽs(ſi virum illum dicere fas
„ ſit)operum planè admirabilium effector,hominumq́; qui libentibus animis veritatem
„ amplecti vellent magiſter ac doctor.Qui vt Iudæos permultos,ita Græcos nõ paucio-
„ res ad fidei ſuæ profeſſionem traduxit:iſtéque erat Chriſtus. At cum Pilatus[1] primorũ
„ hominum delatione hunc apud nos crucis ſupplicio addixiſſet,hi qui eum primò dile-
„ xerunt, non aliquando amorem erga illum depoſuerunt. Idciro illis tertio die, vita
„ reſumpta, denuò apparuit, ſecundum oracula diuinorum prophetarum: qui non iſta
„ ſolùm, ſed alia infinita, quæ ſunt valdè admiranda, de eo prædixerant. Quin ad hanc
„ noſtram ætatem genus illud hominum(qui ab illo nomen ducentes[2]Chriſtiani appel-
„ lati ſunt) continuatum permanſit.

Ioſeph. Antiq.lib. 18.cap.7.

De Baptiſmato Ioan. Vide Matth. cap.3. 21. Luc.3.

Ioan. Baptiſtæ ab Herode necati cauſa. Vide Matth. 14. Mar. 6. Luc. 9.

*Ruffinus. cap. 14. Ioſephi de Chriſto teſtimonium. eodem.lib. 18. cap.4. Ant. 1. Primores iſti,quales fuerint, Matth. graphicè deſcribit cap. 23 26. 2. Chriſtiani.

B Quare cùm Ioſephus, ſcriptor antiqua Hebræorum ſtirpe prognatus,iſta de Ioãne Baptiſta & Seruatore noſtro, hiſtoriæ ſuæ monumentis complexus ſit?quod quæſo effugium reliquum eſt illis, qui falſos commentarios contra iſtos confinxerunt,quò minus tanquam impudentes perſpicuè coarguantur? Sed hæc hactenus.

De Seruatoris noſtri diſcipulis. CAPVT XII.

NOmen verò cuiúſque Apoſtoli Seruatoris,ſatis ex Euangeliorum teſtimoniis cuique planum fit:verùm nullus ſeptuaginta diſcipulorum catalogus vſpiam refertur. Dicitur tamen[1] Barnabas vnus ex illis fuiſſe,cuius tum in libro qui acta Apoſtolorum inſcribitur,perſæpè mentio fit: tum à Paulo præterea,in epiſtola ſcripta ad Galatas. Ex quorum numero[2] Soſthenem etiam fuiſſe ferunt, qui cum Paulo epiſtolam ad Corinthios ſcriptam miſit, ſic namque ſcribitur apud Clementem in quinto libro ὑποτυπώσεων.in quo etiam[3] Cepham nominat,de quo item Paulus ſic loquitur: Quando venit Cephas Antiochiam,illi in faciem reſtiti,quia reprehenſus erat. vnum ait ex ſeptuaginta diſcipulis Petri apoſtoli gentilem extitiſſe.[4] Matthiam porrò,qui erat pro Iuda proditore in numerum Apoſtolorum aſcriptus,& illum qui pari ſuffragio ad apoſtolatum petendum dignus putabatur, vnum ex ſeptuaginta diſcipulis appellatum, conſtans fama eſt. Quinetiam[5] Thaddæum,qui ex mandato Ieſu ſeruatoris ad † Abgarum curandum miſſus eſt,vnum ex illis fuiſſe prædicant. de quo quidem hiſtoriam, quæ ad nos peruenerit,non multò pòſt exponam. Atque ſi placet obſeruatione notare, plures quàm ſeptuaginta diſcipulos Seruatoris noſtri extitiſſe facilè reperies, etiam vel Pauli ſolùm vſus teſtimonio: qui affirmat,illum, poſtquam à mortuis reſurrexiſſet,apparuiſſe primùm Cephæ, deinde duodecim, poſtea pluſquam quingentis fratribus ſimul: ex quibus nonnullos mortem obiiſſe:plures adhuc in vita,quo tempore iſta cõtexuit, manſiſſe aſſerit. Deinceps viſum eſſe Iacobo. Tunc autem non modò vnum ex his qui in diſcipulorum numero habebantur, verùm etiam ex illis qui ſunt fratres Domini nuncupati, extitiſſe conſtat. Pòſt verò, quaſi cùm plures præter iſtos fuiſſent, qui ad duodecim ſimilitudinem & exemplum nominabantur Apoſtoli (qualem Pau-

Cum hoc cap. confer Niceph. cap.2.22. &c. omnia ſequentia ad finem vſque lib.I.

† Vide an. pag. 9. lat. 2. lin. 1.

LXX. diſcipuli præter XII. Apoſtolos, à Chriſto delecti. de 79. diſcipulis Vide Prochorũ et Niceph. in Symphonia ad. S. Script.

1. Barnabas. 2. Soſthenes. 3. Cephas. Galat. 2. 4. Matthias. 5. Thaddæus. Num. 1. Diſcipuli Chriſti plures quàm lxx. 1. Cor. 15. Iacobus.

lum fuisse accepimus) adiungit: Deinde visus est omnibus Apostolis. Verùm de his satis multa. A

Historia de principe Edessenorum. CAP. XIII.

Christi diuinitate et am alienigenæ attracti.

Historia autem quæ de Thaddæo traditur, ita se habet. Admiranda Domini & seruatoris nostri Iesu Christi diuinitas, propter incredibilem suam vim & potentiam in omnes homines crebris sermonibus peruagata, infinitos propè cùm ex longinquis regionibus, tum ex ipsa Iudæa, ob spem ipsorum animis de curatione morborum & variarum cuiusque generis perturbationum, quibus vexabantur, iniectã, ad se attraxit. Atque hac de caussa Abgarus rex, qui gẽtibus propè Euphratem incolentibus præstãtissimè & summa cum laude præfuit, vbi esset graui morbo, & insanabili illo quidem (quantum in hominum facultate & curandi vi situm erat) penè corpore labefactatus, celebréque nomen Iesu, & diuinas eius virtutes constanter ab omnibus testatas accepisset, epistola àd eũ per internũcium missa, supplex orauit, vt morbo, quo cruciabatur, penitùs liberaretur. Iesus verò licet illi, ipsius auxilium tum imploranti, minimè obsequeretur, literas tamen separatim ad eum scriptas dare non grauatus est: in quibus se vnum ex suis discipulis, qui morbo mederetur, eò missurum, & salutem non ei solùm, sed etiam suis omnibus præstiturum, benignus promisit. Neq; certè longo temporis spatio interposito, ista promissa erant illi cumulatè perfecta. Nam vbi Seruator excitatus à mortuis in cœlum ascenderat, Thomas, vnus ex duodecim Apostolis diuino quodam impulsu commotus, Thaddæum fratrem, qui erat in numerũ septuaginta discipulorum Christi ascriptus, prædicatorem & Euangelistam doctrinæ Christi ad Edessam vsque misit. Ac per ipsum, Seruatoris nostri promissa exitum suum sunt plenè consecuta. Quarum rerum insigne & locuples testimonium ex tabulario Edessæ ciuitatis, id tẽporis à rege gubernatæ, depromptum habes. Nam in tabulis publicis, quæ nedũ veteres, sed recentes etiam res nuper ab Abgaro gestas cõtinebant, hæc eadem ad hanc nostrã ætatem reseruata reperiũtur. Quare nihil cõmodius esse putaui, quàm ipsas epistolas à veteribus illis annalibus petitas, atque adeò ad verbum ex lingua Syriaca in Græcam conuersas, hoc loco citare: quæ ita se habent:

Abgarus Edessenorũ princeps.

Cum hoc cap. confer Niceph. cap. 7. lib. & Euagr. infra lib. cap. 26.

Thomas apostolus.

B

† Abgarus, Princeps Edessæ Seruatori propitio qui in confiniis Hierusalem in carne apparuerit, Salutem.

† Videantur not. pag. 9. lat. 2. lin. 33.

Abgari ad Christum epistola.

Insignes illas virtutes, & curationes quæ abs te sine medicamẽtis, & sine herbis factæ sunt, auditione accepi. cæcos enim, vt fama est, videre efficis, claudos ambulare: & leprosos mundas, spiritus immundos & dæmones eiicis: eos etiam qui diuturnis morbis pressi sunt sanas, mortuos denique ad vitam reuocas. Quæ quidem cum de te audiuissem, de duobus hisce alterum verum esse cogitabam: te aut Deũ esse, & é cœli fastigio delapsum: aut Dei filium saltem, quæ ista tã stupenda edas miracula. Quapropter hæc ad te scripsi, magnoperè precatus, vt laborem ad me accedendi suscipere, húncque quo crucior morbum curare non graueris. Etenim Iudæos audio tibi obstrepere maleuolè, & velle libenter te aliquo magno malo afficere: est mihi ciuitas perexigua quidem, sed ornata sanè & illustris, quæ vtrisque nostrûm rerum necessariarum suppeditabit satis. Ista, diuino splendore ei tum paululum elucente, ad Iesum hoc modo perscripsit. Operæpretium est porrò epistolam, licet breuem, plenam tamen virtutis & efficacitatis, audire, quæ per eundem tabellarium à Iesu ad illum missa fuit. cuius quidem hæc erat sententia.

† Rescripta Iesu ad Abgarum principem, per Ananiam cursorem missa.

Christi responsum.

Abgare, beatus es, qui cũ non videris me, in me tamen credidisti. De me enim scriptis proditum est. Eos qui me viderunt, in me non credere: vt hi qui me non viderunt, credant, & vitam consequantur. Quod scribis ad me, te velle vt ad te veniam: eas res, quarum gratia sum missus, debeo hic necessario obire: quas cũ plenè perfecero, ad eum recipi qui me misit. Quò simul ac assumptus fuero, aliquem ex discipulis meis mittã ad te,

Vide annot. pag. lat. 1. lin. 5.

A ad te,qui morbo quo tantopere torqueris, faciat medicinam,& vitam tibi tuísque impertiat. Istis præterea epistolis hæc quæ sequũtur,etiam Syriaca lingua expressa, adnectebantur. Postquam Iesus assumptus fuit, Iudas, qui & Thomas dicebatur, Thaddæum apostolum, vnũ ex septuaginta,ad Abgarum misit. Qui eò profectus, ad Tobiã Tobiæ filium diuertit. Vbi verò fama de illo passim manasset, & miraculis ab eo editis esset conspicuus, Abgaro nunciatum est, apostolum illuc à Iesu,sicut per literas antea scripserat,aduentasse. Cœpit ergo Thaddæus per virtutẽ & potentiam Dei, cuiq; morbo & languori medicari:sic vt omnes in magnam traduceret admirationẽ.Simulatque Abgarus magnas incredibiles res gestas, & miracula ab eo edita audiuisset, & quo pacto per nomen & virtutem Iesu Christi morbum quẽque depelleret, confestim secum cogitare cœpit,illum eundem esse, de quo Iesus per epistolam ita significauerat: Postquam receptus fuero ad eum, qui misit me, quendã ex discipulis meis mittã ad te, qui te morbo afflictatum recreet,& ad integrã valetudinem restituat. Accersito igitur Tobia,apud quem diuersabatur,dixit:: Accepi,virum quendam præpotẽtem Hierosolymis huc accessisse, qui domi tuæ iam commoratur,multásque in nomine Iesu facit curationes.Hic respõdit:Sanè quidem,Domine,Hospes qui huc aduenit,apud me est, & multa edit miracula. Tum ille: Adduc, inquit, eum ad me. Tobias autem rectà ad Thaddæum se conferens,dixit illi: Abgarus,huius loci princeps,vbi me ad se acciuerat, iussit,vt te ad ipsum deducerem,quò morbo,qui eum cruciat,curationem adhibeas.Et Thaddæus:Eamus, inquit,quoniam ad eum reuerà missus sum. Postridiè ergo primo mane, Tobias assumpto secum Thaddæo, perrexit ad Abgarum. Vt autem venit,cum iam proceres Abgari ei pręsto assisterẽt,extẽplò in ipso ingressu magnũ quoddã & illustre visum in vultu Thaddæi apostoli elucere Abgaro cernebatur.Quod cum Abgarus cõspicaretur,supplex Thaddæum adorauit. Admiratio omnes qui aderant,cõplexa est, Illi enim visum ꝙ soli Abgaro apparuit,minimé cernebant.Qui etiã à Thaddæo sciscitabatur.Tunc verè discipulus es Iesu,filij Dei,qui sic mihi per literas pollicitus est:Mittam ad te quẽdam è discipulis meis,qui omnem morbi tui ægritudinẽ leuet,&tibi tuísque omnibus vitam largiatur? Cui Thaddæus:Quoniam,inquit,magnam fiduciam in Domino Iesu, qui misit me ad te, collocasti: ob eam caussam ad te iam missus sum. Et rursus: Si fides,quam in illum contuleris, magis magísque creuerit, mentis tuæ postulata tibi, vt credideris,euenient. Ad quem Abgarus: Sic,inquit,in illum credidi,vt vellem maximè Iudæos,qui eum cruci affixerunt, exercitu ad eam rem collecto,prorsus è medio tollere, si Romanorum imperium non esset meo instituto impedimento. Et Thaddæus:Dominus noster,inquit,& Deus Iesus Christus,volũtatem sui patris expleuit.Quod vbi ab illo factum fuit,ad patrem denuò assumptus est.Cui Abgarus:Et ego, inquit,in illũ credidi,& in patrem eius.Tum Thaddæus: Propterea, inquit, in nomine ipsius Domini Iesu manum super te pono. Quod vbi fecerat,euestigio morbo & calamitate, qua diuexabatur,releuatus est. Abgarus igitur magnopere est propterea miratus, quòd sicut de Iesu auribus acceperat: sic per discipulum eius & apostolum Thaddæum, qui illum absque medicamentis & herbis integræ valetudini restituisset, reipsa comperiebat. Atque non modò hunc,sed Abdum etiam,filium Abdi,podagræ doloribus oppressum,ad pristinam valetudinem reduxit. Qui cũ Thaddæum adiret, abiecit se ad pedes illius:cuius manum cum corpori suo haberet impositam, quod ei in optatis erat,assecutus penitùs conualuit. Complures item alios illorum conciues, idem Apostolus ex morborum molestiis eripuit: magnas res gessit, & cum primis admirabiles: verbũ Dei passim diuulgauit. Post ista Abgarus:Tu Thaddæe,inquit,virtute Dei hæc facis,nobisq; magnam excitas admirationem. Verùm deinceps de aduentu Iesu, quo pacto contigerit, & de eius potentia,& qua tandem virtute factitauerit ea quæ fama & creber hominum sermo ad nos pertulit, mihi quæso, oratione explica. Et Thaddæus: In præsentia,inquit,silebo:sed quoniam ad verbum Dei pręd icandum missus sum,cras mihi omnes ciues tuos conuoca, & inter illos palàm Dei verbum exponam,ipsúmque vitæ sermonẽ inter eos disseminabo:atque adeò de aduentu Iesu,qua ratione acciderit, de eius in terras missione,& cur à patre in mundum missus sit, vberius differam.Quinetiam de virtute rerum ab illo gestarum de mysteriis quæ in mundo locutus sit, qua vi & potentia ista transegerit,de noua & inaudita eius prædicatione, de abiectione & cõtemptu suiipsius,de humilitate exterioris hominis qui cuiusq; oculis patebat: quo pa-

Iudas qui & Thomas.

Thaddæus Abgarum curat.

Abdus à podagra liberatus.

Euangelicæ prædicationis summa.

cto etiam seipsum deiecerit, mortem obierit, atq; adeò diuinitatem aliqua ex parte im- A
minuere visus sit: quæ à nefariis Iudæis perpessus, quomodo in crucē actus, qua denique ratione ad inferos descendrit, maceriámque, quæ longo æui spatio integra & immota constitisset, diruperit: † vt surrexerit post triduū, vt mortuos qui multis seculis obdormissent, excitauerit: quatenus etiam solus descenderit ille quidē, sed cum ingenti multitudine ad Patrem suum ascenderit: quo pacto ad dexteram Dei patris cum gloria in cœlis assideat, quemadmodum cum splendore & potentia ad sententiam de viuis & mortuis ferendam venturus sit, apertè explanabo. Abgarus ergo præcepit, vt prima luce ciues sui in vnum conuenirent, Thaddæum concionantem attentè audituri. Paulo pòst auro tum cælato, tum rudi & informi, illum donari mandauit. At ille respuit, sic fatus: Si nostra prorsus dereliquimus, quomodo accipiemus aliena? Ista quadragesimo tertio anno post Christum natum gesta sunt. Quæ sanè non absque fructu & vtilitate, ex Syriaca lingua ad verbum conuersa, opportunè sint in hunc locum conclusa.

† Videat not. pag 10. lat. 2. lin. 21.

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Secundus.

De Apostolorum post Ascensionem Christi ordinatione. CAPVT I.

Supradictorū breuis anacephalæosis. Secundi libri hypothesis.

Q VONIAM in superiore libro, ea quę nobis Ecclesiasticam histo- B
riam scripturis essent tanquam in procemio necessario explicanda, id est, quæ ad salutaris Dei verbi diuinitatem, ad vetustatem institutorum nostram religionem attingentium, ad antiquitatem vitæ, ex Euangelij norma formatæ, quinetiam quæ ad recentem Seruatoris in mundum aduentum, ad acerbam eius afflictationem in cruce toleratam, ad Apostolorum denique electionem explanandum spectare videbantur, breuiter disseruimus: sequitur, vt ea quæ post illius ascensum gesta fuerint, partim sacris literis testata, partim aliis historiis (quas ex veterum monumentis, vt se offerebat occasio, adnotauimus) confirmata, in hoc libro, quem iam aggredimur, accuratè & diligenter videamus. *Primùm igitur Matthias, qui (vt suprà monstrauimus) vnus ex Domini discipulorum grege fuit, ad Apostolatum gerendum pro Iuda proditore sorte delectus est. Viri etiam numero septem, quorum vita spectata satis erat, & virtutis testimonio comprobata, precibus & manuum impositione diaconi ab Apostolis designati, vt communitatis ecclesiæ ministerio sedulò inseruirent. Ex quorum numero Stephanus, simul ac diaconus creatus fuit, primus post Christi passionem, tanquam ad hoc ipsum anteà destinatus, ab illis qui Dominum neci dedissent, lapidibus obrutus, decessit de vita: atq; ea de caussa primus inter generosos Christi martyres στέφανον id est coronam, nomen suum propriè & significanter exprimentem, obtinuit. Eodem ferè tempore Iacobum (qui frater † Domini propterea appellabatur, quòd erat filius Ioseph, qui pater Christi fuisse putabatur: cui Maria virgo desponsa, prius quàm conuenirent, sicut sacrosancta Euangeliorum eloquia liquidò commonstrant, grauida è Spiritu sancto inuenta est) hunc inquam Iacobum, quem veteres propter singularem virtutem, qua præter cæteros præstabat, iusti cognomine donauerunt, primum sedem episcopalem ecclesiæ, quæ est Hierosolymis, obtinuisse memoriæ traditur. Clemens porrò in sexto libro ὑποτυπώσεων de eo scribens, sic refert: Petrum, Iacobum & Ioannem, post Seruatoris ad cælos ascensum, cùm essent à Domino summum dignitatis gradum adepti, non de gloria & honore contendisse inter se, sed vno consensu Iacobum Iustum Hierosolymorum Episcopum designasse. Idem etiam in septimo libro

Cum hoc Cap. confer. Niceph. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. lib. 2.

Rerum post Christi ascensionem in ecclesia gestarū historia.

Matthiæ electio.

** Ruff. c. 1. Acto. cap. 1. VII. Diaconi.*

Stephanus protomartyr. Actorū 6. 7. 8.

Iacobus Iustus frater Domini, primus Hieroso. episcopus.

† Vide an not. pag. lat. 2. li. 37 Matth. 1.

A bro eiusdem operis, ista præterea de illo memorat: Iacobo Iusto, Ioãni & Petro, Domi-
» nus post ascensionem suam, singularem quandam impertiit cognitionem, quã illi reli-
» quis Apostolis tradiderunt: reliqui autem Apostoli septuaginta discipulis, ex quibus *Iacobi duo.*
» vnus erat Barnabas. Duos item Iacobos fuisse fertur: vnum cognomẽto Iustum, qui de
» templi fastigio præceps deiectus, fullonisque vecte cæsus occubuit: alterum, qui capite
» abscisso, migrauit è vita.

Illius autem qui Iusti cognomen inuenit, Paulus etiam in Epistolis suis facit mẽtio- *Galat.1.*
» nem: Alium Apostolum non vidi, pręter Iacobum, fratrem Domini. Sub idem tem- *In aliis est*
pus promissa Seruatoris nostri, quæ erant Abgaro Osroenorum regi facta, plenè exple- *Adiabeno-*
ta fuerunt. nam Thomas (quemadmodum testimonio monumenti cuiusdam illic re- *rum pro Os-*
perti paulò ante ostendimus) diuino impulsu incitatus, Thaddæum, doctrinæ Christi *roenorum.*
prædicatorem & Euangelistã, Edessam vsque misit. Qui cùm ad illa loca aduentasset,
non Abgarum solùm Christi verbo ad pristinam restituit valetudinem, sed omnes qui
illam regionem incolebant, miraculorum penè incredibilium admiratione obstupe-
fecit: qui etiam cũ illorum mentes rebus mirè à se gestis quodammodo præparasset, ad
fidem & admirabilem Christi potentiam virtutẽmque colendam traduxisset, facilè
salutaris & euangelicæ doctrinæ discipulos reddidit. Ex illo tempore ad hanc vsque æ-
tatem tota Edessenorum ciuitas, Christi nominis professioni firmè & constanter ad-
hæsit: vtpote quæ non vulgare Seruatoris nostri erga ipsam beneficij argumentũ apud
se retineat. Atque ista quidem ex veterum historiis petita sunt. Redeamus iam ad ipsas
diuinas sacrásque literas. Deinceps cùm e vestigio post Stephani martyriũ prima, eaq; *Prima Eccle-*
grauissima ab ipsis Iudæis contra ecclesiam Hierosolomytanam facta esset persecutio: *siæ post Ste-*
omnesq; discipuli, exceptis solũ duodecim, per Iudæã & Samariã passim dispersi, non- *phani marty-*
nulli (vt diuina memorat Scriptura) Phœniciam vsque, & Cyprum, & Antiochiã pro- *riũ persecu-*
B fecti, nondum gentibus fidei sermonem impertire ausi sunt, sed solis Iudæis illum an- *tio.* *Act. 8.*
nunciarunt. Quo quidem tempore Paulus etiam adhuc miserè diuexauit ecclesiã: qui *Paulus.*
in ædes fidelium ingressus, viros & mulieres crudeliter attractos, in carcerem coniecit.
Quinetiam Philippus, vnus illorum qui cum Stephano ad diaconatus functionem eli- *Philippus.*
gebantur, inter dispersos versatus, descendit in Samariã: atque diuina repletus virtute,
primus illis qui in ea regione habitabant, verbum Dei diuulgauit. Tantopere etiam di-
uina gratia in illo vim suam exeruit, tantúmque opis ei attulit, vt Simonem Magum
cum infinita ferè hominum multitudine, doctrina sua & dicendi vi ad se pelliceret. Iste *Act. 8.*
Simon eodem tempore fama & sermone hominum summè celebratus, quanquam a- *Simõ Magus*
pud eos quos in fraudem induxerat, tantum præstigiarum dolo valebat, vti eum instar
magnæ & incredibilis Dei virtutis ac potentiæ ducerent: illis tamen miraculis quæ à
Philippo diuina vi & facultate edebantur, tum obstupefactus, se callidè in Christi reli-
gionem insinuauit, & vsque eo fidem in Christum veteratoriè simulauit, quoad baptis-
matis lauacro tinctus esset. Quod etiam hac nostra ætate non sine admiratione ab illis
fieri licet animaduertere, qui scelestissimam illius sectam adhuc sequuntur. Qui certè
aui sui vestigiis insistentes, tanquam pestifer quidam morbus, & plenus contagionis, in
ecclesiam irrepentes, eos grauissimè inficiunt, quorum animis venenum illud lethale
& acerbum, quod est inter ipsos clanculum occultatum, instillare possint. Iam verò cõ-
plures illorum, quales fuerint, & quàm insignitè improbi, manifestò deprehensi sunt,
& ab ecclesia penitus eiecti: non aliter quàm Simon ipse, qui à Petro pari ratione de-
prehensus debitas pœnas persoluerit. Verùm vbi salutaris verbi prædicatio in dies sin-
gulos magnoperè creuit, præfectus quidam reginæ quæ Æthiopum potiebatur impe-
rio (adhuc enim, vt patrius mos fert, gens illa à muliere gubernatur) diuina prouiden- *Æthiopũ re-*
tia ex illa regione † Hierosolymam vsque deductus est, Deũ ibi piè sanctéque venera- *ginæ præfe-*
turus: quem primum ex gentibus à Philippo, per angeli visionem admonito, mysteriis *ctus.* *Act. 8.*
verbi diuini initiatum, & tanquam primitias fidelium per orbem diffusorum factum:
constans fama est, post reditum in patriam, primùm cognitionem Dei, rerum vniuer-
sarum parentis, atque adeò viuum & salutarem Seruatoris nostri in humanum genus *Psal. 67.*
ingressum palàm prædicasse: per quem prædictio Prophetica, quæ istas voces cõplecti- *Paulus decla-*
tur (Æthiopia praeueniet manum eius Deo) reipsa expleta est. Dum hæc gerũtur, Pau- *ratus Apo-*
lus, vas electionis, non ex hominibus, neque per homines, sed per reuelationem ipsius *stolus.* *Galat. 1.* *1. Timoth. 1.*
Iesu Christi, & Dei patris, qui illum excitauit à mortuis, Apostolus declaratus est, perq; *Act. 9.*

† Vide annot. pag. 12. lat. 1. linea 38.

visionẽ & vocem cælitùs diuina quadã reuelatione dimissam ea vocatione dignatus. A

Quo pacto Tiberius, cùm à Pilato quæ à Christo gerebantur didicerat, affectus sit. CAPVT II.

Cum hoc cap. confer Niceph. capite 8. li.

Ruff. c. 2.

Pilatus Christi res Tiberio scribit. anno Christ. 38. Tib. 23.

CVm iam incredibilis & admiranda Seruatoris nostri resurrectio, atque etiam ascẽsio in cælos, quãplurimis peruulgata percrebesceret: cúmque vetus apud gentium magistratus & præfectos inueterasceret consuetudo, vt si quæ noua & inaudita apud illos fortè obtingeret, ei qui regium in eos imperium obtinebat, significarent (quo nihil eorum quæ gerebantur, illum subterfugeret) Pilatus de resurrectione Seruatoris nostri Iesu à mortuis, quæ per omnium ora iam in vniuersa passim Palæstina hominum sermone ac fama peruasisset, vtpote qui cùm alia eius miracula auditione accepisset, tum etiam quo pacto post mortem denuò à mortuis suscitatus, iam Deus à multis pro certo crederetur: Tiberium imperatorem per literas certiorem fecit. Tiberium, simulátque audiuisset, ad Senatum illud ipsum retulisse ferunt. Senatum autem, eam sententiam opinione quidem hominum, quòd non priu sſua authoritate comprobauerat (quippe lege antiqua cautum fuit, neminem aliter apud Romanos aliquando, quàm suffragiis & decreto Senatus, haberi pro DEO) prorsus repudiasse: sed reuera, quod humano iudicio & confirmatione, salutaris & diuinæ prædicationis doctrina non egebat. Et quanquam illud Senatus Romani concilium, sententiam de Seruatore nostro ad se relatam omnino reiecit: tamen fertur Tiberium, tum eam quam prius animo cõbiberat opinionem firmè tenuisse, tum nihil absurdi contra Christi doctrinam ne cogitatione quidem molitum esse. Atque ista Tertullianus, vir non modò Romanorum legibus accuratè eruditus, sed aliis rebus etiam illustris, & inter eos qui Romæ splendoris & gloriæ insignibus maximè præstarẽt, cũ primis eximius, in Apologia ab illo pro Christianorum propugnatione latinis literis conscripta, & iam in Græcum sermonem conuersa, ad verbum isto modo tradit: Vt, inquit, de origine aliquid retractemus eiusmodi legum: vetus erat decretũ, ne qui Deus ab Imperatore cõsecraretur, nisi à Senatu probaretur: vt M. Æmilius de deo suo Alburno. Facit & hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu diuinitas pẽsitatur. Nisi homini Deus placuerit, Deus nõ erit. Homo iam Deo propitius esse debebit? Tiberius ergo, cuius tempore nomẽ Christianum in seculum introiuit, annunciatum sibi ex Syria Palæstina, quæ illic veritatem ipsius diuinitatis reuelauerat, detulit ad Senatum, cũ prærogatiua suffragij sui. Senatus quia non ipse probauerat, respuit: Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorũ. Hactenus Tertullianus. * Quod quidem sine dubio cælestis & diuina prouidentia nutu suo commodè eius animo iniecerat, quo sermo Euãgelicus, qui iam inchoatus erat, liberè & absque impedimẽto vbique terrarũ peruaderet. B

Tiberij erga Christum beneuolentia. Tertullianus.

Verba Tertulliani propria ac sua hoc loco posuimus, vt in Apologia habentur, cap. 5.

* Ruff. c. 3 *Tiberius minatur accusatoribus Christianorum extrema.*

Quomodo vniuersum orbem breui spacio Christi fama peruaserit. CAPVT III.

Vide Niceph. lib. 6. cap. 8.

Euangelij prædicatio per totum orbem dispersa, Psal. 18.

ITa quidem certè cælesti diuináque virtute & præsidio repentè, nulla ferè mora interposita, tanquam quoddam solis iubar, salutare Dei verbum vniuersum terrarum orbem suo splendore collustrauit, sacrarum literarum testimonio appositè respondens: In omnem terram sonus diuinorum Euangelistarum & Apostolorum exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum. Atque ecclesia quidem Christi, non aliter quã area quę tempore messis immenso frumenti numero de repentè compleri solet, infinita propè & innumerabili multitudine hominum in cunctis ciuitatibus & vicis veram religionem ac fidem amplectentium subito referta est. Et qui non modò ex serie quadam à maioribus deriuata, verumetiam ex errore ab antiquis temporibus ducto, mentes suas vetere superstitionis morbo, quasi vinculo quodam in colendis simulacris illigassent: hi Christi tandem virtute, quę partim per discipulorum eius doctrinam, partim per miracula ab eisdem edita omnibus perspicuè patefacta fuit, illis malis tanquam grauissimis dominis liberati, & acerbissimis custodiarum catenis absoluti, omnem sceleratám & execrabilem multorum deorum venerationem omninò detestari, atque adeò vnum solum Deum, omnium rerum opificem ingenuè confiteri istúmque

A ſtúmque ipſum veræ pietatis inſtitutis per diuinam ac plenam modeſtiæ religionem, quæ à Seruatore noſtro in hominum vitam ſparſa ac diſſeminata fuerat, ſanctè venerari cœperunt. Cum igitur diuina iam gratia non inter Iudæos ſolùm, verum etiam inter gentes diffuſa fuiſſet: & Cornelius, qui Cæſaream Palæſtinæ incoluit, cũ vniuerſa familia per diuinam quandam viſionem, pérque Petri miniſteriũ primus eſſet fidẽ in Christum amplexatus: & complures alij Græci Antiochiæ, quibus diſcipuli, dum Stephanũ Iudæi perſequebãtur, variis locis diſperſi prædicaſſent: & eccleſia Antiochiæ, modò floreret, atq; indies magis magiſq; creſceret: & permulti prophetæ ab Hieroſolymis profecti, illic eodem tempore verſarentur: & Barnabas ac Paulus vnà cùm illis viuerent, aliáque fratrum turba iſtis adiungeretur: Chriſtianorum appellatio in ea vrbe tum primùm velut ex florido & fertili ſolo exorta eſt. Agabus etiam vnus è prophetis, qui cum illis vixerunt, de fame, quæ erat vniuerſum orbem terrarum occupatura, id tẽporis vaticinatur. Vnde item Paulus & Barnabas Hieroſolymam vſque ablegati erant, fratrum miniſterio inſeruituri.

Imperator Anno Chriſti 83.

Cornelius Centurio. Act. 10. Christiani primũ Antiochiæ appellati. Act. 13. Agabi vaticinium. Act. 11.

Secundus liber hinc iam porro vſque ad quintum caput libri tertij continet acta ſub Caligula, Claudio, Nerone, Galba, Othone, Vitellio, annis triginta quatuor. Refer autẽ huc Cornelij Taciti lib. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Suetonium in his Imperatoribus: Eutrop. lib. 7. Oroſium lib. 7. cap. 5. 6. 7. 8. Acta Apoſtolorum porro ad finem. Pontificum Rom. Petri & Lini vitam apud Mar. Schotum, Mart. Polon. & alios ſuperiores vnà cum adnexis. Item tomos Conciliorum: Item Irenæum deinceps.

Quomodo poſt Tiberium, Caius Herodem perpetuo mulctans exilio, Agrippam Iudæorum Regem creauerit.

CAP. IIII.

B TIberius, cùm circiter duos & viginti annos imperium Romanũ gubernaſſet, abiit è vita. Huic in imperium ſuccedens Caius, confeſtim Iudææ præfecturæ honorem Agrippæ detulit: illúmque tetrarchiis, quibus Philippus & Lyſanias potiti fuerant, præfecit. Ad quas quidem nõ longo tempore poſt adiecit etiam Herodis tetrarchiam: Herodem verò (eum dico qui Seruatoris paſſioni vnà cum vxore Herodiade interfuit) ob varia & multiplicia crimina, quæ in vita admiſiſſet, graui mulcta & ſupplicio afficiens, perpetuo tandem addixit exilio. Atque iſtarum rerum Ioſepho teſte vtaris licet.

Anno Chriſti 38. Caij. 1.

Ad hoc & proximè ſequens cap. refer. caput Niceph. 9. lib. 2.

Ruffi. ca. 4. Agrippa tetrarchiis præfectus. Herodes in exilium relegatus. Antiq. l. 18 ca. 8. 9. 15. de bel. Iud. lib. 9. ca. 7. & lib. 2. cap. 5.

Quomodo Philo pro Iudæis, ad Caium legationem obierit.

CAPVT V.

HVius porrò imperatoris tẽporibus, Philo magna famæ celebritate apud plurimos fuit: vir ſanè, qui non noſtrorum hominum ſolùm, ſed etiã Gentilium, qui humanitatis ac politioris literaturæ elegantia excellebant, facilè principem locum obtinuit. Genus autem antiquitus ex Hebræorum ſtirpe duxit: atque illis viris, qui Alexandriæ in ſummis honorum gradibus locati, magnum ſplendorem acquiſiuiſſent, nulla ex parte inferior putabatur. In diuinas præterea & patrias diſciplinas, quantum & quam magnum laborem contulerit, apud omnes reipſa liquidò conſtat. Quinetiam in ſtudiis philoſophiæ, liberaliúmque artium cognitione qualis & quàm excellens fuerit, non neceſſe habeo dicere: præſertim cum Platonicæ & Pythagoricæ diſciplinæ formam ardentiore ſtudio imitatur, omnibus ſuæ memoriæ & ætatis viris antecelluiſſe prædicetur. Adde huc, quod calamitates, quæ Caio regnante erant fortè fortuna inuectæ, iſte Philo in quinque libros colligauit: in quibus etiam inſanam mentis Caij temeritatem (qui ſeipſum tanquam Deum prædicauit, quique dum regnabat infinitas iniurias & incommoda ſuis intulit) miſerias porrò Iudæorum quæ ſub iſtius imperio eis obueniſſent, expoſuit: & quo pacto ille ipſe ad vrbem Romam miſſus, pro gente ſua, quæ Alexandriæ habitabat, legationem obierit: & qua ratione cum coram Caio conſiſteret, pro patriis legibus dicturus, nihil aliud præter riſum & falſa dicteria reportârit, parúmque abfuerit quin graue vitæ ſuæ periculum & diſcrimen incurriſſet. Harum rerum etiam meminit Ioſephus in decimo octauo Antiquitatis li-

Huc refer Niceph. 9. lib. 2.

Ruffi. ca. 5. Philonis præſtantia. De Philone vide Hiero. de Scrip. illuſtr.

Caij arrogãtia.

Philonis legatio ad Caligulã pro Iudæis Alexãdrinis.

Anti. li. 18. cap. 10.

bro,atque ista quæ sequuntur ad verbum perscribit: Cùm seditio Alexandriæ à Iudęis & Græcis, qui illam incolebant, concitata esset, tres ex vtraque factione legati deligebãtur, qui ad Caiũ proficiscerentur: vnus ex legatis Alexandrinis pro Græcis erat [1] Apion qui multa conuicia in Iudęos intorquebat, cùm alia illis obiectando, tũ hoc in primis quòd Cęsaris honores penitus contẽnerent. nã omnes qui Romanorũ imperio vectigalia pensitãt, altaria Caio, & tẽpla dicare: inque aliis reb. denique illũ, nõ aliter atque deos suos, cultu & honore excipere: obseruaréque memorat: illos aũt solũ eũ ignobilẽ & indignũ ducere, quẽ vel statuarũ decorarẽt insignib. vel nomẽ illius iurisiurãdi loco vsurparẽt. Vbi Apiõ multa & grauia dixisset, quibus Caiũ insolẽter se efferre & speraret, & esset verisimile: [2] Philo qui Iudæorũ legationi pręfuit, frater Alexãdri Alabarchi, vir cũ omnibus in rebus clarus, tum philosophię nõ expers, paratus quidẽ erat ad ea quæ Iudæis fuêre obiecta, diluenda: verùm illũ iam dicturum interpellauit Caius, pręcipiens vt ab eius cõspectu procul abscederet. Nam nimio iracundię ęstu inflãmatus, videbatur planè illos ipsos Iudæos graui aliqua calamitate affecturus. Philo igitur contumelia & conuiciis appetitus, è concilio egreditur, atque Iudæos qui illum comitabantur iubet bono animo esse: Caium, * tametsi verbo quidem illis succensebat, re tamen ipsa perfecisse, vt Deus ipsis contra eius conatus prȩstò esset ad opitulandum. Hęc Iosephus. Idem porrò Philo, in eo libello quem de Virtutibus & legatione ad Caium conscripsit, ea quę per idem tempus à Caio gerebãtur, singula accuratè exponit. Ex quibus plurima silentio præteriens, ea sola in medium proferam, quæ nostra scripta legentibus perspicuè declarent eas res, quę Iudæis, neque id adeò longo tempore pòst, propter nefanda facinora in Christum admissa, obuenerunt.* Primùm igitur dum Tiberius fasces imperij tenebat, in vrbe Roma Seianum quendam (qui & authoritate & gratia multum apud Imperatorem valebat) toto pectore, vt dicitur, incubuisse narrat, quo vniuersam gentem Iudaicam prorsus è medio tolleret. Pilatum etiam (cuius temporibus Iudæi tantam audaciam & crudelitatem in necẽ Seruatoris exercuissent) in Iudæa templum, quod tum stabat Hierosolymis integrum & inuiolatum, nouo scelere quodam, quod nefas apud Iudæos erat, polluere aggredientem, illos maximè grauissimeq; conturbasse.

[1] Apion ad uersus quẽ Iosephus duos libros scripsit Antiq. Iud.
[2] Philonis patrociniũ à Caio repudiatũ legatione secunda, quã suscepit 1. anno Caij Cali. vt ipse Philo scribit in eo lib. qui Flaccus inscribitur & attestatur Ioseph. Ant. li 18. cap. 10 & Eutrop. lib. 7.

*Vide b. not. pag. lat. 2. lin.

* Ruffi. c. 6. Philonis prima legatio 15 anno Tiberii suscepta pro Iudæis, præside Iudæa Pontio Pilato inefficax fuit propter Aelium Seianum Iudæis infestum quem sibi ille collegam asciuerat Phil. lib. 2. legat. et Euseb. in Chronic.

Templum a Pilato prophanatum.

Quot mala Iudæis post impium in Christum facinus obuenerint.

CAPVT VI.

Huc refer Niceph. ca 10. lib. 2.

VBi Tiberius è vita migrauit, Caius capescit imperium. qui cùm multos alios multis & infinitis iniuriis læsit, tum maximè omnium vniuersam Iudæorum gentem non exiguis affecit incommodis. Quæquidem ex vocibus ipsius Philonis strictim & breuiter, vbi ista ad verbum scribit, licet cognoscere. Caius quidem moribus fuit peracerbis & crudelibus, cùm erga omnes, tum præcipuè erga Iudęos: quibus quidem acriter infensus, non modò synagogas, quas in aliis habebant ciuitatibus, suæ ipsius venerationi, ab iis autem quæ erant Alexandriæ exorsus est, tanquam proprias addixit, easdémque imaginibus & statuis artificiosè ad suã ipsius effigiẽ expressis compleuit, nam cũ alios imagines suas erigere permitteret, ille ipse easdem reuerà erexisse putetur, verùm etiam templum quod in sancta vrbe Hierusalem integrũ & intactum remansisset, atque adeò cui omne asyli ius & immunitas donata esset, commutauit, & in templum suo ipsius nomini dedicatum transtulit, vt deinceps Iouis illustris, Caij scilicet noui ac recentis Dei templũ nũcuparetur. Alia præterea infinita mala, quę vix, aut ne vix quidem oratione explicari poterunt, idem author in secundo libro quẽ de Virtutib. texuit, dicto imperatore regnante, Iudæis qui Alexãdriæ cõmorabãtur accidisse memorat. Cuius sententiæ accedit etiam Iosephus, qui pari ratione graues & acerbos casus, quibus vniuersa Iudæorum natio affligebatur, statim post Pilati tempora, póstque ea quæ contra Seruatorem nostrũ tam nefariè & audacter ab ipsis admissa fuissent, initium sumpsisse ostendit. Itaque ea quæ hac de re in secundo libro de Bello Iudaico totidẽ ferè verbis, vt ita dicam, refert, audiamus: [1] Pilatus à Tiberio præfectus in Iudæam missus, noctu Cæsaris imagines, quæ Semeæ appellantur, inuolucris quibusdã obtectas in vrbẽ inuexit. Quæ quidem res maximũ tumultum, vbi dies illuxit, Iudæis ciebat. Nam hi qui propè astabant, nouo rei aspectu attoniti perinde obstupuerũt, ac si ipsorum

Caij in Iudæos odium, templique prophanatio, introducta eius statua: vide Cornel. Tacit. li. 21 Ioseph. li 2. c. 3. de bello Iudai. Egesippum lib. 2. cap. 2.

Intelligendũ est de capt. Iudaic. nã ibi extat hæc historia lib. 2. cap 14. vidẽ castig. nostras
[1] Tempu prophanatio introducta Tiberii statuis.

A ipſorum leges & inſtituta) quæ nullum ſimulachrum in ciuitate erigi, ſtatuíve permittunt) pedibus iam conculcata iacuiſſent. Quod ſi iſta cum Euangeliorum ſcriptis & teſtimonio comparare placet, intelliges, quo pacto vox illa coram Pilato de Ieſu contentè ab illis profuſa (qua quidem non alium, quàm ſolum Cæſarem, ſe regem habere exclamabant) non ita multò pòſt in ipſorum capita verè reciderit. Aliam etiam deinceps cladem eos interim exagitaſſe, idem ſcriptor cõmemorat. Poſtea alium tumultũ concitat Pilatus. Sacrum enim Theſaurum (qui vocabatur Corbonas) in aquę ductum, qui erat ad triginta ſtadia † deriuatus, impendit: quæ res imperitæ multitudini bilẽ non mediocrem cõmouebat. [1] Pilatum igitur, vbi Hieroſolymam aduentauit, omnes pro * tribunali ſedentem circumſiſtentes, clamore & vociferatione adorti ſunt. Ille autem (præuiderat enim animo eorum ſeditionem) armatos milites veſtibus plebeiis & quotidianis opertos (ſimulátque gladiis eos vti prohibuiſſet, præcepiſſétque, vt qui contra ipſum vociferarentur, fuſtibus grauiter cæderent) multitudini permiſcuit: quibus tandem è tribunali ſignum dat. [2] Iudæi igitur cæduntur verberibus. ex quib. multi plagis: non pauci autem, dum fugam capiebant, ab ſe mutuò conculcati & obtriti periervũt. vnde reliqua eorum multitudo præ calamitate interfectorum obſtupefacta, deinceps penitus conticuit. In ipſa præterea Hieroſolymorũ ciuitate infinitos alios tumultus editos, & nouarum rerum molitiones ſuſceptas fuiſſe, docet idem author: oſtendítque, ab illo tempore inteſtinas ſeditiones, bella & malorum machinationes aliam ex alia ortam, non ciuitatem ſolùm, ſed vniuerſam etiam Iudæam opprimere eó vſque non deſiiſſe, quoad extrema illa & ærumnoſa obſidione, regnãte Veſpaſiano, miſerè afflicta & affecta fuiſſet.

A Pilato ſacer thesaurus in aquæductus impensus anno Chr. 3. Tib. o.

1 Stratagema Pilati in compescenda seditione.

2 Iudæorum cædes.

† Vide annot. pag. 13. lat. 1. li. 38.

* Vide ibi. lin. 40.

Imperator, anno Christi 41.

* Ruf. c. 7.

*Iudæos igitur ob ſua ſcelera, quæ tam perditè fuiſſent contra Chriſtum moliti, hoc modo diuina vltio inſectata eſt.

Quomodo Pilatus propria manu mortem ſibi conſciuerit.

CAPVT VII.

B NEque illud à nobis ignorari debet, eum ipſum Pilatum, qui Seruatoris neci interfuit, imperante iam Caio (cuius tempora modò perſequimur) in tantas & tam graues, vt fertur, calamitates incurriſſe, vt neceſſitate adductus, ſibi propria manu mortem conſciſceret, ſuorúmque ipſe ſcelerum vindex exiſteret: ídque diuina, vt ſimile veri eſt, vltione illum, non longa interpoſita mora adoriente. Græci etiam, qui Olympiades ſimul cum rebus cuiuſque temporis geſtis deſcribunt, idem ipſum ſcriptis prodiderunt.

Huc refer Niceph. 10. cap. lib. 2. Ioseph. lib. 18. cap. 11. Antiq.

Pilati mors. Anno Christi 41. Caij 3. vide Chron. Euseb. & Eutrop. lib. 7.

Ruffi. c. 8.

Fames sub Claudio anno eius 4. Christi 46. Euseb. Cor. 16. 2. Actor. 12. 1. Cor. 9. Gal. 2.

De fame, quæ regnante Claudio accidit: & de Iacobi Apoſtoli martyrio.

CAPVT VIII.

CAio verò, cùm non quatuor integros imperij ſui annos compleſſet, Claudius imperator ſucceſſit. Cuius temporibus cùm dira fames (quam quidem ſcriptores etiã à noſtra religione alieniſſimi ſuis tradiderunt hiſtoriis) orbem terrarum opprimeret, Agabi prophetæ prædictio, vt eſt in actis Apoſtolorum, quæ famem per totum orbem peruaſuram prælignauerat, exitum plenè conſecuta eſt. Lucas verò, vbi famem ſub Claudio futuram in Actis recenſuit, & fratres qui Antiochiæ habitabant, per Paulum & Barnabam ſingulos pro facultatibus, quibus abundabant, diſcipulis in Iudæa diſperſis aliquid miſiſſe ſubſidij narrauit, illud etiam adiungit: *Eodem tempore, Claudio videlicet iam ſummam rerum adminiſtrante, miſit Herodes rex, vt affligeret quoſdam de Eccleſia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio. De iſto Iacob clemens in ſeptimum librum ὑποτυπώσεων hiſtoriã planè memorabilem inſerit, eámque narrat quaſi ex traditione maiorum acceptam: nimirum, eum ipſum, qui Iacobum in iudicium adduxiſſet, cum teſtimonium Chriſto illum tam liberè perhibentem cerneret, ea re commotum, ſe etiam Chriſtianum ingenuè confeſſum eſſe. Igitur ambobus vna ad ſupplicium adductis, hunc inter eundum à Iacobo poſtulaſſe, veniam ſibi concedi. Iacobum autem, paululum rem animo complexũ dixiſſe, Pax tibi: illúmqe oſculatum eſſe. Et ſic tandem vtrunque ſecuri percuſſum vitam deſeruiſſe. † Ad extremum (ſicut

Huc refer Niceph. ca. 11. & 12. lib. 2.

Agab propheta.

Iacobi fratris Ioan. mors.

* Ruf. c. 9. Euse in Chr. hæc facta asserit anno Christi 36. Tiberij 21. sed Ioh. Vasæus in Chro. Hisp. ex act. Apostoli declarat hoc tempore verius Apostolum interfectum quod incidit in annum Christi. 43. Tib. Claudij Cæs. 1.

Postquã scilicet prædicato in Hispania Euangelio in Iudæam reuersus esset.

† Ruf. c. 10.

diuina loquitur Scriptura) Herodes videns illud quod erat de internecione Iacobi paratum, Iudæis non parum adferre voluptatis, Petrum etiam apprehendere aggreditur. A Cui in vincula coniecto parum aberat quin cædem intulisset, si non diuina quædam angeli visio ei noctu assistens, è custodia & vinculis illum mirificè & præter omnium opinionem liberasset, atque adeò ad ministerium prædicationis dimisisset. Verùm de rebus à Petro gestis, diuinitúsque administratis, hæc isto modo.

Petrus vinculis iectus ... susque ... liberatus.

Quomodo Herodes, qui & Agrippas nominabatur, post Apostolorum persequutionem, diuinam statim vltionem expertus est.

CAPVT IX.

Herodis Agrippæ interitus anno Chr. 46. Claudij 4. regni sui 7. Euseb.

Huc re... Niceph... 13. lib. 2. Actor...

HVius quidem vindicandi conatus, tam nefariè contra Apostolos à rege Herode intentati, non magna intercessit dilatio: imò verò statim post insidias Apostolis collocatas, vbi Cæsaream (sicut Scriptura in actis Apostolorum refert) aduentauerat, & die festo illic magna cum pompa celebrato, erat splendida ac regia veste indutus, & pro tribunali apud populum è sublimi loco orationem habuerat: vltio diuina, supplicij cælitùs inflicti ministra, illum de improuiso oppressit. Nam cùm vniuersus populus concionem eius mirè collaudasset, & ei tanquam Dei voci, non hominis, magnopere applausisset, Scriptura narrat illum ab angelo Domini extemplò perculsum fuisse, verminibúsque corrosum & penitus contabefactum, animam efflasse. Illud etiam meritò nonnihil habet admirationis, Iosephi narrationem de hoc incredibili Herodis occasu institutam, tantoperè cum sacris literis consentire. Quam dum citat in decimonono Antiquitatis libro, videtur testimonium veritati perspicuè perhibere, in quo his ferè verbis miraculum explicat. Cùm tertius iam annus illi regnum totius Iudææ occupanti esset completus, in vrbem Cæsaream, quæ antea fuit Stratonis turris appellata, B rectà se contulit. Ibi quodam die festo, quem pro salute & incolumitate Cæsaris celebrari cognouerat, spectacula ad Cæsaris honorem populo palàm exhibuit. Ad quod quidem festum, frequens hominum multitudo, qui magistratus gerebant in prouincia, quique honoris amplitudine præ cæteris præstare videbantur, confluxit. Secundo verò spectaculorum die, ille vestitu argenteo indutus (cuius vniuersa textura insignis erat, & planè admirabilis) primo mane ad theatrum perrexit. Ibi eius vestis argento obrigens, micantibus solis orientis radiis collustrata, adeò mirandum in modum resplenduit, ciúsque fulgore tantum his qui in illum acriter oculos intendebant, incussit terroris, vt propè attoniti exhorrescerent. Extemplò verò assentatores, voces quasdam, alias aliunde, non ad illius commodum, sed ad perniciem potius blandè fundere, Deum nuncupare, quin etiam vt illis esset propitius, acclamare cœperunt, quamuis, inquiunt, hactenus te simus vt hominem reueriti, tamē deinceps præstantiorem quendam, quàm cui mortalis & caduca natura conueniat, ex animo confitemur. Rex autem istos neutiquam coarguit, neque impias & nefarias adulatorum repressit blanditias. Itaque paulò pòst oculis in sublimè sublatis, angelum capiti insidentem animaduertit: & quem antea bonorum, eundem mox malorum sensit authorem. Inde acerbus dolor eius cordi inuritur, crebráque ventris tormina iam ab initio asperè hominem pungentia exedunt. Qui tandem oculos in amicos coniiciens: Ecce me, inquit, qui Deus vobis videor: nunc finem viuendi facere cogor necessariò. Iam iam enim fatalis & diuina vis, voces ementitas, & falsò de me dudum prædicatas, non immeritò coarguit. Qui dudum immortalis eram à vobis appellatus, iam quasi ad mortem trusus, animo inuito gradior. Verùm fati tela ferenda sunt, quatenus diuino numini visum sit. Etenim non sordidè aut abiectè, sed amplo illo honorum & dignitatis gradu, quem homines beatum putant, decorati, totum vitæ nostræ cursum confecimus. Hæc fatus, graui doloris quasi cumulo pressus elanguit. Igitur in regiam cum summa celeritate deportatur. Ac iam rumor per omnium ora peruolitabat, mortem paulò pòst illum occupaturam: virorum igitur multitudo confestim cum vxoribus & liberis sacco & cilicio de more patrio operta, supplex cum lachrymis Deum pro rege obsecrauit: omnia mœrore & [1] lugubri fletu redundârunt. Rex verò in solario quodam edito decumbens, cùm illos suis luminibus demissis pronos humi se abiecisse cerneret, ipse lachrymas nullo modo

Antiq. lib. 9. cap. 7.

Stratonis turris, Cæsarea.

Bubonē auē, dirū mortalibus omē, imminere capiti suo Agrippa vidit, qui illi nuncius exitij fuit, sicut olim Romæ vincto nuncius salutis fuit. Secundum Vaticinium Germani, quod Iosephus refert li. 18. cap. 8. cuius verba plenius vtroque loco lector videat: hoc inquam supradicto iam cap. & c. 7. lib. 9.

[1] Populus Herodem lugit.

A modo tenere potuit. Et vbi iam quinque dies continuos ventris dolore & cruciatu af-
„ flictatus,& ferè cõfectus fuerat,vitam tandem, quartum & quinquagesimum annum
„ ætatis suæ agens,regni autem septimum, miserè reliquit.[1] Quatuor quidem annos sub
„ Caij imperio regnauit:quorum tres in Philippi tetrarchia gerenda contriuit:quarto au-
„ tem anno locum etiam Herodis Iunioris assecutus est: postea verò triennij spacium
„ Claudio imperium gubernante,ad regnum adiecit. Ista Iosephum cum aliis ab eo ex-
plicatis adeò apposite ad sacrarum literarum veritatem enarrantem cum primis admi-
ror. Et quanquam de regis nomine quibusdam videtur à Scriptura sacra dissidere, ta-
men tempus & res gesta eundem fuisse declarant: & vel scribarum errore nomen esse
immutatum,vel geminam eidem,vt multis aliis,impositam appellationem.

1 *Chronologia rerum ab Herode Agrippa gestarum.*

De Theuda Præstigiatore, & suis complicibus.
CAPVT X.

Huc refer Niceph. ca. 11. lib. 2.

QVoniam Lucas etiam in Actis, cùm de Apostolorum rebus gestis disserit, Gama-
lielem inducit memorantem, Theudam tempore Claudij, quem suprà demon-
strauimus,surrexisse,dicentem se esse aliquem:qui occisus est, & omnes qui credebant
ei,dissipati sunt: de isto etiam Iosephi testimonium in medio ponamus,qui in † vigesi-
mo libro Operis sui quod paulò antè citauimus,hæc quæ sequuntur narrat. * Cùm Fa-
„ dus Iudææ præfecturam gereret,præstigiator quidam vafer, Theudas nomine, ingenti
„ hominum multitudini persuasit, vt suis secum comportatis facultatibus, ipsum ad Ior-
„ danem fluuium sequerentur. Prophetam enim se dixit esse, & fluuium mandato suo
„ posse dispertire,transitúmque illis præstare perfacilem. Hæc elocutus, multos illexit in
„ fraudem. Verùm Fadus eos ex ista amentia & temeritate non multum voluptatis ca-
„ pere passus est,sed multitudinem equitum contra illos misit armis instructam, quę qui-
„ dem irruptione facta eos adoritur ex insperato, complures interficit, nonnullos viuos
„ capit:ipsi denique Theudæ, cùm milites eum præhendissent, superstiti caput abscin-
„ dunt, secúmque deferunt Hierosolymam.

† Vide annot. pag. 17. lat. 1. lin. 2.

Act. 5. * Ruf. 1. c. 11 *Ioseph. 20. lib. Antiq. ca. 2. acta sunt hæc anno Christi 46. Claudij Cæs. 4.* *Theudæ impostoris interitus.*

B

De Helena adiabenorum Regina. CAPVT XI.

Vide Niceph. lib. 2. c. 11.

FAmis porrò quæ Claudio dominante passim longè latéque serpebat, deinceps in
scriptis suis mentionem facit, isto modo. Dum hæc geruntur, fortè fortuna ingens
fames vniuersam Iudæam peragrauit. Quo quidem tẽpore, Helena regina frumẽtum,
„ quod grãdi pecunia ex Ægypto coemerat,his qui erant in ægestate benignè distribuit.
„ Atque ista testimonio illi in[2] Actis Apostolorum perscripto congruentia reperies,nimi-
„ rum quòd discipuli qui commorabantur Antiochię,prout quisque habebat,proposue-
runt in ministerium habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerũt, mittentes ad se-
niores per manus Barnabæ & Pauli. Hælenæ verò (cuius apud hunc scriptorem fit
mentio) columellæ, illustres illæ quidem & eximiæ, in suburbiis Æliæ ciuitatis cernun-
tur. Hanc ferunt gentis Adiabenorum imperium tenuisse.

Ruff. c. 12. *Lib. 20. Antiquit. cap. 3. quod Euseb. adnotauit factum anno Christi 46. Tib. Claudij Cæs. 4.* 2 *Actor. 11.* *Helenæ statuæ.*

De Simone mago, & altera Helena. CAPVT XII.

Huc refer Nicephori cap. 14. 17. lib. & Euse. cap. 21. infra li. 4. Vide autem Epiph. contra hæres. tom. 2. lib. 1. hæres. 1. Item D. Augustinũ ad Quoduult Deum hæres. 1.

POrrò autem,cum fides in Seruatorem & Dominum nostrum Iesum Christum vbi-
que ad omnes homines iam dimanasset, Satan humanæ salutis hostis capitalis, vr-
bem,quæ propter imperij decus cæteris omnibus dominata est prisquam fidem Chri-
sti reciperet,astutè præcipere præoccuparéque molitus,eò Simonem, quem antea po-
suimus,quasi manu deducit: atque callidis illius viri præstigiis opem ipse ferens, com-
plures qui Romæ domicilia rerum suarum collocassent,in errorem inductos,suo addi-
xit obsequio. Declarat hoc quidem Iustinus, qui non longè post Apostolorum tempo-
ra vixit, quíque multum nostræ religionis excelluit disciplina: de quo dicam vberius,
vbi tempus datum fuerit,ea quæ sunt eius virtuti & doctrinæ consentanea, exponendi.
† Hoc loco autem historiam ab eo in priori sua Apologia, quam ad Antoninum pro
religione Christiana scripsit, traditam recitabo. Post Domini in cœlum ascensio-
nem, homines quidam dæmonum impulsu incitati, seipsos deos esse dixerunt:
quos quidem vos non supplicio coërcuistis, sed amplis decorâstis honoribus.

† Vide annot. pag. 15. lat. 1. lin. 25.

Ruff. c. 13. *Iustinus Philosophus & martyr. de Simone Mago.*

A ex quorum numero fuit Simon quidem Samaritanus, ortus è vico qui dicitur Gitton: qui Claudij Cæsaris temporibus, per astutiam dæmonũ: vim suam in eius animo exercentium, Romæ omnium ciuitatũ facile principis; magicas virtutes & portenta edens, pro Deo habitus est:& statua apud vos donatus, †quæ inter duos pontes super fluuium Tiberim extructos erecta est, hancq; inscriptionẽ latinis literis expressam habet, Simoni Dei Sancto. Quinetiã Samaritani propè omnes, non pauci quoque ex aliis gẽtibus, eum tanquam præcipuũ Deum confitentes, magna reuerẽtia obseruant. Itémque Helenam quãdam (quæ antea apud Tyrum Phœniciæ meretricio quæstui seipsam prostituisset) comitẽ eis per idem tempus assiduam, velut primam mẽtem ex Simonis sinu elapsam nuncupant. Hæc ille. Cum hoc consentit etiam Irenæus in primo libro contra Hæreses: qui & viri impietatem, & scelestam eius doctrinam pariter describit. Quam hoc loco commemorare esset propè superuacaneum, præsertim cum iis qui non illius solum, verumetiam aliorum omniũ hereticorum ortus, qui post eius tempora primas erroris partes obtinuerunt, viuendi etiam rationes, falsorum dogmatum causas, deprauatos & perditos singulorum conatus accuratè cognoscere desiderant, ea sanè in libro Irenæi suprà citato, ab authore aptè ad institutũ suum tradita facilè licet perspicere. Simonem igitur primum cuiúsque erroris authorẽ, & quasi caput extitisse accepimus: ex cuius tẽporibus hactenus, qui sectam & hæresin ab eo tractam persequũtur, modestam & grauẽ Christianorũ religionem ac doctrinã, quæ propter integrã purámque viuendi rationẽ ex ea formatã ab omnibus pleno ore celebratur, amplecti callidè & astutè prætexunt: & dũ vana superstitione, quæ in simulachris colendis sita est, immunes & liberi videri volunt, eiusdẽ laqueis nihilominus seipsos irretiunt. Nam corã pictura & imaginibus, tum ipsius Simonis, tum Helenæ) de qua antè à nobis, cùm de illo loquebamur, mentio facta est) prostrati, odoribus incensis, victimis & libamentis eos venerari sedulò pergũt. Quæ autẽ apud huius sectæ æmulos, hisce secretiora magísque arcana putãtur, & quibus quemque primùm, vt auribus acceperit, penitus attonitũ reddi, vel potius (vt verbo quodam vtar, quod est apud illos scriptis proditum, oraculíque loco vsurpatum) θαμβωθήσεσθαι, id est, admiratione quadã obstupescere aiũt, ea eiusmodi planè sunt, &
B tã plena reuerã stuporis, amentiæ & insaniæ, vt videantur non modò non honestè posse scriptis tradi, sed ne ore quidem propter insignem turpitudinem & obscœnitatẽ, à viris modestis aliquando sine scelere efferri. Nam quodcúnque aliquando omni flagitio scelestius & improbius in cuiusque cogitationem cadere possit: hæc detestabilis, & maximè pestifera hæresis illorum qui mulierculas miseras omni vitiorum genere cumulatas, turpiter & flagitiosè ludificantur, longissimè superat.

Quanquam verò talium & tam nefandorum scelerum procreatorem & architectũ Simonem, eo tempore tanquam acrem præclarorum & diuinorum Seruatoris nostri Apostolorum aduersarium, nequam & improba diaboli potentia (quæ omni honestati infesta est, quæque humanæ saluti euertendæ occultas semper parat insidias) de industria excitauit: tamen diuina Dei & cælestis gratia, quæ ministris suis perpetuo opitulatur, per illorum piorum hominum aduentum & præsentiam, Satanæ faces in humanũ genus accensas intentatásque, summa cum celeritate restinxit: atque omnem arrogantiam altósque spiritus, qui se contra Dei cognitionem insolenter extulissent, per illos repressit, atque adeò è medio sustulit. Quapropter neque impia Simonis contra Christum coniuratio, neque alterius cuiusquam eorum qui tum in lucem prodierunt, Apostolorum temporib. se sustentare poterat. Nam illustre veritatis lumen, & diuinus ille sermo, qui modò (Dei aspirante numine) in humanũ genus splendorẽ suum effuderat, inque terris quasi pubescens viguerat, & cum propriis ac suis Apostolis versatus erat, omnes id genus conatus strenuè euicit, profligauítque. Etenim vt exẽplo rem illustremus, præstigiator ille, quem antea posuimus, velut à diuino & admirabili fulgore oculis mentis penitus perstrictus, extemplò (cùm iam antea in illis sceleribus quæ nefariè & perditè consciuerat, à Petro Apostolo, in Iudæa manifestò deprehẽsus fuisset) longissimum iter terra marique instituens, ab Oriente ad Occidentẽ vsque quasi profugus vagatus est: istúmque viuendi modum, solùm sibi ex sententia fore arbitratus, sic tandem ad vrbem Romam profectus (cùm iam ibi diabolica vis & potentia, ad hominum perniciem assiduè excubans, magno subsidio illi veniret) breui suum institutum eo vsque perduxit, vt ab illis, statua in eius venerationem erecta, honoraretur vt Deus.

† Vide annot. pag. 15. lat. 1. lin. 32.

Simõ Samaritanus, mag…

Eiusdẽ stat…

Helena … comes, quæ … Selene.

Irenæus lib. … cap. 20.

Simon Hæresiarcha.

Simoniani.

Simonianorũ acta ac arcana.

De Petri

A

De Petri Apostoli in vrbe Roma prædictione. CAPVT XIII.

Huc refer Nicephor. ca.14.lib.2.

CÆterùm ista non ad longinquum temporis spacium ex sentētia illi processerunt. Nam euestigiò, sub ipso Claudij imperio, benigna & propitia Dei, totius huius vniuersitatis rectoris, erga humanum genus prouidentia, fortem ac præpotentem, & reliquorum omnium Apostolorum propter virtutis amplitudinem facilè principem Petrum, Romam versus, ad eiusmodi pestiferā vitæ humanæ corruptelam delendam quasi manu deduxit. Qui quidem, vtpotè generosus & strenuus Dei dux, diuinis armis obtectus, munitúsque, eximiam & preciosam tanquam mercaturā veri luminis, mente sola cōprehensi, ab Oriente ad Occasum vsque deportauit: ipsámque regni cælorū prędicationē, cęlestem scilicet lucem, & salutarē animorum doctrinam, palam diuulgauit.

Ruff. ca.14.

Petri Romam profectio, quā Eusebius factam asserit anno Christi 44. Tib. Claudij 2.

De Marci Euangelio. CAPAT XIIII.

Huc refer Nicephor. cap.15. li.2.

SIc ergo cum diuinus sermo iam ad Romanos persuasisset, vesana Simonis potentia extincta est, & homo ipse actutùm vnà penitus profligatus. Ac tanta pietatis lux eorum mentib. qui Petrum audiebant, affulsit, vt non eius sermoni omninò auscultando, non doctrinæ diuinæ prædicationis, minimè scriptis proditæ attendendo contenti acquiescerent: sed à Marco, Petri comite (cuius Euangelium esse fertur) multis variísque precibus contenderent, vt monumentum illius doctrinæ, quam sermone & verbo illis tradidisset, etiam scriptis mandatum apud eos relinqueret. Nec prius hominem ab se dimittunt, quam ipsorum postulatis obsecutus, opus absoluisset. Hanc igirur Euangelij scribendi, secundùm Marcum causam fuisse memorant. Cum ergo Petrus Apostolus, diuina spiritus sancti reuelatione suggerente intelligeret, illud opus editum esse: ferunt eum propēso & acri illorum hominum studio magnopere fuisse delectatum, háncque scripturam authoritate sua ratam fecisse, quò in ecclesiis passim perlegeretur. Clemens in sexto itē libro ὑποτυπώσεων, (cui etiā testis accedit Papias Hierapolitanus episcopus) eandem tradit historiam. Constat porrò, Petrum huius Marci mentionem facere in priore epistola, quam Romæ texuisse dicitur: quam quidem epistolam ibi perscriptam ostendit, dum ciuitatem illam verbi translatione Babylonem appellat, hoc modo: Sal-
" lutat vos ecclesia nostræ electionis consors, quæ est Babylone, & Marcus filius meus.

Ruff. cap.15

Marci Euangelium ex Petri traditione.

5. cap.

Roma Babylon vocata Petro.

B

Quod Marcus cognitionem Christi Ægyptiis primus prædicauerit. CAPVT XV.

Huc refer Nicephor. cap.15. li.2.

AIunt præterea, hunc Marcum primùm in Ægyptum traiecisse, & Euangelium quod ipse conscripserat, illic prædicasse, primúmque Ecclesiarum Alexandriæ institutarum authorem extitisse. Atque tanta hominum & mulierum fidem Christi amplexantium ex prima aggressione & conatu, per graue in primis sanctum & seuerum eius viuendi exemplum ibi cogebatur multitudo, vt Philo ipse eorum studia, exercitationes, mores, frequentes congressus, communem inter ipsos victus rationem, omnem denique viuēdi institutionem, suis scriptis persequi operæ precium existimaret. Quem Romæ sub Claudij dominatu, fama est in colloquium Petri, qui Romanis eodem tempore verbum Dei prædicabat, venisse. Atque illud quidem est planè verisimile: quippe opus, quod deinceps post aliquod temporis spacium ab eo dicitur elaboratum, ecclesię reuera canones ad nostram vsque memoriam obseruatos complectitur.

Ruff. c.16.

Marci prædicatio Euangelij, circa annū Domini 45. Claudij 3.

Philonis cùm Petro colloquium.

Quæ philo de religiosis in Ægypto commemorat. CAPVT XVI.

Huc refer Niceph. ca. 16.17. lib.2. Epiphan. 9. de Nozoræis.

IAm verò, cum eorum viuendi rationem qui apud nos ἀσκηταὶ, id est monachi religiosique, virtutis studio & exercitationi maximè dediti, appellati sunt, quam accuratissimè percenseat: cúmque eos viros, qui eius ætate tam piam, támque apostolicam vitam agerent, quíque ab Hebræis, vt videtur, ducerent originē, & propterea permulta vetera instituta proprius ad Iudæorum consuetudinem accedentia obseruarent, diuina laude & prædicatione efferat: satis constare poterit, illum eandem non oculis vidisse

Ruff. ca.17.

Ἀσκηταί, qui & monachi.

Philonis fides in li. de Vita monastica siue contẽplatiua.

Philonis curatores, siue cultores.

Huic libro Philonis Suidas titulũ tribuit (de Vita christianorum.)

solum, sed sententia & opinione vehementer approbasse. Primùm ergo in eo libro A quem de Vita in contemplatione posita, siue de Supplicibus inscripsit, simulátque se nihil à veritate alienum, nihil suo marte & suopte ingenio confictum his rebus quas esset narraturus, adiecturum asseuerauit, eos curatores vel cultores nuncupatos, atque mulieres eandem cum illis vitæ cõsuetudinem secutas, curatrices vel cultrices vocatas tradit: talésque eius appellationis causas refert, vel quòd tanquam medici, curatione adhibita eorum mentes qui ipsos adirent, à vitij & turpitudinis morbo ereptas, ad integram valetudinem restituerent: vel quòd syncero ac puro cultu, religionéque erga sacrum Dei numen ipsi imbuerentur. Siue igitur philo ipse, dum propriam & appositam hominum moribus appellationẽ attribuere volebat, suo ipsius arbitratu & iudicio illis istud nomen imposuerit: siue reuerà ab initio authores eius religionis, cum adhuc Christianorum appellatio nusquam penè locorum diuulgata esset, eos ita nominarit, longa oratione disquirere non est opus. Verùm vt ad rem redeamus, principiò illos facultates suas opésque abiicere, & simul ac in hanc diuinam viuendi rationem se abdere incipiunt, suis se bonis & fortunis omnibus prorsus exuere testatur, deinde quibúsque vitæ curis depositis, depulsisque, extra vrbium inania progressos, in locis solitariis, & hortis à populi conspectu remotis, domicilia rerum suarum collocare. Nam societates hominum, moribus ac vita longè dissimilium ab eorum instituto, qui per illud tempus acri & ardenti fide, istud religionis genus diligenter, vt par erat, excolere studebant, & prophetarum more sanctum & seuerum viuendi modum sedulò imitari nitebantur, valde inutiles & nociuas fore, pro certo cognouerunt. In actis verò Apostolorum (qui est liber omnium consensu approbatus) dicitur, omnes qui Apostolorum doctrina instituti imbutique erant, possessiones suas & facultates diuenditas, omnibus fratribus, prout cuiúsque necessitas postulabat, distribuisse: sic vt nemo existeret apud illos, qui opis cuiusquam omnino indigeret. Quicunque enim agrorum & domiciliorum possessores erant (sicut sermo ibidem perscriptus indicat) illis venditis, precia eorum offerebant, & ponebant ante pedes Apostolorum, vt cuique pro ea quam quisque habebat necessitate, dispertirentur. Philo autem istis à nobis citatis valde similia perhibet, & his ferè verbis hæc quæ sequuntur † de illis hominibus memorat: Quanquam hoc hominum B genus passim in vniuersum orbem terrarum diffusum est (nam non Græciã solùm, sed etiam Barbariam, tam præstantis & perfecti boni participem esse oportuerat) in singulis tamen Ægypti agris (qui νόμοι, apud illos vocantur) & maximè quidem circiter Alexãdriam, multò maxima hominum multitudo cernitur. Nam optimus quisque ex omnibus regionibus ad locum quẽdam amœnissimum cõmodissimúmque (qui est ibi ad lacũ Mariæ, in colle ex planicie paululũ edito, valde commodè & opportunè tũ ad tutam corporis custodiã, tum ad æquabilem aëris tẽperationem situs) tãquam ad patriã cultorum commigrat, & quasi coloniã deducit. Deinceps vbi eorum domicilia quænã sint descripsit, de ecclesiis in variis locis extructis sic loquitur: Est in quoque agro ferè ædes sacra, quæ appellatur σεμνεῖον, id est augustũ templũ, vel μοναστήριον quod latine locus solitarius separatusq; dici potest: in quo illi ab aliis separati seiũctiq;, vitæ piæ, & propter virtutẽ angustæ mysteria obeunt: nihílque eo vel cibi vel potionis, vel aliarũ rerum quæ ad corporis vsus necessariæ sunt, omnino secum apportant: sed leges & oracula à prophetis diuinitùs edita, hymnósque ibi recolunt, & alias denique res, quibus diuina scientia, & vera erga Deum pietas crescat & perficiatur. Post ista, alia etiam subiungit: Totum temporis spacium quod inter aurorã & vesperam intercedit, in pia quadã exercitatione collocãt. Nã sacras litteras inter se perlegere, auitúmque sapiẽtiæ studiũ commentari aggrediuntur: & quoniã vulgarẽ & cõmunem literæ interpretationẽ arbitrantur occultæ & inuolutæ cuiusdã naturæ mysteria (quæ per allegorias explicari solent) repræsentare, idcirco eam ad altiorem quandã & diuiniorẽ sensum trãsferunt. Extãt etiã apud illos cõmentarij veterũ quorundã hominum, qui illorum sectæ & religionis autores ac duces fuerũt: quíque cõplura monumẽta de ea specie & ratione doctrinæ, quæ in allegoriis cernitur, post se reliquerunt. Quibus quidẽ tanquam exẽplaribus vtẽtes, & professionis illius, & instituti modum sedulò imitantur. Atque ista traduntur à Philone, tanquã ab homine qui (vt verisimile est) illos coràm sacras literas interpretantes audiuerit: per illos autẽ veterũ cõmentarios, quos ait apud eos reseruatos esse, probabile est eũ Euãgelia Apostolorũ scripta, & expositiones quasdam veterũ, vt videtur, prophetarum

Solitudinis commoditas.

Act. 4.

† Vide annotat. pag. 19. lat. 1. lin. 9.

νόμοι.

σεμνεῖον. μοναστήριον.

mysteria

A myſteria aperientes intellexiſſe: quales quidem tum epiſtola Pauli ad Hebræos, tũ aliæ
cumplures eiuſdem cõplectuntur. Deinceps verò de nouis pſalmis, qui ab illis conte-
xũtur, ſic iterum ſcribit: Ita planè non contemplationi ſolum ſe dedunt, ſed etiam can-
“ tiones & hymnos variis metri & carminum cuiúſque modi & numeris grauiter fuſis
“ (aptè & conuenienter) ad Dei honorem ac laudem conficiunt. Multa etiam alia de iis,
“ quos iam oratione proſequimur, in eodem, libro percenſet: Cæterùm ea ſolũ in præſen
tia nobis ad commemorandũ videntur neceſſaria, quib. expreſſæ & illuſtres eccleſiaſti
cæ inſtitutionis formulæ perſpicuè ante oculos ponantur. Quod ſi ea quæ dicta ſunt,
cuiquã videantur illius viuendi rationis, quæ ex Euangelio inſtituitur, non eſſe propria,
ſed poſſe aliis præter eos quos commemorauimus conuenire: illis ſaltem vocibus, quas
idem author poſtea recenſet, ſit tandem perſuaſus, ex quibus (modo æquus rerum æſti-
mator ſit) teſtimonium de iſta re certum & indubitatũ accipiet. Sic enim ſcribit: Cum
“ temperantiã quaſi quoddam fundamentum in animis ſuis iecerint, alia virtutum gene
“ ra ſupra ędificant. Cibum aut potionem antè ſolis occaſum nemo illorũ capit. Quippe
“ diuinæ ſapientię ſtudium, quo ſe inuoluunt, lucem promereri iudicãt: corporis autem
“ neceſſitates, tenebras ſolùm meritò ſibi vendicare. Vnde illis quidem totum diem, hís
“ autem exiguam quandam noctis particulam largiuntur. Quidam porrò, quorum a-
“ nimis ardentius ſcientię deſideriũ inſidet, vix ſemel toto triduo cibi recordantur. Non-
“ nulli illecebris ſapientiæ (quę ſalubriam virtutis & doctrinæ pręcepta tam affatim &
“ copioſe ſuppeditat) quodammodo inuitati, ſic oblectantur, indéque tales capiunt deli-
“ cias, vt duplo plus temporis inediam facilè ſuſtineant, & vix tantum ſex diebus expletis
“ alimentum neceſſarium deguſtent. Iſta Philonis tam perſpicua tamque rata teſtimo-
“ nia, de noſtrę religionis viris ſolùm tradita eſſe pro certo arbitramur. Quod ſi quiſquã
adeò obſtinato animo ſit vt hiſce etiam voluerit refragari, ſic tamen euidentioribus ar-
gumentis (quæ apud nullos alios præterquam ſolos Chriſtianos, religionis Euangelicæ
profeſſores, reperiuntur) obſecutus, de contumacia & incredula mentis ſententia tan-
dem deſiſtat. Nam Philo cum illis viris, de quibus habetur oratio, mulieres etiam vnà
B viuere ait: quarum complures ad extremam ſenectutẽ virgines permanent. Quæ quidẽ
“ non neceſſitate (ſicut non paucę Gręcarum ac gẽtilium ſacerdotum faciunt) ſed ſua
“ voluntate adductę, caſtitatem propter incredibilem ſapientiæ cupiditatem & deſide-
“ tium, quo incenduntur, ſumma cura & cogitatione amplexantur, obſeruántque. In
“ cuius perueſtigatione dum ætatem terere ſtudent, voluptates, quib. corpus titillari ſolet
“ penitus reſpuunt: neque mortales fœtus & caducos, ſed immortales & perpetuò dura-
“ turos edere cupiũt: quos quidem certè ſola anima Dei amore inflammata ex ſe poteſt
“ procreare. Deinde paululum progreſſus, hæc eadem multo planius & apertius edocet:
“ Apud illos quidem ſacrarum literarum interpretationes ſublimi quodã & allegorico
“ ſenſu fiunt. Nam vniuerſam legis Moſaicæ deſcriptionẽ viri illi ſimilẽ arbitrantur ani-
“ mali, cuius corpus verba nuda & elata extrinſecus continere, animã verò diuinũ quen-
“ dam ſenſum ipſis verbis incluſum (qui ſub oculorum aſpectum minime cadat) in ſe cõ-
† vide pag. 17. lat. 1. lin. 18. plecti dicunt. † in quo anima rationis particeps, quæ ſunt ſuæ ipſius naturæ propria in
primis indagare aggreditur, & eximiam interiorum notionũ pulchritudinem in verbis
“ tanquam in ſpeculo apparentem peruidet. Verùm qui præterea attinet commemorare
“ frequentes, in vnum congreſſus, & virorum in vno, mulierum autem in altero loco ſe-
paratim congregatarum exercitationes, & ſeueram diſciplinæ rationem, quæ de mo-
re adhuc à nobis obſeruata eſt, quamque potiſſimum in feſto ſalutaris Domini paſſio-
nis non ieiuniis ſolùm & vigiliis, ſed attenta ſacrarum Scripturarũ auditione, excolere
ac celebrare conſueuimus? Quæ planè idem author eodem modo quod adhuc à nobis
ſolis obſeruantur, accurata oratione exponit: inque libro ſeparatim de ea re ſcripto tra-
dit, ac cum primis nocturnas magni feſti vigilias, piáſque in eiſdem exercitationes
Hymnos etiam qui à nobis recitari ſolebant, commemorat: & quo pacto, cum vnus
ſuaui quodam cõcentu pſallere decenter & modeſte occœperit, reliqui placide & quie
te auſcultantes, poſteriores hymnorum partes ad extremum vna decantent: & qua ra-
tione etiam diebus illis ſupra demonſtratis, toros ſtramineos humi poſitos, vſurpent,
vinúmque (his fere verbis rem deſcribit) non omnino guſtent: imò nec carnibus, nec
aliquo genere cibariorum, quod ſit ſanguinis particeps, veſcantur: & quod aqua ſola
illis potio ſit: ſale & hyſſopo pro obſonio & pane vtantur. Virorum porrò eccleſiaſtica

Chriſtianorũ ἀσκητῶν vitæ ratio ac ſtudia.

Philonem illa de Chriſtianis dicere contẽdit.

Curatrices, ſiue Cultrices mulieres. Virgines moniades.

Conuentus Monaſtici.

Vigiliæ Sacræ.

Cantus ſolennis & pſallendi modus.

Carnium ac Vini abſtinẽtia.

Aquæ potus. Gradus inter Ecclesiæ ministros.

munera obeuntium gradus, quibus alter alteri præstat diaconorum item ministeria, summum denique & primarium episcopatus honorem diligenter perscribit. Quarum rerum exquisitè cognoscendarum si cuiusquam menti desiderium insitum sit, ab huius viri historia, quæ à nobis declarata est, depromat licet. Quod verò non solum primos Euangelicæ doctrinæ prædicatores, verùm etiam instituta principio ab Apostolis tradita certò cognoscens Philo, ista scripserit, nemini omninò obscurum esse poterit.

Quæ Philonis opera ad nos peruenerunt.

CAPVT XVII.

Huc refer Nicephori ca. 7. 18. lib. 2. Vide Hieron. in Catalogo Scriptorum illustrium.

** Ruffi. c. 18. Philonis opera. Gene. explicatio. Liber quæst. & solut.*

ISte Philo verbis copiosus, sententiis locuples, & in diuinis Scripturis explicandis altus, inque sublime se tollens, variam & multiplicem sacri eloquij interpretationem pertexuit. * Primum opus composuit in Genesin, quod res in ea contentas serie quadam & ordine complectitur: quod quidem inscripsit, Sanctarum legum allegoria. Deinde distinctiones sigillatim, eorum potissimum, quæ in Scripturis aliquid videntur habere controuersiæ, contexuit: in quibus tum obiicit, tum obiecta dissoluit. quos libros, Quæstiones & solutiones eorum, quæ tum in Genesi, tum in Exodo quæri solent, aptè sibi ipsi mutuò respondentes, inscripsit. Sunt etiam præter istos libros, aliarum quarundam materiarũ lucubrationes ab eo separatim confectæ: vtpote de Agricultura libri duo: de Ebrietate totidem. alij etiam separato quodam & proprio titulo insigniti: vt ille, Quas res mens sobria & modesta optat, quásque execratur. Alter de linguarum confusione. Est & alius, de Natura & inuentione. Item alius, De earum rerum cognitione, quæ antequam ad Sacras literas veniamus, discendæ sunt. Alius, de eo argumento perscriptus, Quis nam sit qui rerum diuinarum hæreditatem sit consecuturus. Alius de Partitione æqualium & inæqualium. Quinetiam alius, De tribus virtutibus, quas vnà cum aliis descripsit Moyses. Præterea est liber, De his quorum nomina commutata sunt, & qua gratia etiam sint commutata: in quo ait, se duos libros de Pactis contexuisse. Est etiam liber illius, De demigratione Abrahami, siue de colonia. Adde hìs libros de Sapientis vita ex iusticiæ regula perfecta & absoluta, siue de Legibus non scriptis: de Gigantibus: de Numine diuino, quòd mutari nequeat. Accedunt his quinque libri, De eo quòd (vt est apud Moysen) somnia diuinitùs cuique immissa sunt. Atque isti sunt libri ab eo in Genesin editi, qui ad nos peruenerunt. In Exodum quinque libros illius, De quæstionibus & solutionibus, cognouimus. Alterum item, De tabernaculo: alterum, De decem præceptis. Sunt & quatuor eius libri de Legibus separatim scriptis, quæ summatim ad capita decem præceptorum referuntur. Alius præterea, De animalium secrificiis & victimis. Alius, Quænam & quot sint sacrificiorum genera. Alius, De præmiis quæ bonis viris in lege proposita sunt, deque supplicio & execratione improbis infligenda. Præter hos vniuersos, singuli illius libri feruntur: sicut de prouidentia, De homine ciuilem vitam degente, siue de Ioseph. De Iudæis: porrò Alexander, siue De eo, quòd bruta ratione prædita sint. Adiunge his eum libellum, qui De eo quòd improbus quisque sit seruus, inscribitur. Ad quem sequitur alius, De eo quòd quisque studiosus sit liber. Quibus adiũctus est liber De vita in contemplatione posita, siue De supplicibus. Ex quo sunt ea quæ de virorum Apostolicorum vita persecuti sumus, deprompta. Nominum etiam Hebræorum in lege & prophetis interpretationes ab illo lucubratæ dicuntur. Istum autem Caio regnante Romam profectum esse, & librum quem de Caij impietate & scelere composuerat, quemque facetè & dissimulanter de virtutibus inscripserat, postea Claudio imperium gerente coram vniuerso Senatu Romano recitasse memoriæ proditum est: vnde non illud opus solum, verùm etiam alia ab eo edita, tantoperè admirabantur Romani, vt digna existimarent quæ in Bibliotheca, tanquam monumenta quædam, reponerẽtur. Per idem tempus, dum Paulus vsque ad Hierusalem, & loca vndique ad Illyricum itinere peragrabat, Claudius Iudæos Roma prorsus eiecit. Quo quidem tempore Aquila & Priscilla cum aliis Iudæis Roma decedentes, in Asiam nauigarunt: illic cum Apostolo fundamenta ecclesiarum paulo antè ibidem iacta constabiliente, commorati sunt: quæ etiam sacra Scriptura in actis Apostolorum satis euidenter edocet.

Pholonis liber ironice inscript. de Virtutibus.

Philonis opera Romæ in pub. Bibl. reposita.

Ad hanc Pauli peregrinationẽ refer Nicep. cap. 19. 20. 24. 25. lib. 1

Iudæi eiecti. Act. 18.

A *Qualis calamitas Iudæos qui Hierusalem incolunt, ipso die Paschæ oppresserit.* CAPVT XVIII.

Ruff.ca.19. *Sub Claudio seditio anno eius 7. Christi.49.*

Huc refer Niceph. ca. 26 lib. 2.

PORrò cùm Claudius imperium administraret, talis Hierosolymis seditio & turba fortè fortuna in die festo Paschatis conflata, est: vt illorum duntaxat Iudæorum, qui dum per templi ianuas aceruatim egrediebantur, vi erant inter se contrusi, mutuóque pedibus conculcati † triginta milia interirent. Atque ita festi celebritas non genti solum vniuersæ grauem luctum, verumetiam singulis priuatim familiis lugubrem fletum attulit. Atque non hæc solum ad verbum propemodum narrat Iosephus, verùm etiam alio in loco scribit *, quo pacto Claudius Agrippam, filium Agrippæ, Iudæorum regno prefecerit: Felicique regionis totius Iudææ, Samariæ, Galileæ, etiam & illius etiam quæ trans Iordanem appellatur, procurationem dederit, qui cum imperium ad annos tredecim & menses octo gubernasset, Neronem imperij successorem post se relinquens, abiit è vita.

† Vide annot. pa. 17. lat. 2. li. 35.

Iosep. li. Antiq. 20. cap. 4 idem de Capt. lib. 20. ca. 20 Vide Oros. li. 7. cap. 6.

* Ruff. c. 20

Anno Christi 53. Claudij. 11.

Quæ nam regnante Nerone Hierosolymis gesta sunt. CAPVT XIX.

Seditio sub Nerone. Cap. 6. in fine Eusebius in Chron. hanc seditionem accidisse ait decedente iam Felice, anno Christi 57. Neronis 1.

Nero anno Chri. 56.

Huc refer Niceph. cap. 26. lib. 2. Antiq. lib. 20. cap. 6. Vide Cornel. Tacit. lib. 12.

DE seditione quæ temporibus Neronis, Felice Iudæorum præfecturam gerente, inter sacerdotes concitabatur, Iosephus vigesimo Antiquitatis libro scribit, his ferè verbis: Erat seditio Pontificibus contra sacerdotes & optimates plebis Hierosolymitanæ miserè incensa. nam quisque illorum, manu audacissimorum hominum, & nouis rebus maxime studentium ad se ascita, se ducem eiusdem præbuit. Atquæ tumultu suborto, conuicijs ipsi se mutuò lacerant, lapidibusque obruunt. Ac nemo erat qui turbam comprimeret, sedaretúe: sed tanquam in ciuitate rege & gubernatore destituta, ista cum licentia quadam effrenata admissa fuerunt. Pontifices eò impudentiæ « & audaciæ proruperunt, vt seruos in areas sacerdotum, decumas illis debitas vi abre- « pturos, mittere non dubitarent. Vnde accidit, vt sacerdotes inopia pressi, faméque & « inedia enecti, miserabiliter perirent. Sic crudelis seditiosorum violentia, ius fasque « omne peruertit. Idem porrò author, iterum eisdem temporibus Hierosolymis quan- « dam latronum factionem succreuisse narrat, quos ait interdiu, etiam in media ciuita- « te, eos qui illis forte obuiam fiebant, neci crudeliter tradidisse: & maxime quidem, cū « diebus festis essent multitudini permisti, paruis quibusdam sicis sub vestibus occulta-
B tis viros dignitate præstantes confodisse. Quibus vulnere concidentibus, ipsos homi- « cidas opinionem hominibus attulisse, se ex eorum numero esse, qui talium virorum « mortem iniquo animo ferre videbantur, cœpisséque vnà cum illis de rei indignitate « conqueri: ac propterea omninò præ verisimili & credibili rei specie, incognitos & mi- « nime deprehensos latitasse. Primùm autem ab illis Ionathā principem sacerdotum in- « teremptum esse: post eius interitum, in dies singulos alios nonnullos trucidatos: vnde « calamitatis timor cuiúsque animo incussus (singulis enim temporum articulis quisque « mortem, perinde ac si in procinctu fuisset, sibi imminere expectabat) ipsa calamitate « multò plus habuit acerbitatis.

Ioseph. Anti. lib. & cap. eodem.

De Ægyptio, cuius in actis Apostolorum mentio facta est.

CAPVT XX.

*. Ruff. c. 21 *Ægyptius pseudopropheta, cuius historiam Euse. in Chron. ad annum Christi 55. Claudij Cæs. 13. refert sub Felice procuratore Iudææ vt consonet cum act. cap. 12.*

Huc refer Nicephori ca. 26. lib. 2. Tacit. li. 12. Antiq. lib. 20. cap. 6.

DEinceps, vbi alia commemorauerit, hæc præterea adiungit.* Falsus quidem & adumbratus propheta Ægyptius, Iudæos plaga, illis quæ suprà citatę sunt, grauiore acerbioréque afflictauit. Nam in regionem illorum homo ille præstigiator ingressus, nomen prophetæ sibi ipse falsò imposuit: atque adeò circiter triginta millia hominum, « quos suis præstigiis in fraudem pellexisset, in vnum coegit. Quibus ex loco deserto in « montem Oliuarum subductis, inde constituit Hierosolymam vi & armis adoriri: at- « que si forte Romanorum præsidia & populum Iudaicum euinceret, tyrannidem exer- « cere, illisque pro stipatoribus vti, qui vnà cum ipso in vrbem irruptionem fecissent.

Felix Iudææ præfectus Ægyptium opprimit, anno Christi 55. Claudij 13.

A Verùm perditum eius conatum præuertẽs Felix, cum armata manu Romanorum illi obuiam audacter procedere, & vniuersa populi multitudo ad vrbis propugnationem pariter subsidio venire cœpit: adeò vt simulatque cœptum erat manu confligere, Ægyptius cum paucis fugam capesseret: maxima autem pars eorum qui cum illo societatẽ coiuissent, aut prælio interiit, aut captiua abducta fuit. Hæc Iosephus, in secundo historiarum libro, de Iudæorum captiuitate. Cæterum operæ precium est, his quæ de hoc Ægyptio isto loco explicata sunt, illa etiam quæ de eodem in Actis Apostolorum scribuntur, adiungere. In quo libro fit mentio, quomodo Felice Iudæam gubernanre, apostolo Paulo (cum Iudæorum multitudo coniurationem contra eum fecisset) à tribuno plebis Hierosolymis dictum sit: Nonne tu es ille Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? Sed de Felice hactenus.

Act. cap. 2.

Quod Paulus, cùm ex Iudæa Romam vinctus ad purgandum se missus, erat, omni accusatione liberatus est.

CAPVT XXI.

Ruffi. c. 22. Festus Iudææ præfectus. Anno Chr. 58. Neronis 2. Paulus cum Aristarcho captiuus. Colos. 4. Actor. 28.

Huc refer Nicephori cap. 28. 29. 30 31. 32. 33. lib. 2.

HVic verò, Neronis mandato, successit Festus, sub cuius præfectura, cum Paulus ibi causam pro se egisset, vinctus Romam deducitur. Aristarchus comes illi aderat, quem in quodam loco Epistolarum, concaptiuum non immeritò appellat. Quin etiam Lucas, qui Acta Apostolorum literis prodidit, historiæ finem fecit his ferè verbis: Paulus biennio integro Romæ quietus ac liber cõmoratus est, & Dei verbum absque impedimento prædicauit. Tandem verò, cum pro se in iudicio respondisset, traditum est, eum ad Euangelium passim prædicandum se denuò recepisse: ac postquam ciuitatem secundò aduentauerat, beato martyrio extremum vitæ diem obiisse. Quo quidem tempore vinculis constrictus, secundam contexuit ad Timotheum epistolam: in qua tum prioris causæ suæ defensionis, tum migrationis ex hac vita, quæ euestigiò insecuta est, mentionem facit. Verùm istarum rerum illius ipsius accipite testimonia, B dicentis: In prima mea defensione, nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt. Ne illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio adimpleretur: & audirent omnes gentes, quia liberatus sum ex ore Leonis. Quibus planè satis dilucide ostendit, quòd antea (vt prædicatio per illum perfecte expleretur) ereptus erat ex ore Leonis. Atque isto nomine, vt probabile est, Neronem propter animi crudelitatem nuncupauit. Ob eamque ipsam causam non dissimile quiddam deinceps adiicit: Liberabit, inquit, me ex ore Leonis: nam sacrosancti Spiritus instinctu, exitum eius iam breui futurum præuidit. Ac propterea adiungit: Liberatus sum ex ore Leonis, & illud: Liberabit me Dominus ab omni opere malo, seruabitque in regnum suum cæleste. In quo quidem suum mox futurum declarauit martyrium, Quod etiam planius in eadem Epistola paulò ante prædixerat: Ego enim iam delibor, & tempus dissolutionis meæ instat. Iam vero in Epistola ad Timotheum secunda, Lucam solum illi, dum scribebat, adfuisse declarat: atque in priore defensione, ne istum quidem. Vnde reuera constat, Lucam de actis Apostolorum scribentem eo tempore finem fecisse: neque vltra tempora, quibus cum Paulo versabatur, historiam deduxisse. Ista sunt eo animo à nobis commemorata, vt ostendamus, Paulum non primo eius ad vrbem Romam aduentu, quem Lucas recenset, certamen confecisse martyrij. verisimile enim est, Neronem in principio imperij sui mitius mansuetiúsque affectum, Pauli defensionem pro religione Christiana allatam, benignius faciliúsque admisisse: verùm cum ad nefandam & intollerabilem audaciam processisset, inter alia crudelia eius facinora, ea etiam quæ contra Apostolos edebat, aggressum esse.

2. Tim. 4. Nero, Leo. 2. Tim. 4. Pauli martyrium.

Quo pacto Iacobus qui frater Domini appellabatur, martyrium passus sit. *CAP. XXII.*

Ruffi. c. 21. Anno. Chr. 63. Neronis 7 Iacobi fratris Domini martyrium.

Huc refer Nicephori ca. 38. lib. 2.

IVdæi ergo, cùm Paulus prouocasset ad Cæsarem, & ad vrbem Romam à Festo missus esset, spe penitùs, qua consilium in eius necem comparassent, excidentes, in Iacobum fratrẽ Domini (cui ab Apostolis sedes episcopalis Hierosolymitana delata fuit) omnem

A omnem ſuam maleuolentiam conuertunt: contra quem ea ſcelera quæ ſequuntur, cõparata fuêre. Primùm illum in medium adducunt, & vt fidẽ Chriſti coram omni populo deneget, vehementer ſollicitant. Verùm cùm præter omniũ opinionem, liberiore ore vocéque, quam expectarent, præſente vniuerſa multitudine, filium Dei, ſeruatorẽ & Dominũ noſtrum Ieſum ingenuè & fidenter confeſſus fuiſſet: hominis teſtimoniũ (nam propter ſummum ſapientiæ & pietatis ſtudium quod in vita aſſiduè excoluerat, ab omnib. iuſtiſſimus putabatur) amplius tolerare non poterant. Eum igitur tum neci dant, cum ad illud facinus impunè obeundũ, interregni opportunitatem arripuiſſent. Quippe Feſto per id tẽporis mortuo, ſumma rerũ in Iudæa adminiſtratio principe & gubernatore penitus erat deſtituta. Cæterũ quanquam Iacobi necis ratio & modus ex verbis Clementis, ſuprà citatis, ſatis cõſtare poterit, (qui quidẽ cum à templi pinna præcipitatum, fulloníſque vecte percuſſum mortem oppetiuiſſe narrat) † Egeſippus tamẽ, Apoſtolorũ ætati proximè ſuccedens, in quinto, ea quæ ad illum ſpectant, hiſtoriæ ſuæ libro, accuratiſſimè tradit ad hunc modũ: Iacobus frater Domini, qui à Seruatoris tẽporibus ad noſtrã vſque ætatem Iuſtus (Iacobi enim nomine multi donati erant) ab omnib. appellatus fuerat, Eccleſiæ adminiſtrationem vnà cum cæteris Apoſtolis ſuſcepit. Hic ab vtero matris ſuæ ſanctus fuit: vinum & ſiceram non bibit: animaliũ carnib. ſe abſtinuit, nouacula caput eius nunquam raſum fuit, neque corpus oleo perunctũ, aut balneis lotum. Huic vni licebat in Sancta ſanctorũ ingredi: veſtibus enim vtebatur non laneis, ſed lineis duntaxat. In templum ſolus intrare ſolitus eſt: atque ibi genibus humi poſitis, pro populi peccatis veniam poſtulare: cuius genua, quòd tam aſſiduè tum ad Deum auguſte ſancteq; adorandũ, tum ad veniã precibus populo expoſcẽdam, procũbebat, cameli inſtar, tuberculis contractis obduruerunt. Qui propter ſingularẽ iuſtitiæ præſtantiã, Iuſti & Obliæ (quod Latinè populi præſidium dici poteſt, & iuſtitia) nomen ſicuti prophetæ de eo memorant, inuenit. Quibuſdam igitur ex ſeptem [1] ſectarum fautoribus in populo ſparſarum, & à me in hiſtoria antè declaratarum, ab eo ſciſcitãtibus quod nã eſſet [2] oſtium Ieſu? reſpõdit, Ieſum eſſe Seruatorẽ. Ex quorũ numero nonnulli

B crediderũt, quod Ieſus eſſet Chriſtus. Sectæ autẽ ſupra ſcriptæ, neq; carnis reſurrectionem fore. neque illum venturum qui cuique ſit pro his quæ rectè aut ſecus geſſerit in vita, mercedem redditurus, omnino crediderunt, verùm quotquot crediderunt, Iacobi prædicatione & hortatu crediderũt. Ergo cum plerique etiã ex principibus viris fidem eſſent amplexati, nõnulli ex ſcribis, Phariſæis, & reliquis Iudæis tumultuari, atque adeò vociferari cœperunt, quòd vniuerſus ferè populus Ieſum exiſtimabat verum eſſe Chriſtum. Qui etiam ad Iacobum profecti, ſic cõpellarc: Te obnoxiè oramus, vt quoniã populus fide in Ieſum, perinde ac ſi verè eſſet Chriſtus, collata, in grauẽ errorẽ delapſus eſt, eum ab hac opinione auoces: atque vt omnes etiã, qui hodie ad feſtum diẽ Paſchatis celebrandũ conuenerũt, de Ieſu rectè vereq; erudias, te etiam atq; etiã obteſtamur. Tibi enim omnes fidem adhibemus: nec nos ſolùm, ſed tota etiam multitudo perhibet teſtimonium, quòd iuſtus ſis, quodque perſonã non reſpicias. Perſuadeas igitur populo de Ieſu, nè erret. Etenim & vniuerſus populus, & nos omnes tibi credimus. Idcircò ſtatue teipſum ſuper pinnã templi, vt de ſuperiore loco cunctis conſpicuus ſis, atque adeò tua verba à tota multitudine facilè & ſine impedimento audiantur. Propter feſtũ nãque Paſchatis non ſolũ omnes Iudæorum tribus, ſed multi etiam ex gentibus conuenerant. Proinde Scribę & Phariſæi, quos ſuprà poſuimus, Iacobo ſupra pinnam tẽpli collocato, cœperunt exclamare ac dicere: O Iuſte, cui omnes meritò debemus fidem adiũgere: quoniam populus Ieſum crucifixum imitando aberrauit, tu idcircò nobis commonſtra, quod ſit oſtium Ieſu crucifixi. Qui clara voce ſic reſpõdit: Quid me interrogatis de Ieſu filio hominis? Ipſe ſedet in cælo à dextris magnæ virtutis & potentiæ Dei, & in nubibus cæli vẽturus eſt. Atq; cum multi plenè eſſent perſuaſi, & ob Iacobi teſtimonium Deum laudibus in cælum ferrẽt, dicerentque, Oſanna filio Dauid: ſcribæ & Phariſæi de integro cœperũt primùm inter ſe ita colloqui: Malè certè & infeliciter cecidit, vt iſtud teſtimonium noſtra opera Ieſu tribueretur. At conſcenſis gradibus, illum deiiciamus præcipitem? vt homines inde perterrefacti, nullam fidem eius doctrinæ adhibeant. Deinde clamare ac dicere: O, O, Iuſtus etiam errauit. in quo eloquia ſacra apud Iſaiam ſcripta planè expleta fuêre: Tollamus è medio Iuſtum, quoniã nobis moleſtiæ eſt, & incommodo. Quocirca fructus operum ſuorum comedent. Tandem ergo aſcẽ-

Feſti mors.

Egeſippi de Iacobi martyrio locus.

† Vide annot pag. 18. lat. 2. lin. 17

Iacobus Iuſtus cognominatus.

Item Oblias

1. De his ſectis vide cap. 22. lib. 4. Egeſippi, & Epiphan. contra hæreſ. tom. 1.

Prophetæ de Iacobo iuſto.

2. Alludit ad locum Ioan. 10. Ego ſum oſtium: per me ſi quis intrauerit ſaluabitur.

Iacobi de Ieſu teſtimoniũ

Iſaias.

denres, Iustum præcipitem dederũt, dixerúntque ipsi inter se: Iacobum Iustum obruere opotere lapidibus. Et quoniam deiectus in præceps, non statim mortem obiit: sed vultu sursum sublato, genibusq; flexis dixit: Obsecro Domine Deus pater, da illis veniã: nesciuntt enim quid faciunt cœperunt saxa in eum coniicere. Cumque lapidibus illũ obterere pergerent, vnus de sacerdotibus ex filiis Rechab, filij Rechabim, qui sunt Hieremiæ testimonio commendati, voce emissa contentius, dixit: Quid agitis? Iustus pro vobis Deum precatur. Attamen vnus ab illis qui fullo erat, arrepto vecte quo vestes solebant premere, in caput Iusti impegit: ita vitam, beato & fœlici martyrij cruciatu affectus, afflictúsque amisit: inque loco quodam prope templum, vbi columella eius nomine inscripta adhuc manet, corpus tumulo mãdatum est. Iste Iacobus tum Iudæis tum Græcis verus & incorruptus testis fuit, Iesum verè fuisse Christum. Non multò pòst Vespasianus Iudæam obsedit, Iudæosque redegit in seruitutem. Hæc Clementis historiæ mirè consentientia, Egesippus vberius pleniúsque explicauit. Iacobus igitur vir in primis admirabilis, & omnium sermonibus propter illustre iustitiæ decus magnoperè celebratus fuit: vsque adeò, vt qui inter Iudæos haberentur prudentes, hanc esse causam putarent, cur tam citò post eius martyrium obsidione Hierusalem vndique cingeretur: quam profectò obsidionem nulla alia de re illis obtigisse creditur, quàm quòd tam audax facinus & scelus inexpiabile contra illum consciuissent. Nam Iosephus etiã non grauatur, hoc idem suorum scriptorum testimonio euidenter confirmare, iis fere verbis: Iudæis quidem ad scelus vindicandum in Iacobum Iustum, fratrem Domini, qui dicitur Christus, ab illis admissum (illum námque iustitiæ facile primas ferentem, impiæ neci dederant) istæ obuenêre calamites. Idem author in vigesimo Antiquitatis libro, eius quoque mortem hoc modo narrat: Cæsar cum de Festi morte esset certior factus, Albinum præfectum & procuratorem in Iudæam misit. Ananus Iunior, qui summi sacerdotij dignitatem (vt diximus) obtinuit, quique moribus præfractus, & supra modum audax temerariúsque, sectam Sadduceorum, qui in iudiciis ferendis (vt supra positum est, sunt præ cæteris Iudæis crudeles & acerbi, sedulò secutus est, ratus se opportunum tempus nactum, tum propter Festi mortem, tum præterea quòd Albinus adhuc inter vias moram faceret, concilium consessúmque iudicum coegit: ac cùm fratrem Iesu Christi, nomine Iacobum, & alios quosdam cum illo in iudicium adduxisset, criménque in illos, quasi fuissent leges perfringere & violare conati, falso confinxisset, lapidibus obruendos tradidit. Verùm qui in ciuitate modestissimi esse, quique legum præscripta accuratè exequi videbantur, rem sane grauiter & acerbe ferre cœperunt: ad regem Agrippam clàm legatum mittere, illum deprecari vt literas ad Ananum daret, quo minus deinceps talia patraret facinora. Nam hoc primo iam tempore eum parum consideratè rem gessisse affirmârunt. Nonnulli porro ex illis Albino Alexãdria iter capienti obuiam prodire, docere quo pacto absque eius sententia Anano non liceret consilium cogere, statueréue. Albinus his verbis persuasus, iracunde ad Ananum scribit: seque de eo pœnas sumpturum interminatur. Rex Agrippa ob hanc causam illi cùm tres iam menses præfuisset, summi sacerdotij adimit officium: & Iesum filium Damnæi ei muneri præfecit. Hæc de Iacobo literis prodita sunt: à quo prima Epistolarum, quæ Catholicæ nominantur, dicitur scripta esse. Illud tamen nos minime præterire decet, quod licet à quibusdam tanquam adulterina, & minime germana propterea iudicetur, quod non adeo multi ex veteribus illius epistolæ, sicut nec eius quæ dicitur Iudæ (quæ etiam in septem Catholicarum Epistolarum numero ponitur, vllam omnino mentionem faciant: tamen nos istas cum reliquis, in quàm plurimis ecclesiis publice receptas approbatásque cognouimus.

Hierosolymæ obsidionis causa, Iacobi cædes. Iosephus Antiq. lib. 20. cap. 8.

Albinus præfectus. Ananus sacerdos. Sadducæi.

Anno Christi 63. Neron. 6.

Iesus Damnæi F. sacerdos. Iacobi Apostoli catholica, item Iudæ. Ruff. ca. 24 Anno Christi 65. Nero. 9

Primus Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus post Marcum, Anianus constitutus est. CAPVT XXIII.

OCtauo anno imperij Neronis Anianus vir tum Deo propter pietatem charus, tum in omnibus rebus admirabilis, primus post Marcum euangelistã in ministerium ecclesiæ Alexandrinæ successit.

1 Anianus episcopus. Marcus euãgelista.

Huc refer Niceph. cap. 15. lib. 2.

A. *De persecutione quæ sub Nerone accidit, in qua Petrus & Paulus Romæ martyrio proprietate condecorati sunt.*

CAPVT. XXIIII.

IAm verò [1] Nero, simulac imperium suum erat firmè corroboratum, ad impios & nefarios conatus toto pectore incubuit: atque ad ipsum verum cultum & pietatem in Deum omnium rerum authorem oppugnandam, seipsum fortiter armauit. Cæterùm qualis hic tandem fuerit, quantaque improbitate nobilitatus, non est præsentis quidem ocij & temporibus perscribere: sed qui voluerit, poterit ex multis scriptoribus qui eius res gestas historiis suis accuratissimè tradiderunt, hominis importunæ insaniç feritatem facilè cognoscere. Qua quidem exagitatus, infinitorum penè hominum cædes, nulla habita ratione, machinatus, eò crudelitatis proruit, vt ne ab interitu quidē maximè necessariorum, & summa sibi amicitia coniunctorum, cruentas manus abstineret. Nam matrem, fratres & vxorem, cum aliis infinitis sibi generis vinculo coniugatis perinde atque hostes & inimicos, variis mortium generibus affecit.[2] Verùm ad omnia eius scelera hoc vnum deesse videbatur, quo tanquam titulo insigniri debuerat, quòd scilicet primus ex imperatoribus Rom. religiosi cultus, qui sacro numini tribuitur,[3] hostis infestus declaretur. Cuius [4] Tertullianus, Latinus scriptor, sic ferè facit mētionem: consulite, inquit, vestros commentarios, illic reperietis, primum Neronem in hanc sanctam, † tum maximè Romæ orientem, Cæsariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostræ gloriemur: Qui enim scit illū, intelligere potest, non nisi aliquod bonum grande à Nerone damnatum. * Iste igitur qui hoc pacto infestissimus Dei hostis primus prædicatus fuit, ad Apostolos etiam trucidandos incitabatur,[5] Paulum proinde Romæ eo regnante securi percussum, & Petrum etiam suffixum cruci, historiarum monimentis proditum est. Quin etiam insignis ac testata Pet. & Pauli inscriptiò, quæ in cœmiteriis Romæ ad hoc vsque tempus manet, huius rei gestæ fidem facit. Atque hæc ita se habere, confirmati itidem vir ecclesiasticus,[6] Caius nomine (qui Zephyrini pontificis Rom. temporib. vixit) inque disputatione scriptis prodita, quam cùm [7] Proclo Cataphrigum hæresis & opinionis patrono habuit, eadem ipsa de locis, « vbi sacra Apostolorum (quos suprà citauimus) [8] tabernacula locabantur, asserit. Ego, « inquit, Apostolorum trophæa perspicuè possum ostendere. Nam si lubet in Vaticanū « proficisci, aut in viam quæ Hostiensis dicitur, te conferre, trophæa eorum qui istam « ecclesiam suo sermone & virtute stabiliuerūt, inuenies.[9] Porrò Dionysius Corinthio- « rum episcopus, illos ambos martyrium eodem tempore pertulisse, sic ad Romanos scri- « bens commemorat: Petrum & Paulum, qui Romanos & Corinthios primum in ecclesiam Christi inseruerunt, prudenti quadam admonitione impulsi, in vnum locum conclusistis. Nam ambo cùm & nostram Corinthi & vestram Romæ ecclesiam fundassent, & eiusdem doctrinæ præceptis tum nostros animos, tum vestros imbuissent, eodem tempore pariter martyrium subierunt. Atque ista hoc loco intexuimus, quo rei gestæ maior certiórque adiungatur fides.

Huc refer Nicepho. cap. 34. 35. 36. 37. lib. 2.

† Vide annot. pag. 20. lat. 1. lin. 7.

1 Neronis impietas, & crudelitas

2 Prima persecutio in Christian.

3 Nero primus imperatorum persecutionem mouet in Christianos anno Imperij sui 4. Christi 70.

4 Tertull. in Apol aduersus Gentes.

*Ruffi. c. 25

5 Pauli & Petri martyria anno Christi 70. Neronis. 14.

6. Caius scriptor ecclesiasticus testis martyrij SS. Petri et Pauli

6 Hieron. in Catal. scrip. ecclesiast. Proculū vocat

7 Tabernacula, id est, corpora sic enim & Petrus 7. Pet. 1. corpus suum appellat græcè σκηνώματα sunt.

8 Dionysio Corinth. episcopus testis martyrij SS. Pet. et Pauli.

Quomodo Judæi infinitis malis exagitati sint, & quomodo postremum bellum Romanis intulerint.

CAPVT XXV.

IOsephus rursus, vbi permulta de clade quæ vniuersam Iudæorum gentem oppresserat, disseruit, narrat his propemodum verbis, quo pacto, præter alios complures homines plebeios, infiniti ferè ex illis qui erant apud Iudæos, in summo honoris gradu locati, cæsi verberibus à Floro in crucem acti essent. Hic verò Iudææ præfectus tum fortè fuit, cùm bellum Iudaïcum duodecimo anno Neronis imperij erat concitatum. Deinde idem scriptor, propter quandam [9] Iudæorum seditionem Cæsareæ ortam, ait, adeò grauem & pestiferū tumultum passim per totam Syriā peruasisse (dum Iudæi ex suis hominibus ciuitatem quanque incolentibus, tanquam ex capitalibus inimicis extinguebantur) vti ciuitates corporibus inhumatis refertas, senes mortuos simul cum infantibus miserabiliter proiectos, mulieres omni integumento quod ad pudorem

Huc refer Nicephori cap. 3 lib. 3. Ioseph. de bell. Iuda. lib. 4. ca. 9. Egesip. lib. 4. cap. 6. Tac. li. 25.

Ruffi. c. 26. De capt. li. 2. cap. 33.

Florus præfectus, cuius in Iudæa initiū Euseb. in Chron. ponit anno Christ. 66. Neronis. 10.

9 Iudæorum seditio Cæsarea orta.

necessariò adhiberi solet, denudatas, totam denique prouinciam ærumnosam & plenam calamitatum quæ dicendo exprimi non poterunt. manifesto cernere potuisses. † Quinetiam metus vastitatis & euersionis futuræ, quam præsens Reipublicæ status minabatur, multò plus habuit molestiarum, quàm facinora illa quæ modò fuissent à singulis temerè & audacter admissa. Hæc totidem ferè verbis Iosephus. Eo tempore Iudæorum res hoc loco fuêre.

† Vide ad not. pag. [illegible] lat. 1. lin. 31.

Finis secundi libri.

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Tertius.

Apud quas Gentes Christum Apostoli prædicarunt. *CAPVT I.*

Ruffi. c. 1. *Apostoli apud quas gentes singuli Christum prædicarint.* *Ruffi. c. 2. *Thomas.* *Andreas.* *Ioannes.* *Petri & Pauli mors.* *Origen. Comment. in Gen.*

Huc refer Nicephori cap. 39. 40. 41. 42. 43. 44. lib. 1.

ISTO modo cum Iudæorum rebus actum accepimus. Iam verò vt ad sanctos Seruatoris nostri Apostolos discipulósque, qui erant per vniuersum orbem fusi ac dissipati, redeamus: Thomas) vt memoriæ proditum est) Parthiam obtinuit: Andræas Scythiam: Ioannes Asiam obiit, vbi reliquum etiam vitæ suæ cursum conficiens, Ephesi morte occubuit. * Petrus autem, vt videtur, Iudæis qui in Ponto, Galatia, Bithynia, Cappadocia & Asia dispersi vixerunt, verbum Dei prædicauit. Qui ad extremum cùm Romæ versaretur, capite deorsum statuto (sic enim perpeti cupiebat) cruci suffixus est. Quid attinet de Paulo dicere, qui simul ac ab Hierusalem ad Illyricum vsque fuerat euangelij Christi prædicandi munus plenè executus, pòst Romæ, Nerone summam rerum administrante, martyrio occubuit. Ista ab Origene ad verbum, tertio tomo Commentariorum quos scripsit in Genesin, reuerà commemorata sunt.

Quis primus Romanæ Ecclesiæ præfuit. *CAPVT. II.*

Hoc cap. quæ continentur Rufffinus nō habet. *Post Petrum Romæ 1. Linus episcopus.* *2. Tim. 4.*

Vide Niceph. lib. 3. cap. 2.

POst Pauli & Petri martyrium, primus Romanæ Ecclesiæ episcopatum Linus sortitò capit. Huius meminit Paulus, è Roma ad Timotheum scribens, in ea salutatione quam ad extremam Epistolæ partem adnectit: Salutant te, inquit, Eubulus, Pudens, Linus, & Claudia.

De Apostolorum epistolis. *CAP. III.*

Petri acta, epistola.

Huc refer Niceph. cap. 45. 46. lib. 2.

VNa vero Petri epistola, quæ prior illius esse dicitur, omnium consensu est approbata. Hanc, quasi extra omnem controuersiam positam, veteres presbyteri in suis ipsorum scriptis citarunt. Eam autem quæ illius secunda fertur esse epistola, non ita auctoritate & testimonio veterum confirmatam accepimus. verùm cum plerisque perquàm vtilis illa quidem videretur, vnà cum aliis scripturis studiose perlegi, perdiscique solita est. Quæ autem acta illius inscribuntur, atque Euangelium quod secundum Petrum appellatur, libellum præterea de eius prædicatione, opúsque illius quod Apocalypsis vocatur, non omnino in Scripturis catholicis numerata approbatáue cognouimus: quando quidem nullus scriptor ecclesiasticus vel ex veteribus, vel ex his qui nostra memoria viguerunt, testimoniis ex illis libris depromptis aliquando vsus est.

Petri acta, Euangelium Apocalypsis

A Cæterùm cum iam ratione & via procedat historia, operæ pretium me facturum puto, si dum Apostolorum successionem persequor, vnà etiam commemorem quænam ex scripturis, quibus contradicitur, fuerint illæ, quarum testimonia nonnulli scriptores ecclesiastici, variis temporibus in suos libros illigarunt: eaque etiam quæ ab eisdem scriptoribus tam de illis scripturis quarum authoritas omnium sententiis constabilitur, quàm de iis quæ non sunt eius generis, referantur. Ac de his quæ dicuntur scripta Petri (ex quibus vnam solam Epistolam germanam noui, eamque summo antiquorum presbyterorum consensu approbatam) ista sint isto tempore à nobis exposita. Pauli autem quanquam quatuordecim testatæ & notæ dicuntur epistolæ, tamen quòd quidam illi epistolæ quæ est ab eo ad Hebræos scripta, perinde ac si Pauli non sit, fidem abrogare studuerint, affirmauerintque eidem ab ecclesia Romana contradici, in obscuro relinquere neutiquam consentaneum existimaui. Ea igitur quæ sunt de hac ipsa à maioribus explicata, vbi tempus dabitur opportunum, in historia ponam. Illa quæ eius acta vocantur, in scripturarum illarum numero, de quibus nulla est omnino dubitatio, habita esse, non equidem accepi. Et quoniam Apostolus ipse in salutationibus quas extremæ epistolæ ad Romanos perscriptæ attexit, inter alios etiam Hermæ cuiusdam (cuius opus esse ferunt, qui Pastoris libellus inscribitur) mentionem facit, intelligendū est, istum, tametsi in quæstionem à nonnullis vocatur, ac propterea scripturis omnium assensu approbatis, nullo modo annumerandus ducitur ab aliis tamen pernecessarium iis præsertim qui iam primis fidei elementis imbuendi sunt, iudicatum esse. Vnde hoc quidem tempore eum nō modò in ecclesiis palàm peruulgatum, verùm etiam eius testimonia à nonnullis veterum scriptorum in suis libris citata animaduertimus. Itaque quo constaret, tum quæ in sacris Scripturis in nullam omnino quæstionem adductæ sint, tum quæ contra non satis ab omnibus probatæ, hæc in præsentia à nobis explicata sunt.

Pauli epistola.
Ad Hebræos epistola an Pauli.
Pauli acta cap. 16.
Hermæ pastor extat inter orthodoxographa.

De prima Apostolorum successione. CAP. IIII.

Ruff. ca. 4.
Pauli prædicatio.

Huc refer Nicephori cap. 1. 2. li. 3.

B QVod verò Paulus gentibus verbum Dei prædicarit, quódque ecclesiarum fundamenta ab Hierusalem & eius finibus vndique ad Illyricum vsque iecerit, non solum ex suis ipsius vocibus, sed etiam ex libro Lucæ qui Acta Apostolorū inscribitur, satis perspicuū est. Porrò quibus in prouinciis Petrus Christi Euangeliū, his qui erant ex circūcisione, enunciarit, nouúmq; testamēti sermonē tradiderit, ex suis ipsius verbis petitis ex epistola illa, quam illius verè esse omniúmq; approbatione confirmatā fuisse diximus, quam denique Hebræorū stirpe oriundis, qui disperse & vage Pontū, Galatiam Cappadociam, Asiam & Bithyniam incoluerūt, scripsit, satis euidenter & apertè constat. Quot verò & quinàm veri & ingenui horum Apostolorum imitatores facti, satis habiles & idonei ad ecclesias, quas isti fundauerant, pascendas regendasque æstimati fuerint, dictu certè non est procliue: solis illis exceptis, quos aliquis fortasse ex Pauli scriptis obiter possit colligere. Huius enim adiutores, & vt ipse appellat, cōmilitones, propè infiniti extiterūt: quorū nonnulli Epistolarum ab eo perscriptarū testimoniis ad perpetuitatē duraturis donati, memoriæ sempiternæ cōmendantur. Eōdē accedit Lucas, qui discipulos Pauli, dum in Actis eos enumerare cōtendit, nominatim percenset. Ex quorū numero fuit Timotheus, qui ecclesiæ quæ est Ephesi, primus episcopatum obtinuisse traditur. Titus itidem, qui ecclesiis quæ sunt in Creta præfuit: Lucas etiam genere Antiochenus, sciētia & arte medicus, qui quidē tum plurimū cum Paulo versatus, tum reliquorum Apostolorū familiaritate & cōsuetudine non rarò aut leuiter vsus, præceptiones medecinæ, quam ex illorum doctrina ad hominum animos sanandos hausisset, duobus voluminibus diuinitùs inspiratis nobis reliquit: quorum alterum Euangelium est, quod se non aliter exarauisse testatur, atque ei tradiderant illi, qui ab initio suis oculis Christū vidissent, quique fuissent verbi ministri,[1] quos quidē à principio in omnib. accuratè se secutum tradit alterū Apostolorum acta complectitur, quæ cùm nō auditione & fama, sed suis oculis ipse accepisset in vnum libellum contulit. †Fertur etiā Paulum, cùm tanquā proprij cuiusdā & sui Euangelij memoriā in suis scriptis hoc modo vsurpare cōsueuerit (Secundum euangeliū meum) illud planè quod est secundū Lucā, intellexisse. Ex cæteris Pauli comitib. & discipulis vnum fuisse[2] Crescentē, quē in Galatiā profectum Paulus ipse testatur: alterum[3] Linū, quē in secunda ad

Petri prædicatio.
1. Petri 1.
Pauli discipuli & collegæ.
Actor. 16.
Timotheus, Titus, Lucas: eiusque scripta.
1 Videtur hic Eus. hūc Scripturæ locum aut non voluisse ad verbum citare, aut aliam habuisse lectionē, cum dicat ὅτι καὶ φησὶν ἐπάνω θεῷ ἅπασι παρίνε λυθηκεναι.
2 Crescens.
2. Tim. 4.
3 Linus.

Galba. Otho. Vitellus. Vespasian⁹. Anno. Christ. 72. fit Imperat. Vespasian.
† Vide annot. pag. 21. lat. 2. lin. 30
..or. 4. 8.

1 Clemens. 2 Dionisius Areopagita. Actor. 17. Dinonysius Corinthius.

Timotheum epistola simul cum illo Romæ versatum memorat, quémque primum A post Petrum in Romanæ ecclesiæ episcopatum sortè delectum suprà demonstrauimus. Alterum [1] Clementem, qui Romanæ ecclesiæ tertius constituebatur episcopus, quem Paulus cooperarium suum & concertatorem in Domino fuisse testimonio confirmat. Adde iis [2] Areopagitam illum, Dionysium nomine, quem in Actis Apostolorum post Pauli concionem in Areopago apud Athenienses habitam, ad fidem conuersum fuisse, Lucas in Actis Apostolorum scribit: quémque primum ecclesiæ Atheniensis episcopum designatum, alius quidam Dionysius ecclesiæ Corinthiorum pastor, scriptor sanè perantiquus, narrat. Verùm quo pacto Apostolorum successiones temporum serie gradatim continuatæ fuerint, à nobis, vbi dabitur occasio, in historiæ progressu dicetur. Nunc autem ad reliquam historiæ partem pergamus.

Tertius liber hinc iam porrò ad tertiũ caput lib. quarti continet Acta sub Vespasiano, Tito, Domitiano, Nerua, Traiano, annis quadraginta octo. Huc refer vitas Pont. Rom. Cleti, Clemẽtis, Anacleti Euaristi, Alexandri, Sexti, apud authoras supradictos, item Tomos Conciliorum Epiphan. Irenæum D. Augustinum de hæres. & generaliter tomos hæreseon. Suetonium in imperatoribus vsque ad Neruam, & Dionem Cas. Nicæum qui à Nerua incipit. Cornel. Tacit. lib. 17. 18. 19. 20. &c. Eutrop. lib. 7. 8. Orosium lib. 7. cap. 9. 10. 11. 12. Aurel. Victorem.

De vltima post Christum Judæorum obsidione.

CAPVT V.

Ruff. c. 5. *Eusebius in Chro. tribuit annos 14. Neroni. Vespasianus Imper. declaratus.*

Ad hoc & sequẽtia ca. refer Nicep. ca. 1. 4. 5. 6. 7. 8. lib. 3. Lactant. li. 4. cap. 21.

POstquam Nero decem & tres annos imperij gubernaculis præfuerat, atque post illum Galba & Otho integrum annum & sex menses eundem dignitatis gradum obierant. Vespasianus expeditionum contra Iudæos susceptarum trophæis nobilitatus rex Romanorum in ipsa Iudæa declaratus est, & ab vniuerso exercitu qui illic erat, imperator palàm prædicatus. Inde extemplò Romam iter suscipiens, administrationem B belli contra Iudæos parati filio suo Tito commisit, post Seruatoris nostri ascensionem: cùm Iudæi præter illud facinus quod in ipsum consciuerant, iam etiam contra eius Apostolos vix dici potest quot & quantas fuissent insidias moliti: primùm in Stephanum, quem lapidibus obrutum è medio sustulerunt: deinde post eius necem in Iacobum filium Zebedæi, Ioannis fratrem, quem insidiis callidè appetentes, securi percusserunt: ad extremum in Iacobum Iustum, qui primus post Seruatorem nostrum in cælos assumptum, illic Hierosolymitani episcopatus sedem dignitatémque obtinuerat: & ad eum modum, quem supra monstrauimus, ex corporis custodia emigrauerat. Cúmque præterea reliquorum Apostolorum infinita penè multitudo in vitæ periculum ex insidiis Iudæorum venisset, & ex terra Iudaica in exilium eiecta esset, cumque iidem Apostoli, vt doctrinam prædicarent Euangelij, ad omnes gentes cum Christi virtute & potentia, (qui illis dixerat. Euntes docete omnes gentes in nomine meo) iter suscepissent: quinetiam cùm populus Ecclesiæ quæ erat Hierosolymis, per oraculum viris illic virtute & pietate spectatis in visione editum, iussus esset, vt antequam bellum exardesceret, è ciuitate egrederetur: atque adeò vrbem quandam trans Iordanem, quæ Pella nominata est, incoleret: inque eam hi qui in Christo fiduciam defixerant, relicto Hierusalem migrassent, sicut sancti viri non modò ciuitatem illam regiam quæ erat totius Iudææ primaria, sed etiam vniuersam Iudæorum terram omnino deseruissent: de cætero iusta Dei vltio eos qui tot nefanda scelera cùm in Christum, tum in eius Apostolos, contra ius fasque omne admisissent, miserè & acerbè exagitauit, illámque ipsam impiorum stirpem funditùs ex hominum societate deleuit. Quænam mala eo tempore ad vniuersam Iudæorum gentem vbique locorum dispersam confluerent, quo pacto Iudeæ in primis habitatores in extremas grauissimásque calamitates deuoluerentur, quot & quàm incredibiles cuiusque ætatis turbæ cum mulierib. simul & pueris, gladio, fame & infinitis aliis mortis generibus conciderent, quot etiam & quænam Iudaicarum ciuitatum obsidiones: quot porrò clades omnium opinione maiores hi qui in ipsam Hierusalem, tanquam in primariam vrbem firmissimis septam munitamque præsidiis confugientes oculis aspicerent: qui totius etiam belli modus & ratio, quę item

Titus Vespasiani F.

Stephanus protomartyr. Iacobus Zebedæi F. Iacobus Iustus.

Matth. 28. Marci 16.

Ecclesia Hieros. oraculo Pellam colere iussa.

A item in eo res sigillatim gestæ: quemadmodũ denique desolationis abominatio à prophetis prædicta, in ipso antiquo Dei templo omnium sermone peruagato (quod quidẽ vastitatem radicitus omnia consumentem, & extremam euersionem sustinuit) expleta esset, cuique volenti liberum est ex historia accuratissimè à Iosepho conscripta petere. Verum quo pacto multitudo eorum qui ab vniuersa Iudæa, ad tricies centena millia in die festo Paschatis frequentes eò conuenerant, in Hierusalem tanquam in ergastulum quoddam conclusa, ab eo commemoretur: mihi hoc loco eisdem verbis, quibus ipse vsus est, necessarium statui ad commemorandum. †Qui verò ex vniuersa regione ad festum Azymorum confluxerant, de improuiso vndique bello tenebantur implicati, adeò vt primò propter loci angustiam mortifera & lethali peste, deinde graui fame, quæ multo plus habebat acerbitatis, diuexarentur, quòd autem ciuitas tantam capiebat multitudinem, ex his qui Cestio præfecturam gerente erant numerati, satis cõstat: qui quidem dum cupiebat Neroni (qui eam gentem omninò contemnebat) vires ac robur ciuitatis apertè significare, à summis sacerdotibus contendit, vt summam multitudinis, si fieri posset, subducerent. ' Illi autem, cum festum quod Pascha appellatur, iã instaret, in quo ab hora nona ad vndecimam vsque sacrificant, inque singulis sacrificiis est tanquam societas quædam ex decem hominibus minimũm collecta (quandoquidem non est integrum, vt vnus solus sacrificet, epuleturúe, sed sæpe viginti in vnum cõgregantur) illi inquam sacrificia ducenta quinquaginta quinque millia, & sexcẽta numerarunt. Sunt igitur homines, si decem solum singulis sacrificiis tribuamus, vicies septies centena millia & ducenti, qui omnes puri ac mundi fuerunt. Nam non fas erat, vt vel leprosi, vel seminis fluxu polluti, vel mulieres menstruis contaminatæ, vel homines vlla alia labe infecti, vel peregrini, denique qui religionis ergò accessissent, illius sacrificij fierent participes. Frequens ista multitudo ex omnibus locis extra ciuitatem positis coiuerat: ac tum quidem vniuersa Iudæorũ natio quasi casu quodam fatali in Hierusalem, tãquam in carcerem, compingebatur.† Hæc Iosephus. Illud profectò valde erat consentaneum, vt quibus diebus acerba Christi Dei clementis & propitij omniúmque seruatoris, passio patrata esset, iisdem sanè pernicies & interitus vltione diuina inB flictus, eos qui talis crudelitatis auctores fuissent, quasi in carcerem simul contrusos occuparet.

† Hæc verba in vulgato textu græco non erant omissa, nimirum negligentia librarij, ideoq; nec Musculus quidem ea reddidit. Christophorsonus igitur ex 4. 5. c. lib. 6. de cap. Iudaic. ea hic restituit & interpretatus est ita vt intra hæc duo signa habentur. In græco textu Iosephi testimonij huiꝰ est initium ab his verbis ἀπὸ γὰρ τῆς χώρας & pertendunt ad finẽ vsque capitis eiusdem.

Ioseph. lib. 6. de captiuit. cap. 45.

Cestius Florus præfectus de cuius auaritia & sæuitia vide Cornel. Taci. lib 21.

1 Iudæorum Hierosolymis ante obsidionẽ congregatorũ multitudo.

Obsidionis vrbis idem, quod Christi passionis, tempus.

† Vide annot. pa. 22. lat. 1. lin. 38 Vide Ni. li. 3. cap. 6. 7. Cornel. Tacitum li. 21. Ioseph. li. 6 ca. 5. de bello Iud. Sueton. in Vespas. D. Hieron.

De fame quæ apud Iudæos inualuerat. CAP. VI.

OMissis igitur illis malis quæ sigillatim acciderunt, quæque vel gladio, vel alia quapiam ratione sunt in illorum exitium edita: eas solùm calamitates necessarias mihi ad explicandum puto, quæ dira fame & inedia eis importatæ sunt: eo consilio, aut qui istam nostram historiam sint fortè perlecturi, si non omnino, at aliqua ex parte tamen cognoscant, quo pacto eos qui nefariæ crudelitatis in Christum Dei authores extitissent, haud ita diu pòst supplicio cælitùs irrogato afficerentur. * Itaque grauem illã & luctuosam rerum id temporis gestarum tanquam tragediam, & ex quinto historiæ Iosephi libro petitam, deinceps recitemus. Locupletes, inquit, siue egrederentur ex vrbe, siue in eadem manerent, in pari vitæ discrimine versabantur. Nam eorum quisque proditionis crimine & fugæ falsò obiecto, propter opes suas ac facultates interfectus fuit. Insolens seditiosorum amentia, vna cum famis diritate, accrescere cœpit. Vtrumque malum in dies magis magísque ingrauescere. In foro enim nullum frumentum venditur: seditiosi præcipites intrò irrumpentes, ædes perscrutantur. Vbi si quid deinde reperirent, eos qui erant in ædibus tanquam rem inficiatos verberibus cædere: sin minus, cruciamentis, quasi qui studiosius cautiúsque illud occultauissent, grauiter torquere cœperunt. Corpora autem hominum ærumna ista & calamitate laborantiũ satis magno fuère indicio, vel quòd abundarent frumento, vel quòd eodem penitùs destituerentur. Nam qui firmo erant & robusto corpore, visi sunt alimẽti copia affluere: qui autẽ macie extabuerant, iã ab illis nefariis prędonibus fuère præteriti. Etenim ab omni ratione videbatur prorsus alienũ eis iam necẽ afferre, qui essent paulò pòst præ inediæ asperitate animã efflaturi. Complures verò fortunas quas possidebant, ex occulto cum vna mensura vel frumẽti, qui diuites erant, vel hordei, qui premebantur inopia, libẽter

*. Ruff. c. 6. Iosephi testimonium Cap. 27.

Famis calamitas.

commutare:nonnulli porrò seipsos in intimos ædium recessus concludentes,præ extre- A
ma famis acerbitate frumentum minimè molitũ, miniméque in panem confectũ, de- »
uorare:alij tantum coquere,quantum vel vitæ necessitas,vel metus abripiendi iniectus »
pati videbatur.Mensa nunquã apponebatur: quippe cibaria,quæ cruda adhuc erant,& »
incocta, igni properè abstrahentes, auidè ore arripiebant. Miserabilis sanè & deflenda »
erat cibi capessendi ratio,spectaculúmque dignum lacrymis,dignũ planctu & mœrore «
pręsertim cum valentiores quidem ab aliis vi alimentum eriperent, imbecilliores autẽ «
inediæ grauitate enecti miserè statum suum deplorarẽt. Et quamuis acris famis impetus omnes animorum affectiones propè deuincat,nullam tamen ita expugnat, labefactátque,vt verecundiam.Nam quod aliàs pudorem & reuerentiam exposcit,in hoc calamitatis genere prorsus contemnitur.Non enim pudebat vxores viris cibum adimere nec liberos parentibus,nec (quod multò omnium miserrimũ est) matres ex ipso infantium ore alimenta extorquere.Quæ,cum charissimi sui liberi in manibus præ hac lue iam penitùs emarcescerent, guttas illas in ora instillatas, quibus sustentabatur vita, eis violenter auferre minimè temperarunt. Et licet tam vili támque exigua alimẽti copia abundarent ad vescendum,in obscuro tamen minime latuere:vbique enim nefaria seditiosorum turba istius direptioni & rapinæ instabat. Nam cum ædes occlusas cernerent,hoc pro argumento cœperunt, eos qui essent intus,cibum iam capere. Omni igitur abiecta cunctatione, † effringunt fores., in ædes irruunt:& parum aberat quin alimenti frusta è gulis exprimentes,ex ore denuò retraxissent.Senes propter famis diritatem cibo aliquanto tenacius adhærescentes,grauiter & acerbe plectebantur. Mulieres autem,si ea quæ forte haberent in manibus,clam apud se occuluissent, sparsis crinibus misere raptabantur.Nulla erat vel canę senectæ,vel teneræ pueritię commiseratio.Sed seditiosi illi prædones,infantes,qui panis buccellis quasi suspensi hærebant, arreptos in sublime,graui casu prosternere cœperunt.In eos autem qui ipsorum incursionem præuerterant,quíque prędam ab illis quęsitam ante deuorarant,perinde ac si ipsi ab illis nõ exiguam accepissent iniuriam, multò plus crudelitatis exercere. Ad alimenti item inuestigationem,acerbas tormentorum vias excogitare. Nam interdum † pudendorum meatus illis miseris, in hac calamitate constitutis, granis erui obturant, non raro sudibus præacutis inferiores ventris sedes transfigunt. Ab auribus hominum atque sermone sunt plane abhorrentia,quę quisque eorum perpessus est,vt vel vnum panem se habere fateretur,vel vnum polentæ pugillum occultatum indicaret.Tortores autem non fame vexati) minus enim fuisset crudele, si necessitate compulsi, ista scelera consciuissent) sed partim vt suam insanam proderent amentiam, partim vt commeatum in dies consequentes sibi ipsis compararent, adducti, ista illis cruciamenta tam nefarie impegerũt.Qui verò ad Romani exercitus excubias,olera agrestia & herbas colligendi causa nocte perreptassent,cum se putarent iam hostium manus effugisse, ab istis prædonibus,qui ipsis forte obuiam fiebant,rebus,quas secum comportarant, vi dispoliati fuere & cum sæpius precibus vehementer efflagitassent,noménque Dei cum primis tremẽmẽdum anxie inuocando obtestati essent, vt aliquam partem saltem earum rerũ quas cum periculo retulissent,ipsis tribuerent,ne hilum quidem omninò ab illis reportarũt: imò verò quisque præclare secum agi putabat, quòd cúm rebus ipsum spoliarent, vitã etiam non vnà ademerẽt. Istis paulo post adiungit,quę sequuntur:Iudæis iam non solũ ab vrbe egrediendi, verùm etiam vitæ & salutis spes penitùs erat præcisa. Pestis enim cum vires suas quotidie magnopere amplificaret, populum per familias & stirpes prorsus depascebatur.Tecta mulieribus & infantibus fame peremptis referta:angiportus senum cadaueribus exaggerati: pueri & adolescentes passim vagantes, & tanquam simulachra per forum & plateas volutati: & quo quemque loco hæc lethalis contagio prehenderet, ibi ea debilitatus concidit. Quorum vires erant ista clade fractæ, hi cognatos suos sepulchro condere nequibant: & quibus integrę suppetebant vires, cadauerum multitudo, & anceps suæ vitæ casus exitúsque, eos ab humatione deterruit. Plerique dum alios humo tegere conabantur, ipsi morte occubuerunt. Nonnulli ad sepulchra se prius receperunt, quàm necessitas ipsis incumberet moriendi. In hac miseriarum turba nullus fletus, nulla querela, nullus ploratus edebatur: propterea quod inediæ vis dolorum & lamentationum quasi fibras radicitùs extirpauerat. Quos enim asperioribus doloris stimulis agitatos mors tardabat opprimere, hi certe alios qui ante occubue-

Verecundia fame superata

† Vide annot.pa.20. lat.2.lin.

† vide ibidem lin.

2. Iosephi Testimonium. Lib.5.Ca.34 Pestis grassata.

A occubuerant,ſiccis oculis aſpexerunt. Ciuitatem vero altum ſilentium,& craſſa caligo
» mortis & internecionis plena occupauit. Cæterùm prædones multò plus habuerunt *Prædonum violentia.*
» acerbitatis,quàm reliquus ærumnarum cumulus. Nam familiæ cuiuſque ſepulchra de-
» fodientes,cadauera expoliare cœperunt: & non modò in mortuorum cadauera detra-
» ctis corporum inuolucris,gladiorum aciem pertentare, verumetiam nonnullos proie-
» ctos adhuc ſuperſtites,quo ferri acumen experirentur,transfigere, ſicque cum riſu pro-
» fuſo decedere. Qui autem illorum dexteram & gladium in ſe conuerti ſupplices ob-
» teſtabuntur, quo citius eriperentur moleſtiis, eorum poſtulata præ inſolenti quadam
» arrogantia reiicientes, famis cruciatu conficiendos dereliquerunt. Et cum ſinguli eo-
» rum qui erant animam ocyus edituri, nefarios & ſeditioſos illos prædones ſuperſtites
» relinquerent,oculis templum verſus coniectis,acriter eò intuebantur,quaſi ſupplicium
» de illis à Deo efflagitaturi. Principiò autem cum fœtidum odorem ferre non poſſent,
» publici ærarij ſumptu cadauera ſepelire mandarunt: verùm ſimul ac non ſatis ſuppete- *Titus vindictam diuinam agnoſcit.*
» ret pecuniarum,à mœnibus in foſſas vrbẽ obuallantes,proiecerunt. Quas vbi Titus ca-
» daueribus oppletas,& redundantem corporum putreſcẽtium ſaniem ſupernatantem *Lib. 5. ca 37. Tertium Ioſephi teſtimonium.*
» vidiſſet,grauiter ſuſpirans ingemuit: manibúſque ad cælum ſublatis Deum conteſtatus
» eſt illud non ſuum facinus fuiſſe. His idem Ioſephus,cum quædam obiter interiecerit,
» adnectit dicens: Non verebor ea quæ mœſtus animi mei ſenſus & cogitatio me iubet
» proloqui,apertè explicare. Arbitror equidẽ, ſi Romani in iſtos omni ſcelere cõtamina-
» tos arma ferre tardaſſent, vel terræ dehiſcẽtis hiatum hanc vrbem abſorpturum fuiſſe:
» vel diluuium & aquarum inundationẽ eam obruiturã, ſubmerſurámque, vel denique
» flammas & fulminum iactum,ſicut Sodomã exciſurum vaſtaturúmque. Nam quoddã
» hominum genus multo nequius ac ſceleſtius illis,qui olim eam perpeſſi ſunt, iſta vrbs
» planè extulit: quorum intoleranda inſania, vel ad vniuerſum hominũ genus iurè è me- *Cap. 20.*
» dio tollendum,ſatis videtur concepiſſe nequitiæ. Porrò in ſexto libro ſic ſcribit: Infinita *4. Ioſephi teſtimonium.*
» quædam multitudo hominum fame extinctorũ in ciuitate occidit: clades verò quæ ibi
» accidebant,nullo orationis genere poſſunt exprimi. Nam in ſingulis familiis, ſicubi vel
B vmbra alimenti apparebat,pugnatum eſt: & qui erant cõiunctiſſimi,dum miſera illa &
» exigua ad vitam ſuſtentandã parata ſubſidia alter alteri abripiebant, manu inter ſe acri-
» ter conflixerunt. Quòd autem cibus penitùs defuerit,nemini ne iam iam præ fame mo
» rituro adhibeatur fides: ſed eos qui extremũ ſpiritũ eſſent modò edituri,prædones per-
» ſcrutabantur,ne quis quid cibi in gremio occultans,mortem ſimulare videretur. Non-
» nulli præ inediæ grauitate hiantes,tanquam rabidi canes oberrare, vndique circũferri,
» in ipſas fores ædium tanquam ebrij impingere,& præ veſana amentia in vnas eaſdẽque
» ædes bis terúe vno fermè temporis momento irruere viſi ſunt. Omnia præterea denti-
» bus teri conficíque coegit neceſſitas: ſic, vt ea quæ ne ſordiſſimis quidem animalibus,
» rationis expertibus,ad veſcendum erant accommodata,illi ipſi colligentes, vorare non
» recuſarent. Nam ad extremum,à cingulis & calceamentis non abſtinent: pelles etiam
» ſcutorum auulſas abſtractáſque dentibus mandunt: quibuſdam vetera fœni ſegmenta
» erant alimento. Nonnulli quiſquilias colligentes, minimum earum pondo quatuor
» drachmis Atticis vendiderunt. Verùm quid impudentẽ famis impudentiam,qua eſt in *Cap. 21.*
» rebus inanimis vſa,attinet commemorare? Venio enim facinus eius declaraturus,dictu
» quidem horrendum,auditu autem incredibile: quale nec apud Græcos, nec apud Bar-
» baros vnquam geſtum fuiſſe literis proditum eſt. Atque ipſe equidẽ, ne poſteris homi-
» nibus videri poſſem mõſtri ſimilia dicere, etiam lubens hunc miſerum & acerbum ca-
» ſum,niſi quòd teſtes propè innumerabiles huius mei temporis ad eundem confirman-
» dum haberem,ſilentio planè præteriiſſem. Atque perexiguum ſanè beneficium patriæ
» præſtarem,ſi quæ mala ipſa re pertulerit, ego oratione prætermitterẽ. Vt igitur ad rem
» redeam: Mulier quædam ex accolis qui trans Iordanam habitabant, nomine Maria,
» patre prognata Eleazaro,ex vico Bathezor (cuius verbi vim ſi lubet interpretari, domũ *Bathezor vicus.*
» hyſſopi ſignificat) generis & diuitiarum amplitudine illuſtris,vnà cum reliqua hominũ
» multitudine Hieroſolymam ſalutis & vitæ tuendæ cauſa profugiens, eadem cum illis
» obſidione premebatur. Et quoniam non ſolum in cæteras illius opes & fortunas, quas
» ex vlteriore Iordanis continente confectas,ſecum in vrbem apportauerat, ſcelerati ty-
» ranni inuadebant: verùm etiam theſauri reliquias,& ſi quid etiam vnde victus ſuppete-
» ret,condiderat,ſatellites in dies ſingulos vi in eius ædes irruentes, prorſus auferebant:

ob eam cauſam tandem acerba & grauis mulierem cœpit indignatio: & perſæpe prædones cōtumeliis maledictíſque figens, eos in ſuam ipſius perniciem laceſſiuit. Sed vbi neque ira incenſus quiſquam, neque miſericordia commotus, eam neci dare vellet, atque fruſtra cibum quæritare inueniréque niteretur, & nuſquam iam quicquam poſſet reperiri, & intolerabilis famis cruciatus per intima viſcera & medullas peruaderet, ardénſque illius ęſtus eius animum magis magíſque incenderet, illa iram pariter cum neceſſitate in conſilium adhibens, contra naturam ipſam audacter graſſata eſt. Atque arrepto in manus filio (erat enim illi puer paruulus, qui adhuc matris ſugebat vbera) Infans, inquit, miſelle & infœlix, cuínā in hoc belli, famis & ſeditionis tumultu, te commodè reſeruem? Si Romanorum ſubiiciamur imperio, illic ſeruitutis iugo preſſi, vitam infœliciter exigemus. Sed ſeruitutem, credo fames anteuertet. Accedit factioſorum prædonem turba, his vtriſque miſeriis tolleratu multo aſperior. Age igitur, mi gnate, ſis matri cibus, ſis prædonibus furia, ſis communi hominum vitæ fabula: quæ res vna ad Iudæorum calamitates deeſſe videtur. Quæ cum dixiſſet, gnatum trucidat: quem vbi aſſauerat, dimidiatam partem ipſa comedit, reliquam clam occultatam reponit in poſterum. Paulò pòſt aduentant prædones, atque infandum carnium nidorem naribus attrahentes, minabantur ſe eam, ſi non ſtatim cibum, quem paratum habebat, ipſis oſtenderet, extemplò mactaturos. Tum illa: Partem, inquit, præſtantiſſimam vobis ſeruaui. deinde reliquias prolis ſuæ interemptæ eis oſtendit. Eos illico corripuit ingens horror, & ſtupor animorum: & præ crudeli rei aſpectu, pauore penè obriguerunt. Meus eſt hic inquit, germanus filius: meum quidem hoc facinus. Comedite modò: ego enim ipſa comedi, ne ſitis muliere effœminatiores: nèue matre ipſa propenſiores ad miſericordiā. Quod ſi qua vos fortè inceſſat religio, & meæ victimæ cibaria abhorreatis: ego quidem ſicut iam partem comedi, ſic quod ſupereſt, mihi maneat ad comedendum. Poſtea illi metu contremiſcentes, abſcedunt. Qui quidem hac vna re perterriti, ægrè illud deteſtabile & immane alimenti genus matri integrum conceſſerunt. Confeſtim verò tota ciuitas huius ſceleris fama completa eſt: & quiſque eam ſibi ante oculos proponens, perinde ac ſi in ipſius conſpectu geſta fuiſſet, totus vehementer cohorruit. De cætero quidem, qui fame acrius vrgebantur, omni ſtudio impetúque animi properabant ad mortem: illos verò, quos internecio antè occupauerat, quàm tanta & tam nefanda ſcelera vel auribus accipere, vel oculis intueri coacti eſſent, perbeatos exiſtimauerunt.

A ... B

Matris filiū eſura oratio.

Maria Eleazari F. proprij filij eſu famem pellere auſa.

De Chriſti vaticiniis. CAPVT VII.

Ruf. c. 7.

TAlis igitur merces Iudæorum iniquitatem impietatémque contra Chriſtum comparatam, tandem conſecuta eſt. Porrò autem huc addere operæ pretium duximus, verax & ratum Seruatoris noſtri teſtimonium, quo eaſdem ipſas calamitates in Iudęos caſuras perſpicuè prænunciauit ad hunc modum: Væ prægnantibus & lactentibus in illis diebus. Orate, ne fuga veſtra fiat hyeme, neque ſabbato. erit enim tum afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi hactenus, neque fiet. Idem auctor vniuerſum numerum eorum qui fame & gladio interierunt in vnum colligens, vndecies centena millia fuiſſe affirmat: & poſtquam ciuitas capta & penitùs vaſtata fuit, reliquos factioſos & latrones qui ſupererant, alterum alterius indicio proditos à Frontone Romano mortis ſupplicio affectos fuiſſe: adoleſcentulos autem qui proceritate & pulchritudine corporis præter cæteros excelluerunt, in triumphum reſeruatos: ex reliqua multitudine qui decimum & ſeptimum ætatis ſuæ annum eſſent prætergreſſi, hos conſtrictos vinculis ad opera in Ægypto obeunda amandatos: complures verò per prouincias diſperſos, quo in celebribus ſpectaculis ferro & beſtiis membratim dilaniarentur: alios, qui adhuc decem & ſeptem annos non compleuerant, captiuos abductos mercatoribúſque venditos: captiuos omnes, qui vniuerſo belli tempore prehendebantur, numero ad nonaginta ſeptem hominum millia fuiſſe narrat. Iſta ſecundo anno regni Veſpaſiani ad hunc modum geſta ſunt, ídque congruenter propheticis Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti prædictionibus: qui quidem ea, perinde ac ſi iam præſto fuiſſent. diuina ſua virtute præuidit: quíque pro huius vrbis euerſione vim lachrymarum profudit, & grauiter lamentatus eſt: ſicut teſtimonia declarant ſanctorū Euangeliſtarum, voces illius primum quaſi ad ipſam Hieruſalem loquentis citantium: Si cognouiſſes & tu in

Vide Niceph. lib. 3. c. 4. Lactant. li. 4. cap. 21.

Chriſti de excidio Hieroſolymitano vaticinium. Matth. 24. De capt. lib. 6. cap. 44. Fronto Rom.

Ioſephus lib. 7. c. 26. belli Iud. habet centū myriades, hoc eſt decies cētena millia, quem ſequitur Niceph. lib. 3. c. 7. Vide Suet. in Veſpaſiano & Tito. Vide autem & annotationes noſtras pag. 24 lat. 1. lin. 3.

Captiuorum numerus.

Anno Chri. 72. Veſpaſ. 2. capta Hieroſolyma. 8. die Septembris. Ioſeph. lib. 7. cap. 26. Belli Iud. Luc. 19.

A tu in die isto, quæ ad pacem tuam spectant: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo & obsidione cingent te, & coangustabunt te vndique, & ad terrã prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Deinde quasi de ipso populo verba facientis: Erit enim afflictio & necessitas magna super terram & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes: & Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora gentium. Et iterum: Cum autem videritis circundari ab exercitibus Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius. Quòd si quis Seruatoris nostri verba cum reliqua huius auctoris Historia, quam de vniuerso hoc bello perscripserit, comparet, quid est quamobrem non eius prescientiam atque adeò vaticinationem magnopere suspiciat, eámque verè diuinam & supra mòdum admirabilem planè fateatur? *Lucæ 21.*

De signis quæ bellum præcesserunt. CAPVT VIII.

Vide Nice. lib. 3. ca. 4. Ioseph. lib. 6. c. 30. 31.

DE illis verò rebus quæ post Seruatoris nostri passionem, pósque illas sceleratas voces emissas, quibus Iudæorum multitudo latronem & homicidam neci eripere postulabat ducem autem & autorem vitæ è medio tolli supplex petebat, vniuersæ huic genti acciderint, in hac historia disserere non est omnino necesse. Sed videtur consentaneum illa quidem adiicere, quæ perspicuè ante oculos cuiusque proponant singularem clementiam benignæ Dei erga illos prouidentiæ, quadraginta annos continuos post illud facinus contra Christum admissum, perniciem & interitum in illis futurum differentis. Quo quidem tẽporis spatio cum Iacobus ipse, frater Domini nuncupatus, (qui primus illic fuit creatus episcopus) tum plerique alij Apostoli & discipuli qui adhuc manebant in vita, atque adeò in ipsa Hierosolymorum ciuitate cõmorabantur, loco illi tanquam firmissima quædam propugnacula extiterunt: diuina vltione, quæ eorum imminebat capitibus, non solum tolerãter expectante, si fortè pro sceleribus quæ consciuissent, grauiter condolescentes, veniam & salutẽ tandem assequerẽtur: * verùm etiam præter illam tam patientẽ & longinquã expectationẽ, admirabilia præterea portenta & prodigia cœlitùs demissa, quasi prænuncia calamitatum (quæ illis, si non pœnitentię lachrymis peccata sua delere conarentur, in posterũ acciderent) manifestò ostentante. Quæ quidem cum à scriptore suprà demonstrato memoriæ & literis mandata sint, nihil videtur commodius, quàm vti ad vtilitatem illorum qui in posterum sint

Dei clemẽtia 40. annis. post pas. Chr. euersa Hierosolyma, Iacobus frater Domini primus Hierosolymorum episcopus. *Ruf. c. 8.

B hanc historiam perlecturi, hoc loco tradamus. Auctore igitur in manus arrepto, recita
» ea quæ de his rebus ab eo in sexto Historiarum libro conscripta sunt. Veteratores qui-
» dam qui nefariè etiam contra Deum ipsum ementiebantur, id temporis miseram &
» imperitam hominum multitudieem in adeò falsam opinionem induxerunt, vt euiden-
» tibus prodigiis, quæ ipsorum vastitatem præsignificabant, neque attenderent animum,
neque fidem omnino adiungerent. Vnde tanquam homines qui fulminum iactu perterriti stupescunt, oculísque & animo præstricti sunt, Dei ostenta ipsis obnunciata pro nihilo putauerunt primùm, cum supra vrbem sidus ensi oblongo simile consisteret, &
» cometa ad annum integrum suos radios funderet. deinde, cum altare & templum, po-
» pulo ante seditionis initium tumultúmque belli ad festum Azymorũ celebrandum in
» vnum coacto, sexto Idus Aprilis circiter horã nonam noctis tanto lumine & splendore
» circũfunderentur, vt iam dies clarè illucescere videretur. hic fulgor ad dimidiatam ho-
» ram resplenduit: qui certè imperitis aliquid boni videbatur prænũciare. Sed à legisperi-
» tis & sacrorum interpretibus ilicò iudicatum est, eum idem ipsum præsignificare, quod
» rerũ euenta posteà confirmarunt. Eodem verò festo, vacca à summo sacerdote ad sacri-
» ficium adducta, in medio tẽplo agnum edidit. Porta etiã interioris sanctuarij ad Orien-
» tem spectans, quæ tota & ænea est, & validissima, quæque sub crepusculum vix à viginti viris occludi, ferreísque vectibus firmari, & crassis pessulis in † limen ex vno continuo lapide factũ demissis depressísque figi solebat, noctu quidem hora sexta, sua sponte patefieri visa est. * Templi igitur custodes propere ad ducem accurrere, eum certiorem facere. Ille cum eo ascendisset, ægrè poterat illam occludere. Istud imperitis rursus opti-
» mum quiddam portendere videbatur. Deum enim, dixerunt, portam bonorum ipsis
» aperuisse. Verùm docti & prudentes portam illam quæ sanctuarium firmissimè munie
» bat, sua sponte ita dissolutam, hostibus introitum ad prædam patefecisse censuerunt: &

Hæc porrò sunt ex cap. 31. lib. 9. Capt. Iud.

*† Vide annot. pag. 24 lat. 1. lin. 7. * Vide ibidem lin. 8.*

Iosephi de excidij Hierosolymitani prædictionibus & ostentis narratio lib. 6. c. 30

Cometa.

Lux insolita.

Vacca parit agnum.

Porta sanctuarij sponte aperta.

A signum esse vastitatis, ipsi inter se asseuerãter affirmarunt. Ferè diebus paucis post festũ peractum, duodecimo Calend. Iunij, Spectrum quoddã prodigiosum, fide & opinione omniũ maius cernebatur: & quod de eo hoc loco dicetur à me, fabula, credo, planè putaretur, nisi etiam & ab his esset, qui sunt oculis suis illud idem conspicati, narratum, & consequentes inde clades eiusmodi ostenta commeruissent. Nam ante solis occasum currus passim per vniuersam regionẽ in sublimi ferri rapique, & phalanges armatæ per nubes discurrere, vrbésque vndique cingere visę sunt. Quinetiam in festo Pentecostes, cum noctu sacerdotes (vt illis in more positũ est) ad tẽplum interius sacrificij obeundi causa commearent, primùm tumultum quendam & strepitum se audiuisse dicebant. Deinde vox crebra ita illorum circunsonabat aurib. Migremus hinc, Migremus hinc. Illud porrò his quæ modo cõmemoraui, multo plus eorum mentibus incussit terroris. Iesus quidam, filius Ananiæ, vir agrestis, plebeióque ac ignobili genere satus, quadriennio ante bellum susceptum, cum iam ciuitas pace frueretur tranquillissima, atque adeò in maxima communium rerum affluẽtia viueret, ad festum profectus, in quo mos erat vt Dei iussu in tabernaculis septem dies continuos habitarent (vnde Festum tabernaculorum vocatum est) de repentè in templo clara voce exclamare cœpit: Vox ab oriente, vox ab occasu, vox à quatuor vẽtis, vox super Hierusalem & templum, vox super sponsos & sponsas, vox super vniuersum populum. Atque dies noctésque hoc modo vociferans, omnes ciuitatis vicos circuiuit. Verùm cum quidam ex præstantioribus viris hanc vocem tanquam mali ominis nunciam iniquo animo ferrent, hominem prehendi iubent, multísque pariter ac grauibus plagis cædi. Hic neque palàm pro se viros primarios, neque priuatim eos à quibus vapulabat, deprecatus est: sed voces illas quas prius profuderat, continenter edere non cessauit. Magistratus verò, cum viri animum (quod res erat) diuiniore quadam commotione pulsum arbitrarentur, eum ad prouinciæ præfectum à Romanis designatum deducunt. Illic vbi caro eius ad ossa vsque esset verberibus dilacerata, ipse neque cuiquam supplicauit, neque profudit lachrymas: sed voce ad conquerendum quàm maximè variata, inter singulas plagas hoc interposuit: Væ væ Hierosolymis. Aliud præterea, quod isto multo plus habet admirationis, idem author commemorat. Oraculum quoddam in Sacris literis repertum fuisse, quod ista verba complectebatur: Nimirum eo tempore quendam ex illorum regione ortum fore, qui B vniuersi orbis obtineret imperium. Quod quidem ille in Vespasiano expletum intellexit: verùm Vespasianus non totius orbis, sed Romani solius imperij gubernacula obtinuit.[1] Rectius ergo & verius ad Christum potest accommodari, cui à patre dictum est: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ. Nam eodem ipso tempore sonus & vox suorum sanctorum Apostolorum in omnem terram exiuerat, & in fines orbis terræ verba eorum.

Hanc interpretationẽ etiã Nice. amplectitur. li. 3. c. 4.

Ruffi. c. 9.

De Iosepho, & commentariis quos reliquit, & quomodo diuinorum librorum meminerit. CAPVT IX.

Huc refer Niceph. ca. 18. lib. 2.

IAm verò post istarum rerum omnium narrationem, ipsum Iosephum qui tot & tanta huic historiæ, quæ in manibus est, attulit subsidia, vnde, quóve genere ortus sit, non debemus in obscuro relinquere. Qui etiam de se loquitur ad hunc modum: Iosephus Matathiæ filius, sacerdos Hierosolymitanus, non solum ipse Romanos in initio belli Iudaici oppugnaui, sed cæteris præliis postea commissis necessitate coactus interfui.[2] Hic Iosephus non modò apud gentem suam, verùmetiam apud Romanos, Iudæorum illius temporis facilè præstantissimus habitus fuit, ita vt tum statuæ honore in vrbe Roma decoraretur: tum libri ab eo industria elaborati confectíque in bibliothecam, tanquam monumenta, merito reponerentur. Hic verò rerum Iudaicarum antiquitatem in viginti integros libros redegit. Historiam item de bello. Iudaico sua ipsius ætate administrato, septem libris conscripsit. Quas res non Græco solum sermone, sed patrio etiam se tradidisse, suo ipsius confirmat testimonio. Cui quidem propter reliquas res verissimè ab eo conscriptas, etiam in hac causa fides iurè debet adhiberi. Dicuntur etiam alij duo libri de Iudæorum vetustate ab eo accuratius elucubrati: in quibus non solum contra Apionem grammaticũ, qui id temporis in Iudæos vehementius suis scriptis inuehebatur, verùm etiam contra alios qui patria & auita Iudaicæ gentis insti-

Statua Iosephi.

1 Psal. 2.
2 Vide Iosephi vitam.

tis instituta conuiciis & ignominia afficere conabantur, strenuè disserit. In priore istorũ voluminum, quæ sunt de vetustate Iudæorum cõtexta, numerum Scripturarum in veteri Testamento contentarum, quæ sunt consensu omnium & testificatione probatæ, percenset: & qui libri ex illis qui eas complectuntur, apud Hebræos in nullam controuersiam vocati sint, quíque tanquam à veterum traditione ad illos deuenerint, iis verbis perspicuè docet: *Non sunt apud nos libri numero infiniti, †qui inter se dissensione discordant, aut qui loquuntur pugnantia: sed duo solum, & viginti, temporis vniuersi seriem complectentes, qui quidem iure optimo diuini esse creduntur. Ex quorum numero quinque sunt Moysis, qui leges & primum humani generis non ortum solum, sed etiam propagationem, vsque ad mortẽ ipsius Moysis continent: quod quidem tempus tria prope milia annorum comprehendit. A Moysis occasu vsque ad regnum Artaxerxis (qui post Xerxem rex Persarum fuit) prophetæ, qui Moysis ætati proximè succreuerunt, res gestas suorum temporum, tribus & decem libris conscripserunt. Reliqui quatuor, Hymnos ad Deum laudibus efferendum compositos, & monita hominum vitæ rectè instituendæ accommodata cõplectuntur. A tempore Artaxerxis vsque ad hanc nostram ætatem, singula quidem sunt scriptis prodita: sed pari fide & authoritate cum superioribus propterea non dignãtur, quòd ab eo tempore ad nostram memoriã vsque non cõtinua, exploratéque perspecta & cognita fuit prophetarum successio. Cæterum quantum fidei & auctoritatis nostræ Scripturę libris tribuamus, reipsa satis perspicuum est. Nam tanto & tam diuturno æui curriculo decurso, nemo illis vel addere, vel adimere, vel quicquam denique in eisdem commutare ausus est. Imò quòd rata Dei præcepta decretáque sint, pro certo existimare, iisdémque firmè adhærescere, & pro illis, si opus sit, vitam libenter profundere non dubitare, omnium Iudæorum animis statim ab ineunte ætate quasi insitum & innatum est. Atque hæc ipsius scriptoris testimonia, non sine legentium vtilitate hoc loco posuimus. Est præterea aliud opus non obscurum sanè, aut contemnendum, De ratione sola mentis rectrice, ab eo elaboratum, quod quidam Machabæorum propterea inscribunt, quod grauia Hebræorum quorundam certamina, qui virili & magno animo pro vera in Deum religione & pietate mortem oppetierunt (de quibus, in libris qui vocantur Machabaici, sermo instituitur) in se contineant. Porrò in extremo vigesimo libro de Antiquitate, ille ipse apertè indicat, quo pacto patrias Iudæorum sententias & opiniones de Deo, de eius essentia & de legibus etiam, quamobrem essent quædam ex earum præscripto libera & soluta ad agendnm, alia autem vetita & interdicta, quatuor libris cõplecti instituisset. Itémque in suis ipsius scriptis alia opera à se studio & industria elaborata memorat. Illud præterea est rationi consentaneum, vt eas voces percenseamus, quas in libello ab se de sua ipsius vita conscripto inserit (vti testimonium illarum rerum quas nos ab eo deprompsimus, melius cõfirmetur) quo quidem in loco Iustum Tiberiadem, qui eorum temporum historiam pari cum eo ratione scriptis tradere nitebatur, quasi minus vera perscripsisset, coarguit: & cùm multa alia crimina homini obiectauerit, hæc præterea adiungit his ferè verbis: Certè de meæ historiæ scribendæ ratione non mihi eo modo, quo tibi, metus iniectus est: sed meos libros ipsis imperatoribus tunc ad perlegendũ tradidi, cùm res gestæ propè iam ante cuiusque oculos versabantur. Nam mihi conscius eram, me veritatis declarationem studiosè obseruasse: per quam quidem cùm certum testimonium me consecuturum opinarer, non omninò me mea fefellit opinio. Aliis item non paucis historiam ostendi, quorum nonnulli bello interfuère: vt rex Agrippa, & complures alij cum eo sanguinis communione coniuncti. Titus etiam imperator tanto studio erga meos libros incendebatur, vt ex illis solis rerum gestarum notitiam hominibus tradi voluerit, eósque propria manu subscriptos in vulgus exire præceperit. Rex Agrippa porrò sexaginta duas epistolas, †quibus nos veritatem in scribendo diligenter secutos confirmat, scripsit: quarum duas hic subieci. At si te cupiditas vlla tenet, ea quæ de hac re ab illo scripta sunt, cognoscendi, ab ipsis epistolis petas licet. Hæc Iosephus ipse de se. Verùm de illo hoc modo expositum sit. Ad ea igitur quæ sequuntur, veniamus.

* Ruf. c. 10. Co sonantia scripturæ sacræ.

De Canonicis veteris Testamẽti libris, Iosephi testimonium. Artaxerxis.

Scripturæ S. autoritas.

Machabæorũ libri.

Antiq lib. 20. cap. vlt.

Iustus Tiberias.

In vita Iosephi fol. 651. lin. 20.

Titi et Agrippæ regis de Iosephi libris existimatio.

† Vide annot. pag. 25. lat. 1. linea 12.

Quòd post Iacobum, Simeon Hierosolymitanæ ecclesiæ præsidebat. A

CAPVT X.

Ruff. c. 11. *Simeon Cleophæ F. in Iacobi locum electus, consobrinus Christi.*

VBi Iacobus martyrio obiisset, & Hierusalem paulò pòst esset capta, atque adeò excisa: fama est, Apostolos & discipulos Domini, qui adhuc ista lucis vsura fruebantur, vnà cum his quibus cum Domino secundum carnem intercedebat cognatio) plerísque enim istorum ad illud vsque tempus vita suppetebat) ex omnibus locis in vnum conuenisse, consiliúmque pariter iniuisse, quis in Iacobi locum succedere dignus iudicaretur. Omnes ergo vno consensu Simeonẽ, filium Cleophæ (cuius etiam sacra Euangelij scriptura mentionem facit) idoneum habilémque, qui Ecclesiæ ibidem institutæ sede & præfectura donaretur, existimabant: qui, vt fertur, Seruatoris consobrinus fuit. nam Cleopham, fratrem Iosephi fuisse, narrat Hegesippus.

Lucæ 2. — *Cleophas Iosephi frater.*

Huc refer Nicephor. cap 9. li. 3. Niceph. lib. 1. c. 33. Cleopham vocat Simeonis patrẽ quem dicit Iosephi filium & Iacobi, Iudæ, Iosæque fratrẽ qui proinde ab hoc diuersus fuerit.

Quòd Vespasianus, illos qui ex Dauid prognati erant, conquiri iubet.

CAPVT XI.

Ruf. c. 12. *Dauidis progenies, vt deleretur, conquiri iussa.*

FErtur præterea, Vespasianum pòst vastationem Hierosolymorum mandasse, vt omnes ex Dauidis genere prognati, diligenter conquirerentur, quò nemo apud Iudæos ex illa regia stirpe omnino in posterum superesset: indéque in Iudæos maximam denuò cladem & persecutionem fuisse concitatam.

Huc refer Neceph. ca. 10. lib. 3.

Quòd Abilius, secundus Alexandrinorum fuerit episcopus, & Romanorum Anacletus: & eiusdem Ecclesiæ Anacleto Clemens successit tertius, & de epistola Clementis.

CAPVT XII.

B

1 *Titus Imp. anno Christi 82. annus. 2. mensib. 8.* 2 *Linus epis.* ✱ Ruf. c. 13. 3 *Anacletus episc. Rom. 3.* 4 *Domitian⁹ Imperator.* 5 *Arianus episcopus.* 6 *Abilius episcopus.* ✱ Ruf. c. 14. 7 *Clemẽs episcopus.* * Ruf. c. 15. 8 *Philip. 4.* ✱ Ruf. c. 19. 9 *Clementis epistola. Corinthiorũ seditio. Hegesippus.*

CVm Vespasianus decem annos regno esset perfunctus. [1] Titus filius Imperator ei successit. A quo biennio imperio iam gubernato, [2] Linus Episcopus, cùm duodecim annis ecclesiæ Romanæ ministerium obiisset, [3] Anacleto eam tradidit. * Postquam autem duos annos & menses totidem Titus rexisset imperium, in eius locum [4] Domitianus successit. Quarto anno Domitiani, [5] Arianus primus ecclesiæ Alexandriæ præfuit: qui cum annos viginti duos in eo munere compleuisset, exiit è vita. In cuius locum secũdus suffectus est [6] Abilius. * Duodecimo anno huius imperij, cum Anacletus Rom. ecclesiam annos duodecim episcopus administrasset, eum secutus est [7] Clemens: * quem Apostolus in epistola scripta ad [8] Pphilip. cooperarium suum fuisse docet. Cum Clemente, inquit, & reliquis meis cooperariis, quorum nomina sunt in libro vitæ. * Huius verò [9] Clementis vna fertur esse epistola omnium iudicio approbata, illustris illa quidem, & digna planè admiratione: quam tanquam ex Romanæ ecclesiæ persona ad Corinthiorum ecclesiam tum quidem exarauit cùm iam Corinthi grauis esset inflata seditio. Hanc sanè cùm veterum, tum nostra ipsorum memoria, plurimis in ecclesiis publicè lectam vsurpatámque cognouimus. Quod autem) vti docuimus) id temporis Corinthiorum seditio concitata sit, Hegesippus locuples testis est.

Titus Imperator. Huc pertinet Niceph. c. 2. lib. 3. Domitianus Anno Christi 48. Imp. annis 15. mens. 4.

De persequutione, quæ sub Domitiano orta est.

CAPVT XIII.

Ruf. c. 17. Secunda persecutio in Christianos anno Christi 97. Domitiani 14. *Domitiani in Christianos persequutio.*

CVm Domitianus multum in multos crudelitatis & nequitiæ declarasset, & non exiguam patriciorum & illustrium virorum multitudinem Romæ temerario & iniquo iudicio interemisset, aliósque infinitos dignitate præstantes non solum patriis finibus eiectos, exilio mulctasset, sed etiam omnibus facultatibus ac fortunis immeritò & sine causa exuisset: tandem in sceleratam Neroniani in Deum odij & impietatis hæreditatem successit. Secundus námque erat, qui contra nos Christianos (licet pater eius Vespasianus nihil iniuriæ, aut mali in nos animo aliquando excogitasset) persecutionis incendium excitarit.

Huc refer Nicephor. cap. 9. li. 3. Eutrop. li. 9. Sueton. in Domitiano

De Ioanne

A *De Joanne Apostolo, & eius Apocalypsi, & Flauia Dometilla.*

CAPVT XIIII.

Ad hoc & sequens caput refer Nicephor. cap. 9. 10. lib. 3. Lactant. li. 5. cap. 3.

EOdem tempore fertur Ioannem, Apostolum pariter & Euangelistam adhuc in vita manentem, propter testimonium quod verbo Dei perhibebat, in insulam quæ Patmos dicitur relegatum. Irenæus verò, vbi scribit de numeri nominis Antichristi supputatione (quæ in Apocalypsi, quam Ioanni ascribunt, memoratur) in quinto libro contra Hæreses, ista de Ioanne ad verbum loquitur: Vtrum palàm nomen ipsius Antichristi isto tempore prædicari oporteat, ab illo qui eam diuinam Apocalypsin & reuelationem viderit, satis explicatum est. neque enim longo tempore antè, cælestis illa visio cernebatur: sed nostra propè ætate, in ipso fine imperij Domitiani. Tantoperè verò temporibus illis, quæ suprà demonstrauimus, nostræ fidei doctrina splendescebat, vt hi etiam scriptores, qui à sermone & disciplina religionis nostræ videntur prorsus alieni, historiarum suarum monumentis cùm persecutionem, tum martyria quæ id temporis gesta erant, tradere minimè grauati fuerint. Qui etiam temporum ordinem accuratè, & tanquam ad amussim obseruabant, narrabántque Flauiam Dometillam, ex sorore Flauij Clementis (qui vnus ex consulibus tum Romæ fuit) prognatam, cum alijs plerisq; ob Christi testimonium anno decimo quinto Domitiani in insulam Pontiam, supplicij & mulctæ causa extrusam.

Ruff. c. 18. Ioannis Euangelistæ in Patmos insulam relegatio. Iren. lib. vlt. cap. 5. Apo. 13. Apocalypsis quando visa. vide Prochorum. Fl. Clemens Flauiæ Dometillæ exilium.

Flauij Clementis, qui patruelis Domitiani fuit, Suetonius in Domitiano mentionem facit. Sicut & persecutionis Christianorum sub Iudaici fisci nomine præter cæteros, inquit, Iudaicus Fiscus acerbissimè actus est, ad quē deferebantur, qui velut professi Iudaicam intra vrbē viuerent vitam. Vel dissimulata origine imposita genti non persoluissent.

Quod Domitianus eos qui à Dauid descenderant, occidi iubet: & de propinquis Seruatoris nostri. CAPVT XV.

CVm Domitianus ipse omnes Dauidis stirpe & familia proseminatos è medio penitus tolli iussisset, vetus fama est, Iudæ posteros (hunc fratrem Seruatoris secundum carnem fuisse liquet) vtpotè qui non à Dauide solùm suum genus, sed etiam ab ipso Christo sanguinis coniunctionem ducerent, à quibusdam sectarum Iudaicarum fautoribus in iudicium esse vocatos. Quæ quidem Hegesippus quoque ad verbum explicat, hoc modo: * Alij ex genere Domini Seruatoris orti, nepotes Iudæ (qui frater illius secundum carnem dicebatur) adhuc erant superstites: quorum nomina maleuoli detulerunt, tanquam ex stirpe Dauidica genus suum deriuantium. Istos verò quidam nomine locatus ad Cæsarem Domitianum deduxit. hic enim de aduentu Christi, vt Herodes iam olim, metu erat non exiguo perculsus. Qui cùm ab illis rogasset, Vtrum essent ex genere Dauidis procreati: ita rem se habere, planè confessi sunt. Tandem ei ab ipsis sciscitanti, quot & quantas haberent possessiones, & quantam pecuniarum summam: vterque responsum dedit, solum nouem millia denariorum sibi suppetere, & dimidiatam tantummodo partem ad singulos ipsorum spectare, istásque facultates non in argento se possidere dicebant: sed in censu agrorum, qui solum continebant iugera triginta nouem, ex quorum fructibus se non modò vectigalia pensitare, sed etiam suam ipsorum vitam in eisdem labore & industria colendis sustentare asseruerunt. Suas deinde manus, quæ pro ipsis laborum suorum testimonium dicerent, ostendere cœperunt: corporis item duritiam & callum ab opera assidua & diligentia contractum, qui in eorum manibus tanquam vestigia laborum susceptorum impresserat, demonstrare. Rogati etiam, vt de Christo & regno eius, quódnam esset, & quando quóue loco existeret, rationem redderent: illud nō mundanum & terrestre esse, sed cæleste & angelicū: quod in ipsa seculi cōsummatione declarādū foret, quādo Dominus cū gloria & maiestate è cœlo descendēs, de viuis & mortuis esset sentētiam dicturus, & cuique mercedem secūdum opera & vitæ officia redditurus. Vnde Domitianum nihil mali contra eos decreuisse: sed tanquam abiectos & simplices aspernatū, liberos illos quidem dimisisse, atq; adeò destitisse à persecutione, quam ex decreto cōtra Ecclesiam instituerat. Istos ita periculo & crimine solutos, deinceps tùm quòd testes Domini erant, tum quòd eius stirpe generati putabātur, Ecclesiis præfuisse: & pace iam in Ecclesia cōstituta, ad Traiani vsq; tempora vitā propagasse. Hactenus Hegesippus. Eōdē accedit Tertullianus, qui talē Domitiani facit mētionem: Tētauerat & Domitianus, portio Neronis, de crudelitate: sed, quia & homo, facilè cœptū repressit: restitutis etiā, quos relegauerat. Scriptores porrò, qui res gestas cuiusq; tēporis literis prodiderunt, narrāt, Senatū Rom. cū Domitianus iam quindecim annorū spacio functus es-

Ruff. c. 19. Huc refer Niceph. lib. 3. cap. 10. 11. Iudas Christi frater. Vide Hegesip. *Ruf. c. 20. Locatus delator. Christi cognatorum pauperies. Christi regnū quale. Tertull. in Apol. aduersus gentes, cap. 5. sunt verba ipsius Tertulliani.

B

set imperio,&† Nerua regni gubernacula obtinuisset, suffragiis decreuisse, vt nõ modò honoris insignia [1] Domitiano dicata, penitùs tollerentur: verumetiã * vt omnes qui è patriæ fuissent finibus immeritò expulsi, nõ modò domum ad suos redirent, sed etiam opes & fortunas suas denuò reciperent. Tradunt etiam veteres nostri scriptores, [2] Ioannem eo tempore ab exilio, quod fuerat in insula perpessus, rediisse, & Ephesi denuò sedem ac domicilium rerum suarum collocasse.

que potius citare vt erant operepretium putaui, quàm græca vertere.
1 Domitiani acta rescissa.
2 Ioannis ab exilio redito. Vide Prochorum.

Quod Cerdo Alexandrinorum ecclesiam tertius gubernabat, & secundus Antiochenorum ecclesiam Ignatius. CAP. XVI.

Neruæ verò qui paulò amplius anno regnauerat, successit Traianus. Primo anno illius imperij, cùm Abilius decẽ & tres annos ecclesiæ Alexãdrinæ præfuisset, Cerdo eo dignitatis gradu potitus est. Hic tertius post Anianum, primum episcopum, eam rexit ecclesiam. Per idem tempus [3] Clemens Romanam adhuc gubernabat ecclesiam, qui post Paulum & Petrum tertius episcopalis illius dignitatis gradum obtinuit. Linus primus erat, secundus Anacletus. * Porrò Euodius primus Antiochiæ fuit episcopus: secundus Ignatius, qui illis temporibus multum hominum sermone celebratus fuit. Tunc [4] Simeon secundus similiter post Seruatoris nostri fratrem Iacobum, ecclesiæ Hierosolymitanæ ministerio præficitur.† Eodem tẽpore ille ipse Apostolus pariter & Euangelista [5] Ioannes, quem Dominus Iesus summo erat amore complexus, adhuc in Asia vitam traducens, simulac ab exilio, quod in insula pertulerat, post Domitiani mortem reuertebatur, ecclesias ibi administrauit.

Ruff. c. 21.
Traianus Imperator.
Cerdo episcopus Alexandriæ.
3 Clemens Rom. episc. 3.
** Ruf. c. 22.*
Euodius 1. episcopus Antiochiæ.
Ignatius 2. episcopus Antiochiæ.
4 Simeon epis 2 Hieros.
† Ruff. c. 23
5 Ioannes Asiæ episcopus.

Historia de Ioanne Apostolo. CAP. XVII.

Qvòd verò in hæc vsque tempora manserit in vita, duorum certorum & fidelium testium (Irenæum dico, & Clementem Alexandrinum) sententia licet confirmare. quibus quidem propter veræ rectæque opinionis ecclesiasticæ patrocinium, meritò fides adiungenda est. Quorum prior, in secundo libro contra hæreses, sic ferè scribit: Omnes presbyteri qui sunt in Asia cum Ioanne collocuti, idem ipsum illum tradidisse testantur, est námque apud illos ad Traiani vsque tempora in vita commoratus. In tertio item libro, de eodem argumento conscripto, hoc ipsum his verbis manifestum facit: Ephesiana ecclesia quæ est à Paulo fundata, & in qua Ioannes ad Traiani tempora vitam produxit, vera testis est traditionis Apostolicæ. Posterior autem testis, Clemens scilicet, in eo opere quod inscripsit, Quis sit ille diues qui saluetur, vt primum ipsum tempus commonstrauit, historiam pariter cum primis necessariam, iis præsertim qui ex honestis vtilibúsque rebus audiẽdis aliquid capiunt oblectationis, adiungit. Sumamus igitur in manus historiam, & legamus, quæ ita se habet: Audito fabulam quid dixi fabulã: imò verã & certã historiã, de Ioanne Apostolo memoratã, quæ & nobis cõstãter tradita est, & memoria firmè custodita. Vbi verò, tyrãno mortuo, ex insula Patmo erat Ephesum reuersus, quorundam rogatu ad finitimas gentes proficiscitur, hîc episcopos constituturus, illic integras ecclesias ritè dispensaturus, alibi certos homines sibi Spiritus sancti instinctu demonstratos in clerum delecturus. Ac cùm ad vrbem quandam non longè inde distantem (cuius etiam nomen nonnulli memorant) se contulisset, & alia quæque officia quæ ad animos fratrum inter se dissidentium conciliandos pertinebant, obiisset, ad extremum adolescentulum corporis viribus valentem, vultu & oris conformatione venustum, animi impetu flagrantem, fortè conspicatus, statim in eũ qui ibi episcopus erat cõstitutus, oculos cõuertit, cũq; sic affatus est: Hunc adolescẽtulum omni studio, cura & cogitatione, corã Ecclesia & Christo teste, tibi tuęq; fidei cõmẽdo. Quẽ cũ episcopus in suã tutelã accepisset, & omnia se facturũ fuisset pollicitus: Ioannes eadem iterũ atq; iterum illi edisserit, eiusq; fidẽ contestatur. Ephesum deinde redit. Episcopus ille adolescentulũ sibi concreditum in domum suam recipiens, educauit pro suo, in officio cõtinuit, fouit humaniter: ad extremũ, baptismi sacramento illuminauit. Postea verò vbi sigillo Domini, id est, sacramẽto cõfirmationis, tanquã perfecta tutaq; eius animi custodia obsignasset, nonnihil de cura & obseruatione in eo instituendo suscepta remisit. Quẽ quidẽ non solum liberior viuendi potestas, quam fuerat paulò antè tempus adeptus: verumetiã quidam adolescentes, eius æquales, otio langui-di, inertia

Irenæus li. 2. cap 39 Intelligit ætatem Christi à Ioãne traditam cap. 3.

Adolescens quidam à Ioanne commẽdatus episcopo.

A di,inertia dissoluti,& omni malorũ genere assuefacti corruperunt: ac primũ exquisitis
» cõuiuiorum opiparorũ deliciis illum alliciunt,inuitãtq; noctu deinde educẽtes, ad fur-
» ti societatẽ coëundam attrahunt:tum maiora moliri flagitia hortãtur. Iste pedetentim
» assuescit:& propter generosam animi magnitudinem,tanquam equus effrenatus,& ni-
» mium sibi suisq; virib.præfidẽs,extra rectã viam impetu fertur,frenaq; acriter præmor-
» dens,procliuius in profundũ vitiorũ gurgitem se præcipitat.Atq; cùm omninò iã in de-
» sperationẽ salutis in Deo sitæ veniret, deinceps non de exiguis noxis cogitauit:sed ma-
» gnis quibusdã ac nefariis facinoribus admissis,vbi semel omni improbitate & nequitia
» perditus euaserat, nullã non sceleris labẽ ex æquo cũ aliis cõtrahere secum statuit. Istis
» igitur in familiaritatẽ ascitis,& magna latronum turba collecta, animo prõpto parató-
» que se ducẽ manu violentissimum,sanguinis effusione crudelissimum, seueritate deni-
» que acerbissimum præbuit.Interea temporis, vbi necessaria ad eã rem incidebat occa-
» sio,Ioannes accersitur. Ille vbi alias res, quarum gratia venerat, recta ratione disposuis-
» set,Age (inquit) episcope,depositum nobis redde, quod ego & Christus,ecclesia teste,
» quam gubernas,tibi cõmisimus. Hic verò primò attonitus obstupuit, arbitratus pecu-
» niam,quam nunquã acceperat,à se per fraudem & dolum malum repeti: & tamẽ neq;
» facilè credere poterat,ea ab se reposci per calumniã,quę neutiquam habuisset:neq; Io-
» anni,depositum repetenti,omnino diffidere. Verùm simulátque Ioannes dixerat, Ado-
» lescentulum repeto,& animã fratris:senex demisso vultu ingemiscens, & item lachry-
» mans,ille(inquit)mortuus est. Quo modo,& quo genere mortis? Deo,inquit, mortuus
» est.Nam nequã & perditus,& vno verbo, latro euasit. Et iam pro ecclesia,in qua versa-
» batur,montem cũ nefaria hominum sui similium turba occupat. Apostolus ergo veste
» dilacerata,ingenti cum gemitu caput feriens:Bonum,inquit, custodẽ animæ fratris tui
» te reliqui.Equus iam iã mihi adsit, & dux aliquis itineris. Inde ab ecclesia,ita vt erat,cũ
» festinatione se proripuit. Profectus autem ad locum, à primis latronum excubitoribus
» prehenditur. Qui neq; fugam parans,neque euitare studens,sed vociferans admodum,
» dixit:Huc huius rei causa accessi,me ad principem vestrum deducite. Qui quidem ad
» tempus,vt erat armatus,expectat. Verũ vt Ioannem aduentãtem agnouerat,præ pudo-
» re capessit fugã.Hic verò ætatis suæ oblitus,illum pro virib.properè insequitur:atq; cla
» mans,Quid(inquit)fili,me tuum ipsius patrem,inermem,& ætate confectũ,fugis? Mi-
» serere laboris mei,fili:ne formides:adhuc tibi salutis spes reliqua est: ego Christo pro te
» reddam rationem:& si sit opus,pro te lubens mortem oppetam, sicut Dominus pro o-
» mnibus nobis:pro tua anima,meam dabo: consiste,crede:Christus me misit ad te. Ille
» vbi hæc audiuerat,primùm oculis humi defixis constitit,deinde arma abiecit:tum hor-
» rore perfusus,grauiter & acerbè lamentatus est: Senem ad se aduentantem complecti-
» tur:fletu & mœrore,quoad poterat,pro culpa satisfecit:& dextra sola occultata,lachry-
» marum vnda secundò baptizatur. Apostolus rata & constanti asseueratione, ei se à Ser-
» uatore veniam & remissionem peccatorum precibus suis impetraturum pollicetur:at-
» que ad genua accidens, ipsam manum dexteram, tanquam aqua pœnitentiæ ablutam
» purgatámque osculatus,illum ad ecclesiam reducit. Crebris item precibus Deũ pro
» illo inuocat,continuis ieiuniis vnà cum eo se macerat, variis diuinæ sapientiæ sentẽtiis
» eius animum quasi quibusdam lenociniis mitigat, tranquillátque: neque prius,vt fer-
» tur,inde decessit, quàm illum ecclesiæ ministerio præfecisset. Cuius conuersione ma-
» gnum veræ pœnitentiæ exemplum, præclarum secundæ regenerationis specimẽ,illu-
» stre denique trophæum à peccatis resurrectionis,per exteriora pœnitentiæ signa homi-
» nibus proposuit ad imitandum.Ista à Clemẽte hoc modo præscripta, tum ad rei gestæ
cognitionem,tum ad vtilitatem legentium accommodata,istum locum obtineant.

Adolescens disciplinæ remissione & societate mala corruptus.

Adolescens latro Ecclesiæ restitutus à Ioanne.

De ordine Euangeliorum. CAPVT XVIII.

PErgamus iam,& certa Apostoli scripta,quæ in nullam hactenus controuersiam vo-
cata fuerint,ostendamus. Ac primùm de Euangelio illius,quod in vniuersis ecclesiis
sub cœli complexu collocatis peruulgatum est, pro explorato constet. Quòd verò in-
ter reliqua tria Euangelia à veteribus rectè & appositè quarto numeretur loco,hoc pa-
cto planum fiet. Admirabiles planè viri & reipsa diuini (Christi Apostolos intelligo)
ipsa pura ac syncera vitæ ratione cùm primis eximij, & vniuerso virtutis genere ani-

Huc refer Nicephor. cap. 45. lib. 2.

Ruf. c. 24. *Ioannis scripta.*

Apostolorũ Christi simplicitas in sermone.

mis exornati, quanquam linguæ elegantis & diserti sermonis rudes & ignari, diuina tamen & miranda potentia ipsis à seruatore donata fidentes, exquisita verborum fabricandorum solertia, & arte elaborata, doctrinam magistri sui, ac præcepta exponere neque norunt, neque conati sunt: sed aperta & manifesta docendi ratione per sacrosanctum Spiritum ipsis opem ferentem infusa, & sola Christi virtute, tot miraculorum effectrice, per ipsorum doctrinam & res gestas plenius peruulgata, vtentes, regni cœlorum notitiam toti orbi terrarum patefecerunt: quinetiam studium & operam, quæ in libris conscribendis poni solet, haud magno sanè æstimârunt, & istud planè præstiterunt: vtpote excellentiori ministerio, ac longè hominum captum superanti inseruiētes. Paulus enim, qui inter omnes illos verborum apparatu maximè, & sententiarum grauitate non minus pollebat, quamuis infinita ferè arcana mysteria, quæ loqui fas non erat, animo teneret, (quippe qui ad tertiũ cœlum vsque sublatus, diuinarum rerum cōtemplationem gustasset, ad ipsúmque paradisum diuinæ maiestatis claritate eximium raptus esset, & illic ad verba secreta & plena mysterij audienda admissus) præter paucissimas epistolas, præterea nihil scriptis omninò mandauit. Et quanquam reliqui omnes qui erant ab ipso Seruatore nostro doctrina & præceptis sapientiæ instituti, vt duodecim Apostoli, Septuaginta discipuli, aliíque præter istos, penè innumerabiles, eiusmodi reuelationum non penitùs expertes & ignari erant: tamen ex omnibus qui in eius disciplinam se tradiderant, solus Matthæus & Ioannes nobis quædam monumenta literis prodita post se reliquerunt: quos etiam fama est, necessitate quadam adductos, se ad scribendum contulisse. Matthæus, cùm iam antea Hebræis verbum Dei prædicasset, simulac in animo habuit ad alias gentes proficisci, Euangelium suum patrio sermone conscripsit: & quod illis à quibus decessit, deesse, dum præsens apud eos erat, videbatur, illud sedulitate & labore scribendi omnibus suis quasi numeris expleuit: Iam verò vbi Marcus & Lucas sua Euangelia in publicum protulissent, Ioannem (cui semper in more positum erat, prædicatione verbi absque scriptis vti) tandem eiusmodi causa adductum, se ad scribendum applicuisse ferunt. Cùm tria euangelia iam dudum perscripta, cùm in aliorum iam omnium, tum in ipsius etiam manus peruenissent, fama est eũ ea magnopere approbauisse: & constanti ratóque testimonio, omnia in illis verè fuisse scripta cōfirmasse: & solam illam explicationem nunc literis mandandam restare censuisse, quæ res primo tempore à Christo in ipso suæ prædicationis principio gestas cōplecteretur. Quæ quidem hominum fama est planè verissima. Tres námque alios Euāgelistas ea sola scriptis prosecutos, quæ à Seruatore post Ioannem Baptistam in carcerem coniectum ad vnum annum continuum gerebantur, satis perspicuè licet animaduertere: illudq; ipsum illos in ipso suæ historiæ exorsu planè significasse. Nã post ieiuniũ qudraginta diebus continuatum, & tentationem interea loci interuenientem, Matthæus ipsum tempus, à quo suæ historiæ scribendæ sumpsit initium, perspicuè ostēdit: Audiens, inquit, quòd Ioannes tradebatur, secessit à Iudæa in Galilæam. Similiter etiã Marcus: Vbi, inquit, Ioannes tradebatur, venit Iesus in Galilæam. Lucas itidem, antequam facta Iesu Seruatoris explicare ordiatur, pari ratione temporis seriem obseruat, dicens: Quòd Herodes ad alia mala quæ cōmiserat, hoc etiã adiecit, Ioannem nēpe in carcerem inclusit. His igitur de causis Ioannem tradunt, quorundã amicorum rogatu, tum ipsum tempus à superioribus Euangelistis silentio præteritum, tum res in eodem à Seruatore gestas (illæ quidē erant, quæ fuissenr ante Ioannē Baptistam in vincula cōiectũ factitatæ) in Euangelio suo posteritati prodidisse. istudq; idem satis euidenter illum ipsum cōmonstrare, primùm cũ dicat, Hoc initium miraculorũ & signorũ fecit Iesus: deinde, vbi inter acta Iesu mentionē fecit Ioannis Baptistæ, adhuc eo tēpore in Aenon iuxta Salē baptizantis. Idē ipsum porrò apertè declarat, vbi sic loquitur: Nondum enim Ioannes cōiectus erat in carcerē. Quocirca Ioãnes ea in Euāgelio suo scriptis mãdauit, quæ, Ioanne Baptista nondũ in custodiã misso, à Christo gesta fuêre. Reliqui autē tres Euangelistæ ea commemorant quæ post Ioannē Baptistam in ergastulum cōtrusum, à Seruatore edita dicuntur. In quibus si quis attēta cura & cogitatione animum defigat, non poterit amplius existimare, Euangelia vlla ex parte inter se ipsa dissidere: quandoquidem Ioannis euangelium res primò à Christo gestas continet: reliqua autem, posterioris temporis & factorũ in eo editorum narrationem cōplectuntur. Ac non immeritò quidē Seruatoris nostri stirpis secundũ carnem genealogiã, vtpotè à Mattheo & Luca ac-

Marginalia:

Cur ab Apostolis cultus sermonis non sit affectatus.

Paulus cæteris Apostolis eloquentior & grauior.

Pauli epistolæ.

Matthæi Euangeliũ Hebraicè ab eo scriptum & quare.

Marci & Lucæ Euangeliũ.

Ioannis Euãgeliũ cur inter reliqua tria quarto loco.

Matt. 4.

Mar. 1.

Luc. 3.

Ioannis Euãgelium quid ab aliis differat.

Vide lib. 6. cap. 14.

Euãgelia inter se non dissidere.

A ca accuratè conscriptã, Ioãnes silentio prætermisit, & ab eius diuinitate cœpit exordiũ: perinde ac si illa fuisset sibi, tanquã multò acutius eandem intuenti, à Spiritu sancto ad scribendum reseruata. Ista igitur à nobis de causa, cur Ioannes Euangelium suum scripserit, dicta sint. Quid verò causæ Marcum ad scribendum impulerit, suprà docuimus. Lucas quoque in ipso sui Euangelij principio causam, cur illud contexere aggressus sit, proponit: nimirum quòd plerique alij eorum sermonum declarationem imprudentius & minus consideratè instituissent, quorum veritatem ipse satis exploratè cognitã habebat. Atque cùm nos ab opinione quæ inter alios anceps & controuersa putaretur, quasi necessitate ad eam rem compulsus, abduxerit: tandem certam ratámque earũ rerum explanationem, quarum ipse veritatem partim ex familiaritate & consuetudine, quæ illi cum Paulo intercessisset, partim ex crebro reliquorum Apostolorũ sermone & colloquio quod cũ illis haberet, plenè & cumulatè intellexisset, in suo Euangelio manifestò tradit. Verùm de his hactenus. Cætera autem quæ sunt ab aliis de eisdem cõmemorata, ex veterum scriptorum inter se cõparatione, commodiore tempore docere pro virili contendemus. * Inter Ioannis monumenta, quæ præter Euangeliũ scripsit, prior eius Epistola tum recentium, tum antiquorum auctoritate sine controuersia comprobatur: reliquis autem duabus contradicitur. Atque opinio illa quæ est de Apocalypsi, quanquã à nonnullis etiam adhuc variè in vtranque partem disceptatur: tamen vbi tempus nobis dabitur opportunum, eã veterum testimoniis exquisitè discutiemus.

Lucæ Euangelium.

* Ruf. c. 25. *Ioannis epistola.*

Apocalypsis

De confeßis & manifestis Sacræ scripturæ libris. CAP. XIX.

Huc refer Nicephor. lib. 3. cap. 46.

CÆterùm quoniam sumus in hunc sermonem delapsi, videtur, rationi consentaneum, Scripturarum seriem quæ noui testamenti esse dicuntur, summatim comprehendere. Primùm ergo sacer Euangeliorum quaternio ratus esto: quem quidem liber de actis Apostolorum sequitur. Huic annumerentur Pauli epistolæ, quibus deinceps prior Epistola quæ fertur esse Ioannis, & Petri similiter prior, tanquam omnium consensu constabilitæ, adiungantur. Inter ista, si placet, Ioannis Apocalypsin coniiciamus, de qua quid veteres statuerint, aliud erit tempus exponendi. Atque hæc sunt, quæ omnium asseueratione constanter approbantur. Ex illis quæ in dubitationem quidem vocantur, sunt tamen à plerisque recepta, est epistola quæ Iacobi dicitur, & Iudæ: & secunda Petri: & secunda & tertia quæ Ioannis nomine inscribuntur, siue illæ ab Euangelista, siue ab quopiam eodem nomine appellato perscriptæ sunt. Inter scripturas autem quæ falsò inscriptæ, miniméque germanæ dicuntur, [1] Pauli acta numerantur, & liber qui vocatur Pastor, & Apocalypsis Petri. Porrò epistola nomine Barnabæ edita, & quæ dicitur doctrina Apostolorum: adde his, si videtur, [2] Ioannis (vt dixi) Apocalypsin: quam nonnulli, vt docui, penitùs antiquare contenderunt, alij tamen eam in Scripturis maximè approbatis collocandam iudicant. In quibus etiam non pauci hoc tempore, [3] Euangelium secundum Hebræos ponunt, quo Hebræi illi qui sunt Christi doctrinam amplexati, maximè gaudent. Cæterùm hæc omnia referantur in earum Scripturarum numerum, quibus à plerisque contradicitur. Atque certè istorum librorum enumerationem necessariò fecimus, vti, cum Scripturas quæ secundum Ecclesiæ traditionẽ veræ, germanæ, & omnium sententiis manifestò confirmatæ sunt, perspicua quadã nota ab aliis quæ non sunt eiusdem auctoritatis, sed sunt positæ quidem in controuersia, à plerisque tamen ecclesiasticis viris euolutæ & pertractæ, distinxerimus: facile quidem non istas ipsas modò, sed eas etiam quæ Apostolorũ nomine ab hæreticis circunferũtur, possimus discernere: siue euangelia Petri, Thomæ, Matthiæ, aliorúmue nomine falsò inscripta: siue acta, quæ Andreæ, Ioannis & aliorum Apostolorum nomine veteratoriè donata sunt: quas quidem Scripturas nemo ex scriptoribus Ecclesiasticis, qui continuata temporum successione ab Apostolis hucusque vixerũt, vsquam in suis scriptis in memoriam redigere dignatus est. Quinetiam dictionis & loquendi forma, longe à stylo & dicendi consuetudine Apostolorum discrepat. Sententia porrò & institutum eorum quæ in illis libris traduntur (quòd toto propè cælo, vt dicitur, à vero orthodoxóque Scripturæ sensu & opinione aberrat) planè perspicueque ostendit, ea callida solum hæreticorum esse commẽta. Vnde ne in eo quidem Scripturarum genere, quæ falsò inscriptæ, miniméque germanæ dicuntur, habenda sunt: sed tanquam

Scripturæ S. noui Testamenti libri qui.

Iacobi & Iudæ, ac secũda Petri, secunda & tertia Ioãnis epistolæ.

1 Pauli acta, Pastor, Petri Apocalypsis Barnabæ epistola.

2 Apocalypsis Ioannis.

3 Euangeliũ secundum Hebræos.

Euangelia & acta apocrypha hæreticorum comment. 4. notæ quibus genuina ecclesiæ scripta à supposititiis discernuntur: 1. iudicium ecclesiæ, 2. stylus, 3. sententia 4. institutum.

absurda omnino, & impia, penitùs explodenda. Verùm ad reliquam historiam pergamus. A

De Menandro præstigiatore. CAP. XX.

Ruf. c. 26. *Menãder hæreticus.*

Huc refer Niceph. cap. 12. lib. 3. Vide etiam Euseb. lib. 4. infra cap. 7. August. hæresi. 2. Epiphan. hæresi. 2. lib. 1. tom. 2.

Menãdriani asserunt, mũdum ab angelis conditum: Saturniani, à septem solum angelis eũ esse fabricatum. August. in lib. de hæret. tom. 6. Epiphanius idem affirmat de Menandro & Saturnil. tom. 2. cap. 2. & 3.

1 Iust. ad Anton. fol. 144.
2 Satanæ cõsilium.

MEnander, qui Simoni mago successit, seipsum propter sceleratam morum suorum improbitatem, secundum diabolicæ molitionis propugnaculum, illo priore nihilo planè imbecilliorem præstitit. Erat iste etiam Samaritanus: qui vbi ad summum præstigiarum fastigium, vt facilè cum magistro contenderet, peruenerat, maioribus portentis se nobilitauit: & Seruatorem ad hominum conseruationem ac salutem cœlitùs è seculis inuisibilibus demissum, se prædicauit: docuítque, neminem aliter ex angelorum dominatu, qui mundum fabricassent, se posse eripere, quàm vt prius experientia magica ab ipso tradita instructus esset, & baptismate, quod ille impertire solebat, ablutus. Quo quidem qui essent dignati, eos perpetuam in hac vita immortalitatem adepturos: & non amplius subituros mortem, sed eodem in loco in æternum cõmorantes, nulli senio, nullíue internecione aliquando obnoxios fore. Ista certè ex Irenæi scriptis facilè licet perspicere.[1] Iustinus item, vbi perditum Simonis conatum memorauit, huius etiam fraudem narrare pergit, his verbis: « Menandrum quendam Samaritanum, ex vico Caparattæa ortum, Simonis discipulum, furore quodam dæmoniaco agitatum, Antiochiam aduentasse, & multos magicæ artis præstigiis in fraudem induxisse cognouimus: qui quidem illis quos ad se sequendum pellexisset, persuasit, quòd nunquam omnino morte essent interituri. Quidam etiam adhuc eius præceptis instituti, idem profitentur.[2] Erat igitur diabolici planè conatus commentum, qui quidem per magicam astutiam eiusmodi præstigiatorum, adeò callidè Christianorum nomen vsurpantium, magnum pietatis & religionis nostræ mysterium infamia notare, atque ecclesiasticis dogmatis de animæ immortalitate & resurrectione mortuorum traditis, maleuola obtrectatione omnem auctoritatẽ abrogare obnixè laborauit. Verùm isti qui hos Seruatores sibi ascripserunt, de vera salutis spe penitùs deciderunt. B

De Ebionæorum hæresi. CAP. XXI.

Ruf. c. 27.
† Vide anno. pag. 28. lat. 2 lin. 36.

Ebionæi. Eorũ hæresis.

Huc refer Niceph. c. 13. lib. 3. & Euseb. c. 7. li. 4. infra item vide Epiph. hæresi. 10. tom. 2. lib. 1. Augustinum hæresi 10.

Vide Irenæũ lib. 1. ca. 25. itẽ lib. 3. cap. 3 Euangelium secundum Hebræos. Ebionæorum nomen.

ALios porrò nequam & improbus dæmon, cum ab amore quem erga Christum Dei habebant, nullo modo per † artis magicæ præstigias posset dimouere: eosdem tamen, vbi alia quadam astutia irretiri posse comperiret, veteratoriè tandem sibi suóque addixit obsequio. Isti ex primo illius sectæ auctore nomen ducentes, Ebionæi propriè appellati sunt: hoc est, mentis & intelligentiæ inopes, quippe qui de Christo & eius doctrina tenuiter & abiectè statuerent, opinarentúrque. Eum namque simplicem, vulgarem, & solum hominem censuerunt, & ex concubitu coniunctionéque Iosephi viri cum Maria vxore sua in hanc lucem editum: verùm propter progressionem quam in virtute fecisset, hominem iustum censuerunt, at solum hominem tamen. Porrò legis Mosaicæ obseruatione omninò ipsis opus esse: perinde ac si fide sola in Christũ, & vitæ ratione quæ cum illa cohæret, neutiquam salui esse possent. Præter istos alij etiã erant eadem appellatione donati, qui quanquam ab inepta & stulta horum quos cõmemorauimus opinione deflexerunt, atq; adeò ex virgine & spiritu sancto Dominum prognatum non denegarunt: non dissimili tamen ratione dum ipsum Christum nec Deum qui ante secula extitit, nec verbum & sapientiam patris fuisse confiteri volebãt, in eandem cum superioribus impietatem prolapsi sunt: idque maximè, cum corporalem veteris legis obseruationem cultúmque pari ratione cum illis celebrare omni studio niterentur. Isti porrò epistolas Pauli apostoli penitùs reiiciendas ducunt, eúmque nominant legis desertorẽ, proditorémque: euãgelio solo quod secundum Hebræos dicitur, vtentes, cætera Euangelia non magno æstimant. Et non solũ sabbatum, & reliquã Iudaicam institutionẽ similiter cum illis superioribus obseruãt: verùm etiam dies Dominicos pari ratione nobiscum, in resurrectionis Seruatoris nostri memoriã accuratè recolunt. Vnde ob talem conatum, tale etiã nomen, nimirum vt Ebionæi vocarentur, obtinuerunt: quod quidem ipsorum mentis & intelligentiæ tenuitatem propriè declarat. Nam hæc vox Ebion, lingua Hebraica pauperem & egentem significat.

De

A *De Cerintho Heresiarcha.* CAP. XXII.

*Huc refer Nicephor. cap. 14. lib. 3. & Euseb. cap. 13. lib. 2. & cap. 22. lib. 7. vide Augustin. hæresi 8. Epiph. hæresi 8. tom. 1. lib. 1.

Ruf. ca. 28. *Cerinthus hæresiarcha.*

EIsdem * temporibus Cerinthum quendam, alterius hæresis ducem & auctorem extitisse accepimus. Gaius (cuius voces iã suprà posuimus) in libro qui Disputatio Gaij inscribitur, hæc de illo scribit: Cerinthus, qui per adumbratas reuelationum, tanquam á magno quodam apostolo conscriptarum species absurda portenta præstigiásque quasi per angelos ipsi ostentatas, nobis falsò comminiscebatur, hæc asseueranter introducit: Post resurrectionem carnis humanæ regnum Christi terrestre futurum, & apud Hierusalem homines in carne cupiditatum & voluptatum blanditiis inseruituros. Qui cũ sacrosanctis Dei eloquiis hostis esset infensus, numerum mille annorum (habuit enim in animo, homines in fraudem illicere) in nuptiarum festis & celebritate dicebat consumptum iri. Adde huc Dionysium, nostra ætate ecclesiæ Alexandrinæ episcopum, qui in secundo libro de Promissionibus, vt primum nonnulla tanquam ex vetere traditione sumpta de Ioannis Apocalypsi exposuit, huius etiam viri his verbis facit mentionem: † Cerinthum quidem: qui Cerinthianam hæresin, ab ipsius nomine sic dictam proseminauit, hoc disciplinæ decretum tenuisse constat: Regnum Christi terrestre deinceps futurũ. Et quarum rerum cupiditate ipse ducebatur (quippe qui inuitamentis corporis, & carnis cum primis obsequeretur illecebris) in eisdem beatã vitam fore somniauit: vt in ventris, & earum partium quæ ad venerem spectant, expletione: hoc est, nõ in esculentis solum, poculentis & nuptiis, verumetiam in festis, sacrificiis, hostiarũ cæde, & aliis deniq; rebus, quibus ista putaret affluẽtius posse suppeditari. Hęc Dionysius. Irenæus item in primo libro cõtra Hæreses, sceleratiora & magis nefanda eius dogmata, eaq; plena erroris & commentitiarum opinionum explicat. In tertia autem eiusdem operis, historiam planè memorabilem de illo literis mandat: Olim inquit, Ioannes apostolus (sic ex Polycarpo traditum acceperat) in balneum lauandi sui causa ingrediens, cum certior factus esset Cerinthũ intus esse, actutùm ex eo loco resiliit, & se proripuit foràs, illúdq; tectum subire non omninò sustinuit. Atq; ad hunc modum comites suos hortatum ferunt: Fugiamus extemplò, ne balneũ in quo Cerinthus veritatis hostis moratur, subitò concidens, nos opprimat.

Dionysius Alexandriæ episcopus.

†Vide annot. pag. 29 lat. 1. lin. 24.

Iren. lib. 3. c. 3

S. Ioannes hæreticum Cerinthum deuitat.

B

Ruf. c. 29. *Nicolaitarũ hæresis.* *Apoc. 2. Act. 6. Clem. fol. 173 lin. penult.*

De Nicolao, & de ijs qui ab eo nominantur.
CAP. XXIII.

Huc refer Nicephor. cap. 15. lib. 3. Vide Epiphan. hæres. 5. tom. 2. lib. 1, August. hæres. 5.

PAulo pòst hæresis, Nicolaitarum nomine nuncupata, exoritur: quæ ad valde exiguũ tempus durauit, cuius quidem habetur mentio apud Ioannem in sua Apocalypsi. Isti hæretici Nicolaum, vnum ex diaconis qui ab Apostolis ad curam egentium suscipiendam, vnà cum Stephano deligebantur, væ sectæ auctorem fuisse iactitabant. Clemens porrò Alexandrinus in tertio libro στρωματέων ista de eo adverbum narrat: Hic cũ vxorem haberet facie honesta & liberali, post Seruatoris ascensum ab Apostolis zelotypiæ insimulatus, eam in medium productam, cuique cupienti ducendam permisit. Atque illi dicto, Carne nempe abuti oportere, hæretici hoc ipsorum factum congruere asseuerant. Qui igitur hanc sectam sequuntur, illud tum factum Nicolai, tum dictũ quod temerè & inconsideratè exciderat, imitantes, impudenter nefario stupro se polluunt. De Nicolao autem sic ipse equidem accepi, eum nulla alia muliere omnino vsum, præter illam quàm habuit in matrimonio. Ex cuius liberis, filias quidem ad extremam senectutem virgines permansisse, filium autem vitam puram & nulla labis contagione aspersam traduxisse audiui. Quæ cum ita se habeant, vxoris suæ publicatio, quæ propter zelotypiæ crimen illi obiectum in media Apostolorum frequentia facta sit, magnam libidinis aspernationem & contemptum declarat. Quin etiam eius continentia in voluptatum depulsione (ad quas conquirendas plerique nimio studio incitabantur) perspicuè docebat, carne abuti oportere, quò eius refrenetur libido. Non enim (credo) secundum Domini mandatum, duobus dominis inseruire voluit, Voluptati, & Domino seruatori. Fertur etiam, Matthiam sic docuisse, cum carne confligendum, eaque ad cohibendam libidinem abutendum, neque quicquam concedendum ad illius voluptatem: animam autem, fidei & cognitionis tanquam nutrimentis augendam. Verùm de illis, qui temporibus hisce à nobis oratione percursis, veritatem

Irenæus lib. 1. cap. 27.

Nicolai cõtinentia.

Carne abutẽdum.

ſupplantare,eamq́; ſuo debito fraudare præmio aggreſſi ſunt, (qui planè dicto citius o- A
mnino extincti euanuerunt)ſatis multa diximus.

De Apoſtolis,qui matrimonium contraxiſſe probantur. CAP. XXIIII.

Ruf. c.30. *Clem.fo 370 lib. 35.* *Petrus* *Philippus* *Paulus.* *Vide Nicephor. lib. 2. cap.44.*

CLemens(cuius verba modò citauimus) deinceps poſt illa quæ ſuprà poſuerat, Apoſtolos,qui matrimonium contraxiſſe reperiuntur,enumerat: ídque contra eorũ ſententiam,qui nuptias tollere abrogaréque inſtituerent:Num,inquit, ſunt Apoſtolos improbaturi? Petrus enim,& Philippus, liberos procrearunt. Philippus filias viris collocauit in matrimonium, Paulus etiam non veretur in quadam epiſtola, coniugis ſuæ mentionem facere: quam eò minimè ſecum circunduxit, quò facilius liberiúſque ſuo fungeretur miniſterio. Ac quoniã in iſtarum rerũ mentionem incidimus,aliam quoq; eiuſdem hiſtoriam,dignã explicatione,dignámque memoria,proferre nõ grauabimur: quam quidem in ſeptimo libro στρωματῶν iſto modo literis proſequitur:Aiũt, beatum Petrum,cum vxorem ſuam ad necem abductam conſpicaretur,magna geſtiiſſe lętitia, tum quod vocaretur à Deo,tum quòd in propriũ domicilium reuerteretur. Eam verò admodum & hortatus & conſolatus,ſic nomine cõpellauit: Heus tu, memor eſto Domini. Tales ſunt beatorum nuptiæ,&tam perfectus amor inter amiciſſimos intercedit: Iſta ergo cum propria ſint & accommodata ei quod in manibus eſt,argumento,hoc loco ſint à me opportunè citata.

Fol.314. lin. 12. *Diui Petri ad vxorẽ martyriũ ſubiturã exhortatio.*

De Ioannis,& Philippi morte. CAP. XXV.

Ruff.c. 31. *Vide Nice. lib 1. ca.35. lib.2.c.39.*

TEmpus autem & modus, quo Petrus &Paulus exierunt è vita, quinetiam locus quo poſt mortem ſepulchra ipſorum ſita fuerint, iampridem ſunt à nobis expoſita. Ioãnis etiam tempora nunc ferè explanata. Locus illius tabernaculi qui ſit, ex epiſtola B Polycratis, qui fuit eccleſiæ Epheſianæ epiſcopus, ſatis conſtat. Quam quidem epiſtolam ad Victorem epiſcopum Romanum perſcripſit,ínque ea non modò Ioannis, ſed Philippi ſimul & filiarum eius mentionem facit ad hunc modum: In Aſia enim, præclara noſtræ religionis tanquam ſeminaria,morte conſopita ſunt:quæ quidem reſuſcitabuntur in extremo die aduentus Domini,in quo eſt venturus cum gloria de cœlo, & omnes ſanctos conquiſiturus: Philippum dico,† vnum ex ſeptem diaconis,qui Hierapoli extremum vitæ diem obiit: & duas illius filias, quæ virgines in extrema ſenectute occubuerunt:quarum altera vitam Spiritus ſancti afflatu piè ſanctéque inſtitutam degens,Epheſi mortem obiit. His accedit Ioannes, qui ſupra pectus Domini recubuit: quíque cum eſſet ſacerdos, [1] πέταλον geſtauit:qui denique martyr & doctor fuit,& Epheſi etiam obdormiuit.Hæc de illorum morte.Porrò in Gai diſputatione,quàm paulò antè citaui,Proclus,cõtra quem diſceptationem inſtituit de morte Philippi &filiarũ eius, his à nobis expoſitis admodum cõſentiens,ſic loquitur:Pòſt Hierapoli in Aſia quatuor filiæ Philippi prophetiſſæ fuerunt:ibidémque tum illarum tum patris ſepulchrum locatum eſt.Hæc ille.Lucas præterea in [2] Actis Apoſtolorum,de filiabus Philippi, quæ tum Cæſareæ in Iudæa ſimul cum patre verſabantur, quæque dono prophetiæ erant imbutæ,ita verba facit: Venimus Cæſaream,& ingreſſi in domum Philippi euangeliſtæ,qui erat vnus è ſeptem, manſimus apud illum:huic quatuor erãt filiæ virgines,quæ prophetabant.Iam verò ea quæ ad noſtram cognitionem peruenerunt de temporibus Apoſtolorum de Scripturis ſacris, tum quas ipſi re vera poſt ſe reliquerint,tum quibus contradictum ſit, (quæ tamen à nonnullis eccleſiis multorum approbatione publicè receptæ & peruulgatæ ſunt) tum denique quæ ſint omninò adulterinæ, atque adeò ab orthodoxa Apoſtolorum opinione & ſententia penitùs alienæ,hactenus noſtro ſermone perſecuti,deinceps ad reliquam hiſtoriam tranſeamus.

Ioãnis mors. *Philippi & filiarum eius mors.* *Ioannis mors.*

[1] Hier.in Catal. ſcript. eccleſ.ſic de Ioãne:Ioannes, inquit,qui ſupra pectus Domini recubuit, pontifex Epheſi, auream laminam in fronte portans martyr & doctor in Epheſo dormiuit. Ita conſtat Hieronymũ πέταλον laminam appellaſſe, alij mitram vocant.

[2] Act. 21.

† Vide annotat. pag. 29. lat. 2. lin.38.

Secundum Heron. obiit D.Ioãnes anno Domini 102.

Quomodo Simeon Hieroſolymorum epiſcopus martyrium ſubiret. CAP. XXVI.

Poſt

A POst Neronem & Domitianum, sigillatim in quaq; ciuitate sub Traiani imperio (cuius iam tẽpora perquirimus) ex seditione populi excitata, graue contra nos Christianos persecutionis tempestatem commotam, fama & sermone percrebrescit. In qua Simeonem, filium Cleophæ, quem secundum ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopum creatum declarauimus, martyrio extremum vitæ suæ diem confecisse accepimus. atque huius quidem rei idem ille Hegesippus testis est: cuius testimoniis, variis in locis antea vsi sumus. Qui cum de quibusdam qui erant ex septem Iudæorum sectis, verba facit, perspicuè adiungit: Simeonem, quem diximus, propterea quòd Christianus erat, ab illis codẽ tempore callidè & malitiosè in crimẽ vocatũ. Qui cum dies cõplures grauiter esset verberibus cæsus, iudicemq; ipsum, & eos qui in cõsilio aderant, sua tolerãtia in primis obstupefecisset, tandẽ nõ dissimilem vitæ exitũ à Domini passione subiit. Verùm multò commodius est, mea quidẽ sentẽtia, ipsum scriptorem hæc eadẽ isto modo ad verbum explanãtem audire: Ab eodẽ, scilicet sectarum, numero quidẽ Simeonem, Cleophæ filium, non modò vt ex Dauidis stirpe editum, verùm etiã vt Christianum, in iudicium adduxerunt: atq; ita, cum annos centum & viginti compleuisset, corã Traiano Cæsare, & Attico viro consulari, fidẽ Christi cõstanter professus est. Est porrò apud eumdem authorem: accusatores Simeonis, cum Iudæi ex regia tribu Dauidis prognati diligenter conquirerentur, fortè fortuna ex eadem stirpe manifestò deprehensos fuisse. Quòd si quis Simeonem tum oculis Dominum conspexisse, tum auribus eius sermonem accepisse dixerit, ratione certè id quidẽ potest, nò solum longinquitate temporis, quo vixerit: sed Euangeliorũ testimonio, quòd Mariæ Cleophæ meminerit, vbi citatur Maria Cleophæ, pro argumẽto vtens, cuius filius, vt suprà posuimus, fuit Simeon. Idem scriptor, alios etiam ex genere Iudæ ortos (Iudas autem fuit vnus ex illis qui Seruatoris fratres dicebantur) post testimonium illud iam antea demonstratum, quod coram Domitiano pro fide Christi dixisset, ad huius Traiani imperium vitam protraxisse narrat. scribit enim ad hunc modum: Veniunt & præsunt vniuersæ ecclesiæ, vt martyres: & vt genere Seruatoris & Domini nostri sati: & pace tranquilla in tota ecclesia vigente, ad Traiani Cæsaris vsque tempora permanent: ad quæ quidem Simeon filius Cleophæ quem supra monstrauimus, vitam producens, à sectis Iudæorum, quòd ex diuina Domini progenie genus ducebat, per calumniam similiter vocatur in iudicium, & eius nomen ea de re ita ad Atticum virum consularem defertur. Qui cum multis diebus acerbas plagas pateretur, testimonium fidei Christi fortiter perhibuit: adeò vt cum omnes,
B tum ipse consularis, supra modum miraretur, quo pacto cum esset centum & viginti annos natus, talem & tam acerbum plagarum cruciatum sustinuerit. Quibus rebus cõfectis, ad extremum mandatum erat, vt in crucem ageretur. Deinceps idẽ auctor à nobis citatus, ea quæ temporibus nostro sermone modò percursis gesta sunt, addit: Nempe quòd ad illa vsque tempora (quandoquidem, si qui erant qui salubrem & synceram salutaris prædicationis regulam deprauare & corrumpere studebant, in obscuris tenebrarum latebris delituerunt) Ecclesia integra & incorrupta permanserat. Cæterũ postquam sacer Apostolorum chorus varium vitæ exitum, & diuersa mortis genera pertulerat, præterierátque illorum ætas, quibus à Christo donatum erat vt auribus diuinam ipsius sapientiam coràm acciperent: tunc certè falsa & veteratoria impij erroris conspiratio exordium cœpit, idque illorum fraude & astutia qui doctrinam à veritate penitus alienam disseminare laborarent: quiq; cum nemini Apostolorum amplius vita suppeteret, de cætero iam nudo capite (vt aiunt) synceroveritatis sermoni falsam & commentitiam doctrinam ex aduerso opponere pro viribus niterentur. Hegesippus quidem de his rebus hæc oratione complexus, sic ferè memorat. Nos iam via & ratione procedentes, ad reliquam historiam redeamus.

Huc refer Nicepho. cap. 16. li. 3.

Ruff. c. 31. Persecutio tertia Anno Christi. 110. Traiani. 10. in Christianos mota. 1. *Simeonis Cleophæ F. C. & XX. annos nati martyrium.*

Maria Cleophæ.

Atticus V. C.

Quomodo Trainus Christianos conquiri vetuerit. CAP. XXVII.

IN nonnullis locis id temporis tanta quidem & tam acris contra nos intendebatur persecutio, vt Plinius Secundus, qui inter prouinciarum præfectos facilè primas tulit, ingenti martyrum numero magnopere commotus, de multitudine, eorum qui erant quotidie pro fide trucidati, Traianum imperatorem certiorem faceret. In quo referendo illud pariter adiecit, se non aliquando in illis comperisse, quod vel

Huc refer Niceph. ca. 17. lib. 3.

Plinij Secũdi de Christ anis ad Traianum relatio.

quicquam impietatis, vel quicquam contra leges omnino molirentur: prӕterquam A quòd primo diluculo è somno excitati, Christum vt Deum hymnis celebrarẽt. Quinetiam adulterium, homicidium, & alia nefanda peccata, quӕ sunt cum his aliqua quasi cognatione coniuncta, vetant, & omnia quӕ sunt legibus congruentia, sedulò exequuntur. Quibus quidem adductus Traianus, tale promulgauit edictum: Christianos à nemine quidem inquirendos esse, oblatos autem puniri oportere. Quod vbi erat factitatum, tametsi ardor persecutionis acerrimӕ in nos intentatӕ quodammodo extinctus fuit: tamen his qui nobis aliquid mali ingerere cupiebant, non minor relicta videbatur occasio, dum hic quidem populus, illic autem cuiusque regionis magistratus contra nos parabat insidias: sic, vt quamuis non palàm & apertè nos persequerentur, sigillatim tamen in quaque prouincia suam in nos redintegrarent crudelitatem: & complures fideles pro Christo decertantes, variis martyrij generibus occumberent. Istam autem historiam ex Tertulliani Apologia latinis literis prӕscripta (quam in superiore nostro posuimus sermone) deprompsimus: Atqui inuenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus cum prouinciam regeret, quibusdam Christianis damnatis, quibusdã gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cӕterò ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem: allegans, prӕter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum Christo, vt Deo, & ad confœderandam disciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cӕtera scelera prohibentes. * Tunc Traianus rescripsit: Hoc genus iuquirendos quidem non esse, oblatos verò puniri oportere. Verùm hӕc isto modo.

Traiani de Christianis edictum.

Verba ipsius Tertul. in Apologet. contra gentes, cap. 2.

Vide Plin. epist. lib. 10

* Ruf. c. 33.

Quòd Romanorum Ecclesiam quartus post Clementem Euarestus gubernauit. CAPVT XXVIII.

Ruf. c. 34. *Euarestus Romanus episc. anno Christi 103.*

CLemens, vnus ex episcoporum Romanorum numero, cum nouem annis docendo verbo Dei diligentem curam adhibuisset: ministerio suo & officio Euaresto concredito, tertio anno huius, quem dixi, Imperatoris diem suum obiit. B

Huc refer Nicephori cap. 25. lib. 3.

Quòd Hierosolymorum Ecclesiam tertius post Simeonem Iustus rexerit. CAP. XXIX.

Ruf. c. 35. *Iustus Hierosolymis episc.*

POrrò autem, cum Simeon ad eum modum, quem monstrauimus, extremum spiritum martyrio effudisset. Hierosolymis sedem episcopalem Iudӕus quidam, nomine Iustus, vnus ex infinitis illis qui erant ex circumcisione, quique ad fidem Christi id temporis se transtulerant, proximè occupauit.

Vide Nicephor. lib. 3. cap. 29.

De Ignatij Martyrio, & eius Epistolis. CAP. XXX.

Polycarpus Smyrnӕ episc.

Papias Hierapolis.

*Ruff. c. 36.

Ignatius Antiochiӕ. Eius martyrium.

IIsdem temporibus Polycarpus, qui magna fuit cum Apostolis familiaritate & notitia coniunctus in Asia floruit: & Smyrnensis ecclesiӕ episcopatum, eorum suffragiis qui Dominum vidissent, quique eius fuissent ministri obtinuit. Cuius ӕtate Papias, ecclesiӕ quӕ est Hierapoli episcopus, magna fama & celebritate fuit: vir planè cùm omnium aliarum artium scientia disertissimus, tum cognitionis Sacrarum literarum non ignarus.* Ignatius item, qui est ad nostram vsque memoriam multorum ore & sermone prӕdicatus, post Petrum successione secundus episcopatum Antiochiӕ sortitò capit. Fertur porrò, hunc ex Syria ad vrbem Romam amandatum, bestiis prӕdam & laniatum, ob testimonium quod Christo perhibuisset, esse proiectum. Quinetiam cum iter per Asiam faceret, licet attentissima cura à satellitibus qui illum ductabant, obseruaretur: ecclesias tamẽ cuiusque ciuitatis, ad quã fortè proficisceretur, familiaribus colloquiis, piisque hortatibus confirmauit: ac primùm vt hӕreses, quӕ iam tum primò nasci & emergere cœperunt, maximè prӕcauerent, sedulò admonuit: deinde hortatus est, vt Apostolorum traditioni mordicùs adhӕresceret. Quam quidem asseuerãter testificatus, quò tutius posteritati reseruaretur, necessariò scriptis mandandam existimauit. Qui vt Smyrnam venit, vbi erat Polycarpus, vnam epistolam ad ecclesiã Ephesianam

Huc refer Nicephor. c. 29. lib. 3.

A nam ſcribit: in qua Oneſimi, qui ibidem paſtor fuit, mentionem facit. Aliam autem eccleſiæ quæ erat Magneſiæ (quæ ad fluuiũ Meandrum ſita eſt) miſit: in qua rurſus Damã epiſcopum in memoriam redigit. Eccleſiæ item Trallianæ aliam, in qua Polybium, qui tum ibi præfuit, inſerit. Eccleſiæ porrò Romanæ dedit literas, in quibus illos impenſè hortatus eſt, ne martyrium illius deprecando, ipſum ſpe optata, quam animo habebat, vllo modo priuarent. Ex cuius literis, ea quæ ad iſtarum rerum explicationem nonnihil videantur adferre adiumenti, in medium proferre nõ alienum arbitror. Iſta igitur ſcribit hoc pacto: Ex Syria Romã verſus iter inſtituens, terra mariq́;, noctu interdiu cũ beſtiis cõfligo, decẽ leopardis arctè colligatus: hoc eſt ſatellitibus, qui ad me aſſeruãdũ opponuntur. Qui ſanè multis à me beneficiis affecti, multo fiũt deteriores, ſæuioreſq́;. Eorum iniuriis, quibus me affligũt, indies magis magiſque erudior? Verùm ne ob id quidẽ iuſtificatus ſum. Optarem iã beſtiis illis frui quę ad me dilaniandũ paratæ ſunt. Mihi eſt in votis, eas breui reperire: quas planè blãdè cõpellabo, vt me carptim & abſq; mora deuorent: neq; à me dentes abſtineant, vt à quibuſdã, quos metu perculſæ, non auderẽt attingere. Quod ſi illę recuſent me adoriri, ego ipſe eas inſtigabo. Date vos mihi veniam. Quid mihi ſit profuturũ, equidem nõ ignoro. Iam incipio Chriſti diſcipulus eſſe: faceſſat à me rerũ omnium ſiue oculis ſubiectarum, ſiue eorũ aciem fugientium admiratio, vt Ieſum Chriſtum aſſequar. Ignis, crux, beſtiarum cõflictationes, oſſium diſtractiones, conciſiones membrorum, totius corporis tanquam molitæ farinæ attritiones, omnia deniq; ſuppliciorum genera à diabolo excogitata, in me coaceruentur, vt Ieſum Chriſtum duntaxat adipiſcar. Iſta, ex ciuitate quæ Smyrna dicitur (quam monſtrauimus) ad eccleſias à nobis enumeratas perſcripſit. Iam verò Smyrna longius aliquãto profectus, ex Troade ſcribens, non ſolum cum his qui erant Philadelphiæ, ſed etiam cum eccleſia Smyrnenſi, & ſeparatim cum Polycarpo, qui illi eccleſiæ præfuit, familiariter per literas collocutus eſt. Cui, cum virum ſpectatum & Apoſtolica virtute præditum eum eſſe pro certo cognoſceret, eccleſiæ Antiochenæ gregem, ſicut paſtorem ingenuum & fidelem decebat, commendauit: arbitratus ſanè, illum omni ſtudio & diligẽtia curam illius habiturum. Idem dum ad Smyrnenſes ſcribit, quibuſdã de Chriſto teſtimoniis (quæ vnde B ſumpſerit, planè neſcio) vtitur. Ego, inquit, ipſum Dominũ poſt reſurrectionẽ in carne apparuiſſe noui, & credo vere eum fuiſſe. Qui cum ad diſcipulos qui orant cum Petro, acceſſit, ſic illos alloquitur: Accipite, tractate, & videte, quòd ſpiritus corporis expers non ſum. Et ſtatim illum manibus cõtrectabant, & credebant. Huius porrò martyrij nõ ignarus erat Irenæus, qui Epiſtolarum illius ita meminerit. Quidam è noſtris cum propter teſtimonium quod Deo perhibuerat, eſſet ad beſtias condemnatus, ſic locutus eſt: Dei frumentum ſum, & beſtiarum dentibus molor, vt purus & ſyncerus panis reperiar. Adde huc Polycarpum, qui de illis ipſis Ignatij rebus, in ea epiſtola quæ fertur ab eo ad Philippẽſes ſcripta, ſic verba facit: Obſecro vos omnes, vt obſequium, quibus debetur, præſtetis, vt omnem patientiam exerceatis: cuius exemplum oculis aſpexeritis non in beatis ſolum Ignatio, Rufo & Zoſimo, verumetiam cùm in aliis è vobis, tũ in ipſo Paulo & reliquis Apoſtolis: pro certo perſuaſi, quòd omnes hi non in vanum cucurrerunt, ſed in fide & iuſtitia, & quòd in locũ illis debitum profecti ſunt, iamq́; verſantur cũ Domino, cuius afflictionũ facti erant participes. Neq; enim huius ſeculi amore flagrabant, ſed Domini: qui & pro nobis mortem oppetiit, & propter nos à Deo reſuſcitatus eſt. Et paulo pòſt: Scripſiſtis, inquit, ad me tum vos, tum Ignatius, vt ſi quis fortè in Syriam iter caperet, veſtras eò perferret literas. Quod quidem vel ipſe faciam, vbi tempus idoneũ nactus fuero: vel ille, qui ſit pro vobis nuncium illò perlaturus. Ignatij epiſtolas ad nos ab eo miſſas, & alias quas apud nos habebamus, ad vos, ſicuti præcepiſtis, miſimus. Quę quidem ſunt huic noſtræ epiſtolæ ſubiũctæ, è quibus multum percipere poteritis vtilitatis. Nam fidem, patientiam, & alia quæq; ad ædificationem fidei, quæ eſt in Dominũ noſtrum, pertinentia complectuntur.* Sed de Ignatio hactenus: cui in eccleſiæ Antiochenæ epiſcopatum ſucceſſit Heros.

*Ignatij Epiſtolæ extant inter orthodoxographa. Oneſimus epiſcopus. Damas epiſcopus. Polybius epiſcopus. Ignatij verba ex eius epiſtola ad Rom. Chriſtus Ignatio poſt reſurrectionẽ conſpectus. Iren. 5. lib. fol. 335. Polycarpus de Ignatio. * Ruf. c. 38. Heros epiſc. Ignatij ſucceſſor.*

De Euangeliſtis, qui eò vſque claruerunt. CAP. XXXI.

Huc refer Nicephor. c. 21. lib. 2.

QVadratus item, inter eos qui gloriæ & virtutis ſplẽdore iiſdẽ tẽporibus præſtabant, numeratur: quem ferũt, ſimul cum Philippi filiabus, dono prophetiæ illuſtratum.

Quadratus epiſcopus.

Et præter istos alij complures erant, eadem ætate percelebres, qui quidem & Apostolis proximè successerunt: & tanquam discipuli tantorum & tam insignium virorum eximia & diuina virtute decorati, ecclesiarum fundamentis ab Apostolis vbique locorum præclarè iactis, structuram cōcinnam illam quidem adiunxerunt: qui & plenius cumulatiúsque amplificarunt prædicationem verbi diuini, & salutaria regni cœlorum semina fusè latéque per vniuersum orbem disseminarunt. Etenim plerique omnes discipuli qui eo tempere vixerunt, ardentiore cœlestis sapientiæ studio amoréque incensi, & præ quodam diuini verbi desiderio animis perculsi, præceptum Seruatoris antea traditum, exquisitè executi sunt: & his qui opis indigebant, facultates suas libenter impertierunt. Deinde à domiciliis suis peregrè profecti, munus obierunt euangelistarum, atque iis qui ne adhuc quidem omninò verbum fidei audiuissent, Christum prędicare, & scripturas sanctorum Euangeliorū tradere omni cura & cogitatione studuerūt. Qui cum in locis quibusdam peregrinis fidei duntaxat iecissent fundamenta, pastorésque alios cōstituissent, illísque curam eorū qui ad fidem nuper erant adducti doctrina Christi sedulò excolendorum cōmisissent: ipsi ad alias regiones, gentésque cum gratia & virtute diuina se contulerunt. Quippe virtutes permultæ admirabiles, & miracula sacrosancti Spiritus ope per eos ad id vsque temporis gerebantur: ita vt frequens hominum multitudo, ipsa prima prædicationis auditione persuasa, propenso studio pietatē & cultum, qui Deo omnium rerum opifici soli debetur, animis exciperet, amplecteretúrque. A

Euāgelij præcones complures.

De Clementis epistola, & aliis quæ falso titulo illi tribuuntur.

CAPVT XXXII.

B

Verùm cum fieri nequeat, vt omnes quotquot tandem in ecclesiis per orbem dispersis proximè, & secundum Apostolos, pastores aut euangelistæ successerunt, nominatim recenseamus: eorū solum nomina scriptis & memoriæ non sine causa prodidimus, quorum doctrina Apostolica ad hoc vsque tempus per cōmentarios & monumenta ab ipsis edita reseruata est: vt Ignatij scilicet, in epistolis quas recensuimus: * & Clementis, in ea epistola quæ est omnium consensu approbata, quam sub Romanæ ecclesiæ persona ad Corinthiorum ecclesiam exarauit. In qua quoniam multa nonnūquam eodem sensu ex epistola ad [1] Hebręos sumpta inserit, & interdum iisdem iam verbis ex eadem petitis vtitur, apertissimè quidem declarat, illud opus non recenti hominum memoria editum. Vnde meritò quidem reliquis Apostoli scriptis videtur annumerata. Nam cum Paulus epistolam ad [1] Hebræos erudiendos patrio sermone literis mandauisset, eam alij quidem Lucam euangelistam, alij istum ipsum Clèmentem Græcis literis interpretatū esse affirmant. Quod planè est verisimilius: præsertim cùm & Clementis epistola, & ea quæ est ad Hebræos à Paulo missa, eandem dictionis & loquendi formam accuratè integréque seruet: atque adeò sensus in vtroque scripto expressi, non longè inter se discrepent. Porrò intelligendum est, posteriorem quandam esse epistolam quæ Clementis dicitur: verùm eam non perinde vt priorem, approbatā cognoscimus, propterea quòd animaduertimus, veteres illius testimonia non aliquando suis scriptis intexuisse. Iam verò quidā alia item opera, verbosa illa quidē & prolixa, heri propè & nudiustertius, perinde quasi illius essent, introduxerunt, quæ quidē disputationes Petri & Appionis continent: quorum apud veteres nulla omninò fit mentio. nam purā illam & synceram Apostolicæ orthodoxæq; doctrinæ notā minimè retinent.

Huc refer Nicephor. ca.18. lib.3

*Ruf. c. 39.

Clemētis epistola ad Corinthios.

1. Epistola ad Hebræos scripta.

Clemens S. Pauli interpres.

Quæ Clementi falso attribuantur.

De Papiæ commentariis. *CAP. XXXIII.*

De Clementis epistola ad Corinthios, quam omnes sine controuersia illi attribuunt, suprà perspicuè disseruimus: diximus etiam de epistolis Ignatij, & Polycarpi. Papiæ item libros numero quinque esse aiunt, qui Expositio sermonum Domini inscribuntur. Quorum, tanquam ab eo solum scriptorum, Irenæus sic mentionem facit: Ista Papias, Ioannis auditor, Polycarpi familiaris, vir antiquus, in quarto libro Operis sui testata reliquit. Sunt enim quinque ab eo libri confecti: hæc Irenæus. Idem ipse Papias in exordio sui operis declarat, se minimè quidem sanctorum Apostolorum vel auditorem fuisse, vel eosdem suis oculis aspexisse: sed ea quæ ad fi-

Huc refer Nicephor. cap. 20. lib. 3

Papiæ scripta.

A ad fidem pertinent, ab illis qui iisdem noti & familiares erant, se accepisse docet his
» verbis: Non grauabor tua causa, illa quæ olim à presbyteris commodè perdiscebam,
» & accuratè mandabam memoriæ, cum explicationibus eorumdem contexere, quò
» veritatem ab illis traditam pro viribus corroborare queam. Non enim (vt vulgus hominum solet) iis qui multa dicunt, sed qui vera docent, oblector: neque ex illis qui aliena & noua mandata commemorant, sed ex his qui recordatione renouant ea quæ sunt à Domino per fidem tradita, & ab ipsa veritate profecta, voluptatem capio. † Si quis presbyter mihi fortè occurrebat, qui cum Apostolis versatus fuisset, dicta Apostolorum ab eo diligenter sciscitabar: nempe quid Andreas dixisset, quidve Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes aut Matthæus, aut quis alius Domini discipulus: quæ denique Aristion & Ioannes presbyter, qui in numero discipulorum Domini habebantur, locuti fuissent. Neque enim ea quæ ex libris petebantur, tantum mihi subsidij allaturum existimaui, quantum ea quæ acceperam ex hominum voce & sermone, qui adhuc in vita manebāt. Quo in loco est operæpretium animaduertere, nomen Ioannis ab eo bis enumeratum. Priorem, quem cum Petro, Iacobo, Matthæo, & reliquis Apostolis percenset, declarat manifestò Ioannem euangelistam fuisse. Alterum, oratione variata, aliis extra numerum Apostolorum associat. Quem, cùm Aristionem illi ordine præposuerit, ipsum presbyterum vocat: sic vt hisce narratio eorum vera esse ostendatur, qui dixerunt duos eodem nomine nuncupatos in Asia fuisse, duóque illorum Ephesi esse sepulchra, & vtrumque ad hanc vsque ætatem Ioannis nomine appellari. Quibus animum aduertere, est in primis necessarium. Nam videtur valdè probabile, posteriorem Ioannem Apocalypsin, quæ eius titulo inscribitur (si quis priori non censeat tribuendum) oculis peruidisse. Quinetiam Papias (quem modò posuimus) Apostolorum dicta ab his qui cum illis versati fuissent, fatetur se excepisse: Aristionis item & Ioannis presbyteri se fuisse auditorem. nam sæpenumero illorum memoriā vsurpat nominatim, & traditiones eorum in sua scripta illigat. Atque ista à nobis non incommodè ad legentium vtilitatem explanata sint. Neque sanè erit
B ab instituto alienum, si Papiæ testimoniis, quæ suprà inculcauimus, alia quoque eius verba, quibus mirabilia quædam, tanquam ex traditione ad ipsum delata commemorat, adiungamus. Philippum Apostolum cum filiabus Hierapoli commoratum, superiore nostro sermone demonstrauimus. Verùm quemadmodum Papias, qui temporibus iisdem vixit, historiam permiram à Philippi filiabus se excepisse asserat, in præsentia exponendum videtur. Mortuum enim suo tempore narrat excitatum. Aliud etiam quod non minus habet admirationis, Iusto cognomento Barsabæ contigisse: nimirum vbi venenum mortiferum ebiberat, eum propter gratiam ipsi à Domino tributam molestiæ nihil aut incommodi pertulisse. Hunc autem Iustum, post Seruatoris ascensionem sanctos Apostolos cum Matthia statuisse, & precatos, vt alter ex illis duobus in Iudæ proditoris locum sortitò delectus, numerum ipsorum suppleret, Acta Apostolorum declarant his ferè verbis: Duos statuerunt, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam. Et orantes dixerunt. Alia præterea idem author quasi traditione non scripta ad se peruenisse commonstrat, quæ peregrinas quasdam Seruatoris parabolas, & nouas eius doctrinas, aliáque nonnulla commentitiis fabulis referta continent. In quibus asserit, regnum Christi post vniuersæ carnis à mortuis resurrectionem, mille annos humano & corporeo more in terra hac continuatum & stabilitum fore. Quæ quidem dogmata, credo eum propterea excepisse, quòd Apostolicas interpretationes, quæ ab illis essent arcanis figuris & parabolis subobscuris expositæ, malè intellexisset. Nam homo erat (sicut ex eius scriptis facilè licet coniecturam capere) ingenij pertenuis. Cæterùm plerisque ecclesiasticis viris, qui hominis antiquitatem pro suarum partium defensione citabant, persimilis erroris auctor extitit: vt Irenæo, & si quisquam alius eadem cum illo sentire videbatur. Suis prætereà libris non solùm Aristionis, quem suprà ostendi, in sermones Domini explanationes, verùm etiam traditiones Ioannis presbyteri complexus est. Quarum cognoscendarum, si qui paulò auidiores sint, eò transmitto: nos iam commodè historiam, quam de Marco Euangelij scriptore narrat, his eius testimoniis antea positis adnectemus: Istud, inquit, presbyter mihi dicebat. Marcus, qui fuit interpres Petri, quæcunque tenebat memoria, scripsit quidem
» accuratè: sed tamen non eo ordine, quo erant à Domino dicta, factáve. Neque enim

Marginalia: † Vide annot. pag. 81. lat. 1. lin. 27. — Aristion Ioannes presbyter. — Ioannes duo Ephesi episc. quod est in primis notandū. — Vide Nicephor. lib. 1. cap. 46. — Iustus Barsabas, Ioseph. — Iustus & Matthias ab Apostolis in Iudæ proditoris locum destinati, sed sors super Matthiam cecidit. — Secundū Ioānem presbyt. Marci euangelium qualiter scriptum.

Dominum audierat ille quidem, neque erat eum comitatus: sed postea, vt dixi, comes A Petri fuit, qui quidem non Domini sermones & præcepta ea narrandi serie, quam Dominus in illis tradendis tenuisset, docebat: sed eam in prædicãdo rationem sequebatur, quam ad adiutorum animos instituendos opportunam, accommodatámque censuit. Quare in eo neutiquã errauit Marcus, quòd quædam (sicut memoriæ ea antè mandauerat) literis prodiderit: quandoquidẽ hoc vnum mente & cogitatione sedulò prospexit, vt nec quicquam eorum quæ audiuisset, prætermitteret, nec falsi aliquid iisdem omninò interponeret. Ista quidem à Papia narrantur de Marco. De Matthæo autẽ hęc ab illo referuntur. Matthæus sermone Hebraico euangelium de Christi oraculis & rebus gestis conscripsit: quòd planè quisque, vt poterat, interpretatus est. Idem scriptor prioris epistolæ Ioannis, & Petri similiter prioris, vsus est testimoniis. Aliam porrò narrat historiam de muliere, quæ multorum criminum apud Dominum esset insimulata: quam quidem Euangelium secundum Hebræos complectitur. Atque hæc inter alia quæ recensuimus, commodè & opportunè obseruatata sint, & notata.

Matthæi euãgeliũ Hebraicè scriptum.

FINIS TERTII LIBRI.

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Quartus.

Quinam Troiano imperante Romanorum & Alexandrinorum fuerint episcopi. CAPVT I.

Annum † circiter duodecimum imperij Traiani, episcopus ecclesiæ Alexandrinæ, cuius paulò antè feci mentionem, vitam cum morte commutat: ac quidam nomine Primus, ab Apostolis successione quartus, ministerium Ecclesiæ illius sortitò capit. Eodem tempore, vbi octo annos Euarestus in Romanæ ecclesiæ procuratione obeunda compleuisset, [1] Alexander quintus, successione à Petro, & Paulo ducta, Pontificatum obtinet.

Ruf. c. 1. *Traiani ann° 12. Chri. 112.*

Primus episc. Alexãdriæ. Euarestus Ro. ecclesiæ præfectus. 1 Alexãder V. Rom. epis.

B

† Primus succedit mortuo C... doni de quo c. 15. li. 3. Niceph.

* Huc refer Nicephor. cap. 22. lib. item capu. 23. lib. eiusd.

Qualia Iudæi sub ipso perpeßi sint. CAPVT II.

Quemadmodum * Seruatoris nostri doctrina, & Ecclesiæ status, magnoperè iam tum florebat, & in dies maiores ampliorésque faciebat progressiones: sic Iudæorum calamitates, malis alio post aliud importatis, magis magísque accrescebant. Nam cùm iam imperator ad annum decimumoctauum regni sui peruenisset, ingens Iudæorum multitudo, nouo tumultu de integro concitato, è medio sublata est. † Siquidem non Alexandriæ solùm, & in reliquis Ægypti partibus, verùm apud Cyrenem etiam complures veluti crudeli aliquo & seditioso spiritu exagitati, contra gentes, quæ vnà cum illis habitabant, seditionem conflare cœperunt. Atque seditione mirum in modum exardescente, sequente anno, (Lupo id temporis vniuersæ Ægypti præfecturam gerente) bellum non exiguum illud quidem & leue mouerunt. Ac in prima dimicatione illi à gentibus victoriam fortè consecuti sunt: ac propter ea Gentes Alexandriam properè confugientes, Iudæos, qui in ea ciuitate commorabantur, subitò captos oppressósque interfecerunt. Iudæi ergo, qui tum incolebant Cyrenem, sociorum auxilio, qui Alexandriæ habitabant, penitùs iam destituti, duce Lucua Ægyptum depopulari, prædas agere, agros illius vastare aggressi sunt. Aduersus quos imperator Marcium Turbonẽ cum pedestribus, equestribus & naualibus copiis misit. Hic multis prœliis commissis, bellóque contra eos non exiguo tempore cõtinuato, infinitas copias Iudæorum, non solùm qui à Cyrene, sed etiam qui ab Ægypto ad auxilium ipsorum duci Lu-

Christianorũ res prosperæ, Iudæorum aduersæ. Iudæorum seditio, & interitus.

Lupus præfectus Aegypti.

Lucua duce Iudæi tumultuantur. Marcius Turbo dux Rom.

† Iudæi in isto motu cædib. contenti nõ ... tunt, sed ... manis ... nibus ... cœperunt. Cypri eti... ab eis ing... ti clade d... ce Iudæo... Artemion... sunt Aff... cti. Iudæ... conspiratio... ne facta ... sim duce... tena & qu... dragintan... lia homin... contrucida... runt Dio. Oros.

A ci Lucuæ ferenda se contulerant, trucidauit. * Imperator igitur admodum veritus, ne Iudæi, qui erant in Mesopotamia, in Gentes eam regionem incolentes, per insidias impetum facerent, Q. Lucio in mandatis dedit, vt illos è prouincia funditùs tolleret, deleréteque. Qui quidem facta illuc expeditione, immensam Iudæorum multitudinem, qui ibi domicilia rerum suarum collocauerant, occidit. Cuius rei causa tam prosperè gestę, præfectus Iudææ ab imperatore declaratus est. Ista etiam gentiles scriptores, qui illorum temporum res gestas literis mandârunt, eisdem ferè verbis posteris prodiderunt.

Q. Lucius Iudææ præfectus Iudæos Mesopotamia exturbat. hũc Eusebius in Chronicis Lysiam quietũ vocat & factũ eius refert in annũ Traiani 18. Christi 118. vide Stiphilinum.

Ælius Adrianus: anno Christi 120. Imp. annis 23.

Quartus liber hinc iam porrò vsque ad caput 9. lib. 5. continet acta sub Adriano, Antonino pio. M. Aurelio, & L. Vero, annis sexaginta duobus. Huc refer porrò Dionem Cassium. Item Aelium Spartianum, Iulium Capitolinum, Vulcatium Gallicanum, Aelium Lampridium. Oros. lib. 7. cap. 13. 14. 15. Eutrop. lib. 8. huc adde ex supradictis authoribus vitam Pontific. Rom. Telesphori, Hygini, Pij primi, Aniceti, Sotheris, Eleutherij.

Qui regnante Adriano fidem propugnabant.
CAPVT III.

Huc refer c. 21. lib. 3. Nicephor.

Ruf. cap. 3. Aelius Adrianus. Quadrati Apologia.

POstquam viginti annos integros, sex mensibus minus, Traianus imperio perfunctus fuisset, Ælius Adrianus in eum dignitatis gradum succedit. Hunc Quadratus, oratione coram habita compellat: & Apologiam, quam pro nostræ religionis defensione propterea contexuerat, quò nonnulli nequam & perditi homines nostris molestiam facessere conarentur, ei offert: quod quidem opus, cùm apud multos fratres ad hoc vsque tẽpus, tum apud nos habetur in manibus: ex quo præclara mentis intelligentiæ & Apostolicæ veritatis excutiendæ regulæ indicia, quæ in illo viro elucebant, facilè licet peruidere. Idem porrò author suam ipsius ostendit antiquitatem, scribens ad hunc modum: Seruatoris nostri res gestæ semper hucusque ante hominũ oculos versatæ sunt, & veræ etiam sunt. Nam nonnulli ab eo ad sanitatem restituti, alij à mortuis excitati, tum id quidem temporis cùm essent morbis liberati, visi sunt, postea etiam semper hactenus vnà nobiscum commorati: propterea quòd non solùm cùm Seruator apud nos versabatur, sed etiam post eius decessionem, ad longinquum tempus fuêre superstites, adeò vt ad nostra vsque tempora non pauci eorum vitam producerent. Verùm de Quadrato ista accepimus. Aristides etiam, scriptor fidelis, & institutis nostræ religionis imbutus, B Apologiam pro fide nostra scriptis post se reliquit: quam quidem Adriano dedicauit, vt Quadratus antea suam. Qui eius liber adhuc à plerisque custoditur.

Euseb. in Chro. has apologias refert in annum Adriani 9. Christi 128.

Quadrati censura de actis Christi.

Aristidis Apologia.

Qui sub eodem, Romanorum & Alexandrinorum episcopi fuerint.
CAPVT IIII.

Ad hoc & seq. caput refer Nicephor. ca. 25. lib. 3.

Ruf. c. 4. *Anno Adriani 3. Christi 123.*

TErtio anno Adriani imperij, Alexander Pontifex Romanus, cùm decem annos in eo munere fungendo compleuisset, decedit è vita. Cuius [1] Xystus successor fuit. Eodem ferè tempore, [2] Primus Alexandriæ episcopus cùm duodecim annos illi Ecclesiæ præfuisset, morte occumbit, quem secutus est [3] Iustus.

1 Xystus Ro. episcopus. 2 Prim⁹ epis. 3 Iustus epis.

Qui inde à Seruatore, vsque ad eos qui nunc commemorantur, Hierosolymorum fuerint episcopi. CAPVT V.

Ruff. c. 5.

EPiscoporum autem tempora, qui ecclesiam Hierosolymitanam rexerunt, quoniam, vt fertur, vitam ad breue admodum temporis spatium propagabant, nusquam scriptorum monumentis seruata reperio. Tantum tamen ex quorundam scriptis animaduerto, episcopos numero quindecim, ad obsidionem Adriano regnante contra Iudæos factitatam, gradatim succedendo, illic fuisse: quos vniuersos antiqua Hebræorum stirpe, (totam námque eorum ecclesiam ex Hebræis fidelibus coaluisse constat) satos memorant, atque adeò Christi cognitionem ingenuè veréque amplexatos: ita vt ab illis qui iam tum de rebus eiusmodi rectè iudicium ferre poterant, reuera officio & ministerio episcopali digni iudicarẽtur: qui quidem ab Apostolorũ tempore ad eam tum obsidionem, in qua Iudæi iterum à Romanorum imperio desciscentes fuêre, non exiguis præliis afflictati, seriẽ successionis continuata eam ecclesiam rexerunt.

Hierosol. episcopi ad obsidionem vsque numere XV. genere Iudæi.

Episcoporũ Hierosol. successio. Quapropter licet episcopi qui ex circuncisione erant, eo tempore prorsus defecissent, sumpto ab illo qui primus ordine fuit, exordio, illos in præsentia enumerare necessariũ arbitror. Primus ergo erat Iacobus, frater Domini appellatus, secundus Simeon, tertius Iustus, Zachæus quartus, quintus Tobias, sextus Beniamin, Iohannes septimus, octauus Matthias, nonus Philippus, decimus Seneca, vndecimus Iustus, Leui duodecimus, Ephres decimustertius, decimusquartus Ioseph, quibus omnibus decimusquintus accessit Iudas. Totidem ciuitatis Hierosolymorum episcopi fuerunt, qui ab Apostolis tum ad hunc, quem dixi, Iudam, tum ad tempus vsque Adriani, ordine successionis continuarunt, iique omnes ex circumcisione. Iam verò, duodecimo anno imperij Adriani, vbi Xystus decem annorum spacium in Romani pontificatus administratione confecerat, septimus ab Apostolis successit Telesphorus: anno autem & mensibus aliquot præterlapsis, Eumenes simul, atque Iustus, qui ante illum id muneris fuisset executus, vndecim annos in episcopatu transegerat, ad ecclesiam Alexandriæ moderandam sextus ordine designatus est.

Iacobus 1. Simeon. 2. Iustus 3. Zachæus 4. Tobias 5. Bẽiamin 6. Ioannis 7. Matthias 8. Philippus 9. Seneca 10. Iustus 11. Leui 12. Ephres 13. Ioseph 14. Iudas 15. Telesphorus episcopus. Eumenes episcopus. Iustus episc. A

Postrema Iudæorum sub Adriano obsidio. CAPVT VI.

Ruf. c. 6. Rufus Iudææ præfectus. PORRÒ cùm Iudæorum defectio longius in dies serperet, Rufus præfectus Iudææ, auxiliaribus copiis ab imperatore sibi ad eam rem missis, illorum amentiam, tanquam ansam oblatam ad exitium arripiens, acerbè & crudeliter eos exagitat: virorum ac mulierum vnà cum liberis infinita propè millia confertim concìdit: belli iure agros illorum populo Rom. adiudicat. Quo quidem tempore Iudæorum dux erat Brachochebas (quod quidem nomen, si lubet interpretari, astrum significat) vir quanquam reliqua vitæ ratione cruentus, ac prædo nefarius, ipsa tamen appellatione, tanquam sidus aliquod è cælo delapsum, se illis qui velut homines ex mancipiorum numero, graui seruitutis iugo oppressi, atque miseriis ærumnosis afflicti, affectique erant, lucem ac spem salutis allaturum falsò commentus est. Iam verò cum decimo octauo anno imperij Adriani, bellum iuxta vrbem Bethera nuncupatam (quæ erat omnium rerum præsidiis munitissima, neque is adeò longè à ciuitate Hierosolymorum sita) vehementius accenderetur, cúmque extra vrbis mœnia longinquiore temporis spatio continuaretur obsidio, & rerum nouandarum authores fame ac siti essent ad extremam propè perniciem detrusi, & caput illius temeritatis debitas pœnas persoluisset, Aristo Pellæus narrat, vniuersæ genti ex illo tempore prorsus interdictum, ne pedem in agrum Hierosolymitanum aliquando inferrent: & legis decreto, institutísque Adriani vetitum (ille planè sic in mandatis dederat) ne vel ex edito loco paternum solum oculis aliquando aspicerent. Hierusalem ergo cùm ita esset Iudæorum gente orbata, & veteribus incolis prorsus destituta, generéque frequentata exterorum hominum, deinceps cùm esset à Romanis occupata, nomen commutauit: & ad honorem Ælij Adriani imperatoris, qui eam deuicisset, illustrandum, Ælia appellata est. * Porrò autem simul ac ecclesia quæ ibidem fuit, ex gentibus coalesceret, primus post episcopos qui erant ex circumcisione, Marcus administrationem gregis Hierosolymitani capessit.

Huc refer Niceph. ca. 24. lib. 3. Oros. lib. 7. cap 13. Dionem.

Barchochebas Iudæor. dux. Quid nomen hoc sonet.

Acta sunt hæc anno Christi 134. 135. 136. 137.

Bothera vrbs

B

Iudæi edicto Adriani patria exterminati.

Hierusalem Ælia dicta.

** Ruf. c. 7. Marcus episc. primus ex gẽtilib. Hierosol. anno Christi 138.*

Quinam eodem tempore fuerint falsæ scientiæ duces. CAPVT VII.

IAm verò cùm ecclesiæ, tanquam clarissima quædam lumina suum splendorem per totum orbem terrarum diffudissent, & fides in Seruatorem ac Dominum nostrum Iesum Christum in vniuerso hominum genere magnoperè vigeret, diabolus osor probitatis, veritatis inimicus, & humanæ saluti semper hostis infestissimus, omnes suas machinas & fallacias contra totam ecclesiam versans, sicut iampridem externis persequutionem procellis, & impetu aduersus eam dimicauerat: sic tum quidem ab illis viis interclusus, viris perditis & plenis præstigiarum, tanquam quibusdam instrumentis ad perniciem animorum, atque adeò ministris ad interitum comparatis vsus, alio insidiarum genere oppugnare, omnésque vias excogitare studuit, quibus hi præstigiatores & homines fraudulẽti illam ipsam nostræ religionis appellationem callidè prætexentes, non modò fideles, quos fortè laqueis suis irretirent, in profundã internecionis voraginẽ vnà

Huc refer Nicephor. cap. 2. 3. 4. lib. 4. item Eusebij ca. 21. hoc libro. item Epiphan. hæres. 3. to. 1. lib. 1. Augustin. hæres. 5.

A vnà secum præcipitarent, sed etiam fidei ignaros rudésque perditis suis conatib. pariter ab aditu qui ad salutare Dei verbum patebat, penitus auerterent. Nam virus quoddam erroris subdolũ & biceps, instar serpẽtis cuiusdã ex Menãdro (quem iamdudũ Simonis successorẽ fuisse cõmonstrauimus) quasi ex pestifero fonte erũpens, duos duarũ sectarum inter se discrepantiũ authores & duces edidit, Saturninum genere Antiochenũ, & Basilidẽ Alexandrinum: quorũ ille in Syria, hic verò in Ægypto scholas errorũ Deo & pietati repugnãtium instituit. Saturninũ autem maxima ex parte eadem cum Menandro falsò cõfinxisse declarat Irenæus. Basilidẽ verò secretiorum quorundã mysteriorũ simulatione, dum sibi ipsi portentosas fabulas, easque plenissimas impij erroris cõminiscebatur, conata sua in immẽsum intendisse.* Ex plerisque igitur ecclesiasticis viris, qui id tẽporis veritatis patrociniũ suscipiebãt, & solertiore ratione ac prudentia Apostolicã Ecclesiasticámque fidem & opinionẽ propugnabant, nonnulli iam etiam libros, quos literis prodiderant, tanquam præsidia ad errorum impetus, quos suprà posuimus, depellendos, posteris reliquerunt. Ex quorum numero, refutatio Castoris Agrippæ, scriptoris eo tempore præstantissimi, valentissima illa quidem, quam contra Basilidem composuit, ad nos peruenit: quæ quidem subtile præstigiarum & captionum illius viri acumẽ apertissimè detexit, patefecítque. Ac dum occulta illius & nefanda manifestò prodit mysteria, asserit etiam illum quatuor & viginti libros in Euangeliũ scripsisse: & non modò nouos prophetas ad errorem suum nobilitãdum excogitasse, eósque Barcabam & Barcoph appellasse nouis nominibus: verùm etiam angelos qui nunquã extitissent, sibiipsi confinxisse, barbaráque illis imposuisse nomina, quò hi qui huiusmodi res vehementer suspicerent, in multo maiorem traducerentur admirationem: docuisséque præterea, quòd hostias idolis immolatas comedere, & persequutionum temporibus fidem audacter & liberè eiurare, res essent indifferẽtes: ac denique Pythagoræorum more institutóque his qui se in ipsius disciplinam tradebant, quinquennij silentium pręcepisse. Ista aliáque eius generis, simulátque Agrippa, quem dixi, de Basilide enumerauit, veteratorias fraudes illius erroris quem commemorauimus, suis quasi integumẽtis pulchrè euoluens, in oculis atque in conspectu omnium defigit. Scribit etiam Irenæus, Carpocratem, eisdem cum illis vixisse temporibus, alteriúsque hęresis, quam qui Gnostici vocabantur tenuerunt, quasi parentem & procreatorẽ extitisse. Isti magicas Simonis præ-

Menãdri hæresis. *Saturninus et Basilides hæretici.*

Vide Epiphan hæres. 4. lib. 1. tom. 2. & Augustin. hæres. 4.

Iren. lib. 1. cap. 22. & 23.

** Ruff. c. 8.*

Castoris Agrippæ refutatio.

Barcabas & Barcoph pseudoprophetæ. Vide Iren. & Epiphan.

Pythagoreũ quinquennale silentium.

Vide Epiphan. hæres. 7. tom. 2. li. 1. August. hæres. 7.

Lib. 1. c. 24. Carpocrates Gnosticorum hæresiarcha.

B stigias non ex occulto quidem, vt ille, sed iam in apertum iurè proferẽdas censuerunt: & non modò philtris amatoriis curiosè ab illis elaboratis, & quibusdam dæmonibus, qui eorum animis nefaria iniecère somnia, quique illis assessores extitère, verumetiam aliis non disparibus ineptiis se iam tanquam rebus maximi ferè momenti & ponderis nobilitarunt. Porrò autem eos qui ad perfectionem mysterij, imò verò sceleris quod apud istos est, peruenire vellent, omnia quæ sunt turpissima, eorum tamen inuẽtis quæ modò docuimus, appositè congruentia, moliri oportere perdocuerunt: quinetiam addiderunt, illos non posse angelos orbis terrarum principes (sic ij quidem eos appellant) euitare, nisi talibus ac tam infandis mysteriis, quod cuique eorũ deberetur, sedulò præstarent. His igitur diabolus, qui ex maleficiis capit lætitiam, tanquam suæ nequitiæ ministris fortè vsus est: quò qui fidem receperant, illorum suasu non solùm in fraudem inducti, ad acerbum adeò & miserabilem interitum quasi constricti abriperentur, verumetiam gentibus qui erant à fide alieni, copiam & tanquam ansam præberẽt, sacrosancto Dei verbo petulanter impiéque obtrectandi: eo planè consilio, vt fama de flagitiosa istorum vitæ ratione passim dissipata, turpem ignominiæ notam vniuersæ Christianorum multitudini inureret. Vndè certè accidit, vti nefaria quædam opinio de nobis excitata, eáque ab omni ratione alienissima, per infidelium animos longè latéq; persuaderet: quòd videlicet tum nefando concubitu matres & sorores violare, tum etiam scelerato quodam alimenti genere vti non vereremur. Verùm ista mala ad prolixum temporis spatium diabolo ex sententia propterea non processerunt, quòd ipsa veritas suum extulit caput, & progrediente tempore claro quasi lumine resplenduit. Etenim fraudulenti aduersariorum conatus, eius ui refutati & oppressi, confestim euanuerunt. Quippe alij ex aliis noui & inauditi errores enascentes, & priores semper pedetẽtim ad nihilum prolabantes obsolescere cœperunt: inque multiplices, ac non vniusmodi sectas & formas dirempti, ad extremum funditùs extincti sunt. Cęterùm insignis veræ & catholicæ Ecclesiæ splendor, perpetuò eodem modo & eisdem virtutis vestigiis ince-

Technæ Diaboli.

Calumniæ in Christianos excitatæ.

Sectarũ subitus ortus & interitus.

dens, mirandum in modum propterea creuit & dilatatus est, quòd veneranda, syncera, libera, modesta & pura diuinæ viuendi rationis, Christianæque pietatis institutio, per vniuersum tum Græcorum tum Barbarorum genus claritate quadam eximia & decore enituit: atque etiam deformis infamiæ labes, quæ à maleuolis nostræ religioni aspersa fuerat, simul cum tempore deleta, prorsus in nihilum recidit. Nostra igitur sola permansit disciplina, vtpotè quæ tum propter grauitatem & modestiam, tum propter diuina & sapientia præcepta institutáque, sola esset apud omnes & authoritate potita, & summa amplitudine præstare iudicata: sicut nemo ex illo tempore hactenus turpem aliquam dedecoris maculam fidei nostræ auderet inferre, nec vllam talem ignominiam importare, quali illis qui contra nos iampridem nefariè coniurassent, vti volupe fuisset. A

Qui fuerunt Ecclesiastici scriptores. CAPVT VIII.

Isdem temporibus, ipsa Veritas complures eius defensores & patronos in lucem protulit: qui quidem non ratione solùm & refutatione scriptis minimè prodita, sed etiam certis demonstrationibus, literarum monumentis mandatis, contra impias errorum prauitates strenuè pugnauerunt. Ex quorum numero fuit Hegesippus, vir propter doctrinæ præstantiam in luce atque in hominum noticia versatus: cuius testimoniis iam antea, dum res nonnullas Apostolorum temporibus gestas, ab eoque scriptis traditas commemorabamus, sæpius vsi sumus. Iste enim synceram & minimè fucatam Apostolicæ prædicationis traditionem quinque libris, illo quidem scribendi genere maximè simplici & summisso, literis persequi aggrediens, tempus quo ipse floruit, apertè indicat, idque in ipso operis sui exordio, vbi de his qui in initio idola erigere statueréque cœperant, sic scribit: Quo illis (inquit) plus haberetur honoris, sepulchra monumentáque vacua, atque adeò templa exædificarunt, sicut adhuc faciunt. In quorum numerum refertur Antinous, seruus atriensis Adriani Cæsaris: ad cuius honorem celebrantur certamina, quæ [1] Antonoia dicuntur, quæ etiam hac nostra ætate fiunt. Etenim Adrianus ciuitatem extruxerat eius nomine nuncupatam [2] Antinoum, & vates etiam ac sacerdotes ad eum colendum constituerat. Eodem ferè tempore vigui t[3] Iustinus, veræ ac diuinæ philosophiæ fautor maximus, qui quidem adhuc in gentilium scriptis & humaniore literatura sedulò seipsum exercebat. Iste in Apologia pro Christiana religione ad Antoninum, de tempore illo ita scribit: Non alienum à ratione putamus, si in hoc sermone etiam Antinoi, qui modò penè vixerit, mentionem fecerimus: quem omnes vt Deum, propter metum ab Imperatore illis incussum, venerari coacti sunt: idque cùm pro certo cognoscerent quisnam esset, vndè, & quo loco natus. Idem scriptor, de bello id temporis contra Iudæos suscepto mentionem faciens, ista tradit: In hoc Iudaico bello, quod iam geritur, Barchochebas, qui Iudæis author fuit, vt ab imperio Rom. deficerent, Christianos solos, si non Christum denegent, maledictísque figant, iubet ad grauia supplicia abduci. Quo quidem tempore, idē [4] Iustinus narrat, non temerè quidem & inconsultò, sed consideratè & iudicio quodam à Græcorum philosophiæ studio ad veram pietatem seipsum transtulisse, sic de ea re scribens: Ipse quidem Platonis præceptis & institutis admodū oblectatus, cùm & audirem Christianos ignominiis appetitos, & non ad mortem solùm, sed etiam ea quæ putātur itidem permultum terroris hominum mentibus iniicere, quàm viriliter & animo excelso graderentur, oculis cernerem, sic cogitabam: non posse fieri vt tales vel vitiorum maculis se contaminarent, vel voluptatum illecebris vlla ex parte caperētur. Nam quis voluptatis blanditiis deditus, quis in omnem intemperātiam effusus, quis humanæ carnis comesturam deliciarum loco statuens, poterit mortem amplexari, quò illis, quibus se obstrinxerit, cupiditatibus omninò priuetur? An non potius omni conatu laborauerit, vt vitam qua hic fruitur, perpetuò degat? an non magistratus, si quid fortè admiserit sceleris, celauerit, nedum seipsum tam crudeliter interficiendum prodiderit? Est præterea apud eundem authorem, Adrianum à Serennio Graniano præfecto illustrissimo, literas pro Christianis accepisse, quæ istam complectebantur sententiam: Sibi iniquum Videri, Christianos, nullo obiecto crimine, indictáque causa, quò populi acclamationibus satisfiat, neci dare. atque Adrianum deinde Minutio Fundano Asiæ proconsuli rescripsisse: B

Hegesippus, eiusq; scripta.

Antinous Adriani imp. seruus.
1 Antinoia certamina.
2 Antinoum Vrbs. Cuius incolæ Antinoitæ vocantur, c. 9. li. 6. eadem vrbs, etiam Adrianopolis dicta est.
3 Iustinus philosophus & martyr. Vide Chron. Eusebij. Iustin. fol. 146. lib. 6.
4 Iustin. folio 146.

Serennij Graniani Christianorū apud Adrianum patrocinium. Minutius Fundanus.

Huc refer Nicephor. cap. 5. li. 4.

Dion. Antinous (inquit) eximiæ formæ puer Adriano in deliciis fuit, & in Ægypto mortuo Princeps is vrbem Antinoiā condidit. Templum quoque, Statuas & Sacerdotes instituit, stellam eius vidisse effeuerans.

A scripsisse: præcepissèque, vt neminem Christianum absque iusto crimine intentato, & accusatione rectè veréque ad ipsum delata, morte mulctaret. Cuius epistolæ exemplar Latino sermone, vt erat, seruatum, Iustinus in Apologia sua ponit. Ante cuius initium ista ad eundem præfatur: Et si ex epistola patris tui Adriani Cęsaris, maximi & illustrissimi principis, possumus iure repetere, vt iudicia de Christianis (sicut postulauimus) mandes ex æquitate fieri: illud tamen non tam postulauimus, quòd ab Adriano præceptum sit, quàm quòd pro certo intelligimus, illud ipsum quod à nobis postulatum est, iustum æquúmque existere. Ac quò certius cognoscas, hoc nos verè commemorare, epistolæ Adriani exemplar subiunximus, quod quidem ita se habet.

Hic prætermisimus verba Eusebij, quibus se hanc epistolam in Græcum sermonem vertisse ostendit, ne inepta videretur rerum & orationis series.

Epistola Adriani, ne quis Christianorum indicta causa pellatur.
CAPVT IX.

Anno Christi 140. imperat. annis 23. mens. 3. Huc refer Nicephor. ca. 27. lib. 3.

Ruff. c. 9. *Adriani epistola pro Christianis.*

MInutio Fundano S. Epistolam à Serennio Graniano, viro præstantissimo, in cuius locum tu ipse surrogatus es, scriptam accepi. Atque mihi sanè videtur res caussáque non sine accurata inquisitione prætermittenda, ne tum homines Christiani magnopere conturbentur, tum calumniatoribus sceleris in eos admittendi facultas præbeatur. Quod si homines prouinciales, pro sua postulatione, quicquam verè ac manifestò afferre affirmaréque contra Christianos poterunt, quò pro tribunali iusto iudicio conuincantur: eò se solum conuertant, eò spectent. Verùm vt multitudinis solùm petitionibus clamoribúsque morte mulctentur, nullo modo permitto, Imò verò multo magis par est, si quis cuiquam crimen velit intendere vt tu de illo diligenter decernas: & si à quoquam Christiani homines in iudicium vocentur ostendatúrque aliquid contra leges designasse, tu ita, prout criminis ratio & modus postulat, decidas, statuásque. B At mehercule, si quispiam quò eos calumnietur, istud tentauerit, tu eiusmodi hominē pro nequitia & crudelitate seuerè coarguito: atque adeò sedulò prospicito, vt debitas pœnas luat. Hæc de Adriani epistolæ exemplari.

Quinam sub Antonino Romanorum & Alexandrinorum episcopi fuerint & de eiusdem temporum hæresiarchis. CAP. X.

Huc refer Nicephor. ca. 19. lib. 4. item ca. 2. l. eod. Tertul. Valentinus (inquit) vsque ad tri-gin. æonum fœtus tanquam Æoniæ scrofæ examen diuinitatis effudit, & Christū in substantia corporis fuisse negauit.

Ruff. ca. 10. *Antoninus Pius imperator.* *Hygino episc. Rom. 8.* *Thelesphori martyrium.* *Valentinus, Cerdo, Marcion, hæretici.* *Iren. lib. 3.* * Ruf. c. 11.

POstquam Adrianus vigesimo primo anno imperij sui: vitam naturæ debitam reddiderat, Antoninus cognomento Pius Reip. Romanę gubernacula suscipit. Telesphoro verò, primo huius imperij anno, vndecimo autem sui ministerij) completo, ex hac luce migrante, Hygino ponticaficatus ecclesiæ Romanæ sorte obuenit. Verùm Irenæus narrat, Telesphorum martyrio mortem suam illustrem effecisse: ostendítque eo tempore, quo Hyginus quem dixi, pontificatum ecclesiæ Romanæ gerebat, non modò Valentinum propriæ cuiusdam sectæ erroriśque authorem, verùm etiam Cerdonem, principem peruersæ opinionis quam tuebatur Marcion, cœpisse Romæ cognitum esse. Ita enim scribit: * Valentinus Hygino pontificatum administrante, Romam venit: viguit sub Pio, & ad Anicetum vsque permansit. Cerdo, qui Marcionem anteibat ætate, itidem sub Hygino (qui nonus erat Pontifex) ad ecclesiam venit, suum errorem apertè confitetur, sicque vitam instituit. Interdum clam & ex occulto docet, interdum denuò agnoscit errorem: nonnunquā de doctrinę suæ institutis palàm coarguitur, refutatúrque, atque adeò ex fratrum cœtu frequentiáque excluditur. Ista in tertio libro contra hæreses cōmemorat: In primo autem de eodem rursus Cerdone, hęc quæ sequuntur narrat. † Cerdo quidam, ab his qui erāt Simonis æmuli imitatorésque occasionem arripiens, Hygino Romanam ecclesiam regente, qui ab Apostolorum tēpore nonus erat pontifex, Romam commigrauit: docuitque, Deum à lege & prophetis prædicatum, non esse patrem Domini nostri Iesu Christi. Illum enim cognitum, hunc autem obscurum & ignotum: iustum & seuerum, hunc bonum & benigum fuisse. Marcion item Ponticus huic succedens, impudenter quidem & perfricta fronte

Iren. lib. 1. ca. 28. *Cerdonis hæresis. Vide Epiphan. hæresi. 8. li. 1. tomo. 3. Augustin. hæresi. 21.*

Marcion Ponticus hæreticus, de quo Iren. lib. 1. cap. 8. 9. Epiphan. hæreſ. 8 lib. 1. tomo. 3. Auguſtin. hæreſ. 21.

1 Marcus magus, & hæreticus, de quo Vide Auguſt. hæreſi. 14. Epiphan. hæreſ. 1. tom. 3. lib. 1

iactans conuitia, eiuſdem erroris doctrinam mirè amplificauit. Idem porrò Irenæus, A
Valentini de Materia profundum & immenſum antrum erroris, qui erat in tam multiplices & tortuoſas formas diuiſus, acutiſſima mentis acie tanquam effodiens, in lucémque educens, occultam eius perniciem, & inſtar ſerpentis ſe inter latebras occultantis in intimis receſſibus abditam denudauit. Alium quendam præterea nomine[1] Marcũ magicæ nequitiæ peritiſſimum, eiſdem temporibus emerſiſſe commemorat. Profanos præterea impióſque iſtorum trium ritus, ceremonias, & ſceleſta myſteria, quibus homines qui ſe ad eorum ſectam conferunt, initiantur, apertè docet his verbis: Nonnulli ex illis genialem thalamum apparant, & inuocationibus quibuſdam nefandis abdita myſteria in eos exequuntur, quos ad ſuum errorem admittunt: & illud quod ab illis fit, ſpirituales eſſe nuptias, ad ſimilitudinem connubiorum quæ in cœlis contrahuntur, prædicant. Alij autem eos deducunt ad aquas, & inter baptizandum ita fari ſolent: In nomine ignoti rerum vniuerſarum parentis, & veritatis omnium procreatricis, & illius qui è cœlo in Ieſum delapſus eſt. Alij verò nomina proferunt Hebraica, quò initiatos maiore admiratione afficiant. Quin etiam Hygino poſt quartum pontificatus ſui annum decedente è vita, Pius Romanæ eccleſiæ procurationem obtinet.

Pius Rom. epiſcopus. 9.

Marcus epiſ. Alexandriæ 7. Celadion. epiſ. Alex. 8 Anicetus epiſcopus Romanus 10. Eleutherus epiſcopus. Iuſtinus philoſophus. Iuſtini opus. aduerſus Marcionem.

Aniceto Romæ Pontificatū tenẽte Hegeſippus Romam venit.

Apud Alexandriam, vbi Eumenes decem & tres annos integros adminiſtrationis ſuæ compleuerat, Marcus paſtor & epiſcopus declaratur: qui decem annos eo munere perfunctus, mortem obit, & Celadion Alexandrinę eccleſiæ ſuſcipit gubernationem. In vrbe Roma, & Pio ad decimumquintum pontificatus ſui annum mortem oppetente, Anicetus illius eccleſiæ miniſterio præficitur. Cuius temporibus, Hegeſippus ſe Romam contuliſſe narrat: ibidemque vſque eo manſiſſe, quoad Eleutherus pontifex crearetur: Quibus quidem tẽporibus, Iuſtinus philoſophi habitu, tum verbũ Dei prædicando, tum ſcriptis pro fide acriter concertãdo, magna famæ celebritate enituit. Qui in libro quem contra Marcionem ſcripſit, memorat, eo ipſo tempore quo eum librum contexuit, vitam Marcioni ſuppetiſſe, ita enim loquitur: Marcion quidam Põticus) qui adhuc ſuperſtes eſt, illos qui eius obſequuntur ſententiæ, alium quendam nominare maiorem Deum, quàm mundi opificem, docet: atque etiam dæmonũ ope- B
adiutus, permultos ex vniuerſo hominum genere inducit, vt loquantur blaſphemias, & Deum vniuerſi fabricatorem Chriſti patrem eſſe pernegent: aliúmque quendam præter iſtum, tanquam longè potentiorem, mundum iſtum condidiſſe aſſerant. Atque omnes certè qui ex iſtorum ſchola profecti ſunt, Chriſtiani, vt diximus, nuncupantur, ídque eo modo quo philoſophorum ſectæ & decreta: quæ quidem tametſi minimè ſint communia, illis tamen commune philoſophiæ nomen ſemper tributum eſt. Iis etiam adiungit: Contra omnes hæreſes quæ antehac inter homines vagatæ ſunt, eſt opus à nobis editum: quod quidem, ſi videtur, vobis perlegendum tradimus.

Iuſtini opus aduerſus omnes hæreſes.

De Iuſtini ad Antoninum Apologia. CAP. XI.

Ruffi. c. 12. Iuſtini pro Chriſtianis Apologia Antonino exhibita anno Antonini. 3. Chriſti 143.

2 Antoninus dictus eſt T. Aelius Adrianus quod ab Aelio Adriano imperatore adoptatus eſt. Vide Cuſpin.

Huc refer Nicephori ca. 16. lib. 3. itemque ca. 32. li. eodẽ.

Conſtat item, eundem Iuſtinum tum contra Gentiles librum acuratiſſimè lucubraſſe: tum alios nonnullos, qui Apologiam pro noſtra fide continent, cõpoſuiſſe quos Imperatori Antonino, cognomento Pio, & Senatui Rom. dedicauit. Etenim Romæ eſt id temporis commoratus, Atque in eadem Apologia qui ſit, quo genere & quo loco, natus, explicat his verbis: Imperatori[2] Tito Ælio Adriano Antonino Pio, Cæſari Auguſto, & veriſſimo filio adoptiuo, Philoſopho: & Lucio, Philoſophi Cæſaris naturâ filio, & Pij adoptiuo, humanioris literaturæ fautori: Sacro ſancto etiam Senatui, & P. Rom. pro his qui ex vniuerſo hominum genere immeritò planè & iniuſtè rapiũtur in odium, ignominiiſque vexantur: Iuſtinus Priſci Bacchij filius, exigente Flauia Neapolis vrbis Syriæ Palæſtinæ, vnus ex illorum numero, ſupplex obnixis precibus hanc meam petitionem offero,

Epiſtola Antonini ad populum Aſiæ, de religione noſtra. CAPVT. XII.

Ad hoc & ſeq. c. refer Nicephor. ca. 28. lib. 3.

Ab aliis item fratribus in Aſia degentibus, qui variis cuiuſque modi contumeliis, iniuriiſque à populo prouinciali erant magnopere onerati, idem Imperator rogatus tale editum in communi concilio Aſiæ diuulgari præcepit.

A *Imperator Cæs. Marcus Aurelius Antoninus, Augustus, Armenius, Pont. Max. Trib. Potest. XV. Cos. III. Communi consilio Asiæ S.*

NOui [1] equidem diis curæ esse, ne tales homines impuniti in obscuro lateant. nam illi ipsi, sat scio, de iis qui cultum ipsis tribuere recusant, sunt multo acerbius supplicium sumpturi, quàm vos. Ac quibus hominibus iam ipsi grauem exhibetis molestiam, & tanquam impios, atque à deorum cultu auersos insimulatis, eorum planè, quã habent, magnopere confirmatis religionem. Illis enim magis in optatis est, vt in crimẽ adducti, mortem pro Deo suo oppetant, quàm vt vita fruantur. Vnde sua ipsorum vita hoc pacto prodita, multo maiorem clarioremque reportant victoriam, quàm si imperata, quæ vos ab ipsis fieri postulatis, obirent. Cæterùm de terræ motibus, qui vel præterierunt, vel iam sunt, non alienum à ratione videtur vos commonefacere, quandoquidem & cum adsint, animos dimittitis, & infœlices vestri omnium casus in illorum religionem tanquam eorundem caussam transfertis. At illi cum tale quid eueniat, constãtius firmiúsque Deo fidunt. Vos autem toto illo tempore Deum penitùs ignorare, résque sacras prorsus contemnere, & non solum cultus qui soli Deo debetur, inscij esse & expertes verumetiam eos qui illum obseruant & venerantur, grauiter exagitare, & ad mortem vsque insectari videmini. Pro quibus hominibus multi qui nostris præfuere prouinciis, iam ante diuinissimo sanctissimóque nostro patri literas scripserunt. Ad quos quidem illa rescripsit, nihil eiusmodi viris negotij facessendum, nisi fortè aliquid maleficij contra Rom. imperium designare moliantur. Ad me etiam eorum causa scripsere multi, quibus per literas, patris mei sententiæ & voluntati assentiens, responsum dedi. Quod si quispiam igitur cuiquam Christiano, quia Christianus sit, pergat molestiæ quicquam, aut criminis inferre: ille, cui crimen illatum fuerit: etiam si reipsa Christianus depræhensus sit, absoluatur: qui autem illum accusauerit, iustum debitúmque B supplicium subeat. Hoc edictum Ephesi in communi totius Asiæ concilio diuulgatũ fuit.* Atque ista ita accidisse, Melito Sardensis ecclesiæ episcopus) qui eodem tempore hominum fama celebris fuit) testatur perspicuè suis ipsius verbis quæ sunt posita in Apologia, vtilissima illa quidem, quam pro nostræ fidei & religionis defensione contexuit, eamque Imperatori Vero dedicauit.

De hac epistola Antonini & superiori illa Adriani, plura diximus in decem nostris Ecclesiæ persecutionibus.

* Ruff.c.13

1 *Iustin f.163*

Terræ motus Asiæ frequẽtiores Christianis imputati.

Multi apologias pro christianis ad Imperatorẽ conscripserunt.

*Ruff.c.14

Melito episc. & eiusdem Apologia.

Vide Nicephor. lib. 4. cap. 10.

Quæ de Polycarpo Apostolorum familiari traduntur.

CAPVT XIII.

TEmporibus modò demonstratis, dum Anicetus Rom. ecclesiæ præerat, Polycarpum cui adhuc suppeditabat vita, Romam aduentasse: & cum Aniceto in cõgressum colloquiúmque de controuersia, quæ fuit de die Paschæ celebrando suscepta, venisse, commemorat Irenæus. Aliam item historiam de Polycarpo idem scriptor tradit quam ex tertio eius libro contra Hæreses petitam, his quæ de eo tradita sunt, necessariò putamus adiungendam: quæ ita se habet. Polycarpus non solum ab Apostolis institutus, & cum multis qui Christum oculis conspicati sunt, familiater versatus: sed etiã ab eisdem in Asiam delegatus est, quò Smyrnensis ecclesiæ episcopatum capesseret: quem quidem nos, ineunte ætate, vidimus. nam diu vitam propagauit, & planè grãdis fuit. Qui summa cum admiratione & celebritate martyrium perpessus, cessit è vita: eáque perpetuò docuit quæ ab Apostolis didicerat, quæ Ecclesia tradit, quæ denique sola vera sunt. Atque ista testimonio confirmant cùm omnes ecclesiæ Asiaticæ, tum episcopi qui hactenus successerunt Polycarpo: qui profectò testis veritatis fuit multo fidelior constantiórque, quàm Valentinus, Marcion, & totum reliquum genus eorum qui tot & tam pestiferas in Ecclesiam errorum sectas inuexerunt. Qui tandem, Aniceto Rom. ecclesiæ episcopatum gerente, Romam aduentans, complures ab errore hæreticorum (quos diximus) auocauit, & ad ecclesiam Dei veramque religionem traduxit: palamque prædicauit, se ab Apostolis accepisse hanc vnam & solam veritatem, quæ est ab ecclesia tradita. Sunt etiam qui ab eo audiuerint, Ioannem Domini disci-

Huc refer Nicepho. cap. 10. & 35. lib. 3.

Polycarpi cũ Aniceto disputatio Romæ circa annum Domini. 160

Iren. lib. 3. cap. 3. ait se iuuenem vidisse Polycarpum senem.

Ioannes balneum propter Cerinthū vitat, Marcion primogenitus Satanæ.

Tit. 3. Polycarpi epistola ad Philippenses.

Polycarpus vtitur priori Petri epistola.

pulum, cum Ephesi ad banea se conferret, intúsque videret Cerinthum hæreticum, se A mox è balneo illotum proripuisse: & eos qui vnà erant, hoc modo esse hortatum: Fugiamus ocyus, ne balneum, in quo est Cerinthus, veritatis aduersarius, extemplò corruat. Idem Polycarpus Marcioni in eius conspectum venienti, dicentíque ac roganti, Nosce nos amabò: respōdit, Noui equidem primogenitum Satanæ. Talem enim tum Apostoli, tum illorum discipuli adhibuerunt cautionem, vt ne sermonem quidem cum aliquo illorum qui veritatem fallaciter suis commentis adulterare nitebantur, aliquando conferre vellent. Sicut Paulus admonet: Hæreticum hominem post vnam & alteram admonitionem deuita, sciens quòd talis auersus est, & peccat proprio iudicio cōdemnatus. Est etiam epistola Polycarpi ad Philippenses scripta accuratissimè: ex qua expressam fidei illius notam, & veritatis prædicationem, hi quibus libitum sit, quíque suę salutis rationem ducant, possunt manifestò perspicere. Hactenus Irenæus. Polycarpus quidem in ea epistola, quam diximus ad Philippenses scriptam, quæque adhuc extat, quibusdam prioris epistolæ diui Petri testimoniis vtitur.

Quomodo regnante Vero, Polycarpus, vnà cum aliis, in ciuitate Smyrnæorum martyrium passus sit.

CAPVT XIIII.

Ruff. ca. 15. *M. Aurel. Verus imperator.*

1 Lucius frater appellatur Antonini. quia cum illo adoptatus est Apro: & tamē filius erat Veri.

Epistola Smyrnensis ecclesiæ, complectens Polycarpi martyrium. Anno Mar. 7. Chr. 170.

Huc refer[...] eadē cap[...] Nicepho[...] quæ præce[...] denti capi[...] adnotata sunt: & in[...] super vlt[...] ma ca. [...] eiusdē lib[...]

ANtonino cognomento Pio, cum vigesimum secundum annum imperij sui confecisset, M. Aurelius Verus, eius filius, qui & Antoninus dictus est, cum[1] Lucio fratre, successerunt. Eodem tempore Polycarpus cum Asia maximis persecutionum procellis turbaretur, martyrio supremum vitæ diem egit. Cuius quidem vitæ exitum, literarum monumentis adhuc conseruatum in hac nostra historia memoriæ prodere, cum primis necessarium arbitror. Est autem epistola, ex persona ecclesiæ Smyrnensis, cui præfuit Polycarpus, ecclesiis Ponti scripta, quæ ea quæ ad eius martyrium spectant perspicuè docet, his verbis. Ecclesia Dei quæ Smyrnam incolit, ecclesiæ quæ est Philomilij, & aliis omnibus sanctis & catholicis ecclesiis quæ vbiquè gentium sunt, misericordia, pax, & charitas Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi, affatim impleatur. Scripsimus vobis fratres, quæ videbantur pertinere cum ad alios martyres, tū ad beatum Polycarpum: qui quidem persecutionis flammam contra Ecclesiam incensam, B sanguine suo copiosè per martyrium effuso, penitùs restinxit. Istis deinceps, antequam in martyrij Polycarpi explicationem ingrediuntur, ea quæ spectant ad cæteros martyres, ordine narrant: & qualem, quamque celsam erectamque animorum firmitatem ad dolorum morsus tolerandos ostenderint, scitè describunt, Nam, vt epistola loquitur, vndique qui circunsistebant, cum coram cernerent illos partim flagris ad intimas vsque venas & arterias dilaceratos, sic vt iam viscera, aliaque occultiora membra intimis corporis recessibus abdita oculis omnium subiicerentur, partim buccinorum testis è mari deportatis, & lapillis quibusdam præacutis sustratis afflictos, & per quodque suppliciorum ac tormentorum genus raptatos, & bestiis denique immanibus ad dilaniandum traditos, cum coram (inquam) cernerent, illos hæc omnia tam toleranter sustinuisse, incredili propè admiratione obstupuerunt. Inter quos Germanicum quēdam, qui diuina gratia roboratus, imbecillitatem animi naturaliter insitam quæ efficit vt corporis mortem vehementer extimescamus, erexit, recreauítque propter eximiam & singularem eius constantiam, facilè primas tulisse memorant. Nam cum proconsul illi persuadere conaretur, proponeret ætatem, & magnopere flagitaret vt cum iam adolescens esset, & in ipso ætatis flore constitutus, sui ipsius misericordiam caperet: eum illa minimè curasse, sed abiecta cunctatione, feram parato animo attraxisse ad se, & propè vim corporis sui laniatum impulisse, quò celerius ab hac iniusta & impia vita liberaretur. Verùm quanquam vniuersa multitudo, tum diuini & cœlestis huius martyris fortitudinem & constantiam, propter egregiam & generosam mortē magnoperè admirabatur, tum excelsam vniuersi generis Christianorum virtutem vehementer suspiciebat, tamen subitò vnà omnes hoc pacto cœpisse conclamare: Tolle impios: Quæratur Polycarpus. Quinetiam cum permagna turba istis populi clamoribus de Christianis conquirendis facta esset, Phrygem quendam, nomine Quintum, qui

Germanicus martyr.

Quinti Phrygis à fide defectio.

A qui nuper è Phrygia aduentauerat, simulac immanes feras & terribiles prætereà cruciatus perspexerat, molli & fracto animo attonitum obstupuisse: & tandem, salute prodita, manus præ ignauia dedisse. Declarat quidem eadem quam modò citauimus Epistola, illum non prudenti animi prouisione & consilio adductum, sed temerè & quasi repentino vento incitatum, cum aliis ad tribunal iudicis ruisse: qui simul atque deprehensus tenebatur, illustre & euidens omnibus exemplum proposuisse, ne inconsideratè & imprudenter huiusmodi rebus se aliquando obiicerent. Sed isto modo de illorũ martyrum exitu à nobis expositum sit. Polycarpum autem, qui maximã omnibus admirationem sui excitabat, primùm vt ista de martyribus audiuerat, pacato & tranquillo animo perstitisse: & vultum omnémque mentis statum constantem & immobilem conseruasse. Et quamuis in animo haberet, illic in ciuitate manere: tamen familiaribus petentibus obsecrantibúsque, vt se inde subduceret, demum morem gessisse: ad villã non longè ab vrbe distantem progressum esse, ibíque cum paucis amicorum commoratum: & dies noctésque nihil aliud molitum, quàm preces obnixè & instanter ad Dominũ fundere: quibus quidem supplex efflagitabat, (hoc enim erat illi semper in more positum) vt pax tranquilla concederetur ecclesiis. Ac triduò antequam prehendebatur cum in precibus attentè positus, somno oppressus esset, noctu in visione secundũ quietem vidisse dicitur ceruical flamma accensum de repentè consumi, conficíque. Qua quidem re è somno excitatum, statim visum suum iis qui vnà aderant exposuisse: & quod futurum erat, mente ferè præsagientem, apertè suis prædixisse necessariis, se flammarum incendiis corpori circumiectis vitam pro Christo profundere oportere. Tandem igitur cum illi qui eum omni cura & diligentia conquirebant, instarent, iterum incredibili studio & amore erga fratres compulsum, in aliam villam se transtulisse ferunt. quò quidem non longo tempore pòst, qui illum insequebantur, rectà peruenisse: duósque illius loci pueros comprehendisse, atque alterius illorum indicio, vbi verberibus eum ceciderant, ad Polycarpi diuersorium accessisse. Qui sub crepusculum aduẽtantes, certiores fiebant, eum in superiori conclaui assidere. Ex quo loco licet perfacilè in aliam domum se recipere potuisset noluisse tamen: sed dixisse, Fiat voluntas Domi-

B ni. Quem, vt illos adesse intelligebat, refert epistola, descendisse per gradus, & cum illis adeò sereno ac placido vultu collocutum esse, vt qui virum antea ignorassent, cum oculos in canam eius & ingrauescentem ætatem, in venerandam quoque & constantẽ vultus moderationem coniecissent, viderentur sibi rem permiram videre: rogaréntque ab se ipsi mutuò, Tantáne, quæso, festinatio in tali sene prehendendo suscipi debuisset? istum autem abiecta cunctatione, primùm mensam illis actutùm apponi iussisse: deinde orasse, vt cibum largè & affatim sumerent: vnámque horam, qua liberè orationi vacaret, postulasse. Qua ei concessa, surrexisse: & gratia Domini cumulatè repletũ adeò ardenter precatum esse, vt qui præstò illum audirent orantem, admiratione propè obstupescerent: compluresque illorum tam spectatum, tamque eximia & diuina virtute præditum senem morte affici vehementer condolescerent. Post ista, reliqua illius historia est ad verbum in eadem Epistola hoc modo explicata. Vt primùm finem precandi fecerat, & memoria repetierat omnia quæcunque illi in vita aliquando contigissent, siue magna illa fuissent, siue exigua, siue gloriosa siue ingloria, & totam denique Ecclesiam catholicam per vniuersum orbem dispersam precibus Deo commendauerat, cum iam hora abeundi instaret, satellites eum asino impositum, versus vrbem die festo magni sabbati deduxere. Herodes, qui præfectus pacis dicebatur, & pater illius Nicetes, illi obuiam prodire: qui vbi ad se in rhedam transtulerant, propter
„ eum assidentes, ei persuadere conati sunt ad hunc modum: Quid mali est, istud dicere
„ (Domine Cæsar) & illic sacrificare, & sic tandem saluum euadere, & incolumem? Po-
„ lycarpus primò nullum dedit responsum, sed illis magis instantibus, sic tandem locutus
„ est: Non facturus sum aliquando, quod mihi consulitis. Isti igitur spe illius in suam sen-
„ tentiam pertrahendi deiecti, contumeliosa verba in eum iaciunt: & tanta cum celeri-
„ tate de curru præcipitant, vt inde delapsus, tibiam magnoperè laceraret, læderétque.
„ At ille de ea re minimè laborans, quasi nihil mali fuisset perpessus, lubenti animo à sa-
„ tellitibus ductatus, satis incitato gradu ad stadium proficiscitur. Polycarpo igitur in sta-
„ dium ingredienti, vox è cœlo demissa dixit: Fortis esto Polycarpe, & excelso animo
„ rem gere. Eum à quo esset vox profecta, vidit nemo: vocem autem multi è nostris au-

Polycarpi cõstantia, preces, somnium futuri martyrij præsagium.

προσκεφάλαιον. pòst appellat illud στρῶμα ὑποκεφαλῆς.

De Polycarpi martyrio narratio.

Herodes pacis præfectus & Nicetes pater eius quomodo Polycarpum tentarint.

Vox cœlitùs ad Polycarpũ demissa.

diuerunt:sed propter tumultum in stadio concitatum, multitudo omnino eam audire A non potuit. Illo igitur ad iudicem deducto, simulátque intellectum erat, Polycarpum fuisse comprehensum, ingens tumultus ciebatur. Ex quo proconsul, vbi accessit, sciscitatus est: Túne es Polycarpus? Polycarpus, se eundem esse fatebatur. Tum suadere proconsul, vt Christum negaret, sic locutus: Reuerere ætatem tuam: & alia his similia, quæ ab eiusmodi viris dici solent. Iura per Cæsaris fortunam: Resipisce: dic, Tolle impios. Polycarpus graui & constanti vultu in vniuersam multitudinem, quæ erat in stadio, intuens, & manū versus eos intendens, cum gemitu oculis in cœlum sublatis, dixit: Tolle impios. Præsidi, cum amplius instaret, diceretque: Iurato, conuiciis Christum afficito, & te dimittā. Respondit Polycarpus: Octoginta sex annos illi iam inseruiui, & nullo me hactenus affecit incommodo: quo modo igitur regem meum, qui me ad hoc vsque tempus seruauit incolumem, contumeliosis verbis possum afficere? Proconsule denuò vrgente, ac dicente: Iura per Cæsaris fortunam. Polycarpus: Si, inquit, ad inanē ostentationem, requiris, vt per Cæsaris fortunam iurem (sic enim vocas) & me qui sim ignorare præ te fers, sic, vt liberè & ingenuè loquar, accipito: Christianus sum. Quod si placet Christiani professionem cognoscere, da mihi diem, & audies. Tum proconsul: Istud, inquit, persuade populo. Tibi equidem, inquit Polycarpus, rationem & sententiam meam, (magistratibus enim & potestatibus à Deo constitutis, eum honorem, qui nostrorum animorum saluti nostræque religioni nihil afferat detrimenti, pro dignitate tribuere docemur) impertire non grauabor: sed illos non satis dignos existimo, quibus de fide nostra per responsum satisfaciam. Et proconsul: Bestias, inquit, habeo in promptu: istis te obiiciam laniandum, nisi te maturè pœnituerit. Accerse, inquit: nam nobis rata ac decreta stat sententia: & multū ab eo absumus, vt aliquando animo mutato, nos meliorū pœniteat, quò deteriora sequamur. A sæuitia & crudelitate ad æquitatem & modestiam traduci, est pulchra sane mutatio. Ad quem rursus proconsul: Te, inquit, ardentibus flammarum incendiis domitum & mansuetum reddam, si bestiarū laniatus contemnas, & non resipiscas ocyus. Tum Polycarpus: Ignem, inquit, mihi minitaris, qui ad tempus exardescit ille quidem, sed paulò pòst penitùs extinguitur. Verùm ignem illum futuri iudicij, ad perpetuum impiorum supplicium & cruciatum B reseruatum, omnino ignoras. Sed quid cunctaris? Profer bestias, aut aliud quod lubet. Ista & alia complura locutus, tanto vultus decore & gratia imbutus est, tantáque animi fidentia & alacritate expletus, vti his quæ ei essent tā minaciter obiectata, non modò non conturbatus succumberet, sed contrà certè illum ipsum proconsulem admirabili sua constantia & grauitate prorsus obstupefaceret. Proconsul præconem mittit, qui in medio stadio istud ter prædicaret: Polycarpus professus est se Christianum esse. Quæ vox cum esset à præcone emissa, vniuersa tum gentium, tum Iudæorum multitudo, qui Smyrnam incolebant, animi impetu & bile effrenata exardescens, alta voce clamare: Iste est Asiæ doctor, iste Christianorum pater, iste nostrorum deorum euersor: Iste denique est, qui adeò multos perdocuit, † vt neque diis sacrificent, neque eos adorent. Quæ cum essent locuti, vociferari, & rogare Philippum munerarium, vt leonem, qui Polycarpum discerperet emitteret. Hic verò respondere, non esse ei integrum: quoniam iam ferarum certamina confecta erant. Tunc illis visum est, vno consensu clamando instare, vt Polycarpus viuus in rogum coniiceretur. Ita enim factum oportuerat, vt visio, quæ de ceruicali illi apparuisset, compleretur. Quod quidem cum ardens videret, Deum precatus paululùm, ad fideles tandem, qui cum eo erāt, se conuertit: & mente, prophetico more futura pręsagiens, dixit: Me viuum oportet cremari. Ista igitur erant tanta cum celeritate suscepta, vt dicto penè citius propterea geri viderentur: quòd cùm frequens hominum turba & ex officinis & ex balneis ligna sarmentaque actutùm coarceruabat: tum maximè Iudęi ad hoc facinus (sic enim illorum mos in eiusmodi negotio erat) operam propenso animo conferebant. Verùm vbi rogus extructus & paratus erat, Polycarpus soluto cingulo & omnibus vestibus exutis, calceos etiam sibi extrahere cœpit: quod quidem antea non aliquando facere consueuerat, propterea quòd singuli fideles magno studio inter se contendebant, quis primùm ei in eo munere inseruiens, corpus illius posset contrectare. Nam in toto ætatis curriculo, etiam ante caniciem, propter vitam honestè actam, probéque moratam, magnopere colebatur. Paulo pòst igitur instrumenta, quibus in rogo firmè teneretur, apparata, corpori

Polycarpi cū proconsule ante martyrium colloquium.

Polycarpi cōfessio.

Populus ad cædē deposcit Polycarpum.

Philippus munerarius.

† Vide annot pag. 38. lat. 2. lin. 10

Iudæi suo more gentiles in perniciē Christianorūinstigare soliti ligna cōportant vrendo Polycarpo.

Polycarpus rogum consensurus se parat.

A corpori illius circumiiciũtur. Et cum illum clauis vellent affigere, dixit: Sinite me hoc
» modo, nam qui mihi patientiam ad ignis flammas sustinendas pro sua clementia lar-
» gitur. largietur etiam, vt sine commissuris clauorum, quibus me affigere statuitis, con-
» stans absque vlla corporis commotione rogo adhæreſcam. Idcirco illum non clauis,
» sed vinculis solum colligarunt. Qui manibus à tergo circumplicatis, constrictisque
» tanquam aries insignis & immenso grege delectus, vt holocaustum gratum & acce-
» ptum fieret Deo omnipotenti, sic locutus est: Pater dilecti & benedicti filij tui Iesu
» Christi, per quem tui cognitionem accepimus, Deus angelorum & potestatum, Deus
» totius creaturæ, & iustorum cuiusque generis qui viuunt in conspectu tuo tibi gratias
» ago, quòd me huius diei & horæ celebritate donasti, in qua cùm in martyrum nume-
» ro, tum in calice passionis Christi tui, tormentorum particeps fiam, in resurrectionem
» vitæ æternæ, tam animæ quàm corporis, per immortalem Spiritus sancti virtutem: in-
» ter quos, quæso, martyres, hodie in conspectu tuo pro hostia pingui & accepta, admit-
» tar: sicut præparasti, præsignificasti, & iam tandem compleuisti, qui Deus verus es, &
» omnis mendacij expers. Ac propterea præ cæteris omnibus te laudo, te benedico, te
» glorifico, per Iesum Christum dilectum tuum filium pontificem æternum, per quem
» tibi cum eo in Spiritu sancto gloria nunc & in futura secula seculorum, Amen. Hanc
» vocem, Amen, vbi emiserat, & orandi finem fecerat, carnifices, quibus ignis extruendi
» cura imponebatur, rogum incenderunt. Qui vbi ardentem flammam effuderat, mi-
» raculum ingens illis quibus idem videre à Deo concessum fuit, quique ad ea quæ ge-
» rebantur, cæteris fidelibus verè in posterum narranda erant reseruati, visum est. Ignis
» enim fornicis speciem gerens, tanquam velum nauigij ventorum flatibus turgescens,
» corpus martyris vndique obuallat. Ille in medio constitit, non tanquam caro exusta,
» sed tanquam aurum & argentum in camino ignis ardore probatum. Quinetiam tan-
» tum & tam fragrantem odorem inde hauriebamus, vt idem velut ex thure odorifero,
» aut alio quouis precioso aromate efflatus videretur. Ad extremum igitur cum nefarij
» & impij homines eius corpus ab igne minimè posse consumi viderent, carnifici man-
» data dederunt, vt propitius ad rogum progressus, illum ense stricto confoderet. Qua
B re confecta, tanta cruoris copia effluxit, vt ignem prorsus extingueret: & vniuersa mul-
» titudo quæreret secum magna cum admiratione, vtrùm tantum esset discriminis inter
» infideles & electos: ex quorum numero iste Polycarpus vnus erat, vir nostris tempori-
» ribus omnium facilè præstantissimus: catholicæ Smyrnensis ecclesiæ episcopus, do-
» ctor Apostolicus, & propheta pius. Nam quodcunque verbum ex eius ore exibat, idem
» vel iam expletum erat, vel postea pro certo explendum. Inuidus igitur, odiosus, & iusto-
» rum hominum generi semper infestus diabolus, cum martyrij eius amplitudinem,
» cúmque incorruptam & integram vsque à teneris vnguiculis viuendi rationem, im-
» mortalitatis corona remuneratam, cúmque ipsum propterea stabili & certo præmio
» vitæ æternæ donatum cerneret: omni cura & cogitatione eò incubuit, ne corpus eius à
» nobis inde auferretur: idque adeò, cum permulti è nostris permagna cupiditate duce-
» rentur, & huius rei efficiendæ, & sanctæ illibatæque carnis perfruendæ. Nam certi ho-
» mines Nicetem patrem Herodis, Dalcæ fratrem submonebant, vt præsidem exoraret,
» ne corpus eius cuiquam daret: ne Christiani, inquiunt, crucifixo illo derelicto, hunc
» venerari incipiant. Atque hæc Iudæis submonentibus, obnixéque instantibus, aggres-
» si sunt. Iudæi autem nos, quibus in animo erat illum ex igne eximere, accuratè obser-
» uabant. At illud quidem miseri penitùs ignorabant nimirum nos non aliquando in
» animum posse inducere, vt vel Christum deseramus, qui pro salute omnium qui in
» toto mundo salui sint futuri, crucis tormenta perpessus sit vel alium quempiam ali-
» quando colamus, vt Deum. illum enim qui verè Dei filius est, adoramus. Martyres au-
» tem, vt discipulos & imitatores Domini, propter incredibilem eorum beneuolentiam
» quam in proprium regem & magistrum declarauerunt, meritò amplexamur: quorum
» nos cùm in pietate discipulos, tum consortes in gloria fore optamus. Centurio autem
» cùm videret Iudæos instare contentius, corpus martyris in medio poni, &, vt gentium
» mos fert, igni comburi iubet. Sic nos postea ossa eius, potiora lapillis preciosis, auró-
» que puriora, ex cineribus selecta, eo loco reposuimus, qui illis erat decorus consenta-
» neusque. Vbi sanè nobis in vnum aliquando coactis, Dominus præstabit vt celebrem
« eius martyrij diem, instar natalis festi, cum exultatione & gaudio, quãtum fieri potest,

Apparatus ad comburendum Polycarpum.

Polycarpi iam iam cõburẽdi precatio & constantia.

Miraculum in martyrio Polycarpi.

Polycarpus cũ vri nõ posset, gladio confossus est.

Diaboli astus

Christiani Polycarpi corpus recuperare desiderant.

Iudæorum inuidia aduersus Christianos.

Christi & martyrũ cultus discrimen.

Ossa Polycarpi studiosè collecta.

Reliquiæ Martyrum.

maximo recolamus: idque cùm ad martyrum memoriã, qui antea tale certamen con- A
fecerunt: tum ad eorum exercitationem, mentísque ad talem constantiam preparatio- «
Martyrum memoria, cur recolatur. nem, qui postea Christum eo genere mortis ingenuè confessuri sint. Ista de beato Po- «
lycarpo, qui Smyrnæ martyrium obiuit, cum aliis [1] duodecim ex Philadelphia profe- «
I xij. Martyres Philodelphiæ. ctis, qui idem genus mortis lubentes pertulerunt, literis mandata sunt. Qui solus præ cæteris, multo maxima nominis celebritate apud omnes floruit: vsque adeò, vt ipsis gentibus vbique locorum frequens in ore, & sermone versetur. Talem quidem exitũ, res ab admirabili & apostolico Polycarpo gestæ, tandem consecutæ sunt: cuius historiam in ea quam declarauimus epistola, fratres ecclesiæ Smyrnensis accuratè narrãrũt. Alia etiam aliorum martyria, Smyrnæ eodem temporis momento, quo Polycarpus martyrium perpetiebatur, factitata, in eam de eo conscriptam Epistolam cõgesta sunt.
Metrodori martyrium. Pionius martyr. inter quos Metrodorus presbyter, qui erroris à Marcione inuecti fautor esse putabatur in ignem iniectus, migrauit è vita. Ex martyribus item qui id temporis obierunt, vnus erat Pionius, fama peruagata & multorum præconiis eximius. cuius confessiones sigillatim habitas, cuius ingenuam sermonis libertatem, cuius apologias pro fide coram populo & magistratibus recitatas, cuius conciones ad docendum accommodatas, cuius benigna his qui præ persecutionis acerbitate animis omninò cecidisset, humanitatis officia tributa, cuius iucundas & gratas consolationes, quas in carcere fratribus, qui ad eum ingrediebantur, adhibuit, quæ præterea tormenta sustinuerit, quos in eisdem dolores tolerauerit, quàm acerbos clauorum confixus pertulerit, quantam in rogo animi magnitudinem ostenderit: qualem denique & quam insignẽ mortem, præter alias omnes res ab eo tanta cum admiratione gestas, subiuerit, eos quibus lubitum
Eusebij de martyriis Libellus. est cognoscere, ad Libellum à nobis de Veterum sanctorum martyriis in vnum redactis editum (qui quidem omnia facta illius plenissimè complectitur) amandamus. Sequuntur deinceps in eadem epistola facta memoratu digna aliorum martyrum, qui
Pergamum. Carpus, Papylus, Agathonica, martyres. Pergami (quæ est vrbs Asiæ) mortem oppetiuerunt: vt Carpi, Papyli, & mulieris Agathonicæ: qui Post multas, & eximias fidei ac religionis nostræ confessiones martyrio gloriosam mortem assecuti sunt.

Quomodo Iustinus Philosophus Christi verbum Romæ proffessus matyrium subierit. CAP. XV. B

Ruffi. c. 16. Vnde Iustinũ oderit Crescẽs philosophus Cynicus. TEmporibus iisdem Iustinus, de quo paulò antè mentio facta est, vbi secundum librum, quem pro religionis nostræ defensione edidit, imperatoribus suprà citatis dedicauerat, perdito Crescentis philosophi Cynici conatu (qui quidem caninæ & appellationis & professionis cognomen, quod sibi ipse imposuerat, vita verè & moribus exprimebat) astutè propterea illi parantis insidias, quòd sæpenumero in disceptatione multis audientibus eum coarguisset, tandem pro veritate, quantam strenuè semper propugnasset, per gloriosum martyrium eximiam vitæ æternæ coronam consecutus est. Quod quidem ille ipse, qui veritatis semper studiosissimus fuit, in Apologia sua, quam dudum commemorauimus, propè sicut erat de eo futurum, mente & cogitatione præcipiens, his ipsis verbis satis perspicuè declarat. *Huc refert Nicephor. ca. 32. lib. 3.* Equidem expecto «
vt vel ab aliquo istorum qui nomine solum Philosophi sunt, vitæ meæ parentur insi- «
diæ, & fuste conquassatus obterar: vel à Crescente saltem non philosopho, id est, sapiẽ- «
De sua morte vaticinium Iustin. fol. 131 tiæ studioso, sed philocompo, id est, auido inanis gloriæ. Non enim philosophus dici «
meretur, qui Christianos velut impios insimulat, eósque illarum rerum propalàm «
reos agit, quorum ipse prorsus ignarus sit. Hocque eò moliens, quo solum desiderio & «
Philosophus. Philocompus. voluntati imperitæ multitudinis, quam ipse ac sui similes errore cæcauerunt, satisfa- «
ciat. Quod si, cùm Christi doctrinam non perlegerit, in nos tam nequiter incurset, «
omninò nequam est, & plebeiis imperitísque hominibus (qui maxima ex parte præ- «
cauent, ne de his quæ non norint, vel temerè disceptent, vel falsa testimonia dicant) «
multò planè deterior. Sin verò cum perlegerit magnũ in illis & abditum mysterium «
non intelligat: aut cùm intellexerit (ne veniat in suspicionem, quòd eius religionis sit) «
hæc agat: est multò planè ignauior & nequior: qui quidem imperita ac temeraria vul- «
gi opinione & inani metu victus, tam turpiter succumbit, ceditque. Me autem multas «
questio-

A quæstiones illi proponentem, multáque ab eo sciscitãtem, tandem perspexisse, planéque deprehendisse, eum reuera nihil scire, velim vobis certò esse persuasum. Et quid vera dico, si minus sermonis nostri congressus & colloquia ad vos hactenus relata fuerint: paratus equidem sum, coram vobis denuò cum illo, de his, quæ ab illo rogabam disputare. Atque istam disputationem audire, non erit à vestra Regia & Augusta Maiestate alienum. Verùm si vobis tum quæstiones à me propositæ, tum illius ad easdem, responsa explorate cognita & perspecta sint, satis pespicuè intelligere poteritis, eum aut nostræ religionis ne verbum quidem scire: aut si sciat ille quidem, non tamen propter auditores audeat dicere, non Philosophum (vt antea dixi) id est, studiosum sapientiæ, sed Philodoxum, hoc est inanis gloriæ appetentem esse, manifestò coargui, quippe qui ne Sacraticam quidem disserendi rationem, quæ sanè non parui facienda est, vlla ex parte sequi voluerit. Hæc Iustinus. Quòd autem secundum illius ipsius prædicationem, Crescentis insidiis appetitus, mortem obierit, Tatianus, vir planè cùm primo ætatis suæ tempore Græcis disciplinis deditus, tum in iisdem postea non exiguam gloriæ amplitudinem assecutus, qui quidem plurima monumenta scriptis prodita post se reliquit) in libro quem contra Gentiles componebat, sic ferè commemorat. Iustinus omnium admiratione cum primis eximius, rectè quidem effatus est, eos, quos dixi,[1] philosophos latronibus similes esse. Deinde vbi alia quædam de eodem hominum genere retulerit, ista addit. Crescens quidem, qui in [2] magna illa eximiáque vrbe domicilium suum collocauerat, sicut omnes nefario puerorum concubitu superauit, sic auaritiæ quoque admodum deditus fuit: qui cùm alios ad mortem cotemnẽdam esset cohortatus, ipse eandem admodum extimuit: adeò vt Iustinum, propterea quòd dum veritatem prædicare studebat, philosophos, helluones & veteratores esse coarguisset, morte, tanquam aliquo magno malo circumretire laboraret.

Philodoxus.

Tatianus testatur Iustinũ accusatore Crescente sublatum: Quod est factum circa annũ Domini 170.

1 Philosophi latronibus similes.

2 Romam intelligit, vbi Iustinus cum Crescente disseruit: Vide Hier. in Catal. scriptor. ecclesiast.

De martyribus, quos Iustinus separato volumine commemorat.

CAPVT XVI.

B

Huc refer Nicephor. ca. 33. lib. 3.

IVstini verò martyrij, vt docuimus, talis causa perhibetur: qui quidem in priore sua etiam Apologia, antequam martyrij certamen, quod obierat, commemorat, aliorũ qui ante illum martyrium perpessi fuissent, facit mentionem: atque adeò ista quæ sequuntur, quæ planè ad nostrum institutum non parum accommodata putamus, narrat hoc modo. Mulier quædam, cuidam viro magna lasciuia diffluenti, in matrimonium data fuit: quæ quanquam iam antea eodem intemperantiæ vitio contaminata erat, tamen simulac Christi doctrina ac præceptis erat erudita, non solùm ipsa cœpit valde moderatè & temperanter se gerere: sed viro etiam persuadere, vt similiter se temperantiæ & vitæ modestiæ dederet: doctrinæ præcepta, quæ didicerat, ei referre: commonstraréque supplicium, his qui neque temperatè, neque recta ratione vitam degũt, perpetuo & æterno igne infligendum. At ille eisdem libidinis vestigiis insistens, suorum improbè factorum turpitudine, vxoris animum abs se penitùs abalienauit. Nam hæc, cùm in eodem lecto cum viro, qui contra naturę legem, atque adeò contra ius fásque omne, toto pectore, vt dicitur, omnes omninò voluptatis vias instare pergebat, de reliquo cubare nefas duceret: cupiebat, lege coniugij rupta, ab illo separari. At postquam ab amicis, qui consilium dederunt, vt adhuc cum eo perseueraret, perinde ac vir, iam spem quandam suæ vitæ commutandæ ostentaret, dissuasa, deque sententia depulsa est: & inuita seipsam comprimens, ad tempus commorata. Cæterùm vbi eius vir Alexandriam profectus, se maioribus sceleribus obstringere nunciabatur: illa, ne scelerum & flagitiorum ab eo impiè admissorum, si in coniugio perstaret, particeps & socia fieret, præsertim cùm non victus solùm esset, sed tori etiam consors, dato ei libello repudij, sic enim appellamus, penitùs ab illo discessit. Honestus ille scilicet & bonus eius maritus, quem planè magnam læticiam eo capere oportuerat, quòd non modò eius vxor sua prauè facta, quæ olim ebrietate, & quouis vitiorum genere effusè exultans, cum seruis & mercenariis consueuisset alacri animo & prompto consciscere, omninò exuisset, sed etiam eum eadem molientem vehementer, esset hortata, vt prorsus desisteret, honestus ille, inquam maritus, cùm eius repudiasset consilium, eã

Ruff. c. 17.

Iust. fol. 110.

Vxor Christiana marito ethnico ob vitæ turpitudinem repudij libellum mittit.

Impurus maritus vxorem Christianismi accusat.

diſcedere cupientem grauiter apud tuam Maieſt. accuſauit, & Chriſtianam eſſe aſſeruit. Vnde illa quidem tibi, qui noſtri imperium geris, querelæ libellum obtulit: primũ obteſtata, vt ſibi ſuæ rei familiaris diſpenſandæ poteſtas permitteretur. Qua quidem ordine ſemel diſpoſita: pollicita eſt ſe deinceps crimini obiecto reſponſuram. Quod quidem ei facilè conceſſiſti. Ille autem qui eius aliquando maritus fuiſſet, cum nihil poſſet amplius in præſentia contra eam dicere, in Ptolemæum, quemdam eius in ſacris literis magiſtrum (quem Vrbicius præfectus graui afficiebat ſupplicio) omnem ſuam maleuolentiam transfudit: idque hac arte & fallacia Centurioni amico ſuo perſuaſit, vt Ptolemæum ſeorſum prehenſum, vel hoc vnum interrogaret, vtrum eſſet Chriſtianus nécne. Atque Ptolemæum, vtpotè veritatis fautorem, qui animum neque fraude neque mendaciis aliquando inquinauiſſet, cùm ſe Chriſtianum ingenuè eſſet confeſſus, Centurio in carcerem denuò compegit, & longo temporis ſpatio in ea cuſtodia illum grauiter & acerbè afflictauit. Tandem verò cùm Ptolemæus ad Vrbicium duceretur, & ſimiliter iſtud ſolum rogaretur ab eo, eſſétne Chriſtianus, an non: Ipſe rectè factorũ conſcientia fretus, ob amorem quo Chriſti doctrinam complectebatur, eximium diuinæ religionis, quam profitebatur, myſterium liberè denuò confeſſus eſt. Qui enim negat ſe eſſe, quem ſe profiteatur eſſe: aut certè negat, quia profeſſionem ipſam improbet: aut eam confiteri recuſat, quia ſibi conſcius, ſit ſe vitam indignam illa profeſſione, & ab eius inſtitutis longè alienam traduxiſſe. Quorum neutrum in verè Chriſtianum aliquando poterit incidere. Vrbicium autem, cùm illum ad ſupplicium duci præcepiſſet, Lucius quidam (qui etiam Chriſtianus erat) cum iudicium adeò temerè & inconſideratè factum intelligeret, ſic compellat: Quid cauſæ eſt, cur hominem, qui neque adulterium neque ſtuprum cuiquam intulerit, neque homicida, neque fur, neque expilator ſit, neque quicquam denique ſceleris conſciuiſſe deprehenſus fuerit, ſed ſolum Chriſtiani nomẽ apertè confeſſus, tanta pœna mulctare ſtatueris? Crede mihi Vrbici, neque Imperatori pio decora & conuenientia, neque Philoſopho Cæſaris filio digna, neque ſacro Senatui congrua decernis. Tum ille, nullo alio dato reſponſo, ſic Lucium alloquitur: Tu etiam, vt mihi videris, ex eo numero es. Quod cum Lucius conſtanter aſſeueraſſet, illum itidem in cruciatum abripi mandauit. Iſte permagnam ſe ei debere gratiam fatebatur: nam ita ſe non iniquis ſolum & improbis eiuſmodi dominis liberatum fore dixit, ſed etiam ad bonum patrem & clementem regem Deum rectà profecturum. Alius præterea tertius his interueniens, ad idem ſupplicium ſubeundum adiudicatus eſt. Quibus ſanè Iuſtinus aptè & congruenter, eas voces, quas iandudũ memorauimus, adiungit: Et ipſe equidem expecto, vbi ab aliquo iſtorum qui nomine duntaxat Philoſophi ſunt, vitæ meæ parentur inſidiæ: & quæ ſequuntur.

Quantam crudelitatem exercuerit Vrbicius præfect⁹.

Abneganda profeſſionis Chriſtianæ cauſæ.

Lucij Parrheſia in profeſſione fidei.

Ptolomæi & Lucij martyria.

Martyrium cuiuſdam non nominati.

Quínam ad nos Iuſtini libri peruenerint. CAP. XVII.

Ruffi. ca. 18. *Iuſtini martyris ſcripta.* — *Huc refer Nicephor. ca. 6. lib. 4*

HIc Iuſtinus multa ſanè & præclara ſui ingenij Sacrarum literarũ cognitione accuratè informati, & in eiſdem valdè diligenter exercitati, monumẽta nobis reliquit: eaque certè plena vtilitatis & commodi cuiuſque generis. Ad quæ quidem ſtudioſos quoſque mittemus, ſimulatque ex illis ea tantummodo quæ ad noſtram noticiam peruenerunt, ad legentium vtilitatem percenſuerimus. Eſt vnus quidem illius liber Antonino cognomẽto Pio, liberis eius, & Senatui Romano dedicatus, qui noſtræ religionis & inſtitutorum propugnationem cõplectitur. Alter autem, qui ſecundam pro fide noſtra continet Apologiam: quem eius imperatoris, quem diximus, ſucceſſori & gentili Antonino Vero (cuius tempora in præſentia perſequimur) obtulit. Alius item libellus eſt contra Gentiles ab eo editus, in quo vbi de multis rebus quæ tum apud nos, tum apud Gentiles Philoſophos quæri ſoleant, longum ſermonem habuit, tandem de dæmonum natura diſſerit: quæ iam oratione explicare non eſt opus. Aliud præterea eius opus contra Gentiles ſcriptum in manus noſtras peruenit, quod Elenchum inſcripſit. Et præter iſta, eſt aliud de Dei monarchia, quam non ſolùm teſtimoniis ex Sacris literis quę apud nos ſunt, ſed etiam ex Gentilium libris petitis firmè cõprobat. Aliud, cuius inſcriptionem fecit Pſaltem. Alius porrò [1] de anima commentarius, in quo variis poſitis quæſtionibus de argumento quod inſtituit, Græcorum philoſophorum opiniones citat:

Apologia 1.

Apologia. 2

Liber contra Gentes.

Elenchus.

De Dei monarchia.

Pſaltes.

1 Commentarius de anima

A citat: quibus tum se responsurum, tum suam ipsius sententiam alio libro separatim in idem argumentum scripto, explanaturum pollicetur. Disputationem preterea aduersus Iudæos contexuit, quam in vrbe Epheso cum Triphone Hebræorum id temporis facilè præstantissimo habuerat: in qua non solùm qua ratione diuina gratia ipsum ad veræ fidei doctrinam impulisset, sed etiam quàm ardenti studio antea in Philosophorum disciplinas se penitus insinuasset, & quantum denique studium operamque in veritate accuratissimè peruestiganda posuisset, perspicuè docet. In eodem etiam libro narrat de Iudæis, quo pacto insidias ad Christi doctrinam oppugnandam comparauissent: atque in Tryphonem, tanquam earum rerum causam & authorem, grauiter inuehitur, ad hunc modum. Non solùm vos, vestrorum improbè factorum, quæ patrastis, nõ pœnituit: sed viros tandem ab Hierusalem ad hoc ipsum delectos in omnes » terræ oras emisistis, qui palàm dicerent, sectam quandam impiorum Christianorum » nuper exortam esse: aliaque recenserent, quæ qui nos, nostramque vitæ rationem om- » ninò ignorent, nobis tanquam probra obiiciant. Quare non solùm vobis ipsis, sed om- » ninò etiam omnibus aliis hominibus damnũ attulisse videmini. Scribit præterea, quo modo ad sua ipsius vsque tempora dona prophetiæ in ecclesia eluccrent. Meminit itẽ Ioannis Apocalypsis, eamque Apostoli esse ferè affirmat. In Tryphone item coarguẽdo, de quibusdam prophetarum testimoniis mentionem facit, quæ Iudæi è Scriptura penitùs exemissent. Complures aliæ inter nonnullos fratres extãt illius lucubrationes. Eius scripta tam magno æstimabãtur à veteribus, tamque videbantur probata, vt Irenæus eius libenter citet testimonia. Ac primùm in quarto libro contra Hæreses, hæc » ipsa inculcat. Præclarè dixit Iustinus in libro quem scripsit contra Marcionem, ne ipsi » quidem Domino se fidem abhibiturum, si alium Deum præter ipsum mundi fabri- » catorem ei denunciaret. Deinde in quinto libro eiusdem argumenti, iis ferè verbis nõ inscitè loquitur Iustinus, quòd ante Domini aduentum Sanatas nunquam probra in Deum & contumelias iacere audebat, quippe nondum suam ipsius condemnationẽ pro certo nouerat. Atque ista hoc loco necessariò explicata sint, ad studiosos quosque diligenter cohortandos, vti huius libros cum primis amplexentur, recolantque. Sed de hoc scriptore hactenus.

Dialogus cũ Tryphone Iudæo habitus.

Iust fol. 43. cin. 1.

Ioannis Apocalypsis.

Iudæi falsarij

Irenæi lib. 4. cap. 4.

Testimonium de Iustino.

3 cap. à fine. Vide Erasmũ Rot. hoc loco in Iren.

B *Qui Vero imperante, Romanæ & Alexandrinæ Ecclesiæ antistites fuerint.*

CAPVT XVIII.

Vide Nicephor. lib. 4. cap. 19.

IAm verò imperio Antonini Veri, de quo suprà disseruimus, ad octauum annum deuoluto, cùm Anicetus ecclesiæ Rom. pontificatu vndecim annis continuis perfunctus fuisset, Soter in eius locum succedit. Quinetiam vbi Celadion quatuordecim annis ecclesiam Alexandrinam procurauerat, [1] Agrippa eam capessit.

Ruff. ca. 19. *Soter Rom. episcop. 11. anno Christi 171*
1 al. Agrippinus. sic Ruff.

Qui sub eodem Antiochenæ ecclesiæ episcopi fuerint.

CAPVT XIX.

Vide Nicephor. lib. 4. cap. 19.

ANtiochenæ ecclesiæ cùm post Heronẽ Cornelius quartus ab Apostolis præfuisset quo mortuo Heros quintus ordine episcopatum obtinuit) Theophilus sextus episcopus designatus fuit.

Ruff. c. 20. *Heros. Cornelius, Theophilus, episcopi 3. 4. 5. Antioh.*

De Scriptoribus ecclesiasticis, qui horum tempestate claruerunt.

CAPVT XX.

Ibidem.

IIsdem temporibus Hegesippus in Ecclesia magna cum laude floruit, qui ex superiore nostro sermone potest satis exploratè cognosci. Dionysius etiam Corinthiorum episcopus, & Pinytus Cretæ episcopus, Philippus, præterea, Apolinarius, & [2] Meliton Musanus, & [3] Modestus, [4] Irenæus denique etiam eodem tempore viguerunt. Quorum diligentia & labore recta integræ fidei & Apostolicæ traditionis opinio ac sententia scriptis prodita, ad nos peruenit.

Ruffi. ca. 21. *Hegesippus. Dionysius. Pinytus Philippus. Apollinarius. 2 Meliton. 3 Modestus. 4 Irenæus.*

A

De Hegesippo, & iis quorum ipse mentionem facit.

CAPVT XXI.

Ruff. c. 22. *Hegesippi scripta, & descriptio veteris ecclesiæ.*

Huc refer Nicephor. ca. 26. lib. 3. & 7. lib. 4.

HEgesippus quinque libris, qui ad nos peruenerunt, accuratissimam plenissimáque suæ sententiæ & opinionis de fide declarationem post se reliquit. In quibus ostendit, se in itinere Romam versus suscepto, multis cum episcopis sermonem cõtulisse: & vnam eandémque accepisse ab omnibus doctrinæ formam & institutionem. Atque illum quidem post alia, quæ de Clementis ad Corinthios epistola disseruit, ista quæ sequuntur narrãtem audire licet. Ecclesia Corinthiorũ in vera rectaque doctrina constãter perstabat vsque ad Primum, qui ibidem gessit episcopatum. Qui cum ipse, dũ Romam versus nauigabã, de religione nostra communicaui, & Corinthi non paucis diebus commoratus sum: in quibus, dum inter nos de doctrina Catholica multa conferebamus, non parũ vterque ab alterius consuetudine cœpit oblectationis. Cum essem Romæ, mansi ibi vsque ad pontificis Aniceti tẽpora: cuius tum quidẽ [1] Eleutherus diaconus erat. Huic successit [2] Soter: quo morte extincto, Eleutherus munus episcopale capessit, Nulla episcoporum sedes, successione ab Apostolis deducta, nulla ciuitas, in qua non ita seruata essent omnia, vt lex præscripserat, docuerãt prophetę, & Dominus ipse prædicauerat. Idem author errorum suæ ætatis origines his vocibus planè demõstrat. Postquam Iacobus cognomento Iustus pro veritatis defensione, sicut & Dominus ipse, trucidatus fuit: [1] Simeon filius Cleophæ, qui auunculus Christi fuit, episcopus creatus est: quem omnes discipuli, quoniam Domini consobrinus erat, secundo loco suffragiis illi administrationi præfecerũt. Et quoniã ecclesia nõdum erat falsa peruersę Hæreticorum doctrinæ inanitate corrupta, idcircò Virgo appellata fuit. At Thebulis, propterea quòd in petitione episcopatus repulsam tulerat, eã erroris labe ex occulto inficere exorsus est. Qui quidẽ vnus erat ex eorum numero, qui ex septẽ sectis in populo Iudaico prosemi natis oriebantur. Ex quibus sectis originẽ erroris duxit Symon, vnde Symoniani: & Cleobius, vnde Cleobiani: & Dositheus, vnde Dositheani, & Gortheus, vnde Gortheani: & Masbotheus, vnde Masbotheani. Atque ex istorum fontibus profluxerunt Menandrianistæ, & Marcionistæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, & Basilidiani, & Saturniliani: quorum singuli separatim variam illam quidem, suam tamen & propriam inuexere opinionem. Ab illis item nascebantur Pseudochristi, Pseudoprophetæ, & Pseudapostoli, qui adulterina & corrupta peruersæ doctrinæ contagione, contra Deum & contra Christum eius inducta, concordiam & vnitatem Ecclesiæ tanquam membratim discerpserunt: Idem scriptor præterea varias sectas, quæ inter Iudæos iam olim viguerant, recenset ad hunc modum. Fuerunt variæ & discrepantes sectæ inter eos, qui erant ex circuncisione, id est, inter filios Israel: illæque contra tribum Iuda, & Christum ipsum introductæ: nimirum Essæi, Gallilæi Hemerobaptistæ, Masbothei, Samaritę, Sadducęi, Pharisæi. Alia etiam complura literis persequitur, quæ aliqua ex parte iam antea, pro vt tempus ferebat, commemorauimus. Nonnulla item cùm de Euangelio quod secundum Hebræos, quódque Syriacum dicitur, tum separatim de Hebraicæ linguæ proprietate disputat: séque narrat, tametsi erat Hebræorum stirpe ortus ab eorum tamen religione & institutis ad fidem Christi venisse. Alia item, tanquam à Iudaica traditione sine scripto accepta memorat. Porrò autem non hic solus, sed Irenæus, & tota veterum turba, Prouerbia Salomonis librum esse præclara eximiaque sapientia refertum affirmabant. Quinetiam dum de sacræ Scripturæ libris qui inter Apocrypha numerantur, disserit, quosdam ex illis suo ipsius tempore à quibusdam hæreticis falsò confictos esse narrat.

Primus epis. — *Anicetus. 1 Eleutherus. 2 Soter.* — *Iacobus Iust. 2 Symeon Cleophæ F. Ecclesia virgo appellata. Thebulis repulsæ impatientia factus hæreticus. Symeon, Cleobius, Dositheus, Gortheus, Masbotheus, hæresiarchæ. Sectarum origo quæ sit.* — *Iudæorũ sectæ.* — *Euangelium secundũ Hebræos, & Syriacum.* — *Prouerbia Salomonis. Apocrypha ab Hæreticis confinguntur.*

Vide Epiph. li. 1. to. 1. hæresi. 12. 13. — B — Vide Epiph. li. 1. tom. 1. hæresi. 11. Augustin. hæres. 3. 11.

De Dionysio Corinthiorum Episcopo, & epistolis quas scripsit.

CAPVT XXII.

Ruffi. c. 23. *Dionysij Corinth. episcop. epistolæ.*

Huc refer Nicephor. ca. 8. lib. 4.

VErùm iam ad alios pios viros sermonẽ transferamus. Et primùm dicamus de Dionysio, tum quòd Corinthiorum ecclesiæ episcopalẽ sedem adeptus sit: tum quòd suas præclaras & diuinas vigilias non solùm iis quibus præfuit, sed aliis etiam aliarum ecclesiarũ incolis affatim impertierit: & sanè catholicis suis Epistolis, quas ad ecclesias

exaruit

A exarauit, omnibus permultum vtilitatis attulerit. Quarum vna est ad Lacedæmonios, quæ illos tum in orthodoxa & recta fide erudiat, tum de pace & vnitate commonefaciat. Altera ad Athenienses missa, quæ illos & ad veram fidem, & ad vitam ex Euangelij præscripto piè degendam excitet: qua spreta & contempta, eos vehemēter reprehendit, quòd à verbo Dei penitùs ferè ab eo tempore descissere cœpissent, quo Publius, qui illis præfuit, martyrium ob persecutionum tempestates tum quidem ingruentes, fortè perpessus est. De Quadrato etiam, qui illorum ecclesiæ post Publium martyrio defunctum, creabatur episcopus, in eadem epistola mentionem facit, attestatus, quòd eius labore & industria tum ad ecclesiam reducti essent, tum ardorem fidei propè in ipsis restinctum denuò recuperassent. Declarat præterea, Dionysium Areopagitam à Paulo Apostolo ad fidem conuersum (sic enim Acta Apostolorum referunt) primum Atheniensis ecclesiæ episcopatum administrasse. Alia quædam extat eius epistola ad Nicomedenses: in qua Marcionis hæresim acriter impugnans, veritatis regulæ egregiè patrocinatur. Ad ecclesiam item quæ est Gortinæ, simul cum reliquis Cretensibus ecclesiis, scripsit epistolas: in quibus Philippum episcopum eò magnoperè collaudat, quòd ecclesia quam regebat, propter multas & generosas virtutes, quibus erat imbuta, testificatione omnium plurimùm esset approbata: eámque sedulò commonefacit, vt nefariam hæreticorum peruersitatem omni cura & cogitatione declinet. Aliam epistolam ecclesiæ quæ Amastrim obtinet, vnà cum aliis Ponti ecclesiis misit, in qua Bacchylidis & Elpisti mentionem facit, vtpotè qui illum ad scribendum fuissent hortati: in qua etiam nonnulla loca Scripturæ sacræ explicat, eorúmque episcopum [1] Palmam nominatim citat. multa de nuptiis & castitate illos hortatur: & eos qui quocunque casu, siue grauis alicuius peccati noxa, siue hæretico pestiferóque errore, Ecclesia excidissent, denuò in Ecclesiam modò se totos conuerterent, clementer recipiendos præcipit. Istis porrò alia ad Gnosios annumeratur epistola: in qua Pinytum ecclesiæ illius episcopum admonet, ne graue onus castitatis fratribus ex necessitate imponat, sed multitudinis accuratè consideret imbecillitatem. Ad quam Pinytus rescribens, quanquam Dionysium propter epistolam veneratur ac laudat, illum tamen è contrario obsecrat, vt iam aliquando cibum illis impertiat solidiorem, & perfectiore doctrina populum eius procurationi commissum educet: ne vmbratili cuidam institutioni & molli instar

B lactis perpetuò assuefacti, puerili quadam disciplina nec opinantes consenescant: in qua quidem epistola non modò recta Pinyti de fide opinio, & cura de plebis vtilitate sibi subiectæ suscepta, verum etiam eloquentia, & literarum diuinarum intelligentia, tanquam in viua quadam & expressa effigie liquidò patesit. Extat etiam alia Dionysij ad Romanos epistola, episcopo Soteri, qui tum illam ecclesiam gubernauit, dicata: cuius quidem verba in medium proferre, non erit ab instituto alienum. nam Romanorum consuetudinem, quæ assiduè ad hanc persecutionem nostra ætate grassantem

„ seruata est, magnoperè approbans, ista scribit: Apud vos is mos iam inueterauit, vt
„ omnes fratres variis afficeritis beneficiis, & ecclesiis permultis quæ in quaque ciuitate
„ sunt, vitæ mitteretis subsidia. Sic planè non solum egētium subleuatis inopiam, verùm
„ etiam fratribus qui sunt ad metalla damnati, opem fertis: sicque per ea beneficentiæ
„ subsidia, quæ iam à primis ecclesiæ vestræ iactis fundamentis passim mittere consueui-
„ stis, cùm sitis Romani, Romanorum consuetudinem à patribus traditam sedulò obser-
„ uatis: quam quidem certè beatus Soter vester episcopus, & hactenus custodiuit dili-
„ genter, & mirum in modum suo propenso studio adauxit: idque non modò opes in san-
„ ctos reficiendos delegatas benignè subministrando, verumetiam fratres ad ipsum ad-
„ uentantes, tanquam pater indulgens & clemens in liberos, beato ac pio sermone ad
virtutem cohortando. In hac eadem epistola, etiam Clementis ad Corinthios epistolæ mentionem facit, declarátque ex pristino more ab antiquis temporibus repetito eam
„ in ecclesia legi solere. Sic enim loquitur. Hodie sacrum diem Dominicum celebra-
„ uimus, in quo vestram epistolam, quo vos ad studium pietatis cohortaremur, legimus:
„ quam semper, sicut etiam priorem nobis à Clemente missam, ad nostram institutio-
„ nem legere solemus. Præterea idem author ista de suis ipsius epistolis, tanquam à qui-
„ busdam deprauatis & de industria corruptis, loquitur. Epistolas rogatu quorundam
„ fratrum, qui me ad scribendum impellebant, conscripsi. Atque eas ministri diaboli
„ zizaniis refererserunt. nam quædam pro suo arbitratu exemerūt, alia adiecerunt: quibus

Ad Lacedæmon. 1. ad Atheniens. 2.

Publius Athenien. episcop. Quadratus eius successor.

Dionysius Areopagita. Actor. 17.

Ad Nicomedenses.

Philipp. Gortinæ episcop.

Ad Gortinéses & cæteros Cretenses.

Bacchylides. Elpistus.

1 Palmas epi. Galmā alias

Ad Amastrinam reliquasque ponti ecclesias.

Pinytus episc.

Ad Gnosios

De castitate iniungenda dissertatio.

Soter episcop.

Ad Romanos.

Romanæ ecclesiæ laudata consuetudo.

Clementis ad Corinth. epistola in veteri ecclesia legi solita.

planèvæ in extremum iudicium repositum est. Nec mirum certè si quidam Dominicas scripturas dedita opera deprauare aggressi sint: cùm has meas, quæ non sunt certè eius generis, adulterare studuerint. Est enim præter istas, alia quædam Dionysij epistola ad Chrysophoram, sororem fidelissimam, missa: cui dum ea quæ sunt eius institutioni valdè consentanea perscribit, alia etiam tanquam alimenta rationi & menti instituendæ accommodata impertit. Hæc à Dionysio scripta accepimus. A

Dionysio etiā num superstite hæretici epistolas eius deprauabant.

Ad Chrysophoram sororem.

De Theophilo Antiochenorum episcopo. CAPVT XXIII.

Ruf. c. 24.

Theophili Antioch. episcopi scripta.

Ad Autolicum contra Hermogenis Hæresin, catechismi.

Theophili verò (quem Antiochenæ ecclesiæ episcopum fuisse suprà mōstrauimus) tres libri extant, quos religionis elementa & quasi seminaria complectentes, Autolico dedicauit. Aliud item opusculum edidit, cuius inscriptio est, Contra Hermogenis hæresim: in quo testimoniis sumptis ex Apocalypsi Ioannis vtitur. Alij sunt eius libri, qui ad primam Christiani in fide institutionem spectant. Cùm verò hæretici tanquam zizania, etiam id temporis non minus quàm antea, syncera Apostolicæ doctrinæ semina hominum mentibus mandata labefactare niterentur, ecclesiarum vbique pastores illos tanquam immanes quasdam & agrestes belluas à Christi ouibus arcere, & à præda depellere laborant, interdum fratres admonendo, cohortandóque non rarò, ipsos hæreticos aperto marte adoriendo, & coràm absque scripto tum disserendo cum illis, tum eorum errores refutando: nonnunquam quibusdam commētariis quos diligenter scripserant, opiniones ab illis inuectas accuratissimè coarguendo. Theophilum autem cum aliis nonnullis contra eos viriliter dimicasse, ex libello quodam summa industria ab eo contra Marcionem elaborato, (qui quidem cum aliis eius libris, quos diximus, est ad hoc vsque tempus reseruatus) satis perspicuum est. Huic Theophilo Maximinus, qui episcopus ecclesiæ Antiochenæ septimus ab Apostolis erat, successit.

Huc refer Nicephor. c. 9. lib. 4. Vide Augustin. hæresi 41.

Duobus modis patres contra Hæreses pugnarūt: scriptis scilicet ac viua voce. Contra Marcionem.

Maximinus Antioch. episcop. 7.

De Philippo Gortinensis parœciæ episcopo, & de Modesto & Irenæo historiographis. CAPVT XXIIII.

B

Philippus porrò, quem Dionysij testimoniis ecclesiæ Gortynensis episcopum fuisse cognouimus, longè accuratissimum opus contra Marcionem contexuit. Idem ab Irenæo factitatum est. * Modestus quoque egregiè præter cæteros, viri illius errorem expiscatus, omnium oculis subiecit ad contemplandum. Alij item complures scriptores extiterunt, quorum lucubrationes adhuc in permultorum fratrum manibus integrè custodiuntur.

Vide Nicep. lib. 4. c. 9.

Marcionis hæresis impugnata à Philippo Irenæo Modesto.

Ruf. ca. 25.

De Melitone Sardeorum episcopo, & de iis quos hic commemorat. CAPVT XXV.

Ruf. c. 26.

In eorum numero, quos suprà citauimus, fuerunt Meliton Sardensis ecclesiæ episcopus, & Apolinarius episcopus Hierapolitanæ ecclesiæ, qui permagna famæ celebritate floruerunt: quorum vterque separatim librum pro fidei nostræ defensione Romanorum [1] imperatori (quem antea suo tempore memorauimus) dicauit. Ex operibus quæ isti duo conscripserunt, hæc quæ sequuntur ad nostram peruenere notitiam. Primùm Melitonis duo de Paschate libri. Alius de recta vitæ Christianæ institutione: de Prophetis alius. Liber item de Ecclesia. Alter de die Dominico. Est præterea eiusdem liber de natura hominis, de eius Creatione, de Obedientia fidei, de Sensuum sedibus. Istis accedit liber de Anima & corpore. Inter quos est etiam liber de Lauacro regenerationis, de Veritate, de Fide, de Generatione Christi. Liber etiam eiusdem de Prophetia, de Hospitalitate: vnus item qui Clauis inscribitur: alius etiam de Diabolo: alius de Apocalypsi Ioannis, de Deo incarnato. Postremò liber ad Antoninum scriptus. In libris quos de Paschate confecit, tempus quo illos scripserit, in ipso illorum exordio his verbis refert: Cum Seruilius Paulus esset Asiæ proconsul (quo quidē tempore Sagaris martyrij corona donatus fuit) magna apud Laodiciam orta est controuersia de paschate: quod quidem festum fortè eodem temporis articulo, quo oriebatur controuersia,

Huc refer Nicephor. c. 10. lib. 4.

1 Antoninū Verum intelligit.

Melitonis episcopi scripta.

Quæstio de Paschate. Sagaris martyr.

A trouersia, incidit. Atque illis ipsis diebus etiam ista à me de festo illo fuere perscripta. » Huius operis meminit Clemens Alexandrinus, in libro suo de Paschate conscripto: » quem se contexuisse memorat, ansa scribendi ex Melitonis opere arrepta. Idem Me- » lito in eo libro quem Imperatori dedicauit, eiusdem quædam mala contra nos eo re- » gnante patrata narrat: Iam quod nunquam antea accidit, totum genus priorum homi- » num, qui se diuino cultui penitus addixerunt, persecutione affligitur, & nouis edictis » per vniuersam Asiam promulgatis exagitatur. Nam impudentes & proterui calumnia- » tores, atque adeò alienarum rerum appetentes, ex his edictis occasionem nacti, palàm » noctu atque interdiu furantur, eósque expilant qui nihil cuiquam omnino intulerunt » iniuriæ. Et paulo pòst ait: Quòd si te præcipiente hoc fit (iustus enim Imperator & » Rex, non iniusti quicquam aliquando consilio statuit) sit sanè rectè factum, atque eius- » modi mortis præmium lubenti animo perpetimur. istam tamē vnam tibi supplices pe- » titionem offerimus, vt tu ipse primùm authores talis contentionis & dissidij dispicien- » dos cures: deinde recto iudicio dicidas, mortémne ac supplicium, an salutem & securi- » tatem sint promeriti. Sin verò istud consilium, hócque nouum decretū tua authoritate » minimè sancitum est (quod planè ne contra crudeles quidem & barbaros hostes sta- » tuere æquum est) multo magis te obsecramus, ne tam aperto latrocinio nos spoliari » permittas. Quibus item subiungit: Diuina, quam nos excolimus, religio antea inter » barbaros insigniter viguit: quæ cum apud gentes tuas, præclaro & eximio Augusti » regno, à quo paternum duxisti genus, floreret, ipsi imperio quo tu potiris, cum primis » fausto ac fœlici præsidio fuit. Nam ex eo tēpore Romani Imperij fines magna cū am- » plitudine & splendore dilatati sunt: cui tu non modò iā successor fortunatus es, sed etiā » cum filio futurus es, modò diuinam illam religionem tuearis, quæ simul cum Augusti » regno apud vos cùm incepta, tum vnà cum imperio enutrita accreuit: quam planè ma- » iores tui præter aliarū religionū ritus, quos obseruabant, magnopere coluerunt. Atque » quod nostra religio imperio tam præclarè cœpto maximo planè adiumento & cōmo- » do fuerit, illud certissimo argumento esse poterit: nempe quòd ab Augusti regno hacte- » nus nihil rerum aduersarum inuectum est, sed contrà, omnia cum summo splendore & » amplitudine prosperè & ex animi cuiusque sententia processerūt. Et quanquā Nero & » Domitianus, soli inter omnes imperatores, inuidorum quorumdam & maleuolorum B hominum suasu adducti, nostram religionē ignominiæ & obtrectationi exponere stu- » debant (quorum perdito conatu falsa ista & malitiosa criminatio contra Christianos » & ad aures hominum allapsa est, & temeraria ac vesana consuetudine continuata) illo- » rum tamen inscitiam & amentiam pij & religiosi tui patres maiorésque coarguentes, » sæpe eos qui contra istos piæ religionis & doctrinæ professores aliquid noui moliri au- » debant, modestè & prudenter per edicta correxerūt. In quorum numero est Adrianus » auus tuus, quem cùm aliis multis, tum Fundano proconsuli, Asiæque præfecto, literas » in gratiam Christianorum scripsisse cōstat. Tuus item pater (qui cum vna tu summam » rerum eo tempore administrabas) tum ad alias ciuitates generatim, tum ad Larissæos » & ad Thessolonicenses, ad Athenienses, & ad omnes denique Græcos, nominatim » mandata per literas delegauit, ne quid nouarum rerum cōtra nos Christianos aliquan- » do edere molirentur. Te igitur multo potius omnia facturum, quæ à tua benignitate » postulamus, pro certo sumus persuasi: quippe cum de his hominibus non eandem so- » lum cum maioribus sententiam & mentem, sed etiam multo humaniorem, & diuinæ » sapientiæ studio magis deditam teneas. Ista posita sunt in eo opere, de quo suprà docui- mus. Idem author præterea in procemio operis sui, quod breues & selectas sententias ex Scripturis deprompta continet, librorum veteris Testamēti, qui sunt omnium con- sentiente authoritate comprobati, catalogum citat: quem quidem isto loco ad verbum percensere necessarium duximus.

Persecutiones in Asia & querelæ bonorum.

Verba Melitonis ex Apologia eius ad Imp. pro Christianis data.

Melitonis ecloga ad Onesimum fratrem.

Melito Onesimo fratri S.

» Quoniam sæpenumero incredibili studio erga verbū Dei incensus, à me vehemen- » ter flagitasti, vt quasdam breues & selectas sentētias ex Lege & Prophetis, de Seruatore » & vniuersa fide nostra excerptas, tibi contexerem: & item librorum veteris Testamēti » accuratè cognoscendorum cupiditate incitatus, quot numero sint, & quo ordine col- » locati, magnopere scire expetiuisti: cum & studium tuum erga fidem, & cognoscendi » auiditatem erga verbum Dei, pro certo intelligerē: & quòd pro æternæ salutis corona

Melitonis labor & industria in cognoscenda orthodoxa religione.

ſtrenuè inſtar athletæ decertans, iſtas res ob deſiderium illud quo erga Deum exardeſcis, maximè omnium præferre videare: illud planè cum tale & tam fructuoſum cernerem, cumulatè quoad poteram perficere elaboraui. Proinde in Orientē iter ſuſcipiens, & eo vſque loci proficiſcens, vbi hæc & prædicata & geſta fuerunt, cum accuratè à quibuſdam de veteris Teſtamenti libris didiciſſem, illorū nomina hîc ſubſcripta ad te miſi, quæ ſunt hæc Moyſis quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiū. Ieſus Naue, Iudices, Ruth, Regum ſeu Regnorum libri quatuor, Paralipomenon duo, Pſalmi Dauidis, Salomonis prouerbia, Sapientia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum. Iob: Prophetarum libri, Eſaiæ, Hieremiæ, & duodecim Prophetarum ſcripta in vno libro ſeparatim contenta, Daniel, Ezechiel, Eſdras. Ex quibus breues & ſelectas quaſdam ſententias excerpſimus, eáſque in ſex libros diſpertiuimus. Tot libri dicuntur eſſe Melitonis. A

Catalogus librorum Canonicorū Veteris teſtamēti

De Apolinario Hierapolitarum eccleſiæ epiſcopo.

CAPVT XXVI.

Ruf. c. 27. *Apolinarij ſcripta, liber ad Imp. contra gētes libri 5. De veritate lib. 2. contra Iud. 2. contra cataphrygas, contra Montanum.*

Huc refer Nicephor. c. 11. lib. 4. Vide Auguſt. hæreſi 55. Epiph. hæreſi 20. libri 1. tomo 2.

EX multis Apolinarij ſcriptis, quæ apud multos integra ſeruantur, iſta ſunt, quæ ad nos peruenerunt. Liber ad imperatorem, de quo antè diximus, ſcriptus. Quinque libri contra gentiles. De veritate duo: Contra Iudæos duo: Et alij, quos deinceps ſcripſit contra Cataphrygum hæreſim, quæ id quidem temporis (quandoquidem iam tum Montanus cum ſuis pſeudoprophetiſſis peruerſæ ſuæ opinionis fundamenta iaciebat) tanquam naſci cœpit: atque etiam non longò tempore pòſt, deintegro renouata, multo ſerpſit longius. Verùm de Apolinario hactenus.

De Muſano, & eius ſcriptis: & Tatiano eius hæreſi.

CAPVT XXVII.

Ruf. c. 28. *Muſani ſcripta contra Encratitas. Encratitæ.*

Tatianus Encratitarum parens.

Lib. 1. ca. 29. 30. 31. ἐγκρατεῖς Encratitarū hæreſis capita.

Huc etiam refer ex Nicephor. ca. prædictum 11. lib. 4.

MVſani autem (quem inter eos qui ſuprà demonſtrati ſunt, numerabamus) extat quidam liber elegantiſſimus, ab eo ſcriptus aduerſus quoſdam fratres qui videbantur inclinare ad hæreſim eorum qui Encratitæ dicuntur: quorum error iam tum oriri incipiens, peregrinam, peſtiferam, & plenam mendacij opinionem in vitam hominum introduxit: eiúſque erroris Tatianum (cuius verba de admirabili & ſingulari viro Iuſtino martyre paulò antè poſuimus) fama eſt autorē extitiſſe: eúmque illius martyris diſcipulū fuiſſe ferunt. Declarat hoc Irenæus in primo libro contra hæreſes: iſtaq; ſimul de eo & errore ſuo ita ſcribit. Hæretici quidam (qui ἐγκρατεῖς, id eſt continentes nuncupati ſunt) tanquam à Saturnini & Marcionis ſchola profecti, non cōtrahendum matrimonium prædicant, inque eo veterem Dei improbant fabicationem: & Deum qui maſculum & fœminam ad humani generis propagationem creauerat, tacitè reprehendunt: docéntque ab animantibus, quæ apud eos ἔμψυχα appellantur, abſtinendum: ſéque propterea ingratos Deo, qui omnia condiderat, oſtendunt. * Quinetiā ſaluti Adami, hominis primò omnium fabricati, contradicunt. Atque iſte error modò apud illos inuentus eſt, ídque Tatiano quodam authore, qui primùm iſtam contra Deum inuexit blaſphemiam Qui quidem cum eſſet Iuſtini auditor, quamdiu cum eo verſabatur, nihil eiuſmodi in apertum protulit: verùm poſt illius martyrium, à fide Eccleſiæ deſciſcens, nomen & opinionem doctoris inſolenter ſibi vendicare, eáque arroganter intumeſcere, & perinde quaſi cæteris multum præſtitiſſet, propriam doctrinæ formulam conſtituere, & pari ratione cum his qui Valentiniani vocantur, ſecula quædam ſub aſpectum minimè cadentia falſo cōminiſci cœpit. Atque ſimiliter cum Marcione & Saturnino, matrimonium corruptelam eſſe & ſtuprum aſſerere, ſaluti Adam contradicere, & ſuopte marte & igenio rationes ad illud confirmandum excogitare. B

*Ruf. c. 29.

Seuerus, Seueriani hæretici.

Vide Auguſtin. hæreſi 24. Epipha. hæreſi 12. tomo. 3. li. 1.

Hæc de Tatiano Irenæus. Non longo tempore pòſt Seuerus quidam nomine, hæreſim modò à nobis commemoratam mordicùs tuebatur: atque illis qui ex eo tanquam ex erroris fonte dimanarunt, author extitit vt Seueriani, appellatione ab eo deritata, nominarentur. Hi autem lege, prophetis & euangeliis vtuntur, Sacrarum ſcripturarum ſenſus ac ſententias pro ſuo arbitratu interpretantur. De Paulo autem Apoſtolo malè loquuntur, eius Epiſtolis fidem abrogant: Acta quoque Apoſtolorum minimè recipiunt.

A piunt. Tatianus ille, qui erat primus corũ author & princeps, cõiunctionem quandam & collectionem Euangeliorũ, nescio quomodo, composuit, illúdque opus Διὰ τεσσάρων id est vnum euangelium ex quatuor collectum nuncupauit: quod etiam adhuc quorundam habetur in manibus. Hunc aiunt nonnullas Pauli apostoli voces, vtpote qui dictionis ac loquendi compositionem in illis corrigere molirctur, audacter & temerè commutasse. Magnum quidem librorum numerum post se reliquit. Inter quos ille apud multos quasi pleno ore celebratur, quem contra Gentiles edidit: in quo certè, tẽporibus ab ipsa mundi origine repetitis, Moysen & Hebræorum prophetas omnibus viris illustribus qui apud Gentiles extiterint, antiquiores declarat: qui planè liber ex omnibus suis scriptis cùm pulcherrimus propter elegãtiam, tum propter vsum fructuosissimus esse videtur. Atque de rebus gestis, déque libris illorum omnium quos antea posuimus, ista isto modo atque ratione sint à nobis commemorata.

Tatiani liber Diatessaron.

Item, Contra gentiles.

De Bardesane Syro, & quæ habentur eius scriptis.

CAPVT XXVIII.

Huc item refer Nicephorum lib. 4. Vide Augustin. hæresi. 35. Epiphan. hæresi 10. lib. 2. tomo. 1.

Regnante isto imperatore, cum hæreses in dies multitudine crescerent, in Mesopotamia Bardesanes, vir quidem cum in omni doctrinæ genere exquisitissimus, tum in lingua Syriaca disertissimus, non modò contra eos qui erant Marcionis æmuli ac imitatores, verùm etiam contra alios quosdam qui varias errorum sectas defensitabant, Dialogos composuit: quos, cum plerisque aliis eius scriptis, lingua sua & patrio sermone diuulgauit. Quos etiam discipuli eius (complures enim, quia tantum dicendo valeret, eius scholam frequentabant) ex Syriaco sermone in Græcum conuerterunt: In quorum numero est Dialogus de fato, ad Antoninum scriptus accuratissimè. Et alia item sunt, quæ occasionem ex persecutionis calamitate id temporis longè latéque manante arrepta, eum conscripsisse ferunt. Hic primùm in Valentini schola educatus est. Cuius cum coarguisset errorẽ, multásque & cõmenticias Valentini fabulas reprehendisset, videbatur sibiipsi quodammodo se ad meliorem rectiorémque sententiam B transtulisse. Cæterum veteres erroris sordes non penitùs profectò eluerat. Eodem tempore Soter ecclesiæ Rom. pontifex, extremam vitæ suæ diem obiit.

Ruf. c. 30. *Bardesanis eruditio. Acta & scripta.*

Secta Valentini infectus, vix eã eluit. Soter episcop. Rom. 11. moritur anno Christi 179.

FINIS LIBRI QVARTI.

Huc refer Niceph. ca. 16. 17. lib. 4. & c. 2. li. 5. Eusebius in Chron. adnotat, hanc persecutionem factã esse anno 7. Veri, & huic supputationi cõsonat gesta rum rerum historia, ex quo depræhenditur in textu insigne mendũ esse, vbi legitur persecutioni attributus annus 17. Sed interpres Græco textu deceptus est, qui reddidit quòd accepit.

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Quintus.

Quot & quomodo, regnante Vero, pro pietate in Gallia decertarint.

CAPVT I.

SOTER, Romanæ ecclesiæ Pontifex, cum octo annos illi muneri præfuisset, decessit è vita. In cuius locum Eleutherus, duodecimus ab Apostolis successit. Ad decimum septimum annum imperij Antonini Veri, grauis & acerba in nonnullis terræ partibus persecutionis procella, ex temerario populi impetu per singulas vrbes excitata, contra nos ingrauescere cœpit: in qua (sicut ex illis martyriis quæ in vna natione fortè confecta erant, coniectura planè licet augurari) infiniti propè martyres, in reliquis etiam orbis terrarum regionibus, generosa cæde pro Christo tolerata no-

Ruff. proœ. *Eleutherus Rom. pont. 12 anno Christi 179.* Persecutio Quarta in Christianos mota, anno 170. Veri. 7

Eusebij de Martyribus liber.

bilitati sunt. Quæ cum memoria sempiterna digna reuera viderentur, literarum monimentis ad posteritatem tradita sunt. Ac quanquam tota illa epistola, quæ accuratissimam istarum rerum explicationem complectitur, in libro de Martyribus à nobis composita (qui non solum veram rerum gestarum narrationem, sed etiam illustria virtutis exempla ad vitā piè degendam accommodata continet) posita est, tamē quæcunque ad hoc institutum spectare videantur, ea in præsentia ex eodem repetens, in hunc historiæ nostræ locum colligabo. Ac quemadmodum alij etiam qui se ad historiam scribendam conferunt, partas in bello victorias, trophæa contra hostes statuta, præclaras ducum res gestas, magnos & viriles militum animos (quorum manus propter liberorum, patriæ, & fortunarum suarum propugnationem, erant sanguine & infinitis cædibus respersæ & cruentatæ) omnino scriptis mandare aggrediūtur: ita hic noster sermo, qui ad diuinam viuendi rationem referti, non solum bella mitissima quæ pro animi consciētiæque pace administrata fuerunt, & eos qui in iisdem pro veritate potius quàm patria, pro pietate quàm pro amicissimis fortiter dimicarunt, perpetuis literarum monumentis tanquā tabulis consignabit, verùm etiam egregiam athletarum pro pietate decertantium constantiam, inuicta animorū robora, trophæa contra dæmones erecta, victorias ex aduersariis qui oculis conspici nequeunt reportatas, coronas denique illis propositas immortali memoriæ commendabit.* In Gallia stadium ad hæc obeunda certamina, quæ suprà explanauimus, constitutum fuit. Cuius vrbes sunt facilè principes, & quæ præter ceteras omnium sermone præstare dicuntur, Lugdunum, & Vienna: per quas vtrásque Rhodanum flumen pertransire, ac præcipiti cursu per vniuersam Galliam præterlabi constat. Epistolam de martyribus illis scriptam, ecclesiæ quæ ibidem sunt illustrissimæ, ecclesiis Asiæ & Phrygiæ miserūt, résque apud se gestas (earum enim verba citabo) isto modo illis significarunt. Serui Iesu Christi, qui Viennam, & Lugdunum Galliæ incolunt, fratribus in Asia & Phrygia, qui eandem nobiscum redemptionis fidem & spem habent, Pax, gratia, & gloria, à Deo patre, & Christo Iesu Domino nostro sit vobis. Deinde cum in Epistolæ exordio alia istis deinceps adiecerint, his verbis initium narrādi faciunt. Magnitudinē afflictationis, quæ hoc loco ingrauescit, ingens gentilium odium contra sanctos incitatum, supplicia, quæ beati martyres placidè sustinuerunt, neque nos dicendo accuratè exprimere, neque scribēdo facilè à quoquam comprehendi possunt. Nam aduersarius noster, aduentum suum (in quo audacter ac liberè Ecclesiam Christi oppugnaturus sit) iam quasi prolusione quadam & prœmio breui futurum prænunciās, omnibus viribus (vt dicitur) Christianos adortus est: atque adeò vbique grassatur, suos cōsuefecit, & ad bellū cōtra seruos Dei gerendū vsu & exercitatione mirè instruxit. Quapropter non solum ædificiis publicis, balneis, & foro nobis interdictum est: sed etiam, ne quisquam nostrûm vsquam locorum in cōspectum prodeat, ab illis vetitum. At gratia DEI pro nobis cum diabolo decertauit, & hos qui sunt paulò remissiore animo, eripuit è periculo: illos autem, qui patientia armati, tanquam firmæ fidei columnæ, non modò impetum hostis nostri diaboli facilè laturi videbantur, verùm etiam in sua ipsorum capita eundem quodammodo prouocaturi, ex aduerso opposuit: qui tum in acie fortiter cum aduersario conflixerūt, omne opprobrij & supplicij genus toleranter sustinendo: tum celeri gradu maturarunt ad Christum, ea mala quæ erant ingentia & grauia, exigua & penè nulla existimando: perspicuéque reuera ostenderunt, quòd nō sunt cōdignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ac primùm cruciamenta quæ confertim erant, & tanquam cumulo à multitudine in illos coaceruata, viriliter & magno animo subierunt: vociferationes, plagas, violentos tractus, dilacerationes, lapidum proiectiones, carceres, & quicquid deníque ab agresti & furiosa multitudine contra nos velut contra hostes & inimicos, fieri solet. Quotquot igitur erant à Tribuno plebis, aliísque magistratibus qui ciuitati præerant, in forum deducti, cum coram vniuersa multitudine esset ab illis de fide quæsitum, & eam liberè ipsi confessi fuissent, vsque ad præsidis aduentum in carcerem coniecti conclusíque erant. Deinde cum ducerentur ad præsidem, & ille in iudicando omni crudelitatis genere cō tra nos nostrósque vteretur, Vetius Epagathus, vnus ex fratribus, immenso charitate erga Deum & proximum ardore inflammatus, (qui quidem cum non modò ad omne officium erga proximum sedulò exequendum impiger & propēsus esset, verùm etiam flagranti Dei amore & sacrosancto Spiritus instinctu exardescēs, in omnibus Domini

præceptis

Marginalia: * Ruff. c. 1. *Martyria Gallorum. Præcipuæ Gallorum Vrbes. Lugdunum. Viēna. Epistola fratrum Galliæ ad fratres in Asia & Phrygia. Edicta aduersus Christianos publicata. Rom. 8. Vetius Epagathus Christianorum aduocatus.*

A præceptis & iuſtitiæ æquitatíſque inſtitutis integrè incederet, adeò ſanè accuratè vitam inſtituiſſet, vt quãuis eſſèt adoleſcens, eodem tamẽ teſtimonio, quod Scriptura ſeni Zachariæ ſacerdoti tribuit, dignus videretur) hic Vetius inquam, iudicium tam temerè & iniurioſè contra nos pronunciatum, non poterat omninò æquo animo ferre: ſed ſupra modum ſuccenſebat, poſtulabátque vt poteſtas ei daretur liberè in illo conſeſſu pro fratribus reſpondendi: ſéque perſpicuè probaturum dicebat, nihil ſceleris, nihilue impietatis in nobis omninò poſſe reperiri. Contra quem cum multitudinis frequentia, quæ tribunal circumſiſtebat, admodum vociferata fuiſſet (erat enim inter illos illuſtris atq; eximius) cúmque præſes etiam iuſtam ab eo propoſitam poſtulationem minimè poſſet tolerare, ſed ſolum iſtud ab eo quæreret, vtrum eſſet Chriſtianus: ille tum, ſimuláts que erat clariſſima voce hoc ipſum confeſſus, in ſortem & numerum martyrum rela[illegible]ſt: ac deinceps aduocatus Chriſtianorum appellatus, nec planè immerito. Habuit enim aduocatum Ieſum in animo commorantem, & Spiritum ſanctum multò quàm Zacharias feruentiorem: quem per ingentem charitatis quaſi cumulum, quo adductus adeò alacri & ardenti ſtudio per fratrum propugnatione ſuam ipſius vitam profudit, ſatis perſpicuè oſtendebat. Chriſti igitur & eſt, & fuit verus & germanus diſcipulus: qui agnum, quocunque eat, ſequitur. Inde igitur inter reliquos Chriſtianos facilè internoſcebatur, nam martyres, qui videbantur cæteris facilè præſtare, in publicum prodibant, ſeparatos ad omnia tormenta oſtendebant: omni denique animi alacritate confeſſionem illam, quæ eſt martyrij propria, cumulatè, plenéque explebant. Sed extabant alij imparati, inexercitati, & animo fracto: qui acrem certaminis impetum ferre non poterant: ex quibus circiter decem numero, animis ignauè & muliebriter conciderunt. Qui profectò non modò magnum dolorem mentibus noſtris, & immenſam acerbitatem inurebant: verum etiam aliorum, qui hactenus non comprehendebantur, quiq; martyribus etiam in acerbiſſimo cuiuſque generis cruciatu iacentibus præſtò ſemper aderant, & eos non aliquando deſertos eſſe paſſi fuerant, alacritatem penitus retuderunt. Omnes igitur id temporis propter incertum confeſſionis euẽtum, eramus graui metu perculſi: non plagas quidem, & ſupplicia quæ illis poſt infligerentur, veriti: ſed ancipiti

B confeſſionis exitu mente prouiſo, magnopere extimeſcentes, ne quis præ languida animi infractione prorſus ſuccumberet. Quotidie tamen, qui digni corona martyrij habebantur, ad illorum numerum ſupplendum præhenſi erant: vſque adeò, vt ex duabus hiſce eccleſiis omnes pij & ſtudioſi viri (quorum virtute & doctrina in primis ſtatus illarum ritè adminiſtrari ſolet) eximerentur. Quidam etiam ethnici, noſtrorum ſerui, vnà capiebantur (ſiquidem Præſes omnes non paſſim perquiri præceperat) qui tormenta, quæ ſanctos tolerare cernebant, reformidantes, contra nos, militibus Satanę impulſu illos ad hoc idem incitantibus, Thyeſtæas cœnas, & inceſtus Oedipodis, falsò commenti ſunt, & alia quæ nobis nec eloqui nec cogitare quidem fas eſſe iudicatur: quin tale facinus aliquãdo inter homines admiſſum fuiſſe, ne credi quidem propemodum debet. Quæ ſanè cum eſſent fama & ſermone hominum paſſim diſſipata, omnes velut immanes belluæ contra nos furere cœperunt: ita vt ſi qui antea propter neceſſitudinẽ moderatè ſe erga nos geſſiſſent, tunc veluti rabie quadam incitati, dẽtibus frendere inſanireq; propè viderẽtur, atque id adeò quod à Domino noſtro prædicebatur in eo eſſet impletum: Tempus venturũ, in quo omnis qui vos occiderit, videbitur obſequium præſtare Deo. Vnde de cęterò ſancti martyres maiora quædam cruciamẽta, quàm quæ poſſint oratione explicari (idque Sathana in illud pro viribus incumbente, vt aliquid blaſphemiæ cõtra Chriſtum, ex eorũ ore educeret) ſufferre cogebantur, Supra modum igitur lethale multitudinis vniuerſæ, præſidis & ſatellitum odium, in diaconum nomine Sanctum, Viennæ prognatum, & in Maturũ etiam, recens quidem baptizatum, ſed generoſum tamen Chriſti athletam, efferbuit: in Attalum porrò genere Pergamenum, columnam & ſtabilimentum continuum eccleſiarum, quæ hic ſunt: in Blandinam denique, per quam Chriſtus euidenter oſtẽdebat, eos, qui apud homines viles, deſpecti & contempti videantur, apud Deum, propter charitatem erga illum, non ſpecie iactatam & ſimulatione, ſed vi & virtute declaratam, magno ſplendore & gloria donari. Nam cum nõ nos ſolum pertimeſceremus, ſed etiam hera illius ſecundũ carnem (quæ etiam ipſa vnà in martyrum pugna dimicauerat) ne cum in certamen deſcenderet, præ corporis imbecillitate, non liberè & ingenuè fidei ſuæ confeſſionem proloqui perge-

Alludit ad enconiũ Zachariæ Luc. 1.

Alacritas Gallorum ad Martyrium ſubeundum.

Imbecillium aliquot defectio.

Ioan. 16.

Sanctus diaconus. Maturus. Attalus. Blandina.

1. Cor. 1.

Blandinæ mirabilis conſtãtia.

ret: Blandina tanto animi robore & virtute imbuebatur, vt tortores, qui illam viciſſim A omni ſuppliciorum genere à primo mane ad veſperam vſque afflixiſſent, propè labore defeſſi langueſcerent, ſéque tum ab illa victos, tum nihil amplius habere cruciamenti reliquum, quod ei irrogarent, faterentur: atque adeò magnopere mirarentur, quo pacto (cum totus eius corpus ita dilaceratum eſſet) perſeuerans ſpiritum duceret: palámque teſtarentur, vnum tormenti genus ſatis habuiſſe virium ad vitam ei eripiendam, nedum tam multis & variis opus fuiſſe. Nerùm beata martyr (ſicut generoſum athletam decet) in ipſa fidei confeſſione vires colligebat: atque prolatio iſtorum verborum, Chriſtiana ſum, & nihil apud nos admittitur ſceleris, erat dolorum qui eam vrgebant, ſumma le-

Item Sancti.

uatio, fomentum cruciatus, & cuiúſq; moleſtiæ depulſio. Diaconus ille Sanctus nomine, ſuprà quàm credibile eſt, & ſupra omnem humanum captũ, verbera à carnificibus impacta toleranter ſuſtinẽs, cum ſcelerati illi carnifices propter aſſiduitatem & magnitudinem tormentorum, quæ ei infligebant, ſperarẽt ſe aliquid, quod indecorum & eius profeſſioni parum conſentaneũ videretur, ab eo audituros: ipſe tanta animi celſitate & conſtantia illis ex aduerſo reſtitit, vt ne nomen quidẽ, vel ſuum, vel gentis, vel ciuitatis vnde fuit, neque vtrum ſeruus an liber, illis vellet dicere: ſed ad omnia rogata ita Latino ſermone reſponderet, Chriſtianus ſum: iſtúdq; pro nomine, pro ciuitate, pro genere, & deniq; pro re quaque, iterũ ac ſæpius eloqueretur: aliam autem vocem gentiles ab eo elicere audiréque non poterant. Vnde tam graui & acerba bile animus cùm præfecti, tũ tortorum contra illum inflammabatur, vt cum nihil haberent ſupplicij, quod ei deinceps imponerẽt, ad extremum laminas æneas feruentes & ignitas tenerrimis corporis membris affigerent. At ille, quanquam corporis membra exurebantur, firmus tamen, conſtans & immutabilis in fidei cõfeſſione perſtitit: quippe, qui diuino & cœleſti fonte aquæ vitalis, quæ ex Chriſti ventre profluit, tanquam rore cùm aſperſus, tum roboratus B erat. Corpus autem teſtimonio fuit eorũ, quæ ipſi acciderant, vtpote vulneribus & vibicibus totum cruentatum: quod quidem ſic in rugas erat contractum, vt exteriorem ho-

1. Ioan. 4.

minis formam prorſus abieciſſet: in quo Chriſtus afflictationis particeps, res præclaras ad ſuam ipſius gloriam geſſit, cùm aduerſarium profligando, tum cæteris præclarum exemplum oſtendendo, nullum eſſe metum, vbi Dei patris charitas: nec vllam moleſtiam, vbi fides Chriſti viget, Nam quanquam impij carnifices paucis diebus poſt, cum martyrem denuò torquerent, putabant, ſi corporis membris ſuperiore iam cruciatu tumidis, & inflammatione quadam efferueſcentibus, eadem ſupplicia accumularent, vel

Miraculum in tormentis Sancto adhibitis.

ſe illum facilè euicturos (præſertim cum ne manuum propè tractationem perferre iam poſſet) vel illum tormentis tandem extinctum, grauem reliquis horrorem incuſſurum: tamen tantum abfuit, vt in illo aliquid eiuſmodi contingeret, vt etiam præter omnium hominum opinionem, corpus in illis poſterioribus tormentis recreatum, & in integrũ reſtitutum, formam priorem atque vſum membrorum recuperaret: adeò vt ſecunda illa carnificina, non inflicta pœna, ſed medicina per Chriſti gratiam adhibita videretur

Biblidis martyrium.

Porrò Biblidem, vnam ex eorum numero, qui fidei confeſſionem pernegaſſent, cum iam diabolus á ſe prorſus abſorptam putaret, cupiens etiam per blaſphemiam in Deum condemnationem eius augere, ad ſupplicium deducendam curauit, eámque velut fractam & ignauem impia in nos & flagitioſa probra loqui impulit. Illa tamen in tormẽto rediit ad ſe, atque (vt ita dicam) ex profundo ſomno excitata eſt: præſenti ſupplicio quodammodo ſubmonita, vt de æterna gehennæ pœna ſeriò cogitaret. At contrà quàm diabolus exſpectabat, maleuolis Chriſtianorum obtrectationibus ex aduerſo ſic reſpõdet. Quomodo eiuſmodi viri liberos ſuos deuorare in animum poterũt inducere, qui-

Act. 15.

bus ne licitum quidem ſit ſanguinem animalium ratione carentium comedere? Et ab eo tempore ſe Chriſtianã ingenuè confeſſa eſt, & ſorti numeróque martyrum adiũcta.

** Ruf. ca. 2.*

* At cùm tyrannica crudeliáque illa ſuppliciorum genera per beatorum patiẽtiã, Chriſti virtute firmatam, fruſtra impoſita irrogatáque viderentur, diabolus alias quaſdam machinas de integro contra illos excogitauit: nempe vt in carcerem coniecti interdũ in locis horrida caligine obſitis, & plenis moleſtiarum miſerè iacerent: nonnunquam illorum pedes in craſſas compedes impoſiti, diſtinerẽtur, & ad quintum vſque foramẽ, longa intercapedine interpoſita, diſtenderentur: aliquando vexarentur aliis plagarum modis, quos rabidi diaboli miniſtri, illiúſque maleuolentia ſuffuſi, hominibus in carcerem concluſis incutere ſolent: vſque adeò, vt complures, quos Dominus eo pacto è

vita

A vita exire volebat, ibi ob fœtidum odorem & loci angustiam penitus suffocarentur.
„ Quinetiam non pauci (in quibus illic † Dei gloria perspicuè ostentata erat) quāuis ita
„ acerbè excruciati fuissent, vt nulla curatione adhibita viderentur amplius posse vitam
protrahere, in carcere tamen superstites manebant, omni humana quidem cura & sub-
sidio orbati ac destituti: à Domino tamen tum corporis tum animæ viribus ita robora-
„ ti confirmatíque erant, vt cæteros & ad fidem constanter tenendam tuēdámque inci-
„ tarent, & grato admodum subleuarent solatio. Alij autem modò capti, & recentes
„ in carcerem contrusi (quorum corpora antehac tormentis subeundis callum haud cō-
„ traxerant) pondus carceris & grauitatem minimè poterant ferre, sed intus breui mor-
„ tem oppetebant. Beatus item Pothenus, cui Lugdunensis episcopatus ministerium e-
„ rat concreditum, cùm nonagesimum suæ ætatis annum præteriisset, & corporis imbe-
„ cillitate ita languesceret, vt vix posset propter virium infirmitatem, qua distinebatur
„ liberè spirare: spiritus tamen alacritate, propter ardentem qua flagrabat martyrij cu-
„ piditatem, plurimùm recreatus, ad tribunal gestabatur: & tametsi corpus eius iam præ
„ decrepita ætate & cruciatu morbi penè exhaustum esset, anima tamen in ipso seruaba-
„ tur integra, vt per eam Christus gloriosè triumpharet. Qui quidem ad tribunal, magi-
„ stratibus ciuitatis cum comitantibus, & vniuersa multitudine varias cuiusque modi
„ vociferationes contra illum vtpote Christianum, edente, à militibus deductus, præcla-
„ rum fidei testimoniū perhibuit. Cùm enim à præside rogaretur, quis esset Christiano-
„ rum Deus? respōdit: Si tu ea re dignus sis, cognosces. Inde igitur asperè & immisericor-
„ diter raptatus, varias plagas excepit, cùm ab his qui stabant in proximo, qui nihil eius
„ ætatem reuerentes, manibus pedibúsque in illum contumeliosè insultabant: tum ab il-
„ lis qui longiùs erant remoti, qui, quod singuli habebant in manibus, illud in illum con-
„ iecerunt: idque propterea, quòd omnes per magnæ culpæ & impietatis loco ducebant,
„ si quisquam petulanter illum insectari vlla ex parte omitteret, nam deorum suorū cau-
„ sam ita se vindicaturos arbitrabantur. Ille vix iam spiritum ducēs, in carcerem cōiectus
„ fuit: ac biduo pòst efflauit animam. Ibi verò singularis Dei prouidētia apparuit, & infi-
„ nita Iesu seruatoris misericordia patefacta est: quæ sanè talis fuit, qualis quidem raro in-
B ter fratres Christianos contigisset, à diuina tamen Christi virtute ac potentia non om-
„ ninò aliena. Nam qui, vt primùm erant cōprehensi fidem inficiati fuissent nō modò in
„ carcerem cum cæteris condebantur (nihil enim illis, vt tempus ferebat, negatio attulit
„ adiumenti) verùm etiam suppliciorum eorūdem erant facti participes, atq; sicut illi qui
„ ingenuè fatebantur se esse quod erant, nullo alio crimine obiecto nisi quòd Christiani
„ essent, tradebantur in custodiam: sic isti qui fidē pernegarāt, de reliquo in carcere tan-
„ quā homicidæ & scelerati detinebantur, duplo grauiore cruciatu & angore quàm cæ-
„ teri, afflictati, illos enim subleuabat lætitia ex martyrio percepta, spes promissorum,
„ charitas in Christum, sacer Patris spiritus: hos magnum & graue conscientiæ pondus
„ admodum vexabat, vsque adeo vt dum per hominum frequentiam palàm gradieban-
„ tur, ipso vultu ab omnib. aliis facilè internoscerentur. Illi enim hilares in publicum pro
„ gressi sunt, in quorum vultu decor quidam gratia & venustate multa aspersus enituit,
„ sic vt vincula etiam, quibus velut sponsa aurearum fimbriarum varietate decorata, mi-
„ rè erant illustrati, egregium quēdam ornatum illis adiecisse viderentur: tam suauem i-
„ tem & fragrantem ex ipso Christo egredientem efflarunt odorem, vt nonnullis artifi-
„ cioso quodam vnguēto & manu composito delibuti putarentur. Hi autē demissi, abie-
„ cti, aspectu horridi, turpi ignominiæ labe deformati, à gentilib. porrò velut ignaui affœ-
„ minatíque, probris contumeliosè affecti: ac denique cū honoratum, gloriosum & salu-
„ tare nomē Christi amisissent, perinde ac si homicidij rei fuissent, homicidæ iam appel-
„ lati. Ista vbi cæteri coram aspexissent, magnopere roborati erāt, & animo constabiliti.
„ Qui enim prehēdebantur, omni memoria diabolicæ cogitationis ex anima deposita,
„ absque hæsitatione fidem suā profitentur. Istis porrò, paucis verbis obiter interiectis,
„ rursus quæ sequuntur adiungunt. His igitur rebus confectis, de reliquo martyria, quæ
„ in ipsorum vitæ exitu sufferebant, in quæque suppliciorum genera dispertiebantur.
„ Siquidem vnam coronam beati martyres, ex vniuersis & variis cuiusq; generis flosculis contextam complicatámque, Deo patri obtulerunt. Quocirca par erat, generosos &
„ insignes Dei athletas, vbi multiplex & varium martyrij certamen subierant, illustrémque ab hostibus reportarant victoriam, præclara immortalitatis corona decorari. Ma-

Vide annot pag. 46. lat. 2. lin. 10.

Episc. Lugdunens. Potheni martyrium.

Confessioni renunciantiū deterior, quam in eadem constanter perdurātiū cōditio.

turus ergo, Sanctus, Blandina, & Attalus, die cum bestiis dimicandi in nostrorum ho- A
minum cruciatum de industria præstituta, ad bestias ducebantur, quò publicum & cō- »
mune gentilibus spectaculum, plenum inhumanitatis & sæuitiæ, exhiberent. Atque »
Maturus & Sanctus in amphitheatro omne genus tormentorum denuò subeunt, per- »
inde ac si nihil cruciatus antea fuissent omninò perpessi: imò verò vt athletæ, qui modò »
aduersarium per varias certaminum vices strenuè profligassent, & pro corona vitæ ipsis »
proposita, postremū iam certamen haberent in manib. ad conficiendum, de integro tū »
verberum traiectiones, quib. homines illic plecti solent, sustinēt: tum crudeles ferarum »
tractus, tum alia omnia cruciamentorum genera, quæ insana & furiosa plebs alij aliun- »
de cū vociferatione illis infligi postulabāt, tum ferreas deniq; cathedras & ignitas illo- »
rum mēbris suppositas, quibus corpora miserè frixa & exusta erant, & quanquā gētiles »
pestifero illorum nidore non absque molestia saturabātur: tamē nc ea quidem re deter- »
riti, ab insania sua desistunt, sed pergunt adhuc magis magísque furere: quandoquidem »
illis in optatis erat, eorum patientiā prorsus euincere. Cæterùm ab ipso Sancto nihil a- »
1. Cor. 4. liud elicere poterant, præter illam vocem, quam ab initio de fidei suæ confessione pro- »
Blādina bestiis frustra obiecta. ferre consueuisset. Isti autē martyres, quoniam in hoc ingēti certamine vita adhuc in i- »
psis residebat, singularium certaminum loco, quæ magna cum varietate ibi fieri sole- »
bant, illo die spectaculum vniuerso populo præbentes, ad extremum securi percutiun- »
tur. At Blandina trabi ligneæ sublimis affixa, præda bestiis incursantibus obiicitur: quæ »
quoniā & in crucis specie suspensa cernebatur, & ardenter preces fundebat, magnā cō- »
certantium mentibus alacritatē iniecit: quippe in ipso certamine, ex sorore cruci suffi- »
xa, ipsum Christum, qui pro nobis crucifixus est, oculis corporeis quodammodo vide- »
bant: vti credentibus in illum pro certo persuaderetur, quòd qui pro eius gloria quic- »
quam perpetiatur, hæreditatis sit cum Deo viuente consors & participes futurus. Ac cū B
nulla bestia eius carnem tangere vellet, à trabe mox abrepta, in carcerem iterum trudi- »
tur, & ad aliud reseruatur certamen: vt per varia concertationum genera victrix facta, »
tum tortuosum serpentem condemnationi, quam ab se auertere non posset, iurè addi- »
ceret, tum fratres pariter ac constantiam incitaret: quæ licet humilis, imbecillis, & pro- »
pe abiecta virgo esset, armatura tamen Christi fortis athletæ induta, non solùm per »
multas cruciamentorum vices aduersarium superauit, verùm etiam per illustre illud »
*Ruf ca. 3. *Attales ad martyrium producitur.* certamen coronam immortalitatis tandem assecuta est. * Attalus item, clarus & ma- »
gni nominis vi, importuno multitudinis rogatu ad supplicium euocatus, ob rectè fa- »
ctorum conscientiam (siquidem ingenuè in Christiana institutione & disciplina exer- »
citatus, fidelis semper apud nos & constans veritatis testis extitisset) alacri animo certa- »
Attalus ob ius ciuitatis Roman. in carcerem retrusus vacillantes in fide confirmat. men ingreditur. Ac cùm vndique per amphitheatrum circumduceretur, tabula, in qua »
Latinis literis hæc inerat inscriptio (Hic est Attalus Christianus) illum præcedente, cū »
que in eum admodum petulanter populus insultaret, præses, vbi Romanum esse didi- »
cisset, mandauit vt in carcerem denuò cum reliquis qui in eodem erant concluderetur »
de quibus literas ad Cæsarem scripsit, eiúsque expectauit de illis sententiam. Tempus »
verò quod interea intercedebat, illis quidem neque ociosum, neque infrugiferum fuit: »
sed per mortem eorum dilatam, immensa Christi clementia, quasi lumen suum propa- »
làm profudit. Nam inter mortua ecclesiæ membra, virorum subsidiis fuerunt ad vitam »
reuocata: & qui fidem confessi fuissent, iis qui eandem pernegassent, magna beneficia »
detulerunt, atque adeò permagna lætitia matri & virgini Ecclesiæ exorta est, cùm eos »
quos ab ortu tanquam mortuos eiecisset, viuos & incolumes recuperasset. Illorum e- »
nim hortatu & exemplo complures qui fidem negassent, erant tanquā in vtero matris »
Ecclesiæ iterum concepti, iterū in membra formati, iterum ad vitam reducti, iterū de- »
Ezech. 18. nique ad fidē suam confitēdam perdocti. Atque cùm ad vitam essent restituti, & virib. »
confirmati, suauitatem Dei (qui non vult mortem peccatoris, sed pro sua benignitate »
Cæsaris rescriptum de supplicio Christianorum. eum ad pœnitentiam inuitat) animis haurientes, ad tribunal spontè accedūt, vt iterum »
à præside de fide denuò rogarentur. Nā cum Cæsar responsum per literas misisset, illos »
qui fidem Christi confiterentur, tympanis esse torquendos: hos autem qui eandem in- »
ficiarentur, in principio mercatus) qui hic celebrari solet, quíque est propter frequen- »
tiam hominum ex omnib. eò gentibus commeantium, multorum sermone nobilita- »
tus) liberos dimittendos: præses beatos martyres, tāquā spectaculū & gloriosam pom- »
pam de illis multitudini præstaturus, ad tribunal deduci iubet: iterū in quæstionem vo- »
cat:

A catdátque sententiam, vt qui municipes Romani essent, securi percuterentur: reliqui
» autem amandarentur ad bestias. Christi verò gloria in his qui antea fidem abnuerant,
» tunc tamen præter gentilium opinionem eandem ingenuè confitebantur, magnopere
» illustrata fuit. Etenim illi cũ priuatim in quæstionem dati essent, quasi pro certo absol-
» uendi: tamen se Christianos verè confitentes, martyrum choro adiiciebantur. Alij au- *Pseudochristianorum defectio.*
» tem falsi Christiani à fide penitùs lapsi, qui neque vestigium aliquando fidei, neque sen-
» sum & significationem vestis sponsalis, neque cogitationem timoris Dei in animis insi- *Matth. 22.*
» dentem habebant: sed per nequam eorum conuersationem, viam veritatis contume- *2. Pet. 2.*
» liis affecerant: hoc est, filij perditionis, foris extra ecclesiam permanserunt: cæteri vni- *Alexander Phryx medicus, eiusdémque martyriũ.*
» uersi fuêre in Ecclesiam denuò ascripti. De quibus cùm haberetur quæstio, Alexander
» quidam genere Phryx, arte & scientia medicus, multis annis in Gallia commoratus,
» omnibus ferè propter charitatem erga Deum & liberam in verbo prędicando alacrita-
» tem cognitus (non enim doni & muneris Apostolici expers erat) cùm astaret tribuna-
» li, & illos fratres nutu ad fidei confessionem hortaretur (iis qui vndique tribunal cir-
» cumsistebant, videbatur tanquam parturiens) populi multitudo confessionem eorum
» qui antea inficias iuissent, ægrè ferens, contra Alexandrum, tanquam eius rei caput &
» authorem, vociferari cœpit. Vbi verò præses instabat, sciscitabatúrque quísnam esset:
» respondet, se Christianum esse. Vnde præses ad iracundiam prouocatus, illum cõdem-
» nat ad bestias. Postero autem die eandem cum Attalo diminicationẽ (præses enim, quò *Attalus & Alexander bestiis obiecti.*
» populo gratificaretur, Attalum denuò bestiis obiecit) Alexander ingreditur. Hi duo in
» amphitheatro omnes machinas ad eorum cruciatum excogitatas, tanquam præterue- *Attali martyrium & Alexandri.*
» cti, maximúmque certamen perpessi, ad extremum gladio feriuntur. Alexander autem
» neque ingemuit, imò verò ne gry ore extulit: sed interiore mente & cogitatione, quasi
» cum Deo sermones contulit. Attalus, vbi in ferrea cathedra iam candenti esse imposi-
» tus, & eius incẽdio ambustus, quãdo nidor & fumus è corpore in sublimi ferebatur. La-
» tino sermone multitudinem sic affatus est: Ecce ecce, hoc quod vos præstatis, est homi-
» nes vorare. Nos quidem neque voramus homines, neque aliud quicquam sceleris pa-
» tramus. Rogatus tandem, quod nomen Deus haberet? respondet: Deum nomen non
» habere, more hominum. Quibus omnibus confectis, postremo die singularium certa- *Blandinæ & Pontici martyrum.*
» minum aduentante, Blandina, & adolescens Ponticus, circiter quindecim annos natus
» (hi autẽ quotidie introducebantur ad reliquorum supplicia contemplenda) in amphi-
B theatrum inferebantur, vrgebantúrque per gentilium idola iurare. Ac quoniam illi
» perstabant constantes, & ea despicatui ducebant, vesana multitudo cõtra illos asperè &
» ferociter sæuiebat, adeò vt neque adolescentuli commiserarentur ætatem, neque mu-
» lierem omninò reuererentur. Omnibus igitur tormentis eos obiectare, & per quoduis
» supplicij genus vndique agitare cœperunt: & sine intermissione nunc hanc, nunc illum,
» per ipsorum deos iurare impellebãt. Cæterùm hoc nullo modo poterant efficere, nam
» Ponticus, qui ita à sorore erat exuscitatus, vt gẽtes eam esse animaduerterent quæ illum
» cohortata fuisset, confirmassétq;, post omnia cruciamentorum genera viriliter & ma- *Blandinæ cõstantia.*
» gno animo tolerata, extremum spiritum edidit. Beata Blandina omnium postrema,
» tanquam nobilis & generosa mater, vbi liberos animauerat ad pœnam, & victo-
» res ad Christum regem præmiserat, ipsa eosdem cum liberis certaminum cursus re-
» mensa, ad eosdem lætitia gestiens, ac de ipso vitæ suæ exitu per magno gaudio exul-
» tans, properabat: non quasi ad bestias crudeliter proiecta, sed ad cœnam sponsi amicè
» inuitata. Atque post verbera, post bestiarum laniatus, post sartaginis exustionem, ad ex-
» tremum in rete inuoluta, tauri ictibus obiectatur. Quæ cũ ab animali illo diu multum-
» que icta exagitatáque fuisset, ac nullum sensum cruciamentorum, quæ hactenus ei ob-
» tigissent, partim propter spem qua Dei promissis firmé adhærescebat, partim propter
» colloquia quæ intra se cũ Christo cõferebat, omninò haberet, tandẽ ense iugulata fuit,
» Vnde gentes ipsæ palã testabantur, mulierẽ apud se nunquã tot támq; acerba tormẽta
» tam cõstanter pertulisse. Verùm eorum rabies & crudelitas in sanctos nõ ita exaturata *Sæuitur in corpora martyrum.*
» fuit. Nam ab immani & furiosa bellua, diabolo, immanes illæ & barbaræ gentes exagi-
» tatæ, vix, aut ne vix quidem à furore suo aliquando acquieuerunt: imò verò in corpo-
» ribus martyrum suam de integro contumeliam cœperunt & maleuolentiam exercere.
» Nam quamuis martyrum constantia penitùs essent superatæ, tamen quia omnem hu-
» manã rationem omnino exuissent, illorum amentia minimè fuit retardata, repressaq;:

A sed acerba bilis cùm præsidis, tũ populi, (qui quidem in nos lethale odij sui virus euomebant) tanquã immanis belluæ magis magísque incẽsa, sic vt Scriptura verè impleretur: Impius adhuc impiè agat, & iustus iustificetur adhuc. Etenim corpora eorũ quos carceris pestifer odor & cruciatus suffocauerat, canibus laceranda obiiciunt: studioséq; nocte diéq; obseruant, ne quisquam è nostris illa tumulis mandet. Tandem verò martyrum in amphitheatro interfectorum membra, quæ nec bestiæ adhuc vorarant, nec ignis absumpserat, partim minutatim dilaniata, partim instar carbonũ ambusta, quinetiam securi percussorũ capita vnà cũ corporum truncis collecta, dies complures similiter militum excubiis insepulta custodiunt. Porrò alij fremere, & dentibus contra eos frendere cœperunt, toto animo connitẽtes aliquã grauiorem in ea exercere contumeliam. Nonnulli irrisione ludere, & falsos cachinnos tollere, summáque commendatione & præconio idola sua efferre: quibus quidem tanquam authoribus, pœnam & vltionem Christianorum acceptam retulerunt. Non pauci, quanquam factis aliquanto modestiores erant, & de illorum afflictatione aliquantum condolescere videbantur, verbis tamen eos acerbè vexare, ad hunc modum: Vbi iam illorum Deus? Quid illis hæc profuit religio, quam suæ ipsorum vitæ præposuerunt? Quæ ad gentilium crudelitatem pertinebant, talem habebant varietatem. Quæ autem ad nos, videbãtur sanè magnum mœrorem propterea in se complecti, quòd martyrum corpora humo tegendi nulla dabatur facultas. Neque enim nox ad hanc rẽ aliquid afferre præsidij, neque magna pecuniæ vis eorũ animos flectere, neque preces vlla ex parte placare poterãt: sed nulla nõ ratione & via corpora illa erant assiduè ab illis obseruata: & id quasi in magno lucro deputatum, si penitùs inhumata iacerent. Paulò pòst etiam ista addunt: Martyrum corpora sex dies continuos sub dio iacentia, & maxima ignominia affecta, pòst autem ab impiis illis & facinorosis carnificibus exusta, inque cineres redacta, in Rhodanum fluuium, qui illic in proximo defluit, spargebantur, quò nullæ quidem illorum reliquiæ amplius super terram restarent. Ista eo consilio patrabant, quòd Deum se posse vincere, & illis regenerationem corporum prorsus eripere arbitrati sunt, quò ne vlla quidem (sic enim dicebant) spes resurrectionis illis reliqua fieret: qua freti, inquiunt, nõ solùm peregrinam quandam & nouam nobis induxerunt religionem, verùm etiam neglexerunt penitùs tormenta, & prompto atque alacri animo ad mortem properarunt. Iam videamus, vtrum sint resurrecturi, & vtrum illorum Deus ipsos iuuare, & è manibus nostris eripere possit. Eiusmodi persecutionis tempestas, regnante Imperatore (de B quo docuimus) istis Christi ecclesiis obtigit. Vnde certè, quænã fuerint in reliquis prouinciis eodem tempore factitata, coniectura assequi poterimus.

Apocal. 22.

Probra gẽtiliũ in Christianos.

Martyrum corpora in cineres redacta, cineres ipsi in Rhodanũ abiecti.

Quomodo Sancti Martyres, lapsos in persecutione humaniter excipiendo medebantur. CAPVT II.

ILlas item voces ex eadem Epistola depromptas, in hunc sermonem includere operæ præcium arbitramur, quibus modestia & singularis martyrum (quos diximus) benignitas hoc ferè modo descripta sit, Isti verò ipsius Christi (qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: † sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens) tam verè æmuli & imitatores erant, vt quamuis in tali gloria & splendore locarentur, & non semel & iterum, sed sæpius, vt martyres decet, pro fidei confessione acerba tormenta perpessi, bestiis obiecti, ab eisdem denuò ablati, ignito ferro exusti, vibicibus liuidi, vulneribus vndique inflictis excruciati: non tamen seipsi martyres esse prædicarent, neque cuiquam nostrum copiam facerẽt illos eo nomine appellãdi: sed si quisquã nostrũ eos vel per literas, vel per sermonem, vt martyres, fortè salutauissẽt, grauiter eũ reprehenderẽt. Libẽter enim martyris appellationẽ Christo, fideli & vero martyri, primogenito mortuorũ, duci & authori vitæ quæ est ex Deo, cõcesserãt: martyrũ etiam qui iã ad Christũ ex hac corporis custodia migrauissent, nos nõ grauatè in memoriam redegerunt, dixerúntq;: Illi iam verè sunt martires, quos Christus propter fidei cõfessionem ad se recipere dignatus est, & quorum martyrium ipso præclaro vitæ exitu tanquã sigillo certissimo obsignauit. Nos autẽ tenues solũ & abiecti Christi nominis confessores atque fratres obsecrabant cum lachrymis, vt preces pro illis ardẽter & obnixè Deo funderent, quò ipso discessu è vita opus, quod Deus tam benignè in illis

Modestia martyrũ laudem martyrij auersantium.

† Vide hic annot. pagin. 48. lat. 1. lin. 10.

A illis incœpisset, cumulatè expleretur. Et quamuis non modo libera responsa gentilib. „ dando, sed etiam patientia, magnanimitatem, fidenti animi robore, contra omnes cru- „ ciatus, se generosos ac strenuos palam ostendendo, vim & virtutem martyrij perspicuè „ declarassent: tamen timore Dei referti, martyrum appellationem, qua fratres illos do- „ nare voluissent, ab se repellere studebant. Et iterum paucis verbis interiectis, sequun- „ tur ista. Humiliauerunt se sub manu potenti, qua iam satis exaltati sunt. Dum in vita „ manebant, defendere omnes, neminem accusare: omnes è vinculis eripere, colligare „ neminem conabantur. Pro illis qui supplicia eorum corporibus inflixerant, exemplũ „ Stephani perfecti martyris imitati, benignè orare, dicentes: Domine ne statuas illis hoc „ peccatum: Quod si pro eis qui ipsos tam contumeliosè torsissent, precabantur, quanto „ magis pro fratribus idem ipsum præstiterunt? Hæc item paulò longius sermonem pro- „ ducentes, adnectunt. Grauissimum autem bellum ab illis, propter ingenuam erga fra- „ tres charitatem, cum ipso diabolo ideo susceptum erat: quòd tantoperè nitebantur, vt „ voracem illius tanquam malæ bestiæ gulam stringendo, eos viuos denuò euomere co- „ gerent, quos prius tanquam mortuos se penitùs deuorasse putauerat. Non enim illi fra- „ trum imbecillorum lapsu gloriabãtur: sed quæ dona ipsis per Dei gratiam affatim sup- „ petebant, aliis qui maioris opis indigerent, benignè largiebantur: atque adeò velut ma- „ tris indulgentis misericordia commoti, multas lachrymas pro eorum salute in conspe- „ ctu Dei patris profundebãt, vitam illis flagitabant: vitam concessit Deus: vitam etiam „ cum proximis communicârunt: victores in omnibus ad Deum profecti sunt: pacem „ amplexati, pacem nobis commendârunt: cum pace denique ad Deum decesserunt: nõ „ matri Ecclesiæ molestiam & angorem, non fratribus bellum & seditionem, sed gau- „ dium, pacem concordiam & charitatem reliquerunt. Ista igitur de beatorum illorum martyrum amore, quem erga fratres qui fide excidissent, declarabant, ad legentium v- tilitatem hoc loco posuimus, quò inhumanus & crudelis animus eorum qui deinceps erga debilia Christi membra in aliquod peccatum delapsa, tam inclementes & ferreos seipsos ostendebant, perspicuè coarguatur.

Martyrum erga suos persecutores beneuolentia.

Actor. 7.

Martyrum erga fratres charitas.

B *Qualis à Deo visio Attalo martyri per quietem apparuerit.*

CAPVT III.

Huc refer Nicephor. ca.18. lib. 4.

EAdem porrò epistola de Martyribus suprà memoratis perscripta aliam etiã histo- riam dignam planè memoria continet: quam isto loco, quò à lectoribus cognosca- „ tur, citare non grauabimur. Ea huiusmodi est. Alcibiades, vnus ex illorum martyrum „ numero, vitam admodum duriter & austerè instituens, nullum omninò ante illud tem „ pus cibum capessere, sed pane solo & aqua vti solet. Qui cùm in carcere eodem modo „ vitam degere in animo haberet, Attalo post primum certamen quod in amphitheatro „ confecerat, indicatum est, Alcibiadem parum consideratè fecisse, cùm & Dei creatu- „ ris ipse vti nollet, & aliis etiam inde quoddam offensionis exemplar relinqueret, Alci- „ biades igitur à fratribus tandem persuasus, omnia cibaria deinceps absque delectu ca- „ pessebat, & gratias agebat Deo. Non enim diuina gratia isto suo benigno obtutu de- „ stitutos reliquerat: sed Spiritus sanctus illis semper præsto dabat consilium. Ista isto modo sint exposita. Cùm Montanus, & Alcibiades, & Theodotus in Phrygia iam tum prophetandi opinionem apud complures adepti fuissent (permulta enim diuina gra- tia largiente miracula operaque stupenda ad illud vsque tempus per varias ecclesias edita, fidem multis faciebant, illos etiam donum prophetiæ fuisse consecutos) cum- que de istis hominibus controuersia orta esset: fratres rursus, qui in Gallia habitabant, priuatum iudicium, idque prudens & rectum cumprimis, de eisdem, epistolæ, quam diximus, subiunxerunt: nonnullasque ac varias martyrum literas, qui apud ipsos mor- tem oppetebant, quas, cùm adhuc tenerentur in vinculis, non modò fratribus in Asia & Phrygia, verùm etiam Eleuthero episcopo Romano (quem vehementer ro- gabant, vt pax & concordia in ecclesiis constitueretur) exarabant, eidem epistolæ adiecerunt.

Ciborum defectus Alcibiadi neglect⁹

Montanus, Alcibiades, Theodotus prophetæ.

Quomodo Martyres Irenæum per epistolam commendauerint. CAPVT IIII.

A

IIdem porrò martyres Irenæum, ecclesiæ Lugdunensis id temporis presbyterum, per literas eidem episcopo Romano scriptas, plurimùm commendabant: permultáque viro illi virtutis dabant testimonia, sicut ipsa literarum verba declarant ad hunc modum. * Te in Deo omnibus in rebus perpetuò, pater Eleuthere, valere optamus. Has literas ad te perferre fratrem nostrum Irenæum, & ministerij consortem, rogauimus: téque obsecramus, vt illum, vtpotè studio incredibili erga testamentum Christi flagrantem, gratia & beneuolentia præ cæteris complectaris. Quod si locum & gradū ecclesiastici ministerij vim & facultatem habere, iusticiæ cuiquam impertiendæ animaduerteremus, hunc vt presbyterum Ecclesiæ (hoc nanque munus obtinet) in primis tibi commendassemus. Verùm quid attinet martyrum catalogum in eadem, quā citauimus, epistola comprehensum recēsere? qui partim capite obtruncato occubuerunt, partim bestiis dilacerandi, proiecti fuerunt, partim in ergastulum conclusi vitam amiserunt? Quid item numerum confessorum commemorem, qui ad id tēporis fuêre superstites? Per facilè enim (si cui visum fuerit) licet ista plenissimè cognoscere, modò illam epistolam, quam in libro nostro de martyribus, vt dictum est, posuimus, accuratè voluerit euoluere. Sed de rebus Antonino regnante gestis, ita à nobis explanatum sit.

Huc refert Niceph. ca. 13. 14. 15. lib. 4.

** Ruff. c. 4. Irenæus presbyter Lugdunensis à martyrib. Galliæ commendatus Eleuthero Pontif. Rom.*

Eusebij liber de martyrib.

Quomodo Deus auditis nostrorum precibus, M. Aurelio Cæsari pluuiam de cœlo miserit. CAPVT V.

ANtonini fratrem M. Aurelium Cæsarem, fama est, contra Germanos & Sarmatas aciem instruentem, cùm exercitus illius ingenti siti opprimeretur, omninò nō habuisse quid ageret. Vnde milites in ea legione quæ Melitina appellabatur (quæ sane ab illo tempore ad hanc nostram ætatem magnoperè propter fidem commendata est) in ipsa acie contra hostes instructa, genibus humi positis (vt nobis, cùm oramus, in more est) se ad preces Deo adhibendas totos conuertisse dicuntur. Ac dum hostes eiusmodi spectaculum magnoperè mirabantur, aliud quoddam multò admirabilius, statim insecutum fertur. Fulmen enim hostes in fugam vertisse, eósque interemisse: & imbrem in exercitum eorum qui diuini numinis opem implorauerunt, de cœlo affatim ruentem, eum vniuersum, qui parum aberat quin præ siti intolerabili iam extingueretur, refecisse, recreasséque. Eadem historia apud gentiles scriptores, qui longè à nostra religione dissentiunt, quíque laborem cœperunt ea quæ illis temporibus gerebantur literis persequendi, commemoratur. Commemoratur etiam à nostris: sed à gētilibus scriptoribus, vtpotè à fide alienis, quanquam miraculum illud ponitur, tamen quòd nostrorum hominum precibus euenerit, ex eorū scriptis minimè certè constat: at à nostris, vtpotè veritatis fautoribus, simplici quadam oratione, & minimè fucata, res verè, vt edita fuit, explicatur. Ex quorū numero est & Apolinarius: qui affirmat, legionem cuius precibus, miraculum edebatur, latino sermone Fulmineam, vsque ab illo tempore appellatam. Illudque nomen rei euentum scitè exprimens, ab Aurelio Cæsare ei tributum: & Tertullianus quoque in Apologia, quam suprà citauimus, Latinis literis pro fidei nostræ propugnatione conscripta, Senatuique Romano dedicata, istarum rerum testis fidelis & locuples est, hancque historiā certiore argumento & longè euidentiore confirmat. sic enim scribit. De tot exinde principibus ad hodiernū, diuinū humanumque sapientibus, edite aliquē debellatorem Christianorum. At nos contrariò edimus protectorem. Si literæ M. Aurelij grauissimi imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum fortè militum precationibus impetrato imbre discussam contestatur, sicut omninò palàm ab eiusmodi hominibus pœnam dimouit, ita alio modo palàm dispersit, adiecta etiam accusatoribus damnatione, & quidem tetriore. † Quibus idem author ista adiungit: Quales ergo truces leges istæ, quas aduersus nos soli exercent impij, iniusti, turpes dementes, vani? Quas Traianus ex parte frustratus est, vetando inquiri Christianos. Quas nullus Adrianus, quanquam curiositatum omnium explorator: nullus Vespasianus, quanquam Iudæorum debellator: nullus Pius, nullus Verus impressit. Sed ista, vt lubet. Nos ad historiā deinceps veniamus.

Huc refert Nicephor. cap. 12. li. 4. Orosiū li. 7 ca. 15. Iuliū Capitol. in Marco philos. Eutropium lib. 8.

† Dui fratres huius beneficij memores non modo persecutionem Christianis remiserunt, sed etiam religionem cō- B *firmârunt, & ad honores pub. aditum patefecerunt promulgata cōstitutione, cuius mentionē facit Vlp. l. generaliter §. fin. ff. De decuri. Eis inquiēs qui Iudaicā superstitionē (Christianā professionē intellige) sequuntur. Diui Verus & Antoninus honores adipisci permiserunt. Sed & necessitatem eis imposuerunt, qui superstitionem eorum nō læderent.*

Ruffi. ca. 5. M. Aurelius Cæsar, Antonini frater.

Melitina legio.

Pluuia Christianorum militum precib. impetrata. Vide Suidam Dionem, & Claudianum.

Fulminea legio. Tertul. in Apologetico ca. 5. etiā in li. ad Scapulā, de fuga in persecutione. Hic verba ipsius Tertul. citaui, nō græca cōuerti.

A *Enumeratio Romanorum Episcoporum.* CAP. VI.

*Huc refer Nicephor. c.14 19 l.4. Irenæus lib. cont. hæres.

Ruffi. ca. 6. *Potini mors. Irenæus Lugdunens. epis. eius successor Polycarpi auditor.*

CVm * Potinus vitæ suæ cursum ad nonaginta annos produxisset, & vnà cum aliis in Gallia martyribus è vita migrasset: Irenæus ecclesiæ Lugdunensi episcopatum quem Potinus gesserat, capessit. Hunc ineunte ætate, Polycarpi auditorem fuisse cognouimus. Qui in tertio libro operis sui contra Hæreses editi, dum Rom. Pontificum successionem tradit, eorum etiam catalogum ad Eleutherum vsque (vnde licet coniicere, illud ipsum opus ipsius Eleutheri memoria, cuius tempora iam percurrimus, ab eo compositum esse) recenset ad hunc modum. Beati Apostoli, vbi fundamenta Ecclesiæ præclarè posuerant, & eam prouidè sapientérque exædificauerant, Lino Pontificatus ministerium concrediderunt. Huius Lini meminit Paulus in epistolis ad Timotheum. Cui successit Anacletus. Post cuius mortem tertio loco ab Apostolis Clemens Pontificatũ sortitò capit: qui & beatos Apostolos oculis viderat, & cum illis de fide cõmunicauerat, & Apostolorum adhuc prædicationem recenti tenebat memoria, eorùmque traditiones propè in conspectu & ante oculos positas habebat. Neque ille solus. nam id temporis multi ab Apostolis eruditi, etiam superstites erant. Clemente Pontificatum gerente, seditio non exigua illa quidem, inter fratres Corinthi excitata fuit: vnde ecclesia Romana epistolam scriptam accuratissimè eò misit, qua illos cùm ad pacem cohortata est, tum pristinæ eorum fidei memoriam renouauit, tum denique traditionem nuper ab Apostolis acceptam ante oculos proposuit. Paulo post idem sic loquitur. Clementi huic successit Euarestus, Euaresto Alexander: deinde Xystus pontifex ab Apostolorum temporibus sextus constituitur. Quo mortuo, Telesphorus delectus est, qui præclarè & generosè martyrium subiit. Tum Hyginus: deinde Pius: pòst Anicetus illo munere potiebatur: Soter Aniceto proximè succedit. Iam duodecimo loco ab Apostolis Eleutherus pontificatus ministerium obtinet. Vnde traditio in B Ecclesia ab Apostolis gradatim deriuata, & syncera veritatis prædicatio eodem ordine, eadem episcoporum successione in Ecclesia ad nostram vsque ætatem continuata est. Hæc Irenæus, admodum congruentia cum serie historiarum, quæ superiore nostro sermone percursæ sunt, conscripsit, in libris illis (sunt autem quinque numero) quos de Falsæ doctrinæ refutatione inscripsit.

Rom. episcoporum catalogus, ex Irenæo

Irenæi contra Hæreses libri quinque.

Quomodo ad ea vsque tempora, per fideles admirandæ virtutes edebantur. CAP. VII.

Huc refer Nicephor. ca. 14. lib. 4

Ruffi. ca. 7. *Irenæus c. 57. & 58. lib. 2.*

IDem porrò Irenæus in Secundo Libro eiusdem operis, clara diuinæ & admirabilis virtutis indicia in ecclesiis quibusdam ad suam ætatem residua fuisse, his ferè verbis perspicuè commonstrat. Plurimum abest, vt hæretici possint mortuum suscitare: sicut Dominus ipse, sicut eius Apostoli, prædicationis subsidio adiuti, sicut alij è fratribus complures suscitârunt. Sæpenumero autem aliqua de caussa necessaria illud ipsum postulante, spiritus mortui) propterea, quod tota Ecclesia illius loci, vbi eiusmodi res gerebatur, cum ieiunio, & multa intercessione Deum orabat) in corpus rediit, & hominis vita sanctorum precibus donata est. Rursus paululum in oratione progressus, sic ait? Quòd si Dominum non reuera quidem, sed oculos hominum, quasi visis perstringendo, ista edidisse dixerint: illos ad Prophetarum libros deducemus, ex illísque ostendemus perspicuè, omnia de illo ad eum modum & prædicta esse, & verè pòst euenisse, & eum solum Dei filium esse. Quapropter, qui verè sunt eius discipuli, in nomine illius per gratiam ab illo acceptam eiusmodi præstant, quo reliquis hominibus gratificentur, sicut quisque eorum ab eo donum acceperit. Quidam enim dæmones sic pro certò & verè eiiciunt, vt non raro, hi, qui malis & nequam spiritibus purgati fuerint, tum fidem recipiant, tum in Ecclesia & fidelium hominum societate constanter perseuerent. Nonnulli rerum futurarum præscientia, diuina visione & prædictione prophetica imbuuntur. Alij eos, qui grauibus morbis affligantur, per manuum impositionem curant, & ad pristinam valetudinem restituunt. Iam verò, vt diximus, mortui suscitati sunt, & multos annos post apud nos commorati. Quid plura? Dona sanè ne dicendo quidem numerari poterunt, quæ Deus Ecclesiæ per vniuersum mundum diffusæ donauerit, quibúsque illa in nomine Iesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi, in dies sin-

Dona Ecclesiæ à Deo donata innumera.

gulos multa miracula ad gentium vtilitatem efficit, & neque quenquam dolo & fallaciis deludit, neque hæc agit pecuniæ cupiditate, aut quæstu ducta. Nam ſicut à Deo accepit gratuitò, ſic cuique gratis ſubminiſtrat. Alio loco idem author ſcribit. Multos fratres in Eccleſia ipſi audiuimus, qui & dona prophetiæ habent, & variis linguis per Spiritus ſancti gratiam loquuntur, & occulta hominum in apertum proferunt ad aliorum commoditatem, & myſteria Dei perſpicuè & euidenter aperiunt. Iſta de varietate donorum, in eorum animis, qui eiſdem digni habebantur, ad tempora modò commonſtrata reſidentium hactenus diſſeruimus.

Quomodo Irenæus diuinarum Sripturarum meminerit.
CAPVT VIII.

Ruff. ca. 8.

Hucrefer Nicephor. ca. 14. lib. 4.

QVoniam autem in ipſo noſtri Operis exordio polliciti ſumus, nos, prout ſe offerret occaſio, voces veterum eccleſiaſticorum presbyterorum & ſcriptorũ propoſituros, quibus traditiones de Scripturarum omnium teſtata conſignatáque authoritate approbatarum ad illos delatas declarauerunt, ex quorum numero erat Irenæus, deinceps huius authoris verba ea de re perſcripta proferamus: & primúm ea, quæ de ſanctorum Euangeliorum libris ab eo poſita ſunt, quæ ita ſe habent Matthæus, dum Petrus & Paulus Romæ Dei verbum prædicabant, & Eccleſiæ iaciebant fundamenta, Euangelium inter Hebræos, propria illorum ſermone edidit. Quo quidem edito, Marcus diſcipulus & interpres Petri, ea quæ ab eo prædicata, acceperat, ſcriptis mandauit. Lucas Pauli comes euangelium ab eo prædicatum, in librum congeſſit. Deinde Ioannes diſcipulus Domini, qui ſupra pectus eius recubuerat, dum Epheſi in Aſia verſabatur, euangelium in lucem extulit. Iſta in tertio, quem ſuprà poſuimus, libro eiuſdẽ operis explanantur. In quinto autem, de Apocalypſi Ioannis, & ſupputatione numeti nominis Antichriſti diſſerit. Cum hæc ita ſe habeant, & in omnibus emendatis atque antiquis exemplaribus Apocalypſeos numerus ita poſitus ſit: & hi qui Ioãnem coràm viderunt, teſtimonio ſuo comprobent: & ratio nos idem doceat: numerus certè nominis beſtiæ ſecundum Græcorum ſupputationem per literas quæ in eo ſunt, continebit ſexcẽta ſexaginta ſex. Atque paulò longius ſermone prouectus, de eodem nomine iterum verba facit. Nos de nomine Antichriſti quicquam conſtãter ac pro certo affirmãdi periculum ſubire nolumus. Nam ſi iſto temporis momento nomẽ illius palàm eſſet diuulgandum, non dubium eſt quin ab eo qui illam vidiſſet reuelationem, fuiſſet euidenter explicatum. Non enim longinquo abhinc temporis ſpacio, ſed noſtra propè memoria, ſub finem imperij Domitiani viſa eſt. Hæc ab eo quem diximus, de Ioannis Apocalypſi traduntur. Prioris etiam epiſtolæ Ioannis meminit, multaque ex illa citat teſtimonia. Pari ratione & prioris Petri. Librum item Paſtoris non modò legendo cognouit, ſed etiam approbatione confirmauit. Præclarè (inquit) loquitur liber (cum librum Paſtoris intelligit) qui ſic loquitur: Primum omnium vnum Deum eſſe credito, qui omnia condidit, omnia coagmentauit: & quæ ſequũtur. Et quibuſdam etiam vocibus ex Salomonis libro de Sapientia petitis ferè ad verbum, hoc modo vtitur. Viſio Dei eſt immortalitatis effectrix. Immortalitas autem facit Deo appropinquare. Libros quoque presbyteri cuiuſdam Apoſtolici, cuius nomen præterit ſilentio, memorat: interpretationes etiam eiuſdem in literas ſacras proponit. Iuſtini porrò martyris & Ignatij mẽtionem facit, atque teſtimonia ab eorum ſcriptis deprompta citat. Idémque pollicetur, ſe libro quodam ſeparatim edito è Marcionis ſcriptis Marcionem ipſum refutaturum. Quinetiam de diuinarum Scripturarum interpretatione à Septuaginta edita audi quæ ſcribat, his ferè verbis. Deus homo factus eſt, & ipſe Dominus nos ſaluos fecit, ſigno Virginis rei Achaz dato: at non, vt quidam aiunt, qui Scripturas audent interpretatione deprauare, hoc pacto: Ecce adoleſcentula concipiet, & pariet filium: ſicut interpretatus eſt Theodotion Epheſius, & Aquila Ponticus, vterque Iudæus proſelytus. Quos Ebionæi ſecuti, ex Ioſeph Chriſtum prognatum ferunt. Quibus non multò pòſt iſta ſubnectit: Antequam Romani ſummum totius orbis obtinerent imperium, Aſia adhuc Macedonum ditioni ſubiecta, Ptolemæus Lagi filius magno ſtudio incenſus bibliothecæ, quam Alexandriæ extruxerat, omnium ſcriptorum libris qui erãt accuratè elaborati, exornandæ, poſtulauit à Hieroſolymitanis, vt ipſorum ſcripturas ab Hebraico

Irenæi de Euãgeliſtarum ſcriptis teſtimonium lib. 3 cap. 1.

Ioannis Apocalypſis.

Numerus beſtiæ in Apocalypſi.
Antichriſti nomen.

B. Vide Irenæum cit. ca finem li. quinti.

Epiſtolæ prioris Petri & Pauli.
Paſtoris lib.

Lib. 3. cap. 23 24. 25.
Eſa. 7.
Septuaginta interpretum hiſtoria, de qua etiã Iuſtinus Mart. in παραινετικῷ πρὸς ἕλληνας. fol. 17. ſub finem
Vide autem & Ariſteall.

A Hebraico sermone in Græcum conuersa habere posset. Illi verò (adhuc enim Macedonum paruerunt imperio) septuaginta seniores, cùm sacrarum literarum, tum vtriusque linguæ inter ipsos facilè peritissimos, ad Ptolemæum, quò illud quod ab eo erat postulatum, plenè exequerentur, miserunt. Ille autem separatim de illis periculum facere cupiens, cautione quidem adhibita, ne fortè in vno loco constituti, communi consensu veritatem Scripturarum sua interpretatione occultarent, eos ab ipsis mutuò semouit, mandauitque & singuli eundem Scripturæ librum interpretarentur. Atque idem ipsum in omnibus libris præstitit. Tandem verò cum coram Ptolemæo in vnum conuenissent, & suam quisque cum aliis conferret interpretationem, ibi & Dei gloria magnopere erat illustrata, & illæ Scripturæ verè diuinæ propterea cognitæ, quòd singuli interpretes eas non solum eisdem sententiis, sed eisdem omnino verbis à principio ad finem expressissent: adeò vt gentes quæ præstò aderant, illas scripturas instinctu diuino explicatas faterentur. Nec mirum sanè est, Deum istud effecisse? qui etiam, cum Scripturæ, dum populi Israelitici captiui sub Nabuchodonosor tenebantur, penitùs interiissent, & Iudęi post annos septuaginta in patriam rediissent, deinceps tēporibus Artaxerxis, Esdram sacerdotem ex tribu Leui diuino spiritus sui afflatu incitauit, vt cùm libros omnium Prophetarum qui antegressi fuissent, de integro conscriberet, tum legē à Moyse promulgatam populo de integro restitueret. hæc Irenæus. *Scripturæ S. interitus per Esdram restitutus.*

Quintus liber hinc iam porro vsque ad cap. 8. lib. 6. continet acta sub Commodo, Pertinace, Iuliano, Seuero, annis triginta & vno: Huc refer Iulium Capitolinum. Aelium Spartianum, Aelium Lampridium. *Herodianum lib. 1. 2. 3. Eutrop. lib. 8. Oros. lib. 7. cap. 16. 17. Huc adde Vitas Rom. Pontif. Victoris & Zepherini.*

Qui episcopi, Commodo regnante, Alexandriæ fuerint.

CAPVT IX.

B Cōmodus Imp. Anno Chr. 182. Vide Nicephor. lib. 4. cap. 19.

CVm Antoninus decem & nouem annos continuos regnasset, Commodus imperij gubernacula suscipit. Primo anno eius regni, vbi duodecim annis Agrippinus fuisset Alexandriæ episcopatu perfunctus, Iulianus in eius locum surrogatus est. Ruffi. ca. 9. *Iulianus episc. Alexandriæ*

De Pantæno Philosopho. *CAP. X.*

Huc refer Niceph. ca. 82. lib. 4.

EOdem tempore Pantænus, vir omni humaniore literatura præstantissimus, institutioni Christianorum illic præficitur: quo quidem in loco cōsuetudine ab antiquis temporibus ducta, sacrarum literarum schola habebatur, quæ est ad nostram vsque ætatem continuata quam sanè ab hominibus cum politiore doctrina & eloquentia mirè instructis, tum sacrarum literarum studio probè exercitatis frequentatam accepimus. Pantænus (de quo paulò antè dixi) disciplina philosophorum qui Stoici appellati sunt, institutus, eodem tēporis momento cum primis excelluisse traditur. Quem amore ardentissimo erga sacram Scripturam flagrantem, tantum studij in illa propaganda posuisse ferunt, vt præco Euangelij gentibus, quæ Orientem incolebant ordinatus, ad Indorum vsque regiones sese conferret. Erant autem, erant inquam ad id temporis complures verbi prædicatores, & fideles nuncij, qui diuino Apostolorum imitandorū studio inflammati, magna adiumenta cùm ad verbū Dei in animis hominum exædificandum, tum ad idem augendum afferebant. Quorum è numero vnus erat Pantænus ille, quem ad Iudæos perexisse diximus: vbi) vt fertur) Euangelium Matthæi (quod ante eius aduentum ibi fuerat receptum) in manibus quorundam, qui in illis locis Christum profitebantur, reperit: quibus Bartholomæum, vnum ex Apostolis, prædicasse, illisque Matthæi Euangelium literis Hebraicis scriptum reliquisse, & illud ipsum ad monstratum tempus reseruatum constat. Iste Pantænus propter multa rectè facta, & virtutes eximias, tandem scholæ illi Alexandrinæ præficitur: qui tum sermone coràm, tum scriptis, diuinorum institutorum & religionis tanquam thesauros hominibus proposuit.

Ruffi. ca. 10 *Scholæ Christianæ Alexādriæ præfectus Pantænus.*

Pantænus Indis prædicauit Euangelium. *Vide Hiero. in Catalog.*

Matthæi euāgelium Hebraice scriptū, Indi vsurparunt.

Bartholomæus Apostolus Indis prædicauit Euang.

De Clemente Alexandrino. CAP. XI.

A

Ruffi.ca.11. *Clemens lib.1 stromatum, pag.129.*

CLemens gentilis illius Clementis, qui Apostolorũ discipulus erat, ac Romanam olim rexerat ecclesiam, tẽporibus Pantæni, cuius opera in Sacris literis educatus multùmque exercitatus erat, Alexandriæ hominum fama & commemoratione multum nobilitatus est: qui quidẽ in libris ὑποτυπώσεων ab ipso cõpositis, nominatim præceptoris sui Pantæni mentionem facit. Quem etiã in primo libro τῶν στρωμάτων videtur innuisse, vbi certos quosdam viros Apostolica doctrina (quam ipse ab illis acceperat) cum primis eximios recenset, his verbis: Istud à me iam institutum opus, non est certè opus artificiosè ad inanem ostentationem elaboratum, sed tanquam Commentarius ad obliuionis morbum curandum in summam senectutem repositus, simulachrum planè & adumbratio non modò efficacis illius & planæ spiritu ac vita doctrinæ quam mihi concessum est audire: verum etiam beatorum hominum, qui sunt omniũ reuera præconiis meritò celebrandi. Quorum vnus Ionicus genere, in Græcia vixit: alter magnam Græciam incoluit: alter in Cœlesyria natus, ibidem commoratus est: alter ex Ægypto oriundus fuit. alij Orientem doctrina euangelica imbuerunt, quorũ vnus ex Assyriis prognatus est, alius in Palæstina antiqua Hebræorum stirpe editus. Et cum demum ipse hominem in Ægypto delitescentem vestigassem, inque eum postremùm incidissem, qui virtute & doctrina erat re ipsa omnium primus, tandem cum illo conquieui.† Atque isti veram sacrosanctæ doctrinæ traditionem, quam successionis serie ab ipsis vsque sanctis Apostolis, Petro, Iacobo, Ioanne & Paulo deducta, velut filius à patre acceperant, licet pauci numero (pauci enim sunt patribus similes) assiduè conseruantes, ad nostram ętatem vsque diuina fauente clementia vitam propagarunt, quò antiqua illa & Apostolica doctrinæ prædictæ semina in animis nostris insererent.

Clemens fol. 95. lib.23.

Huc re[...] Niceph. ca. 33. lib.4. † Curter[...] addit ex eod. Cle[...] mẽtis, quæ desunt [...] [illegible] Sicula [...] uera apis [...] titit, propheticique & apostolici prati floribus de[...] batis auditorum animis immortalium rerũ notitiam peperit. Vide Nicc. lib.4.ca.15.

De Hierosolymorum episcopis. CAPVT XII.

B

Ruffi. ca.18

SVb idem tempus ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopus Narcissus floruit, multorũ ore & sermone ad hanc vsque ætatem celebratus: qui successionis serie ducta à Iudæorum obsidione, quæ Adriano regnante obtigit, decimusquintus numeratur. Ex quo tempore non modò ecclesiam illam, post episcopos qui erant ex circumcisione, iam primùm è gentium multitudine coaluisse: verumetiam illis primùm Marcum episcopum, gentium stirpe satum præfuisse, suprà demonstrauimus. Post quem Cassianũ episcopatu potitum, successionum tabulæ, quæ illic seruantur, ostendunt. tum Publius deinde Maximus: hos sequutus est Iulianus. Caius huic successit: pòst Symmachus, & Caius alter: item alius Iulianus: tum Capito, Valens, Dolichianus, ordine in episcopatum delecti fuerunt. Ad extremum Narcissus, trigesimus ab Apostolis, successionis serie continuata designatus est.

Marcus. Cassianus. Publius. Maximus. Iulianus. Caius. Symmachus Caius. Iulianus. Capito. Valens. Dolichianus. Narcissus.

lib.4.ca.7.

De Rhodone: & repugnantia quam commemorat hæresis Marcionis. CAPVT XIII.

Ruffi.ca.13. *Rhodon Tatiani discipulus Narcionis hæresim impugnauit.*

EOdem tempore Rhodon Asiatico genere procreatus, & Romæ (vt narrat ipse de se) literis & doctrina à Tatiano (qui ex superiore nostro sermone satis cognosci potest) institutus, variis libris exquisitè compositis, strenuè cum reliquis fidei nostræ patronis impugnauit Marcionis hæresim: eámque etiam sua ætate in varias & discrepantes distractam sententias explanat: ac non modò dissidij & dissensionis describit auctores, sed etiam falsa cuiusque illorum commenta, quæ callidè excogitauerant, accuratè coarguit. Verùm illum ipsum hæc perscribentem audiamus. Ob hanc caussam inter se opinione & sententia dissentiunt, quòd vagam & parum sibi constantem doctrinam stabilire nituntur. Nam Apelles, vnus ex eorum grege, vitæ instituto & prouectæ ætatis ratione valde seuerus & grauis, vnum principium fatetur ille quidem: sed prophetias nostras ex spiritu contrario & sibi repugnante editas constanter asseuerat: argutæ & subtili sententiæ virginis, nomine Philumenæ, demonio quodam agitatæ obsecutus. Verùm alij (sicut Marcion ipse) duo inducunt principia:

Huc refert Nicephor. ca.29. lib.4

Rhodonis de hæresi Marcionis sententia. Apelles. Philumena.

A inter quos Potinus & Basiliscus numerantur. Isti Ponticum Lycum imitati, cum nullã rerum distinctionem (sicut nec ille) reperire possent, ad vulgarem quandam & perfacilẽ viam se converterunt: duóque principia exiliter & ieiunè quidem, nulla demonstratione adhibita, esse affirmarũt. Alij rursus ab illis ad deteriores erroris scopulos tanquã pro cella delati, non duas solum, sed tres naturas constituerunt. Quorum quidẽ (sicut eius disciplinæ propugnatores memorant) dux & princeps fuit Syneros. Est item apud eũdem scriptorem, quo pacto ipse cum Apelle in sermonem venerit, vbi sic loquitur: Senex Apelles, quoniam nobiscum congressus, multa nequiter & improbè dixisse conuincebatur, coactus est fateri, non rationem fidei omnino quęrere oportere: sed quemque in ea fide perstare debere, quã professus fuisset. Eos enim qui in Christum crucifixum spem coniecissent, saluos fore, dummodò in bonis operibus sedulò versari reperirentur. Verùm opinio de Deo, quæ est omniũ certissima, apertissimáque, ab illo ad eũ modum quem antè diximus, statuitur. ait enim vnũ esse principium, sicut & nostra tuetur doctrina. Deinde Rhodon, vbi totam illius opinionem in medium protulerit, ista subnectit præterea. Cum ego dicebam ad illum, Dic nobis quæso Apelles, vnde ista tibi suppetat demonstratio, aut quî possis vnũ affirmare principiũ? Respondit ille, Prophetias se inter ipsas refellere, & propterea nihil omnino verè prædixisse. Nã discrepant (inquit) inter se, commentitiæ sunt, & sibi ipsis repugnant. Verùm quo pacto vnum sit principium, se ignorare fatebatur: & ita dicere, solum sua ipsius animi inductione cõmotum. Deinde cum ego iureiurando ab eo extorquerem, vt verum diceret: sanctè deierauit, se verum dicere: nempe se omnino nescire, qua ratione vnus esset Deus ingenitus, illud tamen ita esse se credere. Ego subridens, illum leuitatis ideo arguebam, quòd cum se doctorem fateretur, nesciret tamẽ doctrinam à se propositam ratione defendere. Idem Rhodon in eodem libro (illũ autem Callistioni dedicabat) se Romæ à Tatiano & doctrina & literis institutum asserit. Ait porrò, à Tatiano elaboratũ librum quẽdam Quæstionum, quibus cùm Tatianus polliceretur se sacras literas inuolutas & obscuras esse demonstraturum: idem Rhodon cõtrà, se easdem Quæstiones in libro separato perspicuè soluturum promittit. Extant præterea eiusdem Rhodonis commentarij in sex dies perscripti. Iste, quem dixi, Apelles, infinita probra contra libros legis Mosaicę impiè effutiuit, & multis libris diuinas & sacras illas leges maledicè insectatus est: atque adeò ad eas non solum coarguendas (vt apparet) sed penitùs euertendas multum operæ & laboris contulit. Sed de his satis.

B

Syneros.

Apellis hæresis.

Vide Epipha. hæresi 11. lib. 1. to. 3. August. hæresi 23.

Vide Hier. in Catal. Script. eccles.

Rhodonis Hexaemerõ

De Pseudoprophetis qui in Phrygia orti sunt: & de schismate absurdissimo Florini & Blasti, quod Romæ exortum est.
CAP. XIIII.

HOstis ille Ecclesiæ Dei, probitatis osor maximus, & totus ad nequitiã & fraudem factus, diabolus, nullas insidiarum vias prætermittẽs, quibus humano generi pararet exitium, effecit, vt sectæ erroresque peregrini inauditique iterum contra Ecclesiam in lucem educerentur. Quarum propugnatores, alij instar venenatorum serpentum in Asiam & Phygiam obrepserunt: qui profectò non dubitabant Montanum paracletum vocare: & duas mulieres, Priscillam & Maximillam, ex eius quasi ludo egressas, prophetissas Montani, arroganter appellare. *Nonnulli Romæ vigebant: quorum Florinus presbyterij ecclesiastici gradu abdicatus, & Blastus persimili implicatus errore, pariter cum illo principatum obtinuit. Isti certè cõplures alios, quasi ab Ecclesiæ complexu abstrahentes, in suam pertraxere sententiam: quorum vterque separatim nouam sectam ad veritatem euertendam excogitare laborauit.

Huc refer Nicepho. cap. 20. li. 4. Vide Epiphan. hæresi 2. tom. 1. lib. 2. Aug. hæresi 36. 70. 66.

Ruf. c. 14.

Montanus paracletus dictus.

Priscilla & Maximilla prophetissæ.

* Ruf. c. 15.

Florinus.

Blastus.

Quæ de Montano & illius Pseudoprophetis commemorantur.
CAP. XV.

COntra errorem qui Cataphrygum dicitur, tum Apolinarium Hierapolis episcopum (cuius mentio in superiore nostro sermone facta est) tanquam firmum & inexpugnabile præsidium, tum alios complures vnà cum illo viros, id tẽporis perquàm disertos, diuina vis ac potentia, veritatis propugnatrix, excitauit. Ex quorum libris per-

Huc refer Niceph. c. 22. lib. 4.

Cataphrygũ hæresis, & Apollinarij eã impugnantis studium.

Ex quorum libris permulta testimonia ad hanc nostram historiam accommodata, à A
nobis collecta sunt. Nam quidam ex his quos modò diximus, in principio Operis quòd contra Cataphryges scripsit, primùm ostendit, quo pacto disceptatione coràm habita, cum illis fuerit absque scripto congressus, eorúmque errores refutarit. Isto enim modo scribendi facit initium. Quanquam longo iam & valde prolixo temporis spacio, Auirci Marcelle charissime, à te, vt aliquid contra Cataphrygum hæresim scriberem, incitatus sum: tamen hactenus me ab illo instituto continui, non tam quòd dubitarem falsa errorum commenta me posse conuincere, & firmis testimoniis veritatem corroborare: quàm quòd tum metuerem, tum sedulò præcauerem, ne Euangelico noui Testamenti verbo (cui neque apponere neque detrahere quicquam licet, ei præsertim qui secundum euangelium vitam degere instituerit) quibusdam viderer meo quasi marte aliquid vel addere vel statuere quod nō in eo omnino comprehensum sit: Verùm cum nuper essem Ancyræ, Galatiæ vrbe, & ecclesiam quæ est in Ponto, cōtentionum procellis ab ista noua & inusitata non (vt illi dicunt) prophetia, sed potius (vt post demonstrabitur) pseudoprophetia concitatis iactatam offenderem, quantum poteram (iuuante Deo) de his ipsis eorum erroribus qui iam passim vagātur, & de iis quæ ab illis proponebantur, multis diebus assiduè in ecclesia disceptabam, adeò vt ea non solum permagna efferretur lætitia, sed ad veritatem vehementer roboraretur: & qui cōtrarias partes tuebantur eodem temporis momento à me refutati, animos deiicerent, & omnes veritatis aduersarij summo dolore angerētur. At cū presbyteri qui in eo loco erant, præsente Zotico Otreno postularent, vt de his quæ fuissent contra veritatis aduersarios eo sermone disputata, Commentarium aliquem relinqueremus: istud ibi minimè quidem præstitimus, sed constāter illis sumus polliciti (Domino nobis gratiam largiente) nos illum scriptis hoc loco mādaturos, & absq; cūctatione ad eos missuros. Ista aliáque deinceps verba in exordio libri præfatus, & in sermone progressus paululum, auctorem erroris de quo locuti sumus, hoc modo cōmemorat. * Illorum hæreticorum originis, temeritatis, & nouæ ac recētis sectæ, quæ tantum dissidij & cōtentionis in Ecclesia cōcitauit, talis causa extitit. Pagus quidam esse dicitur in Mysia Phrygiæ, quæ nūcupatur Ardabam. ibi ferunt quēdam nomine Montanum, qui nuper ad fidem venerat, Grato tum proconsule Asiæ, primùm insatiabili quadam animi cupiditate in primatu ambiendo incensum, simulátque aditū diabolo aduersario ad se patefecerat, spiritu quodam maligno abripi, & derepēte furore & mentis insania exagitatum bacchari: atq; mox nō temerè solum garrire, sed peregrinas quasdam voces fundere, & contrà quàm Ecclesiæ consuetudo cum traditione, tum successione antiquitus ab Apostolorum temporibus eousq; deriuata postulabat, prophetare scilicet occœpisse. Ex illis qui eo temporis articulo adumbratas eas & adulterinas voces auditione acceperant, nonnulli contrà illum tanquam insano spiritu præditum, dæmonio agitatū, falsi erroris quasi vento pulsum, & hominum deniq; multitudinē magnopere conturbantem, acriter increpabāt: & Dominium distinctionis, qua spiritum erroris internoscerent: tum minarum, quib. perterrefacti, vigilanter pseudoprophetarum aduentū præcauerent, recordati, ne ita deinceps garriret prohibuerūt. Alij autē Dominicæ distinctionis penitùs obliti, velut Spiritu sancto & dono prophetiæ imbuto, sese gloriose extulerūt, atque insolenter intumuerunt: à quo decepti, inq; fraudem inducti, spiritū illum vesanū, fallaciter blandientē, & populū in errorem astutè inducentem, vehementer sollicitarunt, vt se à loquendo nō amplius prohiberi permitteret. Diabolus igitur cū arte quadam, imò eiusmodi falsæ & fraudulentæ astutiæ præstigiis, perniciem contra istos qui ita se Deo opposuissent, machinatus esset: & ab eisdem contrà atque meruerat, magno honore affectus, illorum mentem à fide quæ est secundum veritatem, lapsam, errorísque somno cōsopitam excitauit, incēditque, vt duas meretrices ad illud idem scelus impellerent, spiritúque complerent adulterino, quò non aliter quàm Montanus (quem diximus) furiosè, ineptè, & nouo ac peregrino modo garrirent: vsque adeò, vti spiritus ille veteratorius eos qui tum in eo se oblectarent, tum effuse gloriarētur, interdum beare, & promissorum magnitudine admodum inflatos reddere videretur: interdum cōiecturis & rationibus probabilibus nixus, apertè eorum peccata coràm redargueret, vt putaretur etiam corrector vitiorum. Quanquam pauci ex Phrygibus erant, qui eius erroris tenebris inuoluebantur: præfractus tamen ille & arrogās spiritus ad catholicam & vniuersam sub cœlo Ecclesiam cōtumeliis

Occasio qua Apolinarius Cataphrygū hæresin impugnauerit.

Zoticus. Otrenus.

* Ruff. c. 16

Ardabam pagus. Mōtanus hæreticus qualis, & sectæ eius origo.

B

Diuersa hominū de Mōtano iudicia. Distinguendi sunt spiritus prophetantiū.

Impostura diaboli.

Duæ meretrices Montano coniunctæ.

A tumeliis onerandam eos propterea perdocuit, quòd idem ille pseudopropheticus eius « spiritus neq; aditum ad illam sibi parentem habere, neq; honorem in illa acquirere po- « tuerat. Nam vbi fideles qui Asiam incolebant, sæpenumero, & multis in locis eiusdem » in vnum conuenerant, & doctrinam recens inductam explorarant, & eam profanam » ac detestabilem ostenderant: & errorem ipsum improbarát: sic tandem isti tum ab Ec- » clesia extrusi, tum à communione penitùs depulsi fuerũt. Quæ cum scriptor ille in pri- » mo libro operis sui (in quo passim illorum errorem coarguit) accuratè explicauerit, in » secundo libro ista de morte illorum quos suprà persecuti sumus, commemorat. Quin » nos ideo prophetarum interfectores appellarunt, quòd garrulos in primis & loquaces » illorum prophetas minimè admiserimus (hos enim prædicant esse quos Dominus pol- » licebatur se populo missurum) nobis iam quæso respondeant: Ecquis, amabo, ô opti- » mi) illorum qui Montani & mulierum illarum disciplina eruditi, garrire cœperunt, re- » peritur, qui vel à Iudæis sit persecutionem perpessus, vel à nefariis & facinorosis gen- » tibus neci traditus? Nemo certè. Neque quisquam illorum prehensus, aliquando pro » Christi nomine cruci affixus est: neq; in Iudæorum synagogis mulier vlla inter eos ali- » quando flagris cæsa, aut lapidibus vsque obruta. Et quod ad Montanum ipsum, & Ma- » ximillam attinet, illi alio quodam & longè diuerso mortis genere occubuisse dicuntur. » Nam istos ferunt spiritus vesani & perditi impulsu commotos, sibi laqueo mortem cõ- » sciuisse. Non tamen simul, credo, & eodem momento (ipso temporis puncto, quo al- » teruter obierit, multus sermo de illis inter homines versabatur) sed ita occubuisse, vt » diximus, & eundem cum Iuda proditore vitæ exitum adeptos, cõstans fama est. Est e- » tiam pari ratione de admirabili illo Theodoto, qui primus illius commentitiæ prophe- » tiæ quasi procurationem susceperat, valde creber sermo, quomodo è mentis potestate » deturbatus) fraudulento spiritui seipsum concrediderit: à quo sublimem aliquando in » aërem sublatum, & derepentè præcipitem deiectũ, miserè ac perditè interiisse ferunt. » At illi: Rumor est, inquiunt, istud ita gestum esse. Nósne igitur (ô beate) nósne eiusmo- « di quicquam pro certo nos scire censebimus, cũ oculis ipsi minimè conspeximus? Mõ- » tanus namq;, Theodotus, & mulier illa quæ suprà commemorata est, fortasse sic, for- B tasse secus mortem oppetiuerũt. Rursus eodem in libro dicit, sanctos & pios episcopos » id temporis conatos esse Maximillæ spiritum redarguere, reprimereq́;: sed ab aliis, qui » videlicet spiritui illi patrocinio esse studebant, impeditos esse. Sic enim scribit. Ne am- » plius loquatur Maximillæ spiritus, sicut Asterius Vrbanus in libro suo illam loquẽtem » inducit, Omnium insectatione vrgeor, & tanquam lupus ab ouibus repellor: non sum » lupus: verbum equidem sum, spiritus & virtus. Sed virtutem quæso in spiritu euiden- » ter declaret, ostendatq́;, atque adeò Zoticum ex vico quæ dicitur Comana, & Iulianũ » ex Apamea, cùm viros probatos, tum episcopos, qui id temporis ad eam explorandam, » & cum ipso garriente spiritu disserendum aduẽtauerant (quorum ora Themison cum « suis obturabant, neque vllo modo patiebantur mendacem illum & subdolum spiri- » tum ab illis redargui, refellíque) cogat fateri, si poterit, illum ipsius spiritum, verum & » ingenuum esse. In eodem libro iterum, paucis verbis interpositis, quę ad commentitias » illas Maximillæ prophetias conuincendas accõmodantur, tũ tempus quo ipse ista scri- » pserit, ostendit: tum vaticinationũ illius meminit, quibus ante augurabatur bella & se- » ditiones futuras: quarum cõmenta isto modo coarguit. Qui fieri potest, vt istud illius » mendacium iam non satis omnibus perspicuè exploratũ sit? Nam ex tempore quo illa » mulier abiit è vita, ad hũc vsque diem plures quàm tredecim anni intercesserunt: & ne- » que bellum in aliqua regione separatim, neque passim in toto orbe terrarum gestum » hactenus accepimus: quin Christianis etiam Dei misericordia largiente, pax secu- » ra & stabilis permansit. Hæc ex secũdo libro hactenus. Ex tertio item pauca verba pro- » feram, quibus Montani æmulos, qui inani ostentatione complures ex suis martyres » fuisse iactitauit, impugnat ad hunc modum. Cum iam omnia illorum argumenta quæ » suprà posuimus, sint penitùs confutata, & nihil habeant quod dicant amplius, ad mar- » tyres confugiunt, séque affirmant complures habere martyres: atque hoc certum ar- » gumentum esse virtutis & potentiæ, quæ est in prophetico illorũ spiritu abdita. Cæte- » rùm istud, vt videtur, omnino à veritate alienissimum est. Etenim non pauci aliarum » hæresium propugnatores, permultos venditant se habere martyres: non tamen pro- » pterea cum illis consentiemus, neque illos veritatem penes se tenere fatebimur. Qui

Asianarum Ecclesiarum Synodi ob hæresin Mõtani.

Montani & Maximilæ interitus.

Theodoti mors.

Rumor.

Patres spiritũ Maximillæ frustra conantur retũdere.

Asterius Vrbanus.

Hæretici etiã suos martyres iactitant.

Martyrum multitudo quatenus doctrinam commendet, aut contrà.

primi ex Marcionis hæreſi Marcioniſtæ vocati ſunt, permultis ſe Chriſti martyribus abundare prædicant: ſed tamen Chriſtum ipſum (vti veritas poſtulat) minimè confitentur. Non multò pòſt iſta addit. Simulatq; viri verè eccleſiaſtici & catholici peſecutionis temporibus, ad teſtimonium fidei, quæ eſt ex veritate, vnà cū quibuſdam Cataphrygum hæreſi cæcatis, (quos illi hæretici pro martyribus habebant) eſſent fortè vocati, ab illis planè diſſenſerunt plurimùm: & ne cum veſano ac dementi Montani & mulierū ſibi in ſocietatem aſcitarum ſpiritu, vlla ex parte conſentire viderentur, cum illis communicare ad extremum vſque ſpiritum prorſus recuſarunt. Atque hoc verum eſſe, & noſtris temporibus Apameæ, quæ iuxta Mæādrum ſita eſt, geſtum, Gaius & Alexander Eumeniæ prognati, qui tunc martyrium ſubibant, ſatis perſpicuè declarârunt.

De Miltiade, & eius lucubrationibus. CAP. XVI.

Ruf. c. 17. *Verba Miltiadis de Mōtano.* — Huc refe: Nicepho: ca. 24. lib. 4.

IN eodem libro idem auctor Miltiadis ſcriptoris (vtpotè qui contra hæreticorum errorem, quos antè demonſtrauimus, librum exarauiſſet) mētionem facit: vbi etiā quibuſdam eorum ipſorum hæreticorum vocibus citatis adnectit, quæ ſequūtur: Iſta cùm in quodam opere † Miltiadis (in quo oſtendit, minimè credere oportere, quenquā prophetam furore percitum prophetare ſolere) fortè reperirem, breuiter velut in compendium contuli. Longius item aliquanto progreſſus, in eodem prophetas noui Teſtamenti recitat, quibus Ammiam quendam, & Quadratum annumerat, vbi ſic loquitur: Hic pſeudopropheta Montanus (quem impudentia & audacia ſequuntur, vt comites) cùm eſſet furore correptus, ex inſcitia quadam voluntaria ordiens, in inſaniam animi non voluntariam, ſicuti antè diximus, præceps tandem delabebatur. At verò neque quenquam veteris Teſtamenti prophetam, neque quenquam noui oſtendere poterūt, qui inſano ſpiritu ad hunc modum fuerint aliquando exagitati. Neque de Agabo, neque de Iuda, neque de Sila, neque de Philippi filiabus, neque de Ammia ex Philadelphia, neque de Quadrato, neque de aliis quibuſuis præterea, quod veſano ipſorū more vlla ex parte aliquando prophetauerint, omninò gloriari poterunt. Rurſus iſta memorat paulò pòſt: Quod ſi poſt Quadratum, & Ammiam ex Philadelphia, mulieres illæ Montani (ſicut prædicant) in prophetiæ munus proximè ſuccedebant: proferant etiā eos qui poſt Mōtani & mulierum illarum mortem (nam donum prophetiæ in Catholica eccleſia ad poſtremum Chriſti aduentū debere verſari affirmat Apoſtolus) in idem munus ſucceſſerint. Verùm decem & quatuor annis, qui iam à morte Maximillæ hactenus interceſſerunt, ne vnum quidem prophetam inter ipſos commonſtrare poterūt. Hæc ille. Miltiades verò, qui ab eodem auctore quem modò citaui commemoratus eſt, etiam alia præclara ſuæ diligentiæ ac ſtudij in Sacris literis collocati indicia, cùm in opere illo quod contra Gentiles, tum in eo quod contra Iudæos ſcripſit, nobis poſt ſe reliquit: quibus vtriſque ſeparatim in duos libros partitis, vtrúmque hominum genus, & eorum inſtituta coarguit. Apologiam præterea pro Chriſtiana, quam ipſe profitebatur, religione, ad mundi principes illius temporis conſcripſit.

† Vide annot. pag. 52. lat. 2. lin. 37.

Prophetæ in nouo Teſtamento. *Montani hæreſis.* *Prophetæ Chriſtiani.* *Miltiadis ſcripta.* *Cōtra gentes* *Contra Iud.* *Apologia pro Chriſtianis.*

In quibus Apollonius Cataphrygas confutauerit, & quorum mentionem facit. CAP. XVII.

Ruf. ca. 18. *Apollonij Cataphrygū hæreſeos confutatio.* — † Huc refe: Nicephor. ca. 24. li. 4.

POrrò † Apollonius ſcriptor eccleſiaſticus, cum ea quæ Cataphrygum hæreſis nominata eſt, adhuc in Phrygia vigere videretur, librum ſeparatim ad auctores & patronos eiuſdem confutandos compoſuit. Atque non modò confictas prophetias, quæ illorum eſſe feruntur, ad verbum ferè, vt ſcriptæ erant, coarguit: ſed vitam etiam eorum qui illius erroris auctores ac duces extiterunt, qualiſnam fuerit ſub omnium aſpectu ponit. Sed enim ipſum his verbis de Montano loquentem audiamus. * Atqui quis ſit hic recens & nouitius doctor, facta illius & doctrina ſatis declarant. Iſte eſt, qui nuptiarum diuortia perdocet, qui nouas ieiunij leges ſancit: qui Pepuzam & Tymium (iſtæ enim ſunt paruæ ciuitates Phrygiæ) cupiens omnes vndique eò conuocare. Hieruſalem nuncupat: qui pecuniarum exactores conſtituit, qui oblationum nomine munera accipienda prætexit: qui denique ſui verbi prædicatoribus, vt eiuſdem verbi doctrina ſordido ventris abdomine & ingluuie roboretur, ſalaria ſuppeditat. Iſta de Montano.

Mōtanus hæreticus. *Pepuza. Tymium.*

* Vide Epiphan. hæreſ. 1. lib. 2. to. 1. Auguſt. hæreſ. 44. Vide Epiphan. hæreſ. 3. lib. 1. Tom. 1. Auguſt. hæreſ. 17.

De eius

A De eius prophetissis, sermone aliquanto longius producto, scribit. Intelligendum est „ istas primas Montani prophetissas, vt primùm spiritu illo repletæ erant, maritos de- „ seruisse. Quàm falsò igitur ementiti sunt hi, qui Priscillam virginem appellabant? „ Deinde subiungit. An non vniuersa Scriptura videtur prophetam vetare, ne munera „ & pecuniam accipiat? Quando ego igitur fortè video prophetissam aurum, argen- „ tum & vestes preciosas cupidè accipientem, qui est cur illam non prophetissarum nu- „ mero excludam? Iterum sermone longius prouecto, de quodam illorum quos Confes- „ sores nominabant, hæc disserit[1] Themison etiam totus reuera auaritiæ sordibus inuo- „ lutus, qui non toleranter crucem afflictionis (quæ est propria veri confessoris nota) ge- „ stabat, sed pecuniarum multitudine se è vinculis eripiebat: cùm oportuisset illum ob „ istud peccatum humili submissóque animo se gessisse. Martyrem & testem Christi se „ esse gloriatus, audebat Apostolum imitando, catholicam ad omnes ecclesias episto- „ lam contexere: ac tum illos qui planè multò melius credebant quam ille, fide & reli- „ gione instruere: tum suæ doctrinæ confirmare ineptias: tum denique in Dominum, in „ Apostolos, in sanctam ecclesiam conuicia petulanter iacere. De alio item eorum quos „ tanquam martyres apud se, honore & obseruantia decorabant, sic tradit. Vt non de plu- „ ribus verba faciamus, dicat nobis ipsa prophetissa de Alexandri facinoribus, qui se mar- „ tyrem prædicat, & quem ipsa conuiuio excipit familiariter, quem etiam alij complu- „ res adorant: cuius latrocinia & alia flagitiorum genera, pro quibus debitas pœnas per- „ soluerit, nihil nostra interest commemorare, præsertim cum in ipsas tabulas publicas „ satis accuratè relata sint. Igitur quisnam istorum alterius condonabit peccata? Prophe- „ tissáne martyri latrocinia, an martyr prophetissæ auaritiam? Cùm enim Dominus di- „ xerit, Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas: isti omnia con- „ trà, in rerum vetitarum possessione magnopere deliquerunt. Nam illos qui ab isto pro- „ phetæ & martyres dicuntur, non à diuitibus solum, sed à pauperibus etiam, ab orpha- „ nis & viduis pecunias exegisse perspicuè ostendemus. Quòd si in hac sibi cõfidant, pro-
B deant in medium, & de his nobiscum vnà disceptent, vt si fortè conuincantur, desi- nant de cętero peccare. Oportet enim fructus prophetæ exquisitè explorari. nam arbor " à fructu ritè internoscitur. Vt verò Alexandri flagitia, cuique ea cognoscere cupienti " dilucidè aperiantur, hoc pacto ostendemus. Ephesi ab Aemilio Frontino proconsule, " non propter nomen Christi, sed propter latrocinia (erat enim maleficus) quæ turpiter " admiserat, in iudicio condemnatus est. Verùm postea cùm se ob nomen Christi per- " secutionẽ passum fuisse apud fideles (quos callide hac astutia deludebat) falsò prętexuis- " set, illis proconsulẽ rogantibus pro eo, dimissus est. Attamẽ propria ac sua, vnde erat, ec- " clesia, eũ, quia latro erat, recipere nolebat. Cæterũ qui plura de reb. gestis illius) cuius vi- " tæ rationẽ hæc prophetissa, licet cũ illa multis iam annis cõmoratus sit, ignorare præ se " fert) penitùs cognoscere cupiãt, Asiæ tabulas publicas habent, vnde discãt. Istius igitur " mores depingendo, in iisdem tãquam in tabula, propriam etiam & veram prophetissæ " effigiem scitè depinximus. Similẽ etiam inscitiam in multis eorum possumus declara- " re. Quòd si sibi, suísque ingeniis præfidant, veniant quæso in quæstionem, iudiciúmque " subeant. Alio item loco eiusdem libri de prophetis, de quibus se ita iactitant, ista adne- " ctit. Si inficias eant, ipsorum prophetas munera accepisse, hoc pro confesso statuant: se, " si munera accepisse manifestò cõuincantur, nõ omninò esse prophetas. De quib. rebus " infinita penè, eaq; certissima argumẽta proferemus. Quin omnes prophetæ fructus ac- " curatè examinare necessum est. Dic mihi: Prophetáne comã coloribus tingit? Prophe- " táne stibio oculos oblinit? Prophetáne sumptuosè & vestitu splendido ornatus incedit? " Prophetáne tabulis & tesseris ludit? Prophetáne fœnus exercet? Ista verè mihi fateãtur, " & dicant, vtrũ liceat vsurpare, an contrà. Ego certè hæc apud illos factita, perfacilè ostẽ- " dam. Idem iste Apollonius in eodem libro commemorat, quòd quadragesimus iam annus, in quo quidem ad hoc opus scribendum se cõtulit, agebatur, ex quo Montanus illam confictam & commentitiam prophetiam incœperit. Atque iterum dicit,[2] Zoticum (cuius superior scriptor fecit mentionem) cùm Pepuzam aduẽtasset, ibi iam[3] Maximilla prophetare se simulante, insanum in illa spiritum coarguere conatum fuisse: verùm ab illis qui Maximillæ partibus fauebãt, ab instituto prohibitum. Porrò[4] Thraseæ cuiusdam ex numero martyrum, qui tum erant, meminit. Præterea ait se traditione accepisse.[5] Seruatorem mandatum suis dedisse Apostolis, ne ad duodecim annos

Montani prophetissæ.
Montani cõfessor.
1 Themison.
Confessoris propria nota.
Alexander pseudomartyr, eiusque flagitia.
Luc 9.
Mat. 10.
Mat 7.
Prophetæ fructus explorãdi.
Alexandri Montanistæ supplicium.
Prophetæ à quibus abstinendum.
2 Zoticus.
3 Maximilla prophetissa.
4 Thraseas martyr.
5 Mandatũ Seruatoris de non relinquẽda Hierosol. datũ Apostolis.
Apocalypsis Ioannis.

Hierosolymis decederent. Vtitur etiam testimoniis ex Apocalypsi Ioannis desumptis. A
Hominem itẽ mortuum, diuina virtute & potentia Ephesi à Ioanne excitatum narrat. Alia nonnulla persequitur, quibus pestiferum in primis, & maximè detestabilem hæresis prædictæ errorem plenissimè cumulatissiméque labefactat. Hæc Apollonius.

De Serapione, & Cataphrygum hæresi. CAP. XVIII.

Ruf. c. 19. *Serapion.*

Huc refert Nicepho. ca. 27. li. 4.

LIbrorum Apollinarij contra hæresim, quam modò posuimus, editorum meminit Serapion: quem iisdem temporibus post Maximinum ecclesiæ Antiochenæ episcopum fuisse fama est. Istius etiam Apollinarij memoriam vsurpat in epistola scripta separatim ad Coricum & Ponticum: in qua ipse eãdem perstringens hæresim, hæc loquitur. Vt verò istud intelligatis, omnem in Christo fraternitatem, quæ per vniuersum orbem terrarum diffusa est, ab hac noua & peregrina prophetia tam falsis præstigiis instituta, reapse abhorrere, literas Claudij Apollinarij beatissimi, qui Hierapoli, ciuitati Asiæ episcopus præfuit, ad vos misi. In hac Serapionis epistola extant diuersorum episcoporum subscriptiones, quorum vnus sic ferè subscribit. Aurelius Cyrenius, testis Christi, vos salutem & prosperam valetudinem opto. Alter isto modo Publius Iulius ex Debelto, colonia Thraciæ episcopus: Viuit Deus in cœlis, quòd beatus Sotas in Anchialo voluit Priscillæ dæmonem eiicere, sed veteratorij illi hypocritæ neutiquam permiserunt. Sunt etiam in iisdem literis permultorum aliorum episcoporum subscriptiones, sua ipsorum manu exaratæ, qui eidem sententiæ suffragati sunt. Atque de his satis.

Apollinarius episcopus. *Aurelius Cyrenius.* *Ael. Pub. Iulius.* *1 Sotas.* *2 Priscillæ dæmon.*

Euseb. hos infrà Ga… nũ & Po… tiũ vocat, cap. 10. lib. 6. Niceph. illum Ca… conem vocat cap. … lib. 4.

Quæ Romæ contra schismaticos Irenæus disseruerit. CAP. XIX.

Ruf. c. 20. *Irenæi epistolæ.* *Florinus hæreticus.*

Huc refert Nicephor. ca. 30. li. 4. B

CVm quidam rursus sanam & synceram ecclesiæ consuetudinem Romæ deprauare studerent, Irenæus varias contra eos composuit epistolas: vnam ad Blastum, quam inscripsit de Schismate: alteram ad Florinum, de Monarchia, siue quòd Deus nõ sit auctor & fabricator mali. Nam iste Florinus contrariam illi sententiam videbatur acriter propugnasse. cuius causa etiam, quandoquidem in errorem Valentinianum lapsus erat, Irenæus librum de Ogdoade conscripsit: in quo satis apertè declarat, se Apostolorum temporibus proximè successisse. Atque in extrema parte illius operis elegantissimam eius subscriptionem reperiebamus, quam in hunc sermonem includere necessarium planè ducimus: quæ est scripta ad hunc modum. Te qui hunc librum transcripseris, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per gloriosum aduentum illius, cùm sit ad viuos & mortuos iudicandos venturus, adiuro, vt studiosè conferas quod transcripseris, & accuratè ad exemplar vnde transcripseris emendes: & sacramentum istud, quo te obligauerim, similiter descriptum in exemplar inscribas. Atque ista sanè commodè & vtiliter cùm ab illo dicta sunt, tum à nobis narrata, vt veteres illos, & verè pios viros, tanquam exemplum accuratissimæ in describendis libris diligentiæ, nobis ad imitandum proponamus. In ea porrò epistola ad Florinum, quàm suprà citauimus, Irenæus rursus familiaritatis quæ illi cum Polycarpo intercesserat, mentionem facit. Ista dogmata, Florine, vt tecum agam humaniùs, sanæ doctrinæ & sententiæ non sunt. Ista dogmata sunt Ecclesiæ repugnantia, vtpotè quæ eos qui illis obsequuntur, in maximam impietatem deiiciant. Ista dogmata ne hæretici quidem, qui erant ab Ecclesia exturbati, vnquam affirmare audebant. Ista dogmata presbyteri, qui ante nos fuerunt, quíque erant ipsorum Apostolorum discipuli, minimè tibi tradiderunt. Vidi enim te cùm adhuc puer essem, in inferiore Asia apud Polycarpum, cum & in aula Imperatoris splendidè lautéque vitam degebas, & sedulò te Polycarpo probare nitebaris. Nam ea quę tum gerebantur (cognitio enim quam à pueris combibimus, vnà cũ ætate accrescit simul, & quasi vinculo cum ipso animo penitùs copulatur) multo firmius in memoria insident, quã quæ nuper præterierunt: adeò vt & locum in quo assidebat beatus Polycarpus, cùm dissereret, illius eò aduẽtum, & introitum, formam & modum vitæ, corporis effigiẽ, disceptationes ac sermones quos apud multitudinem habebat, & vt necessitudinem ac vitæ vsum cũ Ioanne & reliquis qui ipsum Dominũ vidissent, se habuisse narraret, & quo pacto memoraret eorum sermones, quinetiã quæ nam ab illis

Veterum in describendis libris diligentia ac fides. *Irenæus auditor Polycarpi.*

A ab illis de Domino audiuisset: quo modo de miraculis eius, ac virtutibus & de doctrina „ deniq;, sicut ab illis qui fuissent suis oculis verbū vitæ conspicati, scripturis verè cōsentientia narraret, videar mihi posse ritè percēsere. Hæc eo tēpore per Dei misericordiā, „ quam erga me ostendebat, studiosè & attentè audiebam: atque non chartæ & literis „ sed interiori mentis cogitationi mandabam. Et perpetuò, Dei iuuante gratia, ingenuè „ & exquisitè recordatione renouo, atque coràm certè iam Deum contestari possum, illū „ beatum & Apostolicum presbyterum Polycarpum, si eiusmodi dogmata fortè audiuisset, continuò exclamaturum, & aures obturaturum, ac de more suo dicturum fuisse: „ O bone Deus, in quæ me tēpora reseruasti, vt ista patiar? Atque ex eo loco, quo vel sedens vel stans ea audiuisset, extemplò planè aufugiturum. Itémque ex epistolis quas cū „ ad vicinas ecclesias, quò eas confirmaret: tum ad quosdam fratres, quò eos tum admoneret, tum cohortaretur, misit, ista ita se habere, manifestò cognosci poterit. Hæc Irenæus.

Hæretici non audiendi.

Quomodo admirandus Apollonius propter Christum Romæ martyrium subierit. CAP. XX.

Huc refer Nicephor. ca.26.li.4. Hieronymū in catalogo Scriptorum Eccles.

Ruf. c. 21. Pax ecclesiæ concessa.

EOdem tempore, Commodo imperium Rom. gubernante, nostra religio ad pacatum & tranquillum statum traducta fuit, & pax (diuina gratia largiente) omnes ecclesias in toto terrarum orbe occupauit. Quo quidem tempore salutaris Dei sermo hominum mentes cuiúsque generis adeò attraxit ad piam Dei omnium rerum conditoris religionem cultúmque, vt iam Romæ complures, & genere illustres, & rerum affluentia admodum locupletati, vnà cum omni familia & cognatione sua, se ad suam ipsorum salutem amplexandam reciperent. Verùm istud virtutis hosti, & inuidia natura sua exæstuanti, diabolo minimè ferendum videbatur: & propterea varias de integro machinas contra nos astutè fabricare aggressus est. Nam Apolloniū, virum inter fideles politioris literaturæ studiis & philosophiæ notitia plurimùm celebratum, in iudicium adducit: & vnum ex eiusdem Apollonij seruis ad hanc rem valdè accommodatum, qui hominem accuset, excitat. Cæterùm huic misero & perdito intempestiuè & incommodè in iudicium ad Christianum accusandum ingredienti, B actutum (quoniam iudices, qui Christianorum nomina solùm quia Christiani essent, deferebant, Imperatoris edictum, neci dare mandauerat) crura suffringebantur, Perennio iudice contra eum talem sententiam pronunciante. Iste autem Deo clarissimus martyr, cùm iudex obnixè ab illo petiisset, flagitassétque vt fidei se rationem coram Senatu redderet, simulátque accuratissimam orationem apologeticam pro fidei quā profitebatur defensione coram omnibus recitasset, sententia Senatus securi percussus, decessit è vita. quippe vetus lex apud illos extabat, Christianos, qui semel in iudicio comparauerant, nisi professionis suæ sententiam mutarent, non omninò liberos dimittendos esse. Istius verò coram iudice verba, & responsa quæ ad Perennij rogata dabat, & orationem apologeticam apud Senatum habitam, si cui lubitum sit accuratè cognoscere, ex libro nostro quem de Veteribus martyribus composuimus, manifestò intelliget.

Delator Apollonij supplicio affectus. Christianorū accusatoribus crura frangi iussa. Apollonij martyrium.

Perennium hunc præfectū vrbis multos nobilium interfecisse, Lampridius & Herodianus testantur.

Eusebij de Martyribus liber.

Qui iis temporibus Episcopi prouinciarum fuerint. CAP. XXI.

Huc refer Nicephor. ca.19.li.4.

Hæc acta sunt circa annū 190. Christi.

DEcimo anno Commodi imperij, postquàm Eleutherus decem & tribus annis pontificatum administrauerat, successit Victor: quo quidem tempore, vbi Iulianus decimum ministerij sui annum compleuerat, ecclesiarum Alexandriæ procurationem capessit Demetrius. Quorum temporibus (Serapion, quem modò declarauimus) octauus ab Apostolis ecclesiæ Antiochenæ episcopus, magno apud omnes in honore fuit: Cæsareæ item id temporis Palæstinarum præfuit Theophilus. [2] Narcissus similiter, cuius superior nostra mentionem fecit ratio, adhuc ecclesiæ Hierosolymitanæ ministerio perfungebatur. Ecclesiæ Corinthiorum, quæ est in Græcia, iisdem temporibus [3] Bacchyllus fuit episcopus: ecclesiæ Ephesianæ [4] Polycrates. Et quanquam multi alij prætereà, vt verisimile est, & propè infiniti illa hominum ætate floruerunt: illos tamen, quorum recta fidei & catholica sententia scriptis ad nostram ætatem deriuata sit, solos vt ratio postulabat, nominatim citauimus.

Ruf. ca. 22. Victor episc. Rom. Demetrius episc. Alex. 1 Serapion episc. Antioc. Theophilus episcop. Cæsareæ. 2 Narcissus Hierosol. 3 Bacchyllus Corinth. episc. 4 Polycrates episc. Ephes.

De quæstione, quæ tum temporis de Paſchate agebatur. CAP. XXII.

A

Ruff. c. 23. *Cõtentio inter orientis & occidentis eccleſias mota circa annum Christi 198. Apoſtolica traditio.* — Huc refer Nicephor. ca. 36. li. 4.

QVoniam verò illis temporibus de feſto Paſchatis in honorem Seruatoris obſeruãdo non exigua concitata propterea erat controuerſia, quòd omnes eccleſiæ Aſiæ antiqua quadam traditione adductæ, cenſebant decimoquarto die lunæ (quo Iudæis olim præceptum erat, vt agnum immolarent) feſtum illud celebrandum, & omninò eo die, in quemcunque hebdomadæ diem fortè incideret, ieiuniis finem ſtatuendum: & quod non in more poſitum eſſet, cæteris Eccleſiis per vniuerſum orbem terrarum diſperſis, quæ conſuetudinem ex Apoſtolica traditione ad hoc vſque tempus continuatam tenebant, (nimirum vt non alio die, quàm eo quo Seruator à mortuis reſurrexerit, ieiunia diſſoluerentur) iſtum modum obſeruare: idcirco concilia & conuentus epiſcoporum in vnum cogebantur, & omnes vna ſententia decretum eccleſiaſticum, nempe vt non alio die aliquando quàm Dominico myſterium Domini reſurrectionis à mortuis celebraretur, & vt in hoc ſolo ieiuniorum quæ circiter Paſcha fieri ſolent, finem faceremus, per literas ad omnes eccleſias ſcriptas ratum faciebant. Decretum autem epiſcoporum qui tum erant in [1] Palæſtina conuocati, ad hanc vſque ætatem ſcriptis cuſtoditum eſt. in quorum Synodo Theophilus Cæſarienſis eccleſiæ epiſcopus, & Narciſſus epiſcopus Hieroſolymorum, præſides fuerunt. Aliud etiam eſt epiſcoporum, qui Romæ ſimiliter conueniebant, de eadem controuerſia ſtatutum: quod quidem Victorẽ id temporis epiſcopum fuiſſe declarat. Aliud item epiſcoporum Ponti, quibus Palmas, vtpotè antiquiſſimus & maximè venerandus præſidebat. Aliud eccleſiarum Galliæ, quas Irenæus regebat epiſcopus. Aliud porrò eccleſiarum quæ [2] Oſrœnam, & reliquas in eo loco ciuitates incolebant. Aliud ſeparatim Bacchilli eccleſiæ Corinthiorum epiſcopi: & alia denique aliorum propè infinitorum, qui vno conſenſu iudicióque vno eandem de illius feſti obſeruatione tulere ſententiam. Atque iſtorum omnium vna hæc, quam docuimus, conſentiens erat deciſio.

De die Paſcha conſenſus diuerſarũ Synodorum. 1 Palæſtinæ. Romæ. Ponti. Galliæ. 2 Oſrœnæ. Corinthi.

De diſsidio Epiſcoporum in Aſia de Paſchate, & quomodo omnes de eodem conſenſerint. CAP. XXIII.

Ruf. c. 24. *Polycrates epiſcopus. De Paſchatis obſeruatione traditio. Suprà fol. 21.* — Huc refer Nicephor. ca. 37. lib. 4.

EPiſcopis autem in Aſia coactis, qui morem iam olim ipſis à maioribus traditum ſedulò obſeruandum conſtanter aſſeuerabant, præfuit Polycrates. Qui in ea epiſtola quam ad Victorem, & eccleſiam Romanam ſcripſit, traditionem ad ipſius vſque tempora deductam, his ferè verbis exponit. Nos diem Paſchatis integrè incorruptéque recolimus, neque addendo quicquam, neque detrahendo. Etenim hic in Aſia obdormierunt in Domino præclara illa Eccleſiæ ſeminaria (quæ quidem in die aduentus Domini, quo cum gloria & maieſtate è cœlis venturus ſit, & omnes ſanctos excitaturus, denuò reſurgent) Philippum dico, † vnum ex ſeptem diaconis, qui Hierapoli exiit è vita: & duas eius filias, quæ virgines ad ſummam ſenectutem mãſerunt: & alteram illius filiam, quæ Spiritus ſancti afflatu inſpirata vitam piè traduxit, Epheſíque obiit in Domino. His accedit Ioannes, qui ſuper pectus Domini recubuit, qui ſacerdos fuit, qui laminam auream geſtauit, qui martyr doctor extitit, qui tandem Epheſi morte cõſopitus occubuit. Quid Polycarpum commemorem, qui Smyrnæ epiſcopus & martyr fuit? Quid Thraſeam epiſcopũ & martyrem, Eumeniæ natum, citem, qui Smyrnæ ex hac luce migrauit? Quid attinet dicere de Sagari epiſcopo & martyre, qui Laodiceæ mortem oppetiit? Quid porrò beatum Papirium, & [3] Melitonem eunuchum recenſeam, qui Spiritus ſancti inſtinctu afflatus, totum vitæ ſuæ tempus piè ſanctéque exegit: qui Sardis tumulo conditus eſt. expectans Chriſti è cœlo ad vniuerſam carnem viſitandam aduentum, in quo ex mortuis reſurget? Iſti omnes diem Paſchatis decimoquarto die lunæ ex Euangelij præſcripto obſeruârunt, nihil ab eo inſtituto ac more planè digreſſi, ſed ſecundum regulam & normam fidei eum aſſiduè tenuerunt. Atque ipſe etiam Polycrates, qui inter vos omnes poſtremas ſanè fero, ex maiorum meorũ & cognatorum traditione, quorum libenter inſiſto veſtigiis, illud ipſum perpetuò obſeruo. Septem erant epiſcopi cognatione mihi coniuncti: ego autem octauus ſum. Atque hi maiores mei & cognati tum diem Paſchatis ſemper celebrarunt, cùm ſit populo Iudaico

B

† Vide annot. pag. 35. lat. 1. lin. 28.

Polycarpus. Thraſeas. Sagaris. Papirius. 3 Melito. Aſiani Patres quo die. Paſcha celebrarint.

A daico in more positum panes azimos apparare. Ego igitur, fratres, qui sexagintaquinq; „ annos in Domino vixerim, qui multis cum fratribus per orbem terrarum dispersis de „ fide communicarim, qui vniuersam sacram Scripturam studiosè euoluerim, his quæ „ nobis ad terrorem obiiciuntur, minimè conturbor. Mei enim maiores dixerunt, magis „ Deo quàm hominibus obtemperandum. Deinde ista subnectit de episcopis, qui ei has „ literas scribenti præsto aderant, eisdémque vno ore assenserunt. Possem, inquit, hoc lo- „ co episcopos qui mihi in concilio aderant, commemorare: quos vt accerserem à vobis „ rogatus, diligenter accersebam. Quorum nomina si subscriberem, nimis multa vide- „ rentur. Qui, licet me hominem cùm persona humilem, tum ingenio pertenui animad- „ uerterent: tamen, cùm intelligerent, me istos canos non frustra gessisse, nec ætatem ha- „ ctenus contriuisse temerè, sed semper in Christo Iesu vitam traduxisse, epistolam hanc „ sua approbatione confirmârunt.

Asiani episcopi Polycratis literis subscribunt.

Quomodo Victor ecclesiæ Romanæ episcopus, omnes Asiæ ecclesias, à communione excluserit: & Irenæi ad eundem epistola.

CAP. XXIIII.

Huc refer Nicephor. cap. 38. 39. li. 4.

His rebus adductus Victor, qui tum Rom. ecclesiæ præerat, totius Asiæ ecclesias cũ aliis finitimis, tanquam alterius fidei & opinionis, simul omnes (vt complectar breui) à communi vnitate Ecclesiæ amputare conatur, & in eos per literas grauiter inuehitur: atque adeò omnes fratres eam incolentes regionem, prorsus à communione secludendos edicit. Verùm ista cæteris omnibus parum placebant episcopis. Illum igitur contrà magnoperè adhortabantur, vt pacis, concordiæ & charitatis erga proximos diligentem curam haberet. Quorum verba, vtpotè Victorem acrius & acerbius coarguentium, scriptis prodita adhuc extant. Inter quos Irenæus, quanquam per literas scriptas ex persona fratrum in Gallia, quibus præerat, tradit mysterium resurrectionis Domini solo die Dominico recolendum quidem esse: Victorem tamen de hoc, videlicet ne tam multas ecclesias omninò propter traditionis ex antiqua consuetudine inter illas vsurpatæ obseruationẽ, à corpore vniuersæ Christi Ecclesiæ penitùs amputet, cùm pleraque alia, tum ista quæ sequuntur, appositè & conuenienter admonet, his ferè verbis. Non enim de die Paschatis solùm, sed etiam de ieiunij ratione & modo & ista cõstituta controuersia. Quidã namque vnum diem se ieiunare oportere existimãt: alij duos non B pauci plures, multi quadraginta: atque diurnis nocturnísque horis omnibus numeratis, „ diem suum metiuntur ac statuunt. Atque eiusmodi eorum qui hæc obseruabant ieiu- „ nia, varietas ac discrepantia, non iam nostra ætate cœpta est, verùm etiam longè antè a- „ pud maiores nostros: qui (vt coniectura assequi licet) non accuratè consutudinem eorũ „ qui vel simplicitate quadam, vel priuata authoritate aliquid in posterum tẽpus statuis- „ sent, obseruârunt. Atq; nihilominus cùm isti inter se pacem tranquillam retinuerunt, tũ „ nos etiam inter nos retinemus: sicque varia ac discrepans ieiunij ratio concordiam fi- „ dei plurimum cõmendat. His verò historiam quãdam adiungit, quã hoc loco oppor- „ tunè explicabo sic autem se habet. Presbyteri ante Soterem, qui ecclesiæ, cui tu iã preęs, „ præficiebantur, Anicetum dico, Pium, Hyginum, Telesphorum, Sixtum, licet neque „ ipsi hoc festum eo die, quo episcopi Asiæ obseruarent, neque aliis post se ita obseruare „ permitterent: nihilominus tamen cum episcopis illarum ecclesiarum, in quibus ita ob- „ seruabatur, ad se accedentibus (ac quid quæso magis repugnat, quàm vt hi hoc, illi illo „ modo obseruent) pacem inter se & concordiam perpetuò retinuerunt, ac nunquam „ propter istum varium illius festi obseruandi modum fuêre vlli aliquando ab Ecclesiá e- „ iecti: sed presbyteri illi, qui te anteiuerunt ætate, tametsi minimé illud ita obseruant his „ tamen episcopis qui in aliis ecclesiis idem sic obseruabant, Eucharistiam miserunt. At- „ que cùm beatus Polycarpus, Aniceto episcopatum administrante, Romam aduenta- „ ret, cúmque ille & Anicetus de aliis rebus, de quibus inter se discrepabant, pauca con- „ tulissent, confestim pax fuit inter eos conciliata: quin pro hoc festo obseruando, quod „ controuersiæ caput videbatur, charitatis vincula neutiquam ruperunt. Neque tamen „ Anicetus Polycarpo poterat persuadere, vt suum obseruandi morem (quippe qui cum „ Ioanne discipulo Domini nostri, & cum reliquis Apostolis, quibuscum multum versa- „ tus fuisset, eundem semper ad illum modum obseruasset) deponeret: neque contrà Po-

Asiaticæ ecclesiæ à Victore Rom. episcopo excommunicatæ.

Irenæus ad Victorem.

De Paschatis obseruatione, & ieiunio, cõtrouersia.

Concordia religionis inter fratres ob ceremoniarum varietatẽ non dissoluenda.

Eucharistiæ mittendæ consuetudo in ecclesia primitiua.

lycarpus Aniceto persuasit, vt consuetudinem Asiaticam (quippe qui morem presbyterorum qui illum erant antegressi debere sedulò retinere assereret) vllo modo obseruaret. Quæ cũ ita essent constituta, communicabant inter se mutuò: & in ecclesia Anicetus, ritus qui in Eucharistia peragi solent, Polycarpo, ob reuerentiam videlicet, quàm erga illum habebat, obeundi potestatem cõcessit. atque tandem cum pace alter decessit ab altero: & omnes ecclesiæ, tum corũ qui decimoquarto die festũ Paschatis obseruabant, tum eorum qui secus, placida pace & tranquilla inter ipsas fruebantur. Irenæus autem, cùm nominis sui appellationi (εἰρηναῖος enim pacis studiosum significat) pulchrè respondens tum moribus quibus se pacis authorem verè declarabat eiusmodi pro pace & concordia ecclesiarum & hortatus est, & magnoperè flagitauit. Atque ista aliáque eisdem congruentia, non ad Victorem solùm, sed etiam ad alios plerósque & diuersos ecclesiarum præsides, de ista quæ tum iactabatur controuersia, conscripsit.

Irenæi etymõ.

Quæ Irenæi opera ad nos peruenernit. CAP. XXV.

Ruff. c. 25.

Cassius & Clarus episcopi.

EPiscopi verò quos modò percensuimus, Narcissus & Theophilus, & vnà cum illis Cassius ecclesiæ Tyri episcopus, & Clarus, qui Ptolemaidis rexit ecclesiam, quíque cum istis in Palæstina in vnũ conuenerant, simulátque in decreto suo de Paschatis traditione, ex Apostolorum successione gradatim ad eos deducta, permulta disseruerunt, in extrema parte eiusdem hæc præterea his ferè verbis adiungunt. Epistolæ nostræ exemplaria facilè ad quanque ecclesiam mittantur, ne culpa illorum qui temerè & inconsultò suas ipsorum animas erroris prauitate inficiunt, in nos vllo modo transferatur. Illud vos minimè ignorare volumus, quòd Alexandriæ etiam eodem die, quo nos istud festum agunt. Si quidem tum à nobis ad illos, tum ab illis ad nos perferuntur literæ, vt cum summo consensu vnà istum diem sacrosanctum augustè & religiosè celebremus. * Verum enimuerò præter opera & epistolàs Irenæi, quæ iam demonstratæ sunt, extat liber illius breuissimus ille quidem, summè tamen necessarius, contra Gentiles, qui de Scientia inscribitur. Alius item memoratur, quẽ fatri cuidam nomine Marciano dedicauit: in quo Apostolicæ prædicationis rationem & modum exponit. Accedit his liber quidam, de Variarum rerum disquisitione: in quo tum Epistolæ ad Hebræos, tum libri Sapientiæ Salomonis mentionem facit, certáque testimonia ex eisdem deprompta citat. Tot sunt igitur Irenæi opera, quæ ad nos nostrámque notitiam peruenerunt.

Aelius Pertinax. Didius Iulianus. L. Septimius Seuerus. Anno Christi 195. Huc refer Niceph. ex 14. lib. 4.

* Ruf. c. 26. *Irenæi scripta.*

Vtitur epistola ad Heb. et Sapientia Salomonis.

Quæ etiam aliorum qui tum temporis floruerunt, commentaria ad nos peruenerint. CAP. XXVI.

Ruf. ca. 27.

Seuerus & Pertinax Imp.

COmmodo autem tredecim annos imperij administratione perfuncto, Seuerus, cũ vix sex mensibus cõtinuis. Pertinax post mortem Commodi imperij gubernacula occupasset, successit in imperium. Etsi complura certè apud multos veterum ecclesiasticorum scriptorum qui tum vixerunt, eximiæ virtutis & exquisitæ diligentiæ monimenta hucusque reseruantur: tamen quæ ipsi vidimus, sunt hæc solùm, quæ sequuntur.† Heracliti commentarij in Apostolum. Maximi opera, cùm de controuersia illa apud hæreticos multum iactata exagitatáque, nimirum vnde vitium natum sit: tum de materia, quòd ortum habeat. Explicationes item Candidi in sex dies, & Apionis in idem argumentum. Sexti similiter libri, de resurrectione: & aliud etiam opus Arabiani. Aliorum item penè infinitorum lucubrationes, quorum vel tempora scriptis mandare, vel memoriam rerum gestarum persequi (præsertim cum nulla oblata sit occasio) importunum propè videretur. Et quanquam alij libri aliorum multorum ecclesiasticorum scriptorum, verè de religione & fide sentientium (sicut cuiusque expositiones in sacram Scripturam editæ commonstrant) ad nos peruenerunt: tamen quia auctores eorum nobis ideo incogniti sunt, quòd illorum nomina in libris minimè inscripta reperiuntur, istorum nomina recensere non possumus.

Huc refer Niceph. ex 35. lib. 4.

* Ruf. c. 28 *Heracliti scripta. Maximi opera Candidi Hexameron, & Apionis. Sexti & Arabiani scripta.*

De

A De his qui Artemonis hæresim ab initio propugnabant, & quibus erant præditi moribus, & quomodo sacras Scripturas corrumpere ausi sint.

CAP. XXVII.

IN quodam istorum scriptorum libro contra Artemonis hæresim, (quam Paulus Samosatenus nostra iam ætate denuò renouare tentauit) composito, præclara quædam habetur narratio, quæ huic nostræ historiæ adeò magno cum labore à nobis vndique conquisitæ, aptè & concinnè conueniat. Scriptor iste in eo libro, dum hæresim de qua loquimur (quæ Seruatorem solùm hominem esse asseuerauit) non longè antea exortã quandoquidem eius duces & patroni illam tanquam veterem, & vsque ab antiquis tẽporibus ductam, præconiis nimis insolenter efferre studebant) perspicuè conuincere conatur, sicut alia multa ad illius impij & perditi illorum erroris commentum coarguendum: sic ista ad verbum ferè persequitur. Aiunt isti omnes, maiores nostros, & ipsos Apostolos, ea quæ ipsi iã affirmant, non modò à Domino accepisse: verùm etiã alios eadem docuisse, & veram prædicationis rationem vsque ad Victoris tempora, qui decimustertius à Petro Romæ episcopus fuit, integrè seruatam illam quidem, sed à Zephyrino illius successore penitùs corruptam & deprauatã fuisse. Atque profectò quod ab illis dicebatur, multum fortasse videri potuisset habere probabilitatis, nisi primùm sacræ Scripturæ testimonia illis contradicerent: deinde fratrum quorundam scripta superessent, Victoris temporibus multo antiquiora: quæ illi cum contra Gentiles pro veritatis defensione, tum contra hæreses quæ id tẽporis grassabantur, scripserunt: vt Iustini, Miltiadis, Tatiani, Clementis, & aliorum nonnullorum: in quorum omnium libris Christus verè Deus esse confirmatur. Quis Irenæi, quis Melitonis, quis cæterorum libros ignorat, qui Christum Deum & hominem cõstanter asseuerant? Quot item Psalmi, quot hymni à fratribus fidelibus antiquitus perscripti, qui Christum, verbum Dei, verum Deum esse concentu quodam concelebrant? Cum igitur ex tot annorum spacio, doctrina Ecclesiastica verè annũciata fuerit, quomodo fieri potest, vt illi patres qui ad Victorem vsque vitam produxerunt, sic, vt isti asserunt, prædicarint? aut quomodo B non illos pudet, hæc Victori tam falsò obiectare? præsertim cum exploratè cognitum habeant, Victorem, Theodotum illum coriarium, (qui primus Christum solum hominem dicebat) ducem & quasi parentem huius impiæ & execrandæ à fide defectionis, Christum Deum pernegantis, Christiana communione interdixisse? Quod si Victor eadem cum illis sentire visus fuisset, (sicuti detestabilis istorum docet calumnia) quo pacto aut qua ratione adductus, Theodotum huius erroris inuentorem, ab Ecclesia eiicere in animũ induxit? Verùm de Victore hactenus. Qui cũ decem annis ecclesiæ ministerio præfuisset, in eius locũ, circiter nonũ annũ imperij Seueri, Zephyrinus successit. Scriptor ille de quo suprà dixi, qui librum prædictũ contra erroris suprà demonstrati auctorẽ cõposuit, aliam etiã rem Zephyrini tempore gestam hoc pacto explicat. Facinus apud nos admissum, fidelibus in Domino, quo illos erudiã, commemorabo: quod credo, si Sodomis fortè gestũ fuisset, etiam illos ad scelera sua pœnitentiæ lachrymis maturè eluenda admonuisset. Erat quidam Natalius confessor, nõ iampridem, sed nostris iam penè tẽporibus: iste ab Asclepiodoto, & altero Theodoto trapezita, (hi quidem ambo Theodoti coriarij, qui primus propter istam nouam prudentiam, imò verò amentiam, ex Christianorum communione à Victore, vt dixi qui tunc erat Pontifex, excludebatur, discipuli erãt) fraude ac dolo deceptus fuit: & ab illis duobus, quos suprà posui, salario quodã & mercede persuasus, vt illius erroris episcopus crearetur: ea lege nimirum, vt centum quinquaginta denarios mẽstruos isti ei persoluerent. Qui quidem cum se in illorum societatem dedisset, per visiones quasdam à Domino ad se demissas sæpenumero admonitus fuit. Deus enim misericors, & Dominus noster Iesus Christus, martyrem & testem suarum afflictionum extra ecclesiam miserè disperire noluit. Cæterùm quoniam erat primæ apud illos sedis episcopalis appetitione tanquam hamo inescatus, & turpi quæstu (qui multis adfert perniciem) irretitus, & propterea lentius tardiúsque Dei visionibus animum attendit: tandem per integram noctẽ à sanctis angelis flagris & verberibus vsque adeò acerbè & grauiter cæsus fuit, vt cũ primo mane surgeret, cilicio & sacco indutus, cineribus aspersus, cum magno mœrore & lachrymis ad pedes Zephyrini põtificis se supplicem abiiceret: & nõ modò ad cleri, sed ad lai-

Huc refer Nicephor. ca. 21. lib. 4. Vide Epiphan. hæresi 2. tomo 2. lib. 1. Augustin. hæresi 94.

Paulus Samosatenus.

Artemonis hæresis.

Artemoni falsò refert dogma suum ad Apostolos & Patres.

Theodoti coriarij hæresis.

Vide Epiphan. hæresi 8. lib. 1. tomo 1.

Zephyrinus episcopus.

Anno Christi 203

Natalius confessor ab Asclepiodoto & Theodoto corruptus, Ecclesiæ tandem reconciliatur.

corum etiam genua aduolueretur, ita vti Christi misericordis ecclesia illum magnopere commiserata, lamentis vnà se dederet. Attamē ille, licet multis precibus vsus fuisset, & plagarum vibices, quas pertulerat, ostendisset, vix tādem in communionem Ecclesiæ receptus fuit. Ad ista, etiam alias eiusdem scriptoris voces de eisdem hæreticis cōnectamus, quæ sic habent. Sacras audacter deprauarunt scripturas: veteris fidei canonem abrogarunt: Christum ignorarunt, neque quid sacræ & diuinæ literæ de illo dicant, conquisiuerunt: sed quænam syllogismi figura ad suam impietatem confirmandam reperiretur, studiosè indagarunt. Quod si quisquam fortè illis aliquod diuini eloquij testimonium proferat, quærunt vtrum coniunctam an disiunctam syllogismi figuram possit efficere. Relictis verò & depositis Sacrarum literarum studiis, omni cura & cogitatione in Geometriam incumbunt: tanquam ex terra editi, de terra loquūtur: & Christum, qui sit de cœlo venturus, penitus ignorant. Euclides enim apud quosdam eorum propter Geometriæ artem enixè recolitur: Aristoteles & Theophrastus in summa habentur admiratione: Galenum etiam fortasse nonnulli summè venerantur. Hi ergo tum infidelium artibus ad erroris sui sententiam roborandam abutuntur, tum solerti impiorum astutia ac subtilitate simplicem ac synceram diuinarum scripturarum fidem adulterāt. Quòd autem à fide longissimè absint, quid attinet commemorare? ob hanc caussam etiam in sacras literas confidenter & temerè quasi manus violentas iniiciunt, eásq; se emendare & corrigere prædicant. Quòd verò ipse equidem nihil falsi in eos ementitus loquar, nemini verum scire cupienti poterit esse obscurum. Nam si quis cuiusquam illorū exemplaria in manus sumere, accuratè peruestigare, & inter ipsa cōferre voluerit, reperiet profectò, illa quàm maximè inter se dissidere.† Nā Asclepiodoti exemplaria, cum illis quæ sunt Theodoti, admodum discrepant. Ac multa planè supprimunt: propterea quòd illorum discipuli exēplaria ab vtrisque (vt illi appellant) correcta (vt nos) corrupta, studiose & sedulò descripserunt.† Rursus quæ sunt Hermophili, cū istis minimè consentiunt: quæ Apollonij dicuntur, ipsa sibi non constant. Licet enim quæ prius ab illo exscripta fuerunt, & cōposita, posterioribus denuò inuersis innouatísque comparare: sic inuenire illa inter se valde dissentientia, erit perfacile. Quantum inscitiæ & temeritatis habeat perditus iste conatus, ne illos ipsos quidem ignorare suspicor. Aut enim sacras & diuinas Scripturas à Spiritu sancto dictatas non credunt, & ita sunt infideles: aut seipsos Spiritu sancto sapientiores esse dicunt, quod planè quid aliud est quàm tanquam dæmone exagitatos insanire? Neque enim hanc incōsultam & imprudentem molitionem, suam esse inficiari poterunt: quandoquidem ista exemplaria sua ipsorum manu esse transcripta, perspicuè deprehenduntur. A quibus autem erant ipsi instituti, ab illis sanè eiusmodi scripturas non aliquando exceperunt: & exemplaria vnde ista transcripserunt, demonstrare non possunt. Quidam illorum eas quidem deprauare non adeò operæprecium duxerunt: sed tum legem, tum prophetas, lepida simulatione, perinde ac si nefariam & impiam omnino doctrinam cōplecterentur, prorsus pernegantes, in vastissimum exitij gurgitem præcipites deciderunt. Atque hæc isto modo hactenus à nobis sint commemorata.

Hæreticorum studia circa quæ occupari solita.

Hæreticorum scriptorum inter se dissonantia.

Dilemma in hæreticos.

A, B

† Vide an. not. pag. 57. lat. 1. lin. 15.

† Vide ibidē lin. 7.

Finis quinti libri.

EVSEBII

A

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Sextus.

De Ecclesiarum sub Seuero persequutione. CAP. I.

Huc refer Nicephor. cap. 1. li. 5.

Ruff cap. 1. Persecutio quinta in Christianos mota. anno Christi 204 Seueri 9.

Alexandriã præcipuè martyribus abundasse.

Postquam Seuerus acerbam & grauem contra ecclesias persecutionis tempestatem excitauerat, tametsi à Christi athletis viriliter pro pietate concertantibus, vbique penè gentiũ præclara martyrij & insignia certamina conficiebantur: tamen Alexandria multo maxima eorum frequentia & multitudine (ex Ægypto enim & vniuersa Thebaïde egregij præ cæteris Christi pugiles delecti, eò tanquam ad maximum & celeberrimum stadium, in quo pro Dei amore strenuè decertarent, amandabantur, omnino abundauit: qui quidem ob patientissimam tolerantiam, quam in variis tormentorum ac mortis generibus ostẽdebant, coronis cœlestibus, ex flosculis planè eximiis contextis, à Deo benignè redimiti sunt. * In quorum numero fuit Leonides, Origenis pater: qui capite tandem abscisso, filium tum admodum adolescentem post se orbum reliquit. Quàm autem incredibili amore erga Sacrarum literarum studium iste ab ineunte ætate flagrarit, paucis persequi non erit alienum: præsertim cum celebris eius nominis & famæ commemoratio adeò multis in ore versetur. Quod si quisquam omnia quæ ad eius vitam pertinent, copiosè fuséque explicare, eáque vacuo animo, cùm ocio abundet, literis prodere institueret, tractatio illa certè separatum quoddam opus postularet. Verùm nos in

** Ruff. c. 2. Leonidis martyrium.*

Qua fide instituatur historia de Origene instituta.

B præsentia longo & prolixo sermone amputato, quoad fieri potest: breuissimè de Origene disseremus: atque ea solum quæ partim ex quibusdam illius Epistolis, partim ex discipulorum ore ac sermone, quibus ad nostra vsque tempora vita suppeditauit, pro certo cognoscuntur, exponemus.

De Origenis ab ineunte ætate institutione. CAP. II.

Huc refer Nicephor. ca. 3. lib. 5.

Origenis ab ineunte ætate institutio, & martyrij ardor.

Mater Origenem à martyrio arcet.

Ea quidem certè quæ ab ipsis, vt dicitur, propè incunabulis ab Origene gesta sunt, videntur digna esse quæ posterorum memoriæ commẽdentur. Nam cum Seuerus iam decimum imperij sui annum ageret, & lætus Alexandriæ reliquæque Ægypti præfecturam obtineret, & Demetrius nuper tum post Iulianum ibidem ecclesiarum episcopatum adeptus fuisset, & persecutionis ardor quotidie magis magísque incenderetur, & ferè infiniti coronis decorarẽtur martyrij: tantus amor, tãtáque martyrij cupiditas animum Origenis, cum adhuc valde tenera esset ætate, occupauit, vt propè se vltro offerret periculis, & alacri ac propenso studio in certamen insiliret, irruerétque. Ac iam parũ aberat, quin per martyriũ vitam deseruisset: nisi mater, diuina quadã & cælesti prouidentia (quæ illũ ad maximam plurimorum vtilitatem seruebat incolumem) impulsa, enixè eius cupiditati ad necem adeò incitatè procurrenti obstitisset. Ipsa enim verbis primùm supplex orabat, vt materni erga se amoris misericordiam caperet. Vbi autem eum, cum iam intelligeret patrem prehẽsum carcere custodiri, cupidius ad mortem properantẽ animaduerteret (toto enim impetu, & omni animi conatu tum ad martyriũ ferebatur) omni eius vestitu clàm ablato, & in interiores quosdam ædium recessus abdito, domi eum manere necessariò coëgit. Iste autem, cum ardens illa prẹter ætatem ad martyriũ propensio magis magísque inflammaretur, adeò vt quiescere non posset: ad patrem, vbi aliud nihil agere liceret, literas, quibus illum ad martyrium impelleret, misit. In quibus

Origenis ad patrem literæ, martyrij alacriter subeũdi exhortatoriæ.

eum his ferè vocibus adhortatus est: Obfirma te pater, martyrium fortiter sustine, nec aliud quicquam nostra causa molire. Istud igitur solertis Origenis à puero indolis, & verissimi erga pietatem amoris specimen, primùm literis à nobis proditum sit. Iam enim subsidia non exigua, ad doctrinam fidei confirmandam in animo inclusa & recondita habebat: quippe qui à primo tempore ætatis piis sacrarum literarum studiis fuisset sedulò exercitatus. Neque in illis quidem mediocriter versatus erat, propterea quòd præter humanioris literaturæ studia, à patre præterea attenta cura & cogitatione laboratum erat, vt Sacras literas vnà combiberet. Omninò enim ante liberalium artium & politioris doctrinæ studium, eum Sacris literis instituendum, exercendúmque tradidit: ac sententias aliquot, quas ei cùm ad verbum ediscendas, tum memoriter coram ipso recitãdas, præscripserat, ab illo in dies singulos exegit. Istud verò munus non animo inuito puer obiit: imò verò attentissimo studio suas in eo defixit cogitationes, adeò vt non satis ei videretur, simplices, apertos, & tanquam in procliui positos Sacrarum literarum sensus eruere: sed aliquid altius peruestigare, & iam in ea ætate interiores & magis recõditas intelligentias curiosè elicere voluerit: vsque eò, vti patri nonnihil negotij facesseret, dum accuratè sciscitabatur, quid hæc vel illa Scripturæ diuinitùs inspirata sententia vellet indicaret. Vnde pater, quanquam specie & vultu illum coràm reprehendere præ se tulit, admonens ne quid supra ætatis suæ captum, néve vlterius quàm apertus Scripturæ sensus ferebat indagaret, tamen animus illius tacitus apud se explebatur iucundissima voluptate: & maximas Deo omnium bonorum auctori agebat gratias, quòd fuisset pro sua clementia & bonitate dignatus, eum talis filij patrem efficere. Iam verò puero dormienti illum sæpenumero astitisse, eiúsque pectus stragulis denudasse ferunt: atque illud, perinde ac si sacer Dei spiritus idem ipsum sibi tanquã templum consecrasset, augustè & cum reuerentia osculatum esse: seque pro tali prole beatum & fœlicem existimasse. Ista quidem, aliáque his similia de Origene, dum puer erat, memorant.

Sacrarũ literarum à teneris studium.

Leonidis de Origene F. adhuc puero concepta spes.

Quemadmodum iuuenis cum esset, Christi religionem professus est.

CAPVT III.

Origenis adolescentia.

ORigenes cum vix adhuc decimumseptimum ætatis suæ annum compleuisset, post patris martyriũ, vnà cum matre & aliis sex fratribus minoribus natu, orbus relictus fuit. Ac tametsi facultates opésque patris erant in fiscum Imperatoris relatæ, adeò vt ipse in magna rerum ad vitam necessariarum egestate vnà cum cognatis suis constitutus esset: diuina tamen prouidentia apud mulierem cùm fortunis locupletissimam, tum aliis rebus facilè præstantissimam (præterquam quòd virum quendam genere Antiochenum, ipsa famæ cõmendatione inter alios, qui tũc Alexãdriæ se eadem deprauata erroris peruersitate obstrinxissent, percelebrem, sic beneuolentia complexa est, vt eum filium adoptaret, domi haberet secum, & præter cæteros benignè foueret) valde humanitùs exceptus fuit, & hospitio ac reliquis vitæ subsidiis donatus. Verùm Origenes, quanquam cum illo viro in eadem familia necessitate compulsus versabatur: tamen per idem tẽpus euidentia apertáque rectæ & catholicæ suæ de fide opinionis indicia ostendere non dubitauit. Nam cum frequens multitudo non hæreticorum tãtummodò, sed nostrorum etiam, propter singularem dicendi vim & facultatem, quæ in Paulo inesse videbatur (hoc enim illi viro nomen erat) ad eum conflueret: Origenes tamen nunquam induci poterat, vt precibus vnà cum illo interesset: quippe qui ab ineunte ætate & Ecclesiæ canonem obnixè obseruasset, & (vt ipse in libro quodã loquitur) errorũ doctrinas fuisset semper detestatus. Ac quoniã antea à patre in Græcorũ disciplinis liberaliter erat educatus, & post mortẽ illius multò studiosius attentiúsque se totum in dicẽdi exercitatione collocauerat, adeò vt iam mediocrem aliquam esset ad docẽda †Grammaticæ pręcepta facultatẽ cõsecutus: non longo tẽpore à patris occasu his rebus se tradens, rerum necessariarũ copiam affluenter, vt in ea ætate, sibi suppeditauit. *Atque cum ludum aperuisset, seq; ad docẽdum (sicuti in suis scriptis narrat ipse de se) contulisset,

Hucrefer Nicephori cap. 4. & 5. lib. 5.

Origenes à locupleti matrona sustentatus.

Origenes à teneris errorum doctrinas auersatus.

† Grãmaticam hoc loco intelligit, vt Cicero in primo de Orat.

** Ruff. ca. 3.*

A tulisse,& nemo iam Alexādriæ reliquus esset qui ad populum in fidei principiis instituendum operam daret (omnes enim doctos terror & persecutionis minæ prorsus inde abegerant, nonnulli ex gentibus Dei verbum audituri, ad eum commeabant. Quorum Plutarchum primum fuisse fertur, qui vita honestè & præclarè trāsacta, mortem per beatum martyrium insigniter & gloriosè oppetiit. Secūdum verò, Heraclam, germanum Plutarchi fratrem: qui cum præclarum vitæ, diuinæ sapientiæ studio addictæ & piæ exercitationis specimen apud illum dedisset, post Demetrium Alexandriæ episcopatu donatus est. Origenes decimumoctauum ætatis suæ annum iam agebat, cum scholæ Christianæ institutioni præficiebatur: in quo munere exequendo, dum persecutionum violentia, Aquila Alexandriæ præfecturam gerente, vehementer ingrauescebat, permagnas sanè fecit progressiones: quo quidem tempore etiam propter incredibilem humanitatem erga omnes sanctos martyres cùm ignotos, tum notos declaratam, & propensum de illis benè merendi studium, insignem cum primis & celebrem nominis splendorem, apud omnes qui fidem Christianam profitebantur, consecutus est. Nam non solum iis, cum essent in vinculis, & ad postremam de illis pronunciatam à iudice sententiam responderent, vsque præstò fuit: verùm etiam postea, cum sancti illi ad necem abducerentur, magna libertate loquendi vsus est, & se vnà libenti animo periculis obiecit: vsq; adeò, vt cum iam audacter & fidenti animo aduentaret, & ingenuè ac liberè osculo charitatis sæpe sanctos salutaret martyres, parum abesset quin gentilium multitudo, quæ vndique circunsistebat, tanquam ardentibus furiarum tedis exagitata, lapidibus eum concidisset: nisi dexteram diuinæ gratiæ subitò sibi adiutricem adeptus, mirè & preter omnium opinionem aufugisset. Quinetiam propter alacre eius & valde promptum studium, propterque sermonis libertatem in verbo Christi diuulgando declaratam iterum atque iterum, imò vix, aut ne vix quidem dici poterit, quoties eadem ipsa diuina & cælestis gratia illum multorum insidiis appetitum liberauerit. Atque ab infidelibus ob multitudinem illorum, qui sacratæ fidei præceptis ab eo essent instituti, tanta támque crudelis pugna erat contra eum suscepta, vti milites deligerent, qui clādestina coitione facta, ei in domo, in qua commorabatur, insidias collocarēt. Sic quotidie persecutionis æstus, propter frequen-

Plutarchus martyr *Heraclas episcopus.* *Origenes XVIII. annorum Christianæ scholæ præfectus.* *Eiusdem in martyres officia.* *Origenes quātum ob religionis professionē periclitatus.*

B tiā eorum qui eius labore & industria ad diuinam & cælestem doctrinam aditum sibi patefactum habuissent, contra eum efferuescebat, vt tota ciuitas Alexandriæ non amplius illum tenere tuerí que potuerit: sed vbique vexatus, exagitatúsque, domicilium subinde commutare cogeretur. Nec mirum sanè, eum tātam hominum frequentiam ad fidem conuertisse, cum vitæ suæ actiones & officia, valde admirabilia syncerissimæ & maximè ingenuæ sapientiæ documenta complecterentur. Nam vt est in prouerbio, qualis eius fuit oratio, tales fuere & mores: & quales mores, talis fuit & oratio. Quapropter diuina virtute & potentia illi cum primis opem ferente, infinitos propè ad se imitandum allexit. Verum vbi iam plures discipulos, cum sibi vni illud docendi munus à Demetrio (qui ecclesiæ illi tum præfuit) haberet cōcreditum, in dies ad se confluētes animaduertit, existimans Grammaticarum præceptionū institutionem parum cōsentaneam esse studio illi, quod in diuinis literis docēdis versari debet: abiecta cunctatione, Grāmaticæ instituēdæ exercitationem vtpote Sacris literis tractandis inutilem, & propè aduersariā, deponit. Deinde cōsilio inito, & necessaria ratione subducta, ne aliorū subsidio ad vitam degendam aliquādo egeret, quicunque libri orationes veterū scriptorum complectentes, iiq; accuratè & eleganter ab illis cōpositi, sibi suppetebant, eos vēdit: pacta conditione, vt ab emptore in dies singulos quatuor oboli ipsi ad victū suppeditarētur. Compluribus quidem annis isto modo philosophatus, vitā traduxit, omnémq; iuuenilium cupiditatū quasi materiam circūdidit, amputauitq;. Atque vt interdiu ad corporis libidinem refrenandā non exiguos exantlauit labores: sic noctis maiorem partē, in diuinarum literarum studiis collocauit. Vitam autem, vt quàm maximè secundum veræ sapientiæ normam gubernaret, toto pectore (vt dicitur) elaborauit, interdū ieiuniorum laboribus se ipsum exercendo, interdum tempore ad somnum dimenso (quem ad voluptates corporis coërcendas, non in lecto aliquo omnino, sed humi capere, operæprecium putabat) se grauiter affligando: maximè verò omnium illas

Orationis & morum similitudo. *Demetrius episcopus.* *Origenis frugalitas.* *Continentia.* *Ieiunia.* *Vigiliæ.*

euangelicas voces Seruatoris (quæ admonent, ne quis duabus tunicis, néve calciamentis vtatur, néve temporis futuri cura & solicitudine se conterat) studiosè obseruandas censuit. Quinetiam maiore quàm ætas ferebat, pietatis studio incẽsus, tum frigoris & nuditatis molestias tolerãter perpessus est, tum ad extremam egestatem sua spõte redactus, vti familiares suos in summam planè traduxerit admirationem ac plurimos quidẽ, illorum, (qui eum rogassent, vt aliquid de ipsorum facultatibus propter eos labores, quos in Dei verbo docendo excolendóque ponebat, sibi ad victum sumeret) permagno dolore affecit. Verùm ille nihil omnino de suis laboriosis remisit vigiliis. Nam fertur multis annis nullo aliquando vsum fuisse calciamento, sed nudis pedibus incessisse: & non vini solum, sed aliarum quoque rerum vsu, quas victus non poscebat, necessario, ad multorum annorum spacium se abstinuit: sic, vti iam in periculum deueniret stomachi sui non modò debilitandi, sed etiam penitùs labefactandi.

Pietatis studium. Tolerãtia, Egestas.

A

Quot ab eo instituti, ad Martyrium euecti sunt.

CAP. IIII.

ORigenes igitur cùm talia vitæ ex sapientiæ præceptis diuinitùs institutæ exempla, his qui ad ipsum obseruandũ oculos adiiciebant, proposuisset, meritò quidem complures ex discipulis ad simile vitæ genus libenter amplexandum prouocauit: vt iam etiam ex infidelium numero, viri non plebeij, sed præstantes cùm in omni genere literarum, tum in Philosophia vel maximè, ad eius disciplinam cupidè raperentur. Qui quidem cum eius sedulitate fidem & certam in verbo Dei persuasionem interiore mentis suæ recessu ingenuè syncereque hausissent, in illo persecutionis tempore præclarè se admodum & constanter gesserunt: vnde nonnulli eorum capti, beato martyrio finem viuendi gloriosè fecerunt. *Ex quorum numero primus erat Plutarchus, de quo paulo antè mentionem feci: quo ad mortem abducto, parum aberat quin iste, de quo sermo instituitur, Origenes, dum illi in extremo iam vitæ suæ exitu adesset, à Plutarchi ciuibus (quippe causam mortis Plutarchi in eum transferebant) iam denuò interfectus fuisset. Cæterum perspicax Dei prouidentia illum etiam eo tempore è periculo eripuit. Post Plutarchum secundus ex Origenis discipulis, martyr fuit Serenus: cuius in Christum fides, quam animo imbiberat, ignis incendio satis exploratè probata fuit. Heraclides, tertius martyr, & quartus Heron ex eadem schola profecti. quorum vterque, (prior, dum adhuc catechumenus erat: posterior, antè nuper iam baptizatus) securi percussus fuit. Præterea ex eodem ludo alius à primo Serenus, quintus athleta, pro pietatis defensione, quam susceperat, pleno ore laudatur, cui post ingentẽ tormentorũ perpessionẽ fama est caput ceruicibus abscissum esse. Ex mulierũ numero, quæ erant eius disciplina institutæ, Rhais adhuc catechumena, baptismum (vt ipse Origenes quodam in loco ait) per ignem cõsecuta, excessit è vita.* Septimus inter istos numeratur, Basilides, qui Potamiœnam multorum commendatione insignem ad supplicium deduxit, de qua frequens & celebris sermo apud ciues suos iam habetur, vtpote quæ cum infinitas propè pugnas pro corporis pudicitia & virginitate, qua præ cæteris excellebat, cõtra insanos amatorum suorum impetus (in ea enim præter animi virtutes, eximia præterea & integra corporis pulchritudo, cũ mira venustate elucebat) constanter sustinuit: tum multiplices & graues ærumnas pro fide in Christũ exhauriens, ad extremum post tormẽta acerba, dictúque horrenda, vnà cum matre Marcella, ignis incẽdiis absumpta mortẽ oppetiit. Ferunt quidem Aquilam (hoc enim iudicis nomen fuit) postquã graues vniuerso illius corpori plagas inflixisset, tãdem ad corporis ignominiã & cõtumeliam libidinosissimis gladiatoribus illam se traditurum interminatũ. Illam autem paulisper intra se meditatam, cum rogaretur, quid sentiret? eiusmodi responsum dedisse, vnde visa est illis aliquid impietatis (sic enim putabatur) manifestò elocuta. Atque euestigiò, post definitiuam de ea latam sententiam, Basilides vnus ex satellitibus, eam acceptam, ad locũ supplicij deducit. Simulatque autẽ multitudo ei molestiã facessere, & verborum petulantia insectari conabatur, hic eos qui contumeliam ei faciebant, repulsos coërcuit, & maximã clementiam

Hucusque Nicephor. cap. 6. & 7 lib. 5.

** Ruff. c. 4. Origenis discipuli quot ad martyrium euecti. Plutarchus.*

B

Serenus. Heraclides. Heronex.

Serenus alius.

Rhais catechumena martyr.

** Ruff. ca. 5. Basilides. Potamiœna virgo.*

Marcella mater Potamiœnæ.

tiam

A tiam summámque humanitatem in eam declarauit. Illa verò hominem pro illius erga se commiseratione vehemẽter amplexata, bono animo esse hortatur. nam ait se, simulac abiret è vita, à Domino suo veniam & gratiam pro eo efflagitaturam, & non diu pòst eius in se merita, iusta remuneratione compensaturam. Hæc cum dixisset, pice feruenti per varia & diuersa corporis membra ab imis pedibus vsque ad capitis verticem sensim ac pedetentim diffusa, generoso & excelso animo migrauit è vita. Tale certamen ab hac percelebri & gloriosa virgine confectũ fuit. Non longo temporis interuallo interposito, Basilides, cùm satellites socij sui certa de causa iusiurandum ab ipso exigerent, asseueranter affirmat, omninò sibi non licere iurare: Christianum enim se esse, & hoc se propalàm fateri. At illi primò eum etiamnum iocari putabant. Verùm vbi illud constanter asserit, abducitur ad iudicem: & coram illo intentionem confessus, in vinculis coniicitur. Cùm fratres in Domino ad eum aduentarent, causámque repentinæ & admirabilis huius mutationis sciscitarentur, fertur respondisse: Potamiœnam, triduo post martyrium noctu ei assistentem, coronam ipsius capiti imposuisse: dixisseque, se pro eo gratiam à Domino postulasse, postulatam obtinuisse: & Dominum non longo tempore pòst, eum ad suam gloriam recepturum. Post illa, vbi fratres sigillum in Domino ei impertiuerant, postero die securi percussus, præclara martyrij corona donatus est. Alij item complures Alexandriæ, eisdem temporibus, vtpotè quibus Potamiœna secundum quietem apparuisset, eósque fuisset impensè ad Dei verbum amplexandum cohortata, frequentes ad Christi fidem accessisse commemorant. Sed de his ista quidem hactenus.

Potamiœnæ martyrium. *Basilidis confessio Christianismi.* *Basilidis martyrium.*

De Clemente Alexandrino. CAP. V.

Vide Niceph. l. 4. cap. 33. *Ruff. cap 6.* *Origenes Clementis discipulus.*

POst Pantænum, Clemens scholæ Alexandriæ, ad fidei principia docenda institutæ, ad illud ipsum tẽpus quod iam persequimur, præfuit: sic, vt Origenes, dum B puer erat, auditor eius, ac discipulus existeret. Clemens verò in primo libro Operis quod στρωματεὺς inscripsit, annalium serie notata & exposita, tempora ad Commodi vsque mortem describit: adeò vt non obscurum videatur, illud opus, regnante Seuero (cuius tempora liber quem iam habemus in manibus, explanat) ab eo elaboratum fuisse.

Clementis stromata sub Seuero elaborata. *fol. 127. l. 23*

De Iuda, scriptore Christiano. CAP. VI.

Vide Niceph. lib. 4. cap. [illegible] Iudas sub Seuero floruit. *Iudæ in Danielis Hebdomadas commentarij.* *Antichristi aduentus.*

EOdem tempore Iudas, alius scriptor, in septuaginta septimanas à Daniele descriptas Commẽtarios edidit, inque illis temporum ordinem ad decimum annum imperij Seueri tradidit. qui etiam scriptor, propterea quòd persecutionis tumultus contra nos excitatus, multorum mentes tam grauiter perturbaret, Antichristi aduentum, omnium ore atque sermone iactatum, iam tum appropinquare arbitratus est.

De Origenis animi magnitudine, qua se ipsum castrauit. CAPVT VII.

Huc refer Nicephor. cap. 8. lib. 5. *Math. 19.* *Origenes seipsum castrare ausus.*

PEr idem tempus Origenes, dum scholæ Alexandrinæ, quam diximus, præerat, facinus quoddam admisit: quod quidem licet ex animo rudi & iuuenili videretur esse profectum, fidei tamen & castimoniæ specimen maximum dabat. Istam enim Euangelij sententiam (Sunt eunuchi qui seipsos propter regnum cœlorum castrauerunt) aliquanto, vt fert ætas adolescentiæ, simplicius interpretatus, partim quòd Seruatoris vocem se penitùs implere oportere putauit: partim quòd cùm ætate valdè adolescens esset, & non cum viris modò, sed cum mulieribus etiam sermones de rebus diuinis & cælestibus conferret, omnem turpis calumniæ & obtrectationis ansam infidelibus prorsus adimere voluit, dictam Seruatoris sententiam ex occulto (facinus nanque maximam partem necessariorũ suorum celare cogitat) exequi re ipsa aggressus est. Cæterùm tale facinus ab eo, quantumuis cupiente, occultari non poterat. Quocirca Demetrius, qui ibidem rexit ecclesiam, de eo pòst certior factus, tametsi hoc audax eius facinus vehementer admiratus est: tamen in-

credibilem animi propẽsionem & ingenuitatem fidei amplexatus, eum illicò confidere ac bono animo esse iubet: & maiore cura ac studio in munus, fidei principia instituendi, incumbere hortatur, impellítque. Ac tum quidem Demetrius eo animo fuit, & sentẽtia. Verùm non longo temporis spacio pòst, idem cùm Origenem prosperè & feliciter rem gerentem, & magno splẽdore, famæque celebritate apud omnes prędicatum animaduerteret, ardore quodam æmulationis (vt est captus hominum) incensus, apud episcopos totius orbis eum, tanquam absurdissimi facinoris reum, per literas notare tentabat. † Et quoniam Theoctistus Cæsareæ episcopus, & Alexander Hierosolymorum, spectati in primis & præstantes præ cæteris Palæstinæ episcopis, amplissima dignitate, & summo honoris gradu, Origenem dignum arbitrati, manus illi vt presbyterio fungeretur imposuerant: idcircò Demetrius, simulatque Origenes ad tam magnam gloriæ claritatem processerat, atque adeò apud omnes homines vbique gentium non obscurum virtutis & sapientiæ nomen decúsque obtinuerat, cùm nulla alia criminatio contra Origenem ipsi suppeteret, facti illius quod ineunte ætate consciuisset, calumniam, tanquam grauem ignominiæ notam ei obiectauit: eósque simul qui illum presbyterum creauissent, criminibus inuoluere conatus est. Ista quidem gesta sunt paulò pòst tempora, quę modò persequimur. Origenes autem iam tum Alexandriæ illud docendi munus in omnes qui aduentabant, nulla habita personarum ratione, nocte diéque sedulò est executus: & partim diuinis sacri eloquij studiis, partim illis qui ea de re ad ipsum discendi gratia accedebant, attentissimè omne ocium suum impertiit.

Demetrij episcopi in Origenem æmulatio.

A

† Vide a[nnot.] not. pag. 60. lat. [.] lin. 5.

Antoninus Hasianus Caracalla, Anno 21[3] Christi.

Sextus liber hinc porrò vsque ad 1. cap. libri septimi continet acta sub Antonino Caracalla, Macrino, M. Aurel. Antonino, Alexandro, Maximino, Gordiano, Philippo, Decio, *annis quadraginta & vno: huc refer Herodianum libro 4.5.6.7.8. Iulium Capitolinum Pomponium Lætum, Eutrop. lib. 8.9. Oros. lib. 7. cap. 18.19.20.21. His adde ex auctoribus supradictis vitas Pontific. Rom. Calixti, Vrbani, Pontiani, Antheri, Fabiani, Cornelij: & supradictos tomos Consiliorum & Hærod.*

B

De miraculis Narcissi. CAP. VIII.

VBi Seuerus imperiũ ad annos decem & octo administrauerat, Antoninus eius filius, ad eum honorem euehitur. Eodem tempore, vnus ex eorum numero qui in ea turbulẽta persequutionis tempestate se fortes & inuictos præstitissent, & post certamina fidei pro confessione suscepta essent integri & incolumes diuina prouidentia seruati, nomine * Alexander (quem modò episcopum ecclesiæ Hierosolymitanæ fuisse monstrauimus) propterea quòd confessione fidei Christianæ † temporibus persecutionis nobilitatus erat, episcopatu, quem dixi, cùm adhuc Narcissus, qui eum in eo officio anteibat, superstes esset, dignatus fuit. Præter multas alias admirabiles res gestas, quas, qui ex ea ecclesia sunt, ex sermone & traditione fratrum gradatim & ordine succedentium de Narcisso narrãt, hoc præterea miraculum ab eo editum referunt. In magna & solenni Paschatis vigilia, oleum diaconis & ministris ecclesiæ defuisse perhibent. Vnde cum vniuersam multitudinem grauis quædam ægritudo & demissio animi occuparet, Narcissum ferunt, his qui luminaria apparabant, præcepisse, vt aquam ex puteo quodam, qui erat in proximo, haurirent, & ad ipsum adferrent. Quo absque mora peracto, eum super aqua orauisse, mandasséque vt cum vera & constanti in Dominum fide, eam in luminarium vasa infuderent. Quod vbi fecerant, contra omnem rationem, incredibili quadam & diuina virtute, naturam aquæ in olei naturam commutatam: & pro certo illius miraculi indicio, fratres complures qui illic erant, eo quidem tempore permultum ex illo oleo reseruauerunt, ex quo etiam aliquantulum ad nostram vsque ætatem custoditum est. Pleraque item alia, memoria quidem digna, de vita istius viri commemorant: in quibus eiusmodi quiddam traditum est. Cum quidam

Antoninus Seueri F. Imp

*Ruff. ca. 7. *Alexander episcopus.*

Narcissi miraculum.

Aqua in oleũ versa.

Huc refer Nicephor. ca. 19. lib. 4.

† Vide annot. pagi. 60. lat. 1. lin. 18.

A quidam nequam perditi homunciones grauem & seueram eam rationem qua per vniuersam vitam tum in hominibus acriter admonendis, tum in eorum vitiis corrigendis vti consueuit, neutiquam ferre possent, prę metu, ne ipsi propter infinita scelera, quorum sibiipsis conscij erant, iudicati, ab eo pœnas luerent: cœperunt cõtra illum consutis dolis conspirare, & turpem quandam criminationis calumniam in eum coniicere: deinde quo magis auditoribus criminationis falsò obiectę fidem facerent, eã iureiurando confirmare. Atque vnus sic deierare: Si non verè dixerim, opto vt ignis incendio miserè dispeream. Alter verò sic: Si non verè dixerim, opto vt fœdo ac sæuo morbo corpus absumatur. Tertius autem hoc modo. Opto si non verè dixerim, vt luminibus penitùs orbatus sim. Verùm quamuis nemo ex fidelibus propter nobilitatem ac testatam inter omnes omninò Narcissi castimoniam, atque adeò ob vitæ rationem ex virtutis regula traductam, illis vel grauissimo iureiurãdo se obstringentibus, animum aut fidem adhibuerit: ille ipse tamen partim præ indignitate falsò obiectæ criminationis, partim præ cupiditate vitæ in sapientiæ ac virtutis studio degendæ, quam iam diu optauerat, ab oculis vniuersæ multitudinis se penitùs remouit, & in solitudine locísque desertis ad multorum annorum spacium vitam transegit. Verũ sublimis ille diuinæ iustitiæ vltionísque obtutus, his sceleribus patratis, minimè acquieuit: sed quàm celerrimè impios illos & nequam homines, qui inter iurandum tam diris execrationibus se contra seipsos obligassent, grauibus calamitatibus oppressit. Primus igitur illorum, scintilla perexigua noctu in ædes, quibus inhabitat, ex nulla causa antegressa subitò ruente, miserè cum tota familia & stirpe sua rapido flammarum ardore omninò conflagrauit. Alterius corpus eodem morbo, quem sibi tãquam mulctam fore imprecatus esset, ab extremis pedum digitis ad caput vsque infectum, contabuit. Tertius, ærumnosos priorum euentus aspiciens, & Dei, qui oculis omnia intuetur, ineuitabilem vltionem admodum reformidans, palam inter omnes maleficia communiter à se suísque sociis
B per fraudem contra Narcissum admissa confessus est. Sed tamen dum pro delicto grauissimè condolescebat, tantis & tam acerbis lamentis se afflictauit, & vsque eò lachrymas effundere non destitit, quoad vtrúmque oculum sibi penitùs extinxisset. Atque hi pro ea criminatione falsò contra Narcissum conficta, tales pœnas persoluerunt.

Votorum & calumniarũ contra Narcissum pœnæ.

Narcissi in eremũ secessus.

De Episcopis Hierosolymitanis, & de Alexandro episcopo Hierosolymitano. CAPUT IX.

Huc refert Nicephor. cap. 10. li. 5.

VBi Narcissus se in locum desertum subduxisset, & à nemine esset pro certo cognitum, quò se recepisset: his qui finitimis ecclesiis præerãt, visum fuit, vt alterum episcopum suffragiis crearent. Dius igitur (hoc enim nomine erat) delectus est: cui non longo tempore ecclesiam gubernanti, succeessit [2] Germanion: quo mortuo, [3] Gordius episcopatum obtinet. Cuius temporibus [4] Narcissus, tanquam ex mortuis ad vitã denuò reuocatus, à fratribus (quippe omnes illos deinceps, tũ quòd tã placido ac quieto animo falsò accusatus decesserat: tũ quòd singularis diuinæ sapiētię & virtutis amore flagrabat: tũ præterea omniũ maximè, quòd Deus de eius accusatoribus debita supplicia sumere dignatus est, in maiorem sui admirationem rapiebat) vt ecclesiæ gubernacula denuò susciperet, vehementer rogatus est. Et cũ Narcissus nõ amplius propter ingrauescētē ætatē ministerio præesse posset, Alexãder, de quo suprà locuti sumus, alterius ecclesię episcopus, diuina prouidētia per reuelationē, quæ noctu ipsi secũdũ quietem apparuisset, vt cum Narcisso in ministerio ecclesiæ fungēdo coniungeretur, accersitus est. Vnde Alexãdrũ, cùm tãquã diuino quodã oraculo ex Cappadocũ regione, vbi primũ in episcopatus gradu fuisset locatus, Hierosolymã tum voti, tũ locorum visendorum causa cõtenderet, illius ecclesiæ fratres eum excipiunt benignissimè, & nõ amplius domũ reuerti permittũt: idque propter aliã reuelationem, ipsis itidem noctu visam: quæ quidem voce euidētissima profusa, eis qui erãt inter illos ob virtutē spectatissimi, perspicuè significauit, vt extra portas ciuitatis egressi, eũ episcopũ admitterent, qui ipsis à Deo

Ruff cap. 8. *Episcopi absente Narcisso Hierosolymis creati*
1 Dius episc. 2 Germaniõ. 3 Gordius. 4 Narcissi ab eremo reditus.

Ruff cap. 9

Alexander episcop. Narcissi collega. Vide Socratē li. 7 fol. 184. 2.

antè designatus erat. Quo ad hunc modum gesto, Hierosolymitani communi episcoporum consensu, qui finitimas ecclesias procurabant, necessariò illum apud se manere coegerunt. Idem ipse Alexander in suis epistolis, quas ad * Antinoitas scripsit, quæque adhuc apud nos extant. Narcissi collegæ sui in præfectura ecclesiæ Hierosolymitanæ gerenda mẽtionem facit, ista in extrema illa epistola ad verbum scribens: Salutat vos Narcissus, qui hic ante me episcopatus locum occupauit, & centum iam & sedecim annos prætergressus, mecum in eodem ministerio, quorũdam precibus coniunctus fuit: qui obsecrat vos, vt idem mecum sentiatis, eadémque sitis voluntate. Atque hæc isto modo.

Alexandri epistolæ.

A

* Antinoitæ sunt incolæ Antinoi, quæ ciuitas est Ægypti, dicta & Antinoia, ab Antinoo puero Hadriani Imp. in cuius perpetuam memoriã condita est. Vocatur etiam quoque à

De Serapione, & quæ eius extant monumentis. CAP. X.

ECclesiæ † Antiochenæ, Serapione morte consopito, episcopatum capessit Asclepiades: qui persecutionis tempore, ob constantem fidei confessionem multum laudis & gloriæ adeptus est. Cuius in episcopatum ordinationis, Alexãder ad Antiochenos scribens, ita ferè meminit. Alexander seruus Domini, & vinctus Iesu Christi, beatæ Antiochenorum ecclesiæ in Domino S. Mihi audienti Asclepiadẽ, virum propter fidei amplitudinem ad ministerium accommodatissimum, sanctæ quæ apud vos est ecclesiæ episcopatum diuina prouidentia obtinuisse: Dominus vincula mea, dum in carcere conclusus tenebar, mitiora leuioráque reddidit. Hãc autem epistolam per Clementem se misisse significat, in fine illius scribens ad hunc modum. Istas literas domini mei fratres, per beatum Clementem presbyterum, virum virtute & probitate eximium, ad vos misi: quem & cognoscitis, & melius cognoscetis. Qui singulari Domini prouidentia, & clementiæ obrutu huc aduentans ecclesiam Christi tum stabiliuit, tum adauxit. Quanquam Serapionis in scribendo industriæ & vigiliarum alia credibile est apud alios conseruata esse monumẽta: sola tamen ea ad nos peruenerunt, quæ contra † Domnũ quẽdam, qui persecutionis tempore à fide in Christum excidisset, séque ad Iudaicam superstitionem transtulisset, scripta fuerunt, & ad Pontium & Carinum ecclesiasticos viros missa: atque certæ quædam ad alios epistolæ. Alius est liber ab eo confectus, de Euangelio quod secundum Petrum dicitur: quem quidem elucubrauit, quò ea quæ in eo erant falsò commemorata, penitùs refelleret: idque propter certos fratres, qui in ecclesiæ Rossensi illius euangelij simulatione, ad alienas doctrinas, & à fide discrepantes se applicuissent: ex quo quidem libro pauca verba, quibus suam de eo euangelio sententiam exponit, commodè citare, non fuerit ab instituto alienum. Nos enim, fratres, & Petri & aliorum Apostolorum doctrinam recipimus, sicut & Christi: sed libros quosdam eorũ nominibus falsò inscriptos, vtpote eius rei satis experti, omninò repudiamus: idque pro certo cognoscentes, nos eiusmodi non aliquando ab illis accepisse. Ego enim cùm essem apud vos, putabam certè omnes rectæ fidei penitùs addictos fuisse. Librum idcircò qui Petri euangelium inscribebatur, mihi ab illis oblatum, cùm minimè perlegissem, equidem dicebam: Quòd si, quia hoc euangeliũ inter vos non legatur, animo & voluntate diffideatis, legatur quidem. Verùm cùm iam intelligam, illos occasione ex iis quæ ipse tum dicebam, arrepta, in erroris cuiusdam latebras irrepsisse, ad vos denuò venire maturabo. Quare, fratres, breui me expectatote. Nos autẽ fratres, minimè nescij cuiúsnã erroris & sectæ auctor fuerit Marcianus, & quo pacto, dum ea quæ loquebatur, non intellexit, sibiipsi repugnauerit (quæ planè ex his quæ ad vos scripta sunt, facilè discetis) simulac à quibusdam qui hoc ipsum euangelium vsurpant, hoc est, ab his qui ex eo primùm suum duxerunt errorem, quos appellamus δοκητάς, id est, opinatores (cõplures enim & variæ sunt eorum disciplinæ, sensus & sententiæ) sciscitati essemus, poteramus facilè animaduertere nonnullas illius Euangelij sententias, cùm verò rectóque Seruatoris verbo consentientes esse alias autem ab eo diuersas, discrepantésque, quas hic vestris tanquam oculis ad contemplandum subiecimus. Atque de Serapione hactenus.

Asclepiades epis. Antiochiæ successor Serapionis.

B

conditore suo Hadrianopolis, vide supra 7. lib. 4. Huc refer Nicephor. ca. 27. li. 4.

Ruff. ca. 10.
Serapionis scripta.
Dominus proselitus
† aliàs Dominum.

† Vide annot. pag. ... lat. 1. l. 6. ... deinceps. Nicephorus hunc Carionem vocat, Eusebius supra cap. 18. li. ... Concum hunc, & alterum Ponticum vocat. cap. 18 lib. 5. Sunt etiã qui illũ Cainum vocent.

Petri Euangelium.

Marciani hæ...

...atores.
... ητα

De

A

De Clementis operibus & scripturis, quas ille commemorat.

CAPVT XI.

Huc refer Nicephor. cap. 33. li. 4.

Ruff. ca. 11. Clementis Alexandrini scripta. Stromata. Hypotyposes. Protrepticus ad gentes. Pædagogus. Sic Hieron. in Catal.

CLemẽtis omnes octo libri στρωματεῖς, id est variè contexti, apud nos integri seruantur, quos tali inscriptione donauit. Titi Flauij Clementis commentaria στρωματεῖς hoc est, varia ratione contexti, qui multiplicem veræ ac diuinæ Philosophiæ cognitionem complectuntur. Totidem etiam libri sunt ab eo editi, qui ὑποτυπώσεις id est, informationes inscribuntur: in quibus Pantænum doctorem & magistrum suum nominatim memorat, cùm Commentarios eius in Sacras literas recensendo, tum traditiones etiam explanando. Est eius liber ad Gentiles hortatorius. Tres item, qui inscribũtur Pædagogus. Alius, cuius titulus sic habet. Quísnam diues ille sit, qui saluetur. De Paschate liber vnus. Disputationes de ieiunio. Liber obtrectationis. Est præterea liber eius hortatorius ad patientiam. Alius, ad nuper baptizatos. Alius qui nuncupatur Canon ecclesiasticus, siue contra eos qui Iudæorum sequuntur errorem: quem episcopo Alexandro, de quo suprà verba fecimus, dedicauit. In libris στρωματέων nõ modò sententias ex sacra Scriptura collectas dispersè intexit: sed etiam ex gentilium scriptorum libris, si quid ab illis commodè dictum videatur, sumit, cùm Græcorum simul & Barbarorum opiniones, quæ apud multos iactatæ sunt, aperiendo: tum falsos & commentitios errores eorum qui inter hæreticos principem locum obtinebant, coarguendo: denique explanationem multiplicis doctrinæ, & literarum cuiusque generis, vnde copiosa materia nobis suppetit prudentiæ, ante oculos lectoris proponit. Atque his vniuersis philosophorum dogmata admiscuit. Vnde non sine causa inscriptionẽ operis, argumento valdè consentaneam, fecit στρωματεῖς. In eisdẽ octo libris vtitur testimoniis Scripturarum, quibus à multis solet contradici: nimirum Sapientiæ, quæ Salomonis dicitur:

Diuersa opuscula. Clementis στρωματέων libri. Vtitur authoribus Sacris ac prophanis.

Vtitur scripturis in ecclesia controuersis.

B & Ecclesiastici, Iesu Syrach: & epistolæ ad Hebræos, & Barnabæ & Clementis, & Iudæ. Tatiani item librum contra Gentiles citat: & librum Cassiani, quem de temporum ordine cõscripsit. Philonis porrò, & Aristobuli, Iosephi, & Demetrij, & Eupolemi, Iudæorum scriptorum memoriam non præterit: quippe qui suis scriptis Moysem, & Iudæorum gentem, vetere illa prosapia quæ apud Græcos iactatur, lõgè antiquiorem fuisse perspicuè commonstrant. Atque isti Clemẽtis libri, quos iã persecuti sumus, maxima optimarum disciplinarum materia referti sunt. In primo libro eiusdem operis de seipso loquitur, quòd propè ad Apostolorum tempora successerit. In eisdem libris Commentarios in Genesim se editurum pollicetur. Itẽ in libro illius quem de Paschate composuit, fatetur se à familiaribus suis compulsum vt traditiones, quas à veteribus presbyteris accepisset, literis proderet ad posteritatem. In eodem libro Melitonem, Irenæum, & alios nonnullos commemorat, narrationésque aliquot ex eorum libris petitas recẽset. In libris ὑποτυπώσεων, vt summatim comprehendam, sicut in vniuersas Scripturas, quæ omnium consentiente auctoritate confirmantur, breues scripsit explicationes: ita neque eas quidem quæ à multis vocantur in controuersiam, passus est interpretationum suarum expertes esse: Iudæ epistolam dico, & Catholicas, & epistolam Barnabæ, & reuelationẽ quæ Petri esse dicitur. Epistolam item ad Hebræos scriptam, Pauli esse affirmat, & Hebraico sermone ad Hebræos ab eo editam. Lucam autem eam accuratè in Græcũ, vt Græcis traderet, conuertisse: illúdque planè ex interpretatione ipsa facilè intelligi posse, quòd epistola & acta Apostolorum idem orationis filum habeant. Atque hanc inscriptionem, Paulus Apostolus, non sine causa in epistolæ principio fuisse prætermissam, nam cum Paulus ad Hebræos epistolam scriberet, quia illi præiudicatam animis sententiam, & suspectam opinionem, contra eum eiúsque doctrinam combiberant, nomen consultò admodum non inscripsisse: ne in ipso exordio animos illorum prorsus ab epistolæ lectione auerteret. Deinde longius aliquanto in oratione progressus, addit ista. Iam verò, sicut beatus quidẽ presbyter dicebat: quoniam Dominus ipse Apostolus patris sui omnipotentis ad Hebræos missus fuit, Paulus quia erat ad gentes missus, modestè quidem, cum ad Hebræos scriberet, se Apostolum Hebræorum non inscripsit, partim propter honorem, quem Domino

Traditiones Patrum à Clemente cõscriptæ.

Hypotyposes libri Clementis.

Epistola ad Hebræos.

Dominus ipse patris ad Hebræos Apostolus.

Hebræorum Apoſtolo tribuebat partim,ne cum gentium præco & Apoſtolus eſ- A
ſet, præter officium ad Hebræos ſcribere videretur. Rurſus Clemens in iiſdem libris, traditionem de ordine temporum quibus euangelia ſcripta erant, à veteribus presbyteris acceptam,ad hunc modum exponit. Euangelia, quæ in ſe complectuntur genealogias, antè ſcripta dicuntur. Illud autem quod ſecundum [1] Marcum inſcribitur,talem cauſam habuiſſe fertur. Cùm Petrus Romæ publicè verbũ Dei prædicaret & Spiritus ſancti inſtinctu Euangelium Chriſti exponeret,multos qui præſtò aderant,Marcum,vtpote qui eum diutiùs comitatus fuiſſet,& eius verba memoria teneret,magnoperè obſecraſſe ferunt,vt ea quæ fuiſſent ab illo prædicata,ſcriptis mandaret. Quod quidem euangelium ſimulac ediderat,illis qui illud ab eo rogauiſſent,impertiit. Petrum autem,vbi de eo certior factus erat, euangelium cum ratum feciſſe,tum homines ad idem legendum adhortatum. Ioãnem verò,vtpote ſacro ſancti Spiritus impulſu commotum, poſtquam intellexit,ea quę ad corpus & humanitatem Chriſti ſpectabant,in illis Euangeliis explicata:quorũdam familiarium ac neceſſariorum rogatu,euangelium ſpirituale poſt reliquos Euangeliſtas conſcripſiſſe. Tot extant Clementis opera. Alexander item, de quo ſuprà mentio facta eſt,Clementis ſimul & Pantæni,velut quibuſcum notitia ſibi interceſſiſſet,in epiſtola quadam ad origenem meminit,ſic enim ſcribit. Hæc,vt ſcis, voluntas Dei fuit,vt amicitia à maioribus noſtris inita, nobis firma & integra permaneret:imò in dies feruentior eſſet,& ſtabilior. Nam illos beatos patres, qui ante nos viam virtutis ſedulò inſtiterunt(ad quos non multo pòſt nos profecturi ſumus) cognouimus. Pantænum dico verè beatum,ac dominum meum: & ſanctum Clementem,etiam Dominum meum,qui multum mihi ſæpe commodauit:& ſi quiſ- B
quam ſit alius eius generis. Per quos quidem in tuam venit familiaritatem,qui longè optimus & dominus & frater mihi és. Atque hæc ita ſe habent.

Euangelia quo ordine ſcripta.
1. Marci Euangelium.
Ioannis Euãgelium.
Alexandri elogium de Clemente & Pantæno.

De eximia Heraclæ tum doctrina,tum eloquentia:& de Origenis in ſacris literis ſtudio:& Symmacho,diuinarum ſcripturarum interprete.

CAPVT XII.

Adamãtius Origene 5. Origenis Romã profectio. circa annum Chriſti 211.

Hucreſer Nicephor. cap. 35. li 4. item lib. 5 cap. 12.

ADamantius (hoc enim erat etiam Origeni nomen) Zephyrino eiſdem tẽporibus Romanam eccleſiam gubernante,ſcribit ſe Romam propterea iter ſuſcepiſſe,quòd ſibi admodum erat in optatis,eccleſiam Rom. planè antiquiſſimam viſere,vbi non diu commoratus. Alexandriam reuertitur,atque ibi conſuetum docendi munus omni ſtudio & induſtria exequitur: ídque Demetrio illius eccleſiæ epiſcopo etiam tum cum admodum adhortante,& precibus propè efflagitante, vt fratribus non grauaretur eſſe adiumento.* Verum Origenes,poſtquam vidit ſeipſum non ſatis habere virium,cùm ad reconditius rerum diuinarum ſtudium, & ſãctarum Scripturarum indagationem,explicationémque,tum ad eos in fidei principiis inſtituendos,qui ad ipſum accedebant(à quibus dum alij poſt alios paſſim à primo vſque mane ad veſperam,ad eius ludum literarium quotidie commeabant, ei ne reſpirandi quidem locus concedebatur) multitudinem diſcipulorum in duas partes diſtribuit:& Heraclam cæteris ſuis diſcipulis præferens,virum cùm ſacrarũ literarum ſtudioſum,tũ reuera in aliis diſciplinis diſertiſſimum, tum philoſophiæ denique non ignarum,ſocium in inſtituendi munere ſibi aſciuit: & huic eos erudiendos commiſit,qui ipſis fidei elementis modò eſſent imbuendi: eorum autem diſciplinam qui in curſu erant poſiti,& ipſo doctrinæ ſacræ habitu aliquãto maturiores,ſibiipſi docendos reſeruauit.* Tanto porrò ſtudio, tantáque cupiditate Sacrarum literarum accuratè perueſtigandarum ducebatur Origenes,vt linguam etiam Hebraicam ſtudiosè perdiſceret:& nõ modò vetera Scripturarum exemplaria apud Iudeos Hebraico ſermone ſcripta cuſtoditáque ſibi acquireret: verùm etiam aliorum interpretationes,qui præter Septuaginta,Sacras literas cõuertiſſent, exquiſitè indagaret:adeò vt præter tritas illas & vulgares Aquilæ,& Symmachi,& Theodotionis interpretationes, aliquantum inter ſe diſcrepãtes alias quaſdã præterea inueniret:quas iam longo tempore abſtruſas,ex quibuſdam receſſibus) vnde haud

** Ruff. c. 12. Origenis in ſacris literis ſtudium.*
Heraclas Origenis in ſchola ſocius.
** Ruff. c. 14. Hebraicæ linguæ ſtudium. Verſiones Aquilæ, Symmachi, Theodotionis.*

A haud equidem scio) diligenter inuestigando eruit, tandémque in lucem eduxit. De quibus propter obscuram & obliteratam inscriptionem, cuius demum auctoris essent, penitùs ignorans, istud solum indicat, quo pacto vnam quidem offendisset Nicopoli apud Actiũ litus, alteram in altero loco nõ dissimili. In Psalmorum libro, qui ἑξαπλᾶ dicitur, id est, qui septuplicem (vt ita dicam) cõplectitur translationem, post quatuor communes & vulgares interpretationes non solùm Quintam, sed etiam Sextam & Septimam adiungens, in vna illarum ostendit, quo pacto ea in vrbe Hiericho, temporibus Antonini Seueri, esset in dolio reperta, Atque ipsas in vnum volumen omnes redigens, columellis inter se distinxit, & alterum alteri ex aduerso vnà cum exemplari Hebræorum apposuit. Sic exemplaria illa quæ ἑξαπλᾶ dicuntur, nobis reliquit. Aquilæ porrò & Symmachi, & Teodotionis editionẽ, vnà cum septuaginta interpretum explicatione, in opus quadrupliciter contextum separatim digessit. Intelligendum est, Symmachum, vnum ex his interpretibus hæresim Ebionitarum propugnasse. Ista autem hæresis quæ Ebionæorum nomine appellatur, est eorum (sicuti ex superiore historiæ nostræ sermone discimus) qui affirmant Christum ex Ioseph & Maria prognatum, eúmque solum hominem existimant, & legem more Iudæorum obseruandam constanter asseuerant. Commentarij item Symmachi ad hoc vsque tempus custodiuntur: in quibus ex testimonio euangelij secundum Matthæum, errorem, de quo locuti sumus, roborare contendit. Istos commentarios Origenes cum aliis Symmachi in Scripturas explicationibus, ostẽdit se à Iuliana quadam accepisse, atque illam ab ipso Symmacho eos libros sumpsisse.

Hexapla Psalterij.

Symmachus Ebionitarum hæreseos propugnator.

Ebionitarum hæresis quæ.

Symmachi Cõmentarij.

De reprehenso ab Origene Ambrosio, & doctrina Origenis.

CAPVT XIII.

Huc refer Nicephor. ca. 11. 12. 13. 14. 15. lib. 5.

PEr idem tempus Ambrosius, qui Valentiniani erroris prauitate erat infectus, ipsa veritate, cuius partes Origenes in disputando susceperat, conuictus, confutatúsque, ac veluti lucis splendore interiore mente illustratus, rectæ & ecclesia-
B sticæ fidei se totum addixit. Alij etiam complures exquisita doctrina imbuti, propter celebrem famam quæ de Origene vbique emanauerat, ad eum se conferebãt, periculũ de accurata cumulatáque viri in Sacris literis facultate & noticia facturi. Infiniti porrò hæretici, & philosophi nõ pauci, omni literarum genere cum primis eximij, studiosè & attentè ei animum aduertebant: & præterquam quod Sacris & diuinis literis, exteris præterea disciplinis quæ ad philosophiam attinebant, aliqua ex parte ab illo eruditi institutíque fuerunt, illos item quos ingenij acumine & bonitate valere intelligebat, Philosophiæ cognitione, Geometria, Arithmetica, & aliis id genus artibus quæ ad grauiora studia viam muniunt, informauit, excoluitque. Deinceps ad philosophorum sectas, eorúmque opiniones perdiscendas deduxit, & libros ab illis conscriptos eis exposuit, cùm præclarè in eos commẽtando tum perspicaci mentis solertia in singula intuendo, adeò vt philosophus planè insignis esset omnium Græcorum sermone prædicatus. Complures item qui ingenio erant paulò obtusiore, ad humaniores litteras, quæ sunt in communi consuetudine positæ, perdiscendas impulit: asseuerans, eos non parum fructus & commoditatis ex illis, & ad sacrarum literarum cognitionem, & ad mentis ad easdem ingrediendas præparationem percepturos. Vnde secularis (vt ita dicam) literaturæ ex philosophia petitæ studium & exercitationem sibi in primis necessariam existimauit. Illius verò singularis præstantísque in his rebus progressionis testes sunt Græcorum philosophi, qui eius temporibus viguerunt. In quorum libris crebram huius viri mentionem inuenimus: propterea quòd nonnulli aliquando suos libros illi dedicabant: interim lucubrationes ad eum, tanquam ad magistrum, quò de illis iudicium faceret, referebant. Verùm quid attinet ista commemorare, cùm Porphyrius, nostra iam memoria in Sicilia degens, (qui quidem libro contra nos, quibus diuinas Scripturas calumniis insectari conatus est, edidit: quíque, cùm eorum commentariis sedulò euoluendis, qui eos interpretati fuissent, nihil reperiret, quod religionis nostræ doctrinæ vitio dare posset, tanquam dicendi facultate de-

Ruff. cap. 1. Ambrosi⁹ à Valentiniani hæresi per Origenem conuersus.

Origenis celebritas ob multijugam eruditionem.

Porphyrius religionis Christianæ insectator, & Origenis calumniator.

ſtitutus, ſe ad interpretes ipſos conuitiis lacerandos conuertit: ipſúmque Origenem in primis, quem, dum ipſe adhuc adoleſcens erat, ſe cognouiſſe dicit, cum ille, inquam Porphyrius hominem, dum probris & maledictis concidere molitur, imprudens maximis laudibus efferat, partim vera dicendo, cũ aliter nullo modo dicere queat: partim falſa comminiſcendo, in quibus ſe putarit à nemine poſſe perſpici. quanquam aliquoties illum, quia Christianus erat, criminatur: non rarò tamen propter præſtantiã, qua in ſtudiis plilosophiæ & liberalium artium diſciplina excelluerit, ſummè admiratur, & maxima cõmendatione extollit. Cæterùm eum hæc de eo cõmemorantem audiamus. Nonnulli dum in animo habebant, non ab impiis & vitioſis Iudæorum ſcripturis deſciſcere, ſed earum obſcuritatem diſſoluere, aperiréque, ad interpretationes quaſdam malè cohærentes, & Scripturis illis parum accommodatas ſe tranſtulerunt: quę non tam ad defenſionem exteræ & peregrinæ Iudæorum doctrinæ, quàm ad approbationem & laudem ſuæ faciũt. Nam dum ea quæ planè & apertè à Moyſe dicta ſunt, inani venditatione ænigmata eſſe iactitãt, & velut diuina oracula plena arcanorum myſteriorum ſumma veneratione celebrant, inſolenti quadã arrogantia & faſtidio elati, animi ſui iudicium perſtringunt, & leues vanáſque interpretationes introducunt. Deinde paulo pòſt ſubnectit. Huius inſcitiæ & ſtultæ opinionis exemplum ab Origene ſumatur, viro, qui cum mihi, cùm eſſem admodum adoleſcens, aliqua intercedebat familiaritas: qui quidem & illo tempore in maximo honore fuit, & adhuc eſt, propter libros quos poſt ſe reliquit, in non minore: cuius gloria apud iſtius doctrinæ profeſſores ac magiſtros eſt cũ magno ſplendore peruagata. Iſte enim Ammonij factus auditor, qui noſtra quidem ætate magnam in philoſophia comparaſſet commendationem, tametſi ad literarum cognitionem & peritiam, magnam ſanè à magiſtro percipiebat vtilitatem: ad rectam tamẽ vitæ inſtitutionem & modum, diuerſam ab illo & omnino contrariam viuendi viam ingreſſus eſt. Nam Ammonius Christianus, à Christianis parentibus educatus, quando in prudentia aliquam progreſſionem fecerat, & philoſophiæ ſtudia ſemel deguſtauerat, ſtatim à Christianiſmo ad eã vitæ rationem quæ humanis legibus gubernatur, ſe tranſtulit. Origenes autem Græcus, in Græcorum diſciplinis inſtitutus, ad rude & barbarum vitæ genus, temeraria quadam audacia inductus, animum appulit: ad quod ſe referens, cũ ſeipſo, tum ea perfectione & quaſi maturitate, quam in politiore doctrina adeptus fuiſſet, ad turpem quæſtũ abuſus eſt. atque quod ad vitam attinet, eam Christiano more iniuſtè impiéque exegit: quod ſpectat ad opiniones, quas cùm de aliis rebus, tũ de diuino numine tenebat, in illis Græcorum cõſuetudinem imitatus, etiam eorum doctrinam ad peregrinas & commenticias fabulas Iudæorum confirmandas, tanquam ſubſidium ſibi comparauit. Platonis enim libros ſemper habebat in manibus: in Numenij & Cronij ſcriptis multum verſabatur: Apollophane, Lõgino & Moderato vtebatur familiariter: Nicomachi & aliorum illuſtrium Pythagoreorum monimenta terebat ſedulò: Cheremonis Stoici, & Cornuti libros crebrò vſurpabat. Ex quibus cùm rationem ac modum myſteriorum per allegorias explicandorũ quo Græci ſcriptores vti ſolebant, accuratè didiciſſet, eum ipſum ad Iudaicas ſcripturas accommodauit. Hæc à Porphyrio in tertio libro operis ſui contra Christianos conſcripti, commemorata ſunt, qui ſanè de viri ſtudio & doctrinæ abundantia verè affirmat: ſed in reliquo ſermone, in quo ait ipſum à Græcorum religione ad fidem Chriſti ſe tranſtuliſſe: Ammonium autem, ex viuendi ratione quæ eſt ſecundum verum Dei cultum, ad mores Græcorum delapſum, perſpicuè (certè quid namque non falſo comminiſceretur Christianorum hoſtis) atque adeò improbè mentitus eſt. Nam & inſtituta Christianæ diſciplinæ, ſicut hiſtoria ſuperior declarauit, Origeni à parentibus integra tradebantur: & Ammonio ſyncera diuinæ philoſophiæ religioniſque Christianæ præcepta firma vſque ad extremũ vitæ exitum permanſerunt: ſicut hominis libri tanta elaborati induſtria, támque multorum commendatione approbati (quos poſteritati reliquit) adhuc multis in locis teſtes eſſe poterunt: vt ille, qui de conſenſu & conuenientia Moyſis cum Ieſu inſcribitur, & alij qui reperiuntur apud literarum ſtudioſos. Iſta igitur hoc loco à nobis poſita ſint, ad declarationem tum calumniæ maleuoli obtrectatoris, tum exquiſitæ & copioſæ Origenis

Porphyrij de Origene iudicium.

Origenes Ammonij auditor.

Ammonius Christianus initio, post philoſophiam ad gentiliſmum delapſus.

Origenis ſtudia.

Ammonij ſcripta, conſtantiam eius in Christianiſmo teſtantia.

A Origenis in Gentilium disciplinis cognitionis: de qua in epistola quadam, missa ad illos qui ei vitio vertebant, quòd tantum studium in illis disciplinis collocauisset, hæc scribit. Quoniam ad me, verbo Dei addictum & consecratū, fama de illa mea, quam iam in bonis literis adeptus fuissem, muturitate per multorum ora volitāte permulti cùm hæretici, tum qui artium liberalium ac gentilium disciplinarum eruditione, & eximia philosophiæ notitia maximè præstabant, frequentes accessērunt: placuit & dogmata hæreticorum, & philosophorum instituta, quæ de veritate disserere profitentur, diligenter peruestigare. Hoc autem fecimus, non solum Pantænum imitati, qui multis ante nos multum planè attulit adiumenti, quòd illo studiorum genere exquisitè instructus esset: verum etiam Heraclam, iam Alexandriæ presbyterij gradum adeptum: quem apud disciplinæ philosophicæ magistrū & doctorem, cum iam quinquennio antè, quàm ego ad eam studiorum rationem audiēdam me conferre cœperam, illi viro enixè operā dedisset, reperi. Et propterea non modò vulgari veste, & communi qua antèvsus fuisset, exuta & deposita, philosophi apparatum, quem adhuc retinet, sibi assumpsit: verùm etiam libros gentilium etiānum euoluere pro viribus non desistit. Atque hoc modo de Gentilium disciplinis, & earum studio, Origenes dicitur respondisse. Eodem tempore illum scholæ Alexandrinæ operam nauantem miles quidem adiit, & literas à præside Arabiæ tum Demetrio episcopo, qui ibidem rexit ecclesiam, tum præfecto qui tum Ægypto præfuit, attulit, vt cum omni festinatione Origenem ad ipsum mitterent, qui in Sacris literis ipsum erudiret. Quapropter ab illis ad eum missus Origenes, proficiscitur in Arabiam: ac negotio cur eò se contulisset, breui ad exitum perducto, iterum Alexandriam reuertitur. Non longo temporis interuallo interiecto, vbi intestinū & ciuile bellum non exiguum quidem ibi exardescebat egressus est Alexandria, & cum non satis tutò se in Ægypto commorari posse putaret, iter capit in Palæstinā, & Cæsareæ ludum aperit: vbi, licet nondum Presbyterij gradu potitus, ab episcopis qui ibi erant, non ad disputandum solum, sed ad Scripturas etiam aperiendas, magnoperè in communi ecclesiæ consessu rogatus est. Quod quidem poterit esse per-

Origenis in Gentilium disciplinis studium.

Origenis in Arabiam profectio.

Cæsarea S. Scripturæ explicandæ præfectus.

B spicuum ex his, quæ Alexander Hierosolymorum episcopus, & Theoctistus episcopus Cæsareæ, ad Demetriū, in Origenis defensione sic ferè respondebant. Quod autem in literis adiunxeris, nūquam antea auditum, neque iam vsurpatum, vt Laici, præsentibus episcopis disputarent, Scripturásque exponerent: in eo mihi nesció quo modo videris perspicuè falsa dixisse. Nam vbi idonei & habiles reperiuntur, qui fratribus in verbo Dei adiumento sint, à sanctis episcopis rogantur, vt populum in verbo instituant: sicut Larādis Euelpis à Neone, Iconij Paulinus à Celso, & apud Synados Theodorus ab Attico, qui omnes beati & pij fratres erant. Ac verisimile est, quamuis nobis obscurum & minimè cognitum sit, illud idem in aliis locis fieri. Hic quem dico, Origenes adhuc adolescens, non modò ab episcopis quibuscum familiaritatem contraxerat, sed à peregrinis, qui illum propè ignorabant, isto modo in magno honore habitus fuit. Quin, vbi Demetrius & per literas eum accersiuerat, & per diaconos ecclesiæ vt maturè rediret Alexandriam hortatus erat, ille eò reuersus, consueta studia & exercitationes denuò obire cœpit.

Laicis an S. Scripturas tractare permissum.

Origines Alexandriam reuertitur.

Quinam extant libri eorum qui tum temporis floruerunt.

CAPVT XIIII.

PEr idem tempus complures ecclesiastici viri, eloquentiæ laude præstantes, floruerunt: quorum epistolas, quas alter alteri scripserunt, adhuc reseruatas reperire licet. Quæ etiam ad nostram vsque ætatem, in Æliæ, id est, Hierosolymorum Bibliotheca, quæ est ab Alexandro, tum illic ecclesiam administrante exædificata, custoditæ fuerunt: ex qua Bibliotheca ipsi ad opus quod habemus in manibus, permulta collegimus. In quorum disertorum virorum numero est Beryllus, episcopus Bostræ in Arabia, qui varios libellos ex optimis scriptoribus, tanquàm flosculos excerptos vnà cū epistolis & aliis operibus post se reliquit. Hippolytus etiā alterius ecclesiæ episcop⁹ his ānumeretur, qui idē præstitit. Disputatio porrò Gai viri eloquētissimi, Romæ Zephyrino ecclesiā regēte cōtra Proclū, Phrygū erroris propugnatorē habita, ad nos peruenit: in qua & aduersariorum temeritatē & audaciam in no-

Ruff ca. 16.

Æliæ Bibliotheca ab Alexandro epis. extructa.

Beryllus epis.

Hippolytus episcopus.

Gaij contra Proclum disputatio.

Epiſtola ad Hebræos ſcripta. An Pauli dubitatum. uis Scripturis contexendis, reprimit refutátque: & tredecim ſolum memorat epiſtolas diui Pauli apoſtoli, epiſtolam autem ad Hebræos reliquis non annumerat. nam illa apud quoſdã Romanos etiã adhuc, Apoſtoli epiſtola eſſe nõ exiſtimatur. A

Qui eo tempore epiſcopi noti erant. CAPVT XV.

ANtonino, cum ſeptem annos & ſex menſes regnaſſet, ſucceſſit Macrinus: quo quidem ad annum eo munere perfungẽte, alius iterum Antoninus imperium capeſſit. Primo anno eius regni, Zephyrinus Pontifex Romæ, vbi decem & octo annos continuos eccleſiæ miniſterium procurarat, vitam cum morte commutat. Huic in Pontificatum ſucceſſit Calixtus: qui vitam ad quinque annos traducens, Vrbano eccleſiam gubernandam reliquit. Eodem tempore, Antonino quadriennio ſolum reip. gubernacula tenente, Imperator Alexander in regnum Romanorum ſucceſſit. Per id temporis Aſclepiade mortuo, Philetus in Eccleſiæ Antiochenæ rectionem ſuccedit. Imperatoris illius mater, nomine Mamæa, mulier (ſi quæ alia) virtute & pietate ſpectatiſſima, vita & moribus cùm primis religioſa, cum Origenis fama ita celebris paſſim hominum vagaretur ſermonibus, vt ad eius etiam aures perueniret, permagno videbatur æſtimare, ſi non ſolum viri dignaretur aſpectu: verum etiam eius in Sacris literis intelligentiæ, quam omnes admirabantur, periculum faceret. Illa igitur iam tum Antiochiæ commorans, per turbam ſatellitum, illum ad ſe accerſiuit. Apud quam ille, vbi ad tempus moram fecerat, & multa quæ ad gloriam Domini & diuinæ eius diſciplinæ ac potentiæ amplitudinem, ſpectabant, ei expoſuerat, ad conſueta ſtudia & exercitationes ſe maturè recepit.

Calixtus põt. Rom. Vrbanus. Philet⁹ epiſc. Mamæa Imperatoris mater ab Origene in religione inſtituta.

Macrin. Imp. anno Chr. ... M.Aur. Antonin. anno Chr. 220. Huc refer Niceph. c.16 lib. ... Alexand. Mamææ filius Imp. anno Chr. 224.

Quæ Hippolyti monumenta ad nos peruenerunt. CAP. XVI.

Ruff. ca. 17. Hippolyti ſcripta. Vide Hiero. in catal. & Lucidum de temp.

ILlo ipſo tempore Hippolytus, præter alios pleróſque Cõmẽtarios, quos componebat, opus de Paſchate conſcripſit: in quo & temporum ſeriem explanat, & canonem quendam ſedecim annorum de Paſchate ponit, & tempora ſolum deſcribit ad primum annum imperatoris Alexandri. Cætera eius ſcripta, quæ ad nos venerunt, ſunt hæc: In ſex dies Commentarij: In ea quæ ſex dies ſequuntur: contra Marcionem liber: in Canticum canticorum explanatio: in partes aliquot Ezechielis expoſitio: de Paſchate liber: Contra omnes hæreſes liber. Extant præterea nonnulla alia eius monumenta, quæ apud multos conſeruata inuenias. B

Vide Niceph. lib. 5. ca. ...

De Origenis ſtudio, & quòd Eccleſiaſtica dignitate dignus habitus fuerit. CAPVT XVII.

Origenis in S. Scripturã commentarij, D. Ambroſij hortatu & ope promoti.

EX eo tempore Origenes commentarios in Sacras literas ſcribere exorſus eſt: Ambroſio eum ad eam rem impellente maximè, qui non ſolum infinitis propè verborum ad perſuadendum accommodatorum hortationibus, ſed copioſiſſimis ſubſidiis, ad eiuſmodi operam maximè neceſſariis, illum ad hoc ſtudij genus incitauit. Nam celeres ſcribæ, plures quàm ſeptem, ei dictanti præſtò aderant, qui pręſtitutis temporibus ſcribendi laborem viciſſim ſuſciperent. Librarij nõ pauciores, vnà cum puellis, quæ ad ſcitè & concinne ſcribendum erant probè exercitatæ: quibus omnibus Ambroſius rerum copiam affatim ſuppeditabat neceſſariarum. Quinetiam in hac diuini & ſacri eloquij commendatione ac ſtudio, vix dici poteſt quàm propenſam operam ei contulerit, qua illum vel maximè ad commentariorũ confectionem incenderet.* Dum iſta hoc modo geruntur, Vrbano, qui Romanæ eccleſiæ pontificatum geſſerat, ſucceſſit Pontianus. Antiochenæ eccleſiæ poſt Philetum, miniſterium capeſſit Zebinus. Quibus temporibus Origenes, neceſſitate negotij cuiuſdam eccleſiaſtici abeundi flagitante, in Græciam per Palæſtinam iter fecit, & Cæſareæ per manuum impoſitionem epiſcoporum, qui in illis partibus rexerunt eccleſiam, munus ſuſcepit preſbyterij. Qui verò deinceps fuerint de illo tumultus & diſcordiæ concitatæ: quæ de eiſdem ita commotis ab epiſcopis, qui eccleſiis præferunt decreta: denique quæ incommoda, cùm in verbi Dei explicatione ſumma cum laude floreret, pertulerit, quanquam ſeparatum opus, ad plenã eorum explicationem poſtulare videntur: tamen in ſecundo Apologiæ libro, quam pro eius defenſione edidimus, aliqua ex parte (quantum tenuitas ingenij noſtri patiebatur) de eiſdem diſſeruimus.

Huc refer Niceph. ca. 18. lib. ...

**Ruff. c. 18. Pontianus Rom. pont. Zebin⁹ epiſc. Orig. in preſbyterorum ordinẽ adſcitus. Euſebij pro Origene Apologia.*

A *Quænam in Alexandria docuerit.* CAPVT XVIII.

Huc refer Nicephori ca.19. lib. 5.

PRæter ea quæ modò recensuimus, ista quoque ad commemorandum necessaria putamus: quomodo in sexto libro Explanationum quas in Euangelium Ioannis cõscripserit, declaret se, cum adhuc Alexandriæ versaretur, quinque priores contexuisse. Operis verò quod in vniuersum Euangelium lucubrauit, viginti duo tomi solum ad nos peruenerunt. In nono libro Commentariorum quos confecit in Genesim (sunt enim omnes duodecim numero) non modò octo priores eiusdem operis Alexandriæ composuisse: sed etiam in vigintiquinque Psalmos, qui primi sunt, Commentarios edidisse commonstrat. Quinetiam in Lamentationes Hieremiæ alios, quorum quinque tomi ad nos peruenerunt, elaborauit: in quibus obiter librorum (duo quidem sunt) quos de Resurrectione exarauit, facit mentionem. Porrò libros de Principiis, prius quàm Alexandriam demigrarat, scripsit. Libros quoque qui inscribuntur στρωματεῖς, qui sunt decem numero, in eadem ciuitate, Alexandro imperium gubernante, literis prodidit: sicut præcipui tituli tomorum initiis integrè præfixi declarant.

Origenis in Euangelium Commentarij. *In Genesin.* *In Psalmos.* *In Lamentationes Hieremiæ.* *De resurrectione.* *De principiis.* *στρωματεῖς libri.*

Quomodo scripturarum quæ in Testamentis habentur, mentionem fecerit. CAPVT XIX.

Huc refer Nicephor. ca.16. lib. 5.

DVm primum Psalmum explicat Origenes, in eo libro sanctarũ Scripturarum veteris Testamenti enumerationem facit: his enim verbis sic scribit. Non
„ ignorare debemus viginti duos libros esse, sicut Hebręi tradunt, summo omnium
„ consensu & testimoniis approbatos, secundum literarum numerum, quæ apud il-
„ los sunt. Deinde paucis verbis interpositis, adnectit. Viginti duo libri secundum
„ Hebræos hi sunt. Primum Genesis, vt nos: vt Hebræi appellant, ab ipso libri exor-
„ dio, Beresithæ, quod est principio. deinde Exodus, Velle Semoth Hebraicè: quod
„ est, nomina ista. tum Leuiticus, Vaicra: id est, Vocauit. deinceps Numeri, Hammi-
„ sparim, vel pecudim, vel vaiedabber. Sequitur Deuteronomium, Ellehaddebe-
„ rim: hoc est, Hæc sunt verba. Post Iesus filius Naue, Hebraicè Iehosua, ben Nun.
„ tum Iudices, Ruth. apud illos vterque in vnum librum concluditur: & vocatur
B Sophetim. iterum Regum, vel Regnorum primus & secundus liber: apud eos v-
„ nus est, & dicitur Samuel, id est, à Deo vocatus. deinde, Regum vel Regnorum
„ tertius & quartus, in vno libro vterque apud Hebræos: & nominatur Vammelech
„ Dauid, vel melachim: id est, Rex Dauid, vel regnum Dauid. Accedit Parali-
„ pomenon primus & secundus: vnus tamen apud eos: & nuncupatur Dibre Haia-
„ mim, id est, verba dierum. Post hunc Esdras, primus & secundus, qui vnus est, &
„ inscribitur Esra: quod est, adiutor. tum liber Psalmorum, Hebraicæ Sepher Tehil-
„ lim. deinde Salomonis prouerbia, apud Hebræos Mistæ, vel Mistoth. deinceps Ec-
„ clesiastes. Hebraicè Coheleth. tum Canticum canticorũ, non (vt quidam arbitran-
„ tur) Cantica canticorum, Hebraicè Sir harisim. Sequitur Isaias, Iesaia Hebrai-
„ cè: & Hieremias, cum Lamentationibus & Epistola, vno nomine & vno libro
„ Irmia. tum Daniel, etiam Daniel Hebraicè: & Ezechiel, Ieezchel. Iob, Iob: Est-
„ her, Esther. Extra numerum istorum, sunt libri Machabaici, qui inscribuntur,
„ Sarbethe, Sarbane. Ista in libro, quem diximus, inseruit. In primo libro Commẽtariorum quos scripsit in Euangelium secundum Matthæum, Canonem ecclesiasticum obseruans, quatuor solum Euangelia esse testatur: & quòd per traditionem de quatuor Euãgeliis, quæ sola sunt in vniuersa ecclesia Dei (quæ sub cœli cõplexu cõtinetur) rata, stabilia, & quibus à nemine contradicitur, certior factus sit, sic scribit. Primũ euangelium scriptũ esse, quod secundum Matthæum dicitur, olim publicanũ, postea apostolum IESV Christi: qui illud Iudæis ad fidem Christi conuersis,
„ literis Hebraicis compositum tradidit. Secundum, quod est secundum Marcũ: qui
„ illud, sicut Petrus ei explicauerat, cõscripsit: quem quidem Petrus filium suũ nun-
„ cupat in catholica sua epistola, his verbis: Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone,
„ consors nobiscum electionis, & Marcus filius meus. Tertiũ euãgelium à Paulo lau-
„ datum, quod est secundum Lucã: qui illud his qui erant ex gentibus edidit. Postre-
„ mũ omnium, quod est secundum Ioannem. Porrò in quinto libro explanationum

S. Scripturæ libri. *Hic locus in Græco corruptus est, nos ergo ab Hebraica Biblia inscriptiones librorum deprompsimus: & sic hunc locum correximus.* *Euangelia tantum IIII* *Matthæi.* *Marci.* *1. Pet 5.* *Lucæ.* *Ioannis.*

in euangelium Ioannis, de Epistolis Apostolorum idem auctor ista loquitur. Paulus non litera, sed spiritu habilis & idoneus noui Testamēti minister à Deo factus, qui munus Euangelij prædicandi ab Hierusalem, ad Illyricum vsque vndique cumulatè expleuit, non omnibus ecclesiis quas docebat, scripsit epistolas. Quin nonnullis, quibus scripsit, pauca admodum verba misit. Petrus, super quem Christi Ecclesia contra quam inferorum portæ non præualebunt, ædificata est, vnam epistolam omnium asseueratione approbatam reliquit. Sit ita tamen, quòd secundam (de ea enim est controuersia) etiam scripserit. Quid attinet dicere de Ioanne, qui supra pectus Domini recubuit: qui licet se tot volumina potuisse conficere, quot vniuersus orbis vix potuisset capere, ingenuè fateatur, vnum tamen Euangelium solum posteritati tradidit. Scripsit item Apocalypsim, in qua præcipiebatur illi vt cōticesceret, & septem tonitruorum voces minimè omnino scriberet. Epistolam etiam reliquit, eamque perbreuem. Verùm esto, quòd secundam quoque & tertiam texuerit: quoniam aiunt eas non omnino verè eius fuisse. Atqui vtræque pariter vix centum versus lineásque complectuntur. Præterea de epistola ad Hebræos, in concionibus quibusdam in eandem conscriptis ita disserit: Dictionis formam epistolæ, quæ inscribitur, Ad Hebræos, non habere simplicem ac humilem orationis & scribendi rationem, qua Apostolus soleat vti (qui se rudem in dicēdo, id est, in loquendi forma ac modo planè fatetur) sed epistolā ipsam dictionis compositione & collatione verborum propius ad puri & elegātis Græci sermonis proprietatem accedere. Ac quisque, qui dictionis & loquendi formularum differentias rectæ sciat internoscere, illud facilè fatebitur. Rursus, quòd sensus ac sententiæ Epistolæ admirabiles sunt, & his quæ consentiente omnium testimonio Apostoli scripta dicuntur, nulla ex parte inferiores, nemo non, qui studiose & attentè in epistolis illius Apostoli perlegendis versatus fuerit hoc etiam verum esse concedet. Istis non multo pòstea attexit. Ego constanter affirmabo, sensus esse Apostoli: phrasin autem & constructionem verborum alterius cuiusdam, conciones Apostoli in commentarios redigentis, & velut dictata ex præceptoris ore scribentis. Proinde si quæ Ecclesia istam habeat epistolam, eam ipsa approbet, vt Pauli, idque hac ratione persuasa. Non enim temerè veteres eam Pauli esse tradiderunt. At quis scripserit epistolam, Deus verè nouit. Nos tamen à quibusdam accepimus, Clementem Rom. ecclesiæ episcopum eam epistolam perscripsisse: ab aliis, Lucam, qui Euangelium & acta Apostolorum literis mandarit, illam contexuisse. Sed hæc hoc modo hactenus.

Epistolæ Apostolorum, Pauli. Petri. — *Ioannis. Ioan. 21.* — *Apoc. 10.* — *Epistolæ ad Hebræos, autor incertus.*

A … B

Quomodo Heraclas Alexandrinum episcopatum susceperit, & quomodo episcopi Origenem venerati fuerint.

CAPVT XX.

Ruff. ca. 19. Oregenis Cæsaream profectio. — Vide Nic. lib. 5. ca. 1

DEcimus iam annus agebatur imperij Alexandrini suprà demonstrati, cum Origenes Alexandria Cæsaream profugiens, scholam institutionis, quæ erat ad illius loci habitatores in fidei principiis informandos ædificata, Heraclæ reliquit. Non longo tempore post, Demetrius Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, cum quadraginta tres annos integros in illo ministerio fungendo contriuisset, mortē obiit: huic successit Heraclas. Quo tempore Firmilianus Cæsareæ Cappadocensis episcopus, magno nomine & celebritate fuit. Iste tantum studium erga Origenem declarauit, vt interdum illum in suæ regionis fines ad ecclesiarum vtilitatem accersi vellet: nonnunquam ipse ad eum in Iudæam proficisci, & aliquandiu vnà cum eo moram facere, quò in sacris literis melius & perfectius erudiretur. Quinetiam & Alexander, qui Hierosolymitanæ ecclesiæ, & Theoctistus, qui Cæsariensi ecclesiæ præfuit per omne tempus propemodum ætatis suæ, ei tanquam præceptori auscultabant: solíque illi sacrarum literarum interpretationes, & reliqua ecclesiasticæ disciplinæ instituta exequenda concesserunt.

Heraclas. Firmilianus. — *Alexander Theoctistus.*

De perse-

A *De persequutione sub Maximino.* CAPVT XXI.

Maximin⁹ Imperator anno Chr. 237. Vide Niceph. lib. 5. cap. 25.

ALexandro Romanorum imperatori, cum tredecim annis Reipublicæ gubernaculis præfuisset, Maximinus Cæsar successit. Qui propter grauem inuidiam, qua contra Alexandri familiam, in qua complures fideles & Christiani versabantur, flagrabat, acerbam persecutionis tempestatem concitauit: iussitque solos ecclesiarum præsides, tanquam auctores doctrinæ Euangelicæ, neci dari. Eo tempore Origenes librum composuit de martyrio: & opus illud Ambrosio episcopo, atque Protocteto ecclesiæ Cæsariensis presbytero, propterea quòd vtrunque non exigua persecutionis procella exagitauerat, dedicauit. In qua quidem traditum est, eos viros ob veram & constantem fidei confessionem, sub finem imperij Maximini (qui non amplius triennio regnauit) magnam laudem fuisse consecutos. Tempus huius persecutionis, cùm in vegesimosecundo libro Commentariorum in euangelium Ioannis, tũ in multis variisque eius Epistolis apertè Demonstrat Origenes.

Ruff. ca. 20 Persecutio Sexta in Christianos mota anno Chr. 239. Maximini 2. *Origenis lib. de Martyrio.*

De Fabiano, quomodo Romanorum episcopus diuinitùs præter omnium opiniones designatus sit. CAPVT XXII.

Gordianus Imp. anno Chr. 240. Vide Nic. lib. 5. ca. 26.

SImulatque Gordianus post Maximinum Romanorum imperium obtinuerat, & Pontianus ecclesiæ Rom. Pontificatum per sex annos gesserat, in eius locum Anteros surrogatus est: in cuius ministerium, cum ad mensem eo perfunctus esset, Fabianum delectum ferunt. Post Anterotis mortem, aiunt Fabianum vnà cum aliis ex agro Romam commigrasse, ibique sua collocasse domicilia: vbi, diuina & cœlesti gratia largiente, ad cleri administrationem mirandum in modum euectus est. Nam cum omnes fratres, causa deligendi eius qui episcopatum gereret, in ecclesia conuenissent, & multi de multis illustribus & præclaris viris ad illud munus obeundum idoneis cogitarent, quanquam Fabianus, qui tum fortè præsto erat, nemini in mentem venerat, derepentè tamen columbam è sublimi deuolantem
B (quæ similitudinem Spiritus sancti Seruatorem in specie columbæ descendentis repræsentare videbatur) eius capiti insedisse memorant: ac propterea populum vniuersum pariter vno sacrati Spiritus instinctu commotum, magna cum alacritate & vno animorum consensu eum eo dignitatis gradu dignum clamasse, & absque mora abreptum illum in sede Pontificali collocasse.

Ruff. ca. 21. *Gordianus Imp.* *Anteros Rom. Pont.* *Fabian⁹, quomodo ad pontificatũ Rom. euectus miraculosè.*

Qui fuerint Origenis discipuli. CAPVT XXIII.

Huc refer Nicephor. ca. 12. lib. 5.

EOdem tempore, simulac Zebinus Antiochenæ ecclesiæ episcopus è vita decesserat, † Babylas ecclesiæ rectionem suscipit. Vbi autem post Demetriũ Heraclas episcopatus ministerium Alexandriæ obtinuerat, Dionysius, vnus item ex Origenis discipulis, scholam institutionis ibidem capessit. Ad Origenem verò Cęsareæ consueta disciplinę munera exequentem, non solum multi ab indigenis, sed ab exteris etiam regionibus penè infiniti discipuli, patria sua relicta, aduentarunt: ex quibus maximè insignes cognouimus, Theodorum alio nomine Gregorium appellatum, episcopum sanè præter cæteros nostra iam ætate crebro hominum sermone prædicatum, & fratrem eius Athenodorum: quorum animis liberalium disciplinarum tum Græcorum, tum Latinorum, cupiditate supra modum inflãmatis, & quasi obstupefactis, Origenes diuinæ philosophiæ & doctrinæ Christianæ amorem sensim instilauit: eósque à prioribus studiis, facta mutatione, ad Sacrarum literarum commentationẽ pia sua cohortatione traduxit. Quinquennio integro in eius schola versati, tantam & tam admirabilem in sacrosanctis Dei eloquiis fecêre progressionem, vt dum adhuc ambo admodum adolescentes erant, ecclesiarum in Ponto crearentur episcopi.

Ruff. ca. 22. *Babylas epis.* *† Vide annot pag 66. lat. 1. lin. 7.* *Dionysius Antioch. scholæ præfectus.* *Origenis discipuli.* *Theodorus Gregorius.* *Athenodorus.*

De Aphricano temporum scriptore. CAPVT. XXIIII.

Huc refer Nicephori ca. 21. lib. 5.

PEr idem tempus Aphricanus, librorum scriptor qui κεστοὶ appellantur, magna commendatione ad hominum famam, profluxit. Huius de historia Susannę à Daniele literis prodita, quasi adulterina esset, & commenticia, magnopere dubi-

Ruff. ca. 23. *κεστοί.* *Aphrican⁹ Historicus.*

& eius ſcripta. Vide Suidã, & Hieronimum. Heraclas.

tantis, extat epiſtola ad Origenem ſcripta: ad quam Origenes per literas pleniſſimè A reſpondebat. Eiuſdem Africani quinque alij libri de temporum & annalium ſerie, accurata quadam induſtria elaborati ad nos peruenerunt: in quibus ait, ſe Alexandriam, propter incredibilem Heraclæ famam, quæ vbique manauerat, iter feciſſe: quem propter philoſophiæ & aliarum Græcarum diſciplinarum cognitionẽ, qua egregiè excellebat, ad eccleſiæ illius epiſcopatum adminiſtrandum delectum eſſe, ſuprà docuimus. Eſt etiam alia epiſtola ab eodẽ Aphricano ad Ariſtidem perſcripta, de ea quæ putatur eſſe Genealogiarum Chriſti apud Matthæum & Lucam diſcrepantia: in qua Euangeliſtarum cõſenſum ex hiſtoria quadam, quę ad ſua ipſius tempora integra deuenerat, apertiſſimè tradit: quam equidem opportunè in primo libro huius operis, quod habemus in manibus, ab eo petitam, citaui.

Quot & quæ Origenes in Cæſarea Palæſtinæ docuit. CAP. XXV.

Origenis ſcripta. — *Huc refer Nicephor. ca. 19. lib. 5.*

PEr idem tempus Commẽtarij in Iſaiam & Ezechielem pariter ab Origine cõſcripti fuêre. Ex triginta tomos in tertiam partem Iſaiæ, vſque ad viſionem quadrupedum in deſerto, nos vidimus: & viginti quinque in Ezechielem, quos ſolos in vniuerſum prophetam edidit. Id temporis cum Athenis fortè verſaretur, cõmentarios in Ezechielem abſoluit. Ibidem in Canticum Canticorum inchoauit Commentarios, & quinque libros eorundem ibi adhuc commoratus perfecit: ad Cæſaream reuerſus, alios quinque, (vt decem eſſent numero) perduxit ad exitum. Sed quid attinet hoc loco viri ſcripta & libros accuratè enumerare, cum aliud ſeparatũ & proprium ocium poſtulent? quorum enumerationem, in opus quod à nobis de Pamphilo, ſancto noſtri tẽporis martyre cõſcriptum eſt, illigauimus: in quod etiã, vt ingentem Pamphili erga ſacras literas amorem ac ſtudium quaſi ante oculos cuiuſque poneremus, indices Bibliothecæ, Origenis & aliorum eccleſiaſticorum ſcriptorum libros continentis, ab eodem conſtructæ & coagmentatæ, coniecimus. Ex quibus, ſi cui viſum ſit, licet certè elaboratiſſima illa quidem Origenis opera, quæ ad noſtras manus venerunt, exploratè cognoſcere. Verùm iam ſermonis noſtri curſus ad conſequentem hiſtoriam transferendus eſt. B

Euſebij de Pamphilo martyre liber. In quo catalogus habetur librorũ Origenis.

De errore Berylli. CAPVT XXVI.

Ruff. ca. 24. Berylli hæreſis ab Origene impugnata. — *Huc refer Nicephor. cap. 15. lib. 5.*

BEryllus Boſtrorum Arabiæ epiſcopus, qui paulò antè demonſtratus eſt, quò eccleſiaſticę veritatis regulam peruerteret, peregrinam quandam & alienam à fide doctrinam in Eccleſiam introducere tentauit: auſus quidem temerè aſſerere, Seruatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum propria ſubſtantiæ circunſcriptione nõ antè fuiſſe, quàm in humanam carnem immigraret: neque propriam habuiſſe ex ſe diuinitatem, ſed ſolam patris in eo extitiſſe. Qua de re cum multi epiſcopi in deceptationem cum eo veniſſent, déque eius errore grauiter diſſeruiſſent, inter cæteros Origenes à quibuſdam rogatus, primùm cum eo in familiarem ſermonem, & colloquium deſcendit, quaſi periculum facturus quid animi haberet, quidue ſententiæ. Vbi verò eum ſuam peruerſam opinionem conſtanter affirmare intellexit, vtpote haud rectè de Chriſto ſentientem confutauit: atque cùm firmis rationibus perſuadendo, tum certa demonſtratione conuincendo, eum ad verè de ea controuerſia ſentiendum reduxit, atque adeò ad priſtinam ac ſanam de Chriſto & eius diuinitate opinionem, quam olim tenuiſſet, denuò reſtituit. Quædam monumenta à Beryllo ſcriptis prodita, cum decretis Synodi, eius cauſa cõuocatæ, ad noſtram ætatem reſeruata ſunt: quæ non modò Origenis diſquiſitiones cum eo habitas, & diſputationes coram eccleſia quam regebat celebratas, verùm etiam quaſque res id temporis geſtas complectuntur. Sunt etiam alia infinita, quæ de Origene preſbyteri noſtræ ætatis memoriter tradunt: quæ quoniam cum præſenti inſtituto minimè cohærere videtur, arbitror à me debere prætermitti. Quæ autem de eius rebus geſtis ſunt ad cognoſcẽdum neceſſaria, ea ex Apologia, quæ à nobis, Pamphili, ſancti (noſtri temporis) martyris opera adiutis, elucubrata eſt, (illam enim ego & Pamphilus, quò ora maleuolorum obtrectatorum, famæ Origenis detrahentium, obturaremus, mutuis vigiliis accuratè elaborauimus) licet facilè colligere.

Synodus conuocata aduerſus hæreſim Berylli.

Euſeb. pro Origene Apologia.

De Cæſa-

A

De Cæsare Philippo. CAP. XXVII.

Philippus Imperator anno Christi 246. Huc refer Nicephor. ca. 25. lib. 5.

VBi Gordianus sex annis continuis Romanorum obierat imperium, Philippus vnà cum filio Philippo succedit, Fama est, istum (Christianus namque erat) cum precationum in die postremæ vigiliæ Paschatis vnà cum multitudine in ecclesia particeps fieri vellet, non prius ab episcopo, qui tum ecclesiæ præerat, permissum esse intrare, quàm se confessus fuisset, & inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur astricti, locúmque pœnitentiam agentibus præstitutum occupabant se sua sponte collocauisset: episcopúmque dixisse, eum non alia conditione, nisi istud faceret, propter multa delicta quæ ab illo ferebantur admissa, aliquando ab ipso in Ecclesiam receptum fore: Imperatorem autem alacri animo & lubenti, episcopo morem gessisse, & ingenuam modestiam ac religiosam piámque affectionem, Dei timore incitatam, reipsa declarasse memorant.

Ruff. ca. 25. *Philippi duo, pater & F. Imp.*

Episcopalis libertatis & Imperatoriæ humilitatis exemplum in causa iusta.

Quòd Dionysius in Heraclæ episcopatu successerit.

CAPVT. XXVIII.

Vide Nicephor. lib. 5. cap. 20.

IAm tertius annus eo regnante præterierat, cum Heraclas ministerium ecclesiæ Alexandrinæ vndecim annis executus, è vita decessit: & eiusdem ecclesiæ episcopatum obtinuit Dionysius.

Ruff. ca 25. *Dionysius Alexandriæ episcop.*

De reliquo Origenis studio CAP. XXIX.

Vide cap. 21. 22. 23. 24 lib. 5. Niceph.

CVm fides Christi, Christiano illo imperatore regnante, magnopere (vt verisimile erat) cresceret, & doctrina Euangelica liberius vbique prædicaretur, Origenes sexagesimum ætatis annum prætergressus, & iam ex longo vsu & commentatione velut habitum & perfectam maturitatem in doctrina assecutus, suas tum B disputationes, tum conciones publicè in ecclesia habitas, à scribis, qui manu celeri multum pollebant, cum id nunquam antea fieri concessisset, excipi permisit. Per idem tempus octo libros contra quoddam Celsi Epicurei opus aduersus Christianos editum, quod Vera doctrina inscribitur, composuit: & vigintiquinque tomos scripsit in Matthæi euangelium: & alios in duodecim Prophetas contexuit, ex quibus solum viginti quinque inuenimus. Extat etiam illius epistola ad ipsum imperatorem Philippum scripta, & alia ad eius vxorem Seueram. Sunt & aliæ diuersæ eius epistolæ ad diuersos scriptę, ex quibus, quotquot apud varios dispersas colligere poteramus, in vnum volumen separatim, varios in libros distributum, ne deinceps rursum dissiparentur, congessimus, quæ sunt circiter centum numero, & amplius. Scribit præterea Fabiano Romano episcopo, aliísque permultis ecclesiarum præsidibus, de sua recta & orthodoxa de fide Christiana sententia. Quorum certa habes argumenta in sexto libro Apologiæ, quæ in Origenis defensionem à nobis scripta est.

Ruff. c. 26.

Origenis cōtra Celsum libri, & alia scripta.

De Arabum dissidio. CAPVT XXX.

Vide Nicephor. lib. 5. cap. 13 Vide D. Augustin. hæres. 83.

PEr idem tempus, quidam rursus in Arabia dogmatis cuiusdam à veritate prorsus alieni auctores nascuntur: asserētes, hominum animos vnà cum corporibus, vno eodemq; temporis articulo morte occumbere, & penitus extingui: at demum tempore resurrectionis vniuersæ carnis, cum eisdem vitam denuò recuperaturos. Non exiguò igitur episcoporum conuentu ea de re coacto, Origenes ibi etiam rogatus, vt partes de illa controuersia disputandi susciperet, sic orationis vi & impetu ferebatur, vt eorum mentes, qui se antè eo errore implicauissent, ad rectam fidem & sanam doctrinam traduceret.

Ruff. ca. 27. *Arabum hæresis.*

Origenis vis in disputando.

De Helcesaïtarum Hæresi. CAP. XXXI.

A

*Ruff.c.28. *Helcesaïtarum hæresis inter errores mathematicos damnata Cod. de maleficis & mathemat. ob incantationes quibus vtebantur.*

Huc refer Nicephori ca.24. lib.5. Vide Epiphan. hæres.7. lib.1. tom.1. August. hæres. 32.

EOdem tempore alia erroris peruersitas, quæ Helcesaïtarum hæresis dicebatur, cœpta est: quæ propè simulac orta erat, extinguebatur. Cuius mentionem facit Origenes in concione in Psalmum octogesimum habita, quam coram ecclesia palàm recitauit. Interuenit, inquit, quidam hoc præsenti tempore insolēter propterea se efferens, quòd impiam & maximè sceleratam Helcesaïtarum opinionem, quæ nuper contra Ecclesiam excitata est, se posse defendere existimet. Quæ tādem scelera, & quam nefaria, illa opinio profiteatur, vobis exponam, ne eius inanitate, & quasi leni vento à veritate abripiamini. Nonnulla vniuersæ Scripturæ antiquat testimonia: aliis rursum cum ex toto veteri Testamento, tum ex Euangelio depromptis, vtitur. Paulum autem Apostolum omnino reiicit. Fidem item negare, indifferens quiddam esse asserit. Qui enim interiore cogitatione rectè de fide sentiat, tametsi ore, cùm necessitas illum cò detruserit, fidem perneget, eum tamen animo firmè illi adhæsurum. Librum etiam circunferunt, quem aiunt è cælo delapsum: & qui illum audiuerit, eiúsque doctrinæ crediderit, peccatorum remissionem consecuturum: eámque diuersam esse remissionem ab illa, qua Christus Iesus remisit peccata. Sed de his satis multa.

De persecutione quæ sub Decio erat, & quanta Origenes pertulerit. CAPVT XXXII.

Ruff ca.29. Persecutio septima in Christianos mota. anno Christi 225. Decij.l.

1 Fabiani martyrium. 2 Cornelius Rom. Pontif. 3 Alexandri martyriū. Nazabanes episcop. 4 Babylæ mors. 5 Fabius episcop.

Decius Imperator. Anno Christi 252. Huc refer Nicephor. cap. 27. 31. 33. lib. 5.

PHilippo, vbi septem annos regnauerat, succedit Decius: qui odio quodam capitali, quo cum Philippo dissidebat, incensus, persecutionem contra Ecclesiam concitat. In qua [1] Fabiano Romæ martyrium subeunte, [2] Cornelius pontificatum capessit, [3] Alexander Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopus in Palæstina rursus, vbi Cæsareæ propter Christum præsidis tribunali stetisset, & magnam fuisset ex secunda fidei suæ confessione commendationem adeptus, iam extrema senectute, & veneranda planè canicie eximius, carceris cruciatu denuò afflictatus est. Quo quidem, post præclarū & illustre testimonium fidei Christianæ præsidis tribunali datum, morte in carcere consopito. Mazabanes successor eius in episcopatu Hierosolymitano declaratur. [4] Babyla item Antiachiæ ad exemplum Alexandri, post fidei confessionem in vinculis vitam deserēte, [5] Fabius ibi ecclesiæ præficitur. Quot afflictationū genera, & quàm grauia Origeni in hac turbulēta persecutionis tempestate contigerint, & quo pacto maleuola diaboli inuidia cōtra incensa (qui omnibus copiis, tanquam hostis infestus, enixè aciem aduersus illum instruebat, omnibus machinis, omni virtute & potentia contra eum dimicabat, & præter cæteros omnes illo tempore ab eo impugnatos, in hūc potissimùm impetum faciebat) magis magísque augerentur: qualia etiam & quàm acerba pro Christi verbo & doctrina perpessus sit vincula, quæ corporis tormenta, quæ supplicia ex catena ferrea in interiori carceris recessū collo impacta: & quomodo permultis diebus pedes in compedes ligneos intrusi, quatuor foraminum interstitiis interpositis, distractione quadam distenti fuerint: quæ ignis & incendij oppositæ minæ, quas præterea ab inimicis inflictas carnificinas toleranter pertulerit: qualem exitum, dum iudex omnibus viribus & toto corpore (vt dicitur) instaret, vt vita eius ad doloris morsus amplificandos amplius protraheretur, eius res habuerint: denique quas post illa, & quàm pias voces, eásque plenas solatij, iis qui opis & auxilij in rebus aduersis indigent, scriptis reliquerit permultæ sunt illius epistolæ, quæ verè accuratéque commemorant.

B

Origenis sub Decio certamina.

De his quæ Dionysio episcopo accidebant. CAPVT XXXIII.

Ruff.c.30. *Dionysius episcopus non fugit, sed à nu-*

Huc refer Nicephor. ca.28. lib.5.

QVæ autem, & quàm turbulentæ procellæ Dionysium persecutionis tempore exagitarint, testimonio epistolæ ipsius ad Germanum perscriptæ hoc loco ostendam, in qua ipse de se narrat hoc modo: Ego coram Deo loquor, & ipse

A nouit quòd verè loquor. Neque certè de fuga in præsentia mecum cogitaui: neque, quasi Deo inuito, vllam feci. Quinetiam aliàs, regnante Decio, antequam persecutio palàm contra Christianos ediceretur, cum Sabinus id temporis frumentarium ad me perquirendum misisset, ego quatriduo in ædibus commoratus, eius aduentum assiduè expectaui. Ille autem vndique circumit, vias, fluuios, agros passim, vbi me latitare, aut quo me profectum esse suspicaretur, sedulò peruestigat. Sed cæcitate & quasi caligine, ne ædes quæreret, circunfusus tenebatur. Sibi namque persuaserat me persecutione appetitum, domi nolle moram facere: vix tandem post dies quatuor, Deo mihi vt inde demigrarem præcipiente, & se mirandum in modum quasi ducem itineris præbente, ipse, liberi, & alij multi fratres simul domo egressi sumus. Quod planè diuinæ prouidentiæ opus fuisse, rerum euenta quæ deinceps sequebantur (vnde non parum commodi fortasse quibusdam, & vtilitatis obtigit) satis perspicuè declararunt. Deinde paucis interpositis, ea quæ in fuga sibi contingebant, euidenter explanat, istáque subnectit: Ego vnà cum his qui mecum erant, fortè sole occidente in satellitum manus incidẽs, ab illis ad Taposirim deducebar. Sed tamen (sicut erat Dei prouidentia prospectum) Timotheus, quia non vnà aderat, neutiquam prehensus est. Profectus igitur pòst, offendit cùm ædes nostras, præterquàm quòd ministri eas custodirent, omnino desertas esse, tum nos instar mancipiorum abductos. Deinde subiungit: Quàm admirabilis (dicam enim quod verum est) & diuinæ prouisionis ratio fuit ista quidem. Indigena quidam, fortefortunà Timotheo properè fugienti & conturbato fit obuiam: rogat festinationis causam. Iste verum narrat. Ille cùm audiuisset (abierat enim ad nuptias lautè epulatum: quippe mos est, in huiusmodi hominum cõuentibus totam noctem in hilaritate & læticia consumere) ingressus in domum conuiuij, accumbentibus nunciat: qui quidem omnes vno impetu, tãquam signo dato, cõsurrexerunt, & maturo gradu properantes cœperunt quàm celerrimè ad nos contendere: qui cum in nos inciderent, summo gaudio exultare: atque satellitibus qui nos obseruabant, fugam facientibus, nos, vt eramus, grabatis valdè malè stratis conquiescentes, de improuiso occupare. Ego certè (Deus testis est) eos vt fures primùm reputans, qui ad spolia & rapinam venirent, mansi in lecto nudus planè, vt eram, solo indusio coopertus: reliquum autem vestitum propè me positum porrexi. At hi, surgere iubẽt, & quàm mox abire. Tandem animaduertens quamobrem aduentassent, cœpi vociferari, supplex illos precatus vt abirent nósque illic manere paterentur. Quinetiam petebam ab eis, vt si quo me beneficio afficere cuperent, ipsi caput meum ceruicibus abscindere dignarentur: sicque satellitibus, qui me essent cruciatum abducturi, anteuerterent. Illi, dum hæc clamore efferebam (sicut consortes mei, & omniũ mearum calamitatum participes, pro certò norunt) me inuitum è lecto excitarunt. Tum ego humi me supinum prosternere. Isti igitur manibus pedibúsque me abreptum (Gaius quidem, Faustus, Petrus & Paulus, qui me sequebantur, istarum rerum omnium testes esse poterunt) educere, ac prehensum propè inuito animo ab oppidulo exportare, & nudo asino impositum, secum inde auehere. Ista de se narrat Dionysius.

Sine diuino protectus inueniri nõ potuit.

Timothei fuga.

Nuptiarum per nox lætitia

Dyonisius satellitibus eripitur.

De his qui in Alexandria Martyrium subierint, & de aliis quos Dionysius commemorat. CAP. XXXIIII.

Huc refer Niceph. ca. 29.30.31. lib. 5. item cap. 2. li. 6.

IDem etiam Dionysius in epistola ad † Fabium episcopum Antiochiæ, certamina & dimicationes eorum qui sub Decij imperio martyrium pertulerunt, isto modo persequitur: Non ex Imperatoris edicto persecutio apud nos incœpta fuit, sed integro anno præuerterat. Nam vates (quisquis ille fuerit) malorum omnium quæ huic ciuitati acciderunt architectus, infinitam gentilium turbam contra nos incitauerat, impulerátque, atq; adeò ad patriã suam & antiquã superstitionem defendendam magnopere instigarat. Qui ab illo ad maleuolentiam irritati, omnémque aucupati licentiam ad scelus patrandum, solam pietatem & verum cultum dæmonum suorum, istum censuerunt, vt Christianorum cæde & sanguine suas cru-

Ruff. ca. 31.

† Flauianum vocat Hierõ.

Persecutio in Alexandria sub Decio.

Martyres. Metræ martyrium.

deles manus respergerent. Primùm igitur senem quendam, Metram nomine, arreptum, impia verba contra Deum loqui mandant: cuius corpus, propterea quòd eorum voluntati repugnabat, fustibus cædunt, vultum oculósque præacutis arundinibus pungunt, ipsúmque adeò ad suburbia abductum lapidibus obruunt. Deinde

Quintæ mulieris cædes.

fidelem mulierem, quæ vocabatur Quinta, ad idolorum delubrum ducere, & ad falsos deos venerandos impellere cœperunt: eámque cum se auerteret, & talem cultum detestaretur, pedibus constrictis, per vniuersæ vrbis plateas asperis saxis cōstratas raptare: & simulac corpus eius ad saxa molaria allisissent, & flagris pariter lacerassent, ad suburbia trahere, ibíque crebro saxorum coniectu obterere. Tum verò vno quasi animorum impetu omnes in piorum ædes irruere, & singuli quos sibi vicinos esse cognouerant, properè educere, expoliare, diripere: & diuitias ac supellectilem, si quæ erat preciosior, sibi seponere: si quæ vilior, sordidior, & ex ligno confecta, in viis dissipare, deinde exurere: adeò vt ciuitas illa veram speciem vrbis ab hostibus captæ, dispoliatæque probè repræsentaret. Fratres ergo deflectere è via, & in loca separata ac solitaria se subducere: rapinam bonorum suorum, similiter cum illis quibus Paulus illustre perhibebat testimonium, cum gaudio suscipere. Atque haud scio vtrum quisquam, præter aliquem vnum alicubi fortasse, hucvsque Dominum denegauerit. Apolloniam porrò virginem id temporis cùm primis admirandam, & admodum prouectam ætate, comprehēdunt, maxillísque eius crudeliter deuerberatis, omnes dētes illi excutiunt: atq; rogo in suburbiis extructo, minantur, nisi verba blasphemiæ vnà cum ipsis palàm eloqueretur, se eam viuam crematuros. Illa paululum temporis ad deliberandum precata, & dimissa ex eorum manibus sine mora insilit in rogum, sicque flammarum incendio absumpta est. Serapionem item proprio lare abstractum, diris concidunt tormentis: & omnibus membrorū articulis confractis, ex loco edito præcipitem deiiciunt. Nullus itineris flexus, nulla via publica, nullus angiportus erat, in quo tutò vel noctu vel interdiu liceret incedere: quippe omnes vbique vno ore conclamabant, Si quis è Christianorum numero impia & prophana verba effari recusauerit, rapiatur extemplò, & in ignem coniiciatur. Atque ista mala hoc modo non ad exiguū temporis spacium grassata sunt: verùm tandem seditio & bellum intestinum, quod in illos miseros postea inuasit, crudelitatem contra nos exercitam in ipsorum capita conuertit. vnde nos quidem, dum illorum furor in nos incensus, aliis rebus implicatus tenebatur, paulisper respirauimus. Verùm confestim animum Imperatoris, qui clementius aliquanto & humanius videbatur erga nos antea affectus, omnino commutatum esse, nobis nunciatum est. Quapropter minarum formido, in nos iactatarum, vehementer accrescebat. Nam Decij edictum erat iam diuulgatum, illúdque tale profectò videbatur, quale Dominus prędixerat futurū: in quo terribilissima illa eius propemodum explebatur sententia, nimirum Electos (si possibile esset) in errorem inductos fore. Quin omnes certè metu perculsi obstupuerunt. Atque ex illis qui cùm dignitate, tum diuitiarum affluentia præstare videbantur (qui quidem non pauci erant numero) nonnulli timore perterriti, diis illorum colendis se vltrò offerunt: alij ex priuatis ædibus in publicum raptati, ad delubra ducuntur à magistratibus: multi vicinorū suasu eò pelliciuntur, qui quidem nominatim euocati, ad impura & profana eorum sacrificia se conferunt. Horum autem non pauci, quasi minimè essent sacrificaturi, sed illi ipsi potius victimæ & sacrificia idolis futuri, pallore exalbescunt, & formidine attoniti stupent: adeò vt à frequenti populi turba, quæ circunsistebat, dum se omnibus perspicuè patefaciebant, cùm ad moriendum, tum ad sacrificandum eadem timiditate esse affectos, risui & ludibrio haberentur. Alij paratius ad altaria procurrunt, duro ore & impudenti constanter asseuerantes, se nunquam fuisse Christianos: de quibus Domini sententia verissimè dici potest, Diuitem difficulter posse seruari. Ex reliquis qui tenuiores erant, & magis obscuri, plerique vtrumque istud hominum genus quod postremò posuimus, imitantur: alij capessunt fugam, nonnulli pręhenduntur. Atque ex præhensis, multi ad vincula & carcerem pergunt, & multis diebus ibi tenētur cōclusi: postea tamen, antequam ad tribunal accedunt, Christum eiurant: quidam tormenta diu fortiter sustinēt, sed ad extremū succumbētes, fidem pernegant. Cęterùm qui Domini erant, tanquam firmæ

Marginal notes: *Heb. 10.* — *Apolloniæ martyrium.* — *Serapio præcipitatus.* — *Seditio coorta persecutionem interrupit.* — Vide Nicephor. ca. 13 lib. 6. — *Decij edictum in Christianos.* — *Matth. 24.* — *Diuitum & honoratiorum in persecutione inconstantia.* — *Matth. 19.* — *Electorum in martyrio constantia.*

A firmæ & beatæ columnæ eius ope & gratia roboratæ, fidei firmitati, quæ in eorum
» animis penitùs insidebat, vires ac tolerantiam aptè & appositè respondentē adepti,
» admirabiles & insignes eius regni martyres ac testes facti sunt. Quorū primus erat *Iuliani & Cronionis martyrium.*
» Iulianus, homo podagræ doloribus adeò oppressus, vt neque incedere, neque pedi-
» bus consistere posset. Hic cum aliis duobus, qui eum gestabant, ad iudicem addu-
» citur: quorum alter extemplò fidem denegat: alter, nomine Cronion, cognomēto
» Eunus, & senex ipse Iulianus, Dominū ingenuè confitentur: qui per totam vrbem,
» quæ certè (vt nostis) amplissima est, camelis insidentes deducti, & ita sublimes ver-
» beribus cæsi, tandem immenso quodam rogo & suprà modum exardescente, ho-
» minum multitudine vndique circunfusa, comburuntur. Ac dum abducebantur ad
» locum supplicij, miles quidam nomine Besas, illis inter eundem opem ferre, & his *Besæ militis martyrium.*
» qui eos contumelia afficiebant, ex aduerso resistere laborat. Qui cum populus con-
» tra eum propterea vociferaretur, inde illicò abripitur ad iudicem, & in pręclaro illo
» prælio pro pietate suscepto, tanquam fortissimus Dei bellator, strenuè & viriliter se
» gerens, securi demum percutitur. Alius quidam genere Afer, qui & appellatione *Macaris Afri.*
» Macar (& ob vitam beatam, quam diuinæ gratiæ subsidio degisset, verè Macar, id
» est, beatus fuit) cum ad fidei negationem, iudice eum ad eam rem magnopere co-
» hortante, adduci non posset, viuus crematus est. Epimachus etiam & Alexander, *Epimachi & Alexandri.*
» non longò pòst tempore quàm vincti tenebantur, pòst horum martyrium multos
» dolores perpessi, dilaniati nouaculis, & flagellis lacerati, ad extremum ardētissimis
» flammis circumiectis absumpti fuerūt. Quibus quatuor mulieres martyres adiun- *Ammonarij virginis.*
» gebantur: quarum prima fuit Ammonarium, sancta virgo: quæ, cum iudex diu illā
» admodum torsisset, vtpote constanter asserentem se nihil eorum aliquando dictu-
» ram quæ ille iussisset, eáque in sententia firmè perstaret, ad supplicium abducitur.
» Mercuria, secunda erat. Anus in primis venerāda, tertia Dionysia: quæ quanquam *Mercuriæ. Dionysiæ. Ammonariū altera.*
» erat multorum liberorum parens, illos tamen Domino in amore minimè prætulit.
» quarta, Ammonarium altera. quæ tres, cum præses vereretur ne incassum tormen-
» ta illis infligeret, & quodammodo euinceretur à mulieribus nullum cruciamento-
» rum genus amplius subire cogebantur: sed statim capite obtruncato, mortem op-
» petunt. Pro omnibus enim prior Ammonarium, tanquam in prima dimicationis
B acie locata, satis tormētorū exceperat. Heron præterea, Ater, & Isidorus, Ægyptij, *Heron. Ater. Isidorus. Dioscorus.*
» & Dioscorus vnà cum illis, adolescens quindecim annos natus, iudici traduntur.
» Et primum iudex adolescentem, tanquam facilem ad persuadendum, blandis ver-
» bis in fraudem inducere, tum velut remissum & flexibilem ad fidem negandam
» tormentis impellere tentat. Sed Dioscorus neque persuasione quicquam commo-
» tus est, neque iudicis omnino cessit sentētiæ. Cæteros acerbissimè crudelissiméque
» verberibus dilacerat: quos cum tormenta magno & fidenti animo pro fide tolera-
» re cerneret, rogo cremandos tradit. Dioscorum autem, cùm propter singularem
» animi magnitudinem, quam palàm ostenderat, tum propter prudentissima respon-
» sa, quæ ad singula rogata dederat, iudex magnopere admiratus, dimisit: affirmans,
» se propter ætatem certos dies illi velle concedere, quibus resipiscendi haberet fa-
» cultatem. Iam ergo Dioscorus, summa pietate eximius, nobiscū est, expectans cum
» certamen prolixius, grauiúsque, tum amplius præmium, & diuturnius. Porrò Ne- *Nemesis.*
» mesis quidam, & ille etiam Ægyptius, falsò in crimen vocabatur, quòd cum latro-
» nibus societatem coïuisset: sed istam calumniæ notam ab eo alienissimam quidem,
» cùm coram Centurione diluisset: iterum per iudicem fuit delatus, quòd Christia-
» nus esset, vinculísque constrictus ad præsidem venit. Iste iniustissimus præses, beatū
» martyrem tormētis & verberibus duplo grauioribus, quàm latrones ipsos, afflictās,
» exemplo Christi inter latrones interiectum (vnde non parum honoris adeptus est)
» feruido ignis exurit incendio. Quædam porrò militum turma derepentè accedit:
» nimirum Ammon, Zeno, Ptolemæus, Ingenes, & pariter cum illis senex Theophi- *Ammon, Zeno, Ptolemæus, Ingenes, Theophilus.*
» lus: qui pro tribunali se ipsi stiterūt Cùm igitur quidam, quòd Christianus esset, in
» quæstione versaretur, & iam ad fidei negationem propenderet: isti assistentes, præ
» rei indignitate dentibus frendere, vultu nutare, manus extēdere, toto denique cor-
» pore gestus quosdam agere cœperunt. In quos cum omnium ora essent conuersa,
» priusquam vlli alij in eos iniecerunt manus, illi ipsi ad subsellia accurrere, se Chri-

ſtianos profiteri: ſic, vt cùm præfectus, & aſſeſſores qui aderant ei in concilio, timore obſtupeſcerent, tum Chriſtiani, in quos iam inquirebatur, ad ea tormenta quæ pòſt eſſent perpeſſuri, toleranter ſufferenda maximè confirmarentur: tum denique iudices, qui eſſent contra eos ſententiam pronũciaturi, maximo metu exhorreſcerent: iſti verò è foro glorianteſ abſcedere & præ teſtimonio quod Chriſto perhibuerant, ſummo gaudio exultare, Deo per illos glorioſos triumphos agente. Alij præterea complures in vrbibus & pagis à gentibus diſtracti erant, & quaſi membratim diſcerpti: ex quibus vnum exempli gratia commemorabo. Iſchyrion cuiuſdam magiſtratus negocia, mercede conductus, procurat. is qui eum conduxerat, iubet idolis ſacrificare: quem, cum mandato minimè obſequeretur, cœpit conuitiis lacerare: ac cùm conſtanter fidei adhæreſceret, grauibus affecit contumeliis, atque vbi vidit eum pacatè & tranquillè omnia ſufferentem, arrepto fuſte præacuto, inteſtina ac viſcera illius trãsfodit, crudelitérque interemit. Quid attinet percenſere multitudinem eorum qui in ſolitudine & montibus vagi, errantéſque, fame, ſiti, frigore, morbis, latronibus, beſtiis fuerunt extincti? Quorum electionis beatæ & eximiæ victoriæ quanquam teſtes ſunt hi quibus adhuc ex illo numero vita ſuppeditat: tamen vnum aliquod facinus proferam, quo res iſtæ ſint exploratius cognitæ, perſpectæque. Chæremon epiſcopus ciuitatis quæ [1] Nilus dicitur, cùm iam planè grandis eſſet, & ætate propè exacta, vnà cum vxore ſua ad montem Arabiæ confugiens, neque pòſt reuerſus eſt, neque vſquam eos quiſpiam videre potuit. Et licet fratres iam aliquoties eum cum vxore quærerẽt, tamen neque ipſos, neque corpora eorum vſpiam reperire potuerunt. permulti certè in eo Arabico mõte erant, à Barbaris Sarracenis facti captiui: quorum alij ægrè quidem, & vix ingẽti pecuniæ ſumma redimi poterãt: alij hactenus nullo modo. Atque iſta, mi frater, non fruſtra equidem dicendo perſecutus ſum: ſed vt cognoſcas, quantæ & quàm acerbæ calamitates apud nos obtigerint: quas qui fuerint magis experti, plura de illis & ſciunt, & dicere poſſunt. * His etiam alia paulò pòſt attexit: Illi igitur diuini martyres (qui iam Chriſti tanquam aſſeſſores ſunt, & regni eius cõſortes, participes iudicij, & illius in hominibus iudicandis ſententiam approbantes ferunt) dum erant apud nos, nonnullos è fratribus, in quibus crimen ſacrificandi idolis hærebat, quíque à fide excidiſſent, cùm conuerſionem ac pœnitentiam eorum perſpicerent, eãque poſſe acceptam fore ei qui omnino non vult mortem peccatoris, ſatis exploratum haberẽt, ad ſe denuò admittunt, recipiunt in Eccleſiam, conuentus cum illis celebrant, ineunt ſocietatem, precum & epularum communione vnà vtuntur. Quid igitur conſilij nobis, fratres, datis? quid cenſetis nobis agẽdum eſſe? illíſne ſuffragabimur? eiuſdem cum illis erimus ſententiæ? iudicium eorum ſequemur? modum tenebimus benignitatis? his quorum illi miſerti ſunt, benefici & clementes erimus? An contrà, eorum iudicium inane & irritum faciemus? eorum ſententiæ nos ipſos conſtituemus animaduerſores? clementiæ inhumanitùs reſiſtemus? refringemus inſtitutum? Deum denique ad iram prouocabimus?

Martyres in aliis locis. *Iſchyrion.* *Chæremonis epiſcopi cum vxore fuga.* *1 Nilus vrbs.* * Ruff. c. 32. *Lapſorũ pœnitentia non auerſanda.* Huc refer Niceph. ca. 4. lib. 5.

De Nouato, quonam ingenio fuerit, & de eius hæreſi.

CAPVT XXXV.

HÆc Dionyſius, dum ſermonem de his qui tempore perſecutionis præ animi imbecillitate infractionéque lapſi fuiſſent, inſtituebat, non ſine cauſa expoſuit: quandoquidem Nouatus eccleſiæ Rom. presbyter, arrogantia quadam & faſtidio contra eos elatus, aſſeruit, non amplius illis (quamuis omnia quæ viderentur ad veram pœnitentiam, ad conuerſionem animorum, ad puram denique confeſſionem ſpectare, omninò peragerent) ſpem vllam ſalutis omninò reliquam fieri. vnde propriæ cuiuſdam ſectæ & erroris, eorum qui præ inflata quadam mentis inſolentia ſe ipſos καθαρούς eſſe, id eſt, puros & vacuos à labe peccati aſſeuerant, auctor & dux fuit. Ob quam rem concilium maximum Romæ cogitur: in quo ſexaginta epiſcopi, & presbyteri totidẽ atque amplius, vnà cum diaconis, in vnum conueniunt. A paſtoribus etiam ſeparatim per ſingulas cuiuſque regionis prouincias, quid de ea re agendum eſſet deliberantibus, colloquia fiũt. A quibus omnibus tandem

Ruff. c. 33. *Nouati hæreſis.* Huc refer Niceph. ca. 5. lib. Vide Epiphan. D. Auguſt. hæreſ. 38.

tandem decernitur: Nouatum, eiusque fautores tanta superbia inflatos, & quotquot illius inhumanissimæ, & à faterna charitate alienissimæ opinioni assentirentur, in eorum numero qui erant ab Ecclesia exclusi, haberi: fratres autem, qui casu infœlici prolapsi fuissent, pœnitentiæ medicamentis curari, & ad sanitatem restitui. Epistolæ quidem Cornelij episcopi Romani, scriptæ ad Fabium episcopum ecclesiæ Antiochenæ ad nos peruenerunt, quæ tum acta concilij Romæ habiti, tum quæ ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta erant, euidenter declarant. Aliæ itē extant epistolæ à Cypriano & aliis episcopis, qui cum eo in Aphrica in eum errorem inquisiuerunt, Latino sermone compositæ: ex quibus constat, illis etiam visum esse, vt & fratres qui per tentationem ceciderant, consolationis subsidio leuarentur: & auctori illius hæresis, vnà cum illis omnibus qui pari ratione cum eo à veritate essent abducti, catholica Ecclesia, idque meritò, interdiceretur. His alia quædam Cornelij adnectitur epistola, de illis quæ erant in concilio Romæ sancita. Alia rursus de Nouati rebus gestis ex qua aliquot loca citare non grauabimur: quò qui sint istam fortè historiam perlecturi, ea quæ ad eum spectant, manifestò cognoscant. De Nouato igitur, quali vitæ instituto & moribus fuerit, Fabium certiorem faciens Cornelius, hæc ipsa scribit: Vt verò intelligas hunc admirabilem virum, iampridem in episcopatu petendo ambitione incensum esse, & eam temerariam effrenatámque cupiditatem occultasse intra se, & simulatione ac tanquam inuolucro, quo arrogantiam tegeret, in initio confessores Christi, viros sanè probos secum habuisse, tibi volo apertè ostēdere. Presbyter nomine Maximus, & Vrbanus, è nostris, qui bis ex constanti fidei confessione summam gloriæ amplitudinem collegerant, Sidonius item & Celerinus (vir, qui Dei clementia adiutus, omnia tormentorum genera, maxima cum tolerantia pertulerat: & corporis imbecillitate, vi ac robore fidei suæ confirmata, strenuè & viriliter ab aduersario victoriam reportauerat) cùm Nouatum attentius considerassent, & callidam eius fraudem, versutiam, periuria, mendacia, agrestem inhumanitatem, ab omni vitæ communione alienam, veteratoriam denique instar lupi amicitiam deprehendissent, eo relicto ad sanctā Ecclesiam reuerterunt: atque omnes eius fallacias & maleficia, quæ longo tempore intimo pectore obtexisset, multis præsentibus tum episcopis, tum presbyteris, tum laicis quàm plurimis palàm ostendere, & cum lachrymis ac querela, cum dolore & pœnitētia suam vicem deplorare cœperunt: quòd subdolæ illius & efferatæ bestiæ consilio adducti, ab Ecclesia etiam, vel ad exiguum temporis spatium desciuissent. Paulò pòst ait: Vix credibile est, charissime frater, quantam in moribus varietatem, quantam mutationem exiguo momento in illo factam conspexerimus. Nam splendidissimus iste scilicet, qui inusitato ac terribili iureiurando adiecto, fidem suis fecerat, se non aliquando episcopatum appetiuisse: tanquam ex fallaci quadam præstigiarum impostura in medium proiectus, derepentè episcopus apparuit. Etenim iste nouæ sectæ inuentor, & doctrinæ Ecclesiasticæ (si diis placet) propugnator, quando episcopatum, à Deo certè minimè ei donatum, sibi vi arripere, & ex hominum manibus quodam modo extorquere nitebatur, duos sibi socios, de sua ipsorum salute propè desperatos asciuit, vt eos in exiguam aliquam partem, & minimum quasi Italiæ angulū mitteret: indéque episcopos tres, homines agrestes, rudes ac simplices, simulatione quadam veteratoria in fraudem inductos abduceret, asserens, & constanter affirmans eos quàm celerrimè debere Romam venire, vt videlicet omnis lis & discordia per sententiam illorum: aliorúmque episcoporum interpositam, dirimeretur. Episcopi igitur quoniam (vt supra diximus) homines simpliciores erant, & in perditorum fallaciis dolisque discernendis minus perspicaces, Romam aduentant. Iste tum per quosdam sui similes ad eam rem comparatos, eos in vnum locum concludendos curauit. Ac cum circiter horam decimā ebrios & crapula oppressos cerneret, vi coëgit, imaginaria quadam & vana manuum impositione episcopatum ipsi tribuere: quem dignitatis gradum parum sibi accommodatum, ad hunc modum per fraudem & astutiam acquisiuit. Ex quibus episcopis vnus non longe pòst peccatum flebiliter lamentatus, & idem apertè confessus, ad Ecclesiā reuenit: quem, populo vniuerso pro eo rogante, tandem vt laicum in communionem recepimus: atque alios, qui in reliquorum duorum episcoporum loca, qui eum creassent, succederent, misimus. Istum igitur lepidum Euangelij patronum, Nouatum, omnino præteriit, scilicet vnum solum episcopum oportere esse in hac Ecclesia catholica:

Cōcilij Rom. contra Nouatianos sentētia

Nouati institutū et mores.

Maximus, Vrbanus, Sidonius, & Celerinus, Nouatiani, per pœnitentiam ad Ecclesiam reuersi.

Nouatus episcopus per fraudem factus.

in qua tamen non ignorabat (quo modo enim poterat) presbyteros esse quadraginta A sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acoluthos quadraginta duos, exorcistas & lectores vnà cum ostiariis quinquaginta duos, viduas, & alios morbo atque egestate afflictatos mille & quingentos: quos omnes Domini gratia & benignitas abundè sustentat. Sed tamen nemo ex tanta ministrorum multitudine, tamque in ecclesia necessaria nemo ex tanto gentium numero, Dei prouidentia locupletato, & rerum abundantia circumfluente: nemo denique ex maxima illa & innumerabili populi frequentia, istũ quem dico Nouatum, ab ea desperata mentis cæcitate & contumacia auertere, & ad Ecclesiam denuò reuocare potuit. Quinetiam paulo pòst adnectit ista: Deinceps dicamus, quibus actis, quibusq; vitæ institutis cum tanta cõfidentia episcopatum prensarit. Num, quòd à primo ætatis tempore in Ecclesia versatus fuit? Num, quòd multa certamina pro eius defensione subiit? Num, quòd multis magnisque periculis proprietate se obiecit? Non est certè eius generis ille quidem, cui ex Satana (qui ingressus in illum, diu est in intimo pectore commoratus) primùm data fuit credendi occasio. Qui quidem, vbi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus: & post in tam grauem morbum, vt iam fermè mori putaretur, incidisset, in lecto, in quo decumbebat, aqua circũfusus, baptismum accepit, si modò talem hominem baptismum accepisse dicendum sit: verùm morbo tandem elapsus, neque cætera quibus post baptismum secundum Ecclesiæ canonem imbui oportuerat, acquisiuit, neque Domini sigillo ab episcopo obsignatus fuit. Quo quidem neutiquam potitus, quomodo quæso Spiritum sanctum adeptus est? Atque paucis interpositis, iterum addit: Iste, persecutionis tempore metu debilitatus, & nimia vitæ cupiditate, adductus, se presbyterum esse denegauit. Nam cùm à diaconis rogatus, oratusque esset, vt domo, qua se conclusum occuluerat, egressus, quantum presbytero liceret, quantumque in eius situm esset potestate, fratres in periculo constitutos, opisque & auxilij indigentes iuuaret: tantum abfuit vt diaconis eũ obsecrantibus obtemperaret, vt etiam non sine stomacho & bile ab illis abiret, discederétque, nam se nolle amplius esse presbyterum, sed alteri vitæ generi se dicaturum asseruit. Qui paulo longius progressus, rursum adiungit: Iste præclarus scilicet & insi- B gnis Nouatus, Dei penitùs reliquit ecclesiam, in qua post fidem receptam presbyteri munere donatus fuit: idque propter amorem & beneuolentiam, qua episcopus, qui illi manus imposuerat, eum complexus est. qui quidem episcopus non modò ab vniuerso clero, sed etiam à multis laicis vetitus (quoniam minime licebat, quenquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum assumi) magnopere postulabat sibi potestatem dari, huic soli manus in sortem presbyterij imponendi. Deinde post ista, aliud eius facinus, omnium sanè pessimum, hoc ferè pacto tradit: Cùm fecisset oblationes, & singulis partem sacramenti distribuisset, porrexissetque miseros homines & infelices pro benedictione & gratiarum actione iusiurandum dare coëgit. Atque suis vtrisque manibus accipientis prehendens, non prius dimisit, quàm hoc iureiurando eum obstrinxisset (illius enim verbis vtar) Iura mihi per corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, te nunquam nec me deserturum, nec ad Cornelium reuersurum. Atque miser homo non antè degustauit, quàm ita illi se deuouisset. Et qui illum acceperat, pro Amen, quod dicere debuerat, hoc dixit, Non deinceps ad Cornelium reuertar. Post alia quædam, iterum hæc narrat: Scias velim, propterea quòd in dies singulos iam fratres eum deserunt: & ad Ecclesiam redeunt, iam illum omnium ferè societate denudatum, destitutúmque esse. Cuius amentem audaciam & insolentiam etiam Moses, beatus martyr, qui nuper apud nos fuit eximio & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vita manebat, perspicuè animaduertens, tum illi tum aliis quinque presbyteris qui vnà cum illo sese ab Ecclesia segregauissent, fidelium societate & communione interdixit. Porro in extrema epistola, episcopos qui Romam profecti, Nouati dementiam condemnabant, enumerat: & non solum nomina cuiusque, sed ecclesias etiam, quibus singuli præerant recenset. Quinetiam episcoporum, qui minimè Romam se contulerant quidem, sed per literas decreto eorum quos diximus assentiebantur, nomina pariter & ciuitates, vnde quisque scripsit epistolam, commemorat. Ista Cornelius Fabio Antiochiæ episcopo per literas significauit.

Nouati baptismus.

Nouatus Ecclesiæ Dei desertor.

Iusiurandum Nouati.

Moses martyr.

A

De Serapione Historia Dionysij CAP. XXXVI.

Ruffi. ca.34

Huc refer Niceph.ca. 6.lib.6.

EIdem Fabio, aliqua ex parte ad illud schisma Nouati inclinanti, Dionysius episcopus Alexãdriæ scribens, vbi cùm alia multa de pœnitentia in leteris ad illum missis persecutus fuisset: tum martyrum certamina, quæ Alexandriæ iam nuper subierant, ostendisset, præter alias res gestas quas narrat, facinus præterea memorabile & plenum
» admirationis explicat, quod quidem huic nostræ historiæ mandare necesse putaui.
» Sic enim se habet: Hanc vnam rem gestam exempli gratia, quæ apud nos euenit, tibi
» exponam. Erat quidem Serapion apud nos fidelis senex, qui licet magnam vitæ partẽ
» integrè & incorruptè transegisset, tempore tamen persecutionis præ imbecillitate ani-
» mi lapsus est. Hic sæpenumero in ecclesia denuò recipi supplex postulabat: sed nemo,
» quia idolis sacrificasset, eius postulationi aliquando auscultauit. Quin in grauem mor-
» bum delabens, triduò deinceps mutus & absque sensu vixit. Quarto autem die paulu-
» lum releuatus, nepotem ad se accersit, sicque alloquitur: Quousque, fili, me detinetis?
» properate obsecro, & me ocyus dimittite. Aliquem ex presbyteris aduoca ad me. Quæ
» cum dixisset, iterum fuit mutus. Percurrit ad presbyterum: nox iam erat. Ille fortè mor
» bo vexatus, accedere ad eum non poterat: sed tamen, quoniam à me quidem manda-
» tum dabatur, vt qui iam essent vita emigraturi, sanctorum mysteriorum) dummodò pe
» terent, & vel maximè si antea, dum integra valetudine erant, supplices petiuissent) par-
» ticipes fierent: sicque cum pace dimissi, & bona spe confirmati, ex hac luce decederẽt:
» puero exiguam quandam Eucharistiæ partem dedit, præcipiens vt eam madefactam
» in os senis infunderet. quam puer secum adferens, rediit. Cui iam appropinquanti,
» prius quàm cum eo quod gestabat intraret ædes, Serapiõ denuò voce recuperata dixit:
» Venisti fili? Tametsi presbyter non potest venire tu tamen præsta quod tibi in manda-
» tis dedit, & dimitte me abire. Particulam igitur puer, quam apportârat madefactam in
» os senis infudit. Atque ille, simulatque eam pedetentim per fauces demiserat, illicò ex-
» tremum spiritum edidit. An non igitur satis constat, eum fuisse reseruatum, & vsque
B eò in vita mansisse, quoad esset penitùs culpæ vinculis solutus? & ita labe, qua erat ido-
« lis immolando aspersus, omnino deleta, posset pro multis bonis quæ gessisset in vita, in
« numerum confessorum referri? Hæc Dionysius.

Serapionis historia qui ex Christiano factus idololatra in ecclesiã recipi cupiebat

Quibus ægrotis eucharistia Sacramentũ datum sit.

Eucharistiã Serapioni dat puer.

Epistola Dionysij ad Nouatum. CAP. XXXVII.

Huc refer Nicephor. ca.4.lib.6.

VIdeamus iam quænam idem ipse Dionysius ad Nouatum, ecclesiam Rom. id tẽporis perturbantem, perscripserit. Ac quoniam idem Nouatus fratres quosdam,
„ illius defectionis & schismatis quasi ansam prębuisse, ab illisque se ad illud ipsum fuisse
„ compulsum, simulabat, attende quomodo ad eum scribat: Dionysius, Nouato fratri. Si
„ inuitus, vt dicis, huc inductus es, illud planè ostendes, si sponte ab eo recedas. Opor-
„ tuerat enim omnia incommoda potius subiisse, quàm Ecclesiæ Dei discidisse concor-
„ diam. Atque illud martyrium, quod quis perpetitur, ne dirimatur Ecclesiæ consensio:
„ non minus certè, sed multo plus, meo quidem iudicio, habet commendationis, quàm
„ illud quod suscipitur, ne idolis omnino immoletur. Nam in hoc pro vna quisque ani-
„ ma suffert matyrium, in illo autem pro tota Ecclesia. Iam ergo, si vel suadendo, vel qua-
„ si vi compellendo, fratres ad Ecclesiæ concordiam redire efficias, culpæ magnitudi-
« nem correctionis modus facilè superabit. Atque vt illa tibi nullo vitio vertetur, ita hic
„ reuera ponetur in laude. Quòd si illi adeò contumaces & animo obstinato fuerint, vt
„ nihil omnino te posse apud illos existimes: tu tamen tuam ipsius animam seruato. Te
„ igitur, si paci adhærescas Ecclesiæ, in Domino exopto valere. Ista ad Nouatum scripsit Dionysius.

Dionysij ad Nouatum epistola verè ecclesiastica.

De reliquis Dionysij epistolis. CAP. XXXVIII.

Huc & ad superiora simul refer ca.5.8.9.10 lib.6.Nicc.

SCribit prętere a idem Dionysius epistolam de pœnitentia, ad eos qui erant in Ægypto: in qua simulac vitiorum gradus descripsit, ea etiam quæ sibi videbantur statuẽda de iis qui ingruente persecutionis tempestate, lapsi fuissent, tradit. Extat item liber illius separatim ad Cononem, Hermopolitanæ ecclesiæ episcopum, de pœnitentia scriptus. Alius etiam hortatorius ad gregem ecclesiæ Alexandrinæ, cui ipse præfuit.

Dionysij scripta.

Thelymidres episc. *Merusanes.* Præter istos, est alius de martyrio scriptus ad Origenē. Epistolas porrò ad fratres Laodiceæ, quibus Thelymidres præerat episcopus: & ad fratres Armeniæ, quibus Merusanes episcopus præficiebatur, de pœnitentia itidem conscripsit. His omnibus accedit epistola quam ad Cornelium episcopum Romanum scripsit: eúmque propter illius epistolā contra Nouatum, quæ ad eius manus peruenerat, admodùm commendat. in qua apertè ostendit se tùm ab Heleno Ciliciæ Tarsensis episcopo aduocatum, tum à reliquis qui cum eo erant, nempe Firmiliano Cappadociæ episcopo, & Theoctisto episcopo Cæsareæ Palæstinæ, vt ad concilium Antiochiæ coactum aduentaret: vbi quidam Nouati schisma omni animi contentione corroborare nitebantur. Scribit item epistolam, se certiorem esse factum, Fabium è vita migrasse, & Demetrianum episcopatus Antiocheni eius successorem designatum. Scribit etiam de episcopo Hierosolymitano, his verbis: Beatus Alexander in carcerem conclusus, mortem beatam est consecutus. Est alia item Dionysij epistola fratribus qui erant Romæ, de ministeriis Ecclesiæ, missa per Hippolytum, Alia eisdem de pace scripta. Etiam alia de pœnitentia. Confessoribus prçterea, qui illic Nouati opinione erant à veritate abducti, alia. Eisdem ad Ecclesiam iam denuò reuersis, reductisque, alias duas misit. Alias denique epistolas ad plerosque alios perscriptas post se reliquit: ex quibus, qui etiam hoc tempore cupiditate incenduntur eius opera studiosè euoluendi, multiplicem planè ac varium fructum percipient. A

Helenus. Firmilianus. Theoctistus. Demetrianus. Alexander.

Finis libri sexti.

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Septimus. B

Septimus liber hinc porrò ad cap. 1. libri noni continet acta sub Gallo, Valeriano, Galieno, Claudio, Aureliano. Probo, Caro, Carino, Numeriano, Diocletiano, annis quinquaginta sex. Huc refer Pompon. Lætum, Aurel. Victorem, Trebellium Pollionem, Flauium Vopiscum: Eutrop. lib. 9. Oros. lib. 7. ca. 21. 22. 23. 24. 25. Huc refer ex authoribus supra ad lib. 1. & 2. adnotatis Vitas Rom. Pontif. Lucij, Stephani, Xysti, Dionysij, Felicis, Eutychiani, Gaij, adde & Tomos Concil. & Hæres.

De improbitate Decij & Galli. CAPVT I.

Ruff. c. 1. Dionysij epistolæ. *Gallus Imperat. Anno Chr. 254.* *Vide Nice. lib. 5. ca. 25. 27.*

MAGNI illius & illustris Alexandriæ episcopi Dionysij epistolæ, ad posteritatem scriptis mandatæ (in quibus res quasque suo tempore gestas singulatim commemorat) nobis ad hunc Septimum Ecclesiasticæ historiæ librum conficiēdum (eas enim ad verbum citabimus) erunt permagno planè adiumento. Inde igitur exordium nostra capiat oratio. Simulatque Decius, qui nos duos annos integros regnauerat, pariter cum liberis esset interemptus, in imperium succedit Gallus. Origenes eodem tempore, cum ad sexaginta nouem annos vitam propagasset, ex hac luce migrauit De Gallo autem Dionysius ad Hermammonem scribens, ista commemorat: Quin Gallus, neque Decij recogitauit calamitatem: neque antea secum, quid tandem illum de gradu deiecisset, satis diligenter considerauit: sed in eundem lapidem, licet perspicuè ante illius oculos positum, cum suo magno malo impegit. Qui, cum regnum eius prospero fortunæ flatu ferretur, & res omnes ad voluntatem fluerent, sanctos ac pios viros, qui pro pace eius Imperij, próque vitæ incolumitate enixè Deum precabantur, crudeliter exegit: & propterea vna cum illis, preces pro ipso ad Deum fusas penitùs à se auertit. De Gallo hactenus Dionysius.

Decij cædes. *Origenis mors anno ætatis 69.* *Galli Imp. amens crudelitas.*

A *Quinam illorum ætate episcopi Romani fuerint.* CAP. II.

Vide Nicephor. lib. 5. cap. 26.

CORnelio Romanæ ciuitatis episcopatu circiter triennium perfuncto, Lucius succedit, Iste vix octo continuis mensibus illud ministerium obiens, morte extinctus Stephano cleri tradit rectionem. Ad hunc Stephanum Dionysius primam ex illis Epistolis de baptismate compositis, scripsit: propterea quòd erat id temporis non exigua quæstio & controuersia concitata, Vtrùm oporteret eos qui se à quocunque hæresis genere reuocassent, lauacro baptismatis repurgare: cum ex consuetudine ab antiquis ducta temporibus, in eiusmodi hominibus in Ecclesiam recipiendis, solæ preces cum manuum impositione abhiberi solerent.

Ruf. ca. 2. *Cornelius. Lucius. Stephanus pont. Ro. Quæstio an hæretici resipiscentes rebaptizandi. Hæreticos cõuersos in Ecclesiam recipiẽdi ritus.*

Quonam pacto Cyprianus, eos qui ab hæretico errore resipuerint, lauacro expurgandos, primus statuerit. CAP. III.

Vide Nicephor. lib. 6. cap. 7.

CYprianus Carthaginensis ecclesiæ pastor, primus inter homines eius ætatis, non aliter quàm per lauacrum baptismatis hæreticos, erroris maculis antè ablutos, in Ecclesiam admittendos existimauit: verùm Stephanns nihil noui, aut alieni à traditione ex Apostolorum temporibus deriuata moliendum arbitratus, hac de re animo vehementer commotus fuit.

Ruff. ca. 3. *Cypriani sententia. Stephani sententia.*

Quòd de eodem argumento Dionysius epistolas conscripserit: & de pace, quæ post persequutionem subsecuta est. CAP. IIII.

Huc refer Nicephori cap. 18. 22. 23. 24. 25. lib. 6.

DIonysius igitur, vbi longum sermonem cum Stephano per literas de hac controuersia contulit, tandem declarat, quo pacto persequutionis fluctibus sedatis, omnes vbique Ecclesiæ, noua ac peruersa Nouari hæresis prauitate repudiata, pacem inter se conciliassent. Sic enim scribit: Iam scito frater, omnes Orientales ecclesias, quæ B antea fuerunt propter errorum peruersitatem nonnulla dissensione distractæ, ad con-" cordiam denuò esse reductas: omnes etiam ecclesiarum præsides, qui vbique locorum " sunt, summo animorum consensu conspirare: & ob pacem hanc prçter omnium expe-" ctationem constitutam, incredibili lætitia affici: Demetrianum dico Antiochiæ epi-" scopum, Theoctistum Cæsareæ, Mazabanem Æliæ: Marinum Tyri, mortuo Alexan-" dro, episcopum: Heliodorũ Laodiceæ defuncto Thelymidro, episcopum: Helenum " Tarsi, & cunctas Ciliciæ ecclesias: Firmilianum etiam, & totam Cappadociam. Illu-" striores solum episcopos nominatim perstrinxi, ne vel literæ videantur, aliquanto pro-" lixiores, vel nominum enumeratio lectori satietatem & molestiam afferat. Syria porrò " vniuersa, & Arabias, quibus vestra doctrina & consilio semper magno adiumento fui-" stis, & quibus etiam modò scripsistis epistolas: Mesopotamia quoque, Pontus atque " Bithynia, ne longum faciam, omnes vbique gaudio exultant, & vno animorum con-" sensu ac fraterna charitate, Deo gloriã impertiunt. Ista Dionysius scribit ad hunc mo-" dum.* Stephani, cum biennij spacio episcopatus ministerium obiisset, Xystus capessit locum. Ad hunc Dionysius secundam de Baptismate conscribens epistolam, tum Stephani, tum reliquorum simul episcoporum sententiam ac iudicium explanat, déque " Stephano sic loquitur: Stephanus antea scripserat epistolam de Heleno, de Firmiliano " de omnibus episcopis, qui erant ex Cilicia, & Cappadocia, & Galatia, & ex omnibus " gentibus, quæ erant finitimæ, quòd neque cum illis quidem ob eam causam omninò " communicare vellet. Nam illi, inquit Hæreticos rebaptizant. Rei igitur magnitudinẽ " attenta cogitatione complectere. Decreta enim in maximis episcoporum Conciliis, si-" cuti audio, facta fuerunt, vti qui ab hæresis impietate recedunt, debeant primùm in fi-" de instituti, deinde veteris & impuri fermenti eluuie ac sordibus ablui, purgaríque. At-" que vt pro his omnibus episcopis illum deprecarer, epistolam scripsi. Paulò pòst subne-" ctit: Dilectis nobis & compresbyteris Dionysio & Philemoni, qui antea Stephani suf-" fragabantur seńtentiæ, quique ad me de eisdem rebus scripserunt, sicut antè per literas " breuiter, ita iam pluribus verbis sententiam meam explicaui. Verùm de questione su-" prà demõstrata, de qua in vtranque partem disceptabatur, hæc hactenus exposuimus.

Verba Dionysii ad Steph. de concordia & ecclesiarũ Orientalium.

*Ruff. ca. 4 *Ad Xystũ 23. Rom. Põtificem.*

Ecclesiarum quarundã decreta de rebaptizandis hæreticis resipiscentibus.

De hæresi Sabellij. CAP. V.

A

Ruff. ca. 5. DEinceps in eadem epistola Dionysius de hæreticis, qui Sabellium ducem habuerunt, eiúsque temporibus prodierūt in lucem, mentionem facit hoc pacto: Quoniam de erroris dogmate, Ptolemaidi Pentapolis iam suborto, quod planè impium est quod detastabilem de Deo omnipotente patre Domini nostri Iesu Christi blasphemiam continet: quod multum falsæ doctrinæ de vnigenito filio eius, primogenito omnis creaturæ verbo incarnato, complectitur: quod cæcam de Spiritu sancto ignorationem comprehendit, ex vtrisque partibus cùm literæ me certiorem facturæ, tum fratres mecum de ea re communicaturi, ad me veniebant, quasdam epistolas, vt poteram, diuina largiente gratia, quò accuratius obscuras erroris latebras aperirem conscripsi: quarum exemplaria descripta ad te misi.

Huc refer Niceph. ca. 26. lib. 6. Vide Epiphan. hæresi. 16. lib. tomo 1.

De euoluendis Hæreticorum libris: & de visione Dionysij diuina, de eadem re: déque canone, quem accepit, Ecclesiastico.

CAPVT VI.

Ruff. ca. 6. *Hæreticorum librorū lectionis vtilitas.* IDem Dionysius in tertia epistola de Baptismate, quam scribit ad Philemonē presbyterum Romanum, ista tradit: Equidem, tametsi hæreticorum libros & traditiones perlegebam, & meum ipsius animum ad tempus scelestissimis eorum opinionibus quodam modo inquinare videbar: hoc tamen ab illis capiebam commodi, vt non modò eos interiore animi mei cogitatione condemnarem ac refellerem, sed multò vehementiùs in posterum detestarer. Ac cum quidam ex numero presbyterorum me vetaret, deterreretque à legendo, ne turpi prauitatis & peruersæ eorum doctrinæ cœno contaminarer (meam enim mentem errorum labe pollui asseruit) cumque vera, meo quidem iudicio, diceret, visio quædam cælitùs ad me demissa, me confirmauit: & vox ad aures allapsa, manifestò præcepit ad hunc modum: Omnes libros, quos sumis in manus, euolue sedulò. Nam satis habes virium & firmitatis ad quæque tum conuincēda, tum exploranda. Atque hæc causa erat, cur in initio ad fidem Christi vocatus fueris. Visionem vt pote ritè consentientem voci Apostolicæ, sic ad potentiores dicenti (Sitis diligentes animaduersores, & veluti trapezitæ, qui argentum probant) lubens equidē approbaui. Deinde paucis quibusdam de omnibus errorum generibus explicatis, adiungit ista: Istum canonem, istudque exemplum à beato papa nostro Heracla cepi. Ille enim eos, qui ab Ecclesia abscessissent † (imò verò non ita abscessissent, quin ob corporis præsentiam congregationis fidelium viderentur esse participes) eos inquam, cū essent accusati, quòd consuetudine cuiusdam eorum, qui alienam & diuersam à fide doctrinam tuebantur, multùm vsi fuissent, * Ecclesia eiecit: & quamuis verè & ex animo ab erroribus se auerterent, & in Ecclesiam admitti denuò magnopere flagitarent, non vsque eo admisit, quoad omnia, quæ à veritatis aduersariis audiuissent, palàm apud omnes essent elocuti. Atque tum in Ecclesiam & conuentum recepit, non aliud baptisma in illis omninò desiderans: quippe anteà fuerant ab illo Spiritum sanctum assecuti. Rursus, ista quæstione copiosè admodum exagitata, addit hæc: Hoc tamen didici, quòd non episcopi in Africa solum istam consuetudinem de hæreticis rebaptizandis iam inuexerunt: verùm etiam longo tempore antè, episcoporum memoria, qui antegressi sunt in ecclesiis maxima hominum frequentia celebratis, & synodis fratrum tum Iconij, tum Synadis, tum aliis multis in locis conuocatis, istud decretum fuit: quorum iudicia & sententias condemnare, irritaque facere non audeo, sicque illos in odiū & inuidiam coniicere. Terminos, vt est apud Salomonem, ac fines proximi tui non commutabis, quos patres tui præstituerunt.

Huc refer Nicephor. li. 6. cap. 8.

Omnia probate. &c.

B

Exēplo Heraclæ modestè docet non esse rebaptizādos hæreticos.

† Vide annot. pag. 7… lat. 2. lin. … * Vide ibidem lin. …

Hæreticos rebaptizandi morem Dionysius in aliis ecclesiis non damnat quibus ipse non præest, nec superior est. *Prou. 22.*

De Hæresi Nouati. CAPVT VII.

Ruff. ca. 7. *Dionys. Alexand. ad Diony. Rom. epistola.* QVarta eius epistola de baptismate, ad Dionysium Romæ tum quidem presbyterij munere donatum, non multo post tamen episcopum illius ecclesiæ factum, prescripta est. Ex qua, quàm præclarum testimoniū ille ipse Dionysius Romanus, propter incredibilem dicendi vim, & virtutem admirabilem, à Dionysio Alexandrino consecutus fuerit satis constare poterit. Post alia quædam de Nouato exposita, ad hunc

Huc refer Nicephor. ca. 4. lib. 6.

A ad hunc his ferè verbis scribit: Contra Nouatum certè, qui Ecclesiam tam miserè discidit: qui fratres quosdam ad impietatem & blasphemiam attraxit: qui scelestissimam de Deo patre doctrinā inuexit: qui benignissimum Dominum nostrum Iesum Christum, tanquam inclementem & crudelem, falsò calumniatus fuit: qui præter hæc omnia sanctum baptismatis lauacrum abrogauit: qui fidem ac confessionem, quæ baptisma præcedunt, condemnauit: qui denique ab illis, qui aliquo vitiorum genere se infecerant, Spiritum sanctum (quamuis spes esset reliqua illius aut in eorum mentibus permanendi, aut ad eos denuò redeundi) omninò depulit, fugauítque, non sine causa graue odium concepimus.

Nouatianæ hæresis dogmata.

Nouatus S. Baptisma & quæ huic sunt connexa, euacuauit.

De impio Hæreticorum Baptismate, CAPVT VIII.

Huc refer Nicephori cap. 9. lib. 6.

QVinta item illius de baptismate epistola ad Xystum episcopum Romanum scripta est: in qua cum multa dixerit contra hæreticos, tale quoddam facinus suo tempore gestum exponit: Reuera frater, quoniam eiusmodi quædā causa ad me delata est, in qua vetitus ne per errorem labar, consilium quæro, tuámque vehementer exposco sententiam. * Frater quidam ex nostro conuentu communionéque fidelis iudicatus, ætate admodum prouectus, & priusquam ego eram creatus episcopus, & vt arbitror, antequam beatus Heraclas in episcopatus gradu collocatus fuerat, conuētus communionísque particeps factus, cum fortè baptismo eorum, qui nuper apud nos baptizarentur adesset, & rogata responsáque audiret, venit ad me lugens, & grauiter suam vicem deplorans, se ad pedes meos abiicit, ex animo confitetur, & sanctè deierat, baptisma, quo erat apud hæreticos tinctus, non huius generis esse (illud námque plenum esse impietatis, plenúmque blasphemiæ) neque vllam omninò cum isto nostro habere similitudinem: affirmátque, animum suum propterea acerbis dolorum stimulis compunctum, & quoniam nefario ac profano cùm verborum tum factorum scelere pollutus erat, nec liberè suos oculos ad Deum posset eleuare: & propterea obtestatus est, vt hac purissima lauacri purgatione, vera susceptione in Ecclesiam, & diuina in eo sacramēto oblata gratia potiretur, quod planè ego non audebam præstare: sed diuturnam illā cōmunionē, qua fuerat cum fidelibus sociatus, satis habere virium ad eius animum purgandum affirmabam. Nam, qui gratiarum actiones audiuisset, qui Amen vná pronunciauisset, qui astitisset mensæ, qui manus ad sanctum illud alimentum capessendū porrexisset, qui illud recepisset, qui tam longo tempore fuisset corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps, eius baptisma non audebam de integro renouare: sed bono animo esse iubebam, & solida ac constanti fide, conscientiáque pura synceráque ad sanctorum mysteriorum perceptionem accedere. Iste tamen lamentis & mœrore se conficere non destitit, ad mensam accedere præ metu exhorruit: & vix oratus, precibus interesse sustinuit. B Extat prætereà alia huius de baptismate epstola, ipsius Ecclesiæque persona, cui præfuit, Xysto & Ecclesiæ Romanæ dicata: in qua multis argumentis, & prolixo sermone de quæstione proposita disputat. Alia porrò eius epistola est, post hasce conscripta ad Dionysium Romanum, quæ de Luciano inscribitur. Sed de his satis.

Ad Xystū Pontif. Rom. epistola Dionys. Alexād consilium petentis, an sint rebaptizandi ab Hæreticis baptizati.

* Ruf. c. 8.

Baptisma hæreticorum impium.

Baptizati ab hæreticis an rebaptizādi.

De Valeriano. CAP. IX.

Valerian. Imperator anno Christi 256. Ad hoc & seq. caput refer Nice. ca. 10 lib. 6. Ex Dionysio de Valeriano.

POstquam Gallus, qui vix biennio integro imperium rexerat, è medio erat sublatus, Valerianus vnà cum filio Galieno imperij gubernacula suscipit. Quæ verò Dionysius de isto etiam commemoret, ex epistola quam scripsit ad Hermammonem, licet cognoscere, in qua sic narrat. Ioanni simili ratione per reuelationem de Valeriano significatum est, ait enim: Datum est ei os, magna & blasphema loquens, & data est ei potestas faciendi per menses quadraginta duos. Cùm ista vtráque in Valeriano videre cōpleta: tum eius vitæ rationem, antequam ita animo affectus erat, vt à Ioannis reuelatione didicimus, considerare, non parum sanè habet admirationis. Nam quamdiu māsueto animo & benigno erga sanctos Dei homines affectus erat, nemo Imperatorum, qui eum anteiuerant, tantam beneuolentiam & comitatem aduersus illos declarauit, imò vero, ne illi quidem, qui Christiani erant, eóque nomine palàm appellati, ita hos sunt

Ruf. ca. 9. Valerianus Imperator cū Galieno F. Apoc. 13. Valeriani in Christianos beneuolentia in exordio Imperij sui, sed mox in summam maleuolentiam conuersa.

amplexati, vt ille: qui quidem in initio imperij sui, quàm familiarissimè & amicissimè, A idque in oculis omnium, eosdem excepit: & tota domus eius piis hominibus complebatur, erátque planè Dei Ecclesia. Verum doctor quidam & princeps magorū Ægypti, illum tandem perdito consilio deprauauit: & non impulit solùm, vt homines culpa vacuos ac sanctos Dei, vtpotè scelestorum ac execrabilium incantamentorum aduersarios & oppugnatores (satis nanque virium ac potentiæ præsentia, aspectu, spiritu & voce solùm, ad detestabilium dæmonum insidias dissipandas, & habent, & semper habuerunt) acerbè persequeretur, necíque traderet: verùm etiam, vt impuras cæremonias obiret, profanas exerceret præstigias, execranda mysteria exequeretur, mactaret pueros misellos, prolem infœlicium parentum exsacrificaret, tenera infantium dissecaret viscera, Dei denique creaturas discinderet discerperétque, vehementer cohortatus est, perinde ac si eo pacto omnes res prosperè & feliciter succederent. Quibus deinde adnectit ista: Macrinus igitur ipsis imperatoribus Valeriano & Galieno, ob speratum imperium, præclara scilicet munera donauit. Qui cum antè communis & generalis imperatoris Valeriani quæstor dictus esset, neque quid recta ratio, neque quid communis Reipub. vsus postularet, vlla ex parte considerauit: sed propheticæ imprecationi ita loquenti (Væ illis, qui ex corde ipsorum prophetant, communem tamen omnium non respiciunt vtilitatem) se obnoxium reddidit. Nam neque communem ac generalem Dei prouidentiam intellexit: neque iudicium illius, qui est ante omnia, per omnia & in omnibus, omninò perspexit. Quapropter se communis & Catholicæ illius Ecclesiæ hostem præbuit: se à Dei abalienauit misericordia, & quasi penitùs relegauit: se à sua ipsius salute quàm longissimè remouit: atque in hoc verè suo respondit nomini. Deinceps adiungit: Valerianus autem Macrini proditione in hanc miseriam delapsus, contumeliis & probris hostium Barbarorum obiectus fuit, secundum Esaiæ vocem: Hi vias sibi delegerunt, & abominationes ipsis, quas eorum anima volebat: & ego ludibria eorum deligam, & peccata retribuam illis. Iste dum gerebat imperium, præter eius dignitatem furore in Christianos exagitabatur: pòst cum regium illud decus victo & debilitato corpore sustinere non posset, duos filios, quos paterna scelera insignitè infecerant, imperij gubernaculis præfecit. Ac prædictio illa, quam Deus olim ediderat (Ego sum, qui vlciscor peccata patrum in liberos, vsque in tertiam & quartam generationem, his, qui oderunt me) in istis perspicuè declarata fuit. B Nam nefarias cupiditates, quarum explendarum se ipse excidisset, in filiorum capita coniecit: & cùm improbam eius nequitiam, tum odium erga Deum, in illorum animos effudit. De Valeriano quidem totidem à Dionysio accepimus.

Deprauator Valeriani magus Aegyptius.

Valerianus homines Diis immolat.

Macrinus quæstor, & Valeriani proditor.

Esai. 66.

Exod. 20. Vltio diuina in Valerianū eiusque filios.

Curterius: Macrinum hunc, Macriani patrem intellige, qui imperium affectans tandem cū filio Duce Aureolo victus est. Zonoras de eodem hoc lib. 7. cap. 18.

De persecutione sub Valeriano, & rebus quæ Dionysio & Aegyptiis acciderunt.

CAPVT X.

DE persecutione autem, quæ vehementissimè regnante Valeriano exardescebat, quas & afflictationes & incommoda idem Dionysius cum aliis propter verum cultum Dei, vniuersarum rerum opificis, subiuerit, verba eius, quibus in Germanum suæ ætatis episcopum, qui illius famam maledictis lædere tentasset, inuehitur, satis perspicuè declarant, quæ ita se habent: Videbor equidem nonnullis fortasse, dum admirabilem Dei prouidentiam erga nos ostentatam cogor necessariò explicare, in magnam amentiam inscitiámque esse prolapsus. Verùm quoniam secretum regis occultare est (vt inquit Scriptura) præclarum, & Dei opera prædicare cum primis eximium: ego cum Germano manus conserere aggrediar. Veni ad Æmilianum, non quidem solus: sed me comitati sunt, compresbyter meus Maximus, & diaconi Faustus, Eusebius & Chæremon. Et quidam è fratribus qui Roma ad nos venerant, nobiscum vnà profectus est. Æmilianus autem non dixit mihi conceptis verbis: Ne conuentus agito. hoc enim illi fuisset ferè superuacaneum, & in eo quod ille moliebatur, postremas planè tulisset: præsertim cùm ad id quod caput est nostræ religionis, omnem suam curam & cogitationem conuertisset. Nam non de hoc, nimirum ne conuentus agerem, ab eo sermo erat institutus: sed de eo, ne meipsum deinceps Christianum esse profiterer. atque ab hoc quidem me desistere mandauit: ratus id quidem, si ego fidem commutarem, alios eandem mecum sententiam secuturos. Non absurdè equidem, neque circuitione

Ruf. c. 10. Persecutio octaua in Christianos mota anno Christi 260. Valeriani 4.

Ex epistola Dionysii ad Germanum calumniatorē.

Tob. 12.

Huc refer Niceph. ca. 10. li. 6.

A cuitione vlla vſus, reſpondi: Deo obtemperandum magis quàm hominibus. quin pa- *Actor. 5.*
« làm etiam conteſtatus ſum, me illum qui ſolus Deus eſt, & nullum alium, venerari.
» Neque ſententiam velle mutare, neque aliquando deſiſtere eſſe Chriſtianum. Dein- *Cephro pagus*
» ceps iuſſit, vt in pagum nomine Cephro, propè locum quendam deſertum ſitum, rectà
» abſcederemus. Verùm verba quæ ab vtriſque vltrò citróque habita ſunt, vti fuerunt à
» quibuſdam in Commentarios relata, accipitote. Dionyſio, & Fauſto, & Maximo, &
Æmilianus Marcello, & Chæremoni in concilium introductis, Æmilianus, qui præfecturam ge- *Aemiliani cum Dionysio & sociis colloquiū, à Christianiſmo eos abducere conātus pro quibus reſpōdet Dionyſius.*
» rebat, ſic locutus eſt: Vobiſcum iam coram abſque ſcripto, lubet diſſerere, de Impera-
» torum dominorum noſtrorum humanitate, atque clementia, quam erga vos decla-
» rant. Nam ſalutis veſtræ ac vitæ poteſtatem vobis fecerūt, modò ad id quod eſt ſecun-
» dum naturam, velitis voſipſos conuertere: & deos, qui illorum regnum ſeruant inco-
» lume, ſanctè adorare: eorum autem penitùs obliuiſci deorum, qui naturæ repugnare
» videantur. Quid igitur ad iſta reſpondetis) neque enim vos ingratos fore arbitror, cùm
» tanta benignitas ab illis ſit vobis oſtentata: quandoquidem ad res meliores vos amicè
Dionyſius. & beneuolè cohortantur. Dionyſius reſpondit: Non omnes colunt omnes deos, ſed *Orant Christiani etiam pro incolumitate principū impiorum.*
» ſinguli ſingulos pro arbitratu. Nos proinde vnum Deum omnium rerum fabricato-
» rem, qui Valeriano & Galieno Cæſaribus Auguſtis, viris ſanctiſſimis imperium largi-
Æmilianus tus eſt, & colimus, & veneramur. Huic etiam ſine intermiſſione pro eorum regno, vt
» ſtabile firmum maneat, preces adhibemus. Tum præfectus Æmilianus: Quis vos, in-
» quit, prohibet, quo minus hunc, ſi Deus ſit, cum aliis diis qui ſunt ſecundum naturam,
» cultu & reuerentia obſeruetis? vobis enim præceptum eſt, vt deos adoretis, quos omnes
Dionyſius. norunt. Ad quæ Dionyſius: Nos, inquit, nullum præter vnum Deum honore & obſer-
» uantia proſequimur. Æmilianus præfectus iterum: Video, inquit, vos non modò ingra-
Æmilianus Dionyſium cum ſuis relegat. ex edicto imperatoris. tos eſſe, ſed ſingularis Auguſtorum manſuetudinis propè immemores. Quapropter in
hac ciuitate non liberum erit vobis verſari: ſed eritis in partes Libyæ relegati, in locum
videlicet qui Cephro nuncupatur, quem ex Auguſtorum noſtrorum iuſſu vobis aſſi-
gnaui. Neque vſquam omnino vel vobis, vel aliis quibuſque poteſtas erit aut celebran- *Cœmeteria.*
» di conuentus, aut in ea quæ Cœmeteria appellātur, ingrediendi. Quod ſi quis veſtrum
» in eum locum, ad quem vos ire præceperim, minimè proficiſcatur, aut in aliquo repe-
B riatur conuentu, ſuo ipſius capiti creabit periculum. Non deerit namque accurata ad
» vos obſeruandos induſtria, Abite igitur, quò iuſſi eſtis. Sic Æmilianus me etiam mor-
» bo laborantem abire compulit: & ne ad vnum quidem diem, meam profectionem dif- *Dionyſii relegatio, cū ſuis.*
» ferre voluit. Quodnā ergo mihi ſupererat otium vel ad conuentus agendos, vel ſecus?
» Deinde addit: Attamen nos (iuuante Deo) non à conuentu palam inter nos celebran-
» do abſtinuimus: quin ipſe equidē quoſdam in ciuitate fratres, perinde ac ſi ſimul cum
» illis verſatus fuiſſem, ad conuentus perſtudioſè agendos impuli. Et quamuis ab illis
» corpore abeſſem, vt inquit Apoſtolus, ſpiritu tamē ſemper aderam. Ad Cephro autem *Ad Coloſ. 2.*
» non exiguus cœtus nobiſcum vnà migrauit, tum fratrum qui ab vrbe nos ſequebantur,
» tum aliorum qui ex reliqua Ægypto conuenerant. Atque ibi Deus quaſi ianuam ad
Dionyſius in exilio multos conuertit. verbum ſuum prædicandum nobis patefecit. Ac primùm, quanquam perſecutione *Multi Dionyſium ſequūtur in exilium*
eramus diuexati, & lapidibus obruti: poſtea tamen non parua gentium multitudo, ido-
lis relictis, ad Deum colendum ſe conuertebat. nam tunc primum verbum Dei, quod
» nunquam antea accepiſſent, per nos inter eos diſſeminatum fuit. Et Deus, perinde at-
» que huius rei cauſa ſolum illò nos deduxiſſet, eo completo miniſterio, iterum inde ab-
» duxit. Quippe Æmilianus, vt videbatur, habuit in animo nos in aſperiora interioráque *Mariotæ deſertum.*
» Libyæ & magis deſerta loca transferre. Omnino enim in Mariotam commigrare man- *μαρεώτην habet textus, ſed Curterius ex Steph. & aliis mauult μαρεῶτιν*
» dauit; & ſingulis noſtrûm per regiones varias pagos præſcripſit ſingulos: me autem pro-
» pius ad regiam viam, vt primus prehenderer, collocauit. Sic enim res ab illo diſpenſa-
» ta, ſicque comparata fuit, vt quando viſum foret, nos comprehendere, omnéſque faci-
» lè occupare poſſet. Ego verò cùm in Cephro abire iuſſus eſſem, tametſi locum, vbinam
» eſſet ſitus, ignorabam, & nomen nunquam antea ferè audieram, tamen libenter &
A Cephro in Mareotin reuocatur Dionyſius cū ſuis. abſque animi perturbatione eò abſceſſi. At vt primùm nunciatū erat mihi, vt in Col- *Colluthionis agri.*
luthionis agros demigrarem, qui mihi aderant, norunt quo pacto (hoc enim mihi ipſe
vitio vertendum puto) animo effectus eſſem. Primùm rem valdè acerbè tuli, admo-
» dúmque ſuccēſui. Nam quamuis loca illius regionis magis mihi cognita eſſent, ac ma-
» gis familiaria quàm Cephro: tamen ipſum Colluthionem deſertum à fratribus, deſer-

A

Dionysij recreatio.

tum à probis viris esse dicebam, & non solùm molestiis á crebro viatorum transitu exhibitis, sed periculosis etiam latronum incursionibus obiectum. Cæterùm cum fratres mihi significassent, Colluthionem non tam longè ab Alexandria distare: & licet Cephro magnam fratrum societatem ex Ægypto profectorum nobis attulisset, adeò vt maiores conuentus celebrare potuissemus: ibi tamen, quia propius inde aberat Alexandria, crebriùs hominum summo amore, familiaritate & amicitia nobiscum coniunctorum aspectu) ad nos enim velle accedere, nostrósque animos recreare, & ita tanquam in suburbiis paulò remotioribus nos aliquoties conuentus agere posse dixerunt) reuera frui licere, permagnam animo cœpi consolationem. Ac si planè contigit. Post ista, de aliis rebus aduersis quæ sibi acciderant, ita scribit: At multis fidei confessionib. gloriatur Germanus, ac multa mala contra se patrata habet dicere ille quidē: sed quot quæso iudicum sententias contra nos pronunciatas potest enumerare? quot publicationes, proscriptionésque bonorum, quot fortunarum direptiones, quot abdicationes dignitatum, quantas inanis & popularis gloriæ contemptiones, quantas laudum à præfectis & à senatoribus nobis tributarum despicationes? quantam minarum nobis obiectarum, aduersarum vociferationum, periculorum, persecutionum, exilij, angustiæ, & variæ cuiusque modi afflictationis tolerantiam: vt illa quæ sub Decio & Sabino, & quę hactenus sub Æmiliano mihi obtigerunt. Vbi Germanus comparuit? quis sermo de eo peruagatus? Verùm magnam istam inscitiam, in quam ob Germanum modò prolapsus sum, missam facio. Quocirca rerum singularum explicationē fratribus, qui eas tenent, sigillatim persequendam permitto. Idem etiam in epistola ad Domitium & Didymum conscripta, eorum qui istius persecutionis procellis agitati fuissent, hoc modo mentionem facit: Christianos autem, qui & permulti sunt, & vobis minimè cogniti, nominatim citare superuacaneum arbitror. Sed hoc sciatis velim, viros & mulieres, iuuenes & senes, puellas & vetulas, milites & priuatos, cuiusque generis, cuiusque ætatis extitisse: quorum alij flagris cæsi, alij ignis incendio cremati, alij ferro percussi, parta victoria, coronas martyrij adepti sunt. Nonnullis autem longinquum hoc persecutionis tempus non satis fuit, vt Domino viderentur accepti, ipséque illos ad se reciperet. In quorum numero, vt verisimile est, ego ipse sum, cui adhuc vita suppetit. Ac propterea ipse qui dicit (Tempore accepto audiui te, & in die salutis adiuui te) me in illud tempus distulit, quod mihi idoneum opportunúmque fore norit. Quoniam autem de me meísque sociis rogatis, & quo loco sit vita nostra constituta, certiores fieri cupitis: accepistis, credo, qua ratione quidam ex Mariotide, me, Gaium, Petrum & Paulum, à centurione, duce, militibus & seruis captiuos abductos de improuiso adorti, inuitos, & minimè sponte sequentes vi abstraxerint, & à militibus auulsos secum abripuerint: iam verò ego cum Gaio & Petro, soli à cæteris fratribus separati, in desertum & squallētem Libyæ locum conclusi sumus, tridui viam à Parætonio distātes. Quinetiam paulo longius progressus dicit: In vrbem clàm & ex occulto ingressi sunt, alios fratres inuisuri, presbyteri quidem, Maximus, Dioscorus, Demetrius, Lucius (Faustinus enim, & Aquila, qui hominum sermone celebriores sunt, in Ægypto vagi oberrant) Diaconi autem post illos, qui pestis contagione infecti interierunt, relicti, Faustus, Eusebius, Chæremon: Eusebiū dico, quem ab initio persecutionis Deus sua gratia roborauerat, & non modò ad ministeria confessorum, qui carceribus tenebantur, summo studio & omni animi contentione explenda, sed etiam ad lintea quibus corpora beatorum martyrum iam vita defunctorum inuoluerentur, neglecto vitæ periculo conficienda præparauit. Præfectus verò nihil adhuc de sua in sanctos remittit acerbitate: sed alios qui ad eum adducuntur, è medio, vt dixi, tollit: quosdam tormentis dilaniat: nonnullos arcta custodia & vinculis contabefacit. & quāquam præcipit ne quisquam illos adeat, atque adeò curiosè inquirit ecquis reperiatur qui eos velit adire: Deus tamē propenso fratrum studio, & assidua eorum curatione, illos istis rerum angustiis oppressos reficit, subleuátq;. Hæc Dionysius in istam inclusit epistolam. Intelligendum est porrò, Eusebium illum, quem paulò antè diaconum nominauit, non multò pòst ecclesiæ Laodiceæ, quæ est in Syria, episcopum creatū fuisse. Maximum autem, quem tum presbyterum dixit, mortuo eodem Dionysio, in ministeriū ecclesiæ, & fratrum qui sunt Alexādriæ, successisse: verùm Faustum, qui eodem tempore cum ipso Dionysio ex fidei confessione non parum laudis collegerat, ad persecutionem quæ nobis viuentibus ciebatur, reseruatū, iam planè

Quæ mala Dionys. passus fuerit.

Ex epistola Dionysij ad Domitium, & Didymum, de iis, qui persecutionem passi sunt.

B

Esa. 49.

Vbi & quid agat Dionysius cum suis.

Eusebij pietas in uisitandis captiuis.

Aemiliani sæuitia.

Eusebius Laodiceæ episc.

Maximus Alexādriæ. Fausti martyrium.

A planè grandem, & longo multorum dierum decursu confectum, securi percussum, beato martyrio occubuisse. Sed de his quæ illo tempore Dionysio acciderunt, hactenus.

De his qui in Cæsarea Palæstina martyrium subierunt. CAP. XI.

Ruf. ca. 11.

Huc refer Nicephor. c. 11. li. 6.

Cæsareæ martyrij palmam adepti.

Priscus, Malchus, Alexander, martyres.

IN hac persecutionis clade, quam regnãte Valeriano passim manasse, suprà demonstratum est, tres viri ob veram Christi confessionem insigniter prædicati, Cæsareæ Palæstinæ bestiarum rictibus velut præda obiectati, diuino & cęlesti martyrio non sine maxima commendatione decorati fuerunt. Quorum vnus Priscus vocabatur, alter Malchus, tertio nomen erat Alexander. Fertur verò, istos ruri degentes, primùm seipsos tanquam inertes & desides probris affecisse, quòd cum temporis opportunitas præmium vitæ æternæ his qui cælesti eius desiderio gliscebant, dispertire videretur: ipsi præ negligentia quadam & segnitie, martirij coronam non præripuissent. Deinde cum inter se ita deliberassent, absque mora Cæsaream versus ire pergunt. ibíque extemplò proficiscuntur ad Iudicem: & eum vitæ exitum qui suprà demonstratus est, assequuntur. Mulierem quandam præterea (quam Marcionis errore antea lapsam fuisse, fama loquitur) eadem persecutionis tempestate, in eadem ciuitate persimile certaminis genus subiisse, memorant.

De pace quæ sub Galieno fuit. CAPVT XII.

Galienus Imperator Anno Christi 262.

Huc refer Nicephor. cap. 12. li. 6. Eutrop. li. 9 Iul. Capi. in Galieno.

Ruf. c. 16.

Hæc sequentia duo cap. alio ordine apud Ruff. posita cernũtur: nã hoc ibi est 16. & sequẽs illud est 17.

1 Pax ecclesiæ sub Galieno.

2 Galieni pro Christianis edictum.

3 Hic quædã verba Eusebij de literarum interpretatione omisi, ne series orationis videretur prope ridicula.

NOn diu autem pòst, cùm Valerianus apud Barbaros seruitutem subiuisset: filius eius solus imperio potitus, clementius se gessit & moderatius in imperio gubernando: & edictis diuulgatis persecutionem remisit, relaxauítque: atque adeò illos qui verbo Dei præerant, quod ipsis in more positum fuisset, liberè exequi per literas mandauit, quæ quidem sic se habent. [2] Imperator Cæsar Publius Licinius[3] Galienus, Pius, Fortunatus, Augustus, Dionysio, & Puniæ, & Demetrio, & cæteris episcopis Salutem. Meæ munificentiæ beneficium per vniuersum orbem diuulgari præcepi, vt qui loca illa religiosa quæ spectant ad Christianos, possideant, ab illis statim discedant. Et propterea vos mearum literarum exemplari vti poteritis, quo nemo deinceps vobis B quicquam facessat molestiæ. Atque istud quod nunc liberè & pro arbitratu à vobis expleri queat, iam pridem à me erat concessum. His de causis Aurelius Cyrenius, * qui summam † rerum secundum me administrat, literarum etiam exemplar conseruabit. Aliud porrò decretum illius esse dicitur, quod ad alios episcopos dedit: per quod quidem loca illa quæ Cœmeteria nominabantur, integram adeundi occupandíque fecit potestatem.

† Vide annot. pag. 75 lat. 1. lin. 37.

Cœmeteria Christianis reddita.

* Præfectũ prætorio sentit, ideóque melius legit Nicephor. τῦ μεγίστυ τάγματος. quam hic textus græcus, qui habet πράγματος.

Quinam episcopi illo tempore claruerunt. CAP. XIII.

Ruff. c. 17.

4 Xystus Ro. pont.

5 Demetrianus.

6 Firmilianus.

7 Gregorius.

8 Athenodorus.

9 Domnus.

10 Theotecnus

11 Hymenæus

Huc refer Nicephor. c. 34. lib. 6.

EOdem tempore [4] Xystus Romanam adhuc rexit ecclesiam: Antiochenam autem post Fabium, [5] Demetrianus: Cæsariensum Cappadociæ, [6] Firmilianus. Ecclesiis porrò in Ponto præfuerunt [7] Gregorius, & eius frater [8] Athenodorus, Origenis discipuli. Cæsareæ Palæstinæ defuncto Theoctisto, [9] Domnus capit episcopatum: exiguo temporis interuallo interposito, cùm iste discessisset è vita, [10] Theotecnus, qui nostra ætate vixit, successor in eius collocatur loco. Iste etiam in Origenis schola educatus fuit. Quinetiam Mazabane morte consopito, [11] Hymenæus: qui multis annis, nostro hoc æui curriculo magna cum laude vixit, Hierosolymitani episcopatus sedem obtinuit.

Quomodo Marinus apud Cæsaream martyrium passus sit: & de historia Astyrij, & de miraculis magnificentiæ Seruatoris nostri apud Pineadem, & de throno Iacobi fratris Domini. CAPVT XIIII.

Huc refer Nicephor. ca. 13. 14. 15. 16. li. 6.

Ruff. c. 12.

Marini martyrium.

IIsdem temporibus, cùm pax in ecclesiis vbique vigeret, Marinus, vnus ex his qui in exercitu Romano magnum decus & honorem fuissent consecuti, vir & genere illu-

κλῆμα dignitas, vnde Cēturiones.

stris, & diuitiis locuples, propter testimonium Christi, Cæsareæ Palæstinæ tali de causa capite damnatus fuit. Est quidam honos apud Romanos, qui κλῆμα appellatur: quem qui adipiscuntur, eos Centuriones fieri aiunt. Cùm locus vacaret, ordo postulabat vt Marinus eo dignitatis gradu potiretur. Marinum igitur ad hunc honorem elatum, alius pro tribunali comparens, in crimen vocat, tum quòd erat Christianus, tum quòd imperatoribus non immolasset: Ac propterea, inquit, ex veterum legum institutis illi non licet, eum dignitatis gradum apud Romanos adipisci: sed illud quicquid est muneris, mihi iurè impertiri debet. Vnde iudex commotus (Achiuus hic erat genere) primò sciscitatus est, cuiúsnam sententiæ & religionis esset Marinus? Quem vt animaduertit, constanter se Christianum esse confitentem: trium horarum spatium ei ad deliberandum dat. Hunc è iudicio egressum Theotecnus, qui illic erat episcopus, ad se colloquendi causa inuitat: & prehensa manu, rectà deducit in ecclesiam. Quem cùm interius ad ipsum sanctuarium collocauisset, læua paululum in alteram partem dimota, gladium, quo cingebatur, ostendit: simúlque diuinorum Euangeliorum librum adferens, ex aduerso proponit: præcipítque, vt ex illis duobus, quod magis esset ex animi sententia, deligeret. vbi verò absque cunctatione porrecta manu dextra sacrum librum accepit. Theotecnus sic illum affatur: Tene, & adhæresce Deo. sic enim ab eo roboratus, quod in optatis est, pro certo essequêre. Abi in pace. Illum statim inde redeuntem præco pro tribunali aduocat. iam enim tempus illi præstitutum ad deliberādum, erat completum. Sistit se pro tribunali: qui cum maiorem iam, quàm antea fidei ardorem ac studium declarasset, actutum inde, vt erat, ad mortem rectà abductus, martyrio excessit è vita. * Astyrius etiam, vir è senatorum Romanorum numero, cùm imperatoribus in primis charus, tum omnibus & nobilitatis & facultatum gratia conspicuus, in eadem ciuitate, propter diuinam animi propensionem, quam tam liberè erga veram pietatem declarasset, omnium sermone celebrabatur: qui cum martyri ipso mortis articulo præsto adesset, simulatque è vita migrârat, cadauer tollit, splendida & preciosa obtegit veste: atque humeris impositū, inde deportat. quod cùm magnifico & sumptuoso linteo inuoluisset, decenti sepulchro condidit. Huius viri familiares, qui hucusque vitam produxerunt, cùm alia infinita præclara eius facta memorant, tum istud in primis quod sequitur, quódque plenum est admirationis. Cæsareæ Philippi, quam Phœnices Paneada vocant, fertur, victimam quandam in fontes, qui illic ex radicibus montis Panei prorumpunt (ex quibus Iordanem profluere dicitur) in quadam diei festi gentilium celebritate mactatam, cōiici: atque eam, dæmonis vi ac potestate mirandum in modum ab eorum aspectu euanescere, miraculúmque videri præsentibus valde memorabile. Quibus, dum gerebantur, Astyrium quodam tēpore fortè interfuisse. Ac cum videret tam multos illius rei admiratione obstupefactos, eorum erroris admodum misertum esse. Deinde sublatis in cælum oculis, Deum omnium rerum moderatorem per Christum supplicem precatū, vt dæmonium illud, quod populum tanto errore cæcauisset, comprimeret: ipsum à fraude ac falaciis, quas hominibus solet intendere, coërceret. * Hoc modo cum Deum orauisset, repentinò victimam fontibus supernatasse: atque ita rem illam, quam tantopere mirari cōsueuerant, in nihilum interiisse, vsque adeò vt nullum in posterum in eo loco ex ea omnino ederetur miraculum. * Sed quoniam in huius ciuitatis mētionem incidi, operæ pretium arbitror, historiam hoc loco citare, quæ digna planè videtur quam memoriæ ad posteritatem commendemus. Mulierem illam sanguinis profluuio afflictatā, quam sanctorum Euangeliorum testimonio à Seruatore nostro morbi remedium inuenisse cognouimus, ex ea ciuitate oriundam, illiúsque domū ibi ostendi, & admirabilia quædam Seruatoris in eam beneficij monimenta, & quasi trophæa ad hoc tempus durare memorant. Pro foribus enim domus illius, æneam mulieris effigiē genibus flexis, & manibus instar supplicātis, in anteriorē partem extensis, super editum lapidem collocatam: huic è regione, viri erectam imaginē ex eadem materia conflatam, vestitu ad talos demisso decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem. ad cuius pedes in ipsa basi peregrinam quandam & inusitatam herbæ speciem enasci: quam quidem, vbi ad ænei vestitus fimbriam excreuerit, morbis cuiusque generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc statuam, effigiem Iesu exprimere dicunt: quam ad nostram vsque ætatem manētem, ipsi ad eam ciuitatem profecti, oculis cernebamus. Nec planè mirum, eos qui ex gentilibus prognati, à Seruatore, dum inter homines

Christianis aditus præclusus ad honores publ.

Theotenus episc. Marinū confirmat.

** Ruf. c. 13. Astyrij pietas in sepeliēdis martyribus.*

Cæsarea Philippi, quæ & Paneas. Paneus mōs. Iordanus ortus.

** Ruf. c. 14.*

Hæmorrhousæ, mulieris patria & eiusdē ac Iesu statuæ miraculum.

A Spartianus in Adriani Vitē ... interpretatur, & Vict. pro centurionatu accipit, quia centurionibus ... Vitis deferri solebat.

B Astyrius fraudes diabolicas errorum gentilium detegit.

Matth. 9. Marci. 5. Luc. 8.

A homines viuebat, beneficiis affecti fuissent, ista effecisse: cùm & nos Petri & Pauli Apostolorum, & Christi etiam ipsius imagines in picturis, colorum varietate expressas, conseruatásque aspexerimus: idque propterea, sicut verisimile est, quòd maiores nostri ad gentilis consuetudinis similitudinem quàm proximè accedentes, eos qui tanquam seruatores illis fuissent, id est, qui illis aliquid salutis & subsidij attulissent, apud se honore ad hunc modum afficere consueuerant. Iacobi enim Apostoli cathedram (qui primus erat ad Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopatum à Seruatore, & cæteris eius Apostolis delectus, quémque fratrem Christi nuncupatum diuina perhibent eloquia) ad istud tempus seruatam, episcopi qui illic ordine successerunt, permagno æstimant: vnde declarant perspicuè, quemadmodum veteres patres ad nostram vsque ætatem sanctis viris, ob eorum veram erga Deum pietatem, debitam venerationem & tribuerint, & adhuc tribuere non cessent. Ista hactenus.

Sanctorum statuæ & imagines cur proponi solitæ.

Ruf. c. 15. *Iacobi fratris Domini cathedra Seruata venerationis & pietatis ergò.*

De epistolis Dionysii, in quibus de festis & Paschate præscribit.

CAPVT XV.

Huc refer Niceph. ca. 18. li. 6.

Dionysius, præter epistolas à nobis antè citatas, alias eodem tēpore, quas ἑορταστικὰς id est, de festorum celebratione, composuit: in quibus orationes, quæ festi Paschatis laudes plenius vberiúsque continuerunt, instituit. Ex quibus vnam Flauio, alteram Domitio & Didymo dicauit. In hac canonem octo annorum citat: quòd festum Paschatis non alio anni tempore, quàm verno æquinoctio celebrari debeat. Aliam præterea epistolam ad compresbyteros Alexandriæ exarauit: atque ad alios diuersos, ingruente persecutione, diuersas scripsit epistolas.

Ruff c. 18. *ἑορταστικαὶ Dionysii epistolæ.*

Paschatis celebrandi tempus.

De his quæ acciderunt in Alexandria. C A P. XVI.

B

Huc refer Niceph. ca. 19. lib. 6.

Vbi iam pax, sedata propè persecutione, constituta fuit, Dionysius rediit Alexandriā. In qua vrbe tam grauis seditio & bellum intestinum de integro ciebatur, vt fratres in ciuitate, propterea quòd omnes in alterutram seditionis partem diuisi erant, Dionysius nullo modo posset inuisere: vnde in ipso Paschatis festo ab ipsa Alexandria, velut exul ab extera regione, per literas cum illis colloqui coactus fuit. Quinetiam aliam postea epistolam ad Hieracem ecclesiarum Ægypti episcopum de festorum celebratione conscripsit: in qua seditionis, quæ eodem tempore fuit Alexandriæ concitata, his verbis mentionem facit: Quid mirum, si arduum & difficile mihi sit, apud eos qui longinquiore locorum intercapedine distant, per epistolas tanquam coram sermones conferre, cùm & mihi ipsi mecum colloqui, & proprio animo in varias partes distracto consilium dare, anceps & periculosum videatur. Nam ad viscera mea, meos charissimos fratres, contubernales, vno animi consensu mecum concordes, ecclesiæ eiusdem ciues, cogor equidem necessariò literas scriptas dare: eas tamen ad illos mittere videor mihi nullo modo posse. Facilius enim, non dicam in exteras regiones, sed ab Oriente ad Occasum vsque iter facere quisquam poterit, quàm ab vna Alexandriæ parte ad alteram pergere. Media namque ciuitatis platea plus habet periculi, plúsque difficultatis ad transeundum, quàm solitudo illa deserta longa, ac nullis hominum vestigiis trita, quam Israëlitæ vix duabus hominum ætatibus peragrârunt: & quam ipsum etiam mare rubrum, quod quidem in duas partes disruptum & instar duplicis muri vtrinque erectum, prætergrediuntibus Israëlitis transitum dedit perfacilem. Isti porrò placidi & tranquilli vrbis portus, fluctuum eorum quibus Ægyptij erant in traiectione submersi, veram effigiem gerunt: qui sæpenumero propter hominum cædes in illis factitatas, & effusum cruorem, similes etiam maris rubri apparent. Fluuius item qui in vrbem illabitur, interdum aridior & magis squalidus, exiccatúsque videtur, quam solitudo illa aquæ expers, quam Israëlitæ peragrantes, tanta siti opprimebantur, vt eò vsque contra Moysen contumeliosè vociferarentur, quoad potentia Dei (qui solus edit miracula) aqua, quam biberent, ex dura & prærupta petra copiosè efflueret: interdum tantopere inundat, vt per omnia loca finitima, vias & agros perlabatur, terrorémque incolarum animis iniiciat, ne diluuium, quod temporibus Noë totam terram periuebat, rursus irrumpens, omnes penitùs obruat. Et sicut olim à Moyse ob Pharaonis contumaciam erat in cruorem mutatus, & fœtidum post odorem fundebat: ita iam sanguine, cæ-

Alexādrinæ seditio.

Ex epistola Dionysij ad Hieracem.

Hierax episc. Ægyp. eccl.

Cædes in portubus ac plateis.

de,& hominibus in eum demersis contaminatus semper defluit. Quænam alia aqua, A quæso (cum aqua sit, quæ sordes cuiusque rei abluit) vsquam reperiri poterit, quæ aquã huius fluuij penitùs purgare valeat? Aut quomodo immensus, & penè interminatus Oceanus, licet totus in eum esset infusus, sordes huius acerbi & amari pelagi omnino eluere queat? aut qua ratione ingens fluuius ex Edem egrediens, etiam si quatuor illa capita, in quæ diuiditur, in vnum caput, nempe in alueum Geonis (qui est vnus ex illis quatuor) deriuarentur, istam tabem & colluuiẽ expurgare possit? aut quando aër, adeò corruptorum vbique halituum contagione infectus turbatúsque, purus est & salubris futurus? Etenim tam lethales à terra vapores in sublime tolluntur, tam pestiferi è mari cientur venti, tam tabidæ ex fluminibus aspirationes efflantur, tam insalubres ex portubus nebulæ erumpunt, vti ros, qui vndique diffunditur, nihil aliud sit quàm sanies cadauerum sub dio putrescẽtium: quæ quidem elementa, ex quibus fuerunt generata, tetro odore inficiunt. Et tamen mirantur admodũ, secúnque quærunt, vnde adeò continuæ pestes, vnde adeò graues morbi, vnde adeò variæ cuiusque modi corruptelæ, vnde adeò multiplex & diuersus hominum interitus oriatur. Quærunt etiam, quamobrẽ ciuitas ista maxima, non amplius tantam habitatorum multitudinem ferat (si à tenerrimis pueris incipias numerare, & ad senes ætate prouectissimos progrediaris) quantam senum, quos vocant ὠμογέροντας (id est, senes quibus iam primùm obrepit senectus) antea nutrire cõsueuisset. Nam ex illis quorum ætas erat inter quadragesimũ & septuagesimum annum interiecta, id temporis adeò multi fuerunt, vt numerus eorum qui inter decimum quartum & octogesimum iam sunt interpositi (quorum nomina in tabulas publicas pro diuisione frumenti factitatas relata sunt) eorum numerum omnino non possit exæquare. Et qui iam sunt aspectu adolescentes maximè, tanquam æquales fiunt eorum qui olim senes erant maximè. Et quamuis iam animaduertunt hominum genus in terra magis magísque in dies ad hunc modum attenuatum, absumptúmque, nullo tamen timore horrescunt: quin neque cùm illorum omnium omnino interitus crescat, & latius quotidie manet ac fundatur, vlla ex parte reformidant.

Gen. 2.
Geon flu.
Alexãdrinæ vrbis colluuies, & contagia.
ὠμογέροντες.
Qua ætate Alexandrini ciues in tabulas publicas referantur.

De morbo qui tunc inualescebat. CAP. XVII. B

PORrò autem cùm pestifer ac lethalis morbus bellum continuò insequeretur, cúmque festi Paschatis celebratio modò appropinquaret, deinceps rursus fratribus scripsit Dionysius, & graues calamitatis perturbationes illis significauit, his ferè verbis: In hac miseriarum turba, aliis fortasse neque hoc tempus, neque aliud, imò neque illud ipsum tempus quod homines putarent omnium esse lætissimum (nedum alia tempora) ad festum celebrandum satis idoneum videretur. Etenim iam lamentationum plena sunt omnia, iam lugent omnes iam mœrores, iam querelæ vniuersam vrbem propter multitudinem cùm illorum qui modò mortui sunt, tum horum qui quotidie moriuntur, occupant. Nam sicut de primogenitis Ægyptiorum scriptum est, sic & nunc ingens clamore editur. non enim est domus, in qua non sit mortuus: idque planè meritò. Multa namque & grauia incommoda, perdito eorum conatu, Christianis etiam ante hoc tempus importata fuissent. Primùm omnium nos ex vrbe expulerunt: quo quidem tempore nos soli, cùm ab omnibus persecutione exagitati essemus, & multati morte, festum lætis animis celebrauimus: & singula loca, ad singula afflictionum genera nobis præstituta, vt ager syluestris, solitudo deserta, nauis fluctibus iactata, diuersorium publicum, & horridus carcer, opportuna videbantur, in quibus celebres conuentus maximo cum studio ageremus. Quin beati martyres qui è vita cesserant, & à Deo in cœlum ad epulas erant inuitati, festum omnium certè splendidissimum peregerunt. * His de rebus deinceps bellum & fames eos de improuiso oppressere: quæ quanquam nos vnà cum gentilibus perferebamus, soli tamen inter omnes, quæcunque vrgebant, æquo animo sustinuimus. & tametsi illarum rerum, quas illi cùm consciuissent ipsi inter se, tum præterea perpessi essent, eramus ex æquo participes: pace tamen Christi, quam nobis solùm clemens largitus est, rursum mirè nos ipsos oblectauimus. Cæterùm vix tum nos, tum illi, breuissima ad respirandum sumus intercapedine potiti, cùm pestis ista subitò grassari cœpit: res planè illis ad terrendum omni metu formidolosior, ad excruciandũ quauis calamitate miserior, acerbiorque,

Ruf. ca. 19.
Huc refer Nicephor. c. 20. li. 6. Consimiliter inusitatum morbũ vide ca. 28. lib. 4. Euagrij.
Exod. 12.
Alexãdrinæ pestis causa. Christianorũ persecutio.
Christiani nullo tempore à festis celebrandis auocantur.
* Ruf. c. 20.

A que,& vt proprius illorum ſcriptor memorat, ad cogitandum ſolùm omnium opinio-
„ ne maior. Verùm nobis non eius generis putabatur: ſed à Deo cùm ad fidem noſtram
„ exercendam,tum ad tolerantiam animi probandam,nihilominus quàm alia rerum in-
„ commodarum genera quæ aliquando obtigiſſent, cœlitùs inflictam. Et ſicut alicubi à
„ nobis minimè abſtinuit:ſic in gẽtiles longè latéque oberrauit. Paulò pòſt adiungit iſta:
„ Quamplurimi è fratribus noſtris adeò immenſo quodã charitatis & fraternæ beneuo-
„ lentiæ ardore erant inflammati,vt minimè ſuæ parcẽtes vitæ, ſed ipſi ſibi inter ſe firmè
„ adhæreſcentes,eos qui morbo opprimebantur,nulla ſui cura aut cautione adhibita, ſe-
„ dulò inuiſerent,illis inſeruirent aſſiduè, pro viribus ob Chriſti amorem curarent, vnà
„ cum illis decederent è vita,lubentiſſimè contagione aliorum infecti, etiam morbum à
„ proximis quodammodo ad ſe attraherent,ſuáque ſponte aliorũ mœrores beneuolé mi-
„ tigarent. Multi item,dum aliis ægrotantibus curã adhibent,illiſque vires reſtituunt,ipſi
„ aliorum mortem in ſe deriuãtes,vitam amittunt. Et verbum illud, quod vulgò ſemper
„ dicitur, quódque veræ beneuolentiæ ſolùm videtur conuenire,nimirum vt ſinguli pro
„ amicis abeant è vita,ſéque eorum cauſa(vt ita dicam) reiectamentum efficiant, reipſa
„ expleuerunt. Ex fratribus igitur,qui virtute facilè erant præſtantiſſimi, ad hunc modũ
„ mortem oppetiuerunt. Quorum nonnulli erant preſbyteri,alij diaconi,quidam è popu
„ lo virtutis ergò multum laudati:adeò vt iſtud mortis genus,quod propter incredibilem
„ pietatem & robuſtam fidem ſuſcipiebatur, nihil à martyrij ſplendore abeſſe videretur.
„ Quinetiã Sanctorũ corpora manibus erectis ſupiniſque excipere, gremio ſuo repone-
„ re,occludere oculos,ora obturare: geſtare humeris cadauera,decenter ornare, illis ad-
„ hæreſcere,amicè complecti, lauare accuratè, & linteo funebri inuoluere non grauati
„ ſunt:ipſiq́ue qui ſupererãt,paulò pòſt ſimilia officia in ſe collata propterea adepti,quod
„ eandem mortis viam inſtarent, quam qui præiuerant inſtitiſſent. Gentiles autem his
„ omnia fecêre contraria.eos enim,qui ægrotare incipiebant,ab ædibus extrudere, deſe-
„ rere amiciſſimos,in plateis ſemiuiuos proiicere, cadauera inſepulta canibus exponere
„ dilanianda,mortis participationem & quaſi communionem auertere:quam,planè vel
B infinita diuerticula quærentes, nullo modo poterant euitare.

Peſtem quali animo pij tolerent, quali etiam impij.

Humanitas Chriſtianorũ in ægrotos.

Gẽtilium peſte graſſante inhumanitas

De Galieni Regno. CAP. XVIII.

Huc refer Niceph.ca. 12.lib.6.

POſt iſtam epiſtolam,cum ciuitatis ſtatus denuò pacatus eſſet,& tranquillus,Diony-
ſius fratribus,qui Ægyptum incoluerunt, aliam de feſtis celebrandis miſit: & præ-
ter illam, alias etiam varias exarauit. Extat item eius epiſtola de ſabbato, alia item de
gymnaſio. Hermammoni porrò & aliis in Ægypto fratribus literas conſcribens, vbi
alia tum de Decij ſceleribus & improbè factis, tum de facinoroſis moribus illorum,
qui Decium ſubſequebantur, diſſeruit: pacis & concordiæ, quæ in Eccleſia Galieno
regnante vigebat, meminit. Verùm ipſius verba audire,non alienum ab eo, quod agi-
„ mus,exiſtimo. ſic nanque ſcribit:Macrinus ille imperatorum,quibus inſeruiebat, alte-
„ rum prodens, alteri parans inſidias, cum vniuerſa familia breui radicitùs extirpatus
„ fuit. Galienus igitur,& antiquus & nouus imperator, denuò ſummo omnium conſen-
„ ſu declaratur: qui cùm ante Macrinum & liberos imperator fuit, tum poſt illorum
„ mortem imperij gubernacula ſuſcepit, iuxta illud, quod eſt ab Eſaia propheta prædi-
„ ctum: Quæ à principio fuerunt,ecce venerunt,& noua ſunt,quæ iam orientur. Quem-
„ admodum enim nubes ſubter radios ſolis percurrens,eoſdémque ad tempus opacans,
„ ipſum etiam ſolem vmbra obſcurat, & eius locum videtur occupare: deinde ea aut
„ prætergreſſa,aut liquefacta tepore,ſol qui antè etiam oriebatur,iam maiori cum ſplen-
„ dore rurſum quodammodo oriri cernitur:ſic Macrinus, qui ſe aliis præpoſuerat,& im-
„ perio Galieni,quod tantopere ambiebat,appropinquare contenderat, non amplius eſt
„ imperator,quoniam iure non erat: hic, vt antea, ſic iam pari dignitate elucet. Atque
„ imperium,tanquam ſqualida illius ſenectute depoſita, & antegreſſa vitiorum labe per-
„ purgata, iam florentius viret, longius cùm oculis conſpicitur, tum auditione manat,
„ fama deníque, maiore cum amplitudine vbique gentium peruagatur. Deinceps de
„ tempore,quo hæc ſcripſerit, iſta memorat: Mihi rurſus occurrit annos huius Impera-
„ toris conſiderare. Illos enim,qui maxima fuerũt impietate nobilitati, & propterea non
„ multo pòſt abſque nomine hominum animis omninò exciderunt, non video cur in

Ruff c.21. Aliæ Dionyſii epiſtolæ.

Macrinus proditor.

Galienus Imp ſolus, Macrino cum ſuis extincto.

Galieni pietas.

Galienus, cũ adolescens factus esset Augustus, imperiũ primũ fœliciter, mox cõmodè, ad vltimũ perniciosè gessit Eutrop. lib. 9.

* Nota hũc librum esse scriptum anno Galieni nono Christi. 265.

† Vide annot. pag. 77 la. 2. li. 13.

memoriam reuocem. * Verum de Galieno dicam breuiter. Hic vitam pietate magis A eximiam, Deíque cultu clariorem traducens, † octauo imperij anno præterlapso, iam nonum annum agit: in quo nos festa lætis animis celebremus.

De Nepote, & eius schismate. CAPVT XIX.

1 Ruff. c. 22.

2 Nepotis hæresis.

Nepotis liber.

Huc refer Nicephori c. 21. li. 6.

Cyprianũ in sermone de immortalitate.

PRæter [1] ista omnia Dionysij opera, alij duo libri De promissis erant ab eo elaborati. Causa cur hos scripserit, erat episcopus Ægypti, nomine [2] Nepos: qui promissa in sacris Scripturis, sanctis viris factitata, in hoc seculo (sicut Iudæi somniant) præstanda fore docuit: hominibúsque persuadere laborauit, eos certo quodam millenario annorũ numero in deliciis corporeis & voluptate in terra victuros. Qui cum putaret, se ex Ioannis Apocalypsi suam opinionem posse obtinere, librum quem ἔλεγχον ἀλληγοριστῶν, id est, reprehensionem eorum, qui allegorias componunt, inscribebat, de hoc argumento edidit. Cui Dionysius in duobus illis libris, quos de promissis contexuit, acriter contradicit. In priore, suam ipsius sententiam de eo dogmate exponit: in posteriore autem, de Ioannis disputat Apocalypsi. In cuius initio de Nepote mentionem faciens, ita scribit:

Dionysii de promissis libri 2. contra Nepotem.

Nepotis encomion.

Amici quantumuis etiam chari, tamen veritati sunt postponendi.

Quoniam librum quendam Nepotis pro se afferunt, quo quidem perinde ac si in illo certis indubitatísque argumentis Christi regnum in terra futurum probatum esset, magnoperè niti & confidere videntur: dicam equidem, quod sentio. Quanquam non modò pro multis aliis rebus Nepotem amplector & diligo, vt pro fide, pro studio in doctrina posito, pro assidua in Scripturis exercitatione, pro nõnullis quoque ac variis psalmis, hymnísque ab eo compositis, quibus hucusque nonnulli fratres libenter vtuntur: verùm etiam propterea, quòd ex hac vita migrauit, hominem multò magis reuereor: veritas tamen multò amicissima est, & omnibus rebus meritò anteponi debet. Ac si quid rectè dicatur, laudandum illud quidem, sine inuidia: sin quicquam parum syncerè & integrè sit scriptis mandatum, hoc cum diligentia & disquirendum, & coarguendũ. Contra aduersarium, qui coràm adest, & verbis solùm ac sermone opinionem suam tueri laborat, colloquium absque scripto, quod partim interrogando, partim respondendo iis, qui nobiscum ex aduerso pugnant, persuadere, eósque in nostram sententiam pertrahere solet, satis profectò momenti habebit, & ponderis. Verùm cùm opus scriptũ nobis obiectum sit, illúdque (vt quibusdam placet) ad persuadendum valentissimum: B cúmque doctores eius sectæ, legem & prophetas pro nihilo putent, Euangelia sequi negligant, Apostolorum epistolas deprauent: huius tamen operis, quod dixi, doctrinam tanquam magnum aliquod & abstrusum mysterium complectentem asseuerant: cúmque fratres nostros aliquanto simpliciores, & magis imperitos, de sublimi & admirando opere vel gloriosi veréque diuini Domini nostri aduentus, vel nostræ à mortuis resurrectionis, vel cum Domino coniunctionis cõsociationísque, & ad eius immortalem naturam assimilationis, non aliquando cogitare sinant, sed illis persuadere conentur, in regno Dei abiecta & mortalia præmia (qualia ab hominibus in hac vita expectare solemus) tandem futura: nobis certè necessum arbitror, aduersus istum fratrem quem dico, Nepotem, perindè ac si præstò adesset, acuta ratione disceptare. Deinde quibusdam adiectis, sic loquitur:

Nepotis doctrina qualis

Arsenoites locus.

Vbi emersit Nepotis dogma.

Dionysii congressus cum Nepotianis.

Cum essem in loco quodam, qui Arsenoites dicitur, vbi vt nosti, iampridem hoc dogma prodiit in lucem, sic vt non modò schismata nascerentur, sed integræ ecclesiæ à fide deficerent: presbyteros eius sectæ, qui fratribus in singulis pagis vndique prædicabant verbum Dei, conuocaui: eósque magnoperè cohortatus sum, vt palàm præsentibus fratribus, audiréque cupiẽtibus, illorum doctrina exquisitè discuteretur. Atque cùm librum, qui illis erat tanquã quoddam propugnaculum & murus inexpugnabilis, ad me attulissent, cõsidens in vno loco cum illis, toto triduo à primo mane vsque ad vesperam, quæ in eo scripta erant, studiosè refutare conabar. Ibi tum quidẽ certè fratrum constantiam, studium veritatis, facile obsequium, & prudentiam ideò supra modum admirabar, quòd tam præclaro ordine, & tanta cum modestia rogabant, disceptabant, nobisq; assentiebantur: atq; etiam tam diligẽter præcauebant, ne illis quæ fuerant antè ab ipsis decreta, si quicquam in eis veritati repugnare videretur, mordicus adhærerent: quinetiam contrarias rationes minimè omittebant nobis opponere, sed quoad eorum fieri poterat, ea quæ erant ab ipsis proposita, munire & defendere tentabant: & contra, vbi poscebat ratio sententiam mutare, & nostro assentire iudicio, eos

neutiquam

A neutiquam omninò pudebat: denique consciẽtia integra, syncera cogitatione, & puris „ erga Deum ac simplicibus animis, ea quæ erant firmis rationibus & testimoniis à sacris „ literis depromptis confirmata, admodum approbant. Ad extremum, huius doctrinæ „ princeps & dux Coracion, omnibus fratribus, qui aderant audiẽtibus, palàm confessus „ est, nobísque attestatus, neque se velle deinceps, quandoquidem aduersariis rationibus „ se putabat satis abundè conuictum, illi dogmati animum adhibere, neque de eo disse- „ rere, neque mentionem facere, neque aliquãdo illud vsquam docere. vnde alij fratres, „ qui aderant, pro ista disceptatione in publico Ecclesiæ conuentu habita, próque omniũ „ conciliatione & concordia maximam lætitiam animis perceperunt.

Coracion, Nepotianæ hæreseos princeps recantat.

De Apocalypsi, quæ fertur, Ioannis CAP. XX.

Huc refer Nicephori c.11.23 li.6. Refer huc etiã librum Prochoride actis D. Ioãnis, qui extat in Bibliotheca sacra nuper excusa.

Ruff. c. 23. Quorundam sinistra opinio de Apocalypsi D. Ioannis.

Dionysius paulò pòst in eodem libro, de Apocalypsi Ioannis ista refert: Quidam ante nos, librum Apocálypsis omninò antiquare, irritúmque facere, cum singula eius capita coarguendo, tum ipsum totum nec probabilitate roboratum, nec ratione conclusum ostendendo, magnoperè studuerunt, & falso titulo (nam dixerunt non esse Ioannis librum: imò neque eam posse esse reuelationem, quæ tam crasso ignorationis inuolucro esset obtecta) inscriptum affirmarunt: & non fieri posse, vt Apostolus aliquis, imò verò neque ex sanctis viris, aut ex aliis, qui sunt Ecclesiæ membra, quispiam, sed Cerinthus quidam (vnde hæresis Cerinthiana primum orta inuectáque est) eius libri author existeret: qui operi suo tam commentitio, támque pleno vanitatis, nomen " celebre & dignum approbatione voluit imponere. Peruersam autem istius Cerinthi " doctrinam talem fuisse memorant: Regnum Christi terrestre fore: eúmque, vtpote " corporis voluptatibus & carnis illecebris penitùs deditum, in illis rebus quarum cupi- " ditate incendebatur, regnum Christi futurum somniasse: hoc est, non in illis solùm, " quæ ventri & partibus, quæ ad Venerem explendam pertinent, inseruiunt, vt in escu- " lentis & poculentis, & nuptiis: verùm etiam in his, quibus illas facilius & procliuius " suppeditari putabat, hoc est, in festis, victimis & hostiis mactatis. Verùm ego librum " ipsum nullo modo audeo abrogare, præsertim cùm adeò multi fratres eum tam ma- " gno æstiment: sed hanc mecum de eo opinionem concipio, longè abstrusiorem esse in " illo materiam, quàm mens mea facilè consequi queat, & singulis propè sententiis sen- " sum quendam mysteriis inuolutum, & valde admirabilem delitescere, planè existimo.

Cerinthus. Cerinthiana hæresis qualis

Apocalypsis Ioannis qualis liber Dionysio visus.

B Et quanquam eum ipse non intelligo, suspicor tamen intellectum quendam recondi- " tiorem verbis ipsis inclusum: atque istas res non propria ratione metior ac pondero, sed " fidei potiùs tribuo, & altiores diuinioresq́; profectò arbitror, quàm quas ipse vllo pacto " cogitatione comprehendere valeam. Atque non eas improbo, quas non intelligo: sed " ideò potius admiror, quòd mentis acie lustrare non queo. Deinceps autem simul ac to- " tum Apocalypsis librũ accuratè disquisiuit, cúmque ex eo sensu, qui nobis in promptu " positus videtur, non posse intelligi demõstrauit, hæc adiungit: Cum ipse Propheta totã " illam prophetiam ferè ad exitum perduxerit, non eos solùm, qui eam obseruant, beatos " pronũciat, sed se ipsum etiam. Beatus est, inquit, qui custodit verba prophetiæ libri hu- " ius: & ego etiam Ioãnes, qui vidi & audiui hæc. Proinde ipsum authorem libri Ioãnem " appellari, & librum à Ioanne quodam scriptum, non equidem inficias eo. nam ab ali- " quo viro pio & diuinitùs inspirato editum, facilè assentior. Attamen hunc Apostolum " fuisse, filium Zebedæi, fratrem Iacobi, à quo tùm Euangeliũ, quod secundum Ioãnem " inscribitur, tum epistola catholica, composita fuit, non tam facilè possum concedere. " Nam ex vtriusque cùm stylo, tum verborum genere, tum totius libri Apocalypsis velut " discursu, non eundem esse Ioannem, coniectura auguror. Euangelista enim nomen " suum nusquam inscribit, neque vel seipsum per Euangelium, vel per epistolã aliquãdo " prædicat. Deinde paucis interpositis, iterum ita differit: Ioannes de libro vel tanquam à " seipso, vel tanquam ab alio quopiam scripto, nullo in loco mentionem facit. Iste autem " qui scripsit Apocalypsim, statim in intio nomen suum ponit: Apocalypsis Iesu Christi, " quam dedit illi Deus, vt palàm faceret seruis suis, quæ oportet fieri citò, & significauit " mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, " & testimonium Iesu Christi, & quæ vidit. Deinde in eadem Apocalypsi, tanquam epi- " stolam quandam scribit Ioannes septem ecclesiis, quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax,

Apoc. 22.

Apocalypseos Ioannis autor quis.

Colligit argumentis nõ esse Apocalypsin Ioan. Euangelistæ.

Apoc. 1.

Ibidem.

1. Ioan. 1.

A Verùm Euangelista ne in Epistola quidem catholica nomen præfatur, sed exordio superuacaneo omisso, ab ipso mysterio diuinæ relationis initium capit: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris. Ac pro eadem reuelatione Dominus Petrum beatum dixit, sic locutus, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Quinetiã neque epistolæ secundæ & tertiæ, quæ dicuntur esse Ioannis, licet perbreues sint, Ioannes nominatim præponitur: sed præsbyter inscribitur, vacans nomine. Iste Apocalypseos author non satis esse putabat semel se nominare, & ita in reliqua oratione progredi, sed nomen iterum atque iterum repetit: Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Iesu Christo, fui in Insula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, & testimoniũ Iesu Christi. Rursus in extremo libro ista memorat: Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius, & ego Ioannes, qui vidi & audiui hæc. Idcirco, quòd Ioannes sit, qui hęc scribat, fides ei ita de se loquenti adhibenda est: sed quisnam Ioannes iste fuerit, incertum est. Neque enim vocat seipsum, quemadmodum Ioannes Euangelista in Euangelio sæpè, dilectum à Domino discipulum, neque eum, qui supra pectus Domini recubuerit: neque fratrem Iacobi, neque contemplatorem & auditorẽ Domini. Aliquid namque istorum, quæ demonstrata sunt, dixisset, eo quidem animo, vt seipsum quis esset perspicuè declarare potuisset. At horum nihil dixit: sed fratrem vestrum, & participem dixit, & testem Iesu, & beatum ob contemplationem & auditionem reuelationum. Cæterùm Ioannis Apostoli multos fuisse gentiles arbitror: qui propter singularẽ amorem, quo erga illum affecti erant, propter admirationem quam de eo habebant, & propter æmulationem, qua ad illum imitandum flagrabant, & quòd à Domino pari ratione diligi cupiebant, etiam istam appellationem amplexati sunt: Quemadmodum nomina Pauli & Petri, fideliũ liberi crebrò ferunt. Est item alius Ioannes in Actis Apostolorum, cognomẽto Marcus: quem Barnabas & Paulus sibi in societatem asciuerant. Vtrùm sit hic, qui Apocalypsim scripserit, non possum pro certo affirmare. nam non est scriptis à Luca proditum, cum in Asiam vnà cum illis aduentasse: sed soluentes, vt ipse ait, à Papho, Paulus, & qui cum Paulo erant, venerũt in Pergem Pamphiliæ: Ioannes ab illis decedens, reuertitur Hierosolymam. Alterum ergo puto eorum fuisse, qui B in Asia versabantur. Siquidem duo ferunt Ephesi esse monumenta, & vtrunque Ioañis nomine inscriptum. Porrò cùm ex sensu, tum ex verbis, eorúmque compositione, meritò alter ab eo, qui scripsit Euangelium, existimabitur. Nam Euangeliũ & epistola inter se consentiunt, & incipiunt eodem ferè modo. Illud enim sic loquitur: In principio erat verbum. hæc ita dicit: Quod erat ab initio. Illud ait, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. hæc eadem ipsa loquitur, paululum admodum immutata: Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod pespeximus, & manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ, & vita manifestata est. Ista enim tanquam prolusione quadam tam sæpè, & tanta cum animi contentione repetit, contra eos (sicut in sequenti sermone declarauit) qui asserebant Dominum non venisse in carne. & propterea hæc studiose accuratéque attexuit: Quod vidimus testamur, & annunciamus vobis, vitam æternã, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. Quod vidimus, & audiuimus, annunciamus vobis. In isto inhæret, & ab eiusmodi sententiis ferè non digreditur: iisdem tanquam rerum capitibus, iisdémque verbis omnia tùm in Euangelio, tùm in epistola prosequitur. Quorum nonnulla nos breui obseruatione notabimus: Qui verò attenta cogitatione in perlegendis & Euangelio & epistola se defixerit, in vtroque reperiet sæpè vitam, sæpè lucem, dehortationem à tenebris, semper ferè veritatem, gratiam, gaudium, carnem & sanguinem Domini, iudicium, remissionem peccatorum, charitatem Dei erga nos, charitatis mutuæ inter nos mandatum, quomodo oporteat omnia seruare mãdata, reprobationem mundi, diaboli, Antichristi, Sancti Spiritus promissionem, adoptionem filiorum Dei, fidem à nobis omninò requisitam, patrem & filium vbique inculcatum. & vt summatim dicam: Si omnes Euangelij & epistolæ, quasi dicendi formas notare lubet, vnum & idem vtriusque tanquam filum orationis animaduertere in procliui erit. Apocalypsis autem ab his alienissima est, & maximè præ his peregrina, adeò vt neque sensu cum illis coniuncta sit, neque propè accedat, neque syllabam (penè dixerim) habeat cùm illis communem. Imò neque mentionem vllam, neque significationem epistola

(missum

Matth. 16.

Ioannis epistolæ secunda & tertia.

Apoc. 1.

Apoc. 22.

Plures Ioannes.

Ioannis apostoli multi gẽtiles.

Plures Petri & Pauli.

Act. 15.

Ioannes Marcus.

Act. 13.

Quatuor argumentis colligit Apocalypsin non esse Ioan. Euang.

Euangelij Ioannis, & primæ eius epistolæ consensus.

1. Sensu.

2. Verbis.

3. Silẽtio quod de Apocalypsi est perpetuum in genuinis Ioan. Euang. scriptis.

A (missum enim facio Euangelium) habet Apocalypseos, neque Apocalypsis epistolæ:
„ cùm tamen Paulus de reuelationibus, licet eas non per se & separatim conscripserit, a-
„ liquam mentionem faciat. Præterea ipsa dictionis formula differentiam euangelij & *4. dissimilitudine dictionis.*
„ epistolæ ab Apocalypsi facilè licet internoscere. Nam illa nō modò, vt Græci loquun-
„ tur, ἀπταίστως id est, absque vllo orationis vitio, sed etiam summa cum verborum ele-
„ gantia, maximo sententiarum pondere, & concinna elocutionis dispositione perscri-
„ pta sunt: tantum abest vt vox aliqua barbara aut solœcismus, aut imperitus & rudis ser- *Ioannis Euāgelistæ eloquentia.*
„ mo in eis reperiatur. Habebat enim Euangelista, vt videtur, hæc vtraque: & disertum
„ sermonem, & scientiam diuinam: propterea, quòd Dominus ista duo, nimirum donū
„ sapientiæ, & donum cognitionis, illi largitus fuisset. Et quanquam hunc, qui scripsit *Apocalypsis stylus barbarus.*
„ Apocalypsim, scientiam & prophetiam animo cœpisse, non equidem inficior: eius
„ tamen sermonis proprietatem & linguam non adeò limatè & polirè Græcè loquentē
„ animaduerto: sed modis loquendi planè barbaris vtentem, & interdum etiam solœcis-
„ mo: quæ quidem in præsentia adnotare non est necesse. Nec quisquam me cauillandi
„ studio adductum hæc dixisse existimet: sed solum, vt istarum scripturarum dissimilitu-
« dinem accuratè distinguerem.

De epistolis Dionysij Alexandrini episcopi. CAP. XXI.

Huc refer Nicephori cap. 24. 26. lib. 6.

PRæter epistolas Dionysij suprà commemoratas, aliæ complurès eius extant episto- *Dionysij scripta.*
læ: vt illæ, quæ sunt contra Sabellium, ad Ammonem ecclesiæ Bernicensis episco- *Ammon episc.*
pum missæ: & ea, quæ ad Telephorum, & quæ ad Euphranorem data fuit: alia iterum
ad Ammonem, & Euporum. Quatuor item libros eodem argumento, nempè contrà
Sabellij hæresim composuit: quos gentili suo Dionysio, qui Romanus erat episcopus, *Dionysius Rom. episc.*
dedicauit. Non paucæ præter has sunt illius apud nos epistolæ. Quinetiam libri illius
sunt, epistolæ forma, pluribus verbis compositi: vt hi de natura. Timotheo filio dicati:
alius de tentationibus, quem Euphranori obtulit. Ad Basilidem porrò, ecclesiarum
Pantapolis episcopum scribens, ait se commentarios in principium libri, qui Ecclesia- *Basilides episc.*
stes dicitur, confecisse. Adde huc diuersas & varias eius epistolas ad eundem Basilidem
B scriptas, quas nobis reliquit. Verùm de Dionysij operibus satis.

De Paulo Samosatensi, & de hæresi ab eo in Antiochia instituta: & de claris episcopis, qui per ea tempora innotuerunt. CAP. XXII.

Huc refer Niceph. ca. 27. lib. 6. Vide Epiphan. hæresi. 1. lib. 2. tomo 2. Augustinū hæresi 44.

IAm verò, post istarum rerum explanationem, sequitur vt res nostra ętate gestas, qua- *Eusebius iam venit ad historias ætatis suæ.*
les tandem fuerint, posteritati prodamus. Cum Xystus Romanam ecclesiam vnde-
cim annis rexisset, Dionysius gentilis illius, qui fuit episcopus Alexandriæ, episcopatū *Dionysius Rom. episc.*
Romanum obtinuit. Intereà Demetriano Antiochiæ vitam deserente, Paulus ex Sa-
mosata episcopatus dignitatem assequitur. Et quoniam iste abiectā & humilem nimis *Paulus Samosatenus, eiusque hæresis.*
de Christo contra doctrinam ecclesiasticam habebat opinionem, nempè quòd solùm
communi natura erat cum homine præditus, * Dionysius Alexandrinus rogatus est, *Ruffi. c. 24
vt veniret ad Synodum: qui quanquam senectutem simul & imbecillitatem corporis
causando præstò esse renuit, per epistolam tamen illos, quam habebat de controuer- *Synodus contra Paulum.*
sia sententiam, fecit certiores. Cæteri autem ecclesiarum pastores, alius aliunde, contra
istum Paulum, tanquam pestem & perniciem gregis Christi, itinere cum celeritate
confecto, omnes Antiochiæ in vnum conuenerunt. Inter hos maximè præstare vide-
bantur Firmilianus Cæsareæ Cappadocum episcopus, Gregorius, & Athenodorus *Firmilianus, Gregorius, Athenodorus,*
fratres, pastores ecclesiarum, quæ sunt in Ponto: Helenus præterea, qui Tarsi rexit Ec- *Helenus,*
clesiam: & Nicomas, qui Iconij ecclesiæ ministerio functus est. Huc accedit Hyme- *Nicomas,*
næus, ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopus: & Theotecnus, qui Cæsareæ Palestinæ, *Hymenæus, Theotecnus,*
Hierosolymis finitimæ, administrationem obtinuit. Adde his Maximum, qui fratri- *Maximus,*
bus Bostræ decorè & insigniter præfuit. Ac tametsi alios penè infinitos episcopos vnà *præcipui Patres qui Synodo interfuerunt.*
cùm presbyteris & diaconis, qui eius rei gratia in vrbe suprà demonstrata, id temporis
coacti erant, vix aut ne vix quidem aliquis poterit enumerare: inter eos tamen hi, quos
dixi, facilè primas tenuerunt. † Omnibus igitur variis temporibus (vt tulit occasio) & †Ruffi. c. 25

N iiij

* Hic Ruff. multa de Gregorio inseruit, quæ textus Eusebij nō habet.

persæpè in vnum conuenientibus, in vno quóque congressu orationes habitæ sunt, & quæstiones positæ, cùm a Paulo Samosateno, qui peregrinam sam & alienam ab ecclesia doctrinam adhuc occultare & obtegere & moliebatur: tum ab illis, qui eius errorem & in Christum blasphemiam patefacere, & in apertum proferre omni studio elaborabant. * Interea temporis Dionysius, cum iam decem & septem annis episcopatum Alexandriæ administrasset, duodecimo anno imperij Galieni moritur. huic successit Maximus.

Dionysio succedit Maximus.

Quonam pacto Paulus à quodam Malchione presbytero reprehensus, abdicatus sit. CAP. XXIII.

Ruf. ca. 26.

Claudius Imperator anno Domini 271. Aurel. Impera. anno Christi 273. Huc refer Nicephor. ca. 28. li. 6.

GAlienus vbi quindecim annos integros gubernasset, Claudius Imperator designatus est. Iste biennio percurso Aureliano tradit imperium: Cuius temporibus, Paulus dux & author erroris, qui Antiochię grassabatur, in postremo cōcilio episcoporum numero propè infinitorum, contra eum conuocato, sui erroris & peregrinæ opinionis perspicuè conuictus, & omnium iam consensu palàm condemnatus, ab vniuersa & catholica Ecclesia, quæ sub cælo est, penitùs exturbatus fuit. Ex quibus Malchion in primis, schola humanioris literaturæ, quæ erat Antiochiæ, magister, vir cùm in aliis disciplinis disertus, tum in sapientiæ studio eximius, ac propter singularem fidei in Christum ingenuitatem presbyterij munere in illa ecclesia donatus, eum velut integumentis dissimulationis euoluens, acriter coarguit. Iste enim disputationem contra illū instituens (quam id temporis à scribis celeri manu exceptam, & hucusque reseruatam scimus) hominem animo veteratorio præditum, & fraude plenum, solus præ cæteris relegendi vim habuit, & tanquam omnium oculis subiiciendi.

Malchion presbyteri Paulum Samosat. disputatione conuincit.

De episcoporum contra Paulum epistola. CAP. XXIIII.

Episcoporum literæ de Paulo conuicto & eius heresi damnata, ad Dionys. Ro. & Maxim. Alexandr. episc.

B

Huc refer Nicephor. c. 27. 29. 30. lib. 6.

OMnes igitur episcopi & pastores, qui in concilio suprà commemorato erant conuocati, vnam communi consensu epistolam ad Dionysium episcopum Romanū, & ad Maximum Alexandriæ ecclesiam procurantem, nominatim conscrisperunt: cuius exemplaria ad omnes prouincias miserunt. In qua quidem epistola & suum studium, ac diligentiam in ea re positam omnibus declarârunt: & peruersam Pauli hæresim, argumenta in ea refutanda, quæstiones quas ei proponebant, omnem prætereâ hominis vitam & mores dilucidè exposuerunt. Eorum igitur voces ex ea epistola petitas, in præsentia memoriæ & posteritatis causa persequi, præclarum fortasse & commodum videbitur.

Dionysio, Maximo, & omnibus vbique in orbe terrarum collegis, episcopis, presbyteris & diaconis, & vniuersæ ac catholicæ sub cælo Ecclesiæ: Helenus, & Hymenæus, & Theophilus, Theotecnus, & Maximus, Proclus, Nicomas, & Aelianus, Paulus, Bolanus, *& Protogenes, Hierax, & Eutychius, Theodorus, Malchiō, & Lucius, & reliqui omnes episcopi & presbyteri & diaconi, qui ciuitates & regiones finitimas apud nos incolunt, & Ecclesiæ Dei, quæ apud nos sunt, dilectis fratribus in Domino, Salutem.*

Dionys. Alexandr. vt egerit cū Paulo.

Istis paulò post hæc subiūgit: Scripsimus epistolas ad episcopos, qui longiore locorū interuallo à nobis distabant: eosq; obsecrauimus, vt ad hanc lethalem & perniciosam doctrinam curandam accederent: vt potè ad Dionysium episcopū Alexandrię, & Firmilianū episcopum Cappadociæ, homines beatos & fœlicis cōmemorationis. quorū alter, Dionysius scilicet, quāquam neq; ad erroris ducem separatim scribere, neq; omninò eum salutare dignatus est, ad vniuersam tamen ecclesiam Antiochię epistolā misit: cuius exemplar huic nostræ epistolę subiunximus. Alter autem, nempè Firmilianus bis huc accessit, & ea, quæ à Paulo innouata erant & excogitata peruersè (quemadmodū cum nos, qui aderamus, & scimus & testificamur: tum alij complures, qui eiusdem rei nobiscum conscij sunt) coràm eruditè certè refutauit. Vnde cum Paulus sententiā se mutaturum fuisset pollicitus, iste fidem illi adhibens, & spem animo concipiens, causam controuersiamque sine vlla verborum contumelia commodè fore compositā,

Vt item Firmilianus Cappad. episcop.

eam

A cam ad tempus distulit:& ita ab illo, qui & Deum suum negasset, & Dominum, & fi-
„ dem, quam antè habuerat, minimè conseruasset, dolo deceptus fuit. Firmilianus ergo
„ (vtpotè qui iam de impia eius prauitate, qua Christum Deum pernegauerat, satis fecis-
„ set periculi) cum esset rursus Antiochiam peruenturus, & ad Tarsos vsque perrexisset,
„ intereà loci dum nos conueniremus, dum illum accerseremus, dum eius expectare-
„ mus aduentum, extremum vitæ diem obiit. Posteà in eadem epistola Pauli vitam, quo-
„ modo instituta fuerit, quó pacto morata, his verbis describunt: Quoniam Paulus, reli-
„ cto Ecclesiæ canone, ad adulterinam deprauatamque doctrinam se transtulit, eius res
„ gestas, cum sit extra Ecclesiæ fines eiectus, nihil attinet disquirere: neque quòd antea
indigentia & mendicitate oppressus, neque quòd à parentibus opum aut facultatis nihil omninò nactus, neque quòd arte aut instituto aliquo quicquam adeptus, iam ad maximam diuitiarum affluentiam peruenerit: idque ex nefariis sceleribus, sacrilegiis, & muneribus, quæ à fratribus iniuria affectis (quos se adiuturum pollicitus, callidè ludificatus est) cum flagitando, tum eorum animos ad aliquid sibi largiendum impellendo, per fraudem extorserat:& ita, dum quæstum pietatem ducebat, eorum liberalitate qui litibus implicati tenebantur, quique quò ab aduersariorum calumniis liberarentur, ad dandum valde erant propensi, nequiter abusus est. Neque commemorare opus est, quo pacto se insolenter extulerit, & secularium honorum gradus sibi assumpserit, séque arroganter in iisdem gesserit, & ducenarius potius quàm episcopus nuncupari voluerit, & per forum volutarit, & modò epistolas legendo, modò quid illis responsi daretur præscribendo, magna satellitum turba, partim eum antecedentium, partim subsequentium stipatus, superbo gradu palàm incesserit: adeò vt propter intolerandum eius fastidium, & nimiam animi elationem, fides nostra grauem inuidiæ notam, odiúmque permagnum subierit. Neque necessum est dicendo persequi, illius præsti-
B gias in conciliis ecclesiasticis vsurpatas, quas falsæ gloriæ vmbras consectando, & uarias ineptiarum species aucupando, & imperitiorum mentes eo pacto in sui admirationem traducendo, callidè excogitauit: neque qua ratione sedem & thronum sublimen sibi parârit, eúmque non vt Christi discipulum decet, sed vt mundi principes solent, † secretum & separatum habuerit, nomine suo appellârit, femur in eo sedens manu percusserit, calcibus aliquando ipsum pulsarit:& qui, cùm eum audirent concionantem, non laudibus extollerent, non (vt in theatris fieri solet) se agitationibus, quo illi applauderent, in orbem versarent, non more gladiatorum & mulicrcularum, quos apud se habebat, inconcinnè ei acclamarent, & quasi tripudiis gestirent: sed vt in domo Dei par est, modestè moderatéque auscultarent, eos grauiter increpârit, & verbis contumeliosis exceperit: neque quomodo in verbi Dei interpretes, qui è vita excessissent, dùm in hominum frequentia palàm prædicaret, petulanter & importunè debacchatus fuerit: & non tanquam episcopus, sed tanquam sophista & præstigiator de seipso magnifica verba iactitarit. Porrò quid vobis in memoriam reuocemus, quemadmodum psalmos & cantus, qui ad Domini nostri I E S V Christi honorem decantari solent, tanquam recentiores, & à viris recentioris memoriæ editos, explosserit:& in media ecclesia, solemni Paschatis die, mulieres, quæ inanes cantilenas (quas si quispiam audiret, planè exhorresceret) in ipsius laudem funderent, parârit? Aut quid vobis exponamus ea blasphemiarum genera, quæ episcopos & presbyteros, qui agros & ciuitates finitimas incolebant, quo illi blandirentur, in concionibus suis ad populũ habitis, loqui permiserit? Nam nullo modo confiteri voluit (vt aliquid iam antè obiter inseramus, quod pòst dicetur apertius: neque id nostris verbis solum confirmabitur, sed multis & variis locis Commentariorum ipsius, quos ad vos misimus, & maximè vbi asserit Christum terrenum esse, & humi natum, perspicuè ostendetur) filium Dei è cœlo descendisse. Sed qui in istum Paulum impium ipsorum magistrum cantus recitabant, & palàm apud populum laudibus efferebant, eum angelum dixerunt, è cœlo demissum. Atque ista fieri non prohibuit: sed cùm in ipsum impudenter dicebantur, insolens & fastidio tumidus adfuit. Præterea quid est cur literis prodamus, asciticias illius mulieres) quas † συνεισάκτους Antiocheni appellãt) & mulieres etiam presbyterorũ & diaconorum suorum, quorũ non hoc peccatum solum, sed alia propè insanabilia, cùm eorundem conscius esset, exploratéque cognita haberet, callidè occultauit, quo illi ita ipsi obærati astrictíque, dum sibi ipsis metuebant, malè, scelerũ quæ ille vel verbo vel factis

Firmiliani mors.

Pauli Samosateni vita et mores.

Paulus Ecclesiæ patres cõtemnit vt nostri temporis hæretici.

συνεισάκτοι mulieres.

Ducenarij temporibus nostris similes esse videntur Cancellarius, quantũ Scotus asserit de insignibus magistratuũ. Fit eorum mẽtio in L. Matriculã de agent. in rebus cod. lib. 12.

† σήκρητον vnde Secretarij, & à Secretis dicũtur.

† συνεισάκτοι Ruffinus in Canonibus Nicenę Synodi ecclesia. hist. lib. 10. c. 6. extraneas mulieres vertit. Sicuti etiã extraneæ dicuntur in L. eum qui, Cod. de episco. & Cler. Sunt autem neque vxores, neque concubinę, sed tertij cuiusdam generis mulieres, quas secum viri ecclesiastici, non creãdæ sobolis, neque libidinis gratia, sed pietatis studio fouere solent. De quibus extat præclara homilia Chrysostomi. Vide Greg. Theol. cõtra συνεισάκτους ad virgines Deo dicatas.

conſciuiſſet, reum agere non aliquando auderent, quinetiam ipſos magnopere locupletauit: & propterea apud illos qui talium rerum cupiditate incendebantur, in magna gratia & admiratione fuit. Atque vt hoc pro certo habemus cognitum, fratres in Chriſto dilecti, non epiſcopum modò, ſed ſacerdotium etiam vniuerſum, populo omnium bonorum operum & rectè factorum exẽplar eſſe debere: ſic illud minimè ignoramus, permultos ab iſta mulierum in ſuam ſocietatem aſciſcendarum ratione & modo, pietate penitùs excidiſſe: alios autem veniſſe in ſuſpicionem flagitij. Quare licet aliquis hoc daret, eum nihil laſciuiæ aut petulantiæ in illas admiſiſſe: ſuſpicio tamen, quæ ex eiuſmodi re oriri ſolet, ſedulò cauenda fuiſſet, ne fortaſſe alicui eſſet offenſioni, alios autem ad ſe imitandum impellere potuiſſet. Quo pacto enim alium aut reprehendere poterat, aut admonere vti deinceps ſe mulieris conſuetudine abſtineret, diligentérque caueret ne eius illecebris (ſicut ſcriptum eſt) laberetur in turpitudinẽ: qui vna repudiata duas ætate florentes & aſpectu perliberales ac venuſtas ſecum habuit? quas, ſi quopiã fortè iret, circumduxit vnà: idque delicias conſectando, quibus cęcam animi libidinem extra modum explere laborauit. Quibus de cauſis tametſi omnes intra ſe grauiter lamentati & conqueſti ſunt, eius tamen potentiã & quaſi tyrannidem ita extimuerũt, vt eum accuſare omnino nõ auderent. Sed iſta vitia, vt diximus, in homine ſenſu rectò & fide catholica imbuto, & vnà nobiſcum infideliũ numero habito, poſſent corrigi: & ab illo, qui nefario errore Artemonis (quidni enim patrem eius, vnde hæreſim ſuam hauſit, vobis ſignificemus?) abductus, myſterium fidei ac religionis noſtræ prodiderit, nefariiſque conuiciis affecerit, non neceſſum arbitramur illarum rerum rationes repoſcere. Tandem in ipſo calce epiſtolæ hæc addunt. Iſtum igitur tam Deo aduerſarium, tãque contumacem, eramus coacti Eccleſia & congregatione fidelium indicere, excluderéque & alium epiſcopum, qui huic eccleſiæ catholicæ præeſſet, in eius locum ſubſtituere: vnde Domnum, diuina certè (vt putamus) prouidentia deſignauimus, Demetriani hominis fœlicis commemorationis (quippe qui hanc eccleſiam ante hunc præclarè rexiſſet) filium: omni genere virtutum, quæ epiſcopum decent, exornatum. Ac vos de eius electione per epiſtolam certiores fecimus, vt illi ſcribatis, & ab eo[1] literas accipiatis communionis. Paulus autem ad Artemonem literas ſcribat: & ſi qui Artemonis partibus faueant, cum eo deinceps communicent. Atque hæc hoc loco ſint à nobis collocata. Vbi Paulus igitur ſimul cum orthodoxa, fide epiſcopatum amiſiſſet, Domnus (vt dictum eſt) miniſterium eccleſiæ apud Antiochiam ſuſcipit. Verùm cùm Paulus ex epiſcopi domo, eius eccleſiæ propria, exire nollet: Imperator Aurelianus de ea re rogatus ſententiam, ſanctiſſimè quid eſſet agendũ decreuit. Præcepit enim, vt domus eccleſiæ illis tribueretur, quibus Chriſtiani Italiæ & vrbis Romæ epiſcopi per literas tribuendam præſcriberent. Sic demum Paulus de quo docuimus, cum ſummo dedecore ſecularis imperij ac poteſtatis authoritate ab Eccleſia penitùs extruditur. Quo quidem tempore talem, & tam benignè erga nos animatum, ſe Aurelianus declarauit. * Verùm tempore ſui imperij progrediente, aliena opinione & propè contraria de nobis concepta, quibuſdam iam conſiliis impulſus fuit, vt perſecutionem contra nos cieret. Creber de hac re apud omnes ſermo ferebatur. Sed tamen iam iam propè dixerim Aurelianum, cùm literas contra nos compoſitas manu ſubſcriberet, diuina vltio ſubitò occupauit: quæ cùm brachiorum commiſſuris eneruatis, illum ab inſtituto repreſſit tum omnium oculis clarè & manifeſtò ſpectandum ſubiecit, quomodo mundi principibus ne minima quidem data ſit facultas aliquid contra Chriſti eccleſias moliendi, niſi præpotens Dei manus, diuino ſuo & cœleſti iudicio, temporibus quibus Eccleſiam probare decreuerit, iſtud diſciplinæ & caſtigationis cauſa perfici & expleri permiſerit. Cùm Aurelianus ſex annos imperium gubernaſſet, ſuccedit Probus. Qui cùm totidẽ annos idem munus obiiſſet, Carus vna cum filiis Carino & Numeriano Rempublicã capeſſit. Rurſus, hiſce non triennio integro imperij admiſtratione perfunctis, ſumma rerum & imperij[2] Diocletiano, & illis qui poſt eum in regendi ſocietatem cum illo aſciti erant, delata fuit. Quorum temporibus grauis contra nos incendebatur perſecutio, & eodem momento violenta eccleſiarum euerſio facta eſt. * Quoniam paulò antè, vbi Dionyſius Romæ eccleſiæ miniſterium nouem annis procurauerat, epiſcopatu potitur Fœlix.

Epiſcopum et ſacerdotem populo exemplar bonorum operũ eſſe debere.

Artemonis error.

Domnus epiſ. Demetriani epiſc. F.

1 Literæ communionis, vide Can. 33.

Pauli excommunicatio.

Aurelianus Imp. Chriſtianis infenſus.

Perſecutio nona in chriſtianos mota anno Chriſti 278 Aureliani 5

Principib. mũdi quatenus ſeruire contra eccleſiã liceat Imperatores.

Probus Imp.

Carus Imp.

Carinus & Numerianus Imp.

2 Diocletianus Imp. anno Chriſti 287. Fœlix epiſc. Rom.

*Ruffi. c. 27

De Dioclet. ac cæteris Imp. illis, vt & de ſuperioribus omnibus, vide compẽdio Cuſpinianũ.

* Euſeb. in Chron. Aurelianus cũ aduerſum nos perſecutionem mouiſſet, fulmen iuxta eum comiteſque eius ruit, ac non multo poſt inter Conſtantinopolim & Heracliam in Cenophrurio viæ veteris occiditur: de hoc vide c. 24. 25. infra ad Sanctorũ cœtũ

A

B

A *De Manichæorum hæretica prauitate, quæ tum primùm incœperat.*

CAPVT XXV.

Huc refer Nicephor. cap 31. 32. lib.6. Vide Epiphan. hæresi 2. lib. 2. tomo 1. Vide Socra. li. 1. cap. 17.

EOdem tempore¹ Manes quidam mentis insania exagitatus (cuius nomen errori dæmoniaco, qui ab eo oriebatur, non inscitè respondit) ipso satana Dei aduersario hominem ad multorum perniciem subornãte, syncerum rationis iudicium euertere, & tanquam armis oppugnare laborauit: & sicut vita, oratione & moribus barbarus, sic natura dæmoniacus & furiosus fuit: vnde his rebus mirè conuenientia animo institués ipsius Christi formam ac personam induere conatus est. Interdum autem Paracletum & Spiritum sanctum ipse se prædicauit, & ista rabie fuit ac furore nimium inflatus, interdum ad exemplum Christi duodecim discipulos, consortes suæ nouæ & inauditæ prauitatis, delegit. Falsa & impia dogmata ex infinitis erroribus qui iam olim extincti fuissent, in vnum conferciens, & de Persarum regione in istas orbis partes transferens tanquam venenum quoddam mortiferum apud nos euomuit. Ex quo fonte impium Manichæorum nomen ductum est, & apud multos adhuc viget.

¹ Manes, eiusque hæresis. Manichæi.

De viris Ecclesiasticis qui ea tempestate celebres erant: & quinam ex ipsis vsque ad Ecclesiæ depopulationem superfuerunt.

CAPVT XXVI.

Huc refer Nicephor. ca. 34. 35. 36 37. lib. 6.

TAlis igitur causa extitit commenticiæ illius doctrinæ & erroris. qui temporibus suprà demonstratis in lucem prodiit: quibus, quidem temporib. cùm Felix quinquénio Romanã rexisset ecclesiam Eutychianus eius capessit locum. Iste non decem mẽsibus ad exitum plenè perductis, Gaio, qui nostra viguit memoria, cleri ministerium reliquit. Cui, cum quindecim annos illud munus administrasset, à Marcellino successum est. Cuius temporibus, persecutio suprà demonstrata (in qua ipse martyrio occubuit) exorta est. * Per id temporis episcopatum Antiochiæ, post Domnum mortuum, obtinuit Timæus: cui Cyrillus, qui nostra vixit ætate, successit: cuius temporibus Dorotheum dignitate sacerdotali tum Antiochiæ donatum, virum sanè disertum, cognouimus. Hic in sacris literis exquisitè eruditus fuit: linguæ Hebraicæ diligentem nauauit operam, adeò vt scripturas Hebraicas scienter posset intelligere. Erat honestis ac liberalibus parentibus prognatus, humanioris literaturæ neutiquam expers: eunuchus reuerà natus, vti illum Imperator propter incredibilem eius naturam, in suam familiam asciuerit, & præfectura purpuræ tingendæ, quæ apud Tyrum est, honorificè donarit. Istum nos Scripturas in ecclesia non incommodè explicantem audiuimus. Cyrillo vita defuncto, Tyrannus ecclesiæ Antiochiæ episcopatum assequitur: quo illo officio fungente, bellum ad ecclesias expugnandas susceptum vehementer exarsit. Laodicensis ecclesiæ gubernationem, post Socratem Eusebius obtinuit, ex vrbe Alexandria oriũdus. Causa autẽ eius à patria profectionis, erat controuersia illa de Paulo Samosateno suscepta, cuius gratia in Syriam profectus, ab illis qui ad religionem Christi propagandam omne suum studium conferebant, ne domum reuerteretur, prohibitus fuit. qui quidem (sicuti ex verbis Dionysij, de eo à nobis suprà citatis, facilè licet cognoscere) præ cæteris præstantibus nostri temporis viris tanquam preciosus quidam pietatis thesaurus extitit. Anatolius genere etiam Alexandrinus post illum creatur episcopus, bonus (vt aiunt) boni viri successor. Qui cùm ob eloquentiam, tum ob doctrinam humaniorem, & cognitionem philosophiæ, inter homines nostri temporis, qui erant spectatissimi, facilè principem locum obtinuit: quippe in Arithmetica, Geometria, Astronomia, & differendi facultate, in contemplatione & perspicientia naturæ, in oratorum quoque disciplinis venerat ad summum. quarum rerum gratia, fama est, ciues Alexandriæ, cum illi ludo, in quo Aristotelis doctrina docebatur, magistrum præfecisse. Ac tametsi in obsidione Alexandriæ, cùm ibi magna esset †frumenti inopia, alia præclarè ab eo res gestas penè infinitas commemorant, vtpote qui singularem dignitatis prærogatiuam præ cæteris magistratibus ab omnibus ciuibus adeptus fuisset: tamen exempli causa, hanc vnã solùm hoc loco citabo. Fertur cùm frumẽtum illis diu obsessis deesset, ita vt fames quæ in vrbe grassabatur, multò magis intolerabilis, quàm hostiũ impetus, qui iam extrinsecus premebat, existeret: hunc quẽ dico, cùm huic interesset calamitati

B

Felix Pont. Rom. Eutychianus Caius. Marcellinus. *Ruff. c. 28 Timæus. 2 Cyrillus. Dorotheus. Tyrãnus episc. Socrates. Eusebius Alexandrinus. Anatolius episcop. Bruxium Alexandriæ obsessum. Alexandriæ obsidio.

† Vide Castigationes nostras Græcas pag. 81. lat. 2. lin 26.

Anatolij consilio & ope Alexandrini Christiani seruati.

tale quoddam remedium illis proinde inuenisse. Cùm altera pars ciuitatis cum exercitu Romano societatem belli gerendi coiuisset, & propterea obsidione non vexaretur, A Eusebium fortè inter eos qui minimè erant obsessi versantem (adhuc enim ibi habitabat, inque Syriam minimè demigrauerat) & magnum decus nomenque celebre etiam à duce Romani exercitus consecutum, de his qui fame illius obsidionis tempore interierunt, per internuncium Anatolius certiorem facit. Eusebium autem, cùm hoc intelligeret, à duce maximi beneficij loco postulasse, vti illis qui vellent se ab hostibus ex vrbe ad eum sua sponte recipere, vitam ac salutem daret. Quem quidem, petitione, vt voluit, impetrata, Anatolio significasse. Hunc autem, nuncio ab Eusebio accepto, senatum Alexandrinorum coëgisse: ac primùm poposcisse ab illis, vt cum Romanis amicitiam iungerent. Quo quidē sermone vbi illos grauiter commotos videbat, dixisse: At huic, quod iam dicam, vos neutiquam refragaturos arbitror: illis qui in hac dimicatione videntur minimè esse necessarij, miniméque vobis vtiles (vt anus, infantes, & senes) liberam è portis ingrediēdi potestatem, quò velint, faciatis, consiliū est. Quid enim istos iam iam propè morituros, apud nos ipsos cōtinemus? Quid modò mancos, & corporibus, mutilatos, penéq; exhaustos, fame opprimimus? Viros solos, & iuuenes viribus valentes alere oportet: & frumentum, quod necessarium est, his qui ad ciuitatis propugnationem accommodati sunt, congerere. Quibus rationibus cum senatum in suam sententiam adduxisset, ipsum primum assurgentem suffragium tulisse, vt omnis multitudo, siue virorum, siue mulierum, quę ad rem militarem parum esset idonea, à ciuitate liberè excederet: quoniam si manerent, ibique cum magno ciuitatis morarentur incōmodo, nullam salutis spem illis (quippe fame viderētur perituri) esse omnino relictam. Cui sententiæ cùm à cæteris omnibus qui aderant in senatu, esset assensum, parum aberat quin omnes qui obsidione cingebantur, seruasset incolumes: atq; in primis, vt qui erant Christiani, deinde vt alij cuiusque ætatis, qui ciuitatē incolebant, salui aufugerēt, diligenter prouidit. vnde non solùm, quibus senatus decreto potestas facta erat ex vrbe exeundi: verùm etiam sub eorum nomine, alij ferè infiniti vestitu muliebri clanculum induti, noctu, illius prouisione, è portis egressi sunt, & ad Romanorum exercitum confugerunt: vbi illos omnes Eusebius benignè excipiens, more patris, aut medici, longa B obsidione debilitatos, omni prouidentia & curatione in integrum restituit. Duobus eiusmodi pastoribus ecclesia Laodicensis) quorum alter alteri deinceps ordine proximè successit) diuina prouidentia potita est: qui post bellum à nobis iam demonstratum ab vrbe Alexandrina eò demigrárunt. Quanquam verò non multi libri ab Anatolio erant elaborati, totidem tamen ad nos peruenerunt, vnde cùm eius eloquentiam, tum multiplicem cognitionem licet animaduertere: idque in illis potissimum, in quibus ea quæ de Paschate ab aliis ante decreta fuissent, explanauit: ex quibus libris necessarium putaui ista verba, è Canonibus de Paschate ab Anatolio in iisdem libris conscriptis petita recensere.

Obsessis fame laborantibus quid agendū.

Anatolij scripta.

Paschatis celebrandi tēpus ex Anatolio.

Agathobuli duo.

« In primo anno, hoc festum nouilunium primi mensis occupat: quod est circuli decem & nouem annorum principium. quod secundum Ægyptios est, vigesimo sexto die mensis Phamenoth: secundum Macedonum menses, vigesimo secundo Dystri: sed vt Romani numerant, ad vndecimum Calendas Aprilis. In vigesimo sexto die Phamenoth, qui suprà positus est, sol reperitur non modò primam signorum intrasse sectionem, sed iam quartum diem in ea peragrasse. Istam sectionē primam, duodecimam partem, æquinoctium, mensium principium, caput circuli, planetarum cursus reciprocationem appellare solent. Ea autem sectio, quæ istam proximè antegreditur, mensium extremitas, sectio duodecima, pars duodecima, vltima, finis ambitus & conuersionis planetarum dicitur. Quapropter qui principium primi mensis in illo vigesimo sexto die Phamenoth esse putant, ad decimumquartum diem proximè secundum illum, festum Paschatis celebrandum statuunt, eos vehementer errare dicimus. Neque est hæc nostra sententia: sed ab antiquis Iudæis ante Christum cùm sic decretum fuit, tum ab illis in primis obseruatum. quod ex Philonis, Iosephi, Musæique verbis licet cognoscere. Neque ex his solum, sed ab aliis qui illis sunt vetustiores: nimirum duobus cognomento Agathobulis, præceptoribus illius eximij Aristobuli: iste ex Septuaginta interpretū numero, qui sacras & diuinas scripturas Ptolemæi Philadelphi, & eius patris rogatu ex sermone Hebraico in Græcum conuerterunt, vnus fuit: qui etiam cōmentarios in legem Moysis conscriptos iisdē regibus dedicauit. Isti scriptores,

dum

A dum quæstiones Exodi dissoluunt, aiunt omnes ex æquo, Pascha, siue διαβατήρια id est,
„ festum transitus, vernum æquinoctium, medio primo mense celebrare oportere: hócque tempus esse primam sectionem cursus solis, siue cùm sol penitùs obierit signiferum, vt quidam illorum nominant, orbem. Addit eodem Aristobulus, quòd in festo Paschatis non modò sol, sed luna etiam necessariò debet esse in transitu sectionis æquinoctialis. Et cũ duæ sint æquinoctiales sectiones, verna altera, altera autumnalis (quæ ex diametro altera alteri opponuntur) cùmq; decimusquartus dies mensis ad vesperã festo trãsitus assignatus sit, luna semper soli ex aduerso consistet, sicut etiam in omnibus pleniluniis cernere licet. Sectionem igitur æquinoctij verni sol, luna autem sectionem æquinoctij autumnalis occupabit necessariò. Alia præterea non pauca ab illis memorata, partim probabilia, partim ratis & firmis demonstrationibus conclusa noui: quibus, Pascha & festũ Azymorum omnino post æquinoctium agendum, ostendere conãtur. Verùm eiusmodi demonstrationum momenta, quæ ab illis peti possunt, missa facio: à quibus legis Mosaicæ velamen adeò penitùs ablatum est, vt iam de cætero aperta facie (vt ita dicam) Christum, Christíque doctrinam & passiones perpetuò contemplentur, Sunt etiam quædam velut regulæ ac præceptiones in libro qui inscribitur Enoch, quæ declarant, primũ [1] mẽsem apud Hebræos circiter æquinoctium esse. [2] Anatolius porrò institutiones in Arithmeticam decem libris explicatas reliquit. Alia item extant eius opera, quæ exẽpla ocij præclarè in Sacris literis ab eo collocati, & multæ in eisdẽ exercitationis perspicua argumẽta dãt. Hũc [3] Theotecnus, Cæsareæ Palæstinarũ episcopus, per manus impositionem primus episcopũ ordinauit: qui eum successorem sibi post mortem, ad ecclesiæ suæ procurationem deligendum prouidit, vnàque cum illo ad aliquod temporis spacium ecclesiæ Cæsariensi præfuit. Verùm Anatolius, cùm concilium Antiochiæ de Paulo Samasateno conuocatum, eum accerseret, ad Laodicensium vrbem aduentans, ibi, Eusebio mortuo, cõmorari â fratribus coactus est. Anatolio exeunte è vita, postremus ante persecutionem illi ecclesiæ præficitur Stephanus: qui quanquam cũ propter philosophiæ cognitionem, tum propter reliquam liberalem eruditionem apud multos in magna admiratione fuit: tamen propter animum eius, quo erat erga sa-
B cram fidem haud satis syncerè affectus, non tantum laudis meruit: sicut tempore persecutionis progrediente (quod illum simulatorem, timidum & ignauum potiùs quã verum philosophum declarabat) perspicuè patefactum fuit. Et quamuis eius inconstantia ac leuitate, ecclesiæ illius status videretur ruina collapsurus: fuit tamen Dei omniũ Seruatoris clementia sustentatus, ídque, quia confestim Theodotus, vir sanè & reipsa, & proprio nomine (Theodotus, à Deo datus dicitur) illius ecclesiæ episcopus designatus, se verè episcopum demonstrauit. Nam vt in medicina quæ ad corporum curationem pertinet, sic in animorum morbis sanandis primas ferè tulit: humanitatis autem, morũ probitatis, clemẽtiæ, cõmiserationis & studij causa, quod in eos ostẽdit qui opem ab eo poscebant, facilè omnes superauit. In Sacris deniq; disciplinis multus erat ei vsus, & crebra exercitatio. Sed de eo satis. Vbi Theotecnus episcopatum Cæsareæ Palæstinæ diligentissimè fuisset executus, mortémq; oppetiisset, illud ministerium Agapio tributum fuit. quẽ maximum laborẽ in eo obeundo collocasse, & accuratissimam suscepisse prouisionem in populo gubernando, & maximè omnium quasi plena manu eos qui in egestate versabantur subleuasse, cognouimus: Cuius temporibus Pamphilum, virũ disertissimum, & ipsa vitæ ratione verum philosophum, in ea ecclesia presbiterij dignitate donatum accepimus. qui quidem qualísnam fuerit, & vnde ortus, non breui videtur explicatione posse aperiri. Singula igitur quæ ad eius vitam attinent, qua ratione institutus, cuius generis certamina pro variis fidei confessionibus dum sæuiebat persecutio, pertulerit, & quali tandem corona martyrij redimitus sit, separato quodam libello, de eo disseruimus. Iste autẽ præ cæteris qui ibi versabantur, maximã omnium de se excitauit admirationẽ. Inter homines etiã nostræ ætatis rarissimos quidẽ, & singularis cuiusdam virtutis ex presbyteris Alexandrinis Pierium, ex præsidibus autẽ ecclesiarum Ponti Meletiũ episcopum cognouimus. Ac Pierius, cùm ob inopem admodum & egentẽ vitæ rationem, quã sua sponte susceperat: tum ob philosophorum disciplinas, quibus erat imbutus, satis spectatus & illustris fuit: in literarum quoq; diuinarũ cùm cognitione, tũ explicatione, in disceptationib. præterea cõcionibusq; publicè in ecclesia faciendis supra modũ exercitat⁹. Meletius aũt quẽ homines eruditi μέλι τῆς ἀττικῆς, id est, mel

Æquinoctiales sectiones duæ.

Enoch liber. Vide Hier. in catal. Eccl. Scriptorum.
1 Mensis Hebræorũ primus circa æquinoctium.
2 Anatolij scripta.
3 Theotecnus.

Stephanus Laod. episc.

Theodotus episcop.

Agapius episc.

Pamphilus presbyter, & martyr cuius vitã scripsit Eusebius.

Pierius presbyter Alexãdrinus.
Meletius episcop. Ponti, eiusque eruditio ac virtus.

Atticũ, ex nominis sui notatione nũcupabãt, talis certè fuit, qualẽ propter summã in omnibus rebus notitiã & cognitionem meritò perfectissimũ dixeris. Ac propter singularem eius dicendi vim & virtutẽ, nemo illum satis abundè admirari ac suspicere poterit. At hoc fortasse illi natura quodammodo insitum aliquis dixerit: verũ eius in multiplici aliarum rerum experiẽtia, in varia cuiusq; generis doctrina facultatẽ, quis valet aliquãdo superare? Quòd aũt in omnib. scientiis, quæ ad acumen rationis & disserendi subtilitatem spectant, cùm artificiosè expolitus, tum disertè eloquens fuerit, si quis vel semel de eo fecerit periculũ, facilè credo cõcesserit. Virtutes porrò, quæ magno cũ splẽdore in eius vita elucebant, nõ illis rebus erant vlla ex parte inferiores. Iste, persecutionis tẽpore in fines Palæstinæ confugit: vbi cũ ad septem annos integros plenè cognouimus. Hierosolymorum ecclesiæ ministerium post Himenæum episcopum, quẽ paulò antè demõstrauimus, Zambdas capessit. Paulò pòst, isto mortuo, Hermon, postremus eorum qui ante persecutionẽ nostra memoria ibi concitatã fuerunt episcopi, in sede illa Apostolica ad hoc vsque tẽpus reseruata collocatus fuit. Postquam Maximus decẽ & octo annos episcopatu Alexandriæ post mortẽ Dionysij fuerat perfunctus, Theonas eius potitur loco. Quo tempore, Alexandriæ Achillas presbyterio, vnà cũ Pierio, donatus, cepit hominũ fama celebrari. qui scholæ sacratę Christi fidei instituẽdæ præfectus, in singulari ac planè rarissimo pietatis munere exequẽdo nemini secundus fuit, & vitæ institutionísq; euãgelicæ modũ atq; rationẽ ingenuè excoluit. Post Theonã, cùm decẽ & nouem annis ecclesiam administrasset, in episcopatum Alexandriæ succedit Petrus. Hic duodecim annis continuis in eo officio fungẽdo cum summa dignitate inter primos floruit. Qui cũ triennium propè ante persecutionis tempus in ecclesia illa gubernanda cõtriuisset, de reliquo vitam duriore exercitatione & magis seuera traduxit, & (vti omnibus constabat) ecclesiarũ vtilitati omni cura ac studio prospexit. Ac propterea nono persecutionis anno, capite amputato, erat à DEO insigni martyrij corona donatus. Quoniam quidem seriem & rationem successionis Apostolorum & Episcoporũ, ab ortu Seruatoris nostri vsq; ad euersionem & vastitatem ecclesiarum deductam, eãque iam ad trecentos & quinque annos cõtinuatam hactenus explanauimus: sequitur, vt deinceps certamina eorum qui viriliter & excelso animo pro pietate hoc nostro tẽpore dimicârunt, quàm multa, quámque grauia & acerba fuerint, ad posteritatis memoriam scriptis prodamus.

Zambdas episc. Hieros. Hermon. Theonas. Achillas presbyter.

Petrus Alexand. episc.

Petri martyrium.

Epilogus superiorum librorum.

A B

Septimi libri finis.

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Octauus.

Qualis fuerit Ecclesiæ status ante præsentem persecutionem. CAP. I.

Ruf. prœ. Argumentũ libri præsentis.

Huc refer Niceph. ca. 2. lib. 7.

Ruff. c. 1. Ecclesiæ status ante persecutionem.

QVoniam Apostolorum successionem in septem libris superioribus exposuimus, deinceps in octauo, quem iam aggredimur, res nostris temporibus gestas, quæ planè explicationem non plebeiam quidem & vulgarem requirunt, literis ad posterorum memoriam accuratè prodere animus est. Itaque nostri sermonis inde ducetur exordium. * Quantum splendoris doctrina veræ pietatis in Deum omnium rerum gubernatorem, mundo per Christum patefacta, apud omnes homines, Græcos simul ac Barbaros, ante istam persecutionis tempestatem, quæ nostra ingruit memoria, obtinuerit, & quàm liberè inter eos prædicata fuerit, maius quiddam est, quàm quod nos nostra in dicendo tenuitate satis pro dignitate explicare possimus. Cuius rei argumento esse poterit singularis Imperatorum humanitas

A humanitas, qua nostros tam benignè exceperunt, quibus quidem tum prouinciarum præfecturas gratuito impertierũt: tum propter incredibilem beneuolentiam, quam erga nostræ religionis professionem habebant, omni afflictatione & molestia, quam pro Dei amore homines Christiani solent perpeti, eos penitùs liberârunt. Quid de his attinet dicere, qui sunt in Imperatorum palatio magnam dignitatem adepti: déque ipsis Imperatoribus qui domesticis suis pro sermone diuino propagando, & pia vitæ ratione degenda, ipsi velut inspectantes, copiam fecerunt liberè & ingenuè dicendi: atque adeò suis ipsorum vxoribus, liberis & seruis, quasi palam de mira fidei libertate gloriandi exultandíque potestatem permiserunt? Quos certè chariores habuerunt, & magis eximiè dilectos, quam reliquam seruorum turbam. vt Dorotheũ illum, qui præter cęteros erga illos & beneuolentiã summã ostendit, & fidẽ non minorẽ: ac propterea præ aliis qui magistratus & præfecturas in Imperio gerebãt amplissimum honoris gradũ adeptus est. vt Gorgoniũ, qui non dissimili fama & celebritate enituit: vt alios nõ paucos, qui propter Dei verbum sunt parem cum illis dignitatem cõsecuti? Aut quid commemorem, qua humanitate, cultu & beneuolentia, non illa quidem vulgari & contemnenda, prouinciarum præfecti & rectores, ecclesiarum præsides & episcopos, vt manifestò cernere licebat, amplexati fuerint? Aut quomodo quisquam conuentus illos infinita hominum turba frequentatos, multitudines in singulis ciuitatibus coactas, illustres hominum in tẽplis concursus, poterit oratione explicare? Vnde cùm in antiquis illis ædificiis non satis loci haberent, ampliores ecclesias in vniuersis vrbibus, fundamentis earum ad maiorem laxitatem dilatatis, erexerunt. Et quandiu diuina & cœlestis Dei manus populum suum, vtpote auxilium eius promerentem obtexit, suóque muniuit præsidio: tamdiu neque vlla hominum inuidia, quo minus istæ res vnà cum tempore in dies maiores progressiones facerent, incremẽtóque & magnitudine augescerent, omnino potuit obsistere: neque vesanus ille & perditus dæmon, vel suo ipsius conatu eas in inuidiam rapere, vel hominum insidiis vlla ex parte impedire. Verùm cùm nos præ nimia quadam licentia in mollitiem delicatam, & dissolutam segnitiem essemus prolapsi, cúmque alij

B aliis inuidere, maledictis insectari, & propè nos ipsi inter nos petulantibus linguis tanquam mutuis armis oppugnare, & casu aliquando verborum contumelias velut hastas vnus in alium intorquere, & præsides ecclesiarum alter alterius vires infringere, & populus in populum seditionem concitare occiperẽt: cúmque ficta & adumbrata sanctitatis species, quæ oratione nequit exprimi, & simulatio fronte occultata ad immensam quandam prauitatem serpsisset, diuina vltio, dum permagna adhuc Christianorũ vbique versabatur frequentia, parcius, aliquando remissius & moderatius, vt solet primò persecutione ex fratribus, qui militiam exercebant, inchoata, cœpit in nos animaduertere. Sed vbi, veluti sensibus orbati, & præstricti mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, vt diuinum numen in nos incẽsum, beneuolum & placatum efficeremus: sed tãquam impij, nostras res à Deo nec curari, nec animaduerti arbitrati, alia vitia aliis aceruatim adiecimus: & pastores nostri depulsa repudiatáque pietatis regula, dissidio & contentione inter se exarserunt: quinetiam nullas alias res præterquam discordias, minas, æmulationem, inimicitias & odium inter ipsos mutuò adaugere studuerunt: & animis ambitionis æstu incensis, tyrannorum more principatum obtinere laborârunt:
» tunc demum, iuxta illam [1] Hieremiæ sententiam, obscurauit in ira sua Dominus filiam
» Sion, & deiecit de cœlo gloriam Israël: nõ recordatus est scabelli pedum eius, in die iræ
» suæ: sed demersit Dominus omnem decorẽ Israël, & demolitus est omnes sepes eius.
» & sicut in [2] Psalmis propheticè prædictum erat, auertit testamentum serui eius, profa-
» nauit in terra per ecclesiarum euersionem sanctuarium eius, & destruxit omnes sepes
» eius, posuit firmamentum eius formidinem: diripuerunt multitudines populi, omnes
» transeuntes per viam: & propterea factus est opprobrium populus vicinis suis. exalta-
» uit enim dextram inimicorum suorum, & auertit adiutorium gladij sui, & non auxilia-
» tus est ei in bello: destruxit eum ab emundatione sua, & sedem illius in terram collisit:
minorauit dies temporis eius, & ad extremum perfudit eum confusione.

Imperatorũ erga Christianos humanitas.
Christiani Imperatorib. grati.
Dorotheus.
Gorgonius.
Templorum amplificatio, Conuentuum frequentatio.
Ecclesiam à persecutione liberatã quæ mala consequi solita,
Persecutio decima in Christianos mota anno Christi 306. Deocletiani 19.
Anno Christi 30. Veturius magister militũ Christianos milites persequi cepit ante decretum scilicet Diocletiani, idque authore Maximino, vt infra clarius declarat Eusebius
1 *Hierem. Thre.* 2.
2 *Psal.* 73.
Psal. 89.

De Ecclesiarum demolitione. CAP. II.

Vide Niceph. lib. 7. cap 3.

Templa vastata: sacri libri exusti: episcopi immaniter tractati.

ISta omnia mala erant nostris scilicet expleta temporibus, quando sacras ædes precibus dicatas, è sublimi in solum fundamentis ipsis conquassatis deiectas: diuinas

& ſanctas Scripturas medio foro in rogum impoſitas: eccleſiarum paſtores, hos in latebras hic illic ſecum ignominia abdentes, illos non ſine dedecore prehenſos, & ab hoſtibus ludibrio expoſitos oculis noſtris aſpeximus: quando iuxta aliam prophetæ ſententiam, effuſa eſt contemptio in principes eorum, & aberrare fecit eos in inuio, & non in via. Verùm non eſt noſtrum oratione deſcribere triſtes illas calamitates, quæ ad extremum inuectæ fuerunt: quandoquidem neque diſcordias ante perſecutionem inter eos commotas, neque abſurdos, & importunos conatus noſtrarum partium eſſe putamus memoriæ commendare. Quocirca nihil amplius de illis ſcriptis prodere decreuimus, quàm vnde iuſtum Dei iudicium in illos declaratum, perſpicuè probare poſſimus. Neque propterea aut de illis qui perſecutionis tempore animis propè ceciderunt, aut de illis qui omnino ſalutis ſuæ fecêre naufragium, ſuáque ſponte tanquam in profundum ingentium fluctuum gurgitem proiecti ſunt, mentionem facere inſtituimus: ſed ea ſola in hanc hiſtoriam, res geſtas generatim complectentem, includimus, quæ nobis ipſis primùm, deinde poſteritati adiumento eſſe queant. A

Pſal. 101.

Propoſitio huius libri octaui.

De modo eorum, qui perſecutione decertârunt.

CAP. III.

Ruff. c. 2.
Initiū perſecutionis Diocletianæ anno 306.
Dyſter mēſis.
Diocletiani cōtra Chriſtianos edictum de 1. Templis 2. Sacris libris 3. Cōfeſſorib. 4. Epiſcopis.
* Ruf. c. 1.
1 Edictum aliud.
5. Cogendis Chriſtianis ad ſacrificandum idolis.
2 Varij Chriſtianorū cruciatus & contumeliæ.

Vide Nice. li. 7. c. 4. Hiſtoriam Dioclet. vide hoc lib. infra ca. 26. 29. In vita Cōſtant. lib. 2. cap. 48. Ad ſanctorum cœtum, c. 25. Socrat. lib. 1. c. 1. apud Theodoritū, li. 5. c. 38.

IAm ergo deinceps ſacra Martyrum certamina pro Dei verbo inita, ſummatim exponere pergamus. Anno Decimo nono imperij Diocletiani, mēſe Dyſtro (qui à Romanis Martius nominatur) cùm ſalutaris paſſionis Dominicæ feſtum iam pro foribus eſſet, omnibus in locis per Imperatoris literas palàm edictum fuit, vt tū deturbarentur eccleſiæ, ſolóque æquarentur: tum Scripturæ abſumerentur igni: tū qui honorem fuiſſent adepti, de gradu turpiter deponerentur: tum priuati, ſi modo in profeſſione Chriſtiana perſtarent, libertate penitus priuarentur. Ac primum edictum contra eos editū tale fuit. * Non longo tempore pòſt, aliis literis exeuntibus [1] mandatum eſt, vt omnes eccleſiarum præſides vbique gentium primum conijcerētur in vincula: deinde omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare cogerentur. Tunc igitur inciderat tempus, cum, ſicut plurimi qui eccleſiis præerant, libentibus animis verberibus grauiter cæſi, in Chriſti ſtadio luctati ſunt: & in grauibus certaminibus præclarè obeundis, præclara ſanè ſpectacula hominum oculis ſubiecerunt ad contemplandum: ſic alij infiniti confeſtim animis præ formidine perculſi & attoniti, facilè eo modo impetu in illos facto, prorſus ſuccubuerunt. [2] Ex cæteris autem quiſque varia tormentorum genera alternis ſubiit: hic plagis toto corpore dilaceratus, ille excruciatus diſtortione membrorum, alius acutis & intolerabilibus nouaculis dilaniatus. Inter quos nonnulli erant, qui vix ſatis honeſtum vitæ exitum conſecuti ſunt: alij item, qui ſine fructu certamen decurrerunt. Nam vt vnus infidelium violentia contruſus, & ad ſacrificia illa nefaria impuráque deductus, quamuis non immolârat, tamen perinde atque ſi immolaſſet, liberè dimiſſus eſt: ſic alter, quanquam non omninò appropinquauerat, neque quicquam attigerat impuri, gentilibus tamen cum ſacrificaſſe affirmantibus, tacitus eorum tulit cōtumeliam, ſéque inde proripuit. Alius ſemiuiuus ſublatus, velut iam mortuus proiicitur. Quidam proſtratus humi, ínque numerum ſacrificantium relatus, longinquo ſpacio pedibus abſtrahitur. Alius vociferatus eſt, & magna voce conteſtatus, ſe hoſtias penitùs repudiare: alius ſalutaris Chriſti appellationis confeſſione geſtiens, ſe Chriſtianū eſſe clamauit. Alter neque immolaſſe, neque ſe aliquando immolaturum aſſeueranter affirmauit. Atamen iſti etiam frequentibus ſatellitum ad eam rem delectorum manibus in os verberati, & ad ſilendum compulſi, in vultum quoque & genas percuſſi, vi è medio extruſi fuerunt. Ita pietatis hoſtes omninò vel videri effeciſſe, quod animo intendebant, permagno æſtimarunt. B

Calumniæ aduerſus miſeros

De celebribus Dei Martyribus, quomodo omnem locum ſui memoria repleuerunt, variis pro pietate coronis receptis. CAP. IIII.

Vide Nicepho. li. 7. c. 3

VErùm cōtra ſanctos Martyres, quorū res geſtas nullo dicendi genere ſatis accuratè explicare poſſumus, iſti perditi infideliū conatus neutiquā ex animi ſententia proceſſerunt

Ad integrũ tractatũ de martyribus sub Diocleт. eiúsque consortibus, coronatis, refer huius libri proxima, ca. 20. & li. 9. c. 5. His coniũge ob temporis congruentiam eos, qui in Persia coronati sunt sub Rege Sapore, apud Sozom. lib. 2. ca. 8. 9. 10. 11. 12.

A cesserunt.† Infinitos enim videre licebat, qui admirabile studium & propensionem animi pro vero Dei omnium fabricatoris cultu & religione declarârunt: idque non ex eo tempore solùm, quo persecutionis ardor erat contra omnes Christianos incensus, sed longè ante etiam, cum adhuc pax tranquilla in Ecclesia vigeret. Nam paulò ante illud tempus, cum qui imperij dominatum & potentiam occupabat, esset tanquam è graui & temulento sopore excitatus, atque adeò tempore inter Decium & Gallum interiecto, clàm & ex occulto primùm in ecclesias Dei inuaderet, & nõ quasi aceruatim contra nos bellum suscipiendo: sed eos solos, qui in exercitu Romano militiam exercebant, pedetentim adoriendo (nam si priùs cum illis concertans, superior fortè discederet, reliquos ea ratione facilè posse capi putabat) permultos eorum, qui in militia versabantur, cernere potuisses, qui lubentibus animis vitam tenuem & abiectam amplexari maluerunt, quàm pietatem & cultum erga Deum vniuersarum rerum opificem aliquando denegare. Vbi autem dux, quisquis tandem ille fuerit, iam tum primùm contra eos, qui ex nostris in exercitu Romano militabant, persecutionem excitauerat: & illos ab aliis militibus, in quorum numerum relati erant, segregauerat, seiunxerátque: & liberam optionem dederat, vel honoris perfruendi, si edicto obsequerentur, vel eiusdem amittendi, si resisterent: multi admodum, ¹ qui veri regni Christi milites erant, nulla mora interposita, fidei in eum confessionem, falsæ & adumbratæ gloriæ, qua in mundo fruerentur, sine vlla dubitatione prætulerunt. Inter quos iam, licet numerus perexiguus (quandoquidem dux lentius & moderatius adhuc in nos tendebat insidias, & paucorum admodum sanguinem fundere aggrediebatur, propterea quòd multitudo Christianorum illum, vt erat verisimile, deterruit, & animum eius ne bellum contra omnes simul concitaret, retardauit) licet inquam numerus perexiguus, vnus tamen & alter, non modò dignitatem amittere, sed mortem etiam pro veræ pietatis defensione oppetere voluerunt. At postquam apertius rem erat aggressus, nulla oratione aut dicendi vi explicari potest, quot & quàm insignes Christi martyres, his qui ciuitates quásque & regiones incoluerunt, oculis cernere licuisset.

† Ruf. c. 4.

In Christianos militiã exercẽtes primũ grassari cœpit: tũ etiã ante Diocletiani edictũ: authore potissimũ Maximino, vt infra patet, cap. vlt. hoc lib. & in vita Cõstantini lib. 1. cap. 49. 50.

¹ Christianorũ militũ pietas & constãtia.

De his, quæ Nicomediæ acciderunt. CAP. V.

Huc refer Nicephor. ca. 5. lib. 7.

B SImulátque edictum contra ecclesias Christi editum, in Nicomedia propositum erat, vir quidam non obscurus & ignobilis, sed (vt hominum fert opinio) longè illustrissimus, incredibili amore erga Deum, & ardenti fide incitatus, ocyus prodit in medium: & illud in aperto & publico loco affixum, tanquam profanum & maximè impium, manu auellens dilacerat: idque, cùm duo ex imperatoribus in ciuitate adessent, quorum alter ætate præ cæteris prouecta, primum imperij gradum, alter quartum ab eo obtinuit. Atqui iste primus martyrum, qui tum occubuerunt, ad hunc modum eximiè nobilitatus, taliáque cruciamenta perpessus, qualia erat verisimile eum, qui fuisset in eiusmodi facinore deprehensus, subiturum, tum constanti & virili animo, tum pacato & tranquillo, ad extremum vsque spiritum constitit.

Ruf. ca. 5.

Edictũ publicè propositũ, à viro Christiano discerptũ: qui primus proinde martyrium subiit.

De iis, quæ in aula Imperatoris acciderunt. CAP. VI.

Huc refer Nicephor. c. 5. li. 6.

EX omnibus, qui vnquam vel apud Græcos, vel apud Barbaros, propter animi magnitudinem illustres & hominum sermone celebrati sunt, nullus cum diuinis & eximiis nostri temporis martyribus Dorotheo & suis sodalibus, imperatorum ministris, comparari potest: qui quidem cum summum honorem apud Dominos adepti fuissent, & amore essent apud illos liberis propriis & ingenuis non inferiores, probra & afflictationes pro pietate corporibus impositas, noua & multiplicia mortis genera contra ipsos excogitata, splendidiores reuera existimârunt diuitias, quàm gloriam, quàm delicias, quibus hominum vita soleat diffluere. Mortem igitur vnius ex illorum numero qualis fuerit, commemorare placet, eámque lectoribus spectandam relinquere: vt inde, quæ reliquis etiam eius sodalibus contigerint, animaduerti possint. Quidam illorum in ciuitate suprà commemorata, coram Imperatoribus, quos diximus, in medium adducitur: qui cum iussus idolis immolare, omninò

Ruf. c. 6.

Aulicorum Dorothei & sociorum constantia, in martyrio Alexandrinæ.

recusaret, mandârunt nudum in sublime tolli, ac flagellis eò vsque toto corpore dilaniari, quoad supplicio euictus, etiam animo inuito, quod erat imperatum, prestaret. A
Sed vbi ista perpessus, constans & immutabilis persisteret, de reliquo ossibus eius iã carne denudatis, acetum sale permistum in corporis membra cruciatu attenuata, & propè contabefacta infuderunt. Atque vt istos dolores protriuerat, & veluti pedibus cõculcârat, inde craticula & ignis vnà in medium trahuntur, & reliquiæ eius corporis tanquam carnes ad comedendum paratæ, ignis incendio, non raptim, vt breui è vita decedens omni dolore liberaretur, sed paulatim absumptæ fuerunt. Neque qui eum imposuerant in rogum, etiam post tot támque grauia cruciamenta ei vllum respirãdi locum dare in animo habebant, nisi prius ipsorum imperata facturum annueret: sed ille proposito suo mordicùs adhærescens, victor in tormentis animam efflauit. Tale vnius regiorum famulorum Martyrium extitit, appellatione sua (Petrus enim nominatus fuit) reuera dignum. Cæterorum autem sociorum eius martyria, quæ non inferiora sunt, quò orationis terminemus modum, missa in presentia faciemus. Tantùm autem exponemus, quo pacto Dorotheus & Gorgonius vnà, aliíque non pauci ex imperatoris familia: post varia certaminum genera, laqueo vita deposita, diuinæ victorię præmia reportârint. Per idem tempus Anthimus, qui tam ecclesiæ Nicomedensi præfuit, capite propter Christi testimonium ceruicibus abscisso, moritur. Huic ingens & frequens martyrum turba adiuncta fuit: idque, quòd iisdem ferè diebus fortè, nescio quo pacto, regia Nicomedensis incendio conflagraret, & ex suspicione quadam rumor esset dissipatus, illud facinus à nostris admissum: vnde Imperatoris iussu, ex piis qui ibi versabantur, aceruatim & tanquam cumulo, alij gladio trucidati sunt, alij ardore flammarum corporibus circumiectarum obierunt: quo tempore fama est, viros & mulieres etiam diuina & inexplicabili alacritate, sua sponte in rogum insiluisse. Reliqua autem multitudo vinculis colligata, & à lictoribus in scaphis imposita, in vastum maris gurgitem, fluctúsque præceps proiecta fuit. Famulos illos regios post mortem decoro & celebri funere terræ mãdatos, Imperatores, qui eorum Domini putabantur, rursus de integro effodiendos, inq; mare præcipitandos sententiis decreuerunt: ne, vt eorum ferebat opinio, quidam eos in sepulchris & monumentis conditos, deos esse reputãtes, diuina veneratione prosequerentur. Quæ in initio persecutionis Nicomediæ fuêre patrata, sic ferè se habẽt. Nõ longo tempore pòst, cum alij in Melitina (sic regio illa est appellata) alij rursus in Syria, imperio insidias parare molirentur, edictum Imperatorum exiit, vt omnes ecclesiarũ præsides, vtpotè ea de re suspecti, in carceres & vincula coniicerentur: adeò vt spectaculum illarum rerum, quæ deinceps ibi gerebantur, omnem explicandi facultatem longè superet. Nam multitudo infinita vbique gentium in custodiam conclusa fuit: & carceres, passim, qui iam olim homicidis & mortuorum sepulchris cõditorũ expilatoribus parati fuerant, tunc episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus & exorcistis penitùs referti: adeò vt his, qui maleficiis tenebantur obstricti, nihil illic loci esset reliquum. B

Petri Martyrium. *Dorothei Gorgonij & sociorum. Anthimi martyrium. Nicomedensis regiæ conflagratio.* *Suppliciorum genera.* *Martyres sepulti rursum effossi, & in mare proiecti. Persecutio in Syria & Melitina.*

De Ægyptiis in Phœnice. CAP. VII.

Ruff c.7. *Edictũ aliud. Persecutio.* *In Africa, Aegypto, Palæstina, Tyro. Phœnice.* Huc refer Nicephor. ca. 16. li. 7.

CVm aliud edictum statim primum illud insequeretur, in quo præcipiebatur de his qui tenebantur in carcere, vt qui immolare vellent, abire in libertatem permitterentur: qui inficias irent, infinitis tormentis diuexarentur: multitudo Martyrum, qui denuò in singulis prouinciis occumbebant, à nemine dinumerari potest: & eorum maximè, qui in Africa, in gente Maurorum, in Thebaide, in Aegypto denique martyrio defuncti sunt. Ex Aegypto autem in alias vrbes & prouincias etiam progressi, martyrij coronis erant insigniter decorati. Quosdam enim ex illis in Palæstina, propter patientem tormentorum perpessionem claruisse scimus: alios Tyri Phœniciæ magnam laudem collegisse: quos quidem quis est, qui non supra modum miratus fuerit, cum oculis cerneret, innumerabiles plagas, & egregiam athletarum reuera admirabilium in his pro pietate & religione concertantium constantiam: & statim post plagas, dimicationem cum bestiis voracibus, ínque ea pardorum, vrsorum immanium, aprorum agrestium, taurorum denique igne & ferro ad rabiem acriter incitatorum impetus, & eximiam generosorum martyrum contra cuiúsque bestiæ ictum tolerantiam? Quibus quidem rebus, dum gerebantur, ipsi interfuimus: diuinámque

A uinamque potentiam Seruatoris nostri, ipsiusque Iesu Christi, cui illi in cruciatu præclarum testimonium perhibebant, id temporis præstò martyribus opem tulisse, & euidenter seipsam eis ostēdisse animaduertimus. Nam belluæ illæ rapaces, longo temporis spacio, neque sanctorum corpora attrectare, neque ad ea propè accedere audebāt sed in infideles, qui extra repagula, alius, aliunde, incitatione quadam eas in martyres instigârunt, impetu ferebantur. Et quanquam sancti Dei athletæ nudi cōsistebāt in medio, manibusq; eas prouocabant, & in se pertrahere conabantur (hoc enim vt agerēt illis erat imperatū) illos tamen solos non omninò attigerunt: verùm interdū, dum in eos irruebant, tāquam diuiniore quadam vi ac virtute fuerunt repulsæ, & retrò denuò quā mox resiliêrunt. quod cū diu fieri cerneretur, non exiguā infidelibus spectantibus excitauit admirationē, vsque adeò vt prima bestia frustrà incursante, secundā & tertiam in vnū eundemq; martyrē dimitterent. Intercà nō modò virilem & intrepidā sanctorum illorum animi tolerantiā, sed firmam etiā atq; inflexibilem in teneris corporib, constātiam cum stupore quodā mirari licuerat. vidisses enim adolescētulū non viginti annos integros natū, nullis constrictū vinculis, firmè consistentē, manibus in crucis modum è transuerso expansis, robusta & excelsa mente in precibus ad Dei numen fundendis attentissimè defixum: neq; omninò se cōmouentem, neq; in hanc vel illā partem de loco in quo steterat, deflectentē, idq; cum vrsi & pardi furorē & mortem in eum exhalarent, cumq; iam eius carnem dentibus lacerare aggrederentur: quorū ora diuina quadam & inexplicabili potentia nescio quo pacto fuêre propè obturata, & iterū ipsi retrò properè recurrerent, sed de isto hoc modo. Alios rursum cernere potuisses (omnes enim simul quinq; erāt) agresti & immani tauro obiectatos: qui nōnullos ex infidelibus propius aduentantes, cornibus in aerē coniecit, eósq; discerpsit miserè, & semiuiuos hominū manibus inde auferendos reliquit: verùm ad sanctos martyres solos, dum furore & rabie exardescens in eos irrumpere conabatur, ne appropinquare quidem poterat: & tametsi pedibus atq; cornibus, huc illucq; vibratis insultabat, & cauteriorum incitamentis lacessitus contra illos terrorem spirabat, tamen retrogrado cursu diuina sacri numinis
B prouidentia repulsus fuit, vsque eo, vti cum iste illos neutiquam læsisset, alias belluas in eos immitterent. Ad extremùm, post graues & varias illarum etiam incursiones, ense obtruncati fuêre, & marinis fluctibus sepulchrorum loco mandati.

Bestiis obiectorum constantia.

Bestias etiam à martyribus sibi obiectis abstinuisse.

De iis, quæ in Aegypto acta sunt. CAP. VIII.

Huc refer Nicephori c.7.lib.7.

Ruf.c. 8.

TAlis fuit Ægyptiorum pugna, qui Tyri pro vera pietate præclara certamina obierunt. Illos autem, qui sunt in ipsa Ægypto patria sua martyrio defuncti, nemo est, qui non magnoperè admiretur: vbi viri cum vxoribus & liberis numero propè infiniti, pro Seruatoris nostri doctrina, vita fragili & breui temporis momento duratura penitùs neglecta, varia mortis genera subierunt. Quorum alij post cuticulam nouaculis laceratam, post membra luxata & distorta, post corpora flagellis acerbissimis laniata, aliisque infinitis, variis & dictu horrēdis tormentis excruciata, in ignem tandem iniecti fuerunt. Alij in altum pelagus præcipitati: alij lictoribus sua capita amputanda fidenti animo obiecerunt: alij occubuerunt, ipsis cruciamentis oppressi: alij fame confecti interierunt, alij rursus patibulis suffixi: quorum nonnulli tanquam malefici suspensi: alij deteriore modo, capite in terram demisso, clauis, firmati & viui vsque eò seruati, quoad ipsis in patibulis fame contabescerent.

Christianorū in Aegypto martyria.

De iis, quæ in Thebaide acta sunt. CAP. IX.

Huc refer Nicepho. c.8.lib.7.

Ruf.c.9.

NVllo dicendi genere explicari potest, quænam verbera, quas ærumnas, martyres in Thebaide exantlârint, testis acutis vndularum loco admotis, per totum corpus ad extremum spiritum dilacerati. Mulieres autem vno pede alligatæ, sublimes in aerem, capite deorsum statuto, quibusdam machinamentis attractæ, nudis omninò & detectis corporibus, spectaculum fœdissimum, crudelissimum omnium, & ab omni humanitate alienissimum intuentium oculis exhibuerunt. Homines rursus arboribus, & earum ramis astricti perierunt. nam cum duos ramos, robustissimos illos quidem, machinis quibusdam in vnum attraxissent, ad vtrunque illorum martyrum crura disti-

Thebaidis martyrū horrenda supplicia.

nentes, affigentésque, eos impetu quodam denuò pro natura sua distendi, diffundíque A dimiserunt, sicque illorum membra in quos ista excogitabant, repentino impetu distracta fore suspicati sunt. Neque hæc certè fuêre ad paucos dies, aut ad exiguum tempus: sed diu admodum, ad annorum integrorum spacium continuata, in quo quidem spacio erant interdum plures quàm decem, nonnunquam viginti numero, & amplius eo, sæpè non pauciores, quàm triginta interfecti. Iam propè sexaginta, aliquando rursus centum viri, vno die, simul cum tenellis admodum liberis & mulieribus morti addicti, & variis suppliciorum generibus, vicissitudine quadam admotis trucidati. Ipsi etiã, cum fortè in eisdem locis versaremur, complures confertim vno die sumus oculis contemplati, alios ignis incendio perimi, alios securi percuti, vsque adeò, vt tum securis ipsa feriendo obtunderetur, & velut crebriore ictu debilitata infringeretur: tum carnifices ipsi trucidando defatigati, mutuis operis traditis, alter ad alterum subleuãdum succederent. Quo quidem tempore mirandam suprà modum alacritatem, vímque reuera diuinam, & singularem animi propensionem eorum, qui in Christum Dei crediderunt, intuebamur. Simulátque enim sententia contra priores pronunciata fuit, alij aliunde ad tribunal iudicis prosilire cœperunt: séque Christianos confiteri, acerbitates & multiplicium tormentorum modo pro nihilo putare, absque metu & terrore liberè pro religione & cultu Dei omnium rerum moderatoris loqui: cum gaudio denique, risu & lætitia postremam mortis sentẽtiam excipere, sic vt psalmos, hymnos, & gratiarum actiones in Deum totius mundi conditorem, quoad extremum spiritum edidissent, lætis animis decantarent.

Diuturna persecutio: & crebra supplicia, eadẽque crudelia Christianorum.

Martyrũ alacritas admiranda.

Martyrũ gratiarum actiones in medus tormentis.

De Philoromo & Philæa Martyribus. CAP. X.

Ruf. c. 10. Atque isti martyres, admiratione digni quidem fuerunt: sed illi præ cæteris videbantur egregiè admirabiles: qui quamuis diuitiis, nobilitate, gloria, eloquentia, & philosophiæ cognitione illustres essent, hæc omnia tamen pro vera pietate & fide in Seruatorem & Dominum nostrũ Iesum Christum pro nihilo ducerẽt. Talis erat Philoromus, vir magistratum non illum quidem vulgarem adeptus, sed ad Imperatoris negotia Alexandriæ procuranda delectus: qui non sine magna gloria & honore (vt Romanorum mos fert) à satellitibus stipatus, in dies singulos de controuersiis ad se relatis iudicium tulit. Talis Philæas etiam Thmuitẽsis Ecclesiæ episcopus, vir planè cùm in ciuilibus patriæ institutis & ecclesiæ ministeriis valde præstabilis, tum Philosophiæ disciplinis eximius. Isti duo cùm permulti & cognati & alij amici eos obsecrassent, cum prætereà viri primarij, qui cum imperio erant, orassent, cum ipse iudex denique hortatus esset, vt sui ipsorum caperent misericordiam, liberorúmque & vxorum curam ducerent: nequaquam eiusmodi virorum precibus adduci poterant, vt vitæ cupiditate aliqua ex parte delectarentur, & diuinas leges de confessione & negatione Seruatoris nostri penitùs contemnerent: sed virili animo, & mente digna Philosophis, imò verò pia & digna Deo, contra omnes iudicis minas, contra contumelias fortiter se opponentes, ambo capitibus abscissis abirent è vita.

B

Huc refert Nicephor. ca. 9. li. 7.

Philoromus martyr.

Philæas. Thmuitensis episcopus.

Suorũ monitis non acquiescunt Martyres.

De iis, quæ patrata sunt in Alexandria, prodita scriptis testimonia. CAP. XI.

Sed quoniam Philæam propter humanioris literaturæ notitiam crebro hominum sermone prædicatum diximus, ipse suiipsius in ea re locuples testis accedat, & partim seipsum, quinam tandem fuerit, antè oculos cuiusque proponat: partim martyria, quæ eius ætate Alexandriæ contigerint, accuratius multò quàm in nostra situm est potestate, narret his verbis, quæ quidem ab ipsius literis ad Thmuitas perscriptis petita sunt. Beati martyres, qui apud nos occubuerunt, præclara illa exempla, monita salutaria, & insignes præceptiones, in diuinis & sacris literis nobis ad imitandum proposita, nulla ex parte contemnentes, oculos animi in Deum omnium effectorem exquisite intendebant: & mortem pro pietate oppetere secum statuentes, mordicùs suæ vocationi adhærescebant. Ac quoniam isti sancti martyres Christi insignibus decorati, Dominum nostrum Iesum pro nobis hominis naturam induisse pro certo cognouerant,

Huc refert Nicephor. c. 9. lib. 7.

Philææ de Martyribus Alexandriæ narratio.

A rant, vt omne peccatum radicitùs extirparet, & viatica nostri itineris ad vitam æternam suscepti nobis suppeditaret (non enim rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: sed

Philip. 2.

seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu inuentus est vt homo: humiliauit seipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis) isti inquam idcirco meliora dona æmulantes, omnem cruciatum, omnia suppliciorũ genera, quæ poterant excogitari: nõ semel, sed iterũ atq; iterum sustinuerunt. Atq; præ omnibus satellitũ terroribus quos laborabant non verbis solùm, sed rebus ipsis obnixè eis iniicere, non demiserunt animos, neq; succubuerũt, propterea, quòd perfecta in illis charitas timorẽ foràs miserat. Quorum eximiã fortitudinem, & excelsam in singulis tormentis animi magnitudinem, quæ

Ioan. 4.

tandem oratio poterit explanare? Et cũ libera potestas omnibus permissa esset, cõtumelias & pœnas illis pro arbitratu inferendi: hi fustibus, illi virgis, alij flagellis, nonnulli loris, multi funibus eos perculerunt. Atq; spectaculum nouis vicissim plagarũ & supplicij generibus erat variatum, & multum probri habuit, & ignominiæ. Quidã enim primũ manibus à tergo colligatis ligno appensi, & machinis quibusdam membra eorum vniuersa distenta, distractáq;: deinde à tortoribus ex mandato magistratuũ per totum corpus grauiter diuexati, & non quemadmodum cũ homicidis agi solet, latera solum, sed venter, tibiæ & genæ flagris ferreis cęsæ. Alij pependerunt, ad porticum vna manu affixi, & articulorum membrorumq; distẽtionem, quæ omnem doloris superabat acerbitatem, pertulerunt. Alij vultu alterius in alterum obuerso ligati, & columnis pedibus non ad terrã demissis appensi, sic vti cum funes acrius retraherentur, & contentius, corporis grauitate ac pondere acerbius premerentur. Neq; tantisper solùm dum præses cũ illis quæstione disceptabat, illisq; examinandis vacabat, sed per totum ferè diem istud supplicij genus sustinuerũt. Quando enim ab illis ad alios profectus est, ministros, ipsius authoritati obsequentes reliquit, qui priores accuratè obseruarent, si fortè quisquam tormentis euictus cedere videretur: mãdauitq; vt acerbè, & sine remissione vlla, funibus distorquerẽtur: & deinceps, cũ iamiam essent animam acturi rursum in terram demissi passim miserè raptarentur. Neq; enim de nobis vel minima cura in eorũ animis resedit, sed omnia in nos perinde tũ excogitare, tum re præstare videbantur, ac si homines non

Libera potestas ethnicis concessa sæuiendi in Christianos.

B fuissemus.* Præter alia tormentorum genera istud nouum prætereà, quod sequitur, aduersarij nostri inuenerunt. Nonnulli enim post verbera, in compedibus ligneis positi erãt, & pedes, alter ab altero, ad quartum foramen distenti, districtiq;, adeò vt necessariò supini iacerent, nec possent propter plagarum vulnera recens toti corpori inflicta, se vllo modo commouere. Alij in solum proiecti, præ crebris tormentorum ictibus, quos pertulerant, semineces iacuerunt: & propter varia ac diuersa cruciamentorum stigmata, quæ in corporibus habebant, miserabilius spectaculum, quàm cum torquebantur, oculis contemplantium subiecerunt. Ex his autem, qui ita se habebant nonnulli in cruciatu mortui sunt, & singulari animi tolerantia aduersarium prorsus confuderunt. Alij semineces in carcerem conclusi, nõ multis diebus pòst, dolorum grauitate oppressi excedunte vita. Reliqui valetudine & viribus curatione recuperatis, temporis longinquitate, carcerisque vsu & velut contritu multò euadunt fidentiores. Sic igitur cum esset singulis illorum præceptum, libera data optione, vel victimas execrabiles contrectandi, quo liberarentur molestiis, & profana atque execrabili ab illis libertate potirentur: vel non sacrificandi, sententiam mortis exciperent: illi absque mora ad mortem libentibus animis gradiuntur. Norunt enim pro certo, ea quæ à sacris literis nobis præscripta sunt: Qui Diis alienis (inquit Scriptura) immolat, delebitur. &, Quòd non erunt tibi dij alieni præter me. Eiusmodi sunt voces Phileæ martyris cùm sapientiæ, tum Dei ipsius amore inflammati maximè, quas ante extremam de eo in iudicio latam sententiam, cũ adhuc esset in carceris custodia, ad fratres ecclesiæ cui ipse præerat, per literas misit: partim vti, quo loco res illius erant, illis exponeret: partim vti eos hortaretur, vt pietati in Christo, post mortem suam, quæ breui ipsum esset occupatura, mordicus adhærescerent.

** Vide adnot pag. 87. lat. 1. lin. 33.*

Martyrũ noua supplicia & horrenda.

Deut. 4. Exod. 20.

Esa. 57. Hic inserta sunt ea, quæ in fragmentis 8. lib. continẽtur cod. Græci folio 91. & sunt capita hic immediatè sequentia 11.

* Vndecim integra capita hic ordine subsequentia in Ruf. desiderantur.

1 Vide annot. pag. 92. lat. 1. lin. 7.

De iis, quæ in Palæstina martyrium pertulerunt. CAP. * XII.

Huc refer Niceph. c. 16. lib. 7.

EX [1] Palæstinæ martyribus primus erat [2] Procopius, qui antè quàm carceris satis magnum fecisset periculum, statim à primo ingressu cum in iudicio corã præsidibus

Palæstinæ martyres.
2. Procopius.

ſiſteretur,& ei imperatum eſſet, vt diis eorum immolaret, vnum ſolum Deum ſe ſcire dixit: cui, ſicut ab eo ipſo præceptum eſt, ſoli eſſet ſacrificandum. Poſtquam verò † quatuor Imperatoribus hoſtias etiam offerre illi mandatum fuit, ſententiam quandam, quæ illis parum arridebat elocutus, hoc ſcilicet Homeri carmen. A

† Curteri. Diocletianus collegã ſibi Maximianũ adſciuit: vterque rurſus propter diuerſarum gentium motus Cæſarem vnũ nominauit: Diocletianus Maximũ, Maximinianus Flauiũ Cõſtantium, χλωρὸν. hos ergo, vt arbitror, Imperatores quatuor ſignificat.

*Vide annot. Pag. 92. la. 1. lin. 12. 30.

*Non bona res multi domini, rex vnicus eſto.**

1. Alpheus. Zachæus.

extemplò ſecuri percutitur. Poſt iſtum,[1] Alphæus & Zachæus, cùm poſt verbera & nouaculas, poſt vincula aſpera, grauéſq; in eiſdem dolores, poſt alias diuerſas in tormentis quæſtiones, poſt pedes dies noctéſque compedibus ligneis quatuor foraminũ interuallo interpoſito diſtentos diſtractoſque, decimoſeptimo die menſis, qui vocatur Dius hoc eſt, apud Romanos ad decimum quintum Calend. Decembris, vnum ſolum Deũ, & ſolum Ieſum Chriſtum regem liberè eſſent confeſſi, velut aliquid locuti blaſphemiæ, pari ratione cum martyre ſuperiore, capitibus abſciſſis ex hac luce decedunt. Ea porrò, quæ erant Antiochiæ eodem die de Romano martyre factitata, memoria planè digna videntur. Iſte enim Palæſtinus genere, eccleſiæ Cæſarienſis diaconus & exorciſta, cum pariter Antiochiæ in eccleſiarum vaſtatione fortè verſaretur, complures viros ſimul cum vxoribus & liberis aceruatim ad idolorum delubra properãtes, & iiſdem hoſtias immolantes intuitus, ſpectaculum neutiquam tolerandum arbitratus eſt: & proptereà ſingulari pietatis ſtudio incenſus, accedit propius, & magna voce exclamans, eos grauiter redarguit. Qui propter hoc tam audax facinus prehenſus, generoſiſſimus (ſi quiſquam alius) teſtis declaratur veritatis. Nam cum iudex mortem illi ignis incendio infligendam pronunciaſſet, ille vultu hilari, & animo maximè læto, ſententiam lubens amplexatus, ad ſupplicij locum abducitur. Deinde vbi alligatur ad palum, & dum ligna illi circumcirca coaceruabantur, & hi, qui incenderent rogum. Imperatoris iam præſentis ſententiam expectabãt, clamauit, Vbi mihi ignis quæſo? Hæc locutus, accerſitur ad Imperatorem, quò nouum & inuſitatum genus ſupplicij ſuſtineret, vt lingua nimirum illi amputaretur: quod fortiſſimè perpeſſus, rebus omnibus declarauit, diuinam vim illis, qui aliquid pro pietate ſubeant acerbitatis, opem ſemper apportare ſolere, cũ labores & ærumnas alleuando, tum animi alacritatem firmè corroborando. Iſte enim, ſimulátque nouum illum ſupplicij modum intellexit, præ generoſa animi alacritate neutiquam obſtupefactus, lubens extendit linguam, & paratiſſimo animo eam lictoribus, quaſi inſtructam præbet. Poſt quod ſupplicium in vincula cõiectus, longinquo tẽporis ſpacio ibi afflictatus, tandem cum vigeſimus annus regni Imperatoris aduentaret (quo ex decreto conceſſum erat, vt libertas omnibus, qui vinculis vbique conſtricti tenebantur, palàm prædicaretur) ſolus iſte in compedibus iacens, vtroque pede ad quintũ foramen diſtracto, laqueo collo circumiecto ſtrangulatus, martyrio demum, ſicut ei erat in optatis, decoratur. Et quanquam extra patriam ſubiit martyrium, tamẽ cum Palæſtinus genere ſit, dignus videtur, qui in Palæſtinorum martyrum numero meritò reponatur. Hæc igitur primo anno, cum perſecutio ſolum contra eccleſiæ præſides graſſaretur, hoc modo in Palæſtina geſta fuerunt.

Romani Martyrium.

Lingua exectio. B

De Timotheo, Agapio, & Thecla, & aliis octo martyribus: & de principum mutatione, & imperij diſsidio.

CAP. XIII.

Huc refer Nicephor. c. 14. lib. 7.

Vrbanus præfectus Palæſtinæ. Timotheus martyr.

Secundo anno iam aduentanti, cùm bellum contra nos vehementius exardeſceret, & literæ Imperatorum (in quibus generali edicto præceptum erat, vt vniuerſa plebs in ſingulis ciuitatibus idolis immolare, & libamina offerre cogerentur) iam primùm ad Vrbanum id temporis prouinciæ illius præfectum perlatæ eſſent: Timotheus, Gazæ, vrbis Palæſtinæ, infinitis propè tormentis exantlatis, ad extremùm in rogum lentius aliquanto & remiſſius exardeſcentem impoſitus, maximè germanam germanæ erga Deum pietatis probationem, per patientiam in omni cruciatus genere oſtentatã demonſtrauit: & coronam, quæ ſanctis Dei athletis pro pietatis victoria concertantibus tribui ſolet, ad extremum reportat. Tempore autem eius martyrij, Agapius, & Thecla, quæ noſtra vixit ætate, conſtantiam animi maxime generoſam declarantes, beſtiis ex ſententia iudicis traduntur deuorandi. At quis tandem eſt, qui illa quæ ſequebantur, aut

Agapij & Theclæ martyrium.

A aut oculis conspicatus non miraretur, aut solum auditione accipiens non obstupesceret? Nam dum gentiles publica festa inter se celebrabant, & consueta agebant spectacula, inter alia quæ magnoperè ipsis in optatis erant ad contemplandum, crebro hominum sermone ferebatur: Christianos qui dudum erant ad bestias damnati, certamen confecturos. Cum verò huius rei fama latius manaret, & apud omnes passim vagaretur: adolescentes numero sex, quorum vnus genere Ponticus, nomine Timolaus: alter ex Tripoli, vrbe Phœniciæ, qui Dionysius nuncupatus fuit: tertius ecclesiæ Diospolis subdiaconus, qui Romulus dictus est: quartus Pausis, & quintus Alexãder, vterq; Ægyptius: sextus huius gentilis Alexander, ex vrbe Gaza: proprias manus, quo ardentẽ martyrij cupiditatẽ significarẽt, antè colligãtes, ad Vrbanũ, qui iã bestias ad Christianos dilaniandos emissurus esset, curriculò currunt, seque Christianos liberè cõfitentur: atque ipsa sua propensione tanquã ad aciem instructa, & ad quodq; discrimẽ admodum parata, liquidò declarârunt, eos qui in vero Dei omnium rerũ fabricatoris cultu gloriantur, violentas immanium ferarum incursiones nequaquam formidaturos. Vnde profectò tùm ipsum præsidem, tum illos qui cum eo erant, in repentinã admirationem traducentes, extemplò in carcerẽ contruduntur. Non multis diebus post, alij duo fuêre in eorum numerũ ascripti: vnus, qui acerba & varia tormenta propter fidei suæ confessionẽ variis temporibus ostẽtatam, antea exhausisset, Agapius nomine: alter, qui res ad corporis vsum necessarias illis martyrib. subministrasset, Dionysius appellatus. Omnes isti, octo numero, vno die, nempe vigesimoquarto mensis Dystri, hoc est, ad nonum Calẽd. Aprilis, in ipsa Cæsarea securi percussi obeût. Per idem tempus duo ex Imperatoribus, quorum alter primũ & summum imperij gradum, alter secundum post illum obtinebat, ad priuatam quandam vitæ rationem se transtulerunt: atq; Respub. languescere & ægra esse cœpit. Paulò pòst, Imperio Romano contra se dissentiente, bellum graue & acerbum inter ipsos Imperatores mutuò excitatur: neque seditio ac tumultus in ea cõmotus prius sedatus fuit, quàm pax aduersum nos in vniuersis orbis partibus, quæ Romano paruêre Imperio, firma cõstitueretur. Nã simulac illa omnibus instar lucis cuiusdam, ex tenebricosa & obscura nocte exorta fuit, cõmunis Imperij Romani status iterũ ad stabilitatẽ, amicitiam & pacem restituitur, mutuámque concordiam, quã à maiorib. acceperat, recuperauit. Verùm de his rebus copiosius disserẽdi, est aliud tempus magis opportunum nobis reseruatum. Iam verò ad ea quæ sequuntur pergamus.

Timolaus, Dionysius, Romulus, Pausis, Alexandri duo, martyres.

Agapij & Dionysij martyrium.

Dissidiũ Imperatorũ, pacẽ ecclesiæ præstitit.

B

De Apphiano Martyre. CAP. XIIII.

MAximinus Cæsar, qui suis ipsius viribus ac manu imperium occupauerat, perspicua odij & impietatis erga Deum, animo suo tanquam naturaliter insitæ & innatæ indicia omnibus commonstrans, persecutionem magis generalem quam superiores Imperatores contra nos instituit. Proinde cùm perturbatio & confusio non exigua illa quidem omnibus impẽderet, & alij in alia loca essent dispersi, sedulóque periculum euitare studerent, & grauis commotio vbique passim peruaderet, quæ orationis & dicendi facultas, ad diuinum amorem & libertatem in fidei in Deum confessione, beati martyris Apphiani dignè explicandã, satis idonea reperiatur? Qui quidem in festo, quo gentiles Hecatæ sacrificare solent, omnibus Cæsareæ ciuibus admirabile suæ in Deũ solum pietatis exemplar proposuit contemplandum: neque tamen adhuc vigesimum ætatis suæ annum egit. Qui primùm Beryti, quo liberalibus humanioris literaturæ disciplinis erudiretur (quippe fuit parentibus, qui mundi diuitiis affatim circumfluebant, ortus) longo tempore commoratus, incredibile dictu est quo pacto in tali, támque vitiosa & corrupta ciuitate, iuuenilium cupiditatum impetus penitùs deuicerit: & neque præ ætatis flore, quo iam corpus viguit: neque præ familiaritate & necessitudine adolescentulorum, quibus cum vixit, mores deprauatos combiberit: sed temperantiam amplexatus, modestè, sobriè & piè, secundum eam religionem quæ est Christianorum propria, vitam traduxerit, institueritque. Quòd si patriæ illius mẽtionem facere oporteat, & illam ob istum generosum pietatis athletam ex ea editum ornare, hoc planè efficiemus, nec immeritò. Si quis igitur Pagas Lyciæ non obscuram sanè ciuitatem norit, inde hic adolescens ortus erat: qui post reditum à schola & institutione, qua fuisset apud Berytum educatus, patre illius iam principatum totius patriæ occupantæ, vi-

De Maximino vide infra c. 26. 27. & quæ notata sunt ad ca. 4. supra hoc libro.

Hecatæ sacrum.

Maximini Imp. in Christianos tyrannis.

Persecutio connexa Decianæ, authore Maximino.

Apphiani encomion & martyrium.

Aetas.

Genus.

Institutio.

Patria.

Paga vrbs.

Fortuna. *Studium.*

tæ cõſuetudinem,qua cum patre & aliis cognatis vtebatur, propterea quòd illi neutiquam animũ inducerent,vt ſecundum pietatis inſtituta vitam degerent, ferre non poterat:ſed tanquã diuino ſpiritu correptus, & naturali quodam, imò cæleſti & vero ſapientiæ amore inflammatus, altiora animo complexus, quàm quæ falſa & vmbratilis mundi gloria fert, blandis corporis lenociniis repudiatis, clàm amicis & familiaribus ſuis aufugit: & nequaquam ſumptuum, qui ipſi ad vitam neceſſariò ſuppetere deberent,vllam curam habens, propter ſpem & fidem in Deum, fuit à diuino ſpiritu ad vrbem Cæſaream tanquam manu deductus:in qua martyrij corona, quæ eſt merces pietatis, ei præparata fuit. Dum erat nobiſcum vnà, ex ſacris literis exiguo illo temporis ſpacio,quo vixit,tantum percepit fructus,quantum à quoquam percipi poterat: & diſciplina ad piè viuendum aptiſſima ſeipſum exercens, attentiſſimè viam ad mortẽ muniuit.Quinetiam qualem vitæ exitum declarârit,quis eſt qui in eum intuendo non obſtupeſceret? Aut quotuſquíſque rurſus eſt, qui eius animi fidentiam, liberam mentis celſitatem,conſtantiam, & maximè omnium fiduciam & conatum ipſum, in quibus argumenta veræ in Deum pietatis & feruentis ſpiritus,qui planè ſupra hominem putandus eſt,perſpicuè àpparuerunt,non fama & auditione aſſecutus,optimo iure admiraretur?Nam cum tertio anno perſecutionis noſtræ, regnante Maximino, ſecundus in nos cieretur tumultus,& tyranni literæ,tum primum ad Vrbanũ perlatæ eſſent,vt omnes cuiuſque generis & ætatis (magiſtratibus in quâque ciuitate omni cura ac ſtudio in eam rem incumbentibus) diis eorum immolarent,& præcones per totam vrbem Cæſaream viros cum vxoribus & liberis ad idolorum delubra ex edicto præſidis conuocarent,& tribuni item quémque ex ſcripto nominatim appellarent (vnde omnia loca inexplicabilibus miſeriarium fluctibus redundabant) iſte quem dixi Apphianus (nemine, quid eſſet facturus, ei conſcio) clam nobis qui in ædibus cum illo eramus, clam etiam vniuerſa præſidis cohorte,fidenti animo ad Vrbanum iam ſacrificantem accedit:atque audacter & abſque formidine eius dextram præhendens,extemplo ab immolando coërcuit,prudentérque admodum & grauiter cum diuina quadam animi confeſſione & alacritate ab errore deſiſtere hortatus eſt.nam parum rectum eſſe, vt vno & ſolo vero Deo relicto, idolis & dæmonibus hoſtias offerret.Iſtud planè, vt videtur, adoleſcentulus aggreſſus eſt,diuina vi & potentia ipſum ad hanc rem impellente, & per facinus ab illo admiſſum penè in aures omnium inclamante:tantum abeſſe vt Chriſtiani, qui hoc nomen verè vſurpant, à pietate in Deum omnium authorem, qua ſemel ſunt imbuti,abducantur, vt non modò minas, terrores, & omnia ſuppliciorum genera,quæ eoſdem ſequi ſolent, ſtrenuè ſuperent:ſed deinceps etiam magis fidenter loqui, & lingua ingenua ac neutiquam metu hæſitante, fidem liberè confiteri, & ſi fieri poſſet, etiam perſecutores ipſos & carnifices ab ignorationis cæcitate auocare, & ad vnum ſolum Deum agnoſcendum impellere audeant. Hac igitur de cauſa,iſte,de quo inſtituitur oratio, confeſtim (quod veri ſimile erat homini in tali facinore deprehenſo euenturum) à præfecti ſtipatoribus, tanquam agreſtibus belluis in eum furentibus, dilaniatus,& infinitis plagis toto corpore quas fortiſſimè ſuſtinebat, excruciatus, ad tempus in carcerem concluditur. In quo vnum diem noctémque vtroque pede compedibus ad cruciatum paratis,longè à ſe mutuo diſtento diuexatus,poſtridie ad iudicem educitur. Ac ſimulátque compellebatur ad ſacrificandum,reſtitit, & ſummam animi tolerantiã ad ærumnas horrendóſque dolores ferendos monſtrauit: adeò vt carnifices latera eius non ſemel atque iterum,ſed ſœpius ad oſſa vſque & intima viſcera dilacerare,plagas,& verbera in os & ceruicẽ infligere pergerẽt,vti vultus eius verberũ vibicibus intumeſcẽs, ab iis qui illum probè & accuratè antè de facie nouiſſent, ne agnoſci quidem amplius poſſet.Verùm cũ ne huic quidẽ dolorũ cumulo vlla ex parte ſuccũberet,tortores ex mãdato præſidis,pedes lino tincto oleo,eoq; incenſo obuoluentes,afflictârũt, vnde quãtos & quàm graues dolores beatus ille exhauſerit, mihi videtur nõ poſſe dicendo exprimi. Peruaſit enim per carnes illius,eáſq; abſũpſit,& in oſſiũ penetrauit medullas, vſq; adeò vt totius corporis humor inſtar ceræ tabefactus liqueſceret,deſtillarétq;. Cæterũ ne in his quidẽ cruciatib. demiſit animum,ſic vt iã aduerſarij & carnifices incredibili eius tolerantia,quæ cõmunem hominis naturã longè ſuperauit,ferè defeſſi eſſent:vnde rurſus in vincula cõpingitur. Triduo pòſt ad iudicẽ denuò productus, & eandem pietatis cõfeſſionem liberè exprimẽs,licet iã deinceps propè mortuus eſſet, maris tamẽ fluctibus ſubmergendus

Marginal notes (left): *Martyrij corona, pietatis merces.* — *Ingenium.* — *Virtus.* — *Edictum Maximini aduerſus Chriſtianos.* — *Inquiſitio mira.* — *Apphiani fiducia, & ad ſubeundum martyrium alacritas.* — *Mira patientia Apphiani in tolerãdis cruciatibus.*

Marginal notes (right): A — Vrbanus præfectus ab Apphiano ob idololatriã publicè in ſacrificio reprehenditur. — B

A submergendus traditur. Miraculum autem quod statim pòst est consecutum, si à nobis cõmemoretur, verisimile est nullam fidem habiturũ, apud eos præsertim qui eadem oculis minimè ipsi conspexerunt: at licet homines vix fidem illi adhibituros satis intelligamus, ratio tamen non patitur quin omnino rem, vt gesta est, scriptis prodamus: quippe cùm omnes (verè dixerim) qui Cæsaream incolunt, eiusdem testes habere videamur. nulla enim ætas Cæsariensium ab isto admirabili spectaculo abfuit. Simulatque igitur sanctissimum illum & beatissimum Christi martyrem medio mari, vt illis videbatur, in profundissimos vortices coniecerant, ex improuiso tanta procella, non vsitata illa quidem, tanta etiam turbatio, non per mare solum, sed per vniuersam continentem se diffundebat, vt cùm terra, tum tota ciuitas, eius impetu & violentia cõcuteretur: atque vnà cum isto mirando & repentino terræ motu, ipsum mare martyris cadauer, vtpote tam sacrum pondus sustinere non valens, ante portas ciuitatis eiiceret. Eiusmodi igitur sunt res gestæ sanctæ Apphiani, qui die Parasceues, hoc est secundo die mensis Xanthici, id est, ad quartum Non. Aprilis martyrio occubuit.

Apphianus in mare abiectus.

Terræ motu martyris cadauer mari eiectum, miraculosè ad portas vrbis.

De Vlpiano & Ædesio martyribus. CAPVT. XV.

EOdem tempore, iisdemque ferè diebus, in ciuitate Tyriorum adolescens nomine Vlpianus, post acerbissimas plagas, & verbera grauissima, in pellem bubulam iam nuper extractam, cum cane & aspide inuolutus, præceps in mare deijcitur. Quapropter videtur mihi meritò post res Apphiani in martyrio gestas, in sermone nostro recẽsendus. Non longo tempore pòst Ædesius, non solùm Apphiani secundum Deum, sed etiam secundum sanguinis coniunctionem ex patre germanus frater, germana ferè & similia cum illo tormenta perpessus, post infinitas fidei confessiones, post diuturnas vinculorum afflictationes, post latam à præside sententiam, qua ad metalla in Palæstina erat damnatus, post vitæ rationem, quam pallio vestitus more Philosophi (etenim plus politioris eruditionis, plusque cognitionis in Philosophia fuerat, quàm frater, adeptus) sanctissimè traduxerat: tandem cùm iudicem in vrbe Alexandria sententiam
B de Christianis pronunciantem videret, & plus æquo in eos furentem (quippe viros interdum graues & modestos variis ignominiæ notis affecit, interdum & mulieres summæ continentiæ, & virgines quæ sua sponte Dei cultui se consecrauerant, ad turpem ipsarum contumeliam lenonibus tradidit) idem cum fratre aggressus est. & quoniam illa facinora intoleranda ei videbantur, fidenti & erecta animi magnitudine accedens ad iudicem, turpitudinis & ignominiæ, quam cùm verbis, tum rebus ipsis præstitisset, eum coràm coarguit: vnde variis tormentorum cruciatibus diuexatus) quæ quidem constanter & sedatè admodum pertulit) ad extremum fuit in mare proiectus, & eundem cum fratre exitum consecutus. Sed de Ædesio hactenus. Atque ista, vt dixi, non longo tempore pòst hoc modo gesta fuerunt.

Vlpiani martyrium.

Aedesius Apphiani frater eodem martyrio coronatus.

Virgines Deo dicatæ lenonib. addictæ.

De Agapio martyre. CAPVT XVI.

QVarto anno persecutionis in nos grassantis, ad duodecimum Calend. Decembris hoc est vigesimo die mensis qui Dius vocatur, die Veneris, in eadem vrbe Cæsarea, tale facinus, dignum re uera quod literarum monumentis commendetur, ipso tyranno Maximino præsente (qui eodem die, qui natalis suus dies erat, spectacula populo magno cum apparatu ac sumptu edebat patratum fuit. Et quia consuetudo inueterârat, vt varia spectacula, si etiam vnquam aliàs, præsentibus ipsis Imperatoribus summa cum magnificentia ac splendore, proponerentur spectatoribus, ad eorum animos oblectandos, eaque nouis ac peregrinis formis pręter communem & vsitatum morem variarentur, sic vt interdum animalia ex India aut Æthiopia, aut aliunde acta in amphitheatrum introducerentur: interdum viri mimicis corporis gestibus permira animorum oblectamenta spectantibus ostenderent: ob eam causam cùm iam Imperator ipse ludos faceret, eximium quoddam spectaculum, & quod multum haberet admirationis, in magnifico eorum apparatu omnino elucere oportebat. Quodnam igitur erat istud quidem: Martyr & testis nostræ in Christo religionis adducitur in medium, strenuè pro sola & vera pietate decertaturus, Agapius nomine: quem vnà cum Thecla

Spectacula Imperatorib. præsentibus edi solita in memoriam natalis diei.

Ambitio Theatralis.

Agapij martyrium. ſociatum, beſtiiſque traditum ad deuorandum, paulò antè demonſtrauimus. Iſte aliàs A è cuſtodia eductus, ſimulque cum maleficis ad ſpectacula populo edenda coniunctus, cùm palàm egregiè ſuas partes in ſtadio egiſſet, idque ter ac ſæpius, propterea quòd iudex poſt minas illi variis temporibus oppoſitas, ſiue illum commiſeratus, ſiue ſpe propoſiti & ſententiæ eius commutandæ inductus, ad alia ſemper noua certamina diſtulerat, tandem præſente ipſo Imperatore denuò producitur, velut opportunè & commodè in illud tempus reſeruatus: vt hoc dictum ſalutare, quod Dominus diſcipulis ſuis diuina præſcientia prædixiſſet (nimirum quòd coram regibus adducerentur propter teſtimonium eius) verè in eo compleretur. Primùm igitur in medium ſtadium, cum quodam malefico & ſceleſto homine, quem cædis domini ſui reum fuiſſe ferunt, vnà rapitur. Deinde hic domini ſui interfector, qui beſtiis obiici debuiſſet, miſericordia & clementia Imperatoris (propè ad ſimilitudinem Barrabæ latronis, quem Seruatoris loco Iudæi mortis periculo eripiebant) nece liberatus eſt: & propterea ſtrepitu & acclamationibus totum adeò perſonabat theatrum, quòd homicida Imperatoris beneficentia non ſolùm ſeruatus eſſet, verùm etiam honore libertate donatus. Cæterùm hic veræ & diuinæ pietatis athleta, primùm à tyranno accerſitur? deinde inficiationem ſuæ voluntatis & inſtituti rogatus eſt: promittitur ei libertas. at ille magna voce palã teſtatur, non turpis & nefarij criminis cauſa, ſed pietatis in Deum, omnium rerum opificem, libenter & cum voluptate omnia ſupplicia, quæcunque ſibi imponerentur, ſe pacato & trãquillo animo ſubiturum. Atque hoc elocutus, dicto citius factum exequitur: & vrſo in illum dimiſſo, ex aduerſo veluti curriculo factus obuiam, ſeipſum libentiſſimè vorandum dat. Poſt adhuc ſuperſtes ſpiritum ducens, in carcerem mittitur vbi vno die in vita commoratus, poſtridie lapidibus ad pedes eius appenſis, in medium mare demergitur. Tale Agapij martyrium fuiſſe conſtat.

Matth. 10.

Homicida liber dimittitur martyre Chriſti ad ſuppliciũ deſtinato.

Agapij conſtans ad Imp. verba reſponſio.

Agapius vrſo obiectus.

Agapius in mare abiectus

De Theodoſia virgine, & Domnino & Auxentio martyribus, & Vrbani ducis morte. CAPVT XVII.

IAm verò cùm perſecutio eſſet ad quintum annum continuata, ſecundo die menſis Zanthici, id eſt, ad quartum Non. Aprilis, in ipſo die Dominico, & ipſo feſto reſurrectionis Seruatoris noſtri, Theodoſia rurſus virgo, Tyri puella fidelis & modeſta, non annos decem & octo omnino adhuc nata, vinctis quibuſdam Cæſareæ, qui regnum Chriſti conſtanter confitebantur, ante tribunal conſidentibus accedit, cùm benignè ſalutatura, tum (ſicut veriſimile eſt) eos obſecratura, vt cùm eſſent apud Dominum, illius recordarentur. Quo factitato, eam tanquam nefas quoddam & impiũ facinus aggreſſam, ſatellites abripiunt, deducuntque ad præſidem. Extemplò verò iſte quaſi mente captus, & animi furore maximè efferatus, grauibus, & horrendis tormentis latera, mammaſque ad interiora vſque oſſa dilaniat: quam adhuc ægrè ſpirantem illam quidẽ hilari tamen vultu & læto omnia cruciamenta perferentem, in rapidos maris fluctus proiici iubet: deinde ab illa ad reliquos Chriſti confeſſores digreſſus, omnes ad æris metalla, quæ erant in Phæno Palæſtinæ, condemnat. Poſt illa, quinto die menſis Dij, hoc eſt, apud Romanos Non. Nouẽbris, in eadem ciuitate Siluanum (qui, dum adhuc presbyter erat, Dominum fuerat ingenuè confeſſus: quique paulò pòſt epiſcopatus dignitatẽ adeptus, martyrio è vita migrauit) & quoſdam alios confeſſores, egregiã in pietatis defenſione conſtantiam declarantes, eorundem metallorum laboribus idem præſes adiudicauit: qui primùm illis pedum flexus & cõmiſſuras ferreis inſtrumentis igne candentibus debilitari præceperat, deinde eos ad illud ſupplicium amandauit. Simulatque verò iſtam contra hoſce pronunciauerat ſententiam, Domninum, virum cum ob infinitas fidei Chriſtianæ confeſſiones eximiè nobilitatum, tum ob magnificam & egregiam in liberè de religione loquendo alacritatẽ apud Palęſtinos omnes cùm primis illuſtrem, incendij ſupplicio addicit. Poſt cuius condemnationem, idem iudex, diſertus im probitatis excogitator, & callidorum contra Chriſti doctrinam conatuũ inuentor, ſupplicia quædam nunquam antea audita cõtra pios reperit. Tres illorum, ad ſingulare pugillatus certamen ſententia deſignat. Auxentium item, virum grauem & pium, ſanctumque ſenem, beſtiis tradit diſcerpendũ. Alios autem, qui iam ad robuſtam & virilẽ ætatem peruenerant, exectis teſticulis, primùm eunuchos facit: deinde ad eadẽ metalla condemnat.

B *Vide Nicephor. lib. 7. cap. 14. 16.*

Theodoſia virgo ſubmerſa.

Siluanus ad metalla damnatus cũ aliis.

Dõnini martyrium.

Auxentius beſtiis obiect.

A condemnat. Alios rursum acerbis cruciamentis diuexans, carcere coërcet, & vinculis Inter quos erat[1] Pamphilus, omnium necessariorum meorum mihi maximè desideratus: vir ex omnibus martyribus nostri temporis, propter cuiusque generis virtutem facilè præstantissimus. Huius, in dicendi facultate & philosophorum disciplinis, Vrbanus primùm periculum fecit: deinde impulit ad sacrificandum. quem vt penitùs renuentem, & minas pro nihilo putantem vidit, ad extremum bile & furore commotus, asperioribus tormentis illum cruciari mãdat. Quare immanissimus ille, & maximè crudelis præses, continua acutarum nouacularum incisione martyris latera acerbè pungente, iam ferè satiatus, & tandem pudore suffusus, in carcerem, vbi reliqui confessores erant, concludi iussit. Verùm qualem mercedem Vrbanus ob tantam sæuitiam & crudelitatem, qua tantopere in sanctos Dei & Christi martyres insultauit, ex iusta Dei vltione & vindicta post mortem habiturus esset, ex suppliciis illi in hac vita inflictis, quæ erant tanquam futurorum procemia, facilè licebat animaduertere. Nam non longo tẽpore post facinora quæ in Pamphilum nefariè consciuerat, diuina vltio, dum adhuc præfecturam gerebat, eum ex inopinato adorta est, ad hunc modum. Qui iamdudum in sublimi & excelso sedens solio, iudicia dabat: qui satellitio militari stipatus, qui vniuersæ Palæstinorum gentis præfectus, qui conuictor tyranni, tanquam ei intimus, qui eiusdẽ mensæ cum illo particeps erat: vindicta Dei, vna nocte non solùm fuit tantis dignitatis ornamentis orbatus, ignominiæ & dedecori coram illorum oculis, qui eum vt principem admirati fuissent, expositus, timidus & ignauus factus, adeò vt voces muliebres turpiter funderet, & abiecto animo vniuersæ genti cui præfuerat supplicaret: verũ etiam Maximino, de cuius gratia antea insolens & superbus arroganter se extulerat (quippe cum egregiè præter cæteros, ob facinora in nos crudeliter edita, amplexabatur) duro & crudeli iudice vsus est: adeò vt post turpem ignominiam, quam pro sceleribus, quorum erat conuictus, subibat, sententia ab eo pronunciata morti addiceretur. Cæterùm hoc à nobis extra propositum dictum sit. Atque erit tempus magis idoneũ, cùm & vitæ exitus aliorum impiorum, qui maximè contra nos dimicârunt, & ipsius Maximini cum suis, nostra ad ocium plenius complectetur oratio.

[1] Pamphili martyriũ, qui Eusebij fuit amicissimus.

Vrbani præsidis interitus tali homine dignus.

B

De confessoribus quibusdam, & duobus mulieribus virginibus, & Paulo, martyribus. CAP. XVIII.

AD annum sextum persecutionis, cùm tempestas eius contra nos vehementer ingrueret, fortè in loco quodam Thebaidis, Porphyrite appellato (qui iam antea ex vena lapidis porphyrite, quæ ibi nascitur, nomen duxerat) ingens turba veræ in Deum pietatis confessorum versabatur: ex quibus centum viri, cum mulieribus & tenellis admodum liberis (tres solum ab eo numero aberant) ad præsidem Palæstinæ, Firmilianũ scilicet, qui iam locum Vrbani in præfectura obtinuerat, mittebantur. Quibus, cùm Deum omnium rerum procreatorem & Christum confessi fuissent, præcepit, idque de sententia Imperatoris, non modò sinistrorum pedum commissuras cum ipsis neruis ignito ferro præcidi: sed etiam oculos dextros primùm sicis, cum ipsis pupillis & membranis, quibus integebantur, effodi: deinde cauteriis candentibus omnino ad ipsas intimas fibras, & quasi radices labefactari: ac postea eos ipsos ad metallorum venas, quæ erant in prouincia, quò graui ærumna & afflictatione torquerentur, ablegat. Neque satis erat, istos solum eiusmodi tormenta perpetientes oculis vidisse: sed etiam è Palæstinis, quos paulò antè diximus, ad singularia pugillatus certamina ineunda condemnatos, coram conspicari voluit: idque, cum fuissent neque cibariis ex penu regio sustentati, neque essent in vllo exercitationis genere, quod ad pugillatum pertinebat, aliquando versati. Iam verò non procuratoribus Imperatoris solùm istud declarârunt, sed coram ipso etiam Imperatore Maximino ea de re comparentes celsissimam in Christo confitendo constantiam, tum famis tolerantia, tum verberum perpessione commonstrârunt: & similia tormenta cum his quos modò posuimus, cumque aliis confessoribus ex ipsa Cæsarea ad ipsorum numerum adiectis sustinuerunt. Post istos autem alij e uestigiò, propterea quod homines, quò Sacrarum literarum lectioni interessent, in vnum coëgerant, in vrbe Gaza capti fuerunt: quorum alij easdem cum iis tum oculorum tum pedum vexationes subierunt: alij tormentis in vtrumque latus

Porphyrites locus et lapis.

Firmilianus præses.

Immania supplicia.

97. martyres simul vexati.

Eorundem patientia in cruciatu.

Mulieres duæ Gazæ(?)es igni traditæ post varia toleratæ supplicia.

inflictis, multo grauiores cruciatus subierunt. Inter quos vna quædam corpore mulier, A
animi autem magnitudine planè vir, cùm stupri minas ferre non posset, & tale verbum
esset contra tyrãnum locuta, nempe rectionem Reip. iudicibus admodum crudelibus
ab eo commissam: primum verberibus cæditur: deinde sublimis in ligno erecto suspensa, acerbos laterum cruciatus perfert. vbi autem, qui ad eam rem erant designati, ex iudicis mandato acria acerbaque cruciamenta illi incusserant, alia mulier quæ multo maiorẽ laudem quàm illi quos Græci μαχητὰς vocant, hoc est pugilles (qui ob alacrẽ & erectum in dimicando animum pleno ore prædicantur) promerita est, quæque pari ratione cum illa priore virginitatis scopum sibi proposuerat, corporis forma vt videbatur admodum sordida, vultu quidem abiecta, sed animo reuera robusta, & maiorem animi celsitatem quàm corporis species præ se ferebat, in pectore complexa, cùm pati non posset vt tam dirè, crudeliter & inhumanè cum illa ageretur, è media turba sic in iudicem vociferatur: Quousque tam acerbè sororem meam torques? Ille iracũdia magis exæstuans, statim illam hominem comprehendi iubet: ea deinde rapitur in mediũ. Quam quidem liberè venerandum Seruatoris nomen profitẽtem, primùm verbis ad immolandum sollicitauit. Verùm vbi resistebat, vi ad altare trahitur. Illa tum suæ indoli germana & conuenientia obiens, & nihil de priore animi alacritate remittens, pede intrepido & fidenti in aram ruit, in eamque insultat calcibus, & quę in ea erant, vnà cum lignorum strue penitùs euertit. Vnde iudex tãquam truculenta bellua, bile & rabie excandescens, primum tot tormenta in eius latera impingi præcepit, quot nemini vnquam antea: & præ furore propemodùm crudis eius carnibus se saturare gestiit. Postea autem quàm eius insania satietatem cœperat, ambas simul iunctas, hanc nempe cum ea quam sororem antè appellauerat, flammarum incendio absumendas addixit.

Valentina mulier.

Quarum priorem ex regione Gazensium ortã, alteram nomine Valentinam ex Cæsariensium genere fuisse prognatam, multisque cognitam, intelligendum est. Martyriũ porrò quod statim pòst beatissimus Paulus perpetiebatur, quo pacto pro dignitate explicare queo? Eodem enim temporis articulo cum illis mulieribus vna sententia morti adiudicatus, ad extremum à lictore, cùm eius caput esset iam iam amputaturus, paululum temporis sibi concedi postulauit. Quo impetrato, primùm clara & canora voce à B

Paulus martyr, eiusque, preces alta voce fusæ.

Deo exposcit, vt Christiani tribules sui eius gratia reconciliarẽtur: & vt quàm citissimè illis daretur libertas, supplex obtestatur. deinde pro Iudæis, vt ad Deum per Christum se totos transferrent, orat: deinceps paululum in oratione progressus, eadem pro Samaritanis efflagitat: tum vt omnes gentiles qui in errore & cæca Dei ignoratione versabantur, ad diuinam cognitionem venirent, & veram pietatem reciperent, deprecatur. Neque vniuersam multitudinem, quæ vndique circumsistebat, omnino tanquã neglectam & precatione sua destitutam reliquit: post quos vniuersos (ô immensam & ineffabilem animi lenitatem & tolerantiam) etiam pro iudice qui illum morti addixerat, proque imperatoribus, pro carnifice item, qui mox esset caput eius ceruicibus abscissurus, eo ipso (carnificem dico) & omnibus qui aderant audientibus, Dei omnipotentis numen implorauit, ne illis hoc facinus in ipsum admissum peccati loco numeraret. Hæc & eiusmodi alta voce precatus, tanquã qui immeritò planè neci addictus fuisset, omnes propemodũ ad misericordiã & lachrymas attraxit: ipse tamen seipsum ad mortẽ adornans, & ceruicem nudam gladio feriendam libenter submittens, diuino, & beato martyrio, vigesimoquinto die mensis Panemi, hoc est, ad octauũ Calendas Augusti, eximiè decoratus fuit. Atque istæ istorum martyrum res gestæ talem habuêre exitum.

De tribus aliis viris, & muliere vna, martyribus, & de re quadam admiranda.

CAPVT XIX.

Ægyptij cxxx martyres ad metalla Ciliciæ & Palæstinæ damnati.

TEmpore porrò non longo progrediente, rursus ex Ægyptiorum regione centum & triginta insignes fidei & confessionis in Christum athletæ, ex mãdato Maximini in ipsa Ægypto, eosdem oculorum & pedum cruciatus, cum illis quos diximus, sustinuerunt: quorum nonnulli ad metalla in Palæstina damnati erant, alij ad metalla in Cilicia relegati. Simulatque verò tam multis tamque egregiis magnanimorum Christi martyrum facinoribus, ingens persecutionis æstus deferbuerat, & velut sacro illorũ cruore flamma eius extincta erat, ac iam remissio & libertas cõfessoribus ex Thebaide, qui

A qui metallorum in eo loco naſcentium laboribus oppreſſi, fuerant conceſſa, & nos Chriſtiani tanquam pulchra quadam pacis ſerenitate nos ipſos eramus iam recreaturi: deintegrò certè ipſe, penes quem perſequendi poteſtas erat, neſcio quo pacto, quáue animi commotione rurſus contra Chriſtianos mirè inflammatur. Proinde ex improuiſo Maximini literæ contra nos vbique in ſingulas prouincias miſſæ fuerunt Vnde præſides & ſummus dux totius Imperatoris exercitus, tabulis, epiſtolis, & publicis edictis, ciuitatis cuiuſque curatoribus vnà cum præfectis præſidiorum & tabellariis præcipiũt, vt edictum Imperatoris ad exitum perducere maturent: mandauítque, vt cum omni celeritate idolorum delubra, quæ ceciderant, reficerent, & denuò ædificarent: quinetiam efficerent, vt omnes omnino viri cum vxoribus, famulis, & pueris, matrum vbera adhuc ſugentibus, immolarent, libamina afferrent, & ipſa ſacrificia reipſa deguſtarent, & cibaria in foro venalia impuris ſacrificiorum libationibus contaminarentur: & pro foribus denique balnearum quidam quaſi cuſtodes conſtituerẽtur, vti qui in his eſſent ſordibus abluti, pòſt ſceleſtis & nefariis illis victimis ſe inquinarent. Quibus rebus ad hunc modum cõfectis, cùm noſtri deintegrò (vt veriſimile erat) maximis curis & mœrore tenerentur implicati, & gentiles ipſi de intolerabili & nimia horum ſcelerum abſurditate admodum conquererẽtur (nam illis iſta nimium faſtidij, nimiumque importunitatis complecti viſa ſunt) & calamitoſiſſima tempeſtas paſſim omnibus impendêret, diuina Seruatoris noſtri virtus & potentia his athletis tantam denuò animi iniecit fidentiam, & quaſi cœlitùs inſpirauit, vt cum nemo illos vi impelleret, raperetque ad fidei ſuæ confeſſionem, vltrò offerrent ſeſe, & omnes eiuſmodi terrores ac minas ſtrenuè protererent, & tanquam pedibus prorſus conculcarent. Idcirco tres ex fidelibus ſimul vno animorum conſenſu, contra præſidem immolantem inſiliunt, & alta voce tali errore atque amentia deſiſtere hortantur. Nam non alium eſſe Deum, præter eũ, qui omnium rerum effector & architectus eſt, aſſerunt. Rogati ergo, quinam eſſent? Chriſtianos ſe audacter confitentur. Qua de cauſa Firmilianus acrius & vehementius concitatus, abſque vllo alio ſupplicij genere, capite mulctandos tradidit. Quorum vnus presbyter erat, nomine Antonius: alter Zebinas vocabatur, ex ciuitate Eleutheriopoli prognatus: tertio Germanus nomen fuit. Decimotertio die menſis, qui Dius dicitur, id eſt Idibus Nouembris, hæc de iſtis acta ſunt. Eodem die mulier quædam Ennathas nomine, ex vrbe Scythopoli orta, virginitatis quaſi coronis pulchrè adornata, vnà cum illis martyribus eò acceſſit: quæ non vltrò ſe obtulit, vt illi, ſed vi tracta fuit, & ad iudicem adducta. Idcirco poſt verbera & graues contumelioſóſque cruciatus, quos iudex ei infligendos curauerat, tribunus quidem, qui illic in proximò magiſtratum gerebat, appellatus Maxys, homo non tam nomine quàm tota vitæ ratione nequam, & vt aliis rebus ſceleſtus & perditus, ita tum corporis viribus ſupra modum robuſtus, tum moribus ferus & crudelis: tum apud omnes, qui illum norant, infamia & dedecore notatus, abſque authoritate maioris poteſtatis, hanc beatam virginem aggreditur, eamque omni veſtitu vſque eò exuit, vt corpus à lumbis ſolum ad pedes contegeretur, reliquum autem nudum exiſteret. Hanc per vniuerſam ciuitatem Cæſaream vndique circunduxit: loriſque per totum forum & publicas plateas tractam, non ſine quadam animi ſui oblectatione verberauit. Quam poſt tot cruciatus, cùm conſtantiſſimam animi firmitudinem pro tribunali, vbi præfectus conſidere ſolebat, in fide tuenda oſtendiſſet, iudex viuam igne cremandam tradidit. Iſte igitur immanitate longius progrediens, & rabiem propè belluinam contra pios in dies adaugens, adeò extra naturæ leges penitùs egreſſus eſt, vti inanimis ſanctorum virorum corporibus ſepulturam impudens inuideret: & propterea cadauera ſub dio, vt à beſtiis dilaniarentur, noctu aſſiduè & interdiu ſeruari præcepit. Itaque non exiguum hominum numerum, multorum dierum ſpacio, huic immani & barbaro mandato inſeruientium, cernere licebat. Quinetiam alij ex ſpecula & loco edito, tanquam operæ precium facturi, ne cadauera ſurriperentur, ſedulò obſeruabant. Itaque agreſtes beſtiæ, canes, & aues carniuoræ membra diſcerpſerunt humana, eaque huc illuc diſperſerunt: & tota ciuitas vndique viſceribus oſſibuſque hominum conſtrata fuit: adeò vt illis ipſis, qui antè fuiſſent infeſto animo in nos affecti, nihil vnquam crudelius, nihil aſpectu horribilius videretur: neque tam eorum calamitatem in quos hæc admiſſa erant, quàm cùm ſuam ipſorum, tum communis parentis naturæ ignominiam deplorabant. Spectaculum

Maximini nouum edictum contra Christianos.

Ipsis etiam Gẽtilibus inuisa fuit nimia illa Imperatorum in Christianos ſæuitia.

Antonius presbyter, Zebinas, Germanus, ſimul martyrio coronati.

Maxys tribunus.

Ennathæ virginis martyrium.

Sepultura martyrum cadaueribus negata.

Etiã inimici Christianorũ miſerti.

enim humanarum carnium, non vno loco deuoratarum, sed vbique miserè disiectarũ, (quod omnem dicendi facultatem, omnémque tragœdiæ speciem longè superat) prope ciuitatis portas cuiusque oculis subiectum fuit. Nonnulli autem membra, cadauera integra, & viscerum partes etiam intra portas se vidisse dixerunt. Dum per multis diebus ista gerebantur, tale quoddam miraculum accidit. Cùm clara esset serenitas, & aër pulchrè splendesceret, totiusque cœli, omnia suo complexu ambiẽtis, summa extaret tranquillitas, derepentè columnæ ciuitatis, quæ publicos & communes porticus sustẽtabant, multas veluti lachrymarum guttas quodammodo ex se profuderunt. Forum item & plateæ, nulla pluuiæ gutta ex aëre decidente, nescio vnde, quóue modo, aqua aspersæ maduerunt: sic vt illicò rumor per omnium ora volitaret, terram, vtpote rerũ id temporis gestarum scelus & impietatem non ferentem, inexplicabili quadam ratione lachrymarum vim ex se fundere, & lapides naturamque inanimam nefaria ea facinora deflere, quo hominum naturam tam ferream, tam immitem, tamque ab omni affectione vacuam, iusta reprehensione coargueret. Verùm nugæ & fabulæ (propè dixerim) hæc quidem oratio posteritati fortasse videbitur: non tamen his, qui eo ipso tempore præsentes, de rei veritate satis persuasi fuerunt.

Miraculum naturæ ipsius, publicum dedecus lachrymantis in cõmiserationem martyrum.

De quibusdam confessoribus, & tribus martyribus, & Petro monacho & Asclepio martyribus. CAP. XX.

Decimoquarto die mensis Apellæi, proximè insequentis, hoc est, ad Decimumnonum Calendas Ianuarij) quidam pij viri ex Ægypto profecti (in Ciliciam namque iter susceperant, vt confessores, qui ibi versabantur, sua curatione subleuarent Cæsareæ) ab his, qui diligenter homines ad portas ciuitatis accedentes perscrutantur, capti sunt. Ex quibus alij eâdem cum illis quibus erant inseruituri, sententiam & condẽnationem subierunt: vt oculi nempè & pedes cruciatu illis labefactarentur. Tres autẽ illorum Ascaloni, vbi capti erant, admirabilem fortitudinis vim in fidei suæ confessione ostendentes, variis martyrij generibus defuncti sunt. Nam vnus illorum in rogum coniectus fuit, cui nomen Ares: reliquis duob. qui † Promus, & Elias appellabantur, capita amputata. Vndecimo die mensis Audinæi, id est, ad tertium Idus Ianuarij, Petrus, qui & Apselamus dicebatur, ἀσκητής id est religiosus vel monachus, vitam solitariam Anea pag. & meditationi deditam secutus, ex pago Anea in finibus Eleutheropolis sita prognatus, cum iudex, & qui ei aderant in cõsilio, sæpissimè eum orassent, vt sui ipsius misereretur, suæque adolescentiæ & ætati florenti parceret: eorum hortationibus penitùs neglectis, & spe quam in Deo omnipotenti collocasset, cum aliis rebus omnibus, tum vitæ ipsius longe prælata, Cæsareæ per ignem, velut aurum purissimum, fidem in Christum Dei, generoso & excelso animo accuratè probauit. Cum isto vnà Æsculapius episcopus, vt videbatur, erroris Marcionitarum, zelo pietatis, vt ille putabat, sed non illius, quæ est secundum scientiam, vno & eodem rogo combustus, exiit è vita. Verùm hæc hactenus.

Martyres Ares, Promus, Elias. Probus al. Petrus Apselamus.

Aesculapius episc.

De duodecim Martyribus, qui cum Pamphilo martyrium oppetiuerunt. CAPVT XXI.

Tempus iam eò me vocat, vt illustre quasi theatrum martyrum, qui cum Pamphilo (cuius nomen mihi semper optatissimum fuit) mortem oppetiuerunt, in hoc sermone ante oculos cuiusque ad intuendum proponam. Duodecim quidem erant, & non modò quodam prophetico dono, aut potius Apostolico, sed Apostolorum etiam numero dignati: quorum coryphæus & princeps solus Pamphilus, presbyterij dignitate Cæsareæ ornatus, extitit: vir toto vitæ cursu omni virtutũ genere eximius, abiectione & contẽptu seculi insignis, facultatũ in pauperes largitione magnificus: spei, quæ in caducis mundi rebus defigi solet, despicientia mirus: ratione viuendi & consuetudine vero philosopho digna singularis: quinetiam ardenti diuini eloquij & Sacrarum literarũ studio, præter cæteros nostræ memoriæ homines egregius: attentissima & propè inexhausta in eas res industria & assiduitate, quas apud animũ proposuerat, prȩstabilis, & in cognatis omnibusque propinquis iuuandis perliberalis. Cætera virtutis eius officia,

Huc refer Nicephor. c.16. lib.7.

Pamphili presbyteri, & xij. eius sociorum martyriũ

A & rectè facta, quoniam longiore explicatione eguerunt, in separato & proprio volumine, de eius vita perscripto, inque tres libros dispertito, iampridem pluribus verbis tradidimus. Eos ergo, qui acri illius vitæ, & virtutum in ea elucentium plenius cognoscendarum cupiditate incenduntur, eò amandamus: nos autem illis solùm in præsentia insistemus, quæ ad martyres cum eo ad supplicium adductos pertinent. Secundus post Pamphilum in certamen descendit, veneranda canicie honoratus Valens, Æliæ ciuitatis diaconus, ipso aspectu senex grauissimus, diuinarum Scripturarum (si quisquam alius) in primis peritus. nam tantam illarum memoriam in pectus eius incluserat, vt si quando aliquem locum citare vellet, perinde expeditè illud poterat absque scripto efficere, atque ex scripto legere. Tertius, Paulus pietate maximè inflammatus, & spiritu non minus feruidus, ex ciuitate Iamnitarum, in qua fama percelebris fuit, prognatus, qui ante martyrium, cauteriorum exustiones perpessus, egregium certamen pro fidei confessione confecit. His in carcere toto biennij spatio commorantibus, fit martyrij dilatio. Intereà fratrum Ægyptiorum, qui cum illis vnà martyrium subierunt, accessio facta est. Isti Ægyptij, simulátque confessores illos, qui erant ex Cilicia, ad metalla vsque, quæ ibi erant, produxerant, domum redierunt. Qui similiter apud ipsos portarum Cæsareæ introitus à custodibus (Barbari autem isti erant, & moribus agrestes) quinam essent, & vnde venissent, interrogati: cum veritatem occultare non possent, tanquam malefici in ipso facinore manifestò prehensi, tenebantur. Quinque erant numero: qui quidem ad tyrannum deducti, & coram illo liberè fidem confessi, statim in carcerem contruduntur. Postridie (hoc erat decimosexto die mensis Peritij: id est secundum Romanos, ad decimumquartum Calendas Martij) hi pariter cum Pamphilo, & reliquis eius sociis, quos suprà posuimus, ex mandato ad iudicem producuntur. Iste primùm inexpugnabilis Ægyptiorum constantiæ & firmitatis animi, diuersis cuiusque modi tormentorum formis, nouis peregrinarum & variarum machinarum inuentis periculum facit. Et simulac illum, qui inter eos omnes principatum tenuit, his certaminibus exercuerat, quisnam esset, primùm sciscitatus est. Deinde vbi pro proprio nomine, prophetæ cuiusdam nomen ab eo acceperat (hoc
B enim ab illis factitatum erat, quòd pro nominibus idolorum, quæ erant fortè à parentibus ipsis imposita, noua nomina, facta mutatione, ipsi sibi asciuissent: Eliæ enim, Hieremiæ, Hesaiæ, Samuelis & Danielis nomine seipsos nuncupasse, & germanum ac verum Dei Israëlem, qui Iudæis erat in occulto, non solum rebus ipsis, sed nominibus propriè & significanter explicatis, commonstrasse audire potuisses) vbi inquam tale nomen à martyre acceperat Firmilianus, non in verbi vim & significationem animum omninò intendens, secundò loco eum interrogauit, quæ illius patria esset? Ille nomen priori aptè respondens effert, Hierusalem suam patriam esse ait. eam certè intelligens, de qua apud Paulum dicitur: Quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrûm. Item alio loco: Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem. is quidem hanc planè intellexit. Sed Firmilianus cogitatione sua humi abiecta, quæ tandem ciuitas illa esset, & vbi terrarum sita, accuratè & curiosè disquirit: vnde cruciatu illum affligit, vt verum fateretur. Hic manibus à tergo vinctis, obtortisque, & pedibus machinamentis peregrinis, inusitatisque diuulsis excruciatus, verum se dixisse constanter asseuerat. Deinceps iudice rursus sæpè quærente, quisnam esset, & quo loco ciuitas illa quam dicebat, locaretur, eam affirmat piorum solùm patriam esse: neque alios, præter hos solos, illius fore participes: illámque ad orientem, vbi sol primo manè suos radios fundere incipit, positam. Atque in istis denuò proferendis seorsum apud animum suum ita diuinitùs philosophatus est, vt eorum, qui illum vndique tormentis diuexabant, nullam prorsus rationem duceret: sed tanquam carnis corporísque expers, ne minimum quidem videretur doloris sensum percepisse. Iudex animo hæsitans, intra se tumultuari cœpit: putabátque Christianos eam ciuitatem, de qua martyr locutus fuisset, infestam omninò & inimicam Romanis effecturos. Multum igitur de ea re scrutari, & vbinam tandem illa regio, quæ in Oriente ferebatur, existeret, admodum conquirere. Postquam autem adolescentulum verberibus sæpius dilaniatum, & tormentis cuiusque generis discruciatum, firma & immutabili mentis constantia illis, quæ ante dixerat, adhærescere animaduertit, ad extremùm mortis sententiam, vt securi percuteretur, contra eum protulit. Talem

Eus. lib. de Pamphili vita tres libri.

Valens diaconus Æliæ.

Paulus Iamnita.

Martyres Ægyptij quinque superioribus additi.

Christiani nomina sua gentilia mutare soliti.

Galat. 4. Hebr. 12.

Hierusalem cælestis piorum patria.

igitur is velut vitæ ſuæ peregit fabulam. Cæteri eius ſocij paribus certaminibus à iudi- A ce exagitati, pari mortis genere è vita ceſſerunt. Poſteà demum Firmilianus, quanquam propè defatigatus erat, & fruſtra viros illos ſupplicio affici cernebat, ſua tamen cupiditate eorum morte exaturata, ad Pamphilum & eius ſocios ſe contulit. Et quia ſatis expertus erat, quàm inflexibilem in fide tuenda conſtantiã, etiam iam antea in tormentis oſtendiſſent: iterum interrogat, vtrum deinceps modò illi morem gererent. Atque cum à ſingulis eorum definitum & poſtremum reſponſum de fidei confeſſione, quæ eſt martyrij propria, excepiſſet, ſimilem cum prioribus pœnam & ſupplicium illis irrogat. Quibus ad exitum perductis, adoleſcentulus quidam ex famulis Pamphili, qui ita erat excultus inſtructúſque, vt dignus ingenua talis & tanti viri educatione, & diſciplina meritò videretur, ſimulátque iudicis ſententiam contra Dominum ſuum pronunciatam intellexit, è media hominum multitudine exclamat, & vt illius aliorúmque ſociorum corpora cùm è vita decederent, terræ mandarentur poſtulat. Iudex verò non hominis, ſed belluæ, aut ſi quid ſit bellua immanius, naturam ſecutus, ne adoleſcentulo quidem ætatis cauſa quicquam veniæ tribuit: ſed vt primùm eum rogârat, eſſétne Chriſtianus, ipſéque ſe eſſe reſponderat, iracundiæ æſtu intumeſcens, quaſi telo ſaucius, tortoribus in mandatis dedit, vt omnes ſuas vires & impetus contra eum exererent. Poſtquam verò, cùm immolare ei iuſſum eſſet, recuſantem videbat: non vt hominem carne circundatum, ſed vt ſtatuam ex lapidibus, aut ligno, aut alia re quapiam confectam, ad oſſa vſque, & intimos viſcerum receſſus, acriter & abſque vlla remiſſione deradi dilacerarique præcepit. Quo ſupplicij genere diu ſuſtentato, iudex cùm illum nec vocem emittere, nec ſenſum doloris vllum præ ſe ferre vidit, idque, cum parum abeſſet quin illius corpus eſſet omnino inanimatum, & tormentis penè contritum exhauſtúmque, ſe fruſtra illum torquere perſpexit: tamen animo duro, ferreo, & omnis humanitatis experte perſtans, confeſtim igni pedetentim exardeſcente, & remiſſo comburi decernit. Hic igitur adoleſcentulus poſtremus, ante Pamphili mortem, qui erat dominus eius ſecundum carnem, in certamen ingreſſus, ante illum è corporis vinculis ſolutus fuit: propterea quòd, qui erant in aliis B trucidandis occupati, tardare videbantur. Licuerat ergo Porphyrium videre (hoc namque adoleſcẽtulo nomen erat) iam in omni certaminum genere exercitatum, incredibili ſtudio & ardore, more hominis pro auguſta & ſacra victoria decertantis, incẽſum, corpore, puluere quidem conſperſo, ſordidatum, ſed decoro oris habitu eximium, erecta & generoſa animi elatione poſt tantos cruciatus ad mortem gradientem, diuino ſpiritu reuera completum: habitu philoſophico quo vti ſolebat, hoc eſt, indumento ad modum pallij humeros ſolum obtegentis, veſtitum, familiaribus ſuis, quid illos eius cauſa facere vellet, modeſto & tranquillo animo præcipientem, nutúque ſignificantẽ, & cum iam ad palum eſſet alligatus, vultum ſplendidum & hilarem ſeruantem: quinetiam cum rogus longo interuallo ab illo tanquam in ambitum, orbémque exardeſceret, hinc illíncque flammam ore ad ſe arripientem: & poſt hæc verba, quæ iam flammarum incendio primùm corpus attingente clara voce profundebat (nempe IESVM filium Dei eius adiutorem fore) conſtantiſſimè cum ſilentio omnes cruciatus ad extremum vſque ſpiritum tolerantem. Tale Porphyrij in martyrio certamen fuiſſe conſtat. Cuius vitæ exitum Seleucus confeſſor quidam ex militum numero, Pamphilo nunciauit: qui, vt par erat eiuſmodi nuncij miniſtro, quàm primùm fuit eadem ſorte cum illis martyribus dignatus. Nam mox vt mortem nunciauerat Porphyrij, & vnum ex martyribus oſculo ſancto ſalutauerat, eum milites quidem comprehendentes ad præſidem deducunt. Iſte, tanquam eius profectionem maturans, quo Porphyrio comes itineris ad cœlum ſuſcepti adiungeretur, extemplò capitis ſupplicio mulctari iubet. hic in Cappadocia natus, præ delecto iuuenum globo, qui in exercitu Romano militabãt, præque illis qui erant apud Ramonos in amplis dignitatum gradibus locati, non exiguum honorem adeptus eſt. Aetate enim florente, robore, proceritate, firmitatéque corporis plurimùm omnibus militibus antecelluit: adeò vt aſpectus eius celebris, & omnium ſermone prædicatus exiſteret, tota corporis forma ac ſpecie tum ob magnitudinem, tum ob pulchritudinem & aptam membrorum compoſitionem admirabilis. Qui in ipſo perſecutionis initio, plagarum perpeſſione in certaminibus pro fidei confeſſione ſuſceptis, admodum enituit: & vbi militiæ munere quo fungebatur, ſpoliatus fuit,

Porphyrius Pamphili famulus, ante herum cæſus.

Sæuum ſupplicium adoleſcentis Porphyrij.

Porphyrius flammis exhauſtus.

Seleucus miles, cõfeſſor & martyr.

Seleuci dignitas ac præſtantia.

A tus fuit, eorum qui ἀσκηταὶ id eſt pietatis cultores, vel monachi, qui dies noctéſque diuinis meditationibus ſe exercent, æmulum ſe imitatorem effecit: orphanis deſertis, viduis omni ope deſtitutis, hominibus inopia & corporis infirmitate afflictatis, inſtar patris alicuius indulgentis & curatoris, benignè proſpexit, & opitulatus eſt: vnde meritò quidem (cum Deus ab eiuſmodi pietatis officiis plus capiat oblectationis, quàm à victimis fumo redundantibus & ſanguine aſperſis) ad inſigne & eximium martyrij decus per eius gratiam accerſitus fuit. Hic decimus athleta inter eos quos ſuprà oſtendimus, vno eodémque die mortem oppetiit: quo certè (vt apparet) maxima quaſi cœli porta Pamphili martyrio, decora illa quidem & congruens, patefacta, tum illi, tum aliis qui cum eo erant, in regnum cœlorum aditum dedit perfacilem. Theodulus item, grauis quidem & religioſus ſenex, vnus ex præfecti Firmiliani familia, & ab eo pluſquam cæteri omnes domeſtici honoratus, partim prouectæ ætatis cauſa (proauus enim erat, id eſt tertiæ progeniei pater) partim propter beneuolentiam & fidelem animum quem erga ipſum ſemper ſeruauerat, iiſdem veſtigiis cum Seleuco inſiſtens, & facinus illius facinori hauquaquam diſſimile admittens, ad Firmilianum dominum ſuum deductus fuit: eique maiorem bilem quàm ſuperiores commouens, tandem crucis afflictationi addictus, idémque martyrij genus quod Seruator olim, lubens perpeſſus eſt. Deinceps quoniam vnus adhuc reſtabat, qui inter martyres commemoratos locum duodecimum expleret, idcirco Iulianus eum expleturus acceſſit. Qui peregrè iam eò aduentans, & locum adhuc minimè ingreſſus, ſimul ac inter vias de eorum morte intellexerat, extemplò ad inſigne martyrum ſpectaculum rectà ſe contulit: atque vt humi poſita ſanctorum vidit corpora, ſolido expletus gaudio, ſigillatim ea complexus ſalutauit. Quod dum faciebat, lictores & cædis miniſtri eum prehenſum ad Firmilianũ ducunt. Qui ea quæ ſibi erant ſuæque crudeli naturæ conſentanea, executus, lento & remiſſo igni eum cremandum tradit. Iulianus ergo præ lætitia exultare, valdéque geſtire: atque clara voce gratias agens Domino, qui eum talibus præmiis, támque inſigni

ἀσκηταὶ

Pietatis officiis Deũ plus, quàm ſacrificiis, oblectari.

Theodulus ſenex martyr, crucifixus.

Iulianus Cappadox martyr exuſtus.

B ſplendore afficere dignatus fuerat, præclara martyrum corona donatur. Erat hic quidem Cappadocum genere ſecundum carnem oriundus, moribus & vita ſanctiſſimus, fideliſſimus & maximè ingenuus: & cùm in aliis rebus ſpectatus, tum diuino ipſius ſancti Spiritus afflatu imbutus. Talis erat caterua eorum, qui per Dei gratiã in martyrij ſocietatem cum beato Pampihlo aſciti fuerunt. Sacra autem & ſancta reuera iſtorum corpora ex impij præſidis mandato quatuor diebus, totidémque noctibus, vt à beſtiis, auibúſque carniuoris deuorarentur, ſub dio ſeruabantur. Verùm vbi tanquam miraculo quodam, nulla neque beſtia, neque volucris, neque canis ad ea accedebat, rurſus per diuinæ prouidentiæ diſpenſationem integra illæſáque inde ablata fuerunt. Et exequiarum iuſtis potita, ſepulturæ (vt moris eſt) honorificè commendantur. Porrò dum ſæuitia aduerſum iſtos vſurpata, in omnium ore & ſermone verſabatur, Adrianus & Eubulus ex regione quæ Manganæa dicitur, ad reliquos confeſſores Cæſaream verſus accedentes, ad portas vrbis cauſam ſui itineris eò ſuſcepti rogantur. Deinde rei veritatem ingenuè confeſſi, deducuntur ad Firmilianum. Iſte, nulla dilatione aut mora interpoſita, poſt multa tormenta quæ in eorum latera impegerat, beſtiis dilaniandos condemnat. Biduo autem interiecto, Adrianus quinto die menſis Dyſtri, hoc eſt ad tertium nonas Martij, die feſto quo natalicia Fortunæ Cæſarienſium (ſic enim putabatur) celebrari ſolent, leoni primùm ad diſcerpendum proiectus fuit: deinde gladio iugulatus, obiit mortem. Eubulus autem perendino die ad meridiem, ipſis Nonis Martij, qui eſt ſeptimus dies Dyſtri, cum iudex illum admodum rogaret, vt hoſtias immolaret idolis, quò libertate eorum legibus decreta potiretur glorioſam mortem pro pietate ſuſceptam huic vitæ breui & caducæ præpoſuit: & poſt beſtiarum laniatus, gladio vt ſocius ante illum, trucidatus fuit: omniáque martyrum certamina Cæſareæ confecta ſuo ſanguine poſtremus obſignauit. Cæterùm operæ pretium eſt hoc loco commemorare, quo pacto tandem, idque non longo tempore poſt, cœleſtis & diuina prouidentia eos impios magiſtratus cum ipſis tyrannis vlta ſit. Nam Firmilianus, qui tam petulanter & contumelioſe in Chriſti martyres debacchatus fuiſſet, cum aliis eiuſdem ſceleris participibus extrema ſupplicia ſubiens, gladio finem viuendi fecit. † Atque hæc ſunt martyria, quæ Cæſareæ toto perſecutionis tempore geſta ſunt.

Beſtiæ à S. martyrum cadaerib. abſtinent.

Adrianus et Eubulus martyres, Beſtiis obiecti & poſtea gladiis trucidati.

Firmiliani interitus Tyranno dignus.

† Vide annot. græc. pag. 99. lat. 2. lin. 35.

De diuina contra Ecclesiarum præsides vltione, meritò inflicta: & Syluano & Iohanne martyribus. CAPVT XXII. A

Ecclesiarum præsides malè officio suo functi, diuinitus puniti.

QVæ verò interea temporis contra ecclesiarum præsides transigi contigerit: & quo pacto diuina iustitia peccati vltrix, pro pastoribus ouium & gregis Christi rationalis, cui parùm prudenter & consideratè præfuissent, non modò camelorum (quod est animalis genus cùm rationis expers, tum maximè natura incuruatum & deforme) curatores effecerit, illíque quasi debito illis supplicio addixerit, verùm etiam equis Imperatorum alendis destinârit: quot etiam contumelias, quot tormentorum genera ab Imperatorum procuratoribus & magistratibus per varia tempora pro sacris ecclesiarum vasis & thesauro ipsi subierunt, quanta ambitione honorúmque cupiditate multi eorum flagrârint, quàm temerè & contra leges manus nõnnullis imposuerint, quæ inter ipsos fidei confessores schismata, quæ mala nuper quidam seditiosi contra Ecclesiæ membra quæ reliqua erant, dum nouas res vnam post aliam excogitare laborabant, toto pectore (vt dicitur) machinati fuerint, inclementérque asperis persecutionis calamitatibus obtriuerint, & mala denique malis exaggerârint: hæc omnia à me prætereunda esse arbitror, præsertim cum ea memoriæ commendare, sicut in principio huius libri posui, minimè nostrarum partium esse putem, quippe qui eorum explicationem admodùm euitare & effugere cupiam.

Quæ taceat quæ scribat Euseb.

Verùm si quæ decora sint, quæque verbum Dei commendent, si quæ virtus sit, si quæ laus in Ecclesia splenduerit, ista explanare, ista scribere, ista fidelibus auribus inculcare, mihi in primis accommodatum arbitratus, præclaris eximiorum martyrum rebus gestis, & pace quæ postea nobis cœlitùs elucebat, extremam partem huius libri mihi illustrandam censeo.

VIII. persecutionis annus.

Cum septimus annus persecutionis contra nos intentatæ iam propè esset confectus, & res nostræ sensim & quasi tacito gressu ad quandam tranquillitatem securitatémque prolaberentur, & ad octauum annum deflecterent, in quo non exigua confessorum multitudo apud metalla in Palæstina cogebatur, qui magna iam in ritibus religionis perfungendis vtebantur libertate, adeò vt domos in ecclesias exædificarent:

Imperatoris Mãdato metallis addicti Christiani variè disperguntur.

præfectus prouinciæ, vir sæuus & improbus, qualem scelera eius in martyres Christi admissa ipsum planè commonstrabant, eò statim profectus, simulátque facta & vitæ institutionẽ eorum qui ibi degebant, audiuerat, Imperatorem facit per literas certiorẽ: & in iisdem, ea quæ ad eorum famam violandam maximè valere putabat, ad eum perscribit. B Vnde qui metallorum venis præerat, eò accessit, & tanquam ex Imperatoris mandato confessorum segregauit multitudinem, sícque distribuit, vt deinceps alij Cyprum, alij Libanum incolerent: alios etiam in alia Palæstinæ loca dispertiens, omnes variis laborum molestiis vexari, conteríque præcepit: deinde quatuor ex eorum numero eximẽs, qui principem locum inter eos tenere videbantur, ad magistrum equitũ mittit.

Peleus, Nilus, Aegypt. episc. martyres. Patermythius.

Quorum duo Peleus & Nilus appellabantur, Ægyptiorum episcopi: tertius presbyter fuit. His etiam quartus accessit Patermythius, vir propter singulare erga omnes pietatis studium facilè clarissimus. Ex quibus magister equitum religionis & fidei in Christum inficiationem postulat: atque haud compos voti factus, eos ignis incendiis cremandos tradit. Alij rursus ex confessoribus, qui aut propter ingrauescentem ætatem, aut membra inutilia, aut alias corporis infirmitates erant illo operum ministerio soluti, ibi in locum separatum ad incolendum amandati.

Syluanus Gazæ episc. martyr.

Quorum primas tulit Syluanus episcopus Gazæ, qui pium virtutis specimen & egregium exemplar Christianismi omnibus ostendit. Iste à primo die persecutionis (propè dixerim) ad extremum vsque, per totum temporis spacium variis certaminibus pro crebra fidei confessione decursis nobilitatus, ad illum temporis articulum reseruabatur, vt omnia certamina martyrum in Palæstina interfectorum, postremus quasi sigillo cruoris obsignaret. Cum eo coniuncti erant, ex Ægypto complures:

Ioannes martyr excæcatus, & mira eiusdem memoria.

inter quos erat Ioannes, qui memoriȩ bonitate facilè omnes nostri temporis superauit. Et quanquam antea luminibus orbatus erat, tamen tortores adeò sæui, truculenti, crudeles & immanes fuerunt, vt propter egregiam in Christi nomine confitendo constantiam, qua magnoperè excellebat, tum ignitis cauteriis eius pedẽ pari ratione cum aliis prorsus labefactarent, tum pupillam oculi, quæ visum amiserat, candénte ferro exurerent. Eum autem ob morum probitatem, & piam viuendi rationem, præsertim cum cæcus esset, non est cur quisquam tantoperè admiretur: quandoquidem illud non

A tantum habet admirationis, quantum memoriæ vis, qua quidem integros sacrarum Scripturarum libros, non in tabulis lapideis, vt ait diuus Apostolus, neque in animalium pellibus, membranis, aut charta, quæ vel tineæ conficiunt, vel temporis consumit diuturnitas: sed in tabulis reuera cordis carneis, id est, in animo solerti & syncera mentis intelligentia tanquam scriptos habuit: adeò vt quando visum erat, interdum legis & prophetarum testimonia, sæpe historias, nonnunquam Euangelia, aut Apostolorum scripta, memoriter ex animi domicilio, tanquam ex quodam literarum thesauro proferre potuerit. Ipse equidem fateor, me, cùm primùm hominem in media Ecclesiæ multitudine ac frequentia stantem & quasdam diuinæ Scripturæ partes recitantem animaduerterem, penitùs obstupuisse. Nam quandiu vocem illius solùm audire licebat, tandiu aliquem (vti in populi conuentibus in Ecclesia mos est) ex scripto legisse putabam: sed vbi quàm proximè ad eum accedens, quod factum erat, euidenter conspicabar, & alios omnes integris oculis & apertis vndique circumsistentes, hunc autem solis mentis luminibus vtentem, & re verà non pauca velut prophetam proloquentem, & multis partibus eos quibus corporis sensus sani & valentes erant, superantem: non potui non Deum ea de re tum summis laudibus efferre, tum in primis admirari. Et euidens certè ac firmum argumentum mihi videre videbar, eum reipsa & veritate hominem esse, non qui in externa corporis forma & specie oculis subiicitur, sed qui in ipso animo & interiore cogitatione residet: qui quidem in isto, licet corpus deformatum mancúmque esset, maiorem tamen interioris suæ faculatis virtutem declarauit. Illis autem, quos diximus, in loco separato commorantibus, & consueta ipsorum vitæ instituta in orationibus, in ieiuniis, in reliquis exercitationibus exequentibus, Deus ipse dextram benignam & propitiam porrigens, largitus est, vt per martyrium salutarem vitæ exitum consequerentur. Hostis namque & aduersarius noster diabolus, eos quidem, vtpote precibus attentissimè ad Deum fusis, contra ipsum armatos non amplius ferre poterat: sed sicuti putabat, molestiam ipsi exhibentes, trucidare, & è terra tollere instituit. quippe Deus illi hoc agere molienti potestatem concessit, vt pariter nec ipse ab improbitate, quam dedita opera decreuisset, vlla ex parte
B arceretur: & hi præclara pro multis suis ac variis certaminibus præmia iam tandem acciperent. Ea de causa ex scelestissimi Maximini imperatoris mandato, vno die vndequadraginta martyres capitis pœna mulctantur. Ista sunt martyria octo annis integris in Palæstina patrata.

1.Cor.3.

Ioannis mira facultas in docenda Ecclesia.

XLVIII. martyres vno die capite mulctati.

De iis quæ gesta sunt in Phrygia. CAPVT XXIII.

VErùm quid opus est multa persequi, & nouas piorum martyrum per orbem dimicationes, alteras alteri succedentes proferre, eorum quidem maximè, qui non communi lege, sed more & instituto bellico essent vndique obsessi, oppugnatique? Iamdudum enim vrbs Christianorum quæ est in Phrygia, vniuersa, vnà cum populo eiusdem, ab hominibus armatis obsidione vndique cincta fuit: & dum viri simul cum teneris liberis & vxoribus, Christi Dei omnipotentis opem inuocabant, facibus ardentibus iniectis incensa, propterea quòd tum vniuersus populus qui ciuitatem incoluit, tum curator eiusdem, & præfectus præsidij, pariter cum magistratibus & priuatis omnibus, se Christianos ingenuè confitebantur: neque infidelibus, qui eos idolis hostias offerre mandauerant, vlla ex parte volebant obtemperare. Quidam autem Adaucus nomine, dignitate à Romanis ornatus, genere apud Italos clarus, omni ferè honorum gradu ab Imperatoribus potitus, & magistri officiorum & quæstoris generalis munera integrè & incorruptè executus, & præter hæc omnia præclaris pietatis officiis & confessionibus fidei in Christum insigniter nobilitatus: tandem quæstoris generalis pro pietatis defensione, dum adhuc munere fungebatur, certamen ingressus, illustri martyrij corona gloriosè redimitus fuit.

Huc refer Nicephori c.10.lib.7.

Ruff.c.11. *Hic finiunt ea quæ sunt in fragmento octaui libri.*

Vrbs Christianorum in Phrygia obsessa & incensa.

Adaucus quæstor & martyr.

Huc refer Nicephor. ca.11.li.7.

De compluribus tum viris, tum mulieribus. CAP. XXIIII.

QVid iam reliquos martyres nominatim commemorare attinet, aut virorum multitudinem enumerare, aut varia plagarum & suppliciorum genera, quæ insignes

Ruf.ca.12. *Martyrũ varia supplicia.*

martyres perpessi sunt, oratione depingere? qui partim securibus percussi interierunt, A sicut his qui erant in Arabia contigit: partim cruribus confractis diuexati, veluti his qui in Cappadocia versabantur, accidit: partim etiam pedibus in sublime appensis, capitéque in terram demisso, igne paulatim succenso, & leniter exardescente, & fumo è materia accensa ascendente suffocati, quemadmodum illis qui in Mesopotamia morabãtur, euenit: partim naso, auribus & manibus amputatis, cæterísque corporis membris dilaniatis deformati, vt his qui incolebant Alexandriam, obtigit. Quid opus est etiam eorum qui Antiochiæ martyrium subierunt, memoriam renouare? quorum alij candentibus craticulis suppositis, non ad mortem vsque, sed ad longinquum & diuturnum cruciatum assati: alij dextram in rogum immittere maluerunt, quàm eâdem detestandas victimas attingere? Ex quibus nonnulli, priusquam capti erant, & in manus insidiatorum venerãt, ne rei periculum facerent, ex altis ædium tabulatis se præcipites deiecerunt: sicque sua morte insigniré impios præda, quam in illis affligendis se capturos sperabant, omninò priuare statuerunt. Inter quos erat mulier quædam sancta, admirabilis: corporis figura mulier quidem, virtute autem animi planè vir, aliísque rebus præ cæteris Antiochiæ ciuibus, vt diuitiis, generis nobilitate, & gloria apud omnes eximia: quæ quidem geminas filias virgines, corporis pulchritudine & ætate integra præstantes habuit, eásque pietatis institutis studiosè educauerat: hęc mulier, quum quidam improbi in eam eiúsque filias graui inuidia incensi, illas in obscuro latitantes omni ratione vestigandas curiosè laborassent, & postea certiores facti ipsas in aliena regione versari, Antiochiam accersendas sedulò curassent, ac iam planè quasi satellitum retibus circumiectæ tenerentur: hæc mulier inquam, simulac cùm se, tum filias in eiusmodi discrimina deuenisse videret, & acerba tormenta quæ ab hominibus infligerentur, illis oratione exposuisset, & de stupro, re planè tormentis intolerabiliore, quo aduersarij eas violaturos minarentur (de quo ne verbum quidem ad extremas aures vel ipsa vel illæ allabi sinere deberent) eas sedulò admonuisset: quum etiam animas dæmonum seruituti tradere, omnibus mortis & exitij generibus deterius esse docuisset: omnium istorum malorum liberationem esse, ad Dominum tanquam ad portum salutis confugere. Vnde omnes simul vno animorum consensu & sententia conueniunt, corpora B vestibus decenter adornant: ac quum ad medium iter ventum esset, paululum de via decedendi, naturalis necessitatis explendæ causa, postulant à satellitibus qui eas ducebant, potestatem: qua impetrata, derepentè ad fluuij ripam profectæ, se in profluentem gurgitem præcipitârunt. Atque istæ quidem hoc genere mortis se sua sponte affecerũt: ita igitur cum istis actum est. At alias geminas virgines etiam Antiochiæ omnibus rebus valdè præstabiles, verè germanas sorores, inclytas genere, vitæ integritate insignes, ætate adolescentulas, venustas corpore, animo graues & venerandas, moribus pias, studio & industria admirabiles, adeò vt terra impia non digna videretur quæ tales sustentaret, in vastos maris fluctus nefarij dæmonum ministri immergere præceperunt.*Hęc apud hosce gesta accepimus. Sed cruciamenta quæ martyres in Ponto tolerabant, auditu videntur horrenda. Quidam enim digitos manuum ab extremis vnguibus, acutis arundinibus transfixos habuêre: aliorum terga plumbo igni liquefacto, eiúsque materia iam ebulliente efferuescentéque perfusa: & corporis partes, quas natura maximè ad necessitatem fabricata est, flammis adustæ: nonnulli membris pudendis ac visceribus cruciatus turpes, intolerandos, & eiusmodi quos exprimere reformidat oratio, subierunt: quas quidem generosi illi & æqui scilicet iudices, quò suam solertem indolem & ingeniorum acumen ostenderent, & perinde ac si singulare quoddam sapientiæ specimen in ea re eluxisset, attentius excogitârunt: atque in nouis suppliciorum generibus inueniendis, non aliter atque in certamine pręmia assequi laborabant, séque inter ipsos superare obnixè contendebant. Ista igitur calamitatum genera, quæ sequuntur postremum locum obtinuerunt. Cum malorum nobis impositorum exuberantia deinceps defessi essent, & in hominum cæde defatigati, & satietatem ac fastidium in sanguinis effusione cœpissent, & se ad tantam clementiam ac facilitatem, vt ab illis putabatur, se conuertissent, vti de reliquo nihil acerbitatis contra nos moliri viderentur (non enim decere aiebant, ciuitates intestino cruore contaminare, neque propter crudelitatẽ imperium eorum qui principatum tenebant, vtpote omnibus tam clemens & mansuetũ, ignominiæ nota afficere: sed potius beneficentiam humanæ ac verè regiæ potestatis in omnes

In Arabia. *In Cappadocia.* *In Mesopotamia.* *Alexãdriæ* *Antiochiæ.*

Mulier cum duabus filiabus vltrò se submergunt.

Virgines duæ submersæ.

* Ruff. c. 13. *Ponti martyrum supplicia crudelissima.*

A omnes patêre oportere, vti nulli de reliquo morte multarētur, hócque contra nos supplicij genus propter imperatorum benignitatem remitti relaxaríque debere) tum oculos effodi, alterum crus suffringi solum præcipiebatur. Ista enim apud illos mitia admodum cruciamenta, atque lenissima supplicia, quibus nos torquerent, videbantur: adeò vt dicēdo explicare non possimus innumerabilem ferè multitudinem eorum, quorum ob istam impiorum mansuetudinem non solùm oculi dextri sicis antè eruti fuerunt, & excisi (quibus euulsis, loca in quibus inerant ferro candente exusserunt) sed læui pedes etiam in ipsis flexuum commissuris, cauterio ambusti fuerunt, & prorsus debilitati. Ac postea isti ad æris metalla in singulis prouinciis non tam ministerij causa, quàm afflictationis & cruciatus, condemnati. Ad extremum autem alij eorum, quos nec recensere quisquam poterit (strenuæ enim illorum & viriles res gestæ omnem dicēdi facultatem euincunt) in alia certamina fortuitu inciderunt.

Nouum supplicij genus repertū aduersus Christianos.

Hæc refer Nicephor. c.16. lib.7.

† Vide annot. pag. 88. lat. 1. lin. 20 21. 22.

De Ecclesiæ præsidibus, qui fuso sanguine, veram, quam professi sunt, pietatem ostenderunt. CAPVT XXV.

† Hoc loco Curterius nōnulla inseruit, quæ à Christophorsono omissa consultò erant ipse enim ea, quinque paulo amplius lineis in codice græco contenta, induxit. quæ cū in omnibus exēplaribus græcis ad finem huius capitis 25. extent, in tuto sunt. latine ea Curteri⁹ ita reddidit: quorū toto orbe diuini cultus nomine labores exantlatos, & singula exactè, quæ illis cō tigerūt, narrare, nō est nostri muneris, sed eorum potius, qui res oculis vsurparūt. Quibus verò ipse interfui, eosdem alio opere posteritati cōmendare conabor: illa verò, quę Christophorsonus hic addidit, gręcè habētur in excusso codice, fol. 99. & fol. 100. a.

His igitur temporibus illustres & eximij martyres, per vniuersum mundum magna gloria decorati, cum suæ mentis, magnitudinis & roboris spectatores, vbique non sine causa obstupefecerunt: tum insignia diuinæ reuerà & inexplicabilis Seruatoris nostri potentiæ indicia, suis rectè factis ante omnium oculos statuerunt. Verùm quemque nominatim historia prosequi, vt longum, ita vix posse fieri videtur. Attamen inter ecclesiasticos præsides, qui in præclaris ciuitatibus martyriū passi sunt, * primò omniū tanquam in columellas ad piorum memoriam erectas, regni Christi testem, Anthimum episcopum vrbis Nicomedensium, qui capitis pœna multatus obiit mortem, inscribamus. Ex martyribus autem Antiochiæ, Lucianum illius ecclesiæ presbyterum, piis vitæ institutis facilè præstantissimum, qui Nicomediæ etiam, imperatore pręsente, cœleste Christi regnum, primùm sermone per apologiam, deinde rebus gestis palàm
B prædicauit. Ex martyribus Phœniciæ longè illustrissimos, omninóque sanctissimos pastores Christi gregis rationalis, Tyrannionem episcopum ecclesiæ Tyri, & Zenobium presbyterum ecclesiæ apud Sidonem numeremus. Siluanum etiam episcopum ecclesiarum qui erant Emisæ, qui cum aliis in eadem vrbe bestiarum præda factus, in martyrum chorum relatus fuit. Verùm ambo illi martyres (quos modò citaui) verbum Dei Antiochiæ per mortis perpessionem magnopere illustrârunt: quorum alter, Tyrannio nempe, in profundos maris vortices demergitur: alter, Zenobius videlicet, medicorum propè summus, tormentis in latera sua incussis toleranter & placidè exit è vita. † Inter martyres qui in Palæstina cæsi fuerunt, principem locum obtinebant, Siluanus ecclesiarum Gazæ episcopus, de quo suprà diximus: Peleus item, & Nilus, episcopi Ægyptij, antea etiam commemorati: quinetiam magnum decus ecclesiæ Cæsariensis inter istos à nobis numeretur, Pamphilus presbyter, qui (vt diximus) ex hominibus nostræ memoriæ propter pietatis admirabilitatem facilè primas tulit. Ex illis qui Alexandriæ, qui in reliqua Ægypto & Thebaide egregiè & præclarè occubuerunt, Petrus ipsius Alexandriæ episcopus, diuinum quoddam decus eorum qui veræ in Christo religionis doctores & magistri extiterunt, primus hoc loco citetur: & presbyteri vnà cum illo Faustus & Didius, & Ammonius, præfecti Christi martyres. Phileas item, & Hesychius, & Pachumius, & Theodorus, ecclesiarum quæ sunt in Ægypto episcopi, aliique præstantes viri præter istos propè infiniti, qui in ecclesiis regionis & loci cuiusque, vbi habitabant, multorum sermone celebrantur. † Tales fuit persecutio contra nos concitata, quæ ab ecclesiarum euersione & vastitate initium sumpsit: quæque propterea quòd Imperatores variis temporibus eandem renouabant, in dies magis magísque accreuit: vnde multiplicia & diuersa fuerunt athletarum pro pietate dimicantium certamina confecta, innumerabilísque extitit martyrum multitudo in singulis prouinciis, quæ à Lybia per vniuersam Ægyptum, Syriam, & partes versus Orientem, & vndique ad oras vsque Illyrici pertinent. Nam ea loca quæ illis iam demonstratis adiacent, vt Italia tota, Sicilia, Gallia, & quæ ad solem occidentem vergunt, & ad Hispaniam, Mauritaniam & Africam se porrigunt, vbi non duobus primis annis integris impetum persecutionis sustinuerant, celerrimè clementi Dei obtutu sunt pacem, & pacis tranquilli-

** Ruff. c. 14. Anthimus episc. martyr. Lucianus presbyter.*

Tyrānio episc. Zenobius presbyter. Siluanus episcopus.

Peleus, Nilus episc. & martyres. Pamphilus presbyter.

Petrus Alexand. episco. Faustus, Didius, Ammonius, martyres. Phileas, Hesychius, Pachumi⁹, Theodorus episc.

Occidentalis ecclesiæ persecutio quandiu durauerit.

tatem conſecuti: quandoquidem cœleſtis prouidentia tandem ob vitæ innocentiam A
& fidem, illorum miſerta eſt.

Quales fuerint pietatis inimici, & de iis quæ acciderunt illis qui à noſtra religione alieni erant.

CAP. XXVI.

Ruf. c. 19.

Huc refer Nicephor. c. 20. lib. 7. item ca. 17. 18. 19. 20. lib. eiuid. Vide Socrat. lib. 1. c. 1. & infra Euſeb. li. 9. cap. 8.

DEinceps in hoc libro, qui eſt adhuc in manibus, ſcelerum contra nos admiſſorum palinodiam, id eſt, retractationem, iis quæ ſuprà poſui, adnectam: & ea quæ ab initio perſecutionis contigerunt (quæ ſanè hanc hiſtoriam perlecturis vtiliſſima fore puto) ſimul exponam.

Mota aduerſus eccleſiam perſecutione, politia concidit.

Ante perſecutionis tempeſtatem contra nos ab Imperatoribus Romanis excitatam, quanta bonorum affluentia ſtatus Imperij frueretur, quámque proſperè & fœliciter cum eo actum eſſet, dum benigno erant & placido animo erga nos affecti, quæ dicendi vis poteſt ſatis perſpicuè explicare? præſertim cùm, qui ſummã totius Imperij adminiſtrarent, ad decimum Imperij annum, quinetiam ad vigeſimum, feſtis, & celebri conuentu, ſplendidiſſima pompa & feſtiua lætitia honorificè triumphârint, & cum pace conſtante & firma omnino vitam degerint. Sic igitur cùm poteſtas in dies ſingulos ſine impedimento magnas faceret progreſſiones, ex inſperatò pace aduerſum nos commutata, ſæuum & crudele perſecutionis bellum concitârunt. Et cùm ſecundus iam annus eius tumultus in nos commoti, nondum eſſet completus, facinus quoddam nouum & inauditum in Imperio factitatum, eius ſtatum penitùs commutauit, euertítque.

Diocletiani morbus.

Maximiani hiſtoriã amplius vide ca. ſeq. & in vita Cõſtantini li. 1. c. 50. li. 2. ca. 48.

Nam qui primus noſtrarum ærumnarum author erat, Diocletianum dico, in tam lethalem & peſtiferum morbum delapſus eſt, vt mens inde de ſtatu ſuo deturbaretur: & propterea cum ille ipſe, tum alter (Valerium Herculium Maximianum intelligo) qui ſecundas poſt illum in Imperio obtinebat, Imperij honore, vt ſuprà diximus, depoſito, plebeium & priuatum vitæ genus ſibi delegit.

Maximian⁹ ex Imperatore priuatus.

*Ruff. c. 16.

* Ac vix iſta erãt cõfecta, cùm totius Imperij ſtatus diſſentione in duas partes diuiſus fuit: res planè eiuſmodi, qualem non aliquando obtigiſſe memoriæ proditũ eſt. B

Maximini hiſtoriã amplius vide ſupra ca. 4. & ſeq. c. 27. 28. 29. li. 9. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. In vita Cõſtant. lib. 1. cap. 40. 51. 52. Ad Sanctorum cœtũ cap. 22.

Non longò temporis interuallo interiecto, Imperator Cõſtãtinus, qui & vitam vniuerſam placidiſſimè inſtituerat, & erga ſubiectos ſuos beneuolẽtiſſimè animatus erat, & erga diuinum verbum amiciſſimè affectus, filium ſuum Ingenuum Conſtantinum, Imperatorem & Auguſtũ pro ſe relinquens, communi lege naturæ finem viuendi fecit.

Conſtãtij Imperat. mors: eiuſdémque laus cuius hiſtoriam porrò vide hoc lib. cap 29. item de vita Conſtant. lib. 1. c. 9. 10 11. 12. 15. lib. 2. cap. 48. Sozom. l. 1. cap. 6.

Qui primus ex Imperatoribus, propter ſingularem morum facilitatem & manſuetudinem, qua præter cæteros præſtabat, apud Romanos in deos relatus fuit, omníque ſplendore & dignitate quæ Imperatori debetur, poſt mortem honoratus: qui etiam ſolus inter Imperatores noſtræ memoriæ, totum regni ſui tempus, vt Imperij dignitas poſtulat, exegit: & cùm in aliis rebus humaniſſimum liberaliſſimúmque omnibus ſeipſum prębuit, tum perſecutionis contra nos intentatæ minimè particeps factus eſt: ſed pios Chriſtianos, qui ſub ipſo vitam degebant, à damno contumeliáque penitùs immunes conſeruauit: & neque eccleſiarum ædificia demolitus, neque aliquod ſcelus in nos machinátus, fœlicem & beatũ admodum vitæ exitum conſecutus eſt: qui ſolus ex Imperatoribus, præter filium Ingenuum, quem poſt ſe in imperio ſucceſſorem ſuum reliquit, principem in omnibus modeſtiſſimum ſanctiſſimúmque, proſperè & glorioſè abiit è vita.

Conſtantinus Imp. eiuſque pietas.

Huius filius Conſtantinus, ſtatim vt Imperij gubernacula ſuſceperat, Imperator ſummus & Auguſtus, cum ab exercitibus, tum multò antea ab ipſo Deo, ſummo omniũ Imperatore, declaratus, ſe paternæ pietatis erga noſtræ religionis diſciplinam æmulum & imitatorẽ præſtitit. Hic eiuſmodi fuit.

Licinius Imperat.

Licinius deinceps, communi eorum ſuffragio & conſenſu penes quos ſumma poteſtas erat, Imperator & Auguſtus declaratur.

Maximinus.

† Niceph. lib. 7. c. 20. vbi hãc hiſtoriam ad verbum ex Euſebio mutuat⁹ recitat, Maximianum nõ Maximinũ habet, vt codices videãtur eſſe deprauati.

Iſta grauiter animum offenderunt † Maximini: qui ſolus ad id temporis vſque Cæſar appellatus fuiſſet, quíque maximè tyrannidi deditus, dignitatẽ Imperij ſibi vi arripuiſſet, & Auguſtus ipſe à ſeipſo factus.

Maximiani mors.

Maximianus ad regnũ redire conatus, vt illud Maxentio filio acquireret, interfectus eſt iuſſu Conſtantij Chlori.

Interea Valerius Herculius Maximianus, quem ſuprà dixi, poſtquam Imperiũ ſua ſponte depoſuiſſet, inſidias Conſtantino tetendiſſe deprehenſus fuit, & turpiſſima morte tandem decubuit. Ante quod tempus inſcriptiones ad honorem attributæ, ſtatuæque, & alia eius generis quæ ſtatui ad eius gloriam decernebantur, tãquam ſceleſto & impio adempta fuerunt.

*Maxentij hiſtoriam amplius vide infra ca. ſeq. & li 9. ca. 8 In vita Conſtãtini lib. 1. ca. 27. 28. 29. 30. 31. 32. Socra. lib. 1. c. 1.

Huius filius* Maxentius, qui Romæ tyrannidẽ occupare inſtituit,

A stituit, in ipso Imperij sui ingressu fidē nostrā se amplecti, quò populo Romano placeret, eúmque blanditiis deliniret & assentatione, [1] callidè simulauit. Et ea de re illis qui eius parebant imperio, in mandatis dedit, vt persecutionem contra Christianos remitterent: tantámque pietatis speciem præ se tulit, vt humanus & valdè mā̄suetus, præ illis qui imperiū antè tenuissent, cuique videretur. verùm non talē reipsa se præstitit, qualis opinione hominum fore putabatur: sed in omnia scelera præceps delapsus, nullum impietatis, nullum intemperantiæ facinus prætermisit. quippe adulterij, & cuiusque vitiositatis corruptela se cōtaminauit: legitimas vxores viris eripuit, eásque turpissima ignominia cōtumeliáque affectas, ad viros denuò remisit. Atque hæc non in ignobiles solū, & obscuros quidē homines moliri cœpit: sed in illos qui in senatu Romano principem locum tulerunt, quíque fuerunt facile præstātissimi, effrenatius insultare. Omnes verò, tum populus tum magistratus, illum grauiter metuētes, acerba vexabantur tyrannide. Neque tamen ipsis, quātumuis pacato & tranquillo animo asperam ferentib. seruitutē, vlla extitit liberatio tyrānicæ crudelitatis, in eorū internecionē grassantis. Nam quodā tempore, leui admodum occasione arrepta, populum in cædem satellitibus suis exposuit: infinitáque populi Romani multitudo in media ciuitate, non Scytharum, non Barbarorum, sed domesticorum suorum hastis, & armis cuiusque generis, miserè trucidata fuit. Quanta cædes facta sit: qui senatorum, propter insidias quæ ipsorum parabantur diuitiis, erant, nunc vno, nunc alio crimine falsò in eos cōficto, è medio sublati, vix percenseri potest. Ad extremum verò, istius scelera delabebantur ad magicarum præstigiarum commenta. quippe interdum mulieres grauidas dissecuit: nonnunquā tenerorum infantium scrutatus est viscera, aliquando leones mactauit: infandas non rarò adiurationes ad dæmones excitandos, quo illorum subsidio bellum ingruens depelleret, auertérétque, vsurpauit. Istarum namque rerum adiumento spes in illius mēte insidebat, victoriam ex animi sententia sibi successurā. Iste igitur Romæ tyrannidem exercens, vix dici poterit quæ molitus sit, quò homines suo imperio subiectos in seruitutē redigeret: vsque adeò, vt iam in tanta penuria & egestate alimētorum ad vitam necessariorū constituerentur, quantam non aliàs Romæ viguisse homines nostri temporis affirmant.

[1] Maxentij simulatio, & tyrannis.

Populi Rom. cædes per Maxentiū facta.

Imperator ad præstigias cōuersus.

Charitas annonæ sub Maxentio.

B

De Maximino Tyranno in Oriente. CAP. XXVII.

Huc refer Nicephori c.24. lib.7. itē ca.31.32. lib. eiusdē. vide infra de vita Cōstantini li.1. c.40. ca.51. ad Sanctorum cœtum ca.22. item de laudibus Constātini.

Ruf. ca.17.

Maximini cum Maxentio simulata amicitia.

MAximinus tyrannus in Oriente, cum Maxentio qui Romæ imperabat, tanquam cum fratre, in omni scelerum genere sui simillimo, amicitiam animo simulato contraxit, & veteratorio: eámque longo tempore callidè obtegere laborauit. verùm posteà tandem deprehensus, debitas simulationis pœnas persoluit. Videtur planè dignum admiratione, quo pacto iste finitima & germana scelera cum tyranno, qui Romæ rexit imperium, consciuerit: imò verò etiam nequitiæ & improbitatis priores partes omnino obtinuerit. Nam qui arte magica & falsis præstigiis pollebant maximè, ab isto maximum dignitatis gradum adepti sunt: quandoquidem erat cùm primis meticulosus, & vana superstitione obligatus, erroremque illum in sciscitandis idolorum & dæmonum oraculis plurimi faciebat. Etenim absque diuinationibus & oraculis ne transuersum vnguem, quod aiunt, se audebat commouere. Ob quam causam grauiorē crebriorémque persecutionem, quam maiores sui, contra nos concitauit. Templa autē deorum in singulis ciuitatibus erigi, & delubra temporis longinquitate vastata maturè renouari præcepit, idolorúmque in omni loco & ciuitate constituit sacerdotes: & his in singulis prouinciis pontificem vnum, qui in omni munere egregiè obeundo & luculenter cæteris in Rep. viris præstare videretur, cohorte & satellitio stipatum præfecit: & omnibus denique maleficiis & præstigiatoribus, tanquam religiosis & deorum numini charis, præfecturarum dignitates, & maxima priuilegia impertire non erubuit. Deinceps ab his ad alia nequitiæ genera se transtulit: & non vnam ciuitatem aut regionem, sed omnes omnino prouincias suo imperio subiectas, auri, argenti & ingentiū facultatū exactionibus, mandatis grauissimis, & aliis aliquando mulctis supra modum diuexauit, oppressitque. Locupletum etiam fortunas ipsis à maioribus traditas vi abstulit, quò diuitias & pecuniarum tāquam cumulos aceruatim suis assentatoribus largiretur. Eò porrò temulentiæ & ebrietatis ferebatur, vt insaniret inter pocula, & de mentis gradu deturbatus, rabie quadam fureret: & ea imperaret ebrius, quorum postridie sobriū

Maxentij tyrānus in Christianos & dæmonū cultus.

Maximini auaritia, temulentia, libido.

maximè pœniteret. In crapulæ & effuſæ libidinis exuberantia nemini ſecundus fuit: A improbitatis magiſtrum tum magiſtratibus, tum ſubiectis ſuis ſeipſum effecit. Atque vt ſuos induxit milites, vt omni luxu & intemperantia diffluerent: ſic præſides & prætores incitauit, vt omnes rapinarum & auaritæ vias contra ſubiectos inſiſterent, & ferè cum illo tyrannidem vſurparent. Quid veſana & temeraria viri flagitia commemorem? quídue numerem multitudinem mulierum ab eo conſtupratarum? nullam enim ciuitatem aliquando ipſe præteriit, in qua non pudicas mulieres vitiârit, in qua virginum raptiones non fecerit. Atque iſta eius facinora non cōtra Chriſtianos ſolùm (qui morte contempta, eius tyrannidem pro nihilo putârunt) ſed contra alios omnes graſſabantur. Nam quod ad Chriſtianos attinet, qui viri erant, ignis, ferri, clauorum transfixorum cruciatus, immanes beſtias, maris profundos gurgites, membrorum amputationes, ignitorum inſtrumentorum inuſtiones, oculos extumulatos effoſóſque, corporis partium extremitates abſciſſas, famem præterea, metallorum & vinculorum denique ærumnas exantlârunt: atque hæc omnia pro pietate patienter & trãquillo animo ferre maluerunt, quàm Dei cultum cum idolorum veneratione commutare. Atque ex mulieribus, non minus ipſis viris à doctrina diuini verbi animatis, roboratíſque, pars eadem cum viris certamina ſubeuntes, æqua virtutis præmia reportârunt: pars ad corruptelam & obſcœnam libidinis turpitudinem inuitæ attractæ, vitam citius internecioni quàm corpus dedecori tradere inſtituerunt. Sola namque mulier quædam Chriſtiana, inter alias à tyranno adulterij labe turpificatas, ex Alexandrinis mulieribus nobiliſſima ſplendidiſſimáque, Maximini animum libidine furentem, & laſciuientem intemperantia, magnitudine quàm altiſſimi animi deuicit: quæ quanquam aliis rebus, vt opibus, generis ſplendore, & exquiſita doctrina inſignis fuit, tamen iſta omnia præ pudicitia poſtputauit. Iſtam quidem Maximinus, licet ſæpè oraſſet vti ipſius cupiditati obſequeretur, eáque denegaſſet, ſéque mori paratam oſtenderet: tamen interficere non potuit (quippe libido potius, quàm iracundia, mentis ſuæ tenebat imperium) ſed illam fuga mulctatam, omnibus facultatibus ſpoliauit. Innumerabiles etiam aliæ Chriſtianæ, quoniam ſtupri minas, quibus prouinciarum præfecti eas terrere conabantur, ferre non poterant, omnia cruciamentorum, diſtortionum, & mortiferi ſupplicij genera B libenter ſubierunt. atque hæ ſanè permagna admiratione dignæ ſunt. Verùm illa mulier Romæ maximè admirabilis, quæ ex omnibus, quibuſcum Maxentius tyrannus ibi non diſſimilem à Maximino turpitudinem admittere conabatur, & nobiliſſima reuera, & modeſtiſſima fuit. Hæc enim ſimulátque audiuerat, eos qui tyranni rogatu talia adminiſtrare ſolent, pro foribus ædium aſtare (Chriſtiana etiam ipſa erat) & virum ſuum, qui fuit præfectus Romanorum, metus cauſa eos ipſam arreptam permiſiſſe abducere, paululum temporis popoſcit, vt corpus eius decenter exornaret. Itaque cubiculum ingreditur, & cùm ſola eſſet, enſe ſeipſam transfigit: & mortua ſtatim concidit, cadauere [1] perductoribus Imperatoris relicto. Quæ ſuis rebus geſtis, omni voce ac ſono multò clarius perſonantibus, omnibus hominibus cùm qui iam ſunt, tum qui pòſt futuri ſunt, palàm fecit, ſolam [2] Chriſtianorum continentiam nec pecunia expugnari, nec morte extingui poſſe. Tanta & tam multiplicia improbitatis genera, à duobus tyrannis, Orientis & Occidentis regna occupantibus, eodem temporis momento fortè admiſſa fuerunt. Ecquis verò tantarum miſeriarum cauſa accuratè conquiſita, animo hæſitare poterit, eas ex perſecutione contra nos excitata natas eſſe: præſertim cùm non prius Imperatorum res eſſent eiuſmodi confuſione ac perturbatione liberatæ, quàm Chriſtiani ſuam denuò recuperaſſent libertatem? * Nam toto decem annorum ſpacio, perſecutione longè latéque manante, nihil eorum quæ vel ad inſidias, vel ad bellum inteſtinum ſpectabant, ab illis abeſſe videbatur. Nullum enim mare tutò traiici poterat: neque hominibus integrum erat alicunde tranare, quin omnibus deuexarentur ſuppliciis, vt diſtortione membrorum, laterum dilaceratione, & tormentis cuiuſque generis, dum quæſtio de illis habebatur, num ab hoſtibus veniſſent: & ad extremum crucibus, aut incendij flammis torquerentur. Adde huc, clypeorum & loricarum, telorum, haſtarum, & aliorum inſtrumentorum cuiuſque modi ad bellum faciendum accommodatorum apparatus, cum triremibus & armis ad prælium nauale ſpectantibus, quæ in locis quibuſque in vnum congerebantur. Neque cuiquam aliud quicquam expectare licebat, quàm hoſtium quotidie incurſionem. Haſce res

Chriſtianorũ ſub Maximino aflictio & patientia.

Mulieris Alexandrinæ pudicitia.

Vide c. 18. lib. 1. de vita Conſtãtini.

Stupri minis mulieres tyranni territabant.

Mulieres Romanæ admiranda continentia.

1 *Cicero in 3. Verr. Lenonũ, aleatorũ, perductorum nulla mentio fiat. vbi Aſcon. perductores inuitarum perſonarum, lenones ſcortorum eſſe ait.*
2 *Chriſtianorum continentia inexpugnabilis.*
*Ruff. c. 18.

Innocentium perſecutio, trãquillitatẽ Imperij perturbauit.

A res postea fames & pestis insequebantur: de quibus opportunè, quæ consentanea sunt, suo loco dicemus.

De rerum in melius mutatione. CAP. XXVIII.

Huc refer Nicepho. c.16. lib.7.

EIusmodi erant ea mala, quæ toto persecutionis tempore regnârunt: cuius æstus, vt octauo anno, Dei iuuante gratia, cœpit paulum deferuescere, sic decimo anno consopitus fuit. Nam cùm diuina & cælestis gratia clementem suum & propitium obtutum in nos ostendere dignata esset, tum Imperatores nostri temporis (illos dico, per quos iamdudum persecutionis tempestates in nos excitatæ fuissent) sententia sua tanquam miraculo quodam diuino commutata, palinodiam, vt aiunt, cecinerunt: & benignis edictis atque decretis humanissimis de nobis promulgatis, persecutionis ardorem in primis efferuescentem prorsus extinxerunt. Neque quisquam huius mutationis causam ad humanum auxilium, aut ad Imperatorum (vt fortasse aliquis dixerit) commiserationem & clementiam referat (multum sanè abest, præsertim cùm in dies singulos plures suppliciorum formæ, & acerbiores ab initio ad illud vsque tempus contra nos ab illis excogitatæ sint, dum cruciamenta nobis inflicta variis machinis aliàs aliter innouare studebant) sed ad Deum reuera, qui tam benignè nobis prospexit, accommodandam: quíque non modò populo reconciliatus fuit, verum etiam ipsum malorum tanquam architectum, & cladis totius persecutionis præcipuum authorem insectatus, grauiter exagitauit. Et quamuis ista diuino iudicio & decreto fieri oporteret, tamen Væ (inquit sacer Dei sermo) per quem scandalum venit. Illum ergo castigatio & pœna cœlitùs inuecta occupauit, & ex ipsa carne exorsa peruasit ad animum. Ex improuiso enim in illis corporis partibus, quas natura ob verecundiam contexit atque abdidit, nascitur apostema: deinde in interioribus corporis recessibus, vlcus purulentum & fistulosum: atque istorum insanabilis morsus intima depascebatur viscera, quæ quidem infinita vermium multitudine redundârunt, vnde fœtor lethalis & pestifer efflatur: quãdoquidem vniuersa corporis moles ex nimia eius, antequam in morbum delabebatur, helluatione & ingluuie, in immensam pinguedinem commutata B erat, quæ tum putredine contabefacta, intolerabile & horrendum spectaculum his qui appropinquabant, exhibuit. Proinde ex medicis alij, qui exuberantem fœtoris grauèolentiam ferre omnino non poterant, fuêre eius iussu trucidati. Alij tota corporis mole intumescente, & in salutis desperationem delapsa, cùm nihil opis adferre valerent, crudeliter interfecti.

Imperatorum tyrannis in melius conuersa diuinitùs.

Maximinus persecutionis primus author, vt & infra c. seq.

Maximini interitus, & simul rabies.

De Imperatorum recantatione. CAP. XXIX.

Huc refer Nicepho. ca.22. li.7. Vide de laudib. Cõstant.

Ruf. c.19.

ATqui tyrannus tantis cum miseriis colluctans, tandem sua maleficia in pios homines admissa, animo recognoscere cœpit. Mentem igitur recolligens, & tanquam rediens ad se, primùm Deo omnium rerum creatori se confitetur: deinde suis ad se accersitis, persecutionem contra Christianos sine dilatione sedare & comprimere iubet, lege & decreto Imperatorio ipsos Christiana templa sua exædificare, rem maturare, consueta officia in illis facere, preces pro Imperij statu fundere. Statim ergo ipso facto verbis probè consentiente, edicta Imperatoria in singulis ciuitatibus palam diuulgantur, quæ quasi palinodiam & retractationem iniuriarum nobis illatarum complexa sunt, ad hunc modum:

Maximini pœnitentia de mota in Christianos persecutione.

Imperator Cæsar Galerius, Maximinus, Inuictus, Augustus, Põtifex Max. Thebaicus Max. Sarmaticus Max. V. Persarum Max. Germanicus Max. Aegyptiacus Max. II. Carporum Max. VI. Armeniorum Max. Medorum Max. Adiabenorum Max. Trib. Pot. XX. Dictator XIX. Cos. VIII. Pater patriæ, Procos. & Imperator Cæsar Flauius Valerius Constantius, Pius, Fortunatus, Inuictus, Augustus, Pontifex Max. Trib. Pot. Dictator V. Cos. Pater patriæ. Procos.

» Inter cætera quæ pro communi reipublicę vtilitate & commodo statuimus, volebamus iam antea ex veterum legum institutis, & publica Romanorum disciplina, omnia corrigi, inq; pristinum statum restitui: & prouidentiam ac curam haberi, vt Christiani,

Imperatorum Maximini & Constãtij edictum pro Christianis.

qui maiorum suorum sectam & religionem deseruissent, ad rectam eiusdem institutionem reuerterentur. A Verùm quoniam illi tanta animi insolentia inflati sunt, tantáque elati arrogantia, vt quæ erant à veteribus decreta (quæ quidem fortasse maiores eorum sanciuerant) nullo modo sequerentur: sed suo quodam instituto, & vt cuiq; visum erat, sic quisque sibi cùm leges promulgare, tum easdem obseruare, tum in variis locis varios hominum conuentus cogere vellet: nos propterea edictum illicò tulimus, vt ad veterũ instituta se transferrent. vnde complures periculo vitæ abiecti, nonnulli grauiter perturbati, varia mortis genera sustinuerunt. Et quoniam non pauci in eadem pertinacia persistebant, & eos nec diis cœlestibus debitum cultum tribuere, neque Christianorũ Deo veneratioñe adhibere videbamus: nos idcirco ad mãsuetudinem nostram & diuturnam clementiæ nostræ cõsuetudinem, qua omnibus hominibus veniam impartire solebamus, oculos conuertentes, libentissimè istud concessimus, vt homines denuò se liberè Christianos profiteantur: vt ædes in quibus conuenire solent, resarciant: sic tamẽ, vt nihil contra publicam Romanorum disciplinam moliantur. Per alias item literas iudicibus significabimus, quid ipsos obseruare oporteat. Vnde Christiani hac indulgẽtia à nobis cõcessa deuincti, debent Deo suo obnixè supplicare pro nostra, pro reip. pro sua ipsorum salute, vt quouis modo cùm publicus rerũ status integer & incolumis retineatur, tum ipsi in suis familiis absque cura & solicitudine vitã traducere queãt. † Quin ille ipse qui huius edicti author fuit, non longo tempore post huiusmodi confessionem habitam, è vita migrauit, doloribus, quibus erat oppressus, liberatus. Istum etiam fertur primum præcipuúmque calamitatis, quæ Christianis in persecutione cõtigerat authorem extitisse, & iam pridem ante tumultum à cæteris Imperatoribus cõcitatum, Christianos, cùm qui in militia versabantur, tum primùm omnium qui in ipsius familia degebant, vi ex fide auertere conatũ: & illos ex dignitatis militaris gradu, in quo locabantur, deiecisse: hos autem maxima contumelia & dedecore affecisse. Iam verò aliis intulisse mortẽ: ad extremùm cæteros Imperatores, qui erant cum ipso in illa honoris amplitudine coniuncti, ad omnes Christianos persequendos commouisse: quorum Imperatorum vitæ exitum scriptis mandare operæpreciũ arbitror. Cum Imperium omnino inter quatuor principes esset diuisum, duo illorum qui & Imperatores antea declarati fuerant, & honore prælati, cum non integro biẽnio post persecutionis initium regnassent, se (sicut antè à nobis demonstratum est) abdicarunt imperio, atque reliquum vitæ suæ tempus plebeio & priuato quodam viuendi genere degerũt: húncque vitæ finem, quem deinceps exponemus, sunt consecuti. B Alter & gradu honoris, & designationis tẽpore primas Imperij partes assecutus, diuturna & aspera in primis corporis ægrotatione pedetentim contabescens occubuit. Alter secundas ab eo adeptus, propter plurimos suos perditos & fraudulentos conatus, quos consciuisset in vita, dęmonis incitatione ac pulsu extremum vitæ spiritum laqueo interrupit. Ex illis qui hos proximè secuti sunt, posterior, quem totius persecutionis caput & authorem fuisse diximus, tales cruciatus, quales suprà ostendimus, tolerauit. Qui autem hunc in regno antegressus est Constantius, imperator benignissimus mansuetissimúsque, vt suprà dixi, vniuersum regni sui tempus præclarè pro Imperij dignitate traducẽs, non propterea solùm quòd in aliis rebus omnibus seipsum humanissimũ & liberalissimum quibusque præbuit: verùm etiã quòd persecutionis contra nos intentatæ, nullo modo particeps fuit, imò verò pios sub eius imperiũ subiectos, illæsos conseruauit & incolumes: ac neque sacras ecclesiarum ædes diruit, neque aliud quicquã maleficij in nos omnino molitus, perbeatum reuera pérquæ fœlicem vitæ exitum obtinuit: solúsque in suo regno propter Ingenuũ filium, imperij successorem, principem in omnibus rebus modestissimũ religiosissimúmque, præclaram & gloriosam mortem oppetiuit. Eius autem filius simulac fuit in imperio constitutus, Imperator summus & Augustus ab exercitibus appellatus, paternæ erga nostram religionem pietatis vestigia diligenter est persecutus. Talem igitur vitæ exitũ superiores quatuor imperatores variis tẽporibus habuerunt. Ex quibus solus ille quem paulo antè posuimus, cum cæteris ad imperium deinceps ascitis, postea confessionem suprà declaratam, per edictum scriptis editum omnibus palàm fecit. Verùm quid postea consecutum sit, iam considerandi opportuna se offert occasio.

Falsa Christianorum insolentia, immanitatem suam obumbrat Maximinus.

Maximini interitus.

† Vide annot. pag. 91. lat. 1. lin. 25.

Maximinus primus author persecutionis: sic etiã in vita Constantini lib. 1. cap. 49. & 50. idem innuitur etiã, quãuis obscurè supra ca 4. huius libri.

Imperium inter quatuor principes diuisum.

Diocletiani & Maximini Impp. interitus Maximini mors. Constãtij imp pietas, & placida mors.

Vide infra cap. 50. lib. 1. de vita Constãtini.

Constantinus Imp.

Constantinus Magn. Imperator. Anno Christi 310.

Libri octaui finis.

EVSEBII

A

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Nonus.

Nonus liber & decimus ad finem porrò historiæ Ecclesiasticæ Eusebij continent acta sub Constantino Magno annis triginta, & mensibus decem. Huc refer Rerum Rom. lib. xj. Pompo. Lætum: Huc adde Vitas Pontif. Rom. ex authoribus præallegatis, & tomos Cōcil. & Hæres. item Oros. lib. 7. cap. 26. 27. 28. Eutrop. lib. 10. Aurel. Victorem: Pontifices autem quorum vitæ huc pertinent, sunt, Marcellinus, Marcellus, Melciadis, Syluester, Marcus 2. Iulius, quanquam horum priores aliquot, etiam ad præcedentem tractatum pertineant.

De simulata persequutionis remißione. CAP. I.

Huc refer Nicephor. c. 14. lib. 7. Vide infra cap. 8. hoc lib. & lib. 10 cap. 5.

Ruffi. c. 1.

HÆC palinodia siue retractatio, authoritate Imperatorum Galerij Maximini & Constantij, quos suprà posuimus, edita, passim in omnibus Asiæ partibus, inque singulis eiusdem prouinciis diuulgata fuit. Quare ad hunc modum confecta, Iouius Maximinus in Oriente tyrannidem exercens, scelestissimus ille quidem maximéque impius (si quisquam alius) & pietatis in Deum omnium rerum satorem hostis acerrimus, cùm literæ quibus hæc retractatio continebatur, neutiquam ipsi arriderent, pro mandato quod scripto in illis erat enunciatum, verbis solum magistratibus ipsius imperio subiectis mandat, vt persecutionis bellum cōtra nos excitatum remittant. Nam

Iouij Maximini tyrannis in Oriente.

B cùm ei non integrum esset, eorum iudicio qui priores Imperij partes tenebant, aliter refragari: decretum retractationis omnibus propositū in obscuro collocare, & aliqua ex parte supprimere molitur: totóque animo connitens, ne Imperij partibus sub ipsius ditionem subiectis in apertum proferretur, magistratibus ei obsequentibus edicto non scripto mandat, vt persecutionem contra nos concitatam relaxent. His literis seipsi mutuò de mandato certiores faciunt. nam Sabinus, qui summus prouinciarum præfectus, & maximo in honore apud Imperatores fuit, Maximini sententiam ac voluntatē prouinciarum præsidibus per epistolam Latinis literis scriptam significat ad hunc modum: Diuina Imperatorum, dominorum nostrorum sanctissimorum maiestas, incredibili ac singulari studio inflammata, omnium hominum mentes ad sanctam rectámque viuendi viam traducere iampridem decreuerat, quò hi qui religionis institutionē & consuetudinem à Romanorum more alienam sequi videbantur, deinceps iustos debitósque cultus diis immortalibus impertirent. Verùm quorundam pertinacia & peruersa voluntas eò temeritatis processit, vt neque recta mandati præscriptione à proprio instituto recedere voluerint, neque supplicium ipsis inflictum, eos vlla ex parte potuerit perterrere. Quare quoniam accidit vt nonnulli ea de causa se in graue periculum coniecerint: diuina dominorum nostrorum potentissimorum Imperatorum celsitudo, propter eximiam suæ insignis pietatis præstantiam, alienum à diuinissima ipsorum voluntate ac proposito statuens, vt homines eiusmodi de causa in discrimen veniant, præcepit vt ipse ad tuam prudentiam literas exararem, vt si Christianorum quisquam religionem suæ gentis sequi & obseruare comperiatur, illum molestia & periculo ipsi intentato eximas, & neminem eiusmodi de causa pœna mulctandum statuas: præsertim cum longa temporis progressione satis exploratè cognitum & perspectum sit, illos nullo modo nulláque ratione persuaderi posse, vt ab eiusmodi contumacia aliquando desciscant. Quocirca tua perspicax solertia ad curatores, præfectos presidiorum & prepositos cuiusque ciuitatis & pagi literas scribere debet, vt intelligant se debere sedulò præcauere, ne extra cancellos huius edicti egrediantur. Ob hanc causam hi qui in singulis prouinciis præerant, sententiam eorum quæ ad ipsos scripta erant, in primis verā

Iouius edictū Imperatorum pro Christianis dissimulat

Sabini ad prouinciarū præsides literæ, ex Maximini vafro consilio.

arbitrati, curatoribus, præfectis præsidiorum, & præpositis in singulis agris constitutis, A Imperatoris voluntatem per literas planam fecerunt. Neque ista scriptis solum commodè processerunt, sed rebus ipsis etiam multo magis, nam hæc perinde ac si ab Imperatore imperata fuissent, reuerà ad exitum perduxerunt, & tam hos quos carceribus conclusos propter fidei in Deum professionem tenebant, quàm illos quos cruciatus causa ad metalla condemnauerant, in apertum educentes, liberos dimiserunt. Hoc enim Imperatori reipsa visum esse suspicati sunt: sed falsò quidem. Istis igitur rebus hoc modo constitutis, derepentè in omnibus ciuitatibus Christianorum conuentus frequentes in vnum coalescentes, & crebros congressus, qui inter istos de more in ritibus suis obeundis fieri solent, tanquam lumen quoddam post tenebras & noctem opacam effulgens, cernere licuit. Vnde tota infidelium gentium multitudo fuit non parum obstupefacta, cùm incredibilem tantæ mutationis rationem admirando: tum propterea solum Christianorum Deum, magnum & verum Deum esse, voce contenta exclamãdo. Ex nostris autem, illi qui persecutionis certamen fideliter & magno animo obiissent, præ cæteris omnibus permagnam animis lęticiam denuò perceperunt. At qui fide ægri & infirmis fuissent, & iam propterea conscientias haberent quasi tempestate iactatas, libenter remedium sibi inuenire maturârunt, & his qui erant robusti in fide supplicare, eorum dextram salutarem sibi porrigi exposcere, & Deum ipsis propitium fore obtestari cœperunt. Deinde generosi & magnanimi pietatis athletæ, metallorum afflictatione liberati, ad suam patriam redierunt, hilarique & læto aspectu per quamq; ciuitatem profecti sunt: & gaudio penè inexplicabili, animorumque alacritate, quæ nulla ratione explicari poterit, completi. Ingentes igitur hominum cateruæ, per medias vias ac publicas plateas transeuntes, hymnis & psalmis Deum laudauêre, sicque itineris sui deuorauêre molestias. Atque illos qui vt captiui supplicio crudelissimo paulò antè excruciati fuissent, & patria sua eiecti, læto ac hilari vultu se ad suos proprios lares recipientes vidisses: vsque eò, vti etiam illi qui antea nos neci dare magnopere expetiuissent, vbi hanc mutationem adeò mirandum in modum factam conspexerunt, nobiscum vnà de rerum euentis nonnihil lætari viderentur.

Libertate recuperata Christiani è carceribus dimittũtur, & conuẽtus iterum celebrant.

Quomodo se gesserint. Constantes in fide. Vacillantes in fide.

Ex metallis liberati domũ reuertuntur.

Etiã Ethnici Christianis lætiorem statũ gratulati.

B

De ea quæ subsequuta est peruersitate, & de statua Antiochiæ nouiter erecta.

CAPVT 11.

Verùm tyrannus (quem partes versus Orientem regere diximus) quia probitatis osor fuit maximus, & omnium bonorum insidiator, ista amplius ferre non potuit, neque ad sex menses integros ita cum nostris rebus agi passus est. Nam quæcunque ad pacis & tranquillitatis nostræ euersionem facere videbantur, omnibus (vt dicitur) opibus viribusque machinatus, primùm occasione arrepta, nos conuentu qui in cœmeteriis à nobis fieri solet, interdicere conatur: deinde per nefarios quosdam & perditos viros ipse, quo suo animo satisfaceret, legationem mittit, ciues Antiochiæ hortaturus, vt illi tum ab ipso maximi beneficij loco flagitarent, vti nullus Christianus ipsorum patriam incolere permitteretur: tum alios etiam ad idem præstandum impellerent. Quarum rerum omnium gerendarum dux fuit & princeps Theotecnus, in ipsa Antiochia natus, & eiusdem ciuitatis curator: vir crudelis, vafer, improbus, & à sua appellatione maximè alienus. *Hic igitur postquam nos grauiter oppugnauerat, & omnibus modis nostros tanquam impios quosdam fures celeriter ex latebris eruerat, & omnia ad calumniam nobis & criminationem inferendam molitus erat, & mortis author ac causa infinitis propè extiterat: tandem idolum, & simulachrum quoddam Iouis φιλίου id est, qui amicitiis contrahendis præest, erigit, inque eo magicis præstigiis falsa edit miracula: & ad eius cultum nefaria mysteria, initiationes impuras, & scelestas expiationes excogitat, efficitque, vt oraculorum præstigiæ, quibus ea quæ instituebat, absoluit, ad aures Imperatoris peruenirent. Quinetiam, quò assentatione & blanditiis in Imperatoris animum influeret, dæmonem contra Christianos excitat: asseritque Deum præcepisse, vt illos tanquam ipsi infestos, ex vrbe agrisque penitùs expellere properarent.

Ruff. c. 2. Iouij Maximini tyrannis per Orientem & studium vexandæ Ecclesiæ.

Huc refet Nicephor. c. 25. lib. 7.

** Ruf. c. 3. Theotecnus Iouis Philij statuam Antiochiæ erigit, in gratiam Maximini.*

Theotecni cõtra nos Christianos præstigia.

A *De edictis contra Christianos.* CAP. III.

Huc refer Nicephor. ca.27.lib.7.

Ruff. ca.4.

CVm igitur Theotecnus primus hæc in sententia gessisset, cæteri omnes magistratus qui ciuitates Maximini imperio subditas incolebant, simile suffragium contra Christianos ferre instituerunt. Vbi etiam præfecti prouinciarum hoc Imperatori pergratum esse perspiciebant, idemque ipsum subiectis suis transigendum suggesserant, & tyrannus ipse per rescripta eorum sententiis & decretis lubentissimè assensus erat, persecutionis flamma contra nos de integro incenditur. Statuarum igitur & simulachrorum sacerdotes, pontifices etiam, viri in reip. negociis obeundis eximij, & in omni ministerij genera ad deos spectâtis præstabiles, & in quibus incredibile studium insidebat obsequij idolis præstandi, in singulis ciuitatibus à Maximino creantur. Nam absurda Imperatoris superstitio (vt breui comprehendam) tum magistratus, tum priuatos omnes, omnia contra nos moliri, quo illi gratificari possent, induxit: quippe pro beneficiis quæ ab illo se assecuturos sperabant, se illi, si mortem nobis inferrent, aliaque noua & inaudita scelera aduersum nos ederent, maximè gratificaturos putauerunt.

Persecutio cõtra Christianos rursum instituta.

De fictis Commentariis contra Seruatorem nostrum.

CAPVT IIII.

Huc refer Nicephori ca 26.li.7. Item Euseb. cap.9. supra li.1. vbi hoc commentũ refellitur.

Ruff. ca.5.

PIlati præterea & Seruatoris nostri rerum gestarum tanquam commentarios quosdam, omni blasphemia & conuicio contra Christum refertos confinxerunt: quos de sententia Imperatoris in totum regnum, quod eius ditioni parebat, mittunt: perque literas iubent, vt in quibusque locis, agris & ciuitatibus hi palàm omnibus exponerentur, & ludimagistri pro aliis disciplinis pueros in hisce sedulò exercerent, hosque illis memoriæ mandandos traderent. Quibus ad hunc modum confectis, alius dux exercituum apud Damascum Phœniciæ, mulierculas quasdam infames impurasque è medio foro arripit, illisque adeò grauia se tormenta inflicturum interminatur, vti eas asseueranter dicere cogat, cùm quòd olim fuissent Christianæ, tum quòd nefandi sceleris B cum Christianis consciæ extitissent: tum quòd in suis ipsorum templis, quæ Græci Dominica vocant, res obscœnas & libidinosas gessissent: & alia etiam, quæ eas in nostræ religionis reprehensionem & ignominiam falsò effutire voluit. Quarum voces in commentarios relatas, Imperatori etiam ostendendas curauit. Cuius iussu in singulis vrbibus, locisque hæc scripta diuulgantur.

De Pilato et Christo fabulæ passim sparsæ.

Damasceni Ducis scelestũ facinus.

Meretricum cõtra Christianos mẽdacia.

De iis qui eodem tempore Martyrium subierunt. CAP. V.

Huc refer Nicephor. ca.27.li.7. Coniunge his martyribus ad cõsimilem tractatum supra li.8. ca. 4.&c.

Ruff. ca. 6.

VErùm dux iste non longo temporis interuallo interposito, sibijpsi manus graues inferens, debitum suæ improbitatis supplicium luit. In nos autem denuò exilia & crudeles persecutiones commouentur, acerbi præfectorum singulas prouincias obtinentium, contra nos tumultus rursus cientur: vsque adeò, vti nonnulli ex his qui in verbi Dei propagatione multum pollebant, ex improuiso comprehensi, sententiam mortis ineuitabilem exciperent.[1] Quorum tres, qui se Christianos liberè confitebantur, Emisæ vrbis Phœniciæ bestiis membratim discerpendos obiiciunt: quorum vnus[2] Siluanus episcopus, ætate planè grandis & prouectus, qui ecclesiæ ministerium non minus quadraginta annis obiisset. Per idem tempus[3] Petrus, qui ecclesiæ Alexandriæ maxima cum dignitate præfuerat, quique præter cæteros sanctos & diuinos episcopos, cùm virtutis causa, quæ in eius vita elucebat, tum studij & vigiliarum, quas in Sacras literas contulerat, propè miraculum extitit, nulla de causa culpaue, cum minimè expectabat, arreptus subitò ita vt erat, ex Maximini mandato iniustè capite plectitur. Alijque complures qui in Ægypto erant episcopi, idem cum illo supplicij genus perpessi sunt.[4] Lucianus item, ecclesiæ Antiochenæ presbyter, vir cum aliis rebus omnibus facilè primus, tum continentia eximius, tum in sacris disciplinis diu multumque exercitatus, ad ciuitatem Nicomedensium, in qua tum Imperator commoratus est, deductus cùm coram vrbis præfecto Apologiam pro Christi doctrina, cuius patrocinium susceperat, recitasset, in carcerem coniectus est, ibique trucidatus.*Tot mala & tam grauia, breui temporis spacio à Maximino, virtutis & honestatis aduersario, contra nos com-

1 Quanquam hi martyres antea in octauo Libro c.25 ab Eusebio inter reliquos martyres numerati sunt, propterea quòd ei erat propositum in eo libro omnia martyria recensere: tamen intelligendum est, eos sub Iouio Maximino mortem oppetiuisse.

2 Siluanus episc. bestiis obiectus.

3 Petrus Alexand. episc. cæsus.

* Ruf.ca.7.

4 Lucianus Antioch. episc. in carcere necatus.

parata erant: adeò vt hæc posterior persecutio id temporis excitata, multò acerbior, quàm prior, nobis videretur. A

De Edicto contra nos columnis affixo. CAP. VI.

Decreta diuersa cõtra Christianos. Scripta aduersus Christianos conficta pueris discenda inculcãtur in scholis.

Huc refer Nicephor. ca. 27. lib. 7.

IN mediis porrò ciuitatibus (quod nunquam aliàs contigerat) cùm vrbis cuiusque contra nos decreta, tum ipsius Imperatoris præterea rescripta, in columellas æneas incisa eriguntur. Pueri quoque in ludis literariis, Iesum & Pilatum, commentariosque ad Christi contumeliam confictos, in ore & sermone quotidie habuerunt. Atque hoc loco mihi necessarium videtur, illud ipsum Maximini rescriptum in columellis æneis palàm propositum, citare, quò pariter & insolens ac superba viri, impietatis odiique in Deum peruicacia, & diuina vltio quæ eum breui pòst insectabatur, quæque ob nequitiæ odium, quo tenetur, & ad impios puniendos assiduè & vigilanter incumbit, manifestò appareat: qua quidem impulsus, non longo tempore pòst contraria de nobis consilia iniit, & legibus scriptis sanciuit eadem, stabiliuitque. Sed primum rescriptum totidem verbis explicatum, ad hunc modum se habet.

Exemplar rescripti Maximini, ad ciuitatum decreta contra nos sancita respondentis, ex columna ænea Tyri desumpti.

Maximini rescriptum cõtra Christianos, plenum dolo.

Quoniam omnis erroris caligo, & tanquam nebula, (quæ quidem antehac hominum non tam impietate imbutorum, quàm inscitia miserè cæcutientium, sensus perniciosis ignorationis tenebris inuolutos obsederat) penitùs discussa est, & dissipata: imbecilla humanæ mentis vis iam tandem facilè perspicere potest, se benigna deorum immortalium prouidentia solùm & gubernatam esse, & corroboratam. Atque res est dictu propè incredibilis, quàm gratum, quàm iucundum & acceptũ nobis fuerit, quòd tam insigne & clarum vestri pij erga deos instituti specimen edideritis. Quinetiam ante hoc tempus nemini obscurum erat, qua obseruantia, quo cultu erga deos immortales vti consueueritis: quibus vestra fides non nudis solum & inanibus verbis, sed continuis, & admirabilibus rebus gestis satis cognita est, & perspecta. Quapropter vestra ciuitas meritò quidem & optimo iure deorum immortalium sedes & domicilium nuncupetur. B Multis enim exemplis liquet eam deorum cœlestium præsentia perpetuò floruisse. Ecce ergo, vestra ciuitas, omnibus illis rebus quæ ad eius commodum interesse videbantur, neglectis, & petitionibus, quibus pro suo ipsius statu vti solebat, penitùs omissis, quando denuò execrabilis Christianismi inanitatis † professores ac duces velut incendium, consopitum illud quidem, spretum tamen (quod facibus reuiuiscentibus maximas flammas & ardores rursus ex se fundit) incipere longius serpere senserat, protinus absque mora ad nostram religiosam maiestatem, tanquam ad cuiusque cultus & pietatis magistram ac patronam confugit, & ab ea remedium & auxilium supplex efflagitauit. quam quidem salutarem cogitationem, propter constantem in vestra religione tuenda fidem, deos animis vestris iniecisse perspicuum est. Ille namque ille inquam altissimus & maximus Iupiter, qui vestræ vrbis spendori & amplitudini præsidet, qui vestros deos patrios, vxores, liberos, lares & domos, ab omni pestifera ac lethali internecione liberat, in vestris mentibus hoc salutare consilium inseuit: apertéque ostendit indicauitque, quàm eximium, quàm magnificum, quàm salubre sit, debita cũ veneratione deorum immortalium religioni & sacrosancto cultui diligenter attendere. Quis enim tam amens, tamque ab omni ratione alienus reperiri poterit, qui non animaduertat clementi deorum in homines studio factum esse, vt neque terra semina sibi mãdata cum fœnore reddere deneget, neque agricolarum spem inani expectatione fallat: neque rursum impius Mars tam horridus absque impedimẽto in terra vigeat & roboretur: neque æquabili cœli temperatione perturbata, corpora peste infecta ægraque, celeriter ad mortem rapiantur, neque mare rigidis immoderatorum ventorũ flatibus agitatum turgescat: neque repentinæ procellæ & abruptæ naufragam & periculosam tempestatem excitent: neque terra præterea, quæ est omnium nutrix & parẽs, ab imis quasi visceribus graui cum trepidatione dehiscat: neque mõtes eius radicibus nixi, ingenti hiatu patefacto deglutiantur: quæ quidem mala omnia, hisque multo grauiora, nemo est qui ignoret, ante hoc tempus sæpenumero obtigisse. Atque ista vniuersa

† Vide annot. pag. 102. lat. 1. lin. 33.

Iupiter Tyriorum Præses.

De Ioue Xenio intelligẽdũ hoc est, vnde apud Virgilium Tyria Dido ait, Iupiter (hospitibus nã te dare iura loquuntur) Hunc lætũ Tyriisque diem Troia que profectis Esse velis, nostrosque huius meminisse nepotes.

A uersa acciderunt ob perniciosum illum & vanum errorem hominum nequã & improborum, Christianorum videlicet errorem: qui quidem cum in eorum animos illaberetur, vniuersum (propè dixerim) orbem terrarum cõfusione quadam oppressit. Quibus paulò pòst subiungit: Conuertant iam oculos ad camporum planiciem longè latéque patentem: considerent lætas & florentes segetes, spicarum vbertate redundantes: prata intueantur propter fœcundos & moderatos imbres, herbis & floribus splendescentia, aëris temperationem animaduertant, quàm æquabilis & quàm amœna sit. De reliquo omnes perfundantur læticia, quòd per vestram religionem, sacras victimas & honorẽ diis adhibitum, vis & impetus potentissimi robustissimique Martis placatus sit: & propterea placidissima pace constanter & cum securitate ac quiete sese oblectent: & quicunque cæco illo Christianismi errore, & tanquam itinere deuio decedentes ad rectã & præclaram mentem redierunt, multò magis lætẽtur animo, perinde ac si ex tempestate improuisa, aut morbo graui erepti fuerint, & in posterum iucundissimis vitæ cõmodis cum voluptate fruantur. Quod si qui ex illis sint qui in detestabili illa inanitate & inscitia obstinatè persistant, longo locorum interuallo à vestra vrbe & agris eam vndique ambientibus (sicuti à nobis postulastis) segregati, in exilium eiiciantur, vt vestra ciuitas secundum consentaneam vestri studij in hac causa positi rationem, ita omni erroris labe & impietate liberata, cum debito cultu, sicut in eius voluntate naturaliter insitum est, augustæ deorum immortaliũ venerationi & obsequio se totam tradat. Vt igitur intelligatis, quàm grata nobis fuerit vestra in hac re petitio: animus noster, qui est ad gratificandum paratissimus, absque decretis, absque postulatione, vestris religiosis mentibus liberam cuiuscunque beneficij & magnifici muneris pro isto vestro diuino proposito petẽdi facit potestatẽ. Iam ergo hoc petite, vt sitis voti cõpotes. Nam absque mora ipsum consequimini. Quod quidem vestræ ciuitatis donatum, cum vestræ singularis in deos immortales pietatis & religionis, in perpetuum perhibebit testimonium: tũ satis perspicuè vestris filiis & posteritati declarabit, vos huius vestri pij instituti causa digna præmia à nostra benignitate consecutos.* Hęc igitur in columellis, & tabulis incisa, contra nos in singulis prouinciis diuulgata fuerunt: quæ sanè omnem aditum ad bene sperandum nobis (quantum in hominum situm erat potestate) penitùs intercludebant: adeò vt secũdum illud diuinum Christi oraculum, etiam electi si potuisset fieri his de rebus offendiculo impegissent. Verùm quanquã auxilij expectatio, quæ in multorum animis insederat, penè sublata erat, & extincta: tamen propè ex inopinato inter vias, dum ministri huius edicti contra nos promulgati, iter in nonnullis regionibus faciebant, Deus, qui est suæ Ecclesiæ constans propugnator, arrogante tyranni cõtra nos ostentatione penè refrenata & compressa, suũ cœleste præsidium nobis benignus præstitit. Imbres igitur & pluuia, quæ hyberno tempore fieri consueuerant, solitam suam terræ irrigandę consuetudinem intermiserunt. Vnde fames præter omniũ expectationem passim grassari, & pestis & deinceps oberrare cœpit. Morbi etiam cuiusdam noui & peregrini (exulceratio quædam erat, quæ æstus & feruoris gratia proprio nomine anthrax, id est carbunculus appellatur) grauis & violẽta impressio: qui per vniuersum corpus pererrans, mortifera his qui eo perturbabantur, iniecit pericula. Quin etiam, quoniam in oculis potissimùm eius insidebat cruciatus, infinitos ferè viros cum cõiugibus & liberis cæcos reddidit. Iisdem temporibus bellum à tyranno contra Armenios concitatur, viros iam vsque ab antiquis seculis cum Romanis amicitia & societate coniunctos: quos quidem, quoniam Christiani erant, & veram in Deum pietatem magno studio & diligentia colebant, iste Deo infestus tyrannus ad hostias idolis & dæmonibus immolandas cogere conatus, inimicos pro amicis, & hostes pro sociis effecit. Ista cum repentè omnia in idem tempus concurrerent, arrogantem audaciam & temerariam contra Deum iactationem tyranni, qui obseruantiæ suæ in idola collatæ, & obsidionis contra nos susceptæ causa nec famem, nec pestem, nec bellum denique suis temporibus accidisse fuisset insolenter gloriatus, perspicuè coarguerunt.

Christianos decernit exterminandos.

*Ruff. ca. 8.

Matth. 24.

Apparet ex machina Deus.

Maximini audacia in Christianos retusa.

1. Tempestate 2. Fame. 3. Peste. 4. Insusitato morbo. 5. Bello in Armenios.

De iis quæ postea tẽpore famis, pestis & belli contigerũt. CAP. VII.

Huc refer Niceph. cap. 28. li. 7.

Maximini infelix successus belli Armeniaci.

HÆc igitur mala, quæ pariter in eundem temporis articulum incidebant, tyranni calamitosi exitus, tanquam procemia quædam complexa sunt. Vt ille in bello

Fames & annonæ charitas mira.

Drachma Attica est monetæ Anglicæ grossus vnus, antiqui numismatis.

Famis innumerabilia cōsequētia mala

A contra Armenios administrato, vnà cum exercitu grauem cladem accepit: ita cæteri, qui ciuitates eius imperio parentes incolebant, fuerunt fame simul & peste acerbè afflictati: vsque eò, vti pro vna tritici mensura bis mille & quingentas drachmas Atticas persoluerent. Infiniti ergo in singulis ciuitatibus mortui sunt: complures etiam in agris & vicis extincti, vt iam parum abesset, quin colonorum census qui iamdudum innumerabiles esse solebant, penitus deficerēt: propterea quòd derepentè ferè omnes iam inedia, alimenti penuria, & pestifero morbo interiissent. Nonnulli vel pro minima cibi particula, res sibi charissimas locupletioribus vendiderūt. Alij suis possessionibus pedetentim diuenditis, ad extremam egestatem tandem deuenerunt. Iam verò non pauci exigua fœni segmenta cōfecere dentibus: & absque delectu herbas quasdam pestiferas ac lethales, & ea quæ corporis habitum labefactant, deuorantes, miserè periêre. Quinetiam mulieres quædam nobiles in sigulis ciuitatibus, ad tam importunam impudentemque necessitatem erant præ indigentia detrusæ, vt in forum & plateas publicas mē dicatum prodirent: quæ quidem verecundo vultus sui pudore, & exquisita vestitus elegantia euidens suæ liberalis lautæque obsoniorum affluentiæ indiciū, qua antea abundauerant, perspicuè declararunt. Alij plerique homines erant, qui tāquam simulachra mortua, macie tabefacti, huc illucque agitati, † concussique, & animo planè deficientes, præ virium imbecillitate in mediis conciderunt plateis: & proni in terra extensi, sibi paruum frustum panis porrigi suppliciter poposcerūt. Et cùm vitæ extremum spiritum essent iam edituri, se fame confici clamarunt, & ad hanc vocem acerbissimam solam fundendam satis habuisse virium visi sunt. Multi qui ditiores videbantur, præ mēdicantium turba obstupefacti, post infinitas facultates in egentes collatas, deinceps in duram quandam & inflexibilem animi, affectionem propterea venerunt, quòd eandē penè calamitatem cum mendicis se breui perpessuros expectabant. Quare iam in medio foro, plateis & angiportis mortua & nuda corpora proiecta, multorum dierum spacio insepulta, miserandum spectaculum oculis intuentium exhibuerunt Iam verò nō nulli extincti, canum laniatus & præda facti sunt. Ob quam causam, qui adhuc erant superstites, ad canes interimendos se conuerterunt, timore quodam perculsi, ne insana rabie furentes, homines etiam viuos deuorarent. Pestis autem omnes domos integras & familias penitus depascebatur: & eos vel maximè, quos fames propter alimentorum affluentiam, qua fruebantur, consumere & conficere non poterat. Magistratus & præfecti, aliique propè infiniti, qui cum potestate & imperio erāt, omniumque rerum copia circunfluebant, perinde ac si fames quasi de industria eos missos fecisset, vt peste interirent, acerbissimam mortem & maximè repentinam sustinuerunt. Omnia igitur loca, angiportus, forum, plateæ, lachrymis, mœrore & planctu redundabant. Neque aliud quicquam spectare licebat, quam miserabiles fletus, quos pro tibiarum cantu & strepitu ipsis in more posito ediderūt. Quocirca mors his duobus telis (quæ suprà dixi) peste videlicet & fame, hoc modo bellum gerens, vniuersas familias breui temporis spacio absumpsit & depasta est: adeò vt iam planè conspicari licuisset, duo aut tria mortuorum corpora ex vnis ædibus pariter ad sepulturam elata. Arrogantis tyranni Maximini ostentationis, & decretorum per singulas ciuitates cōtra nos sancitorum tale præmium ac merces fuit. Quo quidem tempore clara singularis Christianorum erga quēque & studij & pij animi indicia apud omnes increbuerunt. Nam hi soli in tanto malorum cumulo suis rectè factis & piis officiis misericordiam declarabant, & benignitatē: quorum: alij in dies singulos mortuorum funeribus & sepulturæ (infiniti enim erant, quibus sepeliendis nemo curam adhibuit) diligētem nauarunt operam: alij multitudine eorum qui per totam ciuitatem fame vrgebantur, in vnum coacta, omnibus panes dispertierunt: vsque adeò, vt hoc præclarum facinus per omnes homines constanti fama & magna celebritate peruaderet, & singuli Christianorum Deum gloria & laude prædicarent, eosque solos & veros Dei cultores re & factis comprobatos faterentur. Pro quibus, rebus ad hunc modum confectis, magnus ille & cælestis Christianorum propugnator Deus, simul atque his calamitatibus, quas supra commemorauimus, in omnes infideles pro maleficiis quæ præter æquum in nos admisissent, terrorem suum & indignationem palàm ostenderat, clementem & eximium suæ de nobis prouidentiæ splēdorem de integro aduersum nos effudit: nobisque, tanquam in profunda tenebrarum caligine constitutis, mirandum in modū præclarum pacis suæ lumen cœlitùs demisit:

† Vide annot. pag. 103. lat. 1 lin. 25.

Canes interfecti, ne vt mortuos ita etiam viuos homines deuorarent.

B

Mortis duo tela, pestis & fames.

Christianorū in publica calamitate pietas declarata.

Christianis apparent tandem lætiora.

A demiſit:& omnibus planum fecit,ſe Deum eſſe,qui noſtrarum rerum ſemper diligentem rationem ducit,qui populum ſuum caſtigat:qui rebus afflictis,cum tempus poſtulat,cum coërcet:qui rurſus,vbi ſuos diſciplina & correctione ſatis afflixerit, ſe propitiũ & beneuolum,his qui in eo ſpem ponunt,manifeſtò declarat.

De vitæ exitu Tyrannorum & quæ verba ante mortem ſuam habuerunt.

CAPVT VIII.

Ruff. ca.19

Maxẽtius à Conſtantino victus.

Huc refer Nicephor. ca.36.39. li.7. Vide ſupra Euſeb.li.8. c.26.& hoc lib.cap.9. † Vide annot.pag. 103.lat.2. lin.37.

1 Maximini mors.

Hic quedã verba in conuertendo adiecimus, quo hiſtoria & verè perſpicueque explicetur,& ipſa ſibi cõſentiat. Nam Maximinus non in bello occubuit vt verba Græca præ ſe ferunt, ſed poſtea domi graui morbo mortem oppetiit.

2 Licinius furore nondum correptus.

3 Conſtantini cõtra Maxẽtium bellum. ſolo pietatis zelo ſuſceptũ

4 Maxentius magicis præſtigiis addictus,

CONſtantinus igitur (quem Imperatorẽ ex Imperatore, & religioſum ex religioſiſſimo patre, & omnino modeſtiſſimo ſatum ſuprà diximus) Dei omnium rerum opificis & Seruatoris noſtri impulſu contra improbiſſimos tyrannos excitatus,bello iure & legitimè indicto ſuſceptoque, Deo opem ferente, Maxentium Romæ mirandum in modum deuicit,[1] Maximinus item Orientis tyrannus non longo tempore poſt Maxentij occaſum in vita manens,ab imperatore [2] Licinio nondum inſaniente, † in bello turpiſſimè ſuperatus fuit:& propterea tandem mœrore confectus occubuit.[3] Conſtantinus autem Imperij honore & gradu ſummus,antea Romanorum, qui tyrannide opprimebantur,admodum miſertus, Deum cæli,verbumque eius, omnium ſeruatorem Ieſum Chriſtum auxilio ſibi fore precibus obnixè obteſtatus,perrexit ire cum toto exercitu, quo Romanis libertatem ex maioribus illis traditam, iamque amiſſam recuperaret.[4] Maxentius ergo magicarum præſtigiarum machinis potius,quàm ſubiectorum beneuolentia fretus extra portas ciuitatis minimè egredi auſus eſt. Et quanquam innumerabili armatorum multitudine,& infinitis copiis, turmiſque, omnem locum, agrũ & ciuitatem, quæcunque vel circa vrbem Romam, vel intra totius Italiæ ambitũ ipſi inſeruiebant,muniuerat:tamen Conſtantinus imperator Dei præſidio nixus, primam, ſecundam & tertiam aciem tyranni ex aduerſo inſtructam adortus, perfacilè omnes cœpit,ſubiugauitq;: & adeò magnam Italiæ partem iam peragrarat,vti quàm proximè Romam acceſſerit. Deinde,ne,dum tyrannum obſideret,ipſos etiam Romanos oppugnare cogeretur:Deus tanquam catenis quibuſdam tyrannum ex vrbe extraxit,& longo interuallo à portis conſtituit:& opera ſua iam olim contra impios edita,inque ſacris B libris tanquam in tabulis inſcripta (quæ quamuis fabulæ loco apud pleróſque habeantur,fideque careant,fidelibus tamen pro certo creduntur) reipſa omnibus (vt comprehendam breui) tam infidelibus quàm fidelibus qui has res geſtas tam admirabiles oculis aſpexerint,vera eſſe confirmauit. Quemadmodum enim ipſius Moyſis & antiquoquorum, ac piorum Hebræorum temporibus Deus Pharaonis currus & eius copias deiecit in altum,& delectos aſcenſores ſatelliteſque regios in mari rubro demerſit, vndiſque obruit:ſic Maxentius,quique cum eo erant armati & ſtipatores,in altum Tyberis gurgitem,tanquã lapis,præcipites deciderunt. Nam tyrannus,cum Dei virtute Cõſtantino opem ferente, terga dediſſet, & in ipſa fuga fluuium ex aduerſo obiectum (in quo lintribus iunctis, & ponte artificioſe fabricato machinam ad ſuam ipſius internecionem conſtruxerat:vnde illud verè in eum dici poteſt, Lacum aperuit, & effodit eũ, " & incidet in foueam quam fecit: conuertetur labor eius in caput ipſius, & in verticem " ipſius iniquitas eius deſcendet) traiicere cœpiſſet, pontis in fluuio iunctione & cõpage " diſſoluta,trãſitus ſubſidit,ruitque, & derepentè lintres cum ipſis viris in profundum labuntur:ipſeque ſceleſtiſſimus tyrannus,primus omnium in omnẽ præceps cadit,deinde ſatellites eius (ſicut diuina loquuntur oracula) veluti plumbum in rapidũ aquæ gurgitẽ deſcenderunt. vti Conſtantinus cum ſuo exercitu ope diuina victoriã adeptus,meritò quidẽ,licet non verbis,re tamen,ſimiliter cũ Iſraëlitis,& egregio Dei famulo Moyſe,eadem quæ illi olim contra impium tyrannum Pharaonem, canere, & cum Maria ſorore Moyſis hoc modo dicere potuiſſet:Cantemus Domino:glorioſe enim magnificatus eſt:equum & aſcenſorem deiecit in mare:adiutor & protector factus eſt mihi ad ſalutem. Et rurſus:Quis ſimilis tibi in diis Domine?quis ſimilis tibi?glorioſus in ſanctis, admirabilis& præclarè faciẽs prodigia. Iſta igitur verba,aliaque his germana ac ſimilia Conſtantinus,ad Dei ſummi ducis & victoriæ authoris laudem celebrandã,rebus ſuis geſtis pulchrè exprimens,Romam cum triumpho & celebri pompa ingreditur. Ibi tũ omnes cateruatim,cum tenellis pueris & mulieribus,tam qui erant ex ordine Senatorio, quàm qui alio honore præſtabant, cum vniuerſo populo Romano læto oculorum obtutu,lubentibus animis,fauſtis acclamationibus,& inſatiabili gaudio,eum tanquam

Exod.15.

Maxentij interitus Pharaonis cladi ſimilis.

Maxentius in Tiberim cũ exercitu demergitur Vide ca.32. lib.1. de vita Conſtãt.

Pſal.7.

Canticum victoriæ & ſolatij Exod.15.

Pſal.7.

Conſtantini de Maxentio triumphus.

Constantini trophæum.

liberatorem, patriæ conseruatorem, & patronum benignissimum exceperunt. At ille, A vtpote pietate in Deum tanquam naturaliter menti illius insita imbutus, non omnino clamore illo & applausu populari commotus, non laudũ elatus præconio, sed subsidij à Deo allati admodum conscius, confestim passionis Seruatoris tropheum in manu propriæ suæ statuę & imaginis collocari mandat. Atque vt primum eius effigiem, salutare signum crucis dextra tenentem in celeberrimo loco totius vrbis posuerant, eam inscriptone in basi Latinis literis insculpta præcipit insigniri, quæ hæc verba complexa est:

HOC SALVTARI SIGNO, VERO FORTITVDINIS INDICIO, NOSTRAM CIVITATEM TYRANNI IVGO LIBERAVI, ET S. P. Q. R. IN LIBERTATEM VINDICANS, PRISTINÆ AMPLITVDINI ET SPLENDORIS RESTITVI.

Licinius imperij cũ Constantino particeps.

Lex pro Christianis cõscripta ad Maximinum mittitur.

Licinij hist. amplius vide infra l. 10. ca. 5. 8. 9. de vita Cõstãt. lib. 1. ca. 4. 2. 43. 44. 45. 46. 47. 48. li. 2. ca. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 11. 15. 16. 17. 18. Socrat. li. 1. c. 1. 2. Sozom. l. 1. cap. 7.

His de rebus Constantinus, & Licinius etiam Imperij cum illo particeps (qui nondũ in insaniam inciderat, qua postea mente auersa correptus est) Deum omnium bonorũ quæ ipsis obtigerant authorem ambo collaudant, & vno consilio animorumque consensu legem pro Christianis absolutissimam accuratissimamque conscribunt. Ac incredibiles Dei in eos res gestas, & victoriam cõtra tyrannum Maxentium habitam, ipsamque legem ad Maximinum, qui tum gentes in Oriente gubernabat, quique amicitiam & beneuolentiam erga ipsos gerere præ se ferebat, mittunt. Iste, his de rebus certior factus, primũ vtpote tyrãnus, immensum animo dolorẽ cœpit: verùm postea, quãquam aliorum imperio cedere videri nolebat, neque mandatũ eorum diuulgare: metu tamen iubentium perterritus, hanc primam pro Christianis epistolam tanquam sua authoritate compositam, præfectis suæ ditionis necessariò perscribit: & in ea quæ ab ipso nunquam fuerant hactenus factitata, cõmenticia ratione contra se ipse confingit.

Vafricies Maximini.

Exemplar Epistolæ tyranni Maximini.

IOVIVS MAXIMINVS AVGVSTVS SABINO S.

Maximini epistola ad Sabinũ pro Christianis simulato animo missa.

Vide supra ca. 1. hoc li. & lib. 8. ca. 29. & hoc l. infra c. 6. 7.

Cùm apud tuam grauitatem, tum apud omnes homines satis increbuisse arbitror, dominos & patres nostros Imperatores, Diocletianum & Maximianũ, quando omnes ferè homines relicto deorum cultu, se cum Christianorum gente commiscuisse coniunxisseque intellexerant, rectè sanè mandasse, vt cuncti qui à deorum suorum immortaliũ religione recessissent, aperta animaduersione & supplicio ad eorum veneratione B denuò reuocarentur. Verum cùm ego fœlici quodam & prospero casu in Orientẽ primùm aduentarem, & complures homines qui Reip. prodesse possent, à iudicib. ob eã causam, quã modò posuimus, in loca quædã extrane arelegatos animaduerterẽ, cuique iudici mandata dedi, vt nemo illorum de reliquo in homines prouinciales crudeliter animaduerteret, sed blanda assentatione potius, adhortationeque beneuola, ad deorũ religionem eos reducere conaretur. Id tẽporis igitur, dum iussa conuenienter & apposité à iudicibus iuxta mandatũ meum obseruabantur, neminẽ ex partibus versus Oriẽtẽ, vel missum in exilium, vel contumelia affectũ contigit: imò verò etiã quia humanius cũ illis agebatur, facilius ad deorum cultũ se receperunt. Postea, cùm anno præterito prospero itinere Nicomediã proficiscerer, ibique cõmorarer, ciues eius ciuitatis simul cum deorũ statuis ad me veniunt, maiorẽque in modũ contendũt, vt Christiana gens nullo modo in ipsorũ patria habitare permitteretur. Cæterũ simulatque cõplures eius regionis viros in illis partibus domicilia sua habere perspexerã, sic illis responsum dedi: eorum petitionẽ mihi pergratam esse, sed me non intellexisse illud idẽ ab omnibus postulari. Quod si qui essent qui in illa superstitione perstare vellent, ita cuique pro suo arbitratu in instituto proprio persistendi libertatẽ permisi: & si sponte sua etiã deorum religionẽ amplexari in animũ inducerent, non equidẽ inficiatus sum. Et sicut benignum responsum Nicomediæ ciuibus dedi: sic cæteris ciuitatibus, quæ adeò enixè idem à me contẽdissent, nẽpe vt nullus Christianus eorũ ciuitates incoleret, necesse habui humanitùs respondere: propterea quòd idem istud cũ antiqui Imperatores omnes obseruassent, tum ipsis diis, quorũ prouidentia omnes homines, omnesque Resp. gubernantur, visum esset, vt eiusmodi petitionẽ, quam pro religione & cultu diuini eorũ numinis ad me retulerant, lubens admitterem. Quapropter licet tuæ in primis æquitati ante hoc tempus à me per literas significatũ sit, perque mandata similiter imperatum, vt iudices contra prouinciales, qui Christianam gẽtem apud se retinere & incolumes seruare nitantur, † nihil acriter & acerbè statuant, sed toleranter & placidè eos ferant: tamen ne vel à beneficiariis, vel ab aliis quibuscunque contumelias, iniurias aut molestas pertur-

Quæ acta cũ Nicomediensibus.

† Vide annot. pag. 105. lat. 2. lin. 7.

A bationes pati cogantur: his etiam literis tuam animi magnitudinem & grauitatem admonere consentaneum putaui, vt leni potius sermone, & cohortatione benigna, nostros prouinciales ad deorum curam ac religionem agnoscendã impellas. Vnde si quis sua quadã animi inductione deorum cultum agnoscendũ existimet, hunc libenter admittere conuenit: sin nonnulli suam propriam religionem sequi velint, eorum arbitrio & potestati liberum relinquas velim. Quocirca tua æquitas, quod tibi cõcreditum est, sedulò obseruare debet: & nemini facultas permittatur, prouinciales nostros cõtumelia vel molestia diuexandi: quandoquidem, vt suprà scripsi, liberali admonitione potius & blanda sermonis suauitate eos ad deorum venerationem & obseruantiam reuocare par est. Atque, quò ipsum nostrum mandatum in cognitionem omnium nostrorũ prouincialium veniat, edicto abs te edito, quod imperatum est, diuulgare debes. Vt primũ ista Maximinus necessitate coactus, non sua adductus voluntate, iusserat: deinceps propter veteratoriam & falsò ementitam sententiam, quam antea post parem nobis concessam libertatem ostendisset, apud nonnullos nec verus, ne fide dignus habitus est. Idcirco nemo nostrûm aut conuentus cogere, aut se in aperto & in oculos omnium collocare audebat. Nam in eius literis de hac re nulla facta est mentio: sed illud solum in ipsis mandabatur, ne quisquam nobis quicquam facesseret negocij: conuentus autem agere, templa exædificare, vel aliud quippiam eorum quæ nobis in more posita sunt, transigere, eius literę neutiquam permiserunt. Et quanquam pacis & pietatis authores Constantinus & Licinius ad eum literas dederant, vt nobis hæc omnia peragendi liberam faceret potestatem, & omnibus suis subiectis per leges & decreta idem concesserant: tamen scelestissimus ille, si non diuina vltione eò detrusus fuisset, & ad extremum inuito animo ad idem largiendum compulsus, nunquam ei assentiri in animum induxisset. Eius autem rei eiusmodi causa fuit. Cùm magnitudinem Imperij ei non pro dignitate (indignissimus enim erat) commissi, amplius rectè ferre non posset, sed propter vacuitatem modestiæ, Imperatoris animum mirè exornantis, ineptè res suscipere aggressus fuisset, & omni insolenti arrogantiæ ostentatione animum temerè & inconsideratè extulisset, iam contra Imperij consortes, qui ipsi omnibus rebus, vt genere, eruditione, dignitate prudentia, & (quod caput est omnium) moderatione animi sinceráque in verum Deum pietate prętabant: confidenti mente facinus audax instituit, ac se summum honoris gradum inter eos tenere prædicauit: atque adeò ad tantam tamque insanam processit dementiam, vt amicitiæ fœdere, quod pactus fuisset cum Licinio, rupto violatoque, bellum crudele contra ius fasque omne excitaretur. Tum exiguo temporis momento omnia seditione permiscere, omnes ciuitates perturbare cœpit: exercitum ex hominibus multitudine infinitis cogere: acie contra Licinium instructa ad dimicãdum exire: dæmonũ fiducia, quos ipse deos putabat, constanter niti, & innumerabilibus armatorum copiis arroganter se iactitare. Ac cùm ad manus ventum esset, clementi Dei obtutu fuit & prouidentia prorsus destitutus, victoriaque ex ipso vno & solo omnium Deo Licinio donata. Primum ergo turba illa armatorum, qua tantopere confisus fuerat, miserè periit: & vbi satellites eum nudatum desertumque reliquerant, & ad Licinium victorem se contulerant, infelix ille regium apparatum, ipsi certè parũ decorum & consentaneum, quam celerrimè exuit: animóque timido, abiecto, effœminatoque in plebeiorum multitudinem clanculum irrepsit. Deinde fugam cepit, & ruri inter vicos se abbidit: & dum ad hunc modum vitæ suæ saluti & incolumitati prospiciebat, ægrè hostium manus euitauit. In quo planè diuina oracula, certa veraque reipsa demonstrauit, in quibus dictum est: Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Ecce oculi Domini super metuẽtes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius: vt eruat à morte animas eorũ. Sic igitur tyrannus totus ignominia & dedecore perfusus, vbi in sui imperij partes regressus fuit, primum furiosa bile inflammatus, multos sacerdotes ac prophetas deorum (quos iampridẽ ipse in summa habuerat admiratione, & quorum oraculis impulsus bellum susceperat) tanquam præstigiatores, veteratores, denique salutis ipsius proditores trucidat. Deinde Christianorum Deo gloriam tribuens, legem pro eorum libertate accuratissimè plenissiméque constituit: & extemplò lethali angore excruciatus, absque vlla temporis dilatione decessit è vita. Lex autem eius subiectis pro Christianis promulgata talis fuit.

Christiani edictis Maximini non habent fidem.

Origo belli inter Maximinum & socios.

Imperatoris animum modestia vel maxime ornari.

Maximini cõtra Licinium bellum.

Maximinus turpiter succumbit.

Maximinus in suos sacerdotes & magos sæuit moriturus, & suam iniquitatẽ agnoscit.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 36.

Exemplar legis siue decreti à tyranno pro Christianis editi.

IMPERATOR CAESAR CAIVS VALERIVS MAXIMINVS, GERMANICVS, SARMATICVS, PIVS *Fortunatus, Inuictus, Augustus, Suis S.*

Maximini tyranni paulò pòst moritur Christianis decretum. Simulat studium erga subditos.

Vide Niceph. lib. 7. cap. 38. Vide locos proximè dicto supra adnotatos. † Vide annot pag. 105. lat. 1. lin. 26.

Prouincialium nostrorum vtilitati assiduè & sine intermissione consulere nos omni ratione decet: atque ea illis libenter velle præstare, quibus eorũ omnium emolumenta rectissimè constituantur, & quæ videantur ad commune eorum adiumentum & commodum vel † maximè pertinere: ac quæ Reipub. præsidio conueniant, quæque cuiusque menti & cogitationi grata sint, neminem ignorare, imò verò quoque ad illud libenter se transferre, & velut animo recurrere, & singulos homines hoc intelligere, hoc intra se complecti, minimè obscurum esse putamus. Cum igitur ante hoc tempus, ex eo quod patres nostri diuinissimi Diocletianus & Maximianus mandauerant, vt Christiani à conuentibus agendis prohiberentur, multos tumultus, multasque direptiones à publicis magistratuum ministris fieri, & postea idem malum ad prouincialium nostrorum molestiam, quorum quieti cum primis prouidere laboramus) longius manare, eorumque facultates dissipari & conteri perspicuè intelligeremus, literis anno præterlapso ad præfectos cuiusque prouinciæ datis, decreuimus, sanciuimusque, vt si quis in animo haberet talem vitæ consuetudinem, aut religionis illius obseruationem consectari, hunc liberè & absque impedimento suæ ipsius sententiæ & instituto posse adhærescere, & à nemine omnino impediri, prohiberique: & illis facilem potestatem fieri, vt absque metu aliquo aut suspicione, quod cuique visum esset, id quisque transigeret. Verùm iam nos minimè præterit, iudices nonnullos nostra mandata pro nihilo putasse, effecisséque vt & nostri homines non modò de nostris edictis vehementer dubitent, verùm etiam religionis institutis, quæ ipsis maximè placere videntur, præ metu lẽtius ac tardius se accommodent. Quare vt deinceps omnis causa dubitationis & timoris sublata sit hoc edictum diuulgari statuimus quo omnibus planè constet, ex hac nostra donatione, liberam esse potestatem illis qui istam sectam & religionẽ sequi voluerint, eam pro arbitratu sanctè, vt eorum mos fert, & augustè excolendi. Quinetiã vt dominica & sacras ædes reficiant, à nobis concessum est. Et quò nostra donatio liberalior & munificentior fiat, hoc etiam promulgandum censuimus, vt si quæ ædes, aut agri, Christianorum iuris antehac extiterint, qui ex patrum nostrorum mandato in ius fisci relati sunt, siue ex aliqua ciuitate occupati, siue ab alienati per venditionem, siue pro munere alicui donati, hos omnes ad antiquum Christianorum ius restituantur: hocque mandauimus, vti nostram pietatem & prouidẽtiam inde omnes satis dilucidè animaduertant. Istæ sunt ipsius tyranni voces, quas non anno integro post edicta contra Christianos columnis ab ipso proposita literis mandandas curauit. Ac cui paulò antè, nos quidem impij, Dei osores, & totius mundi pernicies videbamur, vsque adeò vt nec ciuitatem, nec agrum, nec solitudinem, aut locum desertum incolere nobis permissum esset, ab eodem iam decreta & leges pro nostra libertate conscriptę sunt. Item qui non ita pridem igne, ferro, bestiarum & volucrum laniatu ante oculos tyranni absumpti erant, & quoduis genus pœnæ, supplicij & discessionis è vita miserandũ in modum tanquam nequam & scelesti homines perpessi, hi iam ab eodem cùm creduntur veram piãque religionem colere, tum dominica resarcire permittuntur. Et iura quædã ad eos spectare, idem tyrannus testantur ac concedit. Atque eiusmodi palàm confessus aliquo saltẽ potiebatur beneficio, propterea quòd minus quã pati oportuerat, passus est qui quidẽ repentina Dei percussus plaga, in secunda belli cõflictatione occubuit. * Ac talis vitæ exitus illi contigit, non qualis ducib. bellicosis, qui pro virtute, proq; amicis & familiaribus in prælio fortiter se gerentes, fidenti animo gloriosam mortem subierunt: quandoquidẽ ille vtpote impius & Dei aduersarius, dum ipsius exercitus passim iam in campo instructa acie versabatur, domi ipse moratus, & intra parietes se occultans, inopinato Dei flagello toto corpore perculsus fuit, debitũque pro sceleribus luit suppliciũ sic vt grauibus dolorũ stimulis, & acerbo cruciatus morsu agitatus famisque confectus diritate, pronus in terrã rueret. Eius etiã caro vniuersa ardore cælitùs inuecto & haud aspectabili cõtabuit, adeò vt ea pedetentim exesa absumptaque, tota pristinæ formæ effigies tandem penitus deleretur, & tanquã simulachrum quoddam ossium exiccatorũ longinquitate

Repetit persecutorum edicta.

Fingit sibi dolere quòd Christianis facultates ereptæ sint.

Culpam trãsfert in suæ crudelitatis administros. Concedit liberum nostræ fidei professionem.

Facit copiam sacras ædes excruendi. & repetendi ædes priuatas contrarius Christianis ademptas.

B

Maximini interitus. * Ruff. c. 10

Plaga Dei in Maximinũ.

Fames plegmone.

A longinquitate temporis exhaustum attenuatumque illi solùm relinqueretur: sic vt qui præstò aderant, eius corpus nihil aliud esse existimarēt, quàm sepulchrum animæ, quæ in eo quasi in cadauere penitus putrefacto defodiebatur. Et cum æstus adhuc vehemētius eum ex intimis medullis inflammasset, ei exilierunt oculi, & è propria sede in qua conquieuerant, elapsi, eum cęcum omnino reliquerunt: deinceps ægrè spiritū ducens, Domino se confitetur, mortemque inuocat. Ad extremum, ista propter amentiam & temeritatem contra Christum admissam, meritò se perpeti confessus, animam efflat.

Cæcitas. Confitetur culpam suam vltima confessione Maximinus.

De suprema hostium pietatis internecione. CAP. IX.

Huc refer Nicephor. ca.39. li. 7.

SIc ergo cum Maximinus (qui ex reliquis omnibus pietatis hostibus pessimus planè fuit) è medio sublatus esset, ecclesiæ, gratia Dei omnipotentis ab ipsis fundamentis denuò ædificatæ erectæque fuerunt: & non solùm verbum Christi suum splendorem ad gloriam Dei omnium rerum moderatoris longè lateque profudit, maioreque quā antea recuperauit libertatem, verùm etiam impij & nefarij pietatis hostes turpi dedecore & maxima ignominia affecti sunt. Nam primùm Maximinus ille ab ipsis Imperatoribus omnium hostis infestissimus prædicatus est, & per edicta publica tyrannus scelere & impietate planè perditissimus, infamia turpissimus, Dei maximus osor perspicuè notatus. Ex tabulis etiam & inscriptionibus, quæ erant in ipsius & liberorum suorum honorem in singulis ciuitatibus collocatæ, aliæ è sublimi in solum deiectæ conteruntur, aliæ tanquam vultu ipso & exteriore effigie deleta, deformi & tenebricoso colore obliterantur. Statuæ etiam quę ad eius venerationē & amplitudinem erigebantur simili ratione deturbatæ confringuntur, & his qui in eas probra intorquere & cōtumeliosè insultare voluerunt, risui & ludibrio exponuntur. Deinde aliis qui pietatis in Deū inimici erant, omnes honores, omnia splendoris insignia prorsus adimuntur. Vniuersi porrò qui videbantur Maximini partes defendere, qui præcipuis dignitatis ornamētis ab eo honorati erāt, quique quò illi magis blandirentur, in nostram religionē proteruè & petulanter impetū fecerant, interfecti sunt: vt Peucetius, qui pæter cæteros apud eū in summo honore, summaque reuerentia habebatur, & inter amicos illius charissimus B erat, iterum & tertiò consul factus, generalisque omnium rationum in eius imperio referendarum præfectus ab eo cōstitutus. vt Cultianus, qui eodē modo per omnes honoris gradus præteruectus est, infinitaq; cæde Christianorū, qui erant in Ægypto, insigniter nobilitatus. vt alij non pauci, quorum conatu fines tyrannidis Maximini & roborati & propagati dicuntur. Theotecnū porrò vltio diuina, quę in obliuionē scelerum eius contra Christianos editorum neutiquam venerat, ad eundem numerum adiunxit. Nā quanquam propter statuam quam Antiochiæ erexerat, putabat se rem prosperè gesturum, & iam præfectura à Maximino donatus erat: tamen Licinius cùm Antiochiam aduentasset, & de præstigiatoribus habuisset quæstionem, & prophetas, ac sacerdotes statuæ nuper fabricatæ consecratos, verberibus grauiter cæcidisset, & qua ratione quibusue simulationis inuolucris illas fraudulētas præstigias obtexissent, sciscitatus esset, vsque vt ipsi præ tormētorum cruciatu nullo modo amplius celare possent, totumque mysterium aperuissent, & fallaciam illam techna Theotecni machinatam prodidissent, quò debitum omnibus supplicium irrogaret, primum ipsum Theotecnum, deinde reliquos præstigiarū socios post multas plagas ipsis inflictas, morte mulctauit. Istis omnibus adiecti fuerūt Maximini liberi, quos iam ipse tam honoris regij, quam inscriptionum in tabulis ac picturis insculptarum participes effecerat. Quin etiam huius tyranni cognati & familiares, qui antè tam insolenter gloriati erant, seque omnes homines suæ ditioni subiecisse iactitarant, eadem supplicia cum his quos cōmemorauimus, summa cum ignominia & turpitudine substinuerunt. Si quidem disciplinā non exceperant, non norant, neque intellexerant Sacrarum literarum admonitionem, quæ sic
" loquitur: Nolite sperare in principibus, in filiis hominū, in quibus non est salus. Exibit
" spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes co-
" rū. Sic igitur impiorū sordibus expurgatis, pręclara Imperij gubernacula, firma, stabilia omnis inuidiæ expertia, solis Constantino & Licinio iurè remanserunt. Qui quidē simulatque infestos Dei aduersarios initio regni ex hominum vita exemerant, & Deum suarum rerum prosperè gestarum authorem lubentibus animis agnouerant, cùm studium virtutis & pietatis, tum verum cultum, & gratiarum actionem quæ Deo se debere intelligebant, per leges & decreta pro Christianis sancita manifestò declarârunt.

Maximinum vltio diuina persequitur.

Eius asseclæ ignominia affecti.

Ipse hostis iudicatus Dei hominum.

Memoria ei' damnata.

Obtemperantibus ei adepti honores.

Fautores eius & amici interfecti.

Peucetius.

Cultianus.

Theotecnus reliquique præstigiatores

Maximini liberi, cognati & familiares interfecti.

Psal. 145.

Constantinus Licini' Imperatores.

EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI CÆSAREÆ Palæstinæ, Ecclesiasticæ Historiæ Liber Decimus.

De diuina nobis procurata pace. CAPVT I.

Ruff. totum librum decimũ intactum reliquit.

Sublatis ærũnis agit Deo gratias.

Paulino dicatus hic decimus Eusebij liber, cuius hortatu & scriptus est.

Huc refer Nicephor. ca. 40. li. 7.

SED Deo patri omnipotenti & rerum vniuersarum regi ac gubernatori sit maxima in omnibus gratia: nec minor etiam filio seruatori ac redemptori animarum nostrarum Iesu Christo tribuatur, per quem precamur, vti pace firma & stabili perpetuò fruamur: sicque ab omnibus molestiis, cùm quæ extrinsecus importari, tum quæ in ipsa interiore cogitatione oriri solent, vacui liberique vitam degamus. Ac quoniam tuis precibus impulsi, sanctissime Pauline, hunc decimum librum historiæ Ecclesiasticæ iam opportunè illis libris qui antegressi sunt, apposuimus, tibi hoc, quidquid est laboris, dicare, tuóque nomine in lucem edere instituimus: in quo velut fastigium toti operi imponentes, tuas laudes prædicabimus. Meritò igitur hoc loco in numero perfecto, perfectam & absolutam panegyricam orationem ad Dei gloriam illustrandam, cuius auxilio ecclesiæ denuò ædificatæ sunt, accuratè contexemus: idque diuino Spiritui obsecuti, hoc ferè pacto nos cohortanti: Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit: Seruauit sibi dextra eius, & brachium sanctum eius. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Idcirco sacrosancto Dei eloquio hoc nobis canticum recolendum pæcipienti, hoc nostro sermone cõcinnè applaudamus: idque propterea, quòd pòst acerbas & tristes illas ærumnas, partim sub oculorum aspectum, partim sub audiendi sensum subiectas, tales res in præsentia cernere, tales etiam laude & præconio efferre per Dei gratiam poterimus, quales ante nostra tẽpora multi reuera iusti, & sancti Dei martyres cupierunt in terra videre, & non viderunt, audire & non audierunt. Verùm hi quàm celerrimo cursu sublati ad superos, res multò præstabiliores sunt consecuti, & in ipso cœlo & paradiso diuinis deliciis perfruuntur. Nos autem hæc beneficia maiora, quàm nostræ vitæ conditio fert, confitentes, sicut egregiam Dei eorundem authoris magnificentiam obstupescimus: sic illum optimo iure totius animæ viribus colentes, summé celebramus: & sacras prophetæ prædictiones scriptis proditas, veras esse testificamur, in quibus dicitur: Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ. Arcum conteret & cõfringet arma, & scuta comburet igne. Pro quibus adeò euidenter in nobis expletis, magnopere lætemur, & deinceps ad ea quæ sequuntur, pergamus. Vniuersum impiorum genus eò modo qui suprà est demonstratus, deletum & extinctum est, & ex hominum conspectu subitò ita euanuit, vt aliud Dei oraculum videatur ad exitum peruenisse, quod sic loquitur: Vidi impium superexaltatum, & leuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: & quæsiui locũ eius, & non est inuentus. Dies iam de cæterò serena & splendida, quam nulla nubes sua opacat vmbra, claris cælestis luminis radiis, ecclesiis Christi per vniuersum orbem effulsit. Neque gentilibus hunc nostrum insignem triumphum Deus inuidit, sed eos ex æquo nobiscum omnium bonorum, quæ nobis cælitùs demisisset, benignusque suppeditasset, effecit participes.

Psal. 97. — B

Orationes panegyricæ.

Sublatis persecutoribus pax ecclesiæ.

Psal. 45.

Psal. 37.

De ecclesiarum renouatione. CAP. II.

Renascentis Ecclesiæ lætitia.

Huc refer superius illud 40. ca. li. 7. Niceph.

VNiuersum igitur humanum genus graui tyrannorum oppressione liberatum est. Atque vt alij prioribus malis, quibus conflictati erant, alia ratione piorum propugnatorem,

A gnatorem, solum verum Deum esse ingenuè confessi sunt: sic nos in primis, qui spem in Christo Dei defixam habebamus, incredibilem lætitiam animo percepimus. Quinetiam omnium nostri mentes diuino quodam & cœlesti gaudio triumpharunt, dum singula loca tyrannorum scelere & impietate paulo antè diruta, tanquam post diuturnam & mortiferam vastitatem iam quodam modo reuiuiscere, & templa solo æquata, ab ipsis fundamentis denuò ad immensam altitudinem erigi, & multò maiore splendore atque amplitudine quàm illa quæ dudum euersa erant, illustrari videbamus. Imperatores item ipsi, qui summam rerum obtinebant, ratis legibus pro Christianis sancitis Dei in nos munificentiæ permagnam quasi accessionem adiunxerunt. Imperatoris enim Constantini literæ ad episcopos sunt missæ, quibus & honores fuere illis delati, & donata pecunia: quarum literarum voces Latino sermone non à ratione alienum erit, vbi oportunum tempus de illis disserendi se offeret, in hoc libro, tanquam in illustri quadam tabula inscribere, quò immortali memoriæ ad omnem posteritatem omnino commendentur.

Templa extructa.

Impp. liberalitas in Ecclesiam & Episcopos.

De Encœniis vbique locorum celebratis. CAP. III.

Huc refer idem illud 40. cap. lib. 7. Nicepho.

DEinceps celebre spectaculum, nobis omnibus optabile & vehementer desideratum, ante omnium oculos proponebatur: dedicationum scilicet festiuitates per vrbes singulas, templorum nuper exædificatorum consecrationes, frequentes episcoporum in vnum conuentus, peregrinorum longè ab exteris regionibus accedentium concursus, mutuæ populi in populum beneuolentiæ, propterea quòd membra corporis Christi in vnam quasi harmoniæ & concentus conspirationem coïbant. Quapropter aptè admodum & conuenienter oraculo prophetico, quod futurum erat, mysticè præsignificanti, os ad os, & iunctura ad iuncturam coalescebat: & alia eius generis, quæ diuinus sermo pro obscura quædam & inuoluta ænigmata deinceps verè profatus est in eandem sententiam. Vna erat sacri Spiritus virtus & potentia, quæ per vniuersa Ecclesiæ membra permeauit: vna omnium mens & sententia, vna & eadem fidei propen-
B sio ac studium, vna ex omnium ore & consentiens diuinitatis laus: perfectus etiam in summis Ecclesiæ præfectis cultus & obseruantia: accurata sacrorum mysteriorum administratio: decori Ecclesiæ ritus interdum psalmorum cantu, & cæteris hymnorum diuinitùs nobis traditorum recitationibus, nonnunquam diuinis & mysticis ministeriis exequendis celebrati: erant item arcana passionis Seruatoris symbola. Cuiusque item ætatis genus, cuiusque sexus multitudo, vt maris & fœminæ, totis cogitationis viribus, læta mente, alacri animo per preces & gratiarum actiones, Deum omnium bonorum authorem venerati sunt. Singuli etiam ecclesiarum præsides, qui in conuentibus aderant, singulas orationes panegyricas habuerunt: & vt vis & facultas dicendi suppetebat cuique, sic quisque eam celebritatem prædicauit. Tyri autem vir quidam valde modestus, progressus in medium, orationem accuratè contextam, in ipsa crebra Ecclesiæ frequentia, multis præsentibus gregis Christi pastoribus, qui quietè & decorè audientiam fecerunt, recitauit: inque ea nominatim vnum solum episcopum, facilè præstantissimum, Deóque charissimum (cuius opera ac studio egregium templum ibi, quod splendore omnia templa gentis Phœniciæ longè superabat, magnificè fuit extructum) summis laudibus extulit: sicque dicere ingressus est.

Dedicationes & ædificationes Tēplorum

Episcoporum & populorū conuentus.

Ezech. 37.

Ecclesiæ status, & ritus sub Constātino notandus.

Episcoporum Panegyricæ orationes.

Sequēs oratio per quem & vbi recitata sit.

Oratio Panegyrica pro ecclesiarum exædificatione recitata, & Paulino Tyriorū episcopo dedicata. CAP. IIII.

Huc item refer idem caillud 40. lib. 7. Nicephori. Captat beneuolentiam, potissimum à sacerdotū & Paulini persona.

AMici Dei, & sacerdotes, qui sacrosancta podêra indumento, cœlesti gloriæ corona, diuina vnctione, & sacrata sancti Spiritus stola circumuestiti: túque venerandum noui ac sancti Dei templi decus Pauline, qui eximiæ prudentiæ insignibus à Deo exornatus, egregia florentis & integrę virtutis opera, actionésque edidisti, cui ipse Deus, qui vniuersum mundum suo complexu continet, sui in terra domicilij ac templi exædificationem renouationémque ad Christi, vnici & primogeniti ipsius verbi, sanctæque & decoræ eius sponsæ honorem concessit: siue quis te nouum Beseleel, diuini tabernaculi architectum velit appellare: siue Salomonem, nouæ Hierusalem, veteri illa longè

Exordium.

Paulini Tyriorum episcopi encomium.

Beseleel. Salomon.

Zorobabel. præstantioris regem: siue etiam nouum Zorobabel, qui templo Dei multo maiorem splendorem, quam quo antea nitebat, adiecit. Quinetiam vos compello, ô sacri gregis Christi oues, diuini verbi familia, schola modestiæ, augustum & diuinum pietatis adiutorium: quemadmodum nos iam olim, admirabilia Dei prodigia, & miracula à Domino edita, eiúsque in illis beneficia in homines declarata, per diuinas sacræ Scripturæ lectiones auditione accipere poteramus, & ita diuinitùs instituti cũ Dauide hymnos & pias cantiones in Deũ resonare, hoc pacto (Deus, auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis, opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis) sic iam deinceps non auribus & verborum sono brachium excelsum, & dextram cælestem Dei omnium bonorũ authoris, summi nostri Regis percipere, sed re & factis (verè dicam) & oculis coràm, rerum gestarum, quæ quondam erãt memoriæ proditæ, fidem & veritatem intueri, & propterea hunc secundum victoriæ hymnum meritò canere possumus, & ita perspicuè eloqui ac dicere cum propheta: Sicut audiuimus, sic & vidimus, in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri. At in qua tandem ciuitate? nunquid in hac, quæ nuper à Deo extructa & fabricata est, quæ est ecclesia Dei viuentis, columna & firmamentũ veritatis? de qua sic etiam aliud diuinum oraculum annunciat: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. In quam, cum Deus omnis boni largitor nos per gratiam vnigeniti filij sui congregauerit, quisque eò accersitus sic voce & sermone decantet: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et iterũ: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ac non singuli solum, sed simul vniuersi vno spiritu, vnóque animo Deum venerãtes personemus. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in mõte sancto eius. Etenim reuera ipse magnus est, & magna domus eius, excelsa, ampla, & pulchritudine speciosa præ filiis hominum. Magnus Dominus, qui facit mirabilia solus: magnus, qui facit magna & inscrutabilia, gloriosa & eximia, quorum non est numerus. Magnus, qui occasionum & temporum vicissitudines commutat, qui deponit reges, & constituit: suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles à terra. Esurientes impleuit bonis, & brachia superborum contriuit. Vnde non fidelibus solùm, sed infidelibus etiam res olim à se gestas in Sacris literis memoriæ proditas, veras esse cõfirmauit ille ipse, qui est rerum admirabilium opifex, qui magnarum architectus, qui vniuersarum Dominus, qui totius mundi fabricator: qui omnipotens totus bonus, vnus & solus Deus. Cuius spiritui obsequentes, nouum canticũ cantemus ei, qui facit mirabilia solus: quoniam in seculum misericordia eius: ei qui percussit reges magnos, & occidit reges fortes: quoniam in seculum misericordia eius: quia in humilitate nostra recordatus est nostri Dominus, & redemit nos ab inimicis nostris. Atq; hisce preconiis primum omnium rerum parentem & procreatorem celebrare non aliquando desistamus. Secundum etiam, bonorum authorem, diuinæ cognitionis explicatorem, magistrum veræ pietatis, impiorum euersorem, interfectorem tyrannorum, rectum vitæ moderatorem, nostri omnium, cum essemus reprobati & reiecti, seruatorẽ Iesum ore concinentes veneremur. Nam solus ille benignissimi patris benignissimus & vnigenitus filius, paternæ clementiæ desiderio morem gerens, nostri naturam, qui in peccatorum corruptione & eluuie volutati iacebamus, libenter induit: & tãquam medicus longè præstantissimus, tristes & ærumnosos ægrotantium morbos, quò illis largiatur salutem, intuetur, horrida & tetra vlcera contrectat, & propter alienas calamitates proprio ac suo corpore dolores exhaurit. Qui nos non modò morbo vexatos, grauibus vlceribus & sanie tabescentibus vulneribus oppressos, sed iam in numerum mortuorũ relatos, ex ipso opaco mortis recessu ad suã gloriam participandã recuperauit. Quippe nemini alij eorum, qui in cœlo fuerũt, tantum suppetebat roboris, vt tot perditos homines re quidem ipsa posset ad salutem reducere. Solus igitur Christus, graue onus nostrę afflictæ & calamitosæ corruptionis in se suscepit: solus nostros exantlauit labores: solus multam pro impietatibus nostris subiit: solus non semineces, verùm omninò in monumentis, in sepulchris fœtidos, & iam graue olentes restituit: solus & olim & iam studio suo, & cura beneuola, præter cuiusquam nostri ipsorum spem & expectationem seruauit: solus denique magnam paternorum bonorum affluentiã nobis impertiit: qui est vitæ author, lucis largitor, magnus & eximius noster medicus, rex, Dominus & Christus Dei. Et sicut quondam, cùm humanum genus vniuersum, dæmonum impiorũ fraude, & ma-

Marginalia: A (right, line 1); *A persona auditorum.*; *Psal.45.*; *A beneficiorum magnitudine, per collationem.*; *Psal.47.*; *1.Timot.3.*; *Psal.83.*; *Psal.121.*; *Psal.25.*; *Psal.47.*; *Dei Patris laudes.*; *Psal.112.*; *Luc.1.*; B (right); *Psal.135.*; *Christi laudes, eiusque in Ecclesiam beneficia.*; *Esai.53.*; *Satan quorũ malorum author.*

A & malignorum ſpirituum conatu eſſet quaſi nocte quadam obſcura, & denſa caligine obtectum, obrutúmque, ſemel ipſe ſolus apparens ardētibus luminis ſuī radiis, multiplices & tortuoſas ſcelerum noſtrorum catenas tanquam ceram igne liquefactam diſſoluit: ita iam, cum propter tantam gratiā, propter tantum beneficiū, inuidia omnis virtutis inimica, & ſceleſtus dæmon totius probitatis hoſtis, propè præ iracundia diſruptus eſſet, & omnes ſuas lethales ac mortiferas copias aduerſum nos inſtruxiſſet, & primum inſtar rabidi canis dentes in lapides contra ipſum proiectos illiſiſſet, & furorē ſuum, qui contra pios viros, aduerſarios ſuos incēdi ſolet (dum immanē ſuam ac pluſquā belluinā rabiē in lapides templorū, & inanimam ſacrarum ædium materiam conuertebat, & eccleſiarum vaſtitatē ac ruinam, ſicut ipſe ſecum putauit, edebat) in tela inanima expuiſſet, cúmque deinceps horrenda ſibila & ſerpentinas ipſius ac peſtiferas voces, nonnunquam per impiorum tyrannorum minas & terrores, interdum per nefanda & contumelioſa perditorū principum decreta profudiſſet, exitialéque mortis virus ex faucibus euomuiſſet, & lethalibus ac pernicioſis venenis animas à ſe ineſcatas infeciſſet, & mortiferis mortuorum ſimulacrorū victimis eas ferè ad æternam mortē truſiſſet, & homines belluina immanitate efferatos cōtra nos incitaſſet, eóſque omne crudelitatis genus in nos exercere coëgiſſet: rurſus quaſi de integro ille magni conſilij angelus, potentiſſimus omnium rex, ſummus Dei dux, poſtquam fortiſſimi regni ipſius milites erāt omni tormentorū genere, quæ patienter & conſtanti animo pertulerant, ſatis ſupérque exercitati, ex inopinato ſeſe oſtendit: omnéſque hoſtes & inimicos ſuos ita penitùs deleuit, & redegit in nihilum, vt ne nominari quidem aliquando videātur: & quos ſibi charos, quos amicos habebat, apud omnes, non homines modò, ſed cæleſtes etiam poteſtates, ſolem, lunam, ſydera, cœlum ac mundum vniuerſum præter omnium opinionem ad tantam gloriam euexit, vt iam (quod quidem non aliás) ſummi imperatores, honorem, quem ſunt ab eo conſecuti, planè ſentientes, in deteſtabiles mortuorum idolorum vultus ac effigies expuant, profanos dæmonum cultus proterant, veterem errorem à patribus ductum irrideant, vnum ſolum Deum cōmunem cùm omnium, tum ipſorum patronum agnoſcant: Chriſtum Dei filium ſummū vniuerſorū regem fateantur, eum ſer-

Chriſtus ſuis laborantibus adeſt.

Imperatores cognito Maiorum ſuorum errore, Dæmonū cultus deteſtantur, & Chriſto meritos honores deferunt.

B uatorem inſcriptionibus in columnis inciſis pronuncient, & præclara eius facinora, victoriáſque contra impios partas literis maiuſculis ad perpetuaam memoriam in tabulis media in vrbe, quæ totius orbis terrarum regina eſt, collocatis, ſcitè deſcribendas curarint: adeò vt ex omnibus qui à primo æuo extiterint, ſolus Ieſus Chriſtus ſeruator noſter, ab imperatoribus qui ſummū in terris principatū obtinent, non tanquā rex ab hominibus de more cōſtitutus eſſe concedatur, ſed vt ingenuus Dei omnipotētis filius: & Deus ipſe vniuerſitatis moderator ſumma veneratione dignetur, ídque planè meritiſſimò. Nam quis vnquam regum tantum virtutis ac potentiæ nactus eſt, vt nomen ſuum ita poſſet propagare, vti omnium hominum aures percelleret, ínque omniū ore ac ſermone verſaretur? Quis princeps leges tā pias támque modeſtas inſtituit, eáſque tā firmè cōſtabiliuit, vt omnes homines ab vltimis terræ oris, ad extremos vſque totius mundi terminos cùm illas approbarent, tum iiſdem ſua ſponte morem gererent? Quis gentes indomitas, moribus barbaras ac immanes, legibus quantumuis manſuetis & benignis repreſſit? Quis tot integris ſeculis ab omnibus oppugnatus, virtutem & potentiam, quæ ſupra hominem putanda eſt, oſtendit, ita vt in dies ſingulos magis magíſque floreret, & per omnes hominum ætates reuireſceret? Quis gētem, de qua non aliquando ab omni ſeculorum ætate auditum fuerat, non dico in aliquem terræ angulum clanculum abdidit, ſed paſſim in vniuerſum terræ orbem, qui ſub ſole eſt, diffudit? Quis pietatis armis milites ſuos adeò muniuit, vt animos adamante duriores robuſtioréſque in certaminibus præliíſque contra aduerſarios ſuſceptis declararent? Quis vnquam regū poſt mortē tantum viribus ac potentia valuit, tot bella geſſit, tot trophæa contra inimicos ſtatuit? Quis denique tam regalibus támque magnificis palatiis, tam præclaris templis auguſtè conſecratis omnem locum, regionē & ciuitatē tam Græcorum quàm Barbarorum illuſtrauit? Egregia autem huius tēpli ornamenta monumētáque, quæ ſunt tam auguſta reuera, tam magnifica, tanta admiratione digna, & velut illuſtres imagines, regnum Seruatoris ob oculos noſtros ſtatuentes (quoniam etiam ipſe iam dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt: etenim potentiæ ipſius verbi Dei, ſummi omniū regis & moderatoris, à nemine reſiſti poterat) accuratè conſiderare, & quid ſingula eorum ſignifi-

Chriſtus potentia ſua reliquos Reges longe ſuperat.

Templi ornamenta, & ſingulorum explicatio.

Pſal. 148.

cent, disquirere, proprio quodam ocio & separato egerent: neque eã solùm, verùm etiã A propensum studium eorum, qui in hoc templo ædificando laborem suum & operã posuerunt, quale sit, & quanti æstimetur ab ipso Iesu Christo, quem diuinis laudibus efferimus, qui viuum animorum nostrorum templum intuetur, qui domum ex viuis incedentibúsque in terra lapidibus constructã, benéque & firmiter super fundamentũ Apostolorũ & prophetarum locatam cõtemplatur: cuius lapis angularis ille ipse est: quem tametsi non solum veteris illius ædificij, quod iam dirutum est, sed huius etiam, quod nunc ex multis hominibus constat, architecti mali, (Iudæos & hæreticos videtur intelligere) ex malis edocti penitùs reprobarunt: tamen pater & olim & iam approbans, in caput anguli ecclesiæ, quæ est omnium nostri cõmunis, collocauit. Hoc igitur ex nobis ipsis extructum viuum viuentis Dei templum, maximum & maximè vero Dei verbo decorum sacrariũ, cuius intima adyta, quæ sub vulgi aspectũ cadere nõ possunt, quæ reuera sancta sunt, & sancta sanctorum, quis aliquando introspexisse se audeat affirmare? Quis oculos suos intra sacros eius ambitus inijcere potest, nisi solus magnus ille & summus omnium põtifex, cui soli fas est cuiusque animæ rationalis arcana perscrutari? Verùm forsitan etiam vni alteri (duci nimirum, qui isti exercitui & gregi Christi præsidet) proximè secundum eum similiter huius muneris potestas datur obeundi: cui ipse primus & magnus põtifex Christus secundas in templo, quod hic apud nos est, impertiit, quem pastorem vestro sancto gregi præfecit: quem consensu & iudicio patris, vestri populi moderatorẽ designauit: quem tanquã ministrum & interpretẽ nouum Aaron, aut Melchisedech, effigiem filij Dei repræsentantẽ, manẽtem, & cõmunibus vestri omniũ precibus ab ipso Domino ad immortalem gloriam reseruatum constituit. Deferantur igitur huic soli post primum illum & maximũ pontificem, etsi non primæ, at secundæ partes intimã animorũ vestrorum cogitationẽ contemplandi, inspiciendíque. Qui iam cùm multa experiẽtia, tùm prolixo tẽporis spacio in vnũquemque vestrũ accuratè inquisiuit: quique magno studio & diligẽti cura omnes vos modestia & vero pietatis verbo instituit: qui denique potest præ cæteris earũ rerũ, quas ipse diuina ope adiutus peregerit, rationẽ reuerà exquisitã reddere. Quemadmodũ autẽ summus & magnus noster pontifex Christus, quæ patrẽ facientem videt, eadem (ita de se ipse loquitur) similiter & B ipse facit: sic iste pontifex, in summum pontificẽ Christum, tãquam in magistrum synceris mentis oculis intuens, quæ eum facere animaduertit, illorũ quasi archetypis vsus exemplaribus, effigies, quoad eius fieri potest, tanquam probus artifex simillimè ad ea ipsa exprimit: nihilo planè inferior ipso Besileel, quem Deus diuino spiritu sapiẽtiæ, intelligenti, & reliquæ artificiosæ solertísque peritiæ imbuit, & ad tabernaculum siue tẽplum exædificãdum (quod cœlestia mysteria per symbola quædam & notas adumbraret) accersiuit. Eodẽ modo igitur iste viuam Christi totius Dei verbi, sapientiæ, luminis imaginem suo ipsius animo figurans, ne dici quidem potest, quanta cum magnificẽtia, quàm liberali & immensa animi alacritate, quanta cum omniũ vestrûm ad eam rẽ propẽsione ac studio (qui liberali sumptuũ & munerum collatorũ amplitudine tam enixè, támque beneficè prospexistis, ne quicquam eius proposito vllo modo deesset) magnificum & egregiũ Dei altissimi tẽplum, quod oculis cerni potest, simile planè natura sua exẽplari præstantioris templi, quod sub sensum humanũ non cadit, fabricatus sit. Hunc autem locum (par est enim primùm omnium de eo verba facere) quem hostes præ maleuolentia, omni spurca & impura materia ac sordibus exaggerauerant, iste minimè neglexit: neq; eorũ, qui eius nequitiæ erant authores, cessit improbitati, ídque cum licuisset ad aliũ locum (alij námque ferè infiniti erant in ciuitate) perrexisse, sicque permagnã laboris reperisse leuationẽ, & multis molestiis se penitùs expediuisse. Iste tamẽ primùm se applicauit ad opus: deinde vniuersum populum propensa animi intentione ad illud excitauit: & simulátque ingentẽ manũ turbámque ex omnibus coëgerat: primũ laboris certamen ille ipse obiit, consentaneũ sanè ratus, vt ista cum primis ecclesia, quæ fuisset ab hostibus expugnata, quæ graues ruinas passa, quę persecutionis impetus cũ antè nos, tũ vnà nobiscũ sustinuisset, quæ instar matris liberis suis orbata esset, singularis beneficẽtiæ beneficẽtissimi Domini nostri ac seruatoris particeps nobiscũ fieret. Postquã enim visum fuit magno nostro pastori Christo, feris, lupis, & omni immani agrestiq; belluarum genere abacto, & dentibus leonum (vt diuina oracula loquuntur) contritis, filios suos in vnum deintegro conuocare, gregi suo ouile quoddam egregium meritissimo quidem

Sacrariũ, sanctũ sanctorũ.

Christus viui templi summus Pontifex eiusque Vicarius.

Tyrius Episcopus.

Eiusdem probitas & industria.

Ioan. 5.

Besileel.

Diligẽtia & labor in repurgando templo, id est, Ecclesiæ loco.

In templo ipso instaurando.

A quidem erexit, quo inimicum cõfunderet, & vltorem, & deteſtabiles impiorum conatus prorſus retunderet. Atque hi quidem Dei oſores iam non ſunt, quoniã non omninò erant, qui ad exiguum tempus non ſolum aliis exhibuere moleſtias, verùm etiam ipſi iiſdem conturbati fuere: ſuppliciúmque deinde æquum debitúmque ſubeuntes, ſeipſos, amicos, domos & familias ſuas funditùs euerterunt: adeò vt vetera vaticinia in Sacris literis perſcripta, rata reuera, & fidelia comprobẽtur: in quibus diuinus ſermo cùm alia verè aſſeuerat, tum iſta etiam de his impiis euidenter pronunciat: Gladium extraxerunt peccatores, intenderũt arcum ſuum, vt percutiant pauperem & inopem, & trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Et iterum: Periit memoria eorum cum ſonitu, & nomen eorum deleſti in æternũ, & in ſeculum ſeculi. Quoniam cum in malis erant, clamauerunt, & non erat, qui ſaluos faceret: ad Dominum, & non exaudiuit eos: quinetiam ipſi obligati ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus, & erecti ſumus. Atque illud, quod his verbis elatum erat, (Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges) iam oculis cuiuſque verum apparet. Cæterùm vt hi Gigantum more bellare cum Deo neutiquã veriti, talem ſunt vitæ exitum conſecuti: ſic eccleſia Chriſti, quæ opinione hominum deſerta & deſperata erat, propter ſingularem patientiam tormentorum, ob Dei amorem ſuſceptorum, talem exitum habuit, qualis iam perſpicuè cernitur, vſque adeò, vti Eſaiæ prophetia pulchrè illi cõſentiat: Lætare deſerta ſolitudo, quæ exiccata es. Exultet ſolitudo, & floreat vt lilium. Et florebunt, & exultabũt loca deſerta: roboramini manus languentes, & genua debilia: conſolationem capite puſillanimi mente: confortamini, ne timeatis: ecce Deus noſter iudicium reddit, & reddet: ipſe veniet, & ſeruabit nos: quoniã, inquit, erupit in deſerto aqua, & vallis in terra ſitiente, & arida erit in paludes, & in terram ſitientẽ fons aquæ erit, Atque vt iſta olim verbis diuinitus prædicta, Sacris literis commendata ſunt: ſic euẽta eorum non amplius auditione, ſed reipſa nobis traduntur. Solitudo hæc quæ eſt in aquoſa, quæ vidua, conſolatione deſtituta, cuius in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum, quam in ſecuri & aſcia contriuerunt: cuius libros

In profligandis Eccleſiæ hoſtibus.

Pſalm.36. *Pſalm.9.* *Pſal.17.* *Pſal.72.*

Eſai.35. *Eccleſia pridẽ deſerta et afflicta, nunc frequẽs, læta & valida.*

Pſal.73.

B corrumpendo, incenderunt igne ſanctuarium Dei, in terra polluerunt tabernaculũ nominis eius: quam vindemiarunt omnes tranſeuntes per viam, diruerúntque eius ſepes: quam exterminauit aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt: admirabili Chriſti potentia iam, cum ei viſum ſit, iterum floret vt lilium. Quippe ſicut id temporis etiã ipſius nutu & virtute, tanquam à patre diligentem curam de ea ſuſcipiẽte caſtigabatur) quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat omnem filiũ, quem recipit) ſic vbi iam ſatis caſtigata eſt, rurſus de integro cælitùs exultare præcipitur: effloreſcit, vt lilium, & diuinũ ſuum odorem in omnes homines efflat. Quoniam, inquit, erupit aqua in deſerto: hoc eſt, riuus ſalutaris lauacri, in quo diuinitùs regenerati ſumus. Et iam ſolitudo, quæ antè arida erat, in ſtagna diſſoluta eſt, & in ſitiẽtem terram ebulliit fons aquæ viuentis. Manus, quæ prius languidæ erãt, ſunt reuera raboratæ. Atque hæc præclara & illuſtria monumenta exẽmplaque, quæ oculis cernimus, ſunt manuũ roboratarum opera. Qinetiã genua, quæ iampridẽ debilitata erant, & diſſoluta, proprio greſſu fruuntur, rectã diuinæ cognitionis ſemitã inſiſtunt, & maturæ ad proprium & familiarem gregem ſummi & benigniſſimi paſtoris Chriſti feſtinant. Quòd ſi quis minis tyrannorũ perterriti, animis obtorpuerunt, ne iſtos quidem ſalutaris Dei ſermo curationis patitur expertes eſſe: ſed eos benignè admodum ſanat, & ad verum diuini numinis ſolatium percipiendum incitat, dicens: Conſolationem capite puſillanimi mente, confortamini ne timeatis. Iſte nouus noſter & præclarus Zorobabel, quoniam ſolerti & perſpicaci mentis intelligentia percipiebat diuinum ſermonem, prædicentem ſolitudinem illam, Eccleſiam dico, propter Dei amorem vaſtatam, poſt acerbam captiuitatem & abominationem deſolationis, his cõmodis, quæ ſupra poſui, potiturã, ob eam cauſam non mortuum iſtud Eccleſiæ cadauer aſpernatus eſt, ſed primò omniũ obſecrationibus ac precibus, cõmuni omniũ veſtri conſenſu, patrem placatum & propitium effecit: & ſolùm eum, qui mortuis vitam tribuit, auxiliatorem & adiutorem ſibi aſciſcens, eccleſiam hanc prolapſam, ſimulac eam purgauerat, & ſordes inde penitùs exemerat, erexit: deinde non veteri ornatu, quẽ olim habuerat, decorauit, ſed qualẽ à diuinis eloquiis didicerat, manifeſtò ita referentibus: Erit gloria domus huius poſterior, longè ſupra priorẽ. Ob quã cauſam vniuerſum locum multo amplioribus terminis circũſcribens, exteriorem ambitum muro

Pſal.79. *Hebr.12.*

Eſai.35. *Paulinus tãquam nouus Zorobabel Tyriæ Eccleſiæ inſtaurator.*

Loci in quo extructa eccleſia ambitus.

Vestibulum. vndiq; muniuit, vt firmissimũ totius operis propugnaculũ existeret. Ingens vestibulũ in A sublime erectũ, versus orientis solis radios protendit: vt iam qui longè extra sacros illius ambitus consistant, ex eius aspectu perfacilem coniecturam facere possint, eorum, quæ sunt intus tã artificiosè fabricata. Quinetiã Gentiles ipsi non parũ ad primos eius introitus contẽplandos alliciũtur, vnde nemo ipsum templum præterit, qui non sicut prioris vastitatis recordatione renouata nõ exiguum dolorẽ, sic ex hoc eius admirabili & diuino opificio per magnã lætitiã animo capit. Cuius quidem opificij aspectu, eum qui superiorem eius euersionem deploraret, hic noster sperabat ita prolectatũ iri, vt in ipsum templũ libenter ingredi vellet. Ei autem qui portas iam ingressus fuerit, non sit potestas impuris & illotis pedibus statim in sancta sanctorum ascendendi: sed immẽsa quædam inter intimum sanctuarium & primos introitus intercedit intercapedo, quæ quatuor obliquis porticibus tanquã in gyrũ decorata est. Locus autem sanctuarij in speciẽ quadrati columnis sublimibus est vndiq; circumseptus: quarũ media interualla sunt interstitiis ligno, instar retis aut transennæ cancellatis, in mediocrẽ & æquabilẽ longitudinẽ porrectis circumclusa: medium sanctuarium desuper apertum & patens relictum, quò cœlum suspiciatur, & subtilis aër lucis radiis collustratus intromittatur. Deinceps fontes ex aduersa fronte tẽpli profluentia aqua redundãtes positi, quibus omnes, qui in sacros tẽpli ambitus introeunt, sordes corporũ abluant: qui fontes sacrosancta Baptismatis lauacra repræsentãt. Atque hic locus in quo singuli introeuntiũ primùm vt se lauẽt, morãtur, sicut cuique ornatum & splendorẽ affert: sic illis, qui primis fidei principiis instituendi sunt, mansio percõmoda est ad acquiescendum. Quinetiam quo istas res ad oculos capiendos magna operũ varietate concinnè illustraret, aditus ad tẽplum patentes, pluribus porticibus intrinsecus fabricatis confecit. Rursus ex vno tẽpli latere, quod ad solis radios vergit, tres portas construxit: quarũ mediã duabus aliis vtrinque collocatis magnitudine, & laxitate ad maiorẽ amplitudinem longè præstare cupiens, repagulis æneis & ferro obductis, colligatisque variis cælaturis artificiosè expolitis, eã exornauit, eique tanquã decumanæ portæ custodes præfecit. Eodem modo porticibus ex vtràque parte templi positis, parem vestibulorũ numerum adiecit, & in his desuper varias fenestras ad templum maiore luce collustrandũ excogitauit, easque subtili & arguto opere B ex ligno confecto perpulchrè variauit. Sanctuariũ autem locupletiore, splendidioreque materia vestiuit vndique, inque ea extruenda affluenti sumptuũ magnificẽtia vsus est. Verùm tẽpli lõgitudinem latitudinemque describere, & insigne eius decus, amplã magnitudinem, quæ omnem facilè orationẽ superat, splendidum operũ aspectum, fastigij altitudinem propè ad cœlum pertingentẽ, eximias denique cedros Libani superiectas, hoc loco dicendo prosequi superuacaneum arbitror: quorum mentionem diuina eloquia minimè silentio prætereũt: sic locuta: Lætabuntur ligna Domini, & cedri Libani, quas plantauit. Quid attinet iam solertis & perpolitæ fabricæ descriptionẽ, summãque pulchritudinem, quæ in quáque parte mirè relucet, exquisitè explicare? præsertim cum oculis melius perspici possit, quàm verbis exprimi. Porrò Sãctuario hoc modo absoluto & perfecto, sellisque quibusdã in altissimo loco ad præsidum ecclesiæ honorẽ collocatis, & subselliisettiam præterea vndique ordine dispensatis decorè eximieq; exornato, altariq; denique tanquã sancto sanctorum in medio sanctuarij sito, ista rursus, vt à plebe & multitudine eò non posset accedi, cancellis ex ligno fabricatis circumdedit: qui adeò artificiosa solertia ad summum elaborati sunt, vt mirabile spectaculum intuentibus exhibeant. Imò ne solum quidem templi ab eo iacebat neglectum. nam marmore summo cum ornatu stratũ illustrauit. Iam de cætero exteriores sanctuarij partes aggressus, exedras & ædiculas vtrinque, maximas illas quidẽ perpolitè extruxit, easque ad latera eius affabrè coagmentauit, atq; adeò ad fenestras inferioris tẽpli affixit. Quæ eorũ causa, qui purgatione & aspersione per aquã & Spiritũ sanctũ egerẽt, hic noster placidissimus Salomon huius templi Dei ædificator effecit, vt non amplius verbo, sed reipsa & veritate prophetia cœlitùs edita, expleta cerneretur. facta est enim iam verè gloria domus huius posterior, supra priorẽ. † Pari ratione ecclesia catholica, quæ antehac tyrannorum insidiis obruta erat, & diaboli, hostis probitatis, tanquã apri de sylua incursionibus vastata: iam per gratiã Seruatoris, omni impura & scelesta tyrannidis stirpe purgata est: & post abominationẽ desolationis ad maiorẽ splendorẽ, quã qui priùs in ea lucebat, restituta, præter omnium opinionẽ mirificè enitet, adeò vt gloria eius posterior priorem excellat plurimum.

Inter sanctuarium & vestibulum, spatiũ 4. porticibus decoratum.
Sanctuarij locus.
Fontes purgatorij.
Portæ Templi.
Porticus.
Fenestræ.
Sanctuariũ.
Psal. 103.
Solium. Subsellia. Altare cancellis ligneis septum.
Solum tẽpli. Ædiculæ tẽpli lateribus additæ.
Tyriæ ecclesiæ instauratæ. Ecclesiæ etiã catholicæ instauratio.
† *Vide annot. pag. 111. lat. 1. lin. 28.*

A plurimum. Nam quoniam pastor illius & Dominus Iesus semel pro ipsa mortem oppetiit,& post passionem,corpus mortale & caducũ, ꝙ eius gratia induerat,in gloriosum & immortale cõmutauit,&carnem morti obnoxiã ex corruptione ad immortalitatem traduxit:idcirco par erat & rationi consentaneum,vt illa non aliter atque Seruator,mira ratione cõmutaretur. Et quanquã promissionem rerum,hisce quibus iam fruitur,lõgè præstabiliorum accepit,& propterea maiorẽ regenerationis gloriã in resurrectione corporis incorruptibilis,cum choro angelorum lucis æternæ in ipsa Dei regia supra cœlos sita,cum Christo Iesu eius patrono & seruatore ad secula deinceps sempiterna percipere desiderat:tamen intereà loci in hoc præsenti seculo,ea ipsa,quę pridem vidua & deserta solitudo fuit,his per Dei gratiã circumuestita floribus,facta est(vt prophetia loquitur)reuera vt liliũ. Atque quo pacto veste nuptiali accepta,& corona decoris ornata,velut choreas ducere,ad gratias Deo regi agendas,& ad cũ lætis vocibus honorandũ per Esaiã doceatur,eam ipsam loquentem audiamus: *Vaticinia de futuro splendore instauratæ ecclesiæ.* *Esa. 61.* Exultet anima mea in Domino. Induit enim me veste salutis,& tunica lætitiæ circumdedit me:tanquã sponsum mitra, & tanquam sponsam decorauit me ornamento:& sicut terra augens florem suum,& vt hortus semina sua oriri faciet,sic Dominus Deus oriri fecit iustitiã,& exultationem corã vniuersis gẽtibus.His igitur ipsa gestit & tripudiat.Sed quibus spõsus,sermo cælestis, ipse Iesus Christus ex aduerso illi respõdeat,audi Dominum dicentẽ: Ne timeas,quòd confusa fuisti,neque reuerearis ꝙ exprobrata. Quin ignominiæ perpetuæ obliuisceris, *Esa. 54.* & probri viduitatis tuæ non recordaberis. Non vt mulierem desertam & pusillam animo vocauit te Dominus, neque vt mulierem ex iuuẽtute odio habitã,dixit Deus tuus: Tempore exiguo dereliqui te,& in misericordia magna miserebor tui. In ira exigua auerti faciem meam abs te,&in misericordia æterna miserebor tui,dixit,qui liberauit te Dominus. Surge surge, quæ bibisti ex manu Domini poculũ furoris sui. Poculum enim ruinæ,calicem iræ meæ ebibisti,& exinaniuisti: & non erat qui consolaretur te ex omnibus liberis tuis, quos peperisti, & non erat qui prehenderet manum tuam. Ecce accepi de manu tua poculum ruinæ,calicem iræ meæ,& non adiicies vt amplius bibas
B illum: & dabo illum in manus eorum qui iniuria affecerunt te, & qui humiliauerunt te.Surge,surge,indue robur,indue gloriam tuam: excute puluerẽ,& surge. Asside, solue vinculum colli tui.Eleua vndique oculos tuos,& vide congregatos filios tuos. Ecce congregati sunt,& venerunt ad te. Viuo ego,dicit Dominus, quia omnes illos vt ornatum indues,& circumpones eos tanquam sponsa decorem.Quia loca deserta tua &diruta & ruinosa iam angusta reddentur ab inhabitatoribus tuis: & elongabuntur abs te, qui absorbuerunt te. Dicent enim in aures tuas,filij tui, quos perdidisti: Augustus est mihi locus,facito mihi locũ vt inhabitem.Et dices in corde tuo:Quis genuit mihi istos? Ego orba sum liberis,& vidua:istos quis educauit mihi?Ego relicta sum sola:isti mihi vbi erãt?Hæc Esaias antea vaticinatus est.Hæc olim in Sacris literis de nobis tradita.Par autem erat,istorũ verborũ veritatem iam tandem reipsa cõpletam fore. *Vaticinia cõpleta in Tyrĩ ecclesia Paulini opera.* Porrò eiusmodi voces sponsi verbi Dei ad suã sponsam sacram, & sanctam Ecclesiã loquentis, meritò istæ spõsæ exornator Paulinus,domũ desertã,ruina iacentẽ,ab hominibus desperatã, cõmunibus omnium vestri precibus, manuúmque vestrarum opera adiuncta adiutus, Dei omniũ gubernatoris ope,& Iesu Christi virtutis præsidio ei erexit,excitauitq;:talíque ratione eã construxit,qualẽ ex sacrorum oraculorũ descriptione didicisset. Atq; vt hoc certè miraculũ maximum est,& supra omnẽ admirationẽ,his in primis qui soli externarũ rerũ viso & contemplatione animũ attendunt:sic illa archetypa & exemplaria, quæ primã harum rerum speciẽ repræsentãt,menteq; sola percipiũtur,quæ decora eximiaq; sunt,renouationes dico diuini & rationalis in animis nostris ædificij, omnia miracula longè superãt. Quod quidem ædificium ipse Dei filius ad suã ipsius effigiem fabricatus,omnino in omnibus partibus Dei speciem illi largitus est:& naturam immortalem,corporis expertẽ,rationis participem,ab omni terrestri & concreta materia alienã,substantiã sola mentis intelligentia cognitã ei tribuẽs,semélque in initio ex eo quod non erat,in id vt esset,efficiens, sponsam sanctam & templum sacrũ sibiipsi & patri suo architectatus est. Ideóque ipsum ille ipse perspicuè suis verbis ostẽdit. sic enim loquitur: Inhabitabo in illis,& inambulabo,& ero eorũ Deus,& ipsi erũt mihi populus. *2. Cor. 6.* Ac talis adeò in principio anima fuit,perfecta scilicet ac syncera,vtpote quæ cælestis Dei verbi imaginẽ verè repræsentauit. Verũ vt primùm dæmonis nefaria inuidia & æmulatione *Animæ templum, quomodo à dæmone*

corruptum & per Christum rursum instauratum.

suo ipsius libero arbitrio, perturbationibus nequitiæ se dediderat, Deus ab ea recessit: & A propterea tanquā patrono ac defensore suo destituta, facilè capi, facilè in eorum insidias venire poterat, qui tā diu in eā adeò graui inuidia flagrassent. Itaque testudinibus & machinis inimicorum, hostiúque qui nō oculis cerni illi quidem, sed mentis acie solum percipi possunt, obiecta, notabili ruina concidit: vsque eò, vt lapis virtutis super lapidē consistens, non omnino permaneret in ea, sed tota penitùs humi prostrata tanquā mortua iaceret, naturalibus. Dei notionibus omnino orbata. Eā igitur quæ erat ad Dei imaginē fabricata, delapsam vastauit nō aper hic de sylua, qui sub aspectu nostro subiicitur: sed perniciosus dæmō, & agrestes belluæ, quæ cogitatione solū intelliguntur: quæ quidē prauis affectionibus quasi ardentibus suæ improbitatis telis illā incēderūt itaque igne sacrū reuera Dei concremarunt sanctuarium, in terráque polluerunt tabernaculū nominis eius. Deinde eam miseram magno aggere obruentes, in desperationem omnis salutis prorsus coniecerunt. Verùm hic curator eius, salutaris Dei sermo, splendor patris, illam vbi debita pro peccatis suis luisset supplicia, iterum deintegrò incredibili patris optimi erga humanum genus clementiæ obsecutus, in pristinum statum restituit. Rursus, † cùm postea à diaboli ministris oppugnata esset, seruauit incolumē: ac primùm Imperatoribus ac principibus summis sanctissimísque sibi ascitis, eorum opera vniuersum mundū omnibus impiis ac pestiferis hominib. atq; adeò crudelibus & Deo infestis tyrannis, tanquā labe perniciosa, perpurgauit. Deinde verò viros sibi cognitos, hoc est iampridē ipsi per vitæ sanctimoniā consecratos, clā & occultè tanquā in tristi & aspera persecutionis procella, ipsius protectione quasi integumento quodā opertos obductosq; in lucē educens, & præclaris sacri Spiritus donis perpulchrè adornans, rursus animas paulò antè velut sordibus inuolutas, omni colluuie & ingenti impiorum decretorum aceruo oppressas, per istos palis & ligonibus, hoc est acribus ad animū feriendum salutaris doctrinæ monitis effodit, expurgauit, abstersit: & vbi locū ac sedem mentis omniū vestrum splendidam & claram effecerat, de reliquo huic sapiēti & pio præsidi cōcredidit: qui vt in aliis rebus tum ad iudicandum acutus, tū ad orationem, quid in quáque re agendum sit, ineundā perspicax existit: sic in interiore animarū tanquā sortitò illi cōmissarum cogitatione rectè discernēda, & benignè disquirēda prudens & grauis: & à primo ferè die hucusque in animo cuiusque, sicut cuique accōmodatū censuit, ædificare non aliquando cessauit. Interdum aurum fulgens, nonnunquā probatum & B purum argentū, eximios non raro ac preciosos lapides, vt sacrā denuò ac mysticā suis erga vos officiis cōpleret prophetiam, per quā dictum est: Ecce ego præparo tibi carbūculum lapidem tuum, & fundamēta tua sapphyrum, & propugnacula tua iaspidem, & portas tuas lapides crystalli, & murū tuum lapides electos, & omnes filios tuos doctos à Deo, & in multa pace liberos tuos, & in iustitia ædificaberis. Iustitia igitur ædificans, pro ratione totius populi suas distribuit facultates. Nōnullos exteriore ambitu ceu muro circūsepit: hoc est, fide non ficta vndique munit: cuius generis infinita est multitudo, quæ structurā magnificentiorem ferre non valet. Quosdam ad introitus versus templū inferius patentes admittit: illósque ianitores constituit, vt homines in templum intromittant: qui sanè tanquam templi vestibula non immeritò putantur. Alios primis columnis aulam templi ad quadrati speciem extrinsecus ambiētibus suffulcit: id est intra prima literæ quatuor Euangeliorum quasi repagula introducit. Alios ad sanctuarij septa collocat, nempe catechumenos, & eos qui in incremento ac progressu fidei versantur, quique ab intimis arcanísque mysteriis, quibus perfectè fideles fruuntur non longè separantur. Ex istorum numero, eos quorum animæ diuino lauacro instar auri purgatæ sunt, omníque macula vacuę, assumit: atque ex illis deinde alios columnis interioris ac mysticæ Sacrarum literarum intelligentiæ, quæ sunt exterioribus illis columnis multo splendidiores, sustentat: alios fenestris, per quas lumen sancti Spiritus in corda infunditur, mirè collustrat. Porrò vestibulo vno maximo ad summi regis & solius Dei gloriam, templū vniuersum decorat: duas etiam secundas fenestras ad gloriam Christi & Spiritus sancti, eiusdem cum patre authoritatis ac potentiæ, vtrinque cōstruit. In cæteris totius tēpli partibus illustria veritatis cuiusque sigillatim in fide nostra contentæ indicia, & quasi notas ante oculos omniū statuit. Præterea iste Paulinus vndique viuos in terra gradientes, ac solidos animorum lapides deligens, amplam & regalē domum, splendidam & plenam luminis ex omnibus fabricauit. Ac tum interiores, tum exteriores eius

Psal. 73.

† Vide annot. pag. 112. lat. 1. lin. 17.

Sublatis malis principibus boni successerunt.

Paulini in templo Dei purgando & instaurando diligentia & industria.

Esa. 54.

Personarum in ecclesia officiorumque & locorum distinctio.

A res eius partes (quia non ex anima solū & mente, sed etiam ex corpore constant) florido & insigni castitatis modestiæque ornatu illustrauit. Insunt porrò in hoc templo throni, sellæ infinitæ, & subsellia, quæ sunt animæ illæ, in quibus diuini spiritus dona penitùs insident: qualia quondam inter sacros Apostolos cernebātur, quibus linguæ igneæ diuisæ & dispertitæ apparuerunt, & singulæ in singulos eorum resederunt. Sed sicut in omnium vestri præside ipse Christus totus reuera considet: sic in illis qui secundas virtutis post eum obtinent, singuli secundū proportionē illius quod capere possunt, discretas Christi virtutis & Spiritus sancti portiones assequuntur. Animæ item quorundam sunt sedes angelorum, qui ad quemque ipsorum tum instituendum, tum custodiendum assignantur. Augustum porrò, ingens, & vnum altare, quid aliud significat, quàm purum sanctum sanctorum animi, qui est communis omnium sacerdos cui ad dextram assistens magnus ipse totius orbis Pontifex Iesus vnigenitus Dei filius, & fragrans incensum, & precum sacrificia, sanguinis & concretæ materiæ expertia, ab omnibus læto aspectu, & supinis ac erectis manibus excipiens, cælesti patri Deo omnipotenti offert, ipséque primus patrem adorat, & solus dignum decus tribuit, ac venerationem: deinde ab eo sine intermissione flagitat, vt nobis omnibus benignus & propitius esse perseueret. Eiusmodi est immensum illud templum, quod per vniuersum orbem sub sole situm, magnus omnium rerum opifex Dei sermo fabricauit. Inque eodem effigiem gloriosi templi supra cæli globos positi, sola mente comprehensam inter homines accuratè expressit: vt omnis creatura, animaliáque in terra rationis capacia, patrem ipsius vero honore & cultu afficeret. Qui etiam ipsam regionem supercælestem, & loca ibi sita (quæ sunt exemplaria horum quæ hîc apud nos sunt) superiorémque Hierusalem, cælestem montem Sion, & ciuitatem excelsam Dei viuentis construxit: in qua innumerabiles angelorum turmæ, & ecclesia primogenitorum, qui ciues in cælum ascripti sunt, laudibus & præconiis, quæ nec dicendo exprimi, nec cogitatione comprehendi possunt, suum creatorem, & omnium ducem ac moderatorem venerantur. Quem pro dignitate quis mortalis valet satis præ-

Throni, sellæ, subsellia, mystice considerata.

Altare vnū & summum.

Hierusalē cælestis nostræ ecclesiæ idea.

B dicatione celebrare? Nam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, ea quæ præparauit Deus diligētibus se. Quarum quidem rerū quoniā Deus in hac etiam vita nos aliqua ex parte effecit participes, omnes pariter, viri vnà cum pueris & mulieribus, obscuri pariter & nobiles, vno spiritu, vna anima eius nomen confiteri, tantorum bonorum authorem laude prædicare non desistamus: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus nostris, qui sanat omnes infirmitates nostras: qui redimit de interitu vitā nostram, qui coronat nos in misericordia & miserationibus: qui replet in bonis desiderium nostrum. Quia non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundū iniquitates nostras retribuit nobis. Quia quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentium se. Hæc igitur & nunc, & in vniuersum tempus posterum, memoria renouātes, quinetiam causam huius celebritatis & splendidæ ac præclaræ diei, eiusdémque veluti coryphæum & ducem Deum noctes diésq; omni hora, omni denique vitæ cursu, quo spiritum ducimus, ante oculos mentis nostræ præponentes, totis animæ viribus diligamus, veneremurq;. Et iā consurgentes, magna interioris cogitationis ac desiderij nostri tanquā voce ei supplicemus, vt sub suo ouili nos perpetuò protegat, cōseruet: & æternā deniq; pacē, quæ nec robore frangi, nec tempestate cōquassari potest, nobis clemens impertiat, in Christo Iesu seruatore nostro, cui gloria in omnē æternitatē, Amen.

1. Cor. 2.

Psal. 120.

Gratiarū actio & preces pro æterna ecclesiæ pace.

Sequitur iam, vt imperatoria edicta per Constantinum & Licinium edita hoc loco citemus.

IMPERATORIORVM EDICTORVM EXEMPLAR.

CAP. V.

CVm iampridem religionis libertatem nemini denegandam esse, sed cuiusque menti & voluntati potestatem permittendam, ritus & instituta diuina pro sua animi voluntate & arbitrio excolendi consideraremus: mandatum dedimus, vt cùm singuli alij, tum Christiani, suæ sectæ & religionis fidem integrè obseruarent.

Huc refer Niceph. ca. 41. lib. 7. item ca. 43. lib. eiusd.

Constantini & Licinij Imp. edictum pro Christianis.

A

Ad integrũ hũc edictorum tractatũ refer ea quæ ſupra ſunt relata. li. 2. cap. 29. lib. 9. ca. 1. 8 & infra hoc lib. cap. 6. 7. item de vita Conſtant. li. 2. c. 20. 21. 22. 23. 24 25. 26. 27. 28. 30. 31. 32 33. 34. 35. 36 37. 38. 39. 40 41. 42. 43. 44. 45. 47. & lib. 4. ca. 25. 26. 27. 28. Item Sozom. lib. 1. c. 8. 9. 22. li. 2. c. 25. Theodorit. li. 1. cap 15. 16. 17 Socrat. li. 1. cap. 14.

Sed quoniam in eo reſcripto, in quo eiuſmodi illis cõcedebatur facultas, multæ ſententiæ dubiæ & controuerſæ ineſſe videbantur: quidam illorum propterea fortaſſe paulò pòſt, præ metu ab illius obſeruatione repulſi ſunt. Quapropter cùm ego Conſtantinus Auguſtus, & ego Licinius Auguſtus proſpero itinere Mediolanum perueniremus, & omnia quæ ad vtilitatem & cõmodum Reipub. pertinebant, accuratè diſquireremus: iſta inter cætera quæ plebi vniuerſæ perutilia videbantur, maximè omnium decernenda exiſtimauimus, quibus reuerentia & diuinus cultus contineretur: hoc eſt, vt tũ Chriſtianis, tum aliis omnibus liberam optionem omnino daremus, eã religionem ſequendi, quam ipſi in animos indúcerent: quò quæcunque ſit diuinitatis & cæleſtis numinis potentia, nobis, ac vniuerſis qui ſub noſtra ditione vitam degunt, clemens & propitia eſſe poſſet. Iſtam igitur noſtram voluntatem ac ſententiam recta ratione ac conſilio decidimus, vt nemini prorſus libertas negetur, Chriſtianorum obſeruantiam & cultum imitandi, amplexandíque: & cuique detur copia, ſuam mentem ei religioni addicendi, quam ipſe ſibi maximè conuenire cenſuerit: * quò diuinum numen in omnibus quæ molimur, conſuetam curam, ſtudium & bonitatem in nos oſtendat. De qua quidem voluntate noſtra conſentaneum fuit ad te reſcribere, vt tum controuerſæ illæ ſententiæ quæ prioribus literis ad tuam pietatem miſſis de Chriſtianis cõtinebantur, penitùs tollerentur: tum ea quæ videbantur admodum ſeuera, & à noſtra manſuetudine ac clementia aliena, omnino abrogarentur: atque adeò iam quiſque eorum qui induxerint in animum, Chriſtianorum religionem obſeruare, liberè, minimè fucatè, & abſque vlla moleſtia aut perturbatione cuiuſquã, hoc ipſum cuſtodiat. Quæ quidem tuæ ſolertiæ pleniſſimè ſignificare decreuimus, vt intelligas, nos liberam ac ſolutam Chriſtianis facultatem cõceſſiſſe, ſuam ipſorum religionem ſedulò excolendi. Quod † quoniam tua pietas perſpicit à nobis liberè illis eſſe conceſſum, aliíſque etiam poteſtatem factam, eũ obſeruantiæ & religionis modũ, quem apud animum propoſuerint, conſectandi: & noſtrorum temporum tranquillitati & quieti reuerà accommodatum eſſe, vt quiſque facultatem habeat deligendi, obſeruandíque eam in Deo colendo rationẽ, quæ ſib maximè placuerit: hocq; à nobis factitatum eſſe, vt nullius honoris, nullius religionis authoritas à nobis vlla ex parte imminui videatur: tuarũ partium eſt prouidere, vt nemo impediatur, quo minus ſuæ profeſſioni firmè adhæreſcat. Iſtud etiã prętercętera nominatim Chriſtianis decernimus, vt loca eorũ, in quæ ipſis in more poſitum erat, antea conuenire (de quibus quidem rebus literis ſuperioribus ad tuam ſanctimoniam datis, alia formula eo tempore à nobis erat definita & præſcipta) ſi qui vel à quæſtore noſtro, vel ab alio quopiam ea emiſſe videantur, Chriſtianis abſque argento, abſque vlla repetitione pretij, quod in illis emendis collocauerant, ſine omni mora & dubitatione reſtituãt. Et ſi qui ipſa loca pro munere fuerint adepti, vt ipſis Chriſtianis quàm celerrimè reddant: ac ſi qui ea aut coëmerint, aut dono receperint, aliquid à noſtra bonitate poſtulẽt: præfectumq; qui regioni, in qua habitant, præeſt, adeant, quò ipſorum etiam à noſtra munificentia prouiſio & cura ſuſcipiatur. Quæ quidem omnia Chriſtianorum ſocietati tuo ſtudio & induſtria, extemplò, & ſine vlla dilatione reſtituenda cures, oportebit. Ac quoniam ipſi Chriſtiani non ſolùm ea loca in quæ conuenire ſolent, ſed alia etiam habuiſſe cognoſcuntur, quæ non priuatim ad ſingulos, ſed ad ius totius ipſorum communitatis, id eſt, Chriſtianorum ſpectabant: ſingulis qui ea poſſident, mandes velim, vt omnia per legem, quam ſuprà poſuimus, abſque vlla controuerſia Chriſtianis, id eſt, ſocietati ipſorum & conuentui reddant: modò ratio ipſa antè demonſtrata ſedulò conſeruetur, nimirum vt illi qui ſine repetitione pretij, ſicuti antea diximus, ea reſtituant, ſuas res & facultates abſque damno à noſtra beneficentia compenſatas fore pro certo expectent. In quibus omnibus prædictæ Chriſtianorum communitati, ſtudium & diligentiam pro virili tua parte vel maximam adhibere debes, vt noſtrum citiſſimè conficiatur mandatum, quòd ad hunc modum communi & publicæ tranquillitati à noſtra benignitate rectè proſpiciatur. Nam hac ratione, ſicuti dictum eſt, diuinum erga nos ſtudium, quod in multis iam rebus experti ſumus, perpetuò nobis firmum ac ſtabile permanebit. Vt igitur huius noſtræ ſanctionis & beneficentiæ deciſio ad omnium notitiam perferatur, has noſtras literas vbique proponi, & in cuiuſque cognitionem venire conſentaneum eſt, quò lex à noſtra clementia ſancita neminem omnino latere poſſit.

Chriſtianæ religionis libertas decreta.

** Vide ſupra l. 9. ca. 1. 80.*

† Vide annot. 113. lat. 2. li. 7. 10. 11.

B

Templa Chriſtianis reſtituenda, & gratis.

Communes etiam poſſeſſiones Chriſtianis reſtituendæ.

Exemplar

A *Exemplar alterius edicti, quod ab Imperatoribus factũ est, vt suam beneficentiam erga solam Ecclesiam catholicam ostentatam, perspicuè omnibus significarent.*

Vide hanc constitutionem partim L. priuilegia, Cod. de hær. & Manich. Cod. Theod. lib. 16. tit. 15. l. 1. partim, L. iuxta sanctionem, Cod. de episcop. & Clericis. Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. l. 8. item, 16. q. 1. Ca. Generaliter, §. Nouarum.

Salue Aniline, nobis in primis venerande. Est hæc nostræ clementiæ ratio & modus Aniline honoratissimè, vt illa quæ ad alienum ius pertinent, non solũ non perturbare, sed etiã cuiq; restituere quàm maximè cupiamus. Quare volumus, vt simulac hasce literas à nobis acceperis, si quæ ex his possessionibus, quę ad catholicam Christianorũ ecclesiam in quibusq; ciuitatibus aut aliis locis pertinent, etiam adhuc â ciuibus, aut ab aliis quibusdam retineãtur, eas quã primum iisdem Ecclesiis facias restitui. Quãdoquidem animo instituimus, vt ea quæ ecclesiæ antea possederunt, ad ipsarum ius denuò reuertantur. Cùm igitur tua pietas animaduertat, decretum hoc absque dubio de nostra sententia esse publicatũ, enitere atq; elabora, vt siue horti, siue ædes, siue aliud quodcunque aliquando ad ius ipsarum ecclesiarum spectauerit, omnia illis quàm celerrimè reddantur, vt te huic nostro edicto diligẽtissimum obsequium præstitisse intelligamus. Vale Aniline honoratissime, nobísque charissime. *Ecclesiæ catholicæ bona singulis restituenda.*

Exemplar epistolæ Constantini Imperatoris, per quam episcoporum concilium Romæ præcipit fieri, pro ecclesiarum vnitate & concordia.

CONSTANTINVS AVGVSTVS MILTIADE *episcopo Romano, & Marco, S.*

Quoniam eiusmodi literæ complures, ab Anilino clarissimo Africæ proconsule ad me missæ sunt, in quibus constat Cecilianum episcopum ciuitatis Carthaginensium à quibusdam collegis suis in Africa ordinatis episcopis, multis de rebus in crimen vocari & illud per mihi molestum videtur, vt in his prouinciis, quas diuina prouidentia vltrò ac sua sponte sub meum subiunxerit imperium, & in illis locis in quibus crebra hominum frequentia versatur, non modò multitudo ad deteriora deflectat, & distrahitur dissidiis, sed episcopi etiam, discordiam inter se ipsi exerceant: visum est mihi vt idem Cecilianus cum decẽ episcopis, qui illum reum facere videantur, & decẽ aliis, quos ipse suæ litis diiudicationi necessarios existimauerit, Romam nauigio traiiciat, vt ibi coram *Vult ad Romanum Pontificem Cypriani causam deferri.*
B vobis, & Rhetecio etiam, & Materno & Marino collegis vestris (quos ea de causa Romam maturare iusserim) possit audiri, sicut sanctissima Dei lex, vti nostis, postulat. Atq; vt de omnibus hisce plenissimam accuratissimámque notitiam possitis habere, exemplaria literarum ad me ab Anilino missarum, literis meis subscripta, ad vestros prædictos collegas misi. Quas cũ vestra grauitas perlegerit, exquisitè ponderabit, quo modo, quáue ratione lis illa, quam suprà diximus, diligentissimè rectissiméque dirimatur, & ex iuris præscripto tandem aliquando absoluatur: quandoquidem illud vestrum studium minimè latet, me tantam reuerentiam sanctæ & catholicæ Ecclesiæ tribuere, vt velim vos nullum generale schisma, nullam discordiam in vllo loco omnino relinquere. Summa magni Dei maiestas vos honoratissimi viri multis annis conseruet. *Tollenda planè inter Episcopos dissidia.*

Exemplar epistolæ Imperatoris, per quam iubet secundum concilium fieri, pro omni inter episcopos discordia tollenda.

CONSTANTINVS AVGVSTVS CHRESTO, *Syracusanorum episcopo, S.*

Iamdudum cùm nonnulli improbo & peruerso animo à sancta religione & cælesti Euangelij doctrina ac potentia, & à catholica Ecclesiæ opinione desciscere cœperint: cupiens equidem eiusmodi lites & controuersias inter vos ortas dissoluere, ita scripsi, vt missis à Gallia quibusdam episcopis, quinetiam ex Africa aliis aduersarũm partium accersitis, qui inter se maxima cum pertinacia & animorum contentione digladiantur, & episcopo Romano etiam coràm, hoc dissensionis, quicquid videatur, possit illis præsentibus, accurata diiudicatione in rectam viam reduci. Verùm quoniam (sicut vsuuenit) quidam tum suæ salutis, tum veri cultus, qui sanctissimæ Christi religioni debetur, penitùs obliti, adhuc priuatas inimicitias exercere, & graues simultates gerere nõ desinunt, dum nolunt aut Cõcilij iudicio iam facto acquiescere: dúmque definitè affirmãt, paucos admodum fuisse qui suas ipsorum sententias palàm in Concilio proferebant, iique ipsi cùm non omnia quæ antè quæri debuerãt, accuratè quæsita essent, ad iudiciũ dandum properè & valde celeriter festinabant: atque ex his omnibus ea fieri contigit, *Indictio Arelatæ concilio, episcoporum animos conciliare nititur.*

vt tum illi ipsi quos fraternum & concordem animorum consensum inter ipsos retinere oportuerat, turpi, imò nefaria & impia dissensione discordent: tum aliis hominibus qui mentes à sanctissima religione alienas habent, ansam ludibrij & irrisionis præstent: idcirco mihi sedulò prouidendum erat, vt istud quod post iudicium antea pronunciatum, sua sponte componi & tranquillari debuerat, etiam iam tandem multis præsentibus episcopis exitum & finem consequatur. Proinde quoniam plurimos episcopos ex locis diuersis & propè infinitis in vrbem Aretalesiorum ad Calendas Augusti conuenire mãdauimus, tibi etiam per literas significandum putauimus, vt accepta rheda publica à clarissimo viro Latroniano Siciliæ conductore, duobus item aliis episcopis ex secunda sede, quos tuipse tibi maximè deligendos iudicaueris, tibi in societatem ascitis: quinetiam tribus famulis, qui vobis inter vias ministrent, assumptis, ad eũ diem in loco præscripto aliis occurras? quo per tuam grauitatem, & cõsentientem sententiam reliquorum qui eò comeant, hoc dissidium, quod hactenus improbè ob turpes & scelestas concertationes cõtinuatum fuit, simulátque ea quæ ab vtraque factione episcoporum (quos simpliciter adesse mandauimus) audita fuerint, possit, licet serò, ad debitam religionem, fidem & fraternam concordiam aliquando reuocari. Deus omnipotens in multos annos te nobis seruet incolumem.

Episcoporum dißidia ecclesiam gentibus ridiculam faciunt.

Episcopi veteres etiam opes & comitatum habuerunt.

Latronianus Siciliæ conductor.

A

Exemplar epistolæ Imperatoris, per quam pecuniæ ecclesiis donatæ fuerunt.

CONSTANTINVS AVGVSTVS CECILIANO EPISCOPO *Carthaginensi, S.*

De pecuniis ecclesiis à Constantino donatis. CAP. VI.

QVoniam visum est nobis, per omnes prouincias Africæ, Numidiæ & Mauritaniæ, certis quibusdã legitimæ & sanctissimæ religionis catholicæ ministris in sumptus communes aliquid suppeditare, literas ad Vrsum, virum nobilissimum, Quæstorem nostrũ in Africa, dedi: & ei significaui, vt tria millia φόλλεις tuæ grauitati numeranda curaret. Tu igitur quando prædictam pecuniæ summam recipiendam curaueris, omnibus qui in scheda ad te ab Osio missa antè scripti sunt, has pecunias dispertiri iubeto. Quod si aliquid ad istud meum in hac re erga omnes hos institutum cumulatè exdeesse animaduertas, ab Heraclida nostrarum possessionum procuratore, audacter & absque hæsitatione, quod necessarium fore putaueris, postules velim. Nam illi coram imperaui, vt si quid pecuniæ tua grauitas ab eo peteret, absque dubitatione vlla tibi numerandum curaret. Et quoniam accepi quosdam homines non animo satis rectè composito & constituto, populum à sanctissima & catholica Ecclesia, mala & perniciosa corruptela velle auertere: scias velim, me Auilino proconsuli, quinetiam Patricio præfectorum vicario, cùm præstò apud me essent, talia mandata dedisse, vt cùm in reliquis omnibus tum in hoc maximè curam diligentem ponerent: & rem eiusmodi, si fortè acciderit, nullo modo negligerent. Quapropter si quos homines in eo furore & amentia inhærescere perspicias, abiecta omni cunctatione, iudices (quos dixi) adito, & hoc idem illis referto, vt illi in hos, sicut coràm mandaui, animaduertant. Dei opt. max. numen te in multos annos conseruet.

Epiphanius de mensuris & ponderib. φόλλις ὁ καὶ ταλάντιον καλεῖται, διπλοῦν δ' ἐστὶν ὑπὸ δύο ἀργύρων συγκείμενον, οἵ γίνονται σὺν δηνάρια καὶ φόλλεις δύο λίπτοι κατὰ τὸν δηναρισμόν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀργυρισμόν. Denarius valet grossos Anglic. Summa, 27000. lib. 1575. marc. Anglic.

B

Huc refer Nicepho. ca. 42. li. 7. Vitam Cõstant. lib 1. ca. 34. 35. 36. lib. 4. ca. 1. 2. 3. 4. Sozom. lib. 2. ca. 32. quib. locis agitur de donationib. Constantini & munificentia eius: quib. adiungendi sunt loci his vicini & consoni. Fanatici & hæretici, aliique deprauatores ab ecclesia per magistratum exterminãdi.

Exemplar epistolæ Imperatoris, per quam ecclesiarum præfectos ab omni ciuili & communi Reip. administratione immunes esse mandat.

De Clericorum immunitate. CAP. VII.

Salue Auiline nobis cum primis obseruande.

QVoniam multis argumentis constat, religionem, in qua summus & perfectus cultus sacrosanctæ & cælesti Dei potentiæ † debitus omnino consistit, neglectam & contemptam, magna pericula Reip. attulisse: eandémque sanctè augustéque obseruatam, tum maximam Romano nomini ac splendori prosperitatem, tum eximiam omnibus hominum rebus felicitatem (diuina beneficentia illud largiente) apportasse: visum est, vt illi homines, qui debita cum sanctimonia, & assidua legis diuinæ obseruatione, sua ministeria huic diuinæ religioni excolendæ impertiant, Auiline

† Vide annot. pag. 15. lat. 2. lin. 15.

Vide Niceph. li. 7. cap. 42. Vide L. iusta sanctionem cod. de episcop. & cleric. Vide supra cap. 5. hoc li. Sozom. li. 1. cap. 9.

A Auiline honoratissime, pro laboribus suis digna præmia reportent. Quare eos qui in prouincia tuæ fidei concredita, in Ecclesia catholica, cui Cecilianus præest, huic sanctæ religioni sedulò inseruiunt (quos clericos nominare solent) ab omnibus omnino communibus & ciuilibus Rerum pub. ministeriis immunes ac solutos volo: vt nullo modo per errorem vel per sacrilegam ac profanam prolaptionem, quæ in huiusmodi negotiis accidere solent, à cultu diuinæ maiestati debito abstrahantur, sed absque vlla molestia propriæ legi obsequium præstẽt. Qui quidem cùm sacrum numen summo honore & veneratione prosequantur, incredibile est, quantum Reipub. adiumenti videantur allaturi. Vale Auiline venerande.

Clerici à pub. & ciuilib. ministeriis liberati.

De secunda Licinij malignitate, & eius morte. CAP. VIII.

Huc refer Niceph. ca. 44. li. 7. Socrat. lib. 1. cap. 2.

Licinius superiorum tyrannorũ pœnis nihil motus exemplũ imitatur.

EIusmodi nobis beneficia, diuina & cælestis gratia Seruatoris nostri, benignè in nos intuentis, tandem tribuit. Tanta itẽ bonorum affluẽtia omnibus hominibus ex pace nobis restituta, suppeditata est: atque ad hunc modum Ecclesia magna exultare lætitia, & insigni celebritate triumphare cœpit. Verùm neque inuido hosti probitatis, omnísque impietatis fautori diabolo, spectaculum istarum rerum quæ cernebantur, tolerandum videbatur. Neque itidem Licinio, calamitosi vitæ exitus qui tyrannis suprà demonstratis obtigerant, satis exempli ad modestiam & moderationem animi excolendam dederunt. Qui, cùm imperium suum prosperè & ex animi sententia sibi succederet, & secundas in honore post Constantinum Magnum obtinuisset, & vir sororis factus esset, & summa propinquitate dignatus: relicta præclarorum hominum imitatione, perditos impiorum tyrannorum mores æmulatus est: & quorum miserum vitæ exitum oculis conspexisset, eorum perditam mentem sequi maluit, quàm in constante viri præstabilioris amore & amicitia acquiescere. Inuidia námque contra Constantinum summum suum patronum inflammatus, non naturæ leges reueritus, non iusiurandi, non sanguinis, non fœderum recordatus, pestiferum contra eum & crudele bellum excitat. Etenim vt Constantinus tanquam optimus & clementissimus princeps, quò in eum veræ beneuolentiæ indicia declararet, suam ipsius cognationem illi non
B inuidit, illustres nuptias sororis non denegauit: paternæ etiam cognationis, regiique sanguinis antiquitùs ducti compotem fieri voluit, omnium imperio tanquam affini & totius regni consorti perfruendi potestatem tribuit, nec minorem inferiorémque partem nationum Romanorum ditioni subiectarum procurandam administrandámque concessit: sic iste vicissim contraria his omnibus admittere, omnes machinas quotidie contra superiorem suum excogitare, omnes insidiarum vias peruestigare cœpit, vt malefactis benefacta patroni sui compensaret. Primùm igitur perditum conatum suum occultare molitus, amicum se Constantini esse simulauit: ac dolo & fraude rem sæpenumero aggressus, facillimè quod expectabat se consequuturum sperauit. Verùm Deus Constantino amicus fuit, curator eius & custos beneuolus, qui insidias in occulto & obscuris tenebris ei comparatas in lucem eduxit, eásque patefecit. Tanta igitur sunt & tam firma pietatis arma, vt non solum ad depulsionem hostium, sed etiam ad salutis nostræ propugnationem satis habeant præsidij: quibus quidem sanctissimus Imperator noster præclarè septus, multiplices & callidas hostis execrabilis insidias euitauit. Licinius deinde, vbi suos clandestinos conatus neutiquam ex animi sententia procedere vidit (Deus enim omnem dolum ac fallaciam pio Imperatori aperuerat (cum amplius facinus celare non posset, bellum palàm mouet. Ac dum cum Constantino prælium inire cogitabat, iam etiam contra Deum omnium moderatorem, quem norat Constantinum colere, aciem instruere instituit. Deinde pios homines ipsius imperio subditos, qui nunquam eius regnum illo afficere incommodo in animum induxissent, pedetentim & ex occulto oppugnare conatus est. Atque grauiter à sua sibi insita prauitate delinquere compulsus, hoc facinus consciuit. Neque igitur illos, qui ante eũ Christianos fuissent persecuti, ante oculos statuit: neque quos ipse propter impia eorum scelera neci dedisset, debitóque affecisset supplicio, memoria tenuit: sed à recta ratione & pacato mentis statu deturbatus, & animi furore planè exagitatus, contra Deũ ipsum, Constantini propugnatorem, Constantini loco, quem propugnabat, bellum gerere decreuit. Ac primùm Christianum quẽque ex ædibus suis eiicit, & sic infelix iste

Licinij in Cõstantinũ Imp. inuidia, bellũ & interitus

Constantinus Imp. à Licinij insidiis diuinitùs seruatus. Pietatis arma Constantinum tuẽtur.

Licinij in Christianos & in Constãtinũ arma.

precibus eorum ad Deum pro ſe fuſis,quas pro omnibus etiã enixè fieri patria illorum A
&auita diſciplina poſtulat,ſe penitùs orbauit.Deinde milites Chriſtianos in ſingulis ci-
uitatibus ex aliorum militum numero eximi, eóſq; ſi nõ ſua ſpõte dæmonibus immo-
lare inſtituerent,de dignitatis gradu deiici mãdat. Cæterùm iſta exigua quidem ſunt,ſi
cum maioribus eius ſceleribus collatione quadam cõparentur.Sed quid attinet ſigilla-
tim res ab iſto Dei aduerſario geſtas cõmemorare,quo pacto legum violator maximus,
leges impias parumq; legitimas excogitarit?In eos enim,qui carceribus affligebãtur le-
gem tulit,ne quis clementia adductus,quicquã alimenti illis impertiret,néue eorũ mi-
ſereretur,qui in vinculis fame enecti erãt:neque quemquã omninò illorũ, qui ab ipſa
natura trahebantur ad proximorum cõmiſerationem, vel in bonorum numero habe-
ri debere,vel boni quicquã agere cenſuit.Atque hæc inter leges ſuas egregiè impudẽs,

Licinij lex crudelis, magis quã vlla lex Draconis.

& planè crudelis fuit,vtpotè quæ omnẽ humanã & manſuetã naturã ex animis homi-
num penitùs exturbauerit: per quam idẽ ſupplicium illis,qui cõmiſerabantur afflictos,
decernebatur,quod illi perpeſſi fuerãt,quos cõmiſerabantur:perq; eandem iubebatur,

Licinius veteres & præclaras Romanorum Leges abolet, vt barbaras ſuas in earum locum ſurroget, Rapinis ſtupris, adulteriis incumbit.

vt qui benignitatis aliquid in eos,qui in carcere torquebantur,conferrent,in vincula &
cuſtodiam coniecti,parem pœnam cum illis ſubirẽt.Talia fuêre Licinij decreta. Quid
prætereà attinet eius de nuptiis cõtrahendis innouationes enumerare,vel nouas de his,
qui vita deceſſerant,ſanctiones perſequi,quibus veteres Romanorum leges præclarè &
eximiè promulgatas,refringere auſus eſt,& barbaras quaſdã,immanes, iniquas reuera
& iniuſtas leges in earum locum inducere?Quid infinitos etiam modos & rationes cõ-
memorẽ,quas ad gentes ſibi ſubiectas opprimẽdas excogitauit? Quid varias cuiuſque
generis auri & argenti exactiones,quid terræ dimenſiones,quid damnoſum quæſtum,
quem ex hominibus agricolis,quibus non amplius vita ſuppeditabat,ſed iampridẽ fue-
rant morte extincti,facere non dubitauit,oratione cõplectar. Quid exilij genera perſe-
quar,quæ iſte humani generis hoſtis contra innocentes inuenit?quid falſas criminatio-
nes,quas contra patricios & nobiles homines confinxit,recenſeam? quorum teneras v-
xores vi ab ipſis abreptas,quò eas turpis flagitij ignominia deformaret,ſceleſtis & perdi
tis ſeruis abutendas tradidit. Quid dicã de mulieribus in matrimonium collocatis, in B
quas iſte decrepitus ſenex impetum fecit?Quid virgines adoleſcentulas enumerem, in
quas quò effuſam & intemperantẽ animi ſui libidinem expleret,contumelioſè inſulta-
uit?Quid in iſtis narrãdis prolixum ſermonẽ inſtituere opus eſt, cùm poſtrema eius fa-
cinora adeò extra omnẽ modum prodierint,vt prima exigua eſſe & propè nulla cõuin-
cant?Exitus enim illius furoris in epiſcopos graſſatus eſt:& iſtos,vtpotè Dei omniũ mo

Licinij in Epiſcopos tyrannis.

deratoris famulos,ſuis conatibus,quos moliebatur,reluctaturos arbitratus: quãquã nõ-
dum velut aperto Marte,propterea quòd ſuperiorẽ imperatorem pertimeſcebat, clàm
tamen & doloſè machinas contra eos cõparauit,& per inſidias à præfectis ſuis in eos fa-
ctas,illorum facilè ſpectatiſſimos è medio ſuſtulit.Ac modus & ratio cædis, qua in illos
vſus eſt peregrina,& anteà nunquam vlla ſeculorum memoria audita: quæ porrò apud
Amaſiam & reliquas Ponti ciuitates ab eo patrata ſint,omnẽ crudelitatis modum lon-
gè ſuperant:in quo loco quædã eccleſiarũ Dei è ſublimi deiectæ ſunt,ſolóque adæqua-
tæ:aliæ aũt occluſæ, ne quiſquã eorum, qui eas frequentare conſueuerunt,eò cõmeet,
néue debitos Deo ibi cultus impertiat. Nõ enim putauit pro ſe illic preces Deo offerri,
vtpotè quem mala conſcientia in eã opinionem induxiſſet: ſed nos pro pij imperatoris
Conſtãtini incolumitate omnia exequi, & Deũ orationibus pro eo placare perſuaſum

Præfecti aſſentationibus dediti procurant martyria ſanctorũ. Noua ſuppliciorũ genera.

habuit.Vnde omnem furoris ſui impetum in nos intorquere ſtatuit.Præfecti igitur,qui
aſſentationibus dediti erant,ſe gratum impuro tyranno facturos rati, quoſdã epiſcopos
more hominum maleficorum(qui enim nihil mali cõmiſerant, abſque cauſa erãt tan-
quam ſicarij ad pœnã abducti, & grauiter multati)acerbi ſuppliciis affecerunt: alij iam
corpore in multas particulas diſſecto,nouum mortis genus & vitæ exitum ſuſtinuerũt:
& poſt crudele illud horrendumq; ſpectaculũ, quò à piſcib. deuorarẽtur, in altos maris
gurgites erãt præcipitati.His acceſſerunt piorũ virorũ fugę:quinetiã ex Dei ſeruis alij in
agros,nonnulli in ſolitudines,quidam in ſyluas ſe abdiderunt, non pauci ad montes ſe
contulerunt.

De Conſtantini victoria, & iis, qui per eum in Romanorum ditionem venerunt. CAP. IX.

Vbi igitur

A Hunc refer Nicephori ca.45.li.7. Vide de vita Constāt. lib.1.ca.4.

VBi igitur sceleratus tyrannus ista ad hunc modum succedere animaduertit, de reliquo contra omnes Christianos persecutionem commouere in animum induxit. in qua re certè voti compos fuisset, & nihil ei fuisset impedimento, quo minus in instituto opere processisset, si Deus seruorum suorum propugnator non celerrimè, vti quòd futurum erat præuerteret, famulum suum Constantinum, tanquam splendidum quoddam lucis iubar, in obscuris tenebris & caliginosa nocte de improuiso apparens, tum liberatorē omnibus excitasset: tum in brachio excelso in ea loca, in quibus tyrannus versabatur, quasi manu duxisset. cui quidem trophæa victoriæ contra impios, quasi fructum ipsius pietati debitum, cœlitus largitus est. At sacrilegū illum & nefandum tyrannum Liciniū, vnà cum consiliariis omnibus & amicis, sub Constantini pedibus prostrauit. Nam vbi eius insania ad extremam ruit dementiā, imperator Deo charus non amplius ferendū putauit, sed modesta animi ratione rem reputans, & seuerā æquitatis regulam cū humanitate & clementia temperans, propenso studio eos, qui tyrānidis iugo miserè opprimebantur, maturè iuuādos cēsuit: atque infinitum hominū genus, paucis nefariis hominibus tanquā quibusdam corruptelis è medio sublatis, incolume seruare aggreditur. Nam cum ipse sola humanitate tēporibus antegressis vsus fuisset, & Licinium, qui nulla cōmiseratione dignus erat, cōmiseratus: ei, vtpote à prauitate neutiquam decedenti, sed potius rabiem suam cōtra gentes sibi subiectas augenti, nihil omninò profuit. Atque illis, qui ab immani illa bellua diuexabantur, nulla fuit salutis spes relicta. Quapropter iste bonorum adiutor & patronus, nequitiæ odiū cum amore virtutis permiscens, simul cum filio Crispo imperatore humanissimo, salutari dextra omnibus, qui propè perierant, porrecta & ostentata, contra tyrannum proficiscitur. Pater simul ac filius Deum patrē, rerum vniuersarum rectorem, & Dei filiū, omnium seruatorem, ducem auxiliatorēque adepti, vndique acie contra impios circūiecta & disposita, perfacilē reportant victoriā: hostésque vniuersos in dimicatione illa, Dei ope, ex animi sententia profligant. Quocirca derepentè, & penè dicto citius, qui heri & nudiustertius mortem & terrorē spirabant, nō amplius superfuerunt, imò ne minimā quidem nominis sui memoriam post se reliquerunt: tituli aūt eorum, & honoris insignia, debita ignominiæ labe aspersi. Ac quæ Licinius impiis iamdudum tyrannis obtigisse oculis aspexisset, eadē pari ratione cū illis perpessus est: idque meritò. Nā neque disciplinā admittere voluit: neque proximorum flagellis admonitus, sapere aliquando didicit. Persimilem igitur cum illis impietatis viam persecutus, ad persimile etiam cum eisdem calamitatis præcipitium non sine causa ruit. Atque iste hoc modo tandē perculsus & profligatus, decubuit: Constantinus autem victor, omni genere pietatis ornatus, vnà cum filio Crispo, imperatore Deo charissimo, & patris rebus in omnibus simili, Oriētem in suam redegit potestatem: atque Romanorū imperium, sicut iam olim fuerat, in vnum redegit, & regum vniuersūm à sole oriente vndique ad extremas occidētis oras, & ad alteras vtrásque mundi plagas, Boream pariter & meridiem, cū tranquilla pace obtinuit. Proinde metus tyrannidis, qua ante premebantur, tum ex hominū vita prorsus sublatus fuit: tunc frequentes conuētus acti, tum festi dies celebrati: tunc omnia lætitia redundarūt. tunc qui antè demissa & contracta fronte erant, hilari vultu & læto oculorum obtutu aspexerunt: tunc choreis, tū hymnis tam per singulas ciuitates, quàm per agros primùm *Deum summū omnium regem esse, húncque reuera esse prædicarūt: deinde piū Imperatorem, ac liberos Deo in primis charos, laudibus extulerunt. Tunc veterum nulla recordatio malorum, tunc omnis impietatis obliuio, tunc suauis præsentium bonorū vsus & oblectatio, tunc iucunda expectatio futurorum: tunc denique non decreta solū Imperatoris, victoris illustrissimi, plena humanitatis, plena clementiæ, verumetiam leges eximia magnificentiæ illius & veræ pietatis indicia cōplectentes, in locis quibúsque diuulgatæ. Sic ergo pestifera totius tyrānidis labe purgata, deletáque, Constantinus solum, & liberi, Imperij iure ad ipsos pertinentis gubernacula, authoritate & præsidio firma, inuidiæ ac metus expertia, deinceps possederunt. Qui quidē, simulátque principio regni infestos Dei hostes è mundo sustulerant, Deum bonorum, quibus fruebātur, authorem verè agnoscentes, singulare virtutis & pietatis studium, verum diuini numinis cultum, & gratiarum actionem, quas ei pro beneficiis debebant, per sanctiones & edicta pro Christianis edita, palàm ac perspicuè commonstrarunt.

Licinius persecutionem renouare conatur.

Constantini Imp. & Crispi F. contra Liciniū expeditio, déque eodem victoria.

B

Sub vno Imp. Constantino pax vniuersæ Ecclesiæ.

*Vide anno.pa.116. lat.2. li.29.

Ecclesiæ pacatæ exultatio.

EIVSDEM EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI

Cæsariæ Palæstinæ, de vita sanctissimi Imperatoris Constantini, Libri quatuor.

Eusebius hoc capite Constantinum ait imperasse amplius triginta annis, & vixisse eo temporis spatio cōduplicato: Ruffinus ait eum defunctum esse anno Imperij sui 31. id quod ipse Eusebius in Chronicis interpretatus ait eum imperasse annis 30. & mensibus decem, in vita autem Constantini, lib. 4. cap. 53. ait eum imperasse 32. annos, demptis aliquot mensibus & diebus, & imperasse temporis eodem spatio conduplicato. Socrates demum libro primo, cap. 26. ait, eum defunctum esse anno ætatis suæ sexagesimo quinto, ita vt ad annum 65. complendum duo menses reliqui fuerint. Tantum igitur hi quatuor libri continent historiæ, quantum intra Christi annum 275. Aureliani Imp. 2. quo natus est, & 341. Christi, Imperij sui vltimum inchoatum, quo mortuus est, interstitij comprehenditur: Authores autem iidem illi huc referendi sunt, quos retulimus supra, ad lib. 7. 8. 9. & 10.

Prooemium de morte Constantini, & de liberis eius Imperatoribus: & quòd Deus Imperatores pios honorat, & tyrannos perimit: quódque Deus Constantinum honorauit, qui annos plusquàm triginta piè Imperium solus administrauit: vixit autem annos supra sexaginta.

CAPVT I. B

Panegyrici in laudem Constantini decimo quoque imperij illius anno celebrati. Modestè sibi beneuolentiā & attentionē parat ab argumenti magnitudine per cōparationem.

Vide Niceph. lib. 8. ca. 54. 55. Theod. lib. 1. ca. 32. 34. Socrat. lib. 1. cap. 26. Sozom. lib. 2. cap. 32. Ruff. lib. 1. cap. 11.

QVEMADMODVM vniuersum hominum genus illustrem & præpotentem nostrum Imperatorem, ad decimum quémque Imperij annum ratis conuersionibus iterum ac tertiò reuolutū, diebus festis epulísque solennibus magnificè celebrauit: ita nos quoque, non solum cum iam viginti annos regnasset, multísque victoriæ trophæis esset nobilitatus, illum amplo ministrorum Dei consessu stipatum, diuinis laudibus ad cælum vsque extulimus: [1] verumetiam cum triginta annos modò in hoc imperandi munere confecisset, augustum illius caput orationibus, tanquam coronis ex variis flosculis pulchrè contextis, nuper in ipsa regia mirificè decorauimus. Verum nunc [2] quasi in ambiguo hærens cōsisto, & dum aueo aliquid, quod est in communi dicendi consuetudine positum, perspicuè eloqui, velut anceps, & incertus, non habeo quò me vertam, sola peregrini & insolentis aspectus admirabilitate obstupefactus. Nam in quamcunque mundi partem, siue ad solis ortum, siue ad occasum, siue ad vniuersæ terræ ambitum, siue ad cœlum ipsum aciem acriter intendo, nusquam non Imperatorem illum beatum præstò esse conspicor. Eius enim liberos, tanquam lumina quædam recens accensa, & ex patris splendore profusa, omnes terræ oras sua claritate complere video: illúmque ipsum vi & virtute viuentem, & totum vitæ nostræ cursum multò quàm antea splendidius præclariúsque propterea gubernantem cerno, quòd eiusmodi numero liberorum, à quibus ei in Imperij administratione successum est, amplificatus sit: qui quidem sicut non ita pridem fuêre Cæsarei honoris & dignitatis facti participes, ita iam vera patris sui persona omnino propter singularem pietatis & diuini cultus præstantiam induti, Imperatores, Augusti, Reges etiam declarati sunt, denique omnibus patris ornamentis eximiè illustrati. Atque cum illum, qui paulò antè in compagibus mortalis corporis cernebatur conclusus, quíque cum admiratione nobiscum vnà versabatur, etiam post extremum vitæ diem (quando natura, si quid superuacaneum

1. Sentit de ea oratione, quam subiunctā vltimo loco hic vides de laudibus Constantini.

2. Sentit de 4. his libris de vita Cōstantini.

Constantini Imp. liberi, parentis defuncti heredes ac successores in Imperio & honoribus.

A uacaneum sit, illud tanquam alienum solet arguere) & regalium ædium magnificẽtia eadem, & eisdem tum honorum, tum laudum insignibus dignatum contemplor, quasi mente captus, supra modum obstupesco. Quinetiam cum iam aciem oculorum adiicio ad ipsum cæli complexum omnia vndique ambigentem, & eius beatissimum animum ibi cum ipso Deo vita frui cogitatione informo, & nõ modo omni caduco mortalique integumento exutum, verumetiam apparatu fulgoris radiis mirè splendescẽte
1. Cor. 5. collustratum, & neutiquam in isto exigui temporis anfractu amplius ad mortaliũ consuetudinem volutatum, sed corona, quæ perpetuò florebit, vita quæ nullum exitum est habitura, beati æui denique immortalitate honorificè donatum mecum cõsidero: stupore oppressus penitùs conticesco, & tanquam mutus nullam emitto vocem, sed mea ipsius tenuitate viribusq; imbecillis condemnatis, atque adeò silentio mihiipsi indicto, locum do meliori: Deo videlicet immortali, qui & amplitudinem laudis dignitati eius ex æquo respõdentis dicẽdo assequi, & cũ verus sermo sit, suas ipsius voces (quibus prædixit, illos qui ipsum gloria efferunt, & obseruantia venerantur, muneribus, quæ ipsorũ gratiam compensent, mirum in modum ab se remuneratos fore: hos autem, qui se inimicos, & hostes illi ex aduerso opponant, ipsos sibi suum interitum tandem asciturosverè confirmare queat. Atque promissa in sacro ipsius verbo comprehensa, hinc iam rata fideliaq; comprobauit, quòd tum tyrannos, qui cum ipso inimicitias exercere, bellũque gerere non dubitarent, horrendis & detestabilibus mortis generibus affecerit: tum suo ipsius famulo, præterquàm quòd vitã eximiam largitus sit, mortem prætereà decore admirabilem, celebritate insignem, dignam cõmemoratione posteritatis, dignã columellis, non caducis illis quidem, sed immortalibus concesserit. mortalium enim natura solatio quodam sui caduci & fragili exitus excogitato, superiorum hominũ memorias, imaginum monumentis, tanquam immortali honoris claritate illustrauit. Ac quidam adumbratas corporum effigies picturis cera oblitis variisq; floribus collustratis exprimentes: alij statuas, quæ è materia inanima sculptæ, hominum species repræsentabant, artificiosè fabricantes: nõnulli literas maiusculas in tabulis quadratis & columel-
B lis altius incidentes, clarorum virorum virtutes memoriæ sempiternæ commendare studuerunt. Verùm quanquã ista omnia fuêre mortalia & temporis longinquitate absumpta confectáque (vtpote quæ mortalium corporũ simulachra, non immortalis animi speciem figurarint:) illis tamen satis esse putabantur, quorum in animis nullius alterius boni post huius fragilis vitæ exitum futuri spes omnino insidebat. At Deus, Deus, inquam, communis huius vniuersitatis conseruator, ampliora bona, ac longè maiora quàm quæ sub mortalium cogitationem cadant, pietatis & veræ religionis amatoribus habet apud se recondita: & præmiorum quasi primitias hic arrabonis loco dat, quò immortalium rerum spem oculis quodam modo mortalibus ostentatam probè confirmare queat. Hæc namque, vetera prophetarum oracula, quæ scriptis mandata sunt, vaticinantur. Hæc, vitæ instituta piorum virorum, qui iam olim variis virtutũ generibus excelluerunt, posteris prodita, apertè testantur. Hæc tempus nostræ ætatis vera esse cõuincit: quo quidem tempore Constantinus solus ex illis, qui vnquam Romani imperij administrationem susceperint, Deo omnium moderatori eximiè charus, clarum ac euidens piæ & religiosæ viuendi rationis exemplar omnibus hominibus proposuit ad imitandum. Hæc etiam Deus ipse, quem Constãtinus sanctè coluit, claris propterea & euidentibus testimoniis confirmauit, quòd non modò ei gubernacula Imperij iam primùm capessenti, sed etiam in eo longius gradienti, & iam peragẽti extrema, benignè & clementer opem tulit: quem quidem virum vniuerso mortalium generi documentum statuit, piè vitam sanctéque instituendi. Cum igitur solum inter Imperatores ex omni seculorum memoria famę celebritate nobilitatos, tanquam maximũ luminare, & pręconem veræ pietatis facilè clarissimũ, variis cuiusque generis bonis ei suppeditatis, sub aspectu hominum subiecit ad intuendum, regni tempus ad amplius triginta annorum curricula plenè expleta cõfectáque, cum summo honore illi propagauit. Quo annorũ spacio duplicato, totius vitæ orbem, quem inter homines peragrabat, quasi termino quodã circũscripsit: & quo suæ ipsius monarchiæ effigiem ob oculos cuiusque poneret, illum & victorem omnium hominum tyrannidem exercentium effecit, & interfectorem gigantum, qui cum Deo prælium iniuissent: quíque animi insolentia ac temeritate elati, contra ipsum summum totius orbis moderatorem, crudelia impietatis arma

Amplificat præsentis argumenti difficultatem.

Deus pios principes honorat, tyrãnos extinguit.

Memoriæ ad posteros propagandæ studiũ in ethnicis.

Deus Constãtinum virtutis & pietatis exemplar Imperatoribus posteris proposuit.

Constantini Imp. ætas, & Imperij tempus.

ferre non dubitassent: qui vixdum (propè dixerim) in lucem prodierāt, cum iam extincti fuerunt. Deus enim vnus ac solus cum famulum suum Constantinum vnum cōtra multos diuina texisset armatura, omnibúsque præsidiis muniuisset, eius opera mortaliū genus scelerata impiorum turba perpurgauit: eumq; ipsum veri sui numinis cultus & obseruantiæ magistrū omnibus gentibus exhibuit: qui virtutibus cuiusque generis tanquam clara voce testificatus est, tum quòd verum Deum agnoscebat, tum quòd eorū, qui nequaquam dij sunt, prorsus detestabatur errorem. A

Deus opera Constantini vsus est in Tyrannis puniendis.

Constantinus verū Deum agnouit.

Quòd Dei quidem seruus fuerit, gentium autem victor. CAP. II.

HIc igitur, vtpote fidelis & spectatus Dei famulus, istud præstitit, prædicauit apud omnes, séque & Dei seruum palàm nuncupauit, & ministrum summi regis ingenuè confessus est. Itaque Deus, neque id ita multo pòst, quò eius obsequium abundè compensaret, moderatorem constituit & dominum: atque solum inter Imperatores, qui post homines natos extiterunt, talem effecit victorem, qualis nec armis expugnari, nec viribus vllis (quippè illustria victoriæ trophæa perpetuò reportauit) vnquam superari poterat: tantum etiam Imperatorem, quantū à nemine fama & auditione veterum prædicatum aliquando accepimus: adeò Deo charum, & verè beatum, adeò piū & cumulatè felicem, vt facile ac nullo propè negotio tum gētes multò plures, quàm quæ antè imperio Romano paruissent, suæ ditioni subiiceret, tum regno sine molestia & ægritudine ad extremum eius exitum omninò perfungeretur.

Constantinus Dei seruus & hominum victor.

Constantini successus victoriæ, & imperij amplitudo diuinitus.

Constantini cum rege Persarum & Alexandro Macedonum rege comparatio. CAP. III.

CYrum Persarum regem, præ cæteris, qui aliquando vixerint, præstantem & eximium extitisse, vetus hominum sermo celebrat: * verùm non est eum vitæ exitum, qui istas res exornaret, consecutus. Ad extremum nāque, mortem non vt natura postulabat, neque ad longinquum tempus dilatam, neque eam quidem honestam & decoram, sed turpem planè & valdè ignominiosam, à muliere, illatam subiisse fertur. Alexandrum porrò Macedonum regem Græci infinita diuersarum gentium ac nationū genera subegisse prædicant: verùm priusquàm perfectam ætatem explere posset, comessationibus & ebrietate derepētè oppressum, immatura morte occubuisse: totóque vitæ spacio compleuisse duos solū & triginta annos, ac paulò amplius quàm tertia eorū parte tempus regni terminasse: per cædem & sanguinem instar vibrati fulminis, crudeliter grassatum esse: gentes & ciuitates vniuersas, nulla ætatis ratione habita, in seruitutem redegisse. Et cum iam eius ætas in ipso flore esse videretur, fatum violento impetu in eum inuasisse: delitiásque suas post se relinquere grauiter & acerbè lamentantem, orbum liberis, stirpe & lare carentem, in extera regione & infesta, ne diutius mortalium genus eius crudelitate labefactaretur, extinxisse. Mox regnum, inter eius ministros, dū quisque partem aliquam occupare & vi rapere moliebatur, sigillatim diuisum fuisse, atque istum tali laudum genere celebratum constat. B

Cyri præstantia & mors.

Alexandri Magni prætmatura & misera mors: & regni eius diuisio.

* Cur terti' rectè adnotauit, hæc in Græco exemplari esse corrupta. Christophorsonus. n. hic ingentem lacunā expleuit, quā videre licet in annotationibus siue castigationibus nostris Græcis pagi. 119. lat. 1. lin. 4.

Quòd orbem propemodum vniuersum subegerit. CAP. IIII.

AT noster hic Imperator, eo ætatis tempore regnum obtinuit, quo ille Macedo cessit è vita. Illius autem vitæ spacium, temporis propagatione duplicauit: regníque longitudinem triplo reddidit diuturniorem. Porrò autem cùm mansuetis & modestis pietatis præceptis exercitum muniuisset, in Britanniam, & eos, qui fluctibus Oceani solis occasum suis quasi oris terminantis, vndique circundati habitant, inuasit: Scythiā quoque vniuersam sub ipsa Septentrione, in infinita barbarorum hominum genera moribus & vitæ ratione disparia partitam, ad suum adiunxit imperium. Iam vero fines Imperij ad meridiei extremitates, ad Blemmyas nimirum, & Æthyopes vsque dilatauit: atque eos propterea, qui versus solis ortum incolebant, in suam ditionē & potestatem redegit. Principes item variorum locorum, gentiúmque dominos & satrapas, ad ipsos vsq; totius orbis terminos, hoc est, ad Indos, vltimos totius terræ (quo vno elemento res

Constantini virtute orbis ferè vniuersus subactus.

Imperij fines sub Constantino.

Vide Niceph. lib. 7. cap. 46. Vide supra lib. 10. c. 9.

A tores ad vitæ vsum necessariæ suppetunt) accolas diffusos, luce ac splendore pietatis illuminans, suo imperio reddidit obsequentes. Barbaras etiam gentes, quæ sua sponte libentibúsque animis eum amplexabantur, muneribus ad illum missis, per legatos, eius gratiam aucupatæ sunt: & familiaritatē cum eo inire, amicitiámque iungere, maximi beneficij loco putauerunt: sic vt eximiis imaginum picturis, præclaris statuarum monumentis illum apud se decorarent. Quid multa? inter Imperatores solus Constantinus apud omnes omnium sermone ac fama, maxima cum amplitudine celebratus fuit: qui Deum, quem ipse augustè coluit, ad hasce gentes vsque magnifica & verè regia voce, liberè & ingenuè omninò prædicauit. Deinde non verbo istud præstitit, & frustratus est reipsa: sed per omnes virtutum quasi regiones peragrans, vario ac multiplici pietatis fructu se illustrem effecit, nobiles & præstantes viros amplis perliberalibúsque beneficiis ad sibi seruiendum deuinxit: legibus autem humanitatis & clementiæ obstrictos tenuit: Imperiúmque suum omnibus, qui ipsi parebant, mansuetum, & cum primis optabile eatenus exhibuit, quoad longinquo annorum circuitu diuinis obeundis certaminibus confectus & exhaustus, à Deo, quem religiosè venerabatur, immortalitatis præmiis donatus esset: triplicique sobolis fœtu, qui post ipsum in Imperium succederet, in lucem suscepto, ex mortali regno ad vitam immortalem apud Deum sanctis animis recōditam migrauisset.

Constantini celebritas & propagandæ verè Religionis studium.

Constantini erga subditos beneuolentia non verbis sed rebus ipsis nixa.

Constātini imperium ad liberos & nepotes propagatū, ab Imperatore patre per manus acceptū.

Quòd filius Imperatoris Pius, etiam Imperatoribus filiis Imperium reliquerit. CAPVT V.

Vide eosdē authores istos primo cap. citatos.

ATque vt imperij sedes à patre ducta, ad eum descendit: sic lege naturæ liberis illius eorúmque posteris reseruata fuit, & tanquam paterna quædā hæreditas ad sempiternum tempus propè continuata. Deus igitur ipse, qui illum verè beatum, non modò dū adhuc vnà nobiscū hac luce frueretur, ad illustres dignitatis gradus extulit, verūetiam cum ex hac corporis custodia euolasset, multò præstantioribus honoris ornamētis in ipso cœlo cohonestauit: res ab eo præclarè gestas literis sem-B piternis prodat, & cœlestium monumentorum tabulis præmia eius rectè factis cōgruentia commendet ad perpetuitatem.

Quòd historia hæc necessaria sit, & ad animorum salutem conducibilis CAPVT VI.

MIhi quidem, etsi viri fœlicitate & beata vita aliquid dignum dicēdo persequi, valdè arduum est, eandem autem silentio præterire tutum & periculo vacuū: tamen necesse est ad caducæ cuiusdam & vmbratilis picturæ similitudinem, hominis pij effigiem orationis artificio posterorum memoriæ prodere, quò ipsi inertiæ & desidiæ crimen, quod alioqui nobis fortè obiici posset, omninò euitemus. Me enim planè puderet, si dicendi facultatem, quæ mihi suppetit, licet exiguam eā quidem & pertenuem, in illum, qui sit verum Dei cultum summa obseruantia & honore prosecutus, non pro virili parte conferre laborarem. Atque arbitror equidem, hoc opus, quod magni animi & verè regij facta Deo omnium regi adeò grata acceptáque cōplectitur, non modò ad vitæ vsum aptum, sed mihi reuera in primis necessarium fore. An non turpe est, nos quidem conticescere, quibus Deus ipse pro sua clementia largitus est, vt & talem haberemus Imperatorem, & in eius conspectum, notitiam ac colloquium veniremus, qualem nulla ætas hactenus cognouerit: cùm rerum tum à Nerone, tum ab aliis quibusdam impiis & nefariis tyrannis, eo multò nequioribus gestarum commemoratio, tā diligentes assequuta sit & impigros scriptores, qui improborum facinorum argumenta splendido & illustri genere orationis exornare, historiarúmque monumentis in varios libros dispertitis cōsecrare non grauati sunt? Quocirca nobis præter cæteros valdè consentaneū videtur, vt eximiam & illustrem virtutis eius & rerum gestarum famā palàm prædicemus omnibus illis, quorū desiderium ad diuinum amorem amplexandū præclarorū imitatio mirè possit incendere. Nam illi, hominū impurorum vitæ instituta & res gestas, ad mores rectius informandos penitùs inutiles (vel gratia quorūdā, vel odio, vel suæ deniq; ipsorū doctrinæ ostētādæ causa fortè impulsi) exquisita verbo-

Quid impulerit Euseb. ad describendam Constantini vitam. Argumenti dignitas.

Copia dicēdi.

Aemulatio scriptorū, qui deteriora splēdidè tractant.

rũ elegãtia, cum orationis volubilitate cõiũcta, turpes & flagitiosas res tragicè quidẽ & amplè, sed parũ vtiliter ad hominum vitam, narrare aggressi sunt: & illis, qui per Dei gratiã illud obtinuissent, vt vitam culpæ expertẽ degerent, non honestè facta, sed ea, quæ erãt obliuione ac tenebris prorsus obruenda, proposuerunt ad cõtẽplandũ. Quod autem ad meam in dicẽdo vim & facultatem attinet, quamuis præ magnitudine rerũ oratione explicandarum non sine causa languescat: tamẽ aperta & simplici præclarorũ ad narrandum facinorũ susceptione se debet denuò recreare. Rerũ namq; præclarè & diuinitùs gestarum commemoratio, nõ incommodam quidem & iniucundã lectionem, his præsertim, qui sunt animo benè constituti, sed ad vitam instruendam perquàm vtilem & fructuosam est planè allatura. A

Historiæ huius vtilitas

Quòd ea Constantini gesta sola nunc commemoret, quæ ad pietatem pertinent. CAPVT VII.

Constantini res quas potissimum celebraturus sit Eusebius.

CÆterùm permulta, quæ de hoc Imperatore summè beato narrari possent, vt acies instructas, commissa prælia, res in illis strenuè & fortiter gestas, partas victorias, trophæa contra hostes statuta, triumphos quos egerit, ea etiam, quæ ad cuiúsque vtilitatem fuerint ab eo descripta, legum sanctiones, quas ad Reip. & subiectorum emolumentum instituerit, pleráque alia illustria & regalia certamina confecta, quæ apud omnes crebro sermone commemorata sunt, arbitror à me prætermitti debere: quippe cum institutum, quo omnis ista tractatio referenda est, me admonere videatur, vt ea sola tum dicendo, tum scribendo exponam, quæ ad vitam piè religioseq; degendam spectent. Quæ cũ propè infinita sint, ex his, quæ perlata sunt ad nos, ea sumã, quæ & maximè ad vitam opportuna, & posterorum memoria dignissima iudicentur. In quibus exponendis, quoad fieri potest, breuitatem sequar maximè: præsertim cũ tempus deinceps facultatem dederit, laudes Imperatoris verè beati quouis dicendi genere liberius & diffusius prædicandi. Nam antehac istud munus minimè propterea obire licebat, quòd nobis veterum præcepto vetitũ sit, ne quenquam ante mortẽ propter varias & incertas vitæ mutationes omninò beatum existimemus. Dei ergo patris imploremus auxilium, & filij eius cœlestis Verbi opem, vt nobis in hoc negotio, diuino eius afflatu subueniat. Sic igitur ab ipsis Imperatoris incunabulis scribere ingrediemur. B

Obseruãdum discrimẽ propanæ & ecclesiasticæ historiæ.

Beatus nemo ante mortem censendus.

Quòd in tyrannorum ædibus, vt Moyses, educatus sit Constantinus. CAPVT VIII.

Moyses in tyrãnorũ ædib. educatus.

CVm crudele quoddam tyrannorum genus populum Hebræorum labore & cruciatu, sicut vetere iam fama ac sermone celebratum est, grauiter affligaret: Deus illum ita diuexatum commiseratus, benignè respexit: Moysenq; prophetam, cũ adhuc puer esset, in ipsis mediis tyrannorum domiciliis, & quasi intimis recessib. educandum, atque adeò sapientia quæ apud illos fuit, imbuendũ prouidè curauit. Postea verò iste Dei propheta, cum tempore progrediente vir inter viros esse cœpit, & vltio diuina iniquè oppressorum vindex, ad iniustos puniendos pro foribus adfuit: ex tyrannorum ædibus egressus, numinis summi consilio & voluntati lubẽs obtemperauit: atque vt à necessitudine tyrannorum qui ipsum educassent, verbo req; ipsa animo fuit quàm maximè abalienato, ita suos natura ac verè fratres cognatósque sibi summa amicitia & familiaritate deuinxit. Cuius opera Deus Hebræos, cum eum vniuersæ illorum genti ducem præfecisset, deinceps ex seruitutis iugo, quo ab hostibus premebantur, penitùs liberauit: genus autem tyrannorũ suppliciis cœlitùs inflictis, acerbè insectatus est. Atque vt sermo ille de rebus à Moyse mirandũ in modũ gestis, ab antiquis iã deriuatus temporibus, licet plerísque fabulæ loco habitus sit, omnium tamen aures iampridẽ cõpleuit: sic Deus insignia miraculorũ spectacula, quæ cõmenta fabularum longè superãt, quæque propter veritatem omnes famæ & rumoris opiniones facilè vincũt, oculis nostris iam nuper cõtẽplanda subiecit. Nã tametsi tyranni, qui nostra iam memoria cõtra Deum omniũ moderatorẽ bellum mouere enixè moliebantur ecclesiam miserè diuexarint: Constãtinus tamen, medius inter hos interiectus (qui quidem paulò pòst tyrannos è medio sustulit)

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 18. Vide infra cap. 13. 14. hoc lib.

Moyses dux populi Israëlis.

Exod. 2. 3. 4. Act. 7.

A stulit) dum adhuc adolescẽs esset, ætate tenera, facie venusta, & lanuginis flore decora, non aliter atque ille ipse Dei famulus Moyses, in familiis tyrannorum assiduè vitã degit. Qui quanquã, quum nondum ex ephebis excessisset, cum impiis versabatur, non tamen similes cum illis mores combibit. Nam ingenua eius & proba indoles diuino sancti Spiritus instinctu pulsa, illum ex ea consuetudine ad piam viuẽdi rationem, Deóque gratã traduxit. Quinetiam singulare paternæ virtutis æmulandæ studium, adolescentem magnoperè ad bonorum pellexit imitationem. Ei enim pater (cuius memoriam opportunè hoc loco recordatione renouare operępretium est) fuit Constantius, inter Imperatores nostri temporis facilè illustrissimus. De quo ea necesse habeo breuiter oratione percurrere, quæ filio nõnihil ornamẽti adferant ad commendationem.

Constantius Imp. Cõstãtini pater.

De patre eius Constantio, qui non vt Diocletianus, Maximianus & Maxentius, Christianos persequutus est. CAP. IX.

Huc refer. Nicephor. ca. 19. li. 7.

CVm quatuor in Romani Imperij gubernandi societate iungebantur, solus hic fœdore amicitiæ cum Deo omnium gubernatore pacto, modum vitæ à cæterorum institutis alienum disparémque consectatus est. Illi enim Dei ecclesias obsidione vastare, euertere radicitùs, solo æquare, ac templa concussis fundamentis disturbatísque prorsus delere aggressi sunt: hic autem à nefando & detestabili illorũ scelere manus integras & inuiolatas continuit, neque vlla ex parte se similem eis præbuit. Illi intestina virorum simul ac mulierum pietatem maximè excolentium cæde, prouincias suæ ditioni subiectas sceleratè contaminarunt: hic suam ipsius animam à sceleris labe vacuam assiduè conseruauit. Illi, quò mala omnia in vnum coaceruarent, vocibus quibusdam execrabilibus, quæ in simulachrorum cultu fũdi solent, primùm seipsos, deinde omnes qui ipsorum obsequebantur imperio, nefariæ dæmonum venerationi deuouerunt: hic pacis tranquillissimæ, illis qui ab ipso regebantur, author factus, liberam eis veræ in Deum religionis sine molestia excolendæ permisit potestatem. Quinetiam alij vitam omniũ mortalium, haud vitalem illam quidem, imò verò morte ipsa longè acerbiorem, propterea effecerunt, quòd tributa ab illis exigebant planè intolerabilia: Constantius solus & Imperium placidum præstitit ac tranquillum suis, & non aliter atque pater indulgens illis sedulò prospexit, atque adeò opitulatus est. Cæterùm cùm alia sint eius virtutis ornamenta propè infinita, eáque omnium ore ac sermone percelebrata, vno & altero præclarè facto, quibus ea quæ silentio prætereuntur, melius certiúsque intelligantur, oratione nostra percursis, ad institutam scriptionem sermonem deinceps trãsferamus.

Imperatores simul quatuor: eorúmq; vnicus tantũ Cõstãtinus pietatis studiosus.

B

Quomodo Constantius pater, obiecta illi per probrum à Diocletiano paupertate, postquam ærarium compleuerat, pecunias rursus iis qui attulerant, reddiderit. CAPVT X.

VBi multus & creber sermo de isto Imperatore passim fama peruagatus est, quòd mansuetus erat, quòd spectatus, quòd ardenter vitæ sanctimoniam cõsectabatur, quòd propter incredibilem in eos qui ipsius parebant Imperio, clementiam & benignitatem, nullum thesaurum sibi omnino reposuerat: Imperator, qui id temporis summum Imperij gradum obtinuit, legatis ad illum missis, dissolutam eius in Republica administranda negligentiam grauiter increpare cœpit: paupertatem tanquam probrum obiicere: hocque ad rei confirmationem argumenti loco vsurpare, quòd nihil prorsus pecuniæ haberet in thesauris reconditum Hic tum legatos qui ab Imperatore venerant, aliquandiu moram facere precatus, ex omnib' gentibus suæ ditioni subiectis, eos qui maximis diuitiarũ copiis circũfluebant, in vnum conuocauit: pecunia dixit sibi opus esse: & illud tempus opportunè oblatum, quo quemq; propensum studium & beneuolentiã erga dominũ ac regem suum declarare par esset. Quo audito, hanc occasionẽ quæ diu ipsis in optatis fuisset, beneuolæ suæ in illũ voluntatis perspicuè significãdæ statuentes, abiecta

Diocletianus Constantino paupertatem obiicit.

Constantij in colligenda pecunia, & cõfutanda Diocletiani obiectione industria.

omni cũctatione, maturè auro, argento, & aliis opum facultatúmque generibus æraria eius complere laborant, studio quodam & ardore ipsos inter se, quò alius aliũ in largiẽdo superaret, vehementer contendũt, hócque præstiterũt valde læto & hilari vultu. Qua re cõfecta, Constantius legatos ab Imperatore summo missos, thesauri sui spectatores fieri voluit. Quos testes fore iussit eorum quæ oculis vidissent: illísque retulit, quemadmodum thesaurus ille, qui in præsentia in ipsius æraria collectus erat & cõditus, iampridem fuisset apud pecuniæ suæ & diuitiarum dominos, tanquam custodes tutissimos conseruatus. Istos igitur rei gestæ permagna cœpit admiratio. Imperator autem benignissimus, post eorum discessum, pecuniæ illius dominos denuò accersit: illósque cũ obsequij ac singularis beneuolentiæ causa humanissimè tractauisset, suis receptis omnibus facultatibus, domũ reuerti iubet. Atque vt ista vna res est à Constãtio gesta, quæ illustre sanè humanitatis specimẽ dat, & clementiæ: sic altera insigne pietatis erga Deum testimonium continet.

Constantius pecunias ex ærario, iis qui attulerant, reddit.

De persecutionibus ab aliis factis: & quomodo pater eius Constantius imposita sibi eidololatræ persona, eos qui sacrificare animum induxerant, reiecerit: qui verò confiteri statuerant, in palatio retinuerit: & de eius grato erga Christum animo ac beneuolentia. CAP. XI.

Imperatorum aulici martyres.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 19.

CVm magistratus in singulis prouinciis ex Imperatorum mandato, pios homines passim inhumanè & grauiter persequerentur: & sancti martyres qui in ipsis Imperatorum palatiis versabãtur, primi omnium certamina pro pietate obirẽt: ignémque, ferrum, vastos maris gurgites, omnia deníque mortis genera, summa cum animi alacritate & tolerantia subirent, vsque eò vti breui Imperatorum regiæ sanctis viris essent omnino orbatæ (quæ res, authores maleficij, clementi Dei obtutu curationéque prorsus priuauit: quippe qui dum homines pios insectarentur, etiam eorum preces insectati sunt, & abs se penitùs auerterunt) soli Constantio sapiens quædam & solers animi occurrit cogitatio: & facinus facit, vt incredibile auditu, ita factu in primis admirabile. Nam illis qui in regia ipsi inseruiebant, libera data optione (quæ etiam illis, qui aliquem dignitatis gradũ in familia eius obtinebant, delata fuit) hanc tulit conditionem, vt vel dæmonibus immolãdo integram haberent potestatem, tum apud ipsum commorandi, tum consuetis honorib. perfruendi: vel si minus hoc exequerentur, aditu ad ipsum prohiberentur, & à cõsuetudine ipsius ac familiaritate penitùs repellerentur, reiicerentúrque. Postquam igitur in duas partes dirempti fuerunt, alíique in hanc, alij in illam segregati: ilicò singuli, quo animo essent & instituto, perspicuè ostenderunt. Ibi tum admirabilis ille Constantius, commento quod cœlatum erat, statim pòst patefacto, quorundam timiditatem, & nimium amorem quo ipsi se suamq; vitam complectebantur, vehementer coarguit: alios ob synceram & integram erga Deum mentem approbauit plurimùm, illos deinde tanquam Dei proditores, Imperatoris seruitio indignos cẽsuit. Quomodo enim, inquit, fidem erga Imperatorem seruare poterunt inuiolatã, qui aduersus Deum opt. max. perfidi esse manifestò conuincũtur? Quapropter hos procul à regali suo domicilio statuit amãdandos: illos verò qui veritatis testimonio digni Deo fuère comprobati, similes erga Imperatorem fore affirmans, stipatores suos, & ipsius regni custodes constituit: inquiens, id genus homines in præcipuis maximéque necessariis amicis & familiaribus numerandos esse, multóque pluris quàm æraria ingenti thesauro referta, meritò æstimandos. Sed qualis Constantini pater fuisset traditus sit, ita est à nobis breuiter explicatum. Qualis autem exit⁹ eũ, qui talem se erga Deum ostenderit, sit consecutus: quámque moribus & vita dissimilis eorum qui eiusdem imperij cum eo participes fuerunt, à Deo quem sedulò coluit, factus, cuíque in naturam & conditionem rerum ab illis gestarum aciem animi intendenti est ad intelligendum perfacile. Nam cùm iã lõgo temporis spacio eximia & spectata satis regiæ virtutis indicia dedisset, tandẽ repudiata penitùs impiorum in variis diis colendis superstitione, Deum omnium moderatorem vltrò agnouit, & sanctorum virorum precibus suam firmè muniuit familiam: & reliquũ vitæ

Tyrãnos piorum precibus seipsos priuare.

Constantius quomodo pios ab impiis inter aulicos suos discreuerit.

Infideles erga Deum principib. suis non esse fideles, iudicat Constantius.

A vitæ cursum expeditum, perturbatione vacuũ, magna cum laude trãsegit: & quod vulgò beatum prædicant, neque quicquam ipse habuit molestiæ, neque alteri aliquando exhibuit. Sic igitur omne tempus regni constans & tranquillum liberis & coniugi cum tota famulorum turba præstitit, omnémque suam familiam vni regi Deo consecrauit: adeò vt multitudo quæ intra regiam ipsam coiuerat, nihil ab Ecclesiæ forma distare videretur: in qua inerant Dei ministri, qui continuos cultus pro Imperatore etiam tum obierunt, cum piorum hominum genus & verè Deo inseruientium, alibi apud gentilium multitudinem ne nominari quidem absque periculo poterat.

Constantij & reliquus vitæ cursus, & exitus, felix.

Constantij aula quasi ecclesia quadã.

Quòd Diocletiano & Maximiano, imperio exutis, postea Constantius primus Augustus fuerit, numerosa natorum sobole insignis. CAPVT XII.

Huc refer Nicephor. ca 10. li. 7.

OB quas quidẽ res, neque id adeò diu pòst, Deus illum egregiè remuneratus est, sic vt iam in imperij gubernatione primas facilé obtineret. Illi enim qui clauũ imperij ante eum tenuissent, nescio quo modo repẽtina animorum facta mutatione, post primum annũ quo Ecclesiæ Dei graui fuissent obsidione oppugnatæ, imperio se sponte abdicarunt. Constantius de reliquo solus & summus imperator, & Augustus appellatus est: qui tum initiò Cæsarum ac Imperatorum diademate illustratus, & inter hos primas adeptus: tum postea in hoc honoris gradu exploratè, qualis esset, perspectus & cognitus, à Romanis ad summam dignitatem elatus fuit, & quatuor Imperatorum qui pòst cum eo regnabant, summus, & Augustus nũcupatus. Quinetiã solus præter cæteros Imperatores, propter liberorum probitatem excelluit, permagna vtriúsque sexus caterua in lucem edita, susceptáque. Cùm autem ad summam propè senectutem prouectus, communi naturæ quod debebat, B esset persoluturus, & iam migraturus è vita, Deus tum rursus facinus quoddam planè admirabile eius causa edidit: qui ei mortem oppetituro sua prouidentia curauit, vt filius eius natu maximus Constantinus ad capessendum imperium præstò esset.

Constantius post Diocletiani & Maximiani abdicationem, solus Imp.

Liberi Constantio decori sunt.

Constantinus Constãtij filius Imp.

De filio eius Constantino, qui adolescens quum esset, vnà cum Diocletiano, quando Palæstinam peragraret, versatus erat. CAP. XIII.

Huc refer Niceph. ca. 18. lib. 7. Coniunge ca. seq. & supra 8.

** Vide Niceph. lib. 7. cap. 19.*

† Vide autor pag. 121. lat. 1. lin. 37.

x Sunt qui has insidias Constãtino non à Diocletiano, sed à Galerio Maximiano structas fuisse tradãt: Nicephor. ab vtroque structas ait & causas ad dit capite iam dicto.

ISte, vt suprà diximus, in medio illorum qui erant cum patre consortes imperij, more illius veteris Dei prophetæ Moysis, quotidie versabatur, & vbi excessit ex pueris, & iam ad adolescentiam peruenit, summo apud illos honore dignatus fuit. In qua ætate & honore nos eum vidimus, cum Palæstinorum regionẽ vnà cum Imperatore qui cæteros anteibat ætate, peragraret. Ad cuius dexteram assistens, illis qui eum uidere cupiebant, se adolescentem facile præstantissimum declarauit: vtpote in quo eximia regiæ cuiusdam indolis indicia, ex eo quidem tẽpore elucere cœperunt. Vt enim corporis compositione ad pulchritudinem apta, & staturæ (vt ætas tulit) proceritate, nemo cum illo comparari potuit, & virium etiam firmitate tantum superauit æquales vt illis nonnihil terroris iniiceret: sic virtutibus animi multo magis, quàm corporis ornamentis nobilitatus est, quippe modestia primùm suum decorauit animum: deinde politiore literatura, tũ prudentia à natura propè insita, ad extremum sapientia diuinitùs animo consignata, tanquam alimentis quibusdam eximiè educauit.

Constantinus in aula Diocletiani educatus.

Constantini adhuc iuuenis species planè regia, & virtutes aliæ.

Statua Constantini, virtus & eruditio.

Constantinus ad patrem, propter Diocletiani insidias, reuertitur. CAPVT XIIII.

QVem * quidem cũ illi qui tum rerum potiebantur, adolescentẽ generosum esse, robustum, procerum, excelso & erecto animo præditum animaduerterẽt, † inuidia simul fuerunt & metu perculsi.x Qua re inducti, tempus opportunũ obseruant sedulò, quò graui aliqua contumelia eum afficiant. Quod quidem adolescens animaduertẽs (siquidẽ Dei nutu insidiæ contra illum comparatę, semel & iterum

Diocletianus Constantino adolescenti adhuc, insidiatus.

Constantinũ Diocletiano Deus mature eripit, vt patri mortuo sufficiat.

fuere perspicuè deprehẽsæ) fuga salutem quæsiuit: atque in ea re exemplum magni A
prophetæ Moysis est probè imitatus. Deus etiam omnia eius causa faciebat, prouidè prospiciens, vt in tempore præstò esset ad patri succedendum.

Constantij mors, Constantinum filium Imperatorem relinquentis.

CAPVT XV.

Constantij obitus. Prouerb. Constantius filij reditu recreatus.

EXtemplò enim vbi insidiarum machinas effugit, celeri gradu accessit ad patrẽ: & protinus post lõgum temporis interuallum, quo abfuerat, in eius cõspectum venit. Eodem momento patris Constantij vitæ exitus in acie nouaculæ, vt dicitur, constitit. Postquam autem filium ex insperato adesse vidit, exiliens è cubili, illum complexus est: atque illud quod sibi iam vitam edituro solum tristitiam attulerat (filij nimirum absentia) se ex animo iam eiecisse asseruit: precésque propterea cum gratiarum actione Deo obnixè fudit. Iam verò mortem pluris propè, quàm immortalitatem æstimare se dixit: ac tandem familiam suam résque vniuersas ordine dispensauit. Atque in medio filiorum pariter & filiarum, ipsum instar chori vndique cingentium, se statuens, & in ipsa regia, inque regio cubili decumbens, regni hæreditate filio, qui reliquos ætate anteibat, communi lege naturæ tradita, decessit è vita.

Vide Niceph. lib. 7. cap 19. Cõstantius teste Eusebio in Chron. anno Christi 308. Imperij sui 16. obiit Eboraci in Britannia.

Testamentũ Constantij morientis.

Quónam pacto Constantij funere elato, exercitus Constantinum Augustum salutauerit. CAPVT XVI.

Constantinus Imp. patri succedit, sumpta eius purpura.

NEque tamen propterea Imperium Imperatore destitutum permansit: quippe Constantinus paterna purpura indutus, prmùm è paternis ædibus egressus est: & patrem, tanquam à mortuis ad Imperium regendum denuò reuocatum, suo ipsius vultu & effigie omnibus repræsentauit. Deinde magna paternorũ amicorum turba eum comitante, funeri præiuit † patremque produxit: quinetiam populi infinita multitudine, militúmque cõstipanti agmine partim antecedentium, partim subsequentium, genitorem sanctissimum cum omni splendore & maxima pompa B
extulit: faustis acclamationibus, suaui hymnorum concentu, omnes beatissimum illum celebrant: & consentientibus animis filium iam in Imperij gradu locatum, patrem ad vitam quodammodo reuocasse existimant. Extemplò igitur secundo & prospero applausu nouum Regem, Imperatorem & Augustum, ipsa prima voce contentius prædicant. Quibus acclamationibus tam auspicatò in filium editis, patri mortuo nonnihil ornamenti allatum est: filium cuncti beatum putant, qui talis patris fuit successor declaratus: omnes gentes quæ ipsius obsequebantur imperio, incredibili lætitia efferuntur, & gaudio penè inexplicabili propterea complentur, quòd illustri & præclaro Imperatore ne breuissimo quidem temporis momento caruissent. Hunc morum vitæq; piè & religiosè ad virtutem institutæ exitum esse, in Imperatore Constantio, vniuerso generi mortalium, qui nostra memoria vixerunt, Deus euidenter monstrauit.

Ad ea que acta Constãtini post hæc cõcernunt, refer Nicephor. c. 3. lib. 8. sic vt eiusdem libri cap. 2. ad ea quæ concernunt acta, imperium concernentia. † Vide annot. pag. 111. lat. 2. lin. 14.

Constantij funus.

Imperator salutatus Constantinus.

Vitæ piæ præmia.

Interitus tyrannorum compendiaria commemoratio. CAP. XVII.

Flagitiosorũ memoria non est celebrãda. Tyrannorum calamitosus exitus.

FInem autem vitæ aliorum, qui Dei ecclesias bellico quodam more & modo exagitarint, minimè consentaneum iudicaui, quem præsenti sermoni mãdarẽ: neque bonorum memoriã, eorum appositione qui secus se gesserint in vita, omnino debere contaminari. Rerum enim experientia, illis solum qui ipso oculorum obtutu calamitates cuiúsque tyranni aspexerint, quíque earundem cognitionem auribus acceperint, satis videtur esse ad vitam modestius deinceps sanctiúsque moderandam.

Quòd diuino consilio Constantinus Imperium consequutus sit.

CAPVT XVIII.

Constantinus Dei solius arbitrio ad Imperium delectus.

SIc igitur Constantinum talis parentis satu editum, principem & Imperatorem, Deus omnium author, & totius mũdi gubernator, suo solum atbitrio delegit: co

A eo consilio, vt cùm alij omnes Imperatores hominum suffragiis ad eum dignitatis gradum ascendere consueuerint, de hoc Imperatore solo ad honorem efferendo, nemo mortalis omnino glorietur.

Constantini de Barbaris & Britannis victoriæ. CAP. XIX.

†Coniunge c.5. & 6. initial. 4. supr. hoc lib. cap. 6.

ITaque † vt primùm fuit in regni solio tutò locatus, Imperij portioni, quam rexisset pater studiosè prospexit: commodísque omnium gentiũ, quarum dominatum pater antè tenuisset, summa cum humanitate & clementia assiduè consuluit. Omnia autem Barbarorum genera, circa fluuium Rhenum, & Oceanum versus Occidentem incolentia, quæ audacia & temeritate impulsa seditionem conflassent, penitùs repressit: & ex indomitis immanitatéque efferatis mansueta effecit, & ratione tractabilia. Alia verò, quorum animos adeò insanabiles animaduertebat, vt ad vitã quietè placidéque degendam nullo modo viderentur posse traduci, seclusit ab Imperio, & tanquam agrestes belluas è patriæ finibus prorsus exturbauit. Istis ratione & consilio ab eo ritè compositis, reliquas orbis partes ante oculos proponens, tandem traiecit ad Britannos, Oceani littoribus vndique conclusos. Quos cùm vicisset, alias mundi partes animo complecti cœpit, vt his qui opis indigerẽt, subsidio maturè veniret.

Barbari domiti ad Rhenũ & Oceanum siti.

Britãni à Cõstantino vict.

Constantini studium de Roma à Maxentij tyrannide liberanda. CAPVT XX.

Item Eccles. Hist. l. 10. ca. 9. Item hoc li. cap. 39. Huc refer. Nicephor. ca. 29 30. lib. 7. Vide locos notatos ad c. 26. lib. 8. Euseb. supra.

DEinde in vniuersum totius mũdi ambitum, tanquam in corpus quoddam immensum, aciem mentis intendens, & ciuitatem illam quæ quasi caput mundi est, totiúsque Romani imperij moderatrix, tyrannis in seruitutẽ datam perspiciens, primum eius in libertatem vindicãdæ potestatem, illis qui reliquas Imperij partes procurabant, vtpote eum honoris gradum ante ipsum adeptis, permisit. Verùm vbi nullus eorum illi malo remediũ potuit afferre, sed qui periculum facere in animum inducebant, turpem habuere exitum: ipse nec vitã sibi vitalem fore dixit, si B ciuitatem omnium dominam & reginam ita ægrè affectam & afflictam esse pateretur: & propterea ea parare sedulò studebat, quæ videbantur ad delendam tyrannidem spectare.

Roma mundi caput.

Studium Cõstantini erga Romam vindicandam.

Quòd Constantinus, dum secum eidololatrarum cædes animo reuolueret, Christianismum potius amplectebatur. CAP. XXI.

AC cùm accuratè ratione animóque lustrando comperisset, propter maleficas & fallaces magorum præstigias à tyranno studiosè conquisitas, multo firmiore præsidio sibi opus esse, quàm quod res militaris suppeditare soleret, Deum quæsiuit sibi adiutorem: ratus auxiliis quæ ex armis & militum manu petuntur, vix secũdas tribuẽdas: at quæ sunt ex Deo, nec viribus expugnari, nec vlla frangi violẽtia posse. Mente igitur diligenter complexus est, quísnam Deus sibi in subsidium esset asciscẽdus. Ac quærenti illi talis subiit cogitatio, eorũ qui antea Rempub. attigissent, plerunque omnes suam spem in deos complures conieciſſe, eósque victimis & monumentis coluisse: ac primùm diuinationum inuitamẽtis, deinde oraculis, quæ fausta fœliciáq; auspicia ipsis denunciabant, in fraudem inductos, infœlicem reperisse exitum, & planè calamitosum: neque quenquam deorum vel benignè illis opem tulisse, vel prohibuisse quò minus infanda internecione cœlitùs inuecta opprimerentur. Solum eius patrem ad contrariã viam, & eorum institutis longè dissimilem diuertisse: eorum condemnasse errorem: ipsum solum Deum, omnium rerum administratorem, toto vitæ spatio, obseruãtia veneratum esse: cúmque cõseruatorem & custodem regni, omnísque boni largitorem comperisse. Ista cùm secum exquisitè in vtranque partem versaret, iudicióque sedulò expenderet, quemadmodũ illi deorum multitudine confisi, in varias clades & exitia incidissent, adeò vt nec generis, nec sobolis, nec stirpis, nec nominis, nec memoriæ vel vestigium quidem inter homines esset relictum: & qua ratione Deus patris sui euidentia variáque suæ virtutis & potentiæ indicia ei dedisset, atque adeò illi, qui iam antea contra tyrannum

Dei auxiliũ præstantissimum.

Exemplorum comparatione Constantinus idololatriam relinquens Christianismum amplectitur.

Deorũ multitudine confisos cõfundi. Deo vni, rerũ omnium conditori, fidẽdũ.

iniissent, spéque in deorum multitudine locata, aciem cõtra hostem instruxissent, ad turpem exitum essent perducti. alter enim infecta re, cum ignominia à prælio discessit: alter in ipso medio exercitu trucidatus, tanquam superuacanea mortis accessio factus est. ista, inquam, omnia cùm mente tanquam in vnum collegisset, in diis, qui non sunt, colendis tantam inanitatem consectari, póstque periculum factum cæco errore duci, summæ putauit essè dementiæ: Deúmque, quem pater sanctè adorasset, solum obseruandum colendúmque statuit. A

Quomodo orante circiter meridiem Constantino, Deus visionem in cœlo ostenderit, crucem videlicet de lumine fabricatam, ac præterea inscriprionem cohortantem. IN HOC VINCE.

CAPVT. XXII.

Miraculũ visa sibi crucis ipse Constantinus Euse. retulit.

* Huc refer Nicephor. ca 29. lib. 7. coniunge locos illos qui sunt notati infra ad cap. 2. lib. 5.

QVocirca * huius opem precibus implorauit, hunc orauit, hunc obtestatus est, vt tum quínam esset, ipsi vellet significare: tum rebus quas apud animum proposuisset, dexteram velut adiutricem porrigere. Imperatori igitur ista precanti, obnixéque flagitanti, visio quædam diuina, & in primis admirabilis apparuit: quàm si quis fortè alius dixisset, nõ tam facilè hominibus potuisset persuaderi. verùm cùm Imperator ipse victor, nobis ipsis qui hãc historiã iã literis persequimur, lõgo tempore pòst, cùm notitia eramus & familiari colloquio ab eo dignati, narraret, & sermonem iureiurando confirmaret: cui dubium esse poterit, quin sit rei ita commemoratæ fides omnino adhibenda: præsertim cùm tempus postea consequutum, ratum orationi testimonium dederit? Cùm iam sol ad medium cœlum ascendisset, die in pomœridianum tempus paululum inclinante, dixit se crucis signum ex lucis splendore figuratum, in ipso cœlo soli imminens manifestò oculis aspexisse, inq; eo inscriptionem consignatam, quæ hæc verba complectebatur, In hoc vinces. Admiratio ingens ipsum & totum exercitum, qui eum quópiam iter facientem comitabatur, atque adeò huius prodigij spectator factus erat, incessit. B

Crucis signum in cœlo exhibitum Constantino.

Quòd Christus Constantino per quietem visus, similem cruci effigiem fabricare, ac in bellis vti iubebat.

CAP. XXIII.

Christus in somnis apparens, crucis signo Constantinus in præliis vti iubet.

Vide Nicephor cap. eodem.

SE dubitatione admodum intra se distrahi, quid tandem illud ostentũ sibi vellet, asseruit. Atque eum diu multúmque de eo cogitantem, oppressit nox. Ibi ei dormienti Christum Dei cum signo in cœlo monstrato visum esse, præcepiséque, vt exemplari ad imitationem illius signi quod in cœlo apparuerat, fabricato, eo tanquam præsidio in præliis cum hostibus committendis vteretur.

Crucis effigiei fabricatio. CAP. XXIIII.

Imaginẽ crucis in cœlo visæ fabricatam Constantinus Eusebio ipse exhibuit.

Vide Nicephor. cap. eodem.

† Vide annot. pag. 112 lat. 2. lin. 6.

ILle, simulatque dies illuxit, surgens, primùm arcanum illud visum amicis exponit: deinde artificibus, qui aurum & lapides pretiosos affabrè sculpere norant, accersitis, medio inter illos loco assidet, verbis signi describit effigiem, eam auro & lapidibus pretiosis imitatione adumbrare mandat. † Quam quidem effigiem, contigit vt nos oculis olim contemplaremur. ipse enim Imperator, Deo illud largiente, eam nobis ostendere dignatus est.

Descriptio vexilli instar crucem fabricati, quod nunc Romani labarum appellant. *CAP. XXV.*

Vexilli Constantini descriptio.

Corona.

Vide Nicephor. cap. eodem.

ERat autem tali figura fabricata. Hastile oblongum, erectúmque, auro vndique obductum fuit: quod cornu habuit transuersum ad formam crucis constructũ. Supra in fastigio ipsius operis, corona affixa, lapidibus pretiosis, & auro politè circũtexta. In ea salutaris appellationis Seruatoris nota inscripta, duobus solum expressa elemẽtis: id est, duabus primis literis nominis Christi (erat enim litera ρ in ipso medio literæ χ curiosè & subtiliter inserta) quæ totum Christi nomen perspicuè significarunt. Quas quidem literas deinceps semper Imperator in galea gestare consueuit. Ad cornu illius particulæ, quæ ex transuerso erat per hastile traiecta, velamen

Velamen.

quoddam

A quoddam pertenuè appenſum adhæſit,regalis videlicet & magnifica textura, mirabili varietate lapidum pretioſorum artificioſè coniunctorum, luciſque ſuæ claritate pulchrè reſplendeſcentium depicta, & multo auro intertexta: quæ dici non poteſt, quantam ſpectatoribus ob ſuam pulchritudinem excitarit admirationem. Iſtud igitur velamen ad cornu affixum,longitudinis latitudiniſq; crucis menſuram penitùs exæquauit.Oblongum verò & erectum haſtile in ſublimi appenſum,cuius pars inferior verſus baſim lõgiùs ducta fuit,ſub ipſum crucis inſigne ad texturæ diſcurrentis fimbrias,auream pij Imperatoris pariter ac liberorum ſuorum effigiem, ad pectus vſque concinnè deſcriptam cõtinuit.Iſto igitur ſalutari ſigno Imperator, tanquam hoſtilis cuiuſque & infeſtæ violẽtiæ propugnaculo, ſemper vſus eſt. Cuius expreſſæ ſimilitudines,mandauit vt vniuerſum exercitum perpetuò antecederent.

Haſtile.

Effigies Conſtantini & liberorum.

Quomodo Conſtantinus Chriſtianorum myſteriis inſtructus, ſacris literis operam dederit CAPVT XXVI.

VErùm iſta paulò pòſt acciderunt.Tempore autem ſuprà commemorato,Conſtantinus admirãda illa viſione obſtupefactus,nullum alium Deum,quàm qui ipſi apparuiſſet,colendũ eſſe ſtatuẽs,ſacerdotes & profeſſores religioni & verbo illius initiatos accerſit:quis eſſet Deus ille ſciſcitatur:quid etiam ſibi vellet viſio illa, quæ de ſigno fuiſſet ipſi patefacta.Hi hunc Deum, reſpondent, Dei vnius ac ſolius vnigenitum filium eſſe: ſignũ autem quod apparuerat, immortalitatis notam eſſe, trophæúmque victoriæ illius de morte reportatæ, quam olim, cùm in terra verſabatur,fuiſſet aſſecutus.Cauſas etiam docent eius aduentus,accuratámque illius inter homines œconomiæ rationem ei ſuggerunt. His rationibus quanquam probè erudiebatur ille quidem, viſionis tamen ipſius oculis ſubiectæ adhuc tenebatur admiratione: Atque tandem, vbi cœleſte viſum cum ſacerdotum interpretatione contulerat,animo confirmatus fuit:pro certo perſuaſus,earum rerum cognitionem ſibi diuinitùs oblatam eſſe,ac propterea in diuinam ſacrarum literarum lectionem iam omni cura & cogitatione incumbere ſecũ decreuit. Itaque primum Dei ſacerdotibus ſibi tanquam aſſeſſoribus aſcitis,ſtatuit Deum, qui ipſi apparuiſſet,omni genere cultus & obſeruãtiæ venerari. Deinde ſpe bona in illo poſita firmè munitus,decæterò permagna cupiditate ferebatur,ardentes incendij tyrannici faces, ad terrorem intentatas,penitùs extinguendi.

Conſtantinus ſacerdotes & verbi diuini profeſſores cõſulit.

Signum Conſtantino oblatum, Chriſti trophæum.

B

Incumbit ſacris literis.

De adulteriis Maxentij,Romæ perpetratis. CAP. XXVII.

ETenim qui vrbem omnium reginam vi & armis occupaſſet, tãtum iam ſcelere & impietate proceſſerat, vt nullum audax, nullum nefarium & impurum facinus omninò prætermiſiſſe videretur. † Nam coniuges legitimas vi à viris abſtraxit, eáſque turpiſſimè oppreſſas violatáſque ad viros remiſit: idq; petulanter & contumelioſè admiſit non in ignobiles aut obſcuros, ſed in eos,qui in ſenatu Rom.facilè primas tenuerunt. Et quamuis infinitas ferè liberas & ingenuas mulieres per vim flagitioſè violaſſet, nullo modo tamen poterat intemperantem & effuſam animi ſui libidinem explere. Poſtquam autem in Chriſtianas mulieres cæca cupiditate ferri cœpit, non potuit omninò per ſuos prouidere, quò facilis ſibi ad eas patêret aditus. Nam illæ citius vitam cum morte commutare volebant, quàm corpus ei violandum permittere.

Huc refer Nicephori ca.21. lin.7. Ad plenam Maxentij hiſtoriam, vide locos notatos ſuprà apud Euſeb. li.8. cap.26.

† Vide annot. pag 122. lat. 2 lin.6

Maxentij libido inexplebilis.

Chriſtianorũ mulierum continentia.

Quonam pacto vxor præfecti, propter tuendam pudicitiam, mortem ſibi conſciuerit. CAP. XXVIII.

EX quibus vna, eáque verè Chriſtiana, viro ordinis ſenatorij, qui præfecturam Romanorum gerebat,in matrimonio collocata,vbi illos,qui in talibus flagitiis tyranno ſubſeruire conſueuerant, pro foribus ædium adeſſe, & virum ſuum metu adductũ,illis,vt prehenſam abducerent,præcepiſſe accepit,exiguo temporis ſpatio poſtulato, quo corpus conſueto apparatu decenter ornaret,in cubiculum ingredi-

Vide ſupra lib.8.c.27. Niceph.lib. 7.cap.26.

Coniugalis fidei exemplũ. tur. Quæ cum sola esset, gladio transfigit pectus, statimq; mortua concidit, cadauere perductoribus relicto. Quæ reuera omnibus hominibus, tum qui iam sunt, tum qui post futuri sunt, rebus ipsis, quæ multo plus habent ponderis ad fidem faciendã, quàm verba, perspicuè declarauit, celebrem illam & multorum sermonibus nobilitatam Christianorum continentiam, rem esse solam, quæ nec libidine expugnari, nec flagitio perimi labefactaríve possit. Atque ista se talem & tam illustrem ostendit. A

Christianorũ continentia inexpugnabilis.

Populi Romani, authore Maxentio, cædes. CAP. XXIX.

HVius Imperatoris igitur metu, qui eiusmodi facinora consciscere non dubitauit, omnes, non populus modò, sed etiam magistratus, non nobiles, sed ignobiles, grauiter perculsi, acerbo tyrannidis iugo premebantur. Neque tamen illis, licet pacatè & tranquillè se gerentibus, asperámque ferentibus seruitutem, vlla à tyranni crudelitate in ipsos grassante omninò extitit liberatio. Nam quodam tempore, exigua & leui de causa, populum satellitibus suis nefariè trucidandum obiecit. Ac populi Romani infinita propè multitudo, in ipsa media vrbe, non Scytharum, aut Barbarorum, sed suorum ciuium hastis & armis cuiúsque generis miserè interfecta fuit. Quanta autem senatorum cædes, propter opes & facultates suas, fuerit per insidias patrata, dum aliàs aliæ criminationes in eos, qui neci dabantur, falsò confictæ essent, ne dicendo quidem explicari potest.

Maxentij in p.p. Rom. tyrannis. — Vide Nicephor. lib. 7. cap. 21.

Maxentij rabies in omnis ordinis homines.

Incantationes Maxentij, & alimentorum penuria Romæ. CAPVT XXX.

AD extremum verò, tyranni scelera ad magicæ artis delabebantur præstigias. Quippe interdũ mulieres grauidas dissecuit: nonnunquã tenerorum infantium viscera perscrutatus est, aliquando mactauit leones: sæpè infandas adiurationes ad dæmones excitandos, quò illorum subsidio belli impetum abs se auerteret, vsurpauit. Nam horum adiumentis sperauit se victoria facilè potiturum. Sic igitur, qui Romæ exercuit tyrannidẽ, dici non potest qualia patrando subiectos in seruitutem redegerit: adeò vt iam in tanta támque extrema alimentorum ad vitam necessariorum egestate, inopiáque constitueretur, quantam non aliàs Romæ extitisse, homines nostri temporis affirmant. B

Maxẽtij præstigiæ, quibus victoriam se consecuturum confidebat. — Vide Nicephor. cap. 7. lib. 19.

Annonæ caritas Romæ.

Copiæ Maxentij in Italia fusæ. CAP. XXXI.

QVare his rebus omnibus ad misericordiam inductus Cõstantinus, omni apparatu militari se ad delendã tyrannidem armauit. Atque Deo omniũ moderatore sibi patrono ante oculos proposito, & Christo seruatore, adiutoreq; inuocato, & salutari signo tanquã victoriæ trophæo ante armatos suos & satellites collocato, cum toto exercitu procedit, Romanis libertatem, quam à maioribus accepissent, recuperaturus. Cùm verò Maxentius machinis præstigiarum magis quàm subiectorum beneuolentia confideret, & nullo modo extra portas ciuitatis egredi ausus esset: & omnem locum, agrum, & ciuitatem etiam, quæ ipsius subiiciebatur Imperio, ingẽti armatorum multitudine, & infinitis copiis muniuisset: Imperator Constantinus Dei auxilio nixus, primam, secundam, & tertiam tyranni aciem adoritur: & omnibus primo impetu perfacilè subactis, vniuersam propè Italorum peragrat regionem, adeò vt iam quamproximè Romam aduentaret.

Boni principis est subditos à tyrannide liberare. — Vide Nicephor. lib. 7. cap. 29.

Constantini contra Maxentium expeditio, & victoria.

Constantinus Romã aduentat.

Maxentij interitus in ponte Tyberis. CAP. XXXII.

DEinde ne, dum tyrannum obsideret, etiam Romanos ipsos oppugnare cogeretur: Deus ipsum tyrannum, tanquam catenis quibusdam ex vrbe extrahit, longóque interuallo à portis constituit: & opera sua, iam olim contra impios edita,[1] inque Sacris literis tanquam in tabulis inscripta (quæ quamuis fabulæ loco apud plerósque habeantur, fideq; careant, tamen pro certo creduntur) reipsa omnibus, vt cõprehendam breui, tam infidelibus quàm fidelibus, qui has res gestas tam admirabiles ocu-

1 Vide annot. pag 123. lat. 2 lin. 1.

Dei cõtra impios admirãda opera.

Vide eandẽ hãc historiã iisdẽ verbis descriptam supra lib. 9. cap. 8.

A les oculis aſpexerunt, vera eſſe confirmauit. Quemadmodum enim ipſius Moyſis & antiquorum ac piorum Hebræorum temporibus, currus Pharaonis, eiúſque copias deiecit in altum, & delectos aſcenſores ſatellitéſque regios in mari rubro demerſit, [2] ſic & Maxentius, quique cum eo erant armati & ſtipatores, velut lapis in profundum Tyberis gurgitem præcipites deciderunt. Nam cum tyrannus, Dei virtute Conſtantino opem ferente, terga dediſſet, & in fuga flumen ex aduerſo obiectum (in quo lintribus iunctis, & ponte artificioſè fabricato, machinam, qua Conſtantinum adeò Deo charum è medio ſublaturum ſperauit, ad ſuum ipſius interitũ conſtruxerat) traiicere cœpiſſet, Deúſque Conſtantino benignus præſtò tuliſſet auxilium: & tyrannus eius ope deſtitutus, clandeſtinas & occultas machinas miſer contra ſeipſum fabricaſſet (adeò vt illud commodè in ipſum dici poſſit, Lacum aperuit, & effodit eũ, & incidet in foueã quàm fecit: Cõuertetur labor eius in caput eius, & in verticẽ ipſius iniquitas eius deſcendet) tũ Dei nutu, machinarũ in pontis iunctione collocatarum, & fraudis in eiſdem latitantis tranſitus, tempore minimè ſperato ſubſidit, ruítque, ac de improuiſo lintres cum ipſis viris in altum gurgitem præcipitati ſunt: † ipſeq; infœlix primus, deinde ſatellites eius & ſtipatores (ſicut diuina loquuntur oracula) in rapidum flumen tanquam plumbum dilapſi: vti Conſtantinus cum ſuo exercitu Dei pręſidio victoriam aſſecutus, meritò ſanè, licet non verbis, re tamen ipſa, ſimiliter cum Iſraëlitis & egregio Dei famulo Moyſe, eadem ipſa, quæ ille olim contra impium tyrãnum Pharaonem ceciniſſet, ſic quodammodo ſuaui cõcentu fuderit, dixerítq;: Cãtemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt: equum & aſcenſorem deiecit in mare: adiutor & protector factus eſt mihi ad ſalutem. Et quis ſimilis tibi in diis Domine, qui ſimilis tibi? Glorioſus in ſanctis, admirabilis, & præclarè faciens prodigia.

Exod. 14.

2 Vide annot. ibid lib. 4.

2 Maxentij interitus, ad exemplũ Pharaonis.

Pſalm. 7.

Acta ſunt hæc apud põtem Miluium anno Chriſti 316.

Exod. 15.

† De hac victoria Prudentius ita cecinit.

Teſtis Chriſticolæ Ducis aduentantis ad vrbem
Miluius, exceptum Tiberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans, quænam victricia viderit arma
B *Maieſtate regi, quo ſignum dextera vindex*
Prætulerit, quali radiarint ſtemmate pila.
Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro,
Signabat labarum, clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.

De Conſtantini in vrbem Romam introitu: & de ſtatua eius, crucem in manu continente, & eiuſdem inſcriptione.

CAPVT XXXIII.

Vide Niceph. lib. 7. cap 30. de reliquis imaginibus & inſcriptionibus Conſtant. vide infra lib. 3. cap. 3. lib. 4. cap. 15. 73.

CONſtantinus igitur, cum iſta aliáque eiſdem germana ac ſimilia Deo omnium duci, & authori victoriæ, eximium Dei famulum Moyſen imitatus, ceciniſſet: in vrbem, quæ omnium regina eſt, cum triumpho & celebri pompa ingreditur. Ibi tum frequentes, tam qui ex ſenatorio ordine, quàm qui aliis dignitatis ornamentis ibi clari erant & eximij, tanquã ex ſeruitutis cuſtodia liberati, cum vniuerſo populo Romano, læto oculorum obtutu, lubentibus animis, fauſtis acclamationibus, & inſatiabili gaudio eum exceperunt. viri etiam cuiuſque generis, vnà cum mulieribus, liberis & infinita famulorum turba, illum liberatorem, conſeruatorem, & beneficum patronum ingenti clamore prædicarunt. At ille, vtpotè pietate in Deum, tanquam naturaliter mẽti inſita imbutus, non applauſu illo populari & ſtrepitu inſolenter ſe iactãs, non laudum elatus præconio: ſed præſidij à Deo allati admodum conſcius, extemplò preces cum gratiarum actione authori victoriæ impertiit: atq; illuſtribus inſcriptionibus columelliſq; erectis, omnibus hominibus ſalutaris Chriſti ſigni virtutem promulgauit: inque vrbe media, quæ præ cæteris principem locũ facilè obtinet, ingens iſtud trophæum contra hoſtes erexit: & hoc ſalutare ſignum characteribus, qui nullo modo deleri poterant, in eo inſculptis, Romanorum, aliorúmque omnium Imperio ſubiectorum propugnaculum eſſe demõſtrauit: palámque omnibus propoſuit ad intuendum. Ac ſtatim vbi erectum haſtile, ad formam

Conſtantinus quanto populi Rom. applauſu exceptus.

Conſtantinus Deo acceptos fert ſucceſſus ſuos.

Conſtantini ſtatua qualis in media vrbe Romæ erecta.

crucis in manum propriæ imaginis in statua expressæ insertum, Romæ in loco celebri, ac multum à populo frequentato, locatum fuit, hanc inscriptionem latino sermone in eo mandat incidere: A

Statuæ Constantini inscriptio.

HOC SALVTARI SIGNO, VERÒ FORTITVDINIS INDICIO, CIVITATEM VESTRAM TYRANNIDIS IVGO LIBERAVI, ET S. P. Q. R. IN LIBERTATEM VINDICANS, PRISTINÆ AMPLITVDINI ET SPLENDORI RESTITVI.

De prouinciarum exultatione, & Constantini donationibus.

CAPVT. XXXIIII.

Communis omnium & publica lætitia.

Vide Nice. lib.7 ca.30. Coniunge seq. ca.1. & li.4.cap.1. 2.3.4. Sozom.lib. 2.cap.32. Eufeb.lib. 10.cap.6.

Plus igitur Imperator ita crucis victricis confessione nobilitatus, cum magna dicendi libertate filium Dei ipsis Romanis palàm diuulgare cœpit. Omnes igitur omnino, qui ciuitatem incoluerũt, tam Senatus, quàm populus, velut acerbo & tyrannico dominatu leuati, clarioribus lucis radiis frui visi sunt, & nouo nouæ cuiusdam & quasi renascentis vitæ modo rationéque potiri. Ac gẽtes vniuersæ, quæ oris Oceani ad occasum vergentis circundantur, prioribus malis quibus implicatæ tenebantur, liberatæ, insignem dierum festorum celebritatem lætis animis agentes, Constantinum victorem, pium, ac communem omnium patronum eximiè prædicarũt: dixerúntque vna voce, vnóque ore omnes, illum tanquam commune quoddam bonum, hominibus Dei benignitate & clementia donatum, illuxisse. Imperatorium porrò passim diuulgabatur edictum, quod quidem & his, qui erant fortunis suis spoliati, concessit authoritatem rebus suis & facultatibus potiundi: & eos, qui iniquum exilium perpessi fuissent, ad proprios lares reuocauit: alios item vinculis, omníque periculo ac metu, quibus per tyranni crudelitatem vexabantur, penitùs eripuit.

Edictū Constantini de reuocandis exulibus & restituendis eorum bonis.

De honore episcopis delato, & ecclesiarum exædificatione.

CAP. XXXV.

B

Constantini erga ecclesiarum præsides obseruantia.

Vide Nice. lib.7.ca.41.

Ipse porrò Imperator Dei ministros accersere, cultu & obseruantia honorificè complecti: & tum re, tum verbis, tanquam viros Deo suo consecratos, humanitus excipere, & maxima beneuolentia prosequi cœpit. Quippe licet homines fuerint, ipsius formæ habitu ad aspectum abiecti, ab eo tamen non eius generis existimati sunt: sed quia non hominem, qui sub aspectum oculorum cadit, sed Deum ipsum, qui in eorum animas insidebat, considerare visus est, illos suæ mensæ effecit participes. Illos, quocunque iter capiebat, secum duxit: atque ea de re Deum, quem sanctè colebant, sibi credidit fore propitium. Porrò Ecclesiis copiosa suppeditare subsidia, * templa in sublimè erecta exædificatáque adaugere, plurimis monumentis augusta ecclesiæ sacraria illustrare, varia pecuniarum largitione egentium inopiam subleuare.

Eiusdem liberalitas in ecclesias.

** Vide annot. pa. 124. la.1.lit.18.*

De Constantini in pauperes munificentia.

CAPVT XXXVI.

Const. in pauperes & peregrinos munificentia.

Vide Nice. lib.7.ca.34.

Exteris prætereà, qui illum adibant, benignum & liberalem se præbere. Miseris etiam & abiectis, qui in foro & plateis palàm mendicabãt, non pecunias solùm & res ad victum necessarias, sed etiam decentem corporis vestitum subministrandũ curare. Illis quoque, qui prima ætatis tẽpora fœliciter traduxissent, & prosperè post tamen graui vitæ facta mutatione, in res asperas afflictásque incidissent: lautiora vberioráque vitæ subsidia impertire, & beneficia magnifica, animóque verè regio digna conferre. Quorum nonnullis agrorum donare possessiones: alios variis dignitatis ornamentis cohonestare. Quos autẽ orbitas miserè afflictauit, eos patris curare loco: viduas mulieres omni ope destitutas recreare, propriáque ac sua prouisione illis sedulò prospicere. Eodem modo etiam puellas parentibus orbas, & ab eorũ auxilio desertas iam, viris sibi notis & locupletibus matrimonij vinculo iungere: istáque præstare, eas res largè & liberaliter nuptiis suppeditando, quæ illarum viris in

In viduas & puellas.

A viris in nuptiis contrahẽdis essent necessariò conferẽda. Quemadmodũ sol supra terrã oriens, omnibus claros sui luminis radios affatim profundit: sic Constantinus simul cũ solis ortu in regiis ædibus apparens, & tanquã cum luminari illo celesti pariter illucescens omnibus qui in ipsius aspectũ prodibant, eximium suæ singularis probitatis, splendorem & claritatẽ exhibuit. Neque quisquàm certè ad eum aduẽtauit, qui non aliquo bono potitus sit: neque eos spes bona frustrata est, qui ab eo aliquid expectarent auxilij.

Quomodo vnà cum episcopis, Conciliis interfuerit.

CAPVT XXXVII.

ET quanquam communiter erga omnes se talem præstitit: tamen Ecclesię Dei eximiam & peculiarẽ curam adhibens, cum quidã inter se in diuersis locis dissensione discordarent, tanquam communis episcopus à Deo constitutus ministrorum Dei coëgit concilium: & in media istorum frequentia ac congressu adesse, & vnà considere non dedignatus, rerum in deliberationem vocatarum se fecit participem: easque res, quæ ad diuinam pacem spectabant, omnibus procurauit. In medio consessu, quasi vnus è multis assedit: & quoniã Dei timore vndique septus fuit, & amicis fidelibus maximéque beneuolis circummunitus, primùm satellites amouit abs se, & totam stipatorum turbam. Deinde quos ex episcopis meliori menti consilioque obsequentes, & ad quietam & tranquillam animorum consensionem propensos animaduerteret, eos vel maximè approbauit, seque declarauit ex communi omnium cõcordia maximam lætitiam percipere: eos autem, qui animis essent obstinatis, magnopere detestatus est.

Concilia episcoporũ cogere & iisdem interesse solitus Constantinus

Concordiæ amans Constãtinus.

Insipientes quo pacto tulerit. CAP. XXXVIII.

IAm verò quosdam sua spontè acerbè incitatos, toleranter & moderatè tulit: placido & mansueto sermone hortatus, vt modestè se gerere, ac neutiquam seditionem concitare studerent. Ex quibus alij eius adhortationes cum reuerentia amplexati, discesserunt: alios, quorũ animi ad modestiã videbantur propè insanabiles, Deo curandos permisit, ac nihil omninò contra quemquam mente cõcepit acerbitatis. Inde, vt est veri-B simile, seditiosi in Africa eò audaciæ fortè proruperũt, & crudelitatis, vt facinora nefaria molirentur, dæmone (vt videbatur) affluentiam præsentium bonorũ Christianis inuidente, virosque ad absurdos & importunos conatus instigante quò Imperatoris animum contra eos commoueret. Verum inuido illi res parum processit ex sententia quandoquidem Imperator ea quæ gesta erant, pro ridiculis putauit: inquiẽs, se perditi dæmonis impulsionem facilè intellexisse. * Nam facinora illa non modestorum & sobriorum hominũ esse, sed eorũ, qui vel mente penitùs excidissent, vel essentia improbi & impij dæmonis tanquam œstro perciti: quos cõmiserari oportere potiùs, quàm supplicio afficere, asseruit. Vt enim, inquit, summæ clementiæ est, eorum vicem dolere: sic hominibus, cùm mente capti sunt, pœnas infligere, extremæ dementiæ est, & inscitiæ.

De episcopis seditiosis quid statuerit Constantinus.

*Vide annot. pag. 124. lat. 2. lin. 7.

Hæreticos cõmiserandos esse potius, quã supplicio afficiendos.

Victoriæ eius in Barbaros. CAP. XXXIX.

Vide supra hoc lib. ca. 19. Euseb. hist. Eccle. li. 10. ca. 9.

AD hunc modum Imperator Deum omnium contemplatorem, in omni re gerenda religiosè veneratus, effecit, vt cura quam susceperat de ecclesiis, nulla offensione minui labefactariue potuisset. Deus igitur, quò illum abundè compensaret, omnia Barbarorum genera adeò eius quasi pedibus substrauit, vt contra inimicos illustria victoriæ trophæa vbique erigeret. Illum curauit victorem apud omnes prædicandum, hostibus & aduersariis terribilem) cùm natura sua non talis ille quidem, sed placidissimus, mansuetissimusque, si quisquam alius, atque adeò benignissimus existeret) planè constituit.

Constantini victoriæ de Barbaris.

Quomodo Maximinus, & alij nonnulli, quum insidias Constantino struerent, illi Deo reuelante patefacti sunt.

CAPVT XL.

Hoc refer' Nicephor. li. 7. ca. 20. 32. 37. 38. 39

CVi in hoc statu locato, alter eorum, qui imperium deposuerunt, mortem per insidias machinatus esse deprehensus, turpissima morte occubuit. Cui etiam ante mor-

Maximini in Cōstantinum insidiæ, & interitus.

tem, tanquam impio & nefario tyranno inſcriptiones honorificæ, ſtatuæ, & quæ ſunt de genere eodem, ad eius dignitatem illuſtrandam olim decretæ, vbique terrarum ademptæ fuerunt. Quo morte extincto, alij generis communione cum eo iuncti, qui clandeſtinas Conſtantino ſubdolè & veteratoriè ſtruebant inſidias, itidē prehenſi ſunt: idque Dei clementia, qui eorum omnium conſilia mirandum in modum famulo ſuo per viſiones quaſdam patefecit. Nam illum ſæpenumero diuino ſuo dignauit aſpectu, pérque diuinam viſionem ei res, quæ ſupra hominem putādæ ſunt, oſtendit, & varias prænotiones rerum ſuggeſſit futurarum. Miracula verò per Dei gratiam illi oſtentata, ne dicendo quidē exprimi poſſunt: neque oratione præterea quiſquam ea ſubſidia cōplecti valet, quæ Deus ſeruo ſuo ſuppeditare dignatus ſit. Quibus firmè ſeptus, reliquum vitæ curſum tutò & tranquillè traduxit: beneuolentia ſubiectorum eſt in primis lætatus: lætatus etiam, cum omnes ipſius ditionis parentes, vitam pacatam & tranquillam degere cerneret: lætatus denique maximè, cum Dei eccleſias gaudio & lætitia frui videret. A

Euſeb. ſupra lib. 8. cap. 18.

Conſtantini panegyris, quæ decimo regni eius anno celebrata eſt. CAP. XLI.

Panegyris decimo quoq. anno dicti.

CVi hoc pacto vitam tranſigenti, decimus Imperij ſui annus confectus eſt. In quo feſtos dies ſolennes & publicos celebrare: precèſque, quibus gratias ageret, tanquam ſacrificia quædam ignis & nidoris expertia, Deo omniū regi dicare cœpit.

Quomodo Orientem Licinius diuexarit. CAP. XLII.

Licinius perſecutionem in aula ſua cœpit anno Chriſti 320.

Huc refer Nicephor. ca. 44 li. 7. Ad hiſtoriā Licinij vide locos notatos ad cap. 8. lib. 9. ſupra.

ATque vt in his plurimum percepit oblectationis: ſic de illis, quæ in Oriēte magno cum tumultu & perturbatione geſta eſſe auditione acceperat, mœroris nō parū. Nam ei nunciatū eſt, belluam quandam immanem & ferocem illic tum Dei Eccleſiæ, tum reliquis prouincialibus inſidias tendere (quippe dæmon nefarios omnes ſuos neruos contendit, quò iis, quæ erant à pio Imperatore confecta, cōtraria prorſus perageret) vſque eò, vti imperium Romanum in duas partes diremptum, noctis tenebris & ſplendori diei omnibus perſimile videretur. Nam his, quæ Oriētē obtinebant, tanquam noctis caligo offundebatur: illis autem qui erant alteriùs partis incolæ, ſplendor clariſſimæ diei illuceſcebat. Quos tam infinitis bonis diuina prouidētia ſuppeditatis frui, neque diabolus inuidia exæſtuans, virtutíque infeſtus æquo animo ſpectare toleraréque: neque tyrannus, qui alteram orbis patrem opprimebat, omninò ferre potuit, qui quidem, cum Imperium ſibi proſperè ſuccederet, & Conſtantini tam eximij Imperatoris ſororem duxiſſet, relicta præclarorum hominum imitatione, perditos impiorum mores & inſtitutum æmulari cœpit: & quorum infœlicem vitę exitum oculis aſpexiſſet, eorum ſceleratam mentem ſequi maluit, quàm in firma præſtantioris viri amicitia acquieſcere. B

Imperij Oriētalis perturbatio.

Licinius Cōſtantini affinis.

Quomodo Conſtantino quoque Licinius perniciem machinari cogitauerit. CAPVT XLIII.

Licinij contra Conſtantinū bellum.

Niceph. li. 7. cap 4 li. 8 cap. 6. vide Socrat. lib. 1. cap. 2. Sozom lib. 1. cap. 2. Licinius ingratus erga Cōſtātinū.

ITaque nec legum amicitiæ, nec fœderum, nec cognationis, nec pactionum memoriam omninò animo tenens, bellum crudele & peſtiferum contra patronum ſuum mouet. Nam ſicut Conſtantinus, vt potè princeps humaniſſimus, verè beneuolētiæ erga illum oſtendit indicia, maiorum cognationis, regij ſanguinis antiquitùs ducti conſortem fieri voluit, † ſororem ei collocauit in matrimonium, liberam denique totius Imperij perfruendi poteſtatem tanquam cognato & collegæ regni tribuit: ſic ille contraria animo ſtatuens, contra meliorem præſtantiorémque hominem machinas comparauit: alióſque aliàs excogitauit inſidiarum modos, quò patroni ſui benefacta malefactis compēſaret. Ac primum amicitiam callidè & veteratoriè ſimulās, dolo & fraude egit omnia: & propterea, quæ temerè admittebat, clàm fore ſperauit. Cæterùm eius inſidias ex occultò ſtructas Deus famulo ſuo patefacit. Iſte igitur, ſimulac fuit in primis illis conatibus manifeſtò prehenſus, ad ſecundas fraudes ſe contulit: cœpítque interdum beneuolentiam & neceſſitudinem

Conſtantini ſoror Licinio nupta.

† Vide annot. 4. pag. 125. lat 1. lin. 17.

Licinij in Cōſtantinū inſidiæ detectæ.

præterexere,

A prætexere, nonnunquam fœderibus & iureiurando fidem facere, tum quasi derepentè decreta antiquare: rursus per legatos supplicare: iterum ex mendacij simulationibus turpi ignominiæ labe notatus, tandem bellum palàm indicere: ac mentis adeò temeritate & insolentia incitatus, decæterò ipsi Deo (quem Constantinum Imperatorem augustè venerari cognouit) se opponere.

Licinij technæ contra episcopos, & Conciliorum inhibitiones.

CAPVT XLIIII.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 44.

PRimùm enim contra Dei ministros, eius subiectos imperio, qui nunquam quicquam criminis contra Imperium admisissent, pedetentim tum, & dissimulanter, causas astutè & fallaciter confictas aucupari molitus est. Et cum nullũ crimẽ ipsi suppeteret, nec haberet, quod viris illis omninò posset obiicere legem promulgauit, qua quidem præcepit, vt neque episcopi inter se de rebus suis communicarent, neque cuiquam illorum copia esset aliquam ecclesiam in proximo sitam adeundi: neque conuẽtus, aut consilia, aut deliberationes de rebus ad ipsorum vtilitatem spectantibus instituendi. Atque hæc tanquam ansa illi fuit ad nos proteruè contumelioseque tractandos Aut enim legem violando, supplicio obnoxios esse oportebat: aut legis præcepto morem gerendo, Ecclesiæ ritus & instituta euertere. Nam magnæ & graues deliberationes de rebus controuersis susceptæ, non aliter possunt quã per rectam conciliorum administrationem ratione & via procedere. At reuera Dei hostis Licinius, quoniam Cõstantini pij Imperatoris institutis contraria moliri decreuerat, eiusmodi exequi contra nos mandauit. Nam vt hic sacerdotes Dei, quò honor illius quẽ sanctè colebant, illustraretur, ad pacem studuit & mutuã concordiam adducere: sic ille honesta disturbare machinatus, consentientem Ecclesię harmoniam disrumpere diuellereque contendit.

Licinij contra episcopos lex: veluti ansa grassandi in pios arrepta.

Conciliorum vsus.

Licinius Dei hostis, & aduersarius Cõstantini.

Christianorum exilia, & facultatum publicationes. CAP. XLV.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 44.

ATque quoniã hic Deo charus, famulos Dei in palatiũ suum benignè intromisit: ille Deo infestus, contraria animo cõplexus, omnes pios, ipsius obsequentes imperio, è sua exturbauit regia: & viros quos erga se maximè fideles habuit, & beneuolos,
B in exilium eiecit. Eos item, qui ob res suas antè præclarè gestas fuissent amplos ab ipso honoris & dignitatis gradus adepti, aliis obsequi, seruiliáque ministeria obire mandauit. Et primùm facultates, quæstus sui gratia omnibus ademit: deinde mortem illis minatus est, si fortè aliquando salutare Christi nomen profiterentur. Porrò animo perturbationibus agitato, & in omnem intemperantiam effuso prệditus, infinitis adulteriis & facinoribus insigni turpitudine nobilitatis admissis, eximiam castimoniæ virtutem negauit in hominibus inesse posse, aliorumque naturam ex sua vitiosa mente spectauit.

Piorũ exilia.

Direptiones facultatum.

Licinij incontinentia.

Mulieres in ecclesiam vnà cum viris introire vetuit.

CAPVT XLVI.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 44.
† Vide annot. pag. 125. lat. 2. lin. 9.

AC propterea legem secundò tulit, iubens, ne viri simul cum mulieribus, precibus in* Ecclesia ad Deum fusis interessent: néue sexus muliebris augustas virtutis scholas adiret, neu denique episcopi mulieribus sacra Dei eloquia explicarent; sed mulieres ipsæ, alias mulieres, à quibus erudirentur, sibi deligerent. Verùm cum ista essent omnium irrisione illusa, aliud quiddam ad ecclesiarum euersionem machinatus est: asseuerans, populi cõuentus, qui de more agebantur, extra portas in amœna planicie fieri oportere. Nam aërem, qui extra portas est, permultum ei, qui est templorum in ciuitate sitorum, ad congressus faciendos præstare.

Licinij lex altera, cõtra conuentus ecclesiasticos.

Conuentus populi ante portas.

Qui sacrificare renuerant, militia submouendos præcepit: & qui in vinculis detinerentur, alimenta subministrare haudquaquam permisit.

CAPVT XLVII.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 44.

VErùm vbi ne in hoc quidem instituto habebat, qui ei morem gererent, decæterò nudo capite, vt dicitur, milites qui erant in ciuitate, si dæmonibus hostias

Sacrificare recusantes militia moti.

immolare neutiquam in animum inducerent, iussit de dignitatis gradibus quibus fruebantur, penitùs deiici. Proinde, vti cohortes piorum hominum vbique gentium honoribus erant dispoliatæ: sic tyrannus, qui has leges sanciuerat, sua ipsius opera sanctorum virorum precibus omninò orbatus. Quid prætereà cõmemorem, quo pacto in mandatis dederit, ne quisquam eos, qui in carceribus miserè affligebantur, alimenta benignè impertiendo subleuaret, néue illorum, qui erant in vinculis fame confecti misereretur? Imò verò neque quemquam omninò illlorum, qui ad proximorum commiserationem à natura trahebantur, vel in bonorum numero haberi debere, vel quicquam boni agere censuit. Atque hæc inter illius leges planè impudens fuit, & impia in primis longéque omnes naturæ terminos transiliit: † in qua, pœna erat proposita vt qui misericordiam aliis præstarent, ex æquo cum illis, qui egerent, eadem plecterentur: & qui propenso animo benignitatis exequerentur officia, in carcerem & vincula coniecti, idem supplicium quod afflicti perpetiebantur, subirent. A

Cõmiseratio bonorum pœnæ subiecta.

† Vide annot. pag. 125. lat. 2. lin. 24.

De flagitiis & auaricia Licinij. CAP. XLVIII.

EIus generis Licinij fuêre decreta. Quid oportet noua illius de nuptis contrahendis instituta, aut nouas de his qui è vita cesserãt, sanctiones enumerare? quibus veteres Romanorum leges præclarè & sapienter promulgatas, barbaris quibusdam & crudelibus in eorum locum introductis, abrogare ausus est? Quid infinita propé oppressionis genera, contra subiectos suos ab ipso excogitata, persequar? Quid terrę dimensiones, ab ipso propter insatiabilem exactionum ingentium cupiditatem inuentas percenseam? quibus effecit, vt exigua terræ particula, quæ minimo locata erat, cùm metiendo exploratum esset, quanti valeret, pro maiore precio deinceps locaretur. Quid etiam hominũ agricolarum, quibus non amplius huius lucis vsura suppetebat, sed iampridem erant morte extincti, census oratione complectar, quos vt turpem quæstum inde faceret, instituit? Nam eius auaricia nullum habuit modum, neque inexplebilis animi auiditas omnino satiari potuit. Quapropter cum omnes thesauros, auri, argenti, opumque immensarum copia impleuisset, affectione tamen Tantalica animo conflictatus, cum gemitu de paupertate conquestus est. Quid porrò exilia citem, quibus eos qui nihil cuiquam intulissent iniuriæ, mulctauit? Quid bonorum publicationes? Quid falsas criminationes, quas contra patricios & illustres viros confinxit, in memoriam reuocem? quorum teneras vxores, quò eas turpis flagitij ignominia deformaret, sceleratis & perditis seruis abutendas tradidit. Quid dicam de mulieribus in matrimonium datis? quid de puellis virginitatis flore decoris, quas iste cùm iam corporis vires senectute languescerent, turpiter violauit? Quid istis rebus attinet longum sermonem instituere: præsertim cùm scelerum postremo ab eo editorum magnitudo, prima vel exigua esse, vel nulla potius, arguat? B

Licinij flagitia reliqua. Legum vet. abolitio & nouarum promulgatio. Exactiones.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 44.

Vide infra lib. 4. cap. 3. vbi Constantin⁹ has exactiones remittit.

Vectigal ex mortuis collectum. Auaricia Tantalica.

Innocentum exilia. Bonorum publicationes. Calumniæ. Adulteria. Stupra.

Quòd denique persequi Christianos aggressus sit. CAP. XLIX.

AD extremum namque furor eius cœpit in ecclesias insultare grassarique in episcopos, quos sibi maximè aduersari animaduerteret. Quinetiam quos tum pietati deditos, tum Imperatori magno ac religioso charos existimaret, eos inimicorum loco habere. Quocirca à sanitate & mente penitùs deturbatus, animi impetum in nos incitauit: neque memoriam eorum, vel qui ante illum essent Christianos persecuti, vel quorum ipse interfector & vindex, propter scelera quæ obierant, constitutus esset, vel denique quorum spectator extitisset, animo complexus est: idque, cùm præcipuum malorum authorem, quisquis ille tandem fuerit, plaga cœlitùs inflicta perculsum, oculis planè cerneret.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 44.

In Christianos rabies. Licinius interitu superiorũ Tyrannorum non est motus.

Quòd Maximianus fistula & vermibus perdomitus, in fauorem Christianorum scribere cœperit. CAP. L.

ILle enim simulatque eclesias expugnare cœpit, priusquàm animum suum iustorum & piorum hominum cruore inquinauit, vltio diuinitùs illata in eum inuasit: & ex ipsa carne exorsa peruasit ad animum. Ex improuiso enim in illis corporis partibus quas

Maximian⁹ diuinitùs punitus.

Hunc refer Nicephor. ca. 20. 23. li. 7.

A quas natura contexit, naſcitur apoſtema: deinde in interioribus corporis receſſibus, vlcus purulentum & fiſtuloſum: atque horum intolerabilis morſus intima depaſcebatur viſcera, quæ quidem infinita vermium multitudine redundarunt: vnde fœtor lethalis & peſtifer efflatur, quandoquidem vniuerſa corporis moles, ex nimia eius, antequàm incidit in morbum, helluatione & ingluuie, in immenſam pinguedinem erat commutata: quæ tunc putredine contabefacta, intollerabile & plenum horroris ſpectaculum (vt fertur) propius accedentibus exhibuit. Atque demum tot ac tantis malis colluctās, conſcientia ſcelerum, quæ contra Eccleſiam admiſiſſet, perculſus, deinceps Deo ſuam culpam confiteri, à perſecutione contra Chriſtianos inchoata deſiſtere, legibuſque & edictis Imperatoriis eccleſias illorum exædificare maturat: conſuetas preces, quæ pro ipſo antè fieri ſolent, eos iam etiam obire mandat. Atque iſte quidem ob perſecutionis flammā, quam contra Chriſtianos accendiſſet, tales pœnas perſoluit. Verum ille, cuius mentionem ſuperior noſtra fecit oratio, ſpectator iſtarum rerum factus earundemque cognitionem accuratè experientia conſequutus, derepentè venit in omnium obliuionem. Neque pœnam priori irrogatam, neque iuſtitiam Dei meritò de poſteriore ſupplicium ſumentem, memoria repetiit.

Vide Euſebium lib. 8. cap. vlt.

Maximiani pœnitentia.

Quòd Maximinus Chriſtianos perſequutus, arrepta fuga, ſeſe ſeruili habitu occultauerit. CAP. LI.

QVi quidem etiam ipſe priorem in ſcelerum certamine ſuperare enixè contendēs, nouorum contra nos ſuppliciorum inuentione ſeſe inſolenter extulit. Nam neque ignis, neque ferrum, neque claui impacti, neque agreſtes belluæ, aut maris vortices illi ſatis facere potuerunt: ſed præter hæc omnia, peregrinum quoddam ſupplicij genus ſuopte ingenio excogitare ſtuduit: legemque tulit, vt ſenſus illi quibus lumen percipimus, prorſus labefactarentur. Crebræ igitur multitudines non virorum ſolùm, ſed puerorum etiam & mulierum, cum haberent aciem oculorum dextrorum & pedum commiſſuras, ferro & cauteriis adeò penitus debilitatas, vt ipſis nullo pòſt vſui eſſe poſſent, ad metalla amandabantur excruciandæ. Quarum rerum cauſa non diu pòſt, iſtum quoque iuſta Dei vltio occupauit. Nam cum ſpe in dæmonibus, quos Deos eſſe cenſebat, collocata, & innumerabilibus armatorum copiis confiſus, ad præliū committendum progreſſus eſſet: tunc Dei ope, qua niti debuerat, deſtitutus, primùm apparatum regalem parum ſibi congruentem cœpit exuere: deinde timidè ignauéque in multitudinem irrepere, tum fuga ſalutem quærere. Poſtremò clāculum occultatus, in agris & vicis habitu famulari ſe poſſe latitare cenſuit. Cæterum excelſum obtutum diuinę prouidentiæ, quæ rerum curam gerit vniuerſarum, minimè, ſubterfugit. Nam poſteaquam ſperauit vitam ſuam eſſe in tuto locatam, ignito Dei telo percuſſus, pronus decubuit, toto corpore plaga cœlitùs delapſa ita exhauſto, vt vniuerſa priſtinæ formæ effigies omnino deleretur, quippe oſſa exiccata, & inſtar ſimulachrorum extenuata, tantum modo ei ſuperfuerunt.

Vide Nice. lib. 7. c. 15. 26. 27. 28. 29. 31. 32. 33. 38. 39. Vide eadem etiam ſupra lib. 8. ca. 16. 27. & locos qui illic ad notati ſunt.

B

Maximini in Chriſtianos crudelitas. Crudele ſupplicium.

Maximinus contabeſcit.

Quòd violentia morbi cæcus effectus, ad extremum pro Chriſtianis ſcripſerit.

CAPVT LII.

QVin etiam cum Dei plaga vehementius intenderetur, eius exilierunt oculi: & ſede propria elapſi, illum cæcum dimiſerunt. Quæ igitur primus contra Dei martyres excogitauerat ſupplicia, eadem ipſe iuſtiſſima ſententia ſuſtinuit. Qui demum, dum adhuc his malis conflictatus ſpiritum ducebat, Chriſtianorum Deo ſe confiteri, & ſuas, quas contra Deum pugnas ſuſceperat, palàm elocutus, palinodias pari ratione cum ſuperiore canere: legibus etiam & edictis euidenter ſuum errorem de diis, quos ſibi colendos delegiſſet, aperire cœpit: ſolumque Deum Chriſtianorum verum eſſe, ipſa experientia ſe comperiſſe teſtatus eſt. Iſta ſcelera, eorundemque mercedem, quāquam Licinius non auditione acceperat ab aliis, ſed ipſe reuera pro certo compererat: tamen velut craſſa quadam caligine menti offuſa cæcatus, in eiſdem quaſi volutatus hæſit.

Vide Nice. li. 7. c. 36. 37

Maximinus cæcus factus demum pœnituit.

Maximiani, Maximini, Maxentijinteritu Licinius non mouetur.

A

EIVSDEM EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI Cæsariæ Palæstinæ, de vita sanctissimi Imperatoris Constantini, Liber secundus.

Licinius clanculum persequutionem molitur, episcopis in Amasia, quæ Ponti pars est, trucidatis.

CAPVT I.

Licinij in Christianos persecutio clancularia et fraudulenta, mota primum in episcopos vt his sublatis religionem Christianorũ facilius oppri meret.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 44. Vide locos Historiæ Licinianæ adnotatos ad cap. 8. li. 9. Euseb.

ISTE quem diximus, Licinius in eundem cum illis gurgitem, qui cum Deo bellum gessissent, præceps deiectus est: & quorum interneciones impietatis causa ipsis illatas oculis aspexisset, eorum exemplum ad suam perniciem consectatus, persecutionem contra Christianos, tanquam quoddam ignis incẽdium iampridem extinctum, de integro exuscitauit: grauiore flamma ab ipso, quàm à superioribus tyrannis, accensa. Atque velut bellua quędam immanis, aut serpens tortuosus in se conuolutus, furorem & minas quasi cum Deo bellaturus, anhelans, nondum apertè quidem (Constantinum enim admodum extimescebat) cõtra Dei ecclesias, ipsius imperio subiectas, dimicare ausus est: sed clam apud se maleuolẽtiæ occultans venenum clandestinas insidias separatim cõtra episcopos comparauit. Nam per veteratorias molitiones magistratuum, qui prouinciis præfuerunt, spectatissimos quosque inter ipsos è medio tollendos curauit. Quin cædis modus in eos institutus, peregrinus quidam erat cuiusmodi non aliquando cognitum fuisse arbitror. Quæ enim fuere ab eo in Amasia Ponti patrata, extra omnem crudelitatis modum longè euagata sunt. B

Ecclesiæ dirutæ, & episcopi discerpti. CAP. II.

Amasiana persecutio cepta anno Christi 320. in qua 1. templa claudit ac demolitur. 2. Episcopos occidit.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 44.

IN quo loco nonnullæ ecclesiæ, quæ fuissent etiam antè euersæ, iam secundò è sublimi ad solum vsque prostratæ: aliæ autem à prouinciarum præfectis occlusæ, ne quisquam eorum qui eas frequentare consueuerant, eò ad conuentus agendos accederet, néue cultus Deo debitos impertiret. Nam qui ista mandauerat, non existimauit † preces illic pro se fieri: vtpote quem mala conscientia in eam opinionem induxisset: sed pro Constantini salute nos omnia pietatis officia exequi, & Deum assiduè pro eo orationibus placare, pro certo persuasum habuit. Illius autem assentatores, & qui ei egregiè blandiri in animum induxerant, illustrissimos Ecclesiarum præsides (inde enim se impio tyranno rem gratissimam facturos arbitrati sunt capitis supplicio multarunt. Itaque qui insontes erant, perinde atque hi qui cæde & sanguine manus suas inquinassent sine causa ad locum supplicij abducti sunt, & graui pœna affecti. Iam verò, quidam nouum mortis genus subierunt, corpore in multas particulas ense minutatim dissecto: ac post istud crudele supplicium, & omni scelere in tragœdiis audito magis horrendum, in profundos maris gurgites piscibus vorandi proiecti sunt. Pij viri post hæc, sicut paulò antè acciderat, aufugêre, famuli Dei in agros rursus & solitudines se abdere cœperunt. † Vbi ista hoc modo succedunt tyranno ex sententia, decæterò contra omnes persecutionem excitare in animum inducit. In qua re certè fuisset voti compos, & nihil ei fuisset impedimento, † quò minus in opere instituto processisset: nisi Deus, suorum seruorum propugnator, vti quod futurum erat præuerteret, famulum suum Constantinum, tanquam lumen illustre in tenebris & nocte obscurissima incensum, in ea loca in quibus versabatur tyrannus, quasi manu duxisset.

† Vide annot. pag. 112. lat. 2. lin. 33.

3. In reliquos pios nouũ supplicij genus cõminiscitur.

† Vide annot. pag. 128. lat. 1 lin. 8.

Constantinus Licinio diuinitus obijcitur

† Vide annot. pag. lat. eodem lin. 9.

Quid

A *Quid Constantinus animo conceperit, cum Christianis persecutio intentaretur.*

CAPVT III.

Vide Nicephor. li. 7. c. 45. QVi cùm ne rumorem quidem de illis rebus, quas diximus, dissipatum amplius ferendum cerneret, modesta animi ratione rem secum reputare, & morum seueritate cum clementia naturaliter sibi insita temperata, ad afflictorum liberationem maturare cœpit: existimans pietatis & sanctimoniæ munus esse, vt per vnius cædem infinita hominum multitudo seruaretur incolumis. Nam cùm animo complexus esset, se magna facilitate vsum, hominísque commiserationem parum promerentis misertum, ei, vtpote à malorum instituto minimè recedēti, nihil omnino profuisse: imò vero eius rabiem contra subiectos magis auxisse, adeò vt illis qui ab eo erant afflictati, nulla esset reliqua salutis spes: absque cunctatione dextram salutarem, iis qui essent in tam extremas calamitates prolapsi, porrigere instituit. Idcirco consuetum militaris expeditionis apparatum instituit, vniuersa agmina tam peditum quàm equitum ad illum frequentia confluunt: quæ omnia antecedebant insignia certæ in Deum fiduciæ, quæ crucis effigiem suprà monstratam pulchrè repræsentarunt.

Vnius tyranni cæde multis bonis recte cōsulitur.

Constantini de liberandis à tyrannide Christianis cogitatio.

Crux insigne fidei.

Quòd Cotstantinus adhibitis orationibus componebat se ad bellum: Licinius contrà, incantationibus.

CAPVT IIII.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 45. Hoc bellū inter Constantinum & Licinium gestum est anno 325. PRecibus, si vnquam aliás, iam etiam sibi opus esse probè intelligens, Dei solicitare sacerdotes, vt semper cum ipso versari, † sempérque præstò esse vellent: hósque tanquam quosdam animæ custodes ducere. Tunc verò qui tyrānidem propugnabat, cùm auditione accepisset, Constantinum contra hostes non aliter quàm per Dei virtutem præsidium ipsi afferentem victoriam conari comparare, & eos quos dixi, semper vnà cum illo versari, ei adesse, & salutaris Christi passionis insigne vniuersum illius exercitum perpetuò antecedere, has res reuera (sic namque erat verisimile) irrisione dignas
B putauit: simúlque & Constantinum habuit ludibrio, & contumeliosis verbis lacerauit. Itaque is primùm augures & vates Ægyptiorum, veneficos etiam & præstigiatores, sacrificos & prophetas eorum quos habebat pro diis, accersit ad se: deinde diis illis quos sibi colendos censuit, victimis placatis, sciscitatur, quo modo belli exitus ipsi succederet. Illi enim, hostium victorem sine dubio fore, inque bello superiores laturum, vno ore respondent. quinetiam longis carminum ambagibus oracula vbique idem asseuerant. Augures prædicant, ei per auium volatus fausta præsignificata esse: sacrifici, viscerum micationem similia portendere demonstrant. Fraudulentis igitur istorum promissis elatus, magna cum confidentia castris egressus est, ad manus conferendas paratus.

Vide Eutropium lib. 10. Itē Orosium lib. 7. ca. 28. † Vide annot. hoc ca. pluribus locis pag. 128. lat. 1. lin. 25. 26. 33. 34. 35. 38.

Const. orationibus ad Deū Licinius verò præstigiis ad bellū se adparant.

Licinius præstigiis magicis se ad bellum parat.

Quid de idolis & Christo dixerit, cùm in lucis dæmonibus sacrificauit.

CAPVT V.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 45. QVi cùm esset prælium initurus, satellites suos, & eos quos inter amicos eximiè charos habebat, in locum quendam qui sacer apud illos putabatur, conuocat. In quo nemus erat irriguum & densum: variæ item statuæ lapideæ vario artificio sculptæ, diis ipsius in eo erectæ: quibus cùm cereos accendisset, & consuetas immolasset hostias, eiusmodi orationem habuisse fertur. Viri amici & socij, Dij isti sunt patrij, quos ex maioribus antiquitùs colendos accepimus, quósque religiosè & sanctè veneramur. Iste, qui nobiscum prælium initurus est, patriis institutis violatis, præ errore quo cæcatus est, peregrinum quendam Deum (vnde, haud equidem scio) colens, impia opinione mētem imbuit: & turpi istius insigni, exercitum suum magnopere dedecorat. Quo fretus procedit in aciem, & non contra nos solum, sed multo potius contra ipsos deos, quorum cultum vt proditor deseruit, arma ferre aggreditur. Hoc igitur in tempore liquidò constabit, & quis nostrûm opinionis errore vagetur, & vtrum diis qui à nobis, an qui ab altera parte coluntur, priores deferendæ sint. Aut enim nos victores erimus,

Lucus in quo Licinius idola colebat.

Licinij ad suos oratio.

& sic iure optimo nostri dij seruatores & opitulatores veri existimari debent: aut si hic Constantini Deus (quisquis ille fuerit, vel vnde sit profectus, nescio) nostros, cum plurimi sint, idque numero & multitudine superiores, deuincat, nemo de reliquo vocet in controuersiam, quem tandem Deum venerari oporteat: sed vincenti se addicat, & illi præmia offerat victoriæ debita. Quod si peregrinus ille Deus, qui est iam à nobis ludibrio habitus, superior in prælio videatur, illum nos decet agnoscere, illum colere, & ita longum vale dicere his quibus cereos frustra accendimus. Verùm si nostri potiantur victoria (quod non dubium est) post victoriam hoc loco partam, ad bellum contra impios faciendum maturemus oportet. Ista apud suos coram, oratione disseruit. Nobis verò hanc historiam † scribere instituentibus, eius verba retulerunt hi, qui eadem auribus accepissent. Tyrannus tali oratione habita, iussit vt milites prælium quamprimùm aggrederentur. A

Impium Licinij propositũ

† Vide annot. pag. 128. lat. 1. lin. 16.

Spectra in ciuitatibus quæ Licinio subiiciebantur visa, quasi Constantini exercitu eas insectante. CAP. VI.

Prodigia ante commissam pugnam.

DVm ista gerebãtur, visum quoddam suprà quàm dici potest admirabile, circa ciuitates eius ditioni subiectas, apparuisse ferunt. Nam se videre videbantur varias turmas militum armatorum, qui sub Constantino duce dimicassent, in ipsa meridie per vrbes, tanquam victoria potitas transiisse. Atque ista cernebantur nemine vspiam reuera apparente: sed visione diuiniore quadam & excelsiore virtute, quod futurum erat, portendente. Cùm exercitus essent iam prælium inituri, qui amicitiæ fœdera ruperat, primùm dimicare exorsus est. Ibi Constantinus Dei omnium seruatoris auxilio implorato, signóque isto suis militibus dato, in prima dimicatione hostes expugnauit. Deinde non longo tempore pòst, secunda etiam pugna tulit superiores: atque adeò iam salutari Seruatoris vexillo exercitum suum antecedente, præclariora victoriæ trophæa consecutus est.

Vide lib. 7. cap. 45. Nicephor.

Constantini victoria.

Vbicunque in præliis crucis signum adfuit, ibi ilico consequutam esse victoriam. CAP. VII. B

Crucis signo parta vbique victoria.

NAm in qua parte istud crucis vexillum visum fuit, hostes fugam capere, victores persequi. Qua re intellecta, Imperator, sicubi partem aliquam sui exercitus languentem cernebat, ibi salutare illud vexillum, tanquam quoddam subsidium ad victoriam obtinendam locari mandauit. Cuius adiumentis extemplò parta est victoria: quippe dimicantium vires diuina quadam potentia fuêre admodum confirmatæ.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 36.

Quinquaginta ad portandum crucem delecti. CAPVT VIII.

Crucis vexilli cura 50. viris commissa.

QVapropter suis iussit satellitibus, qui & corporis robore erant, & virtute animi, & pietatis institutis in primis eximij, vt in solam vexilli illius gubernationem omni cura ac studio incumberent. Erant viri non pauciores quinquaginta numero, quibus nihil aliud impositum erat negotij, quàm vt vallarent vndique vexillum, præsidiis munirent, singulique ordine illud ipsum humeris gestarent. Atque ista quidem Imperator ipse longo pòst temporis interuallo interiecto, cùm animo vacuo erat, nobis, qui hanc historiam scribimus, exposuit: addens etiam rem dignam esse, quæ literis ad posteriorum memoriam commendaretur.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 37.

Quòd de cruciferis quidam, cùm fugisset, interfectus est: qui fideliter permanserat, seruabatur illæsus. CAPVT IX.

Miracula de crucifero, quæ Eusebio retulit ipse Constantinus.

NAm cùm in media, inquit, belli dimicatione ingens fortè fremitus & turbatio repentina exercitum occuparet, ille qui vexillum hoc portabat humeris, inter præliandum primùm præ formidine exhorrescere cœpit: deinde alteri illud tradere, vt belli impetum effugeret. Postquam alter accepit, istéque fuit ex acie egressus, & extra vexilli præsidiũ locatus, telo coniecto in ventre confossus est, mortéque sopitus concidit.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 37.

Atque

A Atque vt iste timiditatis & diffidentiæ pœnas luens, ibi mortuus iacuit: sic ille qui salutare trophæum, sublime & erectum portabat, omnino eius subsidio euasit incolumis: adeò vt sæpè, cùm tela frequentia ab hostibus in eum iacerentur, qui ipsum ferebat, saluus extiterat, & vexilli hastile tela missa exceperit. Atque istud omnem planè superat admirationem, tum quòd tela ab hostibus iacta sic intra exiguum illum & angustum hastilis ambitum proualabant, vt in eodem fixa hærescerent: tum quòd ille qui illud ipsum gestabat, mortem effugeret: imò verò, vt qui hoc ministerium obibant, nihil damni incommodiue aliquando acciperent. Neque certè hæc nostra est oratio, sed ipsius Imperatoris: qui præter alias res, hanc etiam nobis coràm memorauit. Qui vbi diuina potentia has duas primas victorias fuisset adeptus, de cæterò, exercitu ordine instructo, vlterius processit.

Conflictationes variæ, & Constantini victoria. CAP. X.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 45.

QVi autem contrariarum partium erant, quíque primùm dimicare cœperant, cùm illius impetum abiectis armis, manu sustinere non possent, ad pedes Imperatoris acciderunt. Iste, vtpote ex hominibus conseruandis voluptatem capiens, omnes excepit incolumes. At alij qui in armis se tenuerunt, prælio instare. quos primum Imperator benignè & humanitus ad amicitiam iungendam inuitauit. Sed vbi minimè obsequentes intelligebat, in eos dimisit exercitum. Illi statim terga dantes, in fugam vertuntur. Ex quibus deinde alij capti, iure belli interfecti sunt: nonnulli, alius in alium ruentes, suorum gladiis decubuerunt.

Constantini humanitas erga supplices, et seueritas in reluctantes.

Constantini victoria.

Licinij fuga & incantationes. CAPVT XI.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 45.

POst hæc, qui hisce rebus principium dederat, cum videret se famulorum auxiliis orbatum, & exercitum, quem collegerat, profligatum, ac sociorum copias deletas, & spem in illis quos ipse deos putabat, nihil posse, ipsa iam experientia manifestò con-B uictam, tum se turpissimæ fugæ mandauit: sicque euasit incolumis, atque adeò extra vitæ periculum propterea fuit, quòd pius Imperator suis mandasset, ne omninò eum persequerentur, vt fugiendo saluti prospiceret. spes enim in eius insidebat animo, illum, cum persentisceret in quas incidisset calamitates, non modò ab insana temeritate desiturum, verùm etiam suam mentem ad meliora cogitanda conuersurum. Et quanquam iste singulari humanitatis studio ista instituebat, inducebátque in animum iniuriam toleranter ferre, & indigno impertire veniam: ille tamen neutiquam ab improbitate se abstinuit: sed mala malis accumulans, sceleratiora facinora aggreditur: ac de integro fallacibus & dolosis præstigiatorum institutis insistens, animo confidere cœpit. Licebat profectò eandem sententiam de eo, atque de veteri tyranno pronunciare, quòd Deus eius cor planè indurauerat.

Deuicti Licinij fuga.

Constantini humanitas in deuictum hostem.

Quomodo Constantinus orans in tabernaculo, victor extiterit. CAPVT XII.

Vide infra hoc lib. ca. 14 & lib. 4. c. 56.

Exod. 33.

QVi cùm animum eiusmodi obstrinxisset sceleribus, séque in exitij tanquam barathrum detrusisset, Constantinus qui secundò iam bellum necessariò gerendum animaduerteret, Seruatori suos preces fundendi tempus vacuum & solutum dicauit: & crucis tabernaculo extra castra etiam longissimè fixo, ibi sinceræ & piæ meditationi se dedens, more veteris illius Dei prophetæ, quem extra castra tabernaculum fixisse diuina confirmant oracula, Deum orare cœpit. Nonnulli etiam quos ipse ob fidei & pietatis studium satis spectatos habuit, in idem munus cum eo vnà incumbebant: hócque etiam aliàs exequi ei erat in more positum, cum bello cum hoste decertare constitueret. Nam sicut propter securitatem tardior in rebus gerendis fuit, sic Dei consilio omnia administrare consultum statuit. Et cùm iam vacuo animo attentè Deo preces adhibebat, semper diuina aliqua visione dignatus fuit: ac post illud tanquam diuino instinctu impulsus, exiliit è tabernaculo, & derepentè exercitum incitare cœpit: mandauitque, vt nulla mora interposita ipsam gladiorũ aciem experirẽtur.

Crucis tabernaculum.

Constantini ad Deum precatio ante cõmissam pugnam.

Qui ex improuiso hostes adorti, homines cuiusque ætatis conciderunt: † atque interdum puncto ferè temporis parta victoria, trophæa contra hostes insignia statuerunt. A

† Vide annot. pag. 129 lat. 2. lin. 3.

Constantini in deuictos milites misericordia. CAP. XIII.

AD hunc modum Imperator etiam iam antea in præliis committendis & seipsum gerere, & exercitum regere consueuit: quinetiam Deum suæ ipsius animæ præponere, & illius consiliis omnia transigere, diligentémque adhibere cautionem, ne inter dimicandum fieret multorum cædes. vnde non magis suorum, quàm hostium saluti prospexit. Quapropter suos, cùm fuissent in pugna victoriam adepti, hortari solebat, vt captiuorum misererentur: & cum homines essent, naturæ humanæ nequaquam eos caperet obliuio: atque si aliquando militum animos ferociores cerneret, auri munusculo eos refrenare: præciperéque vt qui aliquem ex hostium numerum viuum cepisset, aliqua certi auri summa remuneraretur. Atque hanc velut illecebram ad hominum conseruationem, Imperatoris excogitauit prudentia: adeò vt infiniti etiam ex ipsis Barbaris incolumes euaserint, Imperatore ipsorum vitam auro redimente.

Const. erga hostes etiam benignitas.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 43.

Iterum de oratione in tabernaculo. CAP. XIIII.

QVemadmodum igitur hæc & infinita his similia, etiam aliàs Imperator facere consueuerat: sic in præsentia, de more suo ante initum prælium, in tabernaculo separato, tempus precibus ad Deum fundendis liberum addixit: ab omni licentia & vitæ ratione luxu diffluente sese vocauit, inedia & corporis afflictatione seipsum coërcuit, vti Deum sibi cùm precationibus supplicibus placatum, tum benignum adiutorem haberet: eáque perageret, quæ Deus esset illius animo iniecturus. Porrò autem, vtpote natura vigilans & attentus, permagnam Reipub. curam suscepit, nec magis pro suorum, quàm pro hostium salute precatus est.

Ad precationes præparatio, quas præliis Constantinus præmittebat.

Vide supra c. 12. hoc li.

Licinij in amicos dolus, & eidolorum cultus. CAP. XV.

POstquam autem Licinius, qui paulò antè se fugæ mandauerat, rursus amicitiæ fœdera iungere sibi esse in optatis, simulatione præ se tulit: hic noster præscriptis illi pactionum formulis ad vitam cuiusque accommodatis, vtilibúsque, fœdera cum eo ferire non dedignatus est. Quibus quidem pactionibus, quãquam tyrannus quem suprà memorauimus, lubens obsecundare prætexuit, fide iureiurando confirmata: tamen ex occulto, hominum armatorũ manum iterum cogere, & de integro bellum pugnámque renouare, Barbaros homines in societatem ascíscere: deósque alios, vtpote à prioribus in fraudem inductus, circumcirca quæsitum cursitare cœpit: & eorum verborum quæ non ita pridem de diis habuerat, nullam omnino tenuit animo memoriã, neque Deum Constantini propugnatorem agnoscere voluit, sed plures & recentiores deos cum irrisione omnium conquirere laborauit. B

Licinius simulatum fœdus icit cum Constantino.

Licinius veteribus diu ex authoratis nouos quærit quibus nitatur cõtra Deũ verum.

Vide Niceph. 45.

Qualiter Licinius milites præmonuerat, vt dimicationem contra Crucem declinarent. CAPVT XVI.

POstea cùm reuera intelligeret, quanta, quàm diuina, quamque inexplicabilis esset in salutari Christi passionis trophæo vis (qua quidem roboratus Constantini exercitus, in bello superior esse cõsueuerat) milites circum se hortatus est, ne huic ex aduersò irent, cauerêntque ne fortuitu aut per imprudentiam in illud oculos coniicerent. Nam & virtute valere plurimum, & sibi aduersarium infestúmq; esse affirmauit: & propterea debere declinare eam, quæ contra idem instituitur, dimicationem. Iis rebus sic constitutis, cum eo qui propter clementiam ipsum expugnare tardauerat, & mortem eius distulerat, prælio contendere aggreditur. Itaque vt huius milites multitudine deorum, & ingenti copiarum militarium numero confisi, simulachra hominum extinctorum (quos pro diis colebant) hostibus velut propugnacula obiicere, sicque manu confligere cœperunt: Ita Constantinus lorica pietatis obseptus, salutare crucis & vitale signum, tanquam quoddam terriculamentum aduersariorum, & munimentum ad mala propulsanda firmissimum, hostium multitudini opposuit. Attamen principio à bello ad tempus

Licinius suos præmonet, vt sibi à cruce caueant.

Licinius denuò bellum parat.

Ethnici milites Liciniani, idolis freti præliantur

Constãtinus fiducia in Deũ & longanimitas in hostẽ

Vide Niceph. lib. 7. cap. 45.

Hector adest, secumque Deos in prælia raptat.

A tempus abſtinuit:& miſericordia commotus,neutiquam prior iniit prælium,ne amicitiæ fœdera,quæ pactus erat,violaret.

Conſtantini victoria. CAPVT XVII.

VErùm vbi aduerſarios conſtanter in inſtituto perſtare, iámque gladiorum aciem experiri cernebat, ægrè ſanè & grauiter ferens, ſublato clamore, omnes hoſtium copias momento temporis pedem referre coëgit: ſimúlque contra inimicos & dæmones reportauit victoriam.

Conſtantini alacritas ad capeſſendam pugnam.

Licinij ſuorúmque mors. CAPVT XVIII.

Vide Nice. lib.7.c.45.

DEinde impium tyrannum, vnà cum ſuis, belli iure condemnatum, debito addixit ſupplicio. Qui verò prælij contra Deum ſuſcipiendi authores fuiſſent, pariter cum tyranno ad locum ſupplicij abducti ſunt: & ibi meritas iuſtáſque perſoluentes pœnas, miſerè interierunt. Qui quidem ſicut antè ſpe in diis vanis locata inſolenter ſe efferebant, ſic paulò poſt Conſtantini Deum, qualis & quàm admirabilis eſſet, * re ipſa intellexerunt: & hunc iam verum & ſolum Deum ſe agnoſcere, confeſſi ſunt.

Licinij interitus & ſupplicium.

Confeſſio Licinij agnoſcētis, Deū Conſtantini eſſe Deum verū.

* Vide annot. pa 130. la.1.lin.7.

Summa omnium lætitia & panegyris. CAP. XIX.

Vide Nice. lib.7.c.46.

POrrò impiis hominibus è medio ſublatis, & poteſtate tyrannica deleta, mundus de reliquo velut ſolis claritate colluſtratus fuit: vniuerſæque orbis terræ partes, quæ Romanorum parebant ditioni, in vnum coaluerunt: quinetiam dum gentes, quæ Orientem occupabant, alteri parti adiicerentur, & vno generali principatu, tanquam capite quodam, totum corpus adornaretur, vnius Imperij poteſtas per omnes peruaſit: illuſtres prætereà lucis ex pietate naſcentis ſplendores, iis, qui antea in tenebris & mortis vmbra conſediſſent, lætos & ſerenos dies impertierunt. Neque erat vlla amplius præteritorum malorum recordatio: quippe omnes vbique victorem hymnis celebrabant, huiúſque conſeruatorem ſolum Deum ſe agnoſcere fatebantur. Iſte Imperator vni-B uerſo pietatis genere eximius, & victor egregius, (hanc enim appellationem, cognominis loco, victoriæ ſibi à Deo contra hoſtes & inimicos donatæ, † maximè propriè conuenientem inuenit) Orientem recuperauit: & vnum coniunctum cohærentémque principatum, more veteri Romanorum ſibiipſi ſubiecit: ac non modò Deum omnibus qui in Imperij ſui finibus continebantur, palàm prædicare cœpit: verùm etiam vniuerſum mundum gubernaculis ſingularis poteſtatis, quæ Romanorum ditionis erat propria, præclarè admodum adminiſtrauit. Malorum porrò, quæ anteà cunctos mortales oppreſſerant, metus ſublatus fuit: & qui antè fracto animo & demiſſo fuerunt, hilari vultu, obtutúque læto alter alterū aſpexerūt. Tum choreis & hymnis primùm Deum, ſummum omnium regem eſſe prædicarunt: deinde victorem Conſtantinum, eiúſque filios modeſtiſſimos, Deóque charos Cæſares, acclamationibus continuis extulerunt. Erat iam veterum malorum & impietatis cuiuſque obliuio: iam ſuauis præſentium bonorum vſus & oblectatio, iam iucunda expectatio futurorum.

Conſtantini victoria paſſim celebrata, ob libertatem pacémque reſtitutam.

† Vide annot. pag. 130. lat. 1. lin.17.

Quomodo pro confeſſoribus Conſtantinus leges ſanxerit. CAPVT XX.

Huc refer Nicephor. lib.7.c.46. Ad integrū edictorum tractatum coniunge cos locos, qui notati ſunt ſupra lib.10.c.5. Euſeb. hiſto.Eccle.

IAm apud nos, ſicut etiam pridem apud eos, qui alteram orbis partem obtinent, Imperatoris decreta plena humanitatis diuulgata: iam leges, quæ & claram [1] ſanctimoniæ erga Deum ſignificationem dare, & non obſcura bonorum cuiúſque generis indicia, cuiuſque oculis ſubiicere videbantur: neque ſolum prouincialibus cuiuſque nationis, ea quæ erant ad vitam accommodata vtiliáque, largitæ ſunt, ſed etiam Dei eccleſiis, quæ conuenientia putabantur, ritè præſcripſerunt. Nam primùm omnium, illos qui à præfectis cuiuſque prouinciæ, propterea quod idolis immolare recuſauerant, è patriæ finibus pulſi, ínque exilium eiecti fuiſſent, domum reuocarunt: deinde eos, qui curiis eandem ob cauſam eſſent adiudicati, miniſteriis liberarunt: præceperúntque, vt qui

1 Vide annot. pag. 130. lat. 1.lin.29.

Leges à Cōſtantino poſt victos tyrannos latæ pro confeſſoribus ab exilio reuocandis & in integrum reſtituendis.

fuissent facultatibus dispoliati, eas denuò reciperent. Quinetiam qui tempore persecutionis animi tolerantia in tormentis pro Deo perferendis nobilitati, aut metallis excruciandi addicti, aut ad insulas incolendas condemnati, aut ad publica Imperij opera obeunda vi compulsi fuissent, per easdem leges istis omnibus miseriis ex insperatò fuere liberati. Eos etiam, qui propter constantem pietatis confessionem essent de militaris dignitatis gradu deiecti, benignitas Imperatoris ex ea contumelia rursus euocauit: libera optione data, vel ædes recipiendi, & prioribus honoris ornamentis potiundi cum dignitate: vel vita tranquilla contentis, ætatem ab omnibus ministeriis vacuam degendi. Eósque item, qui fuissent ad muliebria officia seruiliter obeunda, quò dedecore & ignominia afficerentur, condemnati, pari ratione atque cæteros liberauit. A

Quomodo etiam pro martyribus leges tulerit, & bonis ecclesiasticis.
CAPVT XXI.

Pro martyribus leges.

Eorum fortunæ cognatis restituendæ, aut in horum defectu ecclesiis.

Confiscata dominis restituenda.

ATque ista fuere de iis hominibus, qui hæc incommoda sustinuissent, Imperatoris edicto sancita. De facultatibus autem *piorum, qui in persecutione mortem obiissent, definitè etiam præscripsit Imperatoris lex. Nam sanctorum Dei martyrum fortunas, qui in fidei confessione supremum vitæ diem egissent, à cognatis possideri præcepit. Quod si nullus ipsis superesset sanguinis communione coniunctus, vt ecclesiæ eorum hæreditates adirent. Porrò autem, quæ bona Christianorum anteà in ærarium relata, & ex eo, aut venditione, aut gratuitò ad aliorum vsum abalienata fuissent, quæue in illo ipso adhuc reperta essent, dominis denuò debere reddi munificum Imperatoris edictum in mandatis dedit. Atque benignæ Imperatoris leges passim diuulgatæ, non solùm ecclesiæ Dei & populo Christiano tot tantáque beneficia præstiterunt: verùm etiam infidelibus populis, & cunctis gentibus, alij prætereà multitudini propè infinitæ, Imperatoris magnificentia elargita est.

Vide Niceph. lib. 7. cap. 46.
** Vide an. pag. 130. la. 2. lin. 4.*

Quantopere populorum animos recreauerit. CAP. XXII.

Constantini virtutibus omnes recreati.

B *Vide Nice. li. 7. c. 46.*

VNde omnes, qui in nostris regionibus auditione solùm accepissent ea, quæ iam antè fuerant in altera parte Imperij Rom. gesta, eósque, qui istis affecti fuissent beneficiis, beatos putarent, optaréntque vt ipsi tandem paribus potirentur: cum eadem ipsis etiam ante oculos versarentur, se quoque iam in beatorum numero duxerunt: & sunt ingenuè confessi, tantum & tam præclarum Imperatorem, tanquã rem quandam nouam & propè inauditam (qualem nulla ætas, quam sol viderit, aliquando cognouit) mortali hominum generi apparuisse. Atque isti hoc animo fuerunt.

Quòd Deum bonorum authorem palàm prædicauit, & de legum exemplaribus.
CAPVT XXIII.

Constantinus Deo fert acceptos successus suos.

Vide Nice. lib. 7. c. 46.

POstquam autem omnes gentes Dei patris virtute Imperatori subiectæ fuerunt, bonorum sibi suppeditatorum largitorem omnibus palàm prædicauit: eúmque victoriarum quas esset consecutus authorem, & non seipsum, agnoscere, constanter testificatus est: hócque ipsum per edicta, quæ literis Latinis Græcísque mandata erant, & ad omnes gentes missa, manifestò denunciauit.

Lex Constantini, de pietate erga Deum, & religione Christiana, in qua hæc continentur. CAPVT XXIIII.

Edicta Constantini ad Christianos & ethnicos ipsius Constãtini manu subsignata.

ATque nostram orationem de hac re institutam veram esse, si in ipsa edicta fortè incideris, facilè cognoscas licet. Duo quidem erant: alterum ecclesiis Dei, & populo Christiano: alterum, populis infidelibus singulas ciuitates incolentibus missum. Quod quidem, vtpotè ad præsens argumentum valdè commodatum, hoc loco citare consentaneum arbitror: ad eum sanè finem, vti eius formula historiæ monumentis prodita, maneat reseruetúrque ad posteritatem: quãdoquidem & ad veritatis plurimùm, & ad nostræ orationis confirmationem non minus adferre videtur adiumenti. Descripta est enim

A enim ex primo exemplari ipsius edicti authoritate Imperatoris cõfirmati, & eius dextera subscripti, eáque tanquam sigillo ad fidem huic nostro sermoni faciendam obsignati, quod quidem exemplar apud nos custoditum est.

VICTOR CONSTANTINVS MAX. AVGVSTVS, PROVINCIALIBVS PALÆSTINÆ S.

Exemplum à vetustis temporibus. CAP. XXV.

Constãtinianæ legis pro Christianis editæ exẽplum.

QVanquam erat olim veterum memoria, apud eos, qui rectè & syncerè de Deo Opt. Max. sentiebant, euidens & perspicua differentia, quæ omnem dubitationẽ longè ab hominum mentibus dispulit, quæque etiam quantum intersit inter eos, qui augustissimam Christi religionem studiosè obseruant, & eos, qui oppugnant eandem, atque adeò despicatui ducunt, accuratè distinguebat: tamen iam & argumentis illustrioribus, & splendidioribus rebus gestis, tum huius dubitationis inscitia, tum quæ sit præpotentis Dei vis, perspicuè patefit. Quandoquidem hos, qui fideliter sanctissimam Christianorum legem & disciplinam colant, nullúmque illius præceptum violare audeant, magna bonorũ affluẽtia, & robur firmissimum ad præclaros conatus cum bona spe suscipiendos accommodatum: illos autem, qui impia mente imbuti sunt, euentus etiam ipsorum institutis consentanei sequuntur. Quod si quisquam, qui neque Deum bonorum authorem agnoscere, neque officia honestati congruẽtia colere in animum induxerit, aliquid boni sit consecutus, euẽta rerum ab ipso gerendarum fidem orationi nostræ facilè facient. Ac si quis superiora tẽpora hucusque cõtinuata animo percurrat, & priores res gestas acie ingenij cõtempletur, reperiet, omnes, qui fundamentũ rerum gerendarum in iustitia & bonitate posuerint, conatus suos ad felicem exitum perduxisse, & tanquam ex suaui quadam radice dulcissimum fructum percepisse: at qui iniqua facinora edere aggressi sint, & nullam piam sanctámque cogitationem erga humanum genus aliquando susceperint, sed homines exilio multare, illis contumelias facere, bona publicare, cædes, & multa eius generis mala inferre effrenatè moliti sint, & neque
B illos aliquando pœnituerit, neque mentem ad meliora conuerterint, supplicia appositè ipsorum sceleribus respondentia subiisse.

Euentu ipso inter Christianos & Ethnicos discrimen constat.

De iis, qui persequutionem perpeßi sunt, ac eorum inflictatoribus. CAPVT XXVI.

ATque ista neque temerè, neque sine ratione eueniunt. Qui enim animo rectè ex iustitiæ regula instituto ad res gerendas se conferant, & timorem Dei Opt. Max. assiduè animo complectantur, & firmam erga illum fidem retineant, & terrores pericuáque, quæ in præsenti vita obiiciuntur, spe illa de rebus futuris ostentata, posteriora ducant: hi licet ad tempus rebus aduersis & incommodis conflictentur: tamen quia pro certo persuasum habeant, honores sibi multo maiores in posterum reseruatos, casus qui incidunt fortuitu, neutiquam ægrè & grauiter ferunt: sed quò asperioribus diuexantur molestiis, hoc illustriora gloriæ insignia assequuntur. Qui verò iustitiæ norma cum dedecore reiecta, Deum Opt. Max. non agnouerint: & eos, qui illum sunt fideliter consectati, contumeliæ & supplicio intolerabili obiicere non dubitarint, neque illorum gratia quibus ob talem causam pœnas irrogassent, se quidem miseros, illos autem felices & beatos (vtpote, qui etiam dum tam dira tormenta subibant, pietatem erga Deum firmè retinerent) iudicarint: istorum certè copiæ complures conciderunt, multæ in fugam conuersæ sunt, omnis denique bellica expeditio ab his suscepta ad extremam cladem prolapsa.

Pij non nisi cum fœnore affliguntur ab impiis.

Persecutores in quas clades inciderint.

Quòd persequutio, malorum causa extiterit iis, qui bellorum authores fuerunt. CAPVT XXVII.

EX huiusmodi sceleribus bella pestifera exorta, ex huiusmodi vastitates perniciosæ: inde etiam diminutiones rerum ad vitæ vsus necessariarũ, inde malorum eiusmodi nequitiam insequentium multitudo: inde duces tantæ impietatis editi, qui quidem

Christianorũ persecutionem secuta sunt. Bella. Vastitas.

Annonæ caritates.

vel extremis ærumnis exantlatis, extremam miseriam perpessi sunt: vel vitam turpissimam degẽtes, eam postea cum supplicia suis nequitiis aptè & æqualiter conuenientia sustinerent, morte grauiorem esse facilè agnouerunt. Nam quò vehementius quisque eorum, temeritate quadam inductus, ad diuinam Christianorum legem & disciplinam expugnandam (sic enim putabat) vehementius acriúsque incubuit, hoc certè plus hausit calamitatis: vsque eò, vti singulis ipsorum non modò huius vitæ acerbitates, sed etiam grauissimus ille metus suppliciorum, quæ se expectarent apud inferos, subituros, maximam planè afferret molestiam. A

Persecutores in quas calamitates inciderint.

Deus bonorum administratorem Constantinum delegit.
CAPVT XXVIII.

Constantinus instrumentum Dei ad vindicandã Remp. à tyrannide.

PRoinde cùm tanta & tam grauis impietas per humanas res permaneret, & Respub. velut à morbo quodam pestifero in periculum funditùs intereundi venisset, & ob eam causam magna, eáque salutari curatione egeret, quodnam quæso remedium diuinum numen (illud quidem omninò numen putandum, quod solum & reipsa est, & vniuerso temporis spatio satis virium ad opem ferendam in se continet) quod, inquam, remedium, aut quam rationem ad orbem terrarum ex his malis eripiendum excogitauit? Dicam equidem: quippe beneficia à Deo Opt. Max. in nos collata ingenuè agnoscere, eáque egregiè prædicare, reuera gloriosum est. Deus quidem certè, cum meum ministerium accuratè quale esset explorasset, idémque ad ipsius voluntatem explendã idoneum censeret, eodem vtens, & à mari Britannico, illísque partibus vbi sol rato cursu confecto necessariò occidit, initium faciens, eximia quadam potentia & virtute omnia mala, quæ homines præmebant, profligauit, & * è medio prorsus sustulit: adeò vt mea opera ac diligentia tum humanũ genus ad cultum augustissimæ legis & disciplinæ reuocatũ esset, tum fides sanctissima permagnas ipso Deo duce faceret progressiones.

Dei beneficia & cognoscenda, & prædicanda.

* Vide an. pag. 130. lat. 1. lin. 38.

Piæ in Deum Constantini voces, & confessorum laus.
CAPVT XXIX. B

Constantini voces optimo principe dignæ.

IDcirco cum exploratum habeam, eum hoc ministerium omnium facilè præstantissimum, mihi tanquam quoddam suæ singularis erga me beneuolentiæ indiciũ commisisse: non meipsum dissolutum in eo sedulò exequendo, quò illi gratiam referam, præstabo: & propterea ad regiones in Oriente sitas (quæ quidem orbis pars, quò asperioribus calamitatibus implicata tenetur, eò maius firmiúsque auxilium à nobis implorat) iter iam suscipere animus est: quippe vniuersam omninò vitam, & id totum quo spiritum duco, atque adeò omnes animi vires, quæ in intimo pectore insident, Deo Opt. Max. à me deberi, pro certó persuasus sum. Et quanquam profectò non sum inscius, eos qui spem in rebus cœlestibus verè & ex animo ponant, hominum beneuolentia neutiquam indigere: & qui eam in Dei domicilio constanter & firmè collocarint, quique quo magis se à rerum caducarum fragilitate sceleribúsque omnibus seiunxerint, hoc plus dignitatis adepturi sunt: tamen graues necessitates ad tempus eorum ceruicibus impositas, & supplicia parum hominum naturæ consentanea, ab eis, qui nec culpæ alicuius affines, nec criminis cuiusquam rei sunt, quàm longissimè depellere, nostrarum partium in primis esse statuo. An non absurdum est maximè, vt cum eorum animi tolerantia, & constans robur, per illos, qui sint eos diuini cultus & religionis causa acerrimè persecuti, satis exploratè cognitum sit, eorum gloria à me, qui Dei obsequio me totum dicauerim, non ad clarissimum augustissimúmque splendorem extollatur?

Pollicetur se in Orientem profecturũ ad solatiũ et subsidium piorũ.

Lex pro exulum liberatione, publicorum munerum vacatione & bonorum hastæ subiectorum restitutione.
CAPVT XXX.

Lex pro exulibus reuocandis bonisque & honoribus ablatis restituendis.

OMnes igitur, siue qui crudelibus iudicum sententiis subiecti, quibuscunque temporibus illud ipsis contigerit, patriam cum exilio ideò commutare coacti fuerint, quod

A quod ad honorem erga Deum & fidem, cui totis animæ viribus se consecrauerat, non neglexerunt: siue qui inter Curiæ ministros numerati sunt, cum in eorum numerum non iure fuissent antea relati, omnes, inquam, isti tum patriis sedibus, tum otio consueto restituti, Deo omnium liberatori gratias agant: siue præterea, qui rebus suis fuerint priuati, & fortunarum omnium amissione oppressi, hucusque vitam abiectissimam degerint: isti quoque domiciliis pristinis, familiis, & facultatibus redditi, Dei opt. max. beneficentia læti fruantur.

Item lex pro reducendis iis, qui ad insulas relegati erant. CAPVT XXXI.

QVin etiam eos, qui in insulis inuiti detinentur, istius prouisionis & solicitudinis nostræ beneficio potiri mandamus: vt scilicet cum hactenus angustis montium recessibus, & maris fluctibus circumiectis, vndique conclusi fuerint, iam acerba illa solitudine, & à natura hominum penitùs alienata liberati, desiderio rerum ab ipsis optatarum satiato, se ad amicissimos recipiant: cúmque longo temporis spacio in squalore & sordibus odiosis vixerint, reditum, velut prædam repentinam miniméque expectatam nacti, curis præterea molestiisque in posterum erepti, vitam metus expertem sub nostro traducant imperio: qui quidem nos Dei famulos esse & gloriamur, & pro certo persuasi sumus: quíque ei, quod à ratione alienissimum est (præsertim cum nostrum sit aliena peccata corrigere) ne aures quidem patefacere debemus, † nedum fidem adhibere.

In insulas relegati, restituendi.

Imperatori à ratione aliena ne aud. ẽda quidem, nedũ credenda.

† Vide annot. pag. 111. lat. 2. lin. 30.

Item alia lex, pro iis, qui ad metalla cum sui ignominia & ad publica opera damnati erant. CAPVT XXXII.

B QVicunque porrò aut ad metalla effodienda condemnati sint, aut ad publicorum operum ministeria obeunda addicti, hi continuis laboribus cum grato ocio commutatis, facilius & lenius vitæ genus libera cum potestate agãt: immoderatis laborum asperitatibus in placidam animi remissionem conuersis. Atque si qui libertate, quæ est omnium cõmunis, exciderint, & ignominia affecti fuerint, isti cum solida lætitia priorem dignitatis gradum, tanquam diuturna peregrinatione ab ipsis abalienatum recuperantes, in suam ipsorum patriam maturè se recipiant.

Ad metalla aut pub. opera damnatorum liberatio.

Pro confessoribus ad rei militaris pristina munia restituendis: vel eorum donanda, si vellent, immunitate. CAP. XXXIII.

ILlis item, qui iam olim honoribus militaribus donati, ab eisdem iniusta & iniqua de causa sunt deiecti (nempè quòd confessionem in Deo verè agnoscendo, illis dignitatis ornamentis longè prætulerunt) libera detur optio, vel rei militari se dedendi, quo in pristino vitæ modo permaneant: vel cum honorata libertate, liberè & pro arbitratu vitam degendi. Rectum est enim, & rationi consentaneum, vt qui in periculis ipsis illatis tam egregiam animi magnitudinem & tolerantiam declarauerint, integram habeant potestatem tum otio, tum dignitate, liberè pro animi sui sententia perfruendi.

Milites vel ad militaria munia reuocandos vel rude donandos.

Præmium debitum virtuti.

De ingenuis in libertatem vindicandis, qui ad muliebria opera, vel etiam seruitutem addicti erant. CAP. XXXIIII.

POrrò autem, qui nobilitatis suæ amplitudine vi dispoliati, talem quandam iudicum sententiam subierunt, vt vel in gynæcea, vel in textrinas intrusi, durum & miserum laborem sustinerent, vel vt cellæ penariæ ministri fierent, quò nihil superior illorum ortus ipsis adferret subsidij: hi quoque honoribus, quibus ante fruebantur, & libertatis beneficio potiti, & ad pristina dignitatis ornamenta restituti, deinceps hilari & læto animo vitam degant. Qui item de libertate sit in seruitutem datus, quique se iniqua* & inhumana ciuis alicuius vecordia ministeria ipsi insueta obire coactum esse secum admodum deploret, & seipsum pro libero seruum ex improuiso factum intelligat: is in

Ingenui in libertatem vindicandi.

* Vide annot. pag. 132. lin. 8.

libertatem priorem nostro edicto vindicatus, se parentibus similem efficiat, exerceátque labores libero homine dignos: & cogitationẽ seruilium illorum munerum parum sibi accommodatorum, quæ anteà perpessus fuerit, penitus ex animo deleat. A

Qui succederent in bonis eorum, qui aut martyres aut confessores fuerant, aut aliò migrare coacti. CAPVT XXXV.

Martyrum ac confessorũ bona cognatis eorum restituenda.

POrrò illud nobis videndum est, vt facultates, quibus singuli variis de criminibus falso illis obiectis orbati fuerint, restituantur: nempè si qui splendidissimum diuinissimúmque martyrij certamen inuicto & constanti animo sustinuerint, & propterea rerum suarum amissionem tolerarint, & confessores constituti, spem perpetuam in cœlo sibi comparatint: qui item non modò solum vertere coacti, sed fortunis etiam priuati fuerint, quòd neutiquam fidem prodendo persecutoribus cesserunt: istorum quotquot vita defuncti sunt, † hæreditates cognatis impertiri mandamus. Omninò autem, quibus hæreditates illæ debeantur, est cognitu perfacile, cùm leges eos, qui genere propius accedunt, præcipiant hæredes fore: & quòd ratione etiam oportet eos succedere, qui sint domestica consuetudine coniunctiores, constat: præsertim cum illi ipsi martyres, non criminis vllius conuicti, sed sua inducti voluntate, mortem oppetiuerint.

Hæredes martyrum.

† Vide an pag. 131. lat. 1. linea

Quibus de sanguine nemo superfuerat, iis ecclesia instituta est hæres: si quid tamen hi viui cuiquam dedissent, ratum id firmúmque permaneret. CAPVT XXXVI.

Ecclesia quatenus bonorũ à martyribus relictorũ hæres esse debeat.

QVod si nemo de cognatis supersit, qui vlli vel martyrum, vel confessorum, vel exulum, quos diximus (qui eiusmodi de causa solum verterint) hæres ratione succedat: vt ecclesia semper cuiusque loci hæreditatẽ adeat, ratum esto. Neque erit omninò molestum, his qui excedunt è vita, vt eam cuius gratia omnes suos labores susceperint, hæredem felices assequantur. Præterea hoc necessariò proponi debet, quòd si qui eorum, quos supra memorauimus, aliquid de fortunis suis, quibus visum fuit, donauerint, his possessio iure stabilis & firma permanere debeat. B

Qui horum agros, hortos aut ædes possederant, reddere dominis cogebantur, exceptis fructibus, quos interim percepissent. CAPVT XXXVII.

Possessiones martyrum restituendæ, fructus percepti non item.

ET ne quis error appareat in edicto, sed vt quid verè voluerit, omnibus ad cognoscendum in procliui sit, sciant omnes: si agrum, si domum, si hortum, si quid eorum, quæ paulò antè posui, teneant, ipsis & honestum & vtile esse, vt non ea confiteantur solum, sed omni abiecta cunctatione restituant. Quapropter licet maximè videantur quidam ex iniusta illorum possessione maximos fructus cepisse, & nos vt isti repetãtur, minimè æquum iudicemus.

Quonam modo illis harum rerum venia à Constantino petenda erat. CAPVT XXXVIII.

Possessionum vsumfructum cur à se peti velit Constãtinus.

TAmen illi ipsi planè confiteantur, & quos habuerint fructus, & vnde eos collegerint, huiúsque peccati veniam sibi à nobis concedi postulent, vt non modò auaritia antegressa tali adhibita correctione à nobis remittatur: verùm etiam Deus Opt. Max. istud pœnitentiæ loco excipiens, benignus & clemens, erratis veniam det. At dixerint fortasse, qui huiusmodi facultatum domini (si modò istud nomen in illis valere vel debet, vel potest) facti sunt, excusatione pro se allata, quòd fieri non poterat, vt se ab illis rebus abstinerent, cum tam varium & multiplex miseriarum cuiusque generis spectaculum palàm esset propositũ: quo quidem tempore extiterunt crebræ perditæque proscriptiones eorum, qui nihil commeruissent, eæque temerè incõsideratèque factæ: crudeles etiam & insatiabiles persecutiones, iniustę deníque facultatũ venditiones. Quòd si huius-

A si huiusmodi verbis quidam se defendere contendunt, & admonitiones continuas ex-
» pectant, ne existiment se illud impunè laturos: præsertim cùm ista à nobis tam sedulò
» administrentur, quò Deo opt. Max. debitum præstemus obsequiũ. Quæcunque enim
» antehac grauis & damnosa necessitas accipere coëgerit, ea in præsentiarum retinere
» nonnihil habet periculi. Ac necessum est, insatiabiles cupiditates omnibus modis, id
» est, rationibus & exemplis, imminuere.

Ærarium, agros, hortos ac domos, ecclesiis suis resignare debere. CAPVT XXXIX.

Bona ecclesiis erepta restituenda.

» NEque enim, si quid ærarium earum rerum quas ante posuimus, possideat, firmè
» retinere illi liberum erit: imò verò contra sacrosanctas ecclesias nihil omninò di-
» cere audeat: & quas res ad tempus per iniuriam possederit, eas ecclesiis iure restituat.
» Omnia igitur, quæ rectè veréque ad ecclesias pertinere videantur, siue domus, siue agri,
» siue hortus, vel si quæ sunt alia eiusdem generis, quæ in alicuius possessionem venerint,
» quò ius nullius, qui ad rempub. id est, ad ecclesiam spectat, violetur, sed omnia syncera
» & simplicia maneant, restitui mandamus.

De sacellis & cœmiteriis ecclesiis restituendis. CAP. XL.

Restituenda ecclesiis loca in quibus martyres sepulti.

» QVinetiam loca illa, quæ martyrum corporibus honorata sunt, & monumenta glo-
» riosæ illorum è vita discessionis, quis dubitet quin ad ecclesias spectent? imò verò
» etiam, quis non potius istud præciperet? quippe cum neque munus præstantius sit, ne-
» que labor Deo gratior, vel quod plus habeat vtilitatis, quàm diuinò spiritu adhortante,
» in his rebus diligentem operam & studium collocare. Quæ etiam iniquis de causis ab
» improbissimis hominibus ablata fuerint, ea vt æquitas postulat restitui, sanctísque de-
» nuò ecclesiis integra reddi iubemus. Cæterùm quoniã perfectæ & singularis prouiden-
» tiæ est, ne istos quidem silentio præterire, qui aut iusta emptione aliquid ab ærario ac-
B quisiuerint, aut gratis concessum retinuerint, & ad huiusmodi res occupandas cupidi-
» tate quadam inexplebili temerè ruerint: sciant, quicunque fuerint de genere illo, sibi
» quanquam harum rerum causa, quas coëmere ausi sunt, nostram erga ipsos beneuolen-
» tiam maximè abalienare laborârunt) à nobis, quantum ratio commodè ferre poterit,
» benignè prospectum iri.

Eximia ad colendum Deum exhortatio. CAP. XLI.

Epistolæ conclusio per exhortationẽ ad cultum diuini numinis ad Palæstinæ præsides.

» HÆc igitur hactenus sermone nostro prouecta sint. Verùm quoniam virtus Dei
» omnipotentis euidentissimis argumentis manifestissimísque sese ostendit, cùm ad
» optima cohortãdo, tum benignè mea causa adeò firma apportando subsidia, vt iis acer-
» ba calamitas, quæ cunctas res humanas antea districtas tenuit, iam ex omni mundo ra-
» diis solis collustrato prorsus exempta: vniuersi simul & singuli accurata cura & cogita-
» tione circumspicere debetis, qualis tandem illa potestas fuerit, quæ semẽ (vt ita dicam)
» perditissimorum hominum deleuerit, labefactarítque: bonorum autem lætitiam quasi
» denuò reuocatam, in omnes regiones affatim fuderit, & omnibus concesserit potesta-
» tem, tum officia diuinæ legi ac disciplinæ consentanea cùm omni obseruantia præ-
» standi: tum illis, qui se huic consecrauerunt, honesta virtutis munera sedulò excolendi:
» qui quidem, tanquam ex crassa caligine emergentes, quia eximia sunt sacrarum litera-
» rum cognitione imbuti, decæterò debitum cultum erga Deum, & honorem pium,
» eique congruentem declarabunt.

Quomodo Constantinus leges quas tulerat, reipsa confirmauerit. CAPVT XLII.

Acta Imperatoris consona dictis.

ISTud primum Imperatoris edictum ad nos missum, ista præcepit. Statim verò, quæ lege fuêre præscripta, reipsa processerunt: & omnia contraria his, quæ paulò antè à crudelibus tyrannis patrata fuissent, gesta sunt: Imperatorísque beneficiis potiebantur hi, quibus ea tribui lege sancitum fuit.

Quomodo magistratus qui Christiani essent, ad honores extulerit: qui verò gentiles erant, sacrificare interdixit. CAP. XLIII. A

Ethnicis Christiani magistratus præfecti.

Ethnicii idolis sacrificare vetiti.

EX his verò rebus Imperator abiens, alias res illustres & magni momenti cœpit aggredi. Ac primùm gentibus per varias prouincias dispersis, præfectos, qui maximam partem salutari Christi fidei se addixissent, mihi: qui verò Gentilium consuetudinem ac ritus imitari visi sunt, his ne sacrificia eidolis immolarēt, interdixit. Eadem lex ab eo lata fuit de illis dignitatis gradibus, qui præfectorũ honores suo splendore superabant. Aut enim si Christiani erant, ita se gerere præcepit, vti appellationis ipsorum dignitas postulabat: aut si aliter animo affecti, mādauit, ne eidolis hostias offerrent.

De legibus quæ prohibuerunt sacrificia sacras autem ædes extruere mandauerunt. CAPVT XLIIII.

Leges aliæ Constantini Ecclesiasticæ.

Templo idolorum vetita.

Templa Christianorum approbata.

Liberalitas Constantini in reficiendis ecclesiis.

Vide infra hoc lib. cap. 55. & lib. 4. cap 23.

DEinceps duæ leges in eandem sententiam promulgabantur: altera, quæ vetuit detestabilia eidololatriæ scelera, quæ iam olim in quaque ciuitate & regione fieri cōsueuissent: & ne quisquam vel statuas erigere, vel curiosas & superuacaneas diuinationes moliri, vel denique sacrificare auderet. Altera, quę iussit templa exædificare, Deíque ecclesias tum longitudine tum latitudine ampliores effici: vt in posterũ omnes homines (vt complectar brevi) insano illo & superstitioso multorum deorum colendorum ritu è medio sublato, Deo Opt. Max. reconciliarentur. Talia enim tum animo instituere, tum his qui prouinciis præfuerunt per literas significare, Imperatorem sua ipsius erga Deum sanctimonia incitauit. Lex præterea illud est in se complexa, vt pecuniis largiendis non parceretur, sed à thesauro regio promerentur ad parandas res illis institutis necessarias. Quinetiam ad ecclesiarum præsides passim de eiusmodi rebus literas dare dignatus est, hásque primas ad me misit.

B

Constantini epistola ad Eusebium & alios episcopos, vt magistratuum procuratione ædificarentur ecclesiæ. CAP. XLV.

VICTOR CONSTANTINVS MAX. AVgustus Eusebio S.

Constantini ad Eusebium literæ.

Imp. episcopũ fratrem vocat

De fabrica templorum.

De sumptib.

† Vide annot. pag. 133. lat. 1. lin. 20.

QVemadmodum ad hoc vsque tempus, ob impiæ voluntatis institutum, & grauem tyrannidem seruos Dei persequentem, pro certo cognoui, & satis persuasum habui omnium ecclesiarum ædificia vel negligentia corruisse, vel impendētis periculi metu, minimè † provt debuerant, refecta fuisse, frater charissimè: sic nunc cùm libertas omnibus restituta sit, & draco ille, Dei Opt. Max. prouidentia, nostróque ministerio, de communi Reip. administratione depulsus: arbitror equidem & virtutem ac potentiam diuinam omnibus satis constare: & eos qui vel timore, vel infidelitate in peccata lapsi sunt, cùm illud quod reuera bonum est, satis perspiciāt, in veram & rectam viuendi viam redituros. Quibuscúnque igitur ecclesiis vel ipse præsis, vel alij episcopi, presbyteri & diaconi vbicúnque terrarum, quos nosti, pręficiantur, vobis omnibus videndum est, vt earum ædificia sedulò accurētur: quò vel ea quæ remanent reficiantur, laxioráque fiant: vel vbi necessitas postulauerit, deintegro exædificentur. Quæ verò res ad ædificationem necessario requiruntur, eas quidem cùm ipse, tum alij tuo nomine, à præfectis & magistratibus prouinciarum petent, hisce enim per literas à me significatũ est, vt omni studio & propensione animi ea quæ fuerint à tua sanctitate præscripta, subministrent. Deus, te frater charissime, diu florentem seruet. Ista literis prodita, quibúsq; ecclesiarum pręsidibus, in singulis nationib. ætatem degentibus, missa fuêre. Ea quoque sedulò exequi, quæ erant his congruentia, prouinciarum præfectis mandatum: ac quæ legibus erāt sancita, illa etiam reuera cum magna celeritate confecta.

Quòd

A *Quòd contra ei dolorum cultum scripserit.* CAP. XLVI.

PRæterea Imperator cùm sacrosanctam disciplinam quæ ad Dei cultum pertinet, augere studeret, omnibus prouincialibus cuiusque nationis, qui falso idololatriæ errore ante ipsius ætatem implicati fuissent, literas dedit: prudentique persuasione cohortatus est eos, qui ipsius parebant imperio, vt Deum omnium authorem agnoscerent, & ipsum Christum palàm & perspicuè suum Seruatorem esse profiterentur. Atque istas literas Imperatoris ipsius manu scriptas, ad præsentem hanc nostram historiã necessariò arbitramur adiungẽdas, vti audire Imperatorem videamur, idem illud hoc modo quasi omnium hominum auribus inculcantem.

Constantini scriptum aduersus idololatriam.

Constantini ad prouincias contra errorem multiplicis deorum cultus decretum, & de virtute & vitio, præfatio. CAP. XLVII.

VICTOR CONSTANTINVS, MAX. AVGVSTVS, PROVINcialibus *Orientem incolentibus* S.

" QVæcunque firmissimis summisque legibus continentur, ea omnia prouidentiæ & diuinæ solertiæ per ipsorum descriptionem diuinitus ordinatam, satis illustre specimen omnibus dant. Neque vlla existet dubitatio, quin accurata synceræ rationis, & rerum simul in cernendi sensum incurrentium cõprehensio vno veræ & perfectæ virtutis subsidio adiuncto, sit eos (quorum animus, scientiæ quasi vestigiis rectà insistens ad illum finem fertur) tandem ad Dei cognitionem deductura. Quapropter quisque vir prudens non aliquando animo conturbetur, cùm multos animaduertat contraria vitæ instituta consectari. Virtutis enim decus in occulto lateret, si non vitiositas, vitam peruersam & insolentem illi tanquam ex aduerso respondentem opponeret. Verùm quòd & virtuti corona sit proposita, & iudicio Dei summi omnium moderatoris coërceatur vitiositas, ego quoad fieri potest, iuxta eam spem quæ ea de re meo in animo insidet, perspicuè vobis omnibus aperire conabor.

Contraria inter se opposita magis elucescunt.

B

De pij Constantini patre, & Diocletiano, & Maximiano persecutoribus. CAPVT XLVIII.

Vide Euse. lib. 8. cap. 3. 26. 29. Ad sanct. cœtũ ca. 25.

IMperatores, qui ante hoc tempus ad Reipublicæ gubernacula sederunt, propter agrestes credo & inhumanos mores exhæredati sunt. Atque vt pater meus admirabili cum pietate, in omnibus suis gerendis, Deo patre inuocato, solus clementiæ opera executus est: sic reliqui omnes insano animo & furioso affecti, ad immanitatem potius " quam humanitatem suas curas & cogitationes contulerunt: quæ sanè illis regnantibus " vera religione euersa, vehementer creuit. Crudelis enim eorum nequitia vsque eò exardescere cœpit, vt cùm omnes res diuinæ pariter atque humanæ pacatæ & tranquillę " consisterent, intestina persecutionis bella ab illis excitarentur.

Antithesis boni principis Constantij et eius collegarũ Tyrannorum.

Quòd Apollinis oracula, qui propter iustos homines responsa reddere non potuerat, persequutionis causa extiterint.

CAPVT XLIX.

" APollinem autem id temporis, ex antro quodã & tenebricoso recessu, non ex sacerdotis ore hoc oraculum edidisse ferunt: Iustos qui in terris versabantur impedimẽto ipsi fuisse, quo minus vera loqueretur: & propterea falsa oracula ex tripode edita esse † indeque etiam factum esse, vt comã demitteret. Oraculo igitur hoc modo exagitato hominum malicia de ea re cõqueri cœpit. Sed videamus, ista quem ad exitũ venerint.

† Vide annot. pag. 133. lat. 2. lin. 21.

Apollinis oraculũ propter Christianos obmutuisse.

Vnde truculentißimus tyrannus ansam sibi arripuerit, ad exquisitißima in Christianos supplicia comminiscenda. CAP. L.

TE iam Deum altissimum contestor, me verum dicturum. Audiebam, cùm iam puer admodum essem, eum qui illo tempore principem locum inter Romanos

Persecutionis contra Christianos causa, Apollinis oraculum, propterea quod eo hi iusti pronunciati sint.

Imperatores obtineret, miserum, planè miserum, errore cæcatum, à satellitibus suis A curiosè inquirentem rogasse, quinam essent illi in terris iusti? Quendamque ex vatibus suis responsum dedisse, eos esse Christianos. Tyrannum autem responsum illud tanquam mel ore auidè arripientem, gladios, qui erant ad iniuriam vlciscendam excogitati, contra sanctos viros omni labe & reprehensione carentes intentasse. Extemplò igitur mandata crudelibus sicariis, quorum manus erant cæde & sanguine respersæ, data esse: iudicesque missos, vt celeres animi motus à natura datos, ad acerbiora suppliciorum genera inuenienda intenderent.

Quot contra Christianos tormentorum genera excogitata fuerint. CAPVT LI.

Tormenta & supplicia Christianis intentata.

Licuerat tum, licuerat inquam cernere, quanta cum animi alacritate, egregij pietatis athletæ, in crudelitate cõtinua, non vulgares, sed nouas in dies singulos afflictationes pertulerint. Quippe modestia, quam nullus hostis aliquando læserit, furorē iracundorum & amentium ciuium multo effecit truculentiorem, Quę incendij flamma fuit, qui cruciatus, quòd tormentorū genus, quod non fuerit omnium sanctorū corporibus nulla ætatis ratione habita, irrogatū? Eo tempore terra reuerà lachrymas effudit: mūdus res vniuersas suo cõplexu coercens, tabido cruore inquinatus, fletū edidit: dies etiam ipsa prę lugubri prodigij calamitate obscurata est. Sed quid ista commemorem?

Quòd Barbari Christianos summa cum humanitate susceperint. CAPVT LII.

Christianis profugis apud Barbaros tutum asylum.

Barbari inde iam gloriantur: qui quidem eos qui per idem tempus à nobis aufugerent, in tutelam receperunt: & licet illos tenuerint vt captiuos, tamen humanissimè tractarunt. Nam non solum in ea securitate collocarant, vt salutem, sed etiam vt religionis suæ instituta & ritus retinere possent. Etiam Romani hanc maculam ad lõ- B ginquum tempus continuatam sustinent, quam Christiani eis imprimebant tempore, quo ex eorum ditione eiecti ad Barbaros confugerunt.

Cuiusmodi plaga exceperit illos, qui propter vaticinationem, persequutionum authores extiterant. CAPVT LIII.

Authores persecutionis tyranni mendacibus vaticiniis Apollinis decepti, funditus perierunt.

Sed quid attinet pluribus mœrores illos, & communem totius orbis luctum persequi? Sceleris verò authores, præterquam quòd in Acherontis barathrum ad perpetuum cruciatum detrusi fuerunt, turpem præterea vitæ exitum, quò miserè interierunt, sunt consecuti. Nam bellis intestinis mutuò extincti, nec nominis, nec generis sui vestigium reliquerunt, Quod planè non obtigisset illis, nisi impia illa oraculorum Apollinis diuinatio vim quandam adulterinam & adumbratam, qua in fraudem inducebantur, in se fuisset complexa.

Præconium Constantini in Deum, & signi crucis confessio, & pro ecclesiis & populis precatio. CAP. LIIII.

Constantinus Deū inuocat.

Eius beneficia celebrat.

Se suosque subditos Deo commendat.

Te iam Deum Opt. Max. oro, obtestorque, sis Orientis incolis clemens & propitius: & omnibus prouincialibus diuturna calamitate contritis, per me famulum tuum curationem adhibeas. Atque ista non sine causa, ô omnium Domine, & sancte Deus, abs te postulo. Tuo enim impulsu res salutares & aggressus sum, & confeci: tuoque vexillo vbique hostibus opposito, exercitum ab illis triumphantem duxi. Quinetiam si quando Reip. vsus postulat, illa ipsa tuæ virtutis ac potentiæ insignia sequens, contra hostes audacter procedo. Et propterea etiam tibi animum meum amore & timore ritè syncereque temperatum, totum dedo. Nam nomen tuum ingenuè amplector: virtutem tuam, quam multis argumentis declarasti, quaque meam fidem firmiorem reddidisti, sanctè veneror. Meos igitur humeros huic operi subiicere equidem maturo, vt tuam augustissimam sanctissimamque domum, quam nefarij illi & impij graui vastationis scelere labefactarunt, in integrum restituam.

Christianos

Christianos optauit esse omnes, coegit neminem. CAP. LV.

Christianam religionem volentibus commendat, inuitis non obtrudit.

Vide supra hoc lib. ca. 44. & infra li. 4. ca. 23.

POpulum tuum pacẽ colere, & à seditione liberum vacuumque esse, pro communi totius orbis & cunctorum hominum emolumento exopto. Qui autem errore ducuntur, parem cum fidelibus pacis & tranquillitatis oblectationem, læto animo capiant. Ipsa enim recta communitatis & societatis humanæ moderatio, etiam ad illos in » rectam viam deducendos, valebit plurimum. Nemo alteri exhibeat molestiam: quod » cuiusque animus vult, hoc quisque transigat. At verò rectè de Deo sentientibus peni- » tùs persuasum esse debet, ipsos solos, quos ipse vocas vt in sacratis tuis legibus acquie- » scant, sanctè & incorruptè vitam traducturos. Qui verò seipsos inde abstrahunt, com- » menticij erroris delubra pro arbitratu habeant: nos autem splendidissimum tuæ veri- » tatis domicilium, quod natura nobis largitus es, teneamus. Hoc etiam illis optamus, vt » videlicet per communem concordiam, læticiam animo percipiant.

Religionis libertas.

Præconium alterum in Deum, qui per filium suum lapsos in errores illuminauit. CAP. LVI.

» QVod verò ad hoc nostræ religionis institutum attinet, non nouum aut inauditum » esse credimus: sed te ex eo tempore, quò hæc vniuersarum fabrica firmè coagmẽ- » tata fuit, idem ipsum cum tuo venerando cultu obseruandum præcepisse. Cæterùm » humanum genus hallucinatum est, variis errorum opinionibus à veritate abductum: » at tu per filiũ tuum, vt peruersitas illa non in dies magis magisque ingrauesceret, puro » lumine porrecto, omnes in tui memoriam reuocasti.

Gratiarum actiones pro beneficiis humano generi collatis.

Præconium item aliud in Deum, ex orbis vniuersi administratione. CAPVT LVII.

† Vide annot. pag. 134. lat. 1. lin. 35.

TVa † potentia nos innocentes & fideles reddit: tuæ res gestæ ista confirmant. quippe sol & luna ratum suum & legitimum cursum tenent: neque sidera absque ordine, totius mundi orbem lustrant: temporum vicissitudines certa lege reuoluuntur: solida terræ stabilitas tuo verbo continuatur: ventus præstituto tempore motum ciet: a- » quarum lapsus præcipitans immenso quodam & infinito cursu fertur: mare immobili- » bus terminis circũcluditur: quodcunque per terram perque Oceanum fusum est, hoc » vniuersum ad mira quædam & singularia hominũ commoda fabricatum est. Quæ res » nisi voluntatis tuæ nutu aque arbitrio administrarentur, sine controuersia tanta discre- » pantia, & tam magna potentiæ, quæ in illis cernitur, dissensio, vniuersæ vitæ humanæ esset, rebusq; omnibus vastitatem allatura. Nam † ipsæ inter se confligentes, multò grauius cum humano genere confligerent: quod etiam faciunt, licet oculis non cernãtur.

B

Prouidentia Dei ex creaturis rectè colligitur.

† Vide annot. ibidem lin. 4. lat. 2.

Aliud rursus præconium in Deum, qui semper bona quæ sunt, homines docet. CAPVT LVIII.

» DEus Opt. Max. & omnium Domine, tibi maxima habeatur gratia. Nam quanto » magis humana natura variis & discrepantibus studiis opinionibusque duci intel- » ligitur, tanto pluris apud eos qui rectè sentiunt, quique curam veræ & perfectæ verita- » tis gerunt, diuini verbi disciplinæ æstimantur. At verò si quis sit qui se sanari non sinat, » alteri qui sanari vult, non vitio vertat. Nam medendi facultas, quę morborum curatio- » nibus præest, omnibus in medio posita est. Tantum cauendum, ne quis istud reli- » gionis institutum violet, quod res ipsæ purũm & integrum esse commonstrant. Frua- » mur igitur omnes, boni illius communione, quod nobis datum sit, hoc est pacis: nostra- » que mens ab omni quod illi aduersetur, sit omnino separata.

Errores & mala impiorũ cõmendant fidem & bona piorum.

Hortatur sub edicti finem, vt nemo alteri negotiũ exhibeat. CAP. LIX.

» AT tamen, quod quisque sibi persuadeat satis probum & spectatum esse, in hoc al- » teri ne sit offensioni: imò verò quodcunque alter vel norit, vel intellexerit, illo » quidem proximum, si fieri potest, iuuet: sin fieri non potest, missum faciat. Aliud est e- » nim, certamẽ pro immortalitate sponte suscipere: aliud, supplicij metu cogi. Hæc dixi,

Proximo vel inseruiendũ, vel nulla saltem molestia exhibenda.

hæcque pluribus, quam id, quod erat tenuitati meæ propositum, postulabat, propterea A persecutus sum tum quòd veram fidem occultare nolueram: tum maximè omnium, quòd iam nonnullis (vt audio) in ore est, templorum ritus sublatos: hoc est, vt ego dico tenebrarum erroris in falsis diis colendis potestatem prorsus abrogatam esse. Quod planè omnibus hominibus penitùs credo persuasissem, nisi quòd violentus peruersi erroris impetus ad Reip. euertendæ periculum præter modum in quorundam animis penitùs inhæserit.

Excusat scripti prolixitatem.

Quomodo ab vrbe Alexandrina quæstiones propter Arium incœperint.
CAPVT LX.

Externis hostibus deficientibus, interni ecclesiam vexant.

TAlem sermonem Imperator, tanquam eximius Dei præco, prouincialibus omnibus per literas suas communicauit, quò subiectos sibi tum à diabolico errore depelleret, tum ad verum Dei cultum sectandum exhortaretur. Ad quem, iis rebus iam egregiè nobilitatum, rumor de tumultu quodam, non exiguo illo quidem in ecclesiis concitato, perlatus est: cuius auditione perculsus, ei cœpit remedium excogitare. Tumultus ille talis fuit: Dum populus Dei gloriabatur, rerumque honestarum actionibus sese efferebat, metusque, qui extrinsecus aliquid molestiarum facessebat, erat ablatus, & ecclesia illustri quadam (vt ita dicam) & trãquilla pace vndique cœpta muniebatur, inuidia nostris bonis insidias struens, callidè irrepsit, inque media episcoporum frequẽtia primùm tripudiare cœpit: eosque diuinorum decretorum discutiendorum causa, in seditionis coniecit certamen: deinde quasi ab exigua scintilla ingens incendium excitauit. Quod quidem ab ecclesia Alexandrina tanquam à summo capite exorsum, omnem Ægyptum, Libyam & Thebaida deinceps peragrauit. Iam verò per reliquas prouincias & ciuitates eò vsque diffudit sese, vti non modò ecclesiarum præsides verborum contumeliis se mutuò concidere, sed etiam reliquorum hominũ multitudinem diuersè distractam (dum in istorum, illi in aliorum sententiam inclinarent) B cernere licuisset. Eò porrò turpitudinis rerum gestarum spectaculum prolabebatur, vt iam in mediis infidelium theatris sacrosancta diuinæ nostræ doctrinæ instituta, turpissimi ludibrij notam subirent.

De historia Arij vide Ruff. li. 1. c. 1. Nicepho. lib. 8. cap. 5. Socrat. lib. 1 cap. 3. 4. 6. Theodor. lib. 1. c. 2. 4. De vita Constant. lib. 3. ca 4. Sozom. li. 1 ca. 14. 19. li. 2. ca. 18. & coniunge capita vbique cõsona.

Dissensionum in religione pernicies.

De Ario & Melitianis. CAPVT LXI.

NOnnulli in ipsa Alexandria de summis religionis Christianæ mysteriis iuueniliter & inconsultè digladiari: alij per vniuersam Ægyptum, & superiorem Thebaidẽ, de cõtrouersia quadam iam pridem inter ipsos concitata decertare cœperunt, adeò vt vbique ecclesiæ in varias partes dirimerentur. Et quoniam vniuersum ecclesiæ corpus his rebus laborabat, tum tota Libya vehemẽter eisdem afflictata fuit, tum reliquæ exterarum prouinciarum partes pariter in morbi societatem venerunt. Nam qui Alexandriæ dissidebant, ad episcopos aliarum prouinciarum, alij ad alios legatos mittebant: illi autem in alterutram partem diuulsi, simili seditionis flamma incendebantur.

Quæstionibus malè feriatorum ecclesia perturbata.

Huc refer Nicephor. cap. 5. lib. 8

Quomodo Constantinus miserit ad Alexandrinos de pace componenda legatum. CAP. LXII.

QVibus auditis Imperator animo supra modum dolens, remque illam propriæ calamitatis loco statuens, confestim virum ex numero piorum, quos habuit circa se, quem modesta fidei virtute satis spectatum, & superioribus temporibus pietatis confessione insigniter decoratum intelligebat, mittit, vt pacem inter eos qui Alexandriæ discordabant, conciliaret: literasque ad eam in primis accommodatas, per eundẽ ad seditionis authores dat: quas quidem, cum illustre testimonium prouidentiæ & solicitudinis de populo Dei susceptæ complectantur, in hunc, qui de eo instituitur, sermonem inserere consentaneum videtur: quæ se habent ad hunc modum.

Constantinus ecclesiæ concordiam sarcire conatur: misso Hosio episcopo, vti declarat Socrates lib. 1. ca. 4.

Huc refer Nicephor. cap. 12. li. 8.

Constantini

A *Constantini ad Alexandrum episcopum & Arium presbyterum literæ, & pro pace tuenda solicitudo.* CAP. LXIII.

VICTOR CONSTANTINVS MAX. AVGVST.
Alexandro & Ario.

Huc refer Niceph. ca. 13 lib. 8. Vide Sozomenū lib 1 cap 15. † Vide annot. pag. 335 lat. 1. lin. 16.

Quo animo Constantinus Remp. administrandam susceperit.

IPsum, vt par est, meorum institutorum adiutorem & conseruatorum omnium, Deum testem adhibeo, istarum rerum, quas mihi reipsa obeundas suscepi duplicem causam extitisse. Primùm enim, vt omnium gentium de numinis cultu opinionem ad vnius habitudinis ritúsque formam traducerem: deinde, † quòd in animo habebam, corpus totius mundi, tanquam graui aliquo morbo acerbè vexatum ad sanitatem restituere. Quæ sanè accurata ratione considerãs, alterum eorum interiore mentis acie, id est, consilio, efficiendum statuebam: alterum autem copiarū
„ militariū subsidio & viribus, quoad poteram, præclarè gerere conabar: persuasum
„ habens, si omnes veros Dei cultores communi concordiæ vinculo, sicut mihi in
„ optatis erat, deuincire possem, vniuersæ nostræ Reip. ciues se ad pia eorum instituta breui conuersuros.

Quòd quæstiones apud Afros agitatas reprimebat.
CAPVT LXIIII.

Vide Nicephor lib. 7. cap. 43.

Quo fine hæc miss. legatio. Seclusis in religione non ponendus remedium.

„ PRoinde cùm insania quędam intolerabilis, propter temerariam leuitatatē quorundam, religionem à populo obseruatam in varias sectas discindere molientiū, vniuersam Africam occuparet, hunc morbum, cùm ipse leuare cuperem, nullum
„ aliud remedium ei curando satis idoneum inueniebam, quàm vt quosdam ex ve-
„ strûm numero adiutores ad conciliationem hominum inter se dissentiētium mit-
„ terem: quò inuidia, communis totius orbis inimica (quæ sacris nostris conuentibus
„ aduersatur) penitùs restingueretur.

B *Quòd pietas ortum ab Oriente sumpserit.* CAP. LXV.

† Vide annot pag. 335 lat. 1. lin. 3, 26.

Christi incarnatio.

ET quoniam veri luminis vis, & sacræ religionis disciplina, quæ Dei Opt. Max. beneficio ex quibusdam Orientis quasi sinubus egressa est, vniuersum simul orbem terrarum suo splendore collustrauit: non sine causa † vos eam religionē pro-
„ fitentes, quos tanquam quosdam gentium duces ad salutem fore existimo, nō mo-
„ dò propenso animi studio, verùm etiam exquisito oculorum obtutu inuestigare conabar. Nam simul ac illustri contra hostes parta victoria verè triumphassem, istud potissimum conquirere instituebam, quod omnium facilè præstantissimum iudicarem.

Quòd de seditione anxius, quæ ad pacem spectabant consuluerit.
CAPVT LXVI.

Angit Imperatorem dissensio in ecclesia.

„ SEd ô præclarissimam & verè diuinam prouidentiam: quale & quàm lethale vul-
„ nus auribus meis, imò verò ipsi animo inflictum fuit, cum audiuissem seditionē
„ inter vos concitatam, multo plus habere acerbitatis, quàm eas res quas ibidem an-
„ te gestas fuisse cognouimus: adeò vt iam vestræ ecclesiæ membra, ex quibus spera-
„ bam aliis medicinam petendam fore, multo maiore curatione egeant. Ac mihi de
„ principio & causa istarum rerum accuratè cogitanti, valdè exilis, & neutiquā tanta
„ contentione digna visa est. Quapropter ad hanc epistolam scribendam necessitate
„ adductus, non solum ad vestrum vtriúsque prudentiam scribo: sed etiam diuinam
„ prouidentiam in hac re adiutricem fore obtestor, meque etiam communē vestræ
„ mutuæ dissentionis arbitrum, tanquam pacis moderatorem nō sine causa adhibeo.
„ Quandoquidem Deo Opt. Max. mihi opem ferente, quamuis maior esset dissen-
„ tiendi occasio: tamen spero oratione piis audientium mentibus adhibita, quémq; ad id quod sit vtilius, facilè me posse traducere. Quapropter cùm causa tam exigua sit, illa quidem quæ totius vestræ Reip. commoda impedire videatur, quid est quamobrem non expeditiorem & multo faciliorem dissidij correctionem spondeat.

Studet author esse pacis.

Vnde nata sit quæstio inter Alexandrum & Arium, & quòd talia haudquaquam erant disquirenda. CAP. LXVII.

A

Alexandri & Arij contentio.

Vide Niceph. lib. 8. cap. 5. 11. Vide Socrat. lib. 1. cap. 4. vbi hæc epistola repetitur. Vide Sozom. li. 1. ca. 15.

INde igitur præsentis controuersiæ fundamentum intelligo iactum esse, quòd tu Alexander à presbyteris de loco quodam in Sacris literis scripto quærebas, imò verò de inani quadam quæstionis particula sciscitabaris, quid quisque illorum sentiret: tuque Arie istud quod neque initio animo complecti, aut cum fuisses complexus, silentio præteriisse debebas, inconsideratè effutiuisti. Vnde discordia inter vos concitata, tũ conuentus, qui in ecclesia fieri solet, impeditus: tum populus sanctissimus variè in vtrãque partem distractus, ex totius corporis Ecclesiæ compage diuulsus est. Proinde vterque vestrûm vicissim veniam alteri tribuens, illud approbet, ad quod non sine causa vester conseruus vos cohortatur. Atquid istud est? vt de rebus eiusmodi nec omnino rogetis, nec ad rogatum respõdeatis. Tales enim quæstiones, quales nulla lex canónue ecclesiasticus necessariò præscribit, sed inanis dissoluti ocij certatio proponit, licet ad ingenij acumen exercendum instituantur: tamen interiore mentis cogitatione continere debemus, & neque in publicos populi conuentus temerè efferre, neque vulgi auribus incosultò concredere. Quotus enim quisque est, qui rerum tam grauium, tantaque obscuritate inuolutarum vim, vel satis accuratè peruidere, vel pro dignitate explicare valeat? Quod si quisquam sit qui istud se facilè efficere & consequi posse confidat quota quæso est illa multitudinis pars, quam possit efficere vt idem ipsum intelligat? Aut quis tandem est, qui in curiosa quæstionum eiusmodi peruestigatione, extra prolapsionis periculum possit consistere? Quocirca in talibus rebus loquacitas coërcenda est, ne vel cùm nos præ nostri ingenij imbecillitate, quod propositum est, explanare nõ possimus: vel auditores inter docendum, præ intelligentiæ tarditate ad accuratam sermonis instituti comprehensionem peruenire non queant: ex re alterutra populus aut in blasphemiæ, aut in dissensionis necessitatem incurrat. Quare & interrogatio temeraria, & inconsulta responsio, veniam vtrique vestrûm ab altero impetrare debet. Neque enim de summo in Sacris literis præcepto, vobis ansa ad digladiandum oblata est: neque nouus vllus de religione diuina introductus error: sed vnam eandemque tenetis de fide sententiam, ita vt facilè possitis ad ipsum communionis consensum venire. Nam non est consentaneum, vt propter vestram imprudẽtem de adeò paruis exiguisque rebus mutuò concertationem, tanta populi multitudo ad dissensionem rapiatur: imò verò non modò non est consentaneum, sed omnino nefas esse existimatur. Verũ vt rem, breuiter exemplo quodam animis vestris mecum recognoscatis, dicam. non vos præterit, opinor, philosophos ipsos vnius quidem disciplinæ professione omnes inter se consentire: sæpe tamen in aliqua parte opinionum, quas asseueratione affirmant, discrepare solere: qui licet disciplinæ causa, quam quisque illorum tuetur, dissentiant, tamen ob professionem, qua conspirare videntur, denuò inter ipsos in gratiam redeũt. Quod si ita se res habet, quid est cur non sit multo conuenientius, vt qui famuli præpotentis Dei constituti sumus propter ipsum religionis institutum, quod profitemur consentientibus animis inter nos ipsos concordemus? Cæterùm accuratiore cogitare cogitatione consideremus, & mente attentiore hoc, quod iam à me dicetur, circumspiciamus, num rectè se habeat, vt per leuem & inanem verborum contentionem fratres fratribus reluctentur: & eximia concordia, impia simultate per nos, qui de rebus tam exiguis miniméque necessariis inter nos confligimus, miserè discerpatur? Popularia quidem sunt ista, & puerili inscitiæ magis quàm sacerdotum & prudentium hominum sapientiæ congruentia.

Quæstiones in religione subtiliores nec mouendæ, nec ad easdem respondendum.

Loquacitas cohercenda.

B

Hortatus ad reconciliationem.

à facili.

Ecclesiarum præsides inter se dissentire, nefas.

Philosophorũ dissensiones.

ab honesto

Concordia fratrum logomachiis nonrumpenda.

à simili.

Hortatio ad concordiam. CAP. LXVIII.

1 Concordia quatenus inter nõ eadem per omnia sentientes, etiam seruari possit.

Vide Niceph. lib. 8. cap. 12. 13.

NOstra sponte igitur diabolicas tentationes euitemus. Et quoniam Deus Opt. Max. conseruator omnium, communem suæ gratiæ lucem omnibus porrexit: idcirco mihi eius famulo quæso per vos liceat, vt illius prouidentiæ subsidio adiutus, meum conatum ad eam lucem propagandam susceptum, feliciter ad exitum perducam: atque etiam vt ipsius populum, tum verbis compellando, tum ministerium diligenter erga eum præstando, tum acriter admonendo, ad mutuam ¹ concordiam traducam.

A cam. Et cùm, vti dixi, vna sit vobis fides, vnaque de nostra religione sententia, vnum denique legis ac disciplinæ institutum (quod quidem cum suis partibus vniuersum ecclesiæ corpus, consentiente animorum concordia & proposito, deuincit) istud quod inter vos non modiocrem contentionem excitauit, quoniam nullam rem grauem in nostræ religionis quasi ambitu comprehensam attingit, non est cur distinctionem aliquã animorum, aut discordiam in vobis pariat. Atque hæc dico, non vt cogam vos in hac leuicula & stulta quæstione, qualiscunque tandem illa fuerit, penitùs eandem sententiam sequi. Ac tametsi vos inter vos vicissim de re quapiam minimi momenti dissentitis (siquidẽ neque omnes de omnibus rebus idem sentimus, neq; vna eadémq; in nobis indoles aut mens versatur) tamen fieri poterit, vt eximia concordia syncerè integréque seruetur: & vna inter omnes animorum conspiratio custodiatur: verum de diuina prouidentia vna vobis sit omninò fides, vnus animorum consensus, vna de Deo sententia.

Concordia quatenus inter non eadem per omnia sentientes etiam seruari possit.

Quòd ob ineptas quasdam voculas digladiandum non erat. CAP. LXIX.

Vide Nice. lib. 8. cap. 11. 15.

AT quæ leuissimis istis quæstionibus inter vos argutè & subtiliter exquiritis, licet non in eandem sententiam tanquam pedibus eatis: ea tamen intra cogitationis vestræ quasi fines continere debetis, intimo mentis domicilio recondita. Communis autem amicitiæ bonũ, vera fides, reuerentia erga Deum, & legis obseruationẽ, stabilis firmáque apud vos maneat. Redite in gratiam, & mutuam inter vos necessitudinem colite, vniuersóque populo suos mutuos complexus reddite: ipsíque, vestris ipsorũ animis cõtentionis labe purgatis, iterùm amicè & beneuolè vos alter alterum excipite. Nam sæpenumero post inimicitias depositas, amicitia iterum reconciliata, plus solet habere iucunditatis.

Logomachia intermissa mutua ac veritati studendum.

Quòd pietatis causa summopere dolens, lachrymas profundere compulsus sit: itérque quod in Orientis partes instituerat, propter hæc in aliud tempus distulerit. CAP. LXX.

B

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 12. 13.

DAte igitur mihi dies tranquillos, & noctes curæ ac molestiarum expertes, vt voluptas, quæ tum ex sincera concordiæ luce, tum ex vita quieta capi solet, mihi integra in posterum conseruetur. Quod quidem si minus contingat, necesse est ingemiscere, lachrymis & mœrore omninò confici: nec fieri potest vt vitæ cursum dereliquò tranquillè & sedatè transigam. Nam quandiu Dei populus, eum dico, qui communi mecum erga Deum obsequio fungitur, tam iniqua perniciosáque contentione ab se mutuò dissidet: quomodo fieri potest, vt ipso animo tranquillo consistã? Atque vt incredibilem huius doloris morsum intelligatis, sic accipite. Non ita pridem ad Nicomedẽsium ciuitatem aduentãs, extemplo iter versus Orientem maturè facere cõstituebam. Ac me quidem ad vos citato gradu properantem, cum maiorem itineris partem cõfecissem, vt propè iam vobiscum esse viderer, † literarum istarum nuncius in contrariam cogitationem compulit, ne oculis ea videre cogerer, quæ ne auribus quidem tolerari me posse planè existimabam. Deinceps igitur vestra cõcordia patefacite mihi ad Oriẽtem aditum, quem vos vestris dissidiis vltrò citróq; feruẽtibus interclusistis & efficite breui, vt cùm vos pariter, tum reliquum vniuersum populum lætitia gestientem cernã: & omnes vnà pro communi omnium concordia & libertate, consentientibus laudis præconiis debitas gratias Deo Opt. Max. agamus.

Aequissimis postulatis principis vt partes in gratiam [illegible] redeant, salua tamen veritate.

† Vide annot. pag. 135. lat. 1. lin. 34.

Legatione nõ sublata dissidia.

Quòd post has quoque literas, quæstiones ac rixæ nihilominus durauerint. CAP. LXXI.

Osius Cordubensis legatus cum superiori epistola ab Imperatore missus nihil effecit, vt Socrates attestatur lib. 1.

AD hunc modum igitur Deo charus Imperator, his quæ ad pacem ecclesiæ facere videbantur, per epistolam missam diligenter prospexit. Ille verò bonus & spectatus nuncius, nõ solum literis fideliter perferendis, sed Imperatoris mittentis voluntati pro virili sua parte inseruiuit. Et quanquam omninò pius vir fuit, sicut suprà diximus: tamen hoc maius quiddam erat, quàm quod per literas administrari posset: quippe magis magísque dissentientiũ lis accreuit, & vniuersas Oriẽtis prouincias mali illius impetus inuaserat. Inuidia igitur & perditus dæmon, qui semper ecclesiæ commoda ægrè & iniquo animo fert, ista admisit.

Diaboli instinctu rixas inter ecclesiæ præsides & moueri & ne remittant curari.

Finis secundi libri.

A

EIVSDEM EVSEBII COGNOMENTO PAMPHILI, EPISCOPI Cæsariæ Palæstinæ, de vita sanctissimi Imperatoris Constantini, Liber Tertius.

Comparatio Constantini pietatis, & flagitij persequutorum.

CAPVT I.

Comparatio Constantini & collegarũ Imp. Religionis ergo.
Antithesis capita.
1. Deus verus & commentitia numina.
2. Christi honor & contẽptus.
3 Fideles & infideles.

QVEMADMODVM probitatis hostis dæmon, graui in prosperum ecclesiæ statum exardescens inuidia, tempore pacis & lætitiæ, seditionis procellas & tumultus intestinos contra illum excitauit: sic Imperator Deo charus Constantinus, ea quæ ad suum spectabant officium, minimè neglexit: sed omnia contraria his, quæ antea erant à tyrannica crudelitate admissa, instituit: & quenque ecclesiæ hostem inimicúmque facilè deuicit. Atque vt illi, qui à vero DEO abscesserãt, homines ad deos, qui non sunt, colendos variis necessitatis viis coëgerunt: ita hic, cum & re & verbo eos non deos coarguisset, ad eum qui solus Deus est, agnoscendum cohortatus est. Quinetiam illi contumeliosis & maledicis verbis Christum Dei deridere non sunt veriti: hic in eximio passionis trophæo mirè gloriatus est, quod licet impij maximis grauissimísque conuiciis afficere studerent, iste tamen salutis propugnaculum esse illud ipsum agnouit. B illi Christi famulos, domiciliis & laribus orbatos, in exiliũ eiicere: hic eos omnes domum reuocare, & propriis sedibus restituere. illi eos ignominiis appetere: hic honoratos & in omnium conspectu illustres reddere. illi piis viris vitam eripientes, iniquè eorum bona publicare: hic illos plurimis muneribus benignè & liberaliter excipiens ad pristinum statum reducere. illi per scripta decreta palàm contra ecclesiarum præsides diuulgata, falsis calumniis eos obiectare: hic contrà, viros eosdem ad gloriam efferre, apud se ad altum dignitatis gradum tollere, & edictis ac legibus multo chariores efficere. illi sacras ædes precibus destinatas funditus euertere, eásque è sublimi deiectas solo æquare: hic tum eas, quæ supererant altius erigere, tũ nouas sumptu ex ipsis regiis thesauris suppeditato magnificè extruendas sancire. illi mandare, vt libri diuinitùs inspirati, in ignem iniecti, penitùs delerentur: hic, † vt iidem ex ærario regio & ornarentur magnificè, & numero augerentur, decernere. illi iubere, ne episcopi vsquã conuentus cogere aggrederentur: hic eos ex omnibus gentibus ad se conuocare, intromittere in palatium, sinere in intimas eius partes penetrare, & laris sui mensæq; regalis compotes esse. illi, * dæmones monumentis & imaginibus honorare: hic eorum fraudẽ patefacere, & materiam ex qua erant illorum simulachra conflata, malè & inutiliter collocatam, his qui ea rectius norunt vti, distribuere. illi delubra dęmonibus magnificè ornare iusserunt: hic eadem ipsa suis quibus nitebantur fundamentis deturbare, illáque maximè, quæ apud superstitiosos erant maximi æstimata. illi Dei seruos fœdis addicere suppliciis: hic, eos qui hæc patrassent, persequi, pœnáque debita Dei ope inflicta, ad meliorem mentem traducere. Sanctorum Dei martyrum memoriam hic etiam colere non destitit. Illi pios viros ex ædibus regiis exigere: hic iisdem ipsis maximè fretus, eos præter cæteros sibi & beneuolentiores & fideliores esse pro certo persuasum habuit. illi pecunia victi, animum Tantalicæ cupiditati in seruitutem dare: hic regali magnificentia omnes thesauros reserans liberali & magnifica largitione eosdem dispertire illi infinitas cædes facere, quò facultates interemptorum rapinæ & publicationi patêrent: sed toto illo tempore quo regnabat Constantinus, dum populus cuiusque nationis & ciues paternis potius gubernati legibus, quã necessitate adducti, parebãt, gladius quisque, quo iudicum sententia supplicium de maleficis sumi solet, ociosus suspensus fuit.

† Vide ante not. pag. 136. lat. 2. lin. 28. Vide ibid. li. 30. 31. 32.

In quas

A In quas quidem res oculis coniectis, dixerit aliquis meritò, nouum quendam & insitatum mundi statum modò apparuisse, insolito quodam lucis splēdore, velut post crassam caliginem, mortali hominum generi elucente: fatendúmque, vniuersum hoc opus ipsius Dei esse, qui Imperatorem tam pium, impiorum multitudini aduersarium opposuerit.

Nonus prope mundi status imperante Cōstantino.

De Constantini pietate, palàm crucis insigne profitentis.

CAP. II.

CVm enim tales essent hi, quorum similes non aliquando visi fuerunt: & talia facinora contra ecclesiam ederent, qualia ex omni seculorum memoria non sunt audita: Deus non sine causa principem quendam admirabilem in lucem extulit: cuius opera ea quæ nec percepta auribus, nec sub oculorum aspectum subiecta fuerint, effecit. Hic Imperator virtute tam eximius, ex Dei sapientia mortali hominum generi donatus fuit, tanquam res quædam peregrina, quæ homines in admirationem traduceret. Hic enim Christum Dei, libero ore & sermone in omnes diuulgauit: neque salutarem eam appellationem, quam obtinuerat, erubuit: sed ipsa professione gloriatus, se in luce & omnium oculis collocauit: atque interdum vultum salutari illa passionis signauit nota, nonnunquam trophæo illo victorioso plurimùm se extulit.

De authoritate ac virtute crucis, vide supra lib. 1. c. 22. 23 24. 25. 33. lib. 2. ca. 7. 8. 9. 12. 44. lib. 3. c. 48. lib. 4. cap. 21. De Constātini laudibus. Sozom. lib. 1. ca. 3. 4. li. 5. c. 2. Theodorit. lib. 3. c. 3. 16. lib. 5. cap. 21. Vide Constant. vitam lib. 4. cap. 15. 73. Item lib. 1. c. 33.

Constantinus ipse pius, impiis principibus successit.

Crucis nota vultum signādi ritus.

De imagine Constantini, supra cuius caput crux, sub pedibus verò confossus draco situs erat. CAP. III.

QVinetiam in tabula depicta, quam in sublimi ante palatij vestibula suspenderat, se omnium oculis contemplandum proposuit: salutaréque passionis insigne, supra caput ipsius locatum, in pictura exprimendum: inimicam autem illam & hostilem belluam, quæ ecclesiam Dei, impiorum tyrannide oppugnasset, in altum demersam, draconis specie & figura describendam curauit. B Sacra enim oracula in Dei Prophetarum libris eum draconem, & tortuosum serpentem nuncupant. Et proptereà Imperator, quò occultum humani generis hostem diabolum (quem ipsius salutaris trophæi: capiti eius imminentis virtute ad extremum exitum prolapsum significauit) tum sub suis, tum suorum pedibus conculcatum perspicuè indicare, draconem medio ventre transfixum & in profundos maris fluctus præcipitatum, subtili & artificiosa pictura sub omnium aspectu ad contemplandum subiecit. Atque istæ quidem res in imagine scitè depicta, variis colorum flosculis significabantur. Vnde permagna de Imperatoris acumine & solertia me capit admiratio, quo modo, diuino afflatu pulsus, eadem ipsa figurauit, quæ vocibus prophetarum ita de ista bellua pronunciantur: Deum gladium ingentem & terribilem contra draconem & serpētem fugientem illaturum, & draconem in mari interfecturum. Istarum rerum igitur imagines Imperator formauit, voces illas prophetarum adumbratione quadam imitatus.

Constantini imago qualis proponi ab ipsomet solita.

Diabolus serpens, & draco.

Esa. 17.

De quæstionibus propter Arium in Aegypto excitatis.

CAP. IIII.

QVibus ex rebus ad exitum perductis, licet non parum cœperit voluptatis: tamen inuidiæ flamma, quæ ecclesiam Alexandrinam grauiter conturbabat, & pestiferū schisma, quod inter Thebanos & Ægyptios versabatur, ipsius animum non parum cōmouit: quippe in singulis ciuitatibus episcopi cum episcopis dissidere, & populus contra populum tumultus ciere, & impetu quodam repentino instar Symplegadū & mutuis pugnis se ipse concidere cœpit: vsq; eò, vti animis insanis ac desperatis impia scelera aggredi, & Imperatoris imagines contumelia afficere non dubitarēt. Verùm Imperatorem non tam ad iram, quàm ad immensam animi ægritudinem, qua furiosorum amentiam supra modum deplorauit, incitârunt.

Huc refer Nicephori c. 5. lib. 8. Vitam Cōstan. lib. 2. cap. 60. Socrat. lib. 1. cap. 3.

Thebanorum & Aegyptiorum schisma.

Læsa Imperatoris imago.

De dissensione propter Paschæ celebrationem. CAP. V.

A

De Paschatis tẽpore dissensio.

MOrbus porrò alius longè grauissimus istas res antegressus est, qui longo tempore ecclesiæ multum exhibuisset molestiæ: dissensionem dico de salutari Paschatis festo ortam. Etenim alij, Iudæorum ritum sequendum asseruerunt: alij temporis quidem articulum in eo festo celebrando accuratè obseruandum esse, non tamen imitandam consuetudinem eorum, qui errore cæcati, alieni à gratia Euangelica esse viderentur. In hac igitur controuersia cum prolixo iam temporis spacio populus vbique admodum dissensisset, diuinæque leges & instituta confusione quadam essent permista, ita vt temporis in vno eodémque festo obseruando varietas & discrepantia maximam discordiã Paschatis solennitatem celebrantibus excitaret (quippe eodem tempore alij ieiuniis & & corporis afflictatione se exercebant, nonnulli se tradebant ocio & remissioni animorum) quanquam nemo certè erat, qui huic malo remedium inuenire potuerit, præsertim cum contentio dissidentium animos ex æquo exagitaret: Deo tamen, qui omnia potest, istis rebus mederi erat perfacile. Ex hominibus autem, qui adhuc in terris ætatem degebant, solus restare videbatur Constantinus, qui rectè factis sedulò operam daret: qui quidem, simulátque rerum istarum commemoratarum fama ad ipsius aures permanauit, intellexítque, literas ad Alexandrinos à se missas nihil habuisse ponderis, nouum consilium animo cœpit agitare: inquiens, alio prælio contra occultum illum & clandestinum hostem, Ecclesiæ statum perturbãtem de integrò decertandum.

Vide Eusebiũ supra. Vide etiã Orosium. Vide etiam Nice. cap. 5. 19. lib. 8. Vide Sozomenũ lib. 1. cap. 15.

Quomodo Concilium Nicææ cogendum imperauerit. CAP. VI.

Concilia, veluti Dei exercitus contra ecclesiæ hostes.

DEinceps igitur Concilium generale, tanquam quendam Dei exercitum instruens, in vnum locum coegit: & episcopos vndique per literas honorificè scriptas, vt eò maturarent, acciuit. Neque mandatum duntaxat erat ad hãc rem datum, sed in ea peragenda multum attulit subsidij authoritas Imperatoris, ac nutus: qui nonnullis fecit potestatem, equis publicè ad iter celeriter conficiendum dispositis vtendi: aliis permagnum iumentorum instratorum, quibus veherentur, numerum suppeditauit. Ciuitas autem Bithyniæ, quæ Nicæa, ἀπὸ τῆς νίκης id est, à victoria nomen traxit, Concilio celebrando admodum idonea, designata fuit. Vbi autem edictum in quáque prouincia diuulgatum erat, omnes summa cum animorum alacritate, tãquam è carceribus ad cursum emissi, properè aduolârunt. Nam bonorum spes, ipsorum mentibus iniecta, vel potius pacis fruendæ potestas, & noui ac peregrini cuiusdam miraculi spectaculum, quod in tanti Imperatoris vultu ostendebatur, eos allexit plurimum. Postquam autem omnes in vnum conuenerunt, opus illud diuina prouidentia factitatum, pro certo iam intellectum fuit. Nam non solum, qui animorum dissensione erant, sed etiam, qui corporibus, regionibus, locis, gentibus longissimè disiuncti, vnum in locum aggregati sunt. Atque vna ciuitas eos omnes, tanquam maximam sacerdotum coronam, ex multiplici nitidorum flosculorum varietate contextam, excepit.

Nicæa Bithyniæ vrbs vnde dicta.

Vide Nicephor. lib. 8. ca. 14.

B

Vide Theodorit. lib. 1. cap. 7. Sozomenũ c. 16. li. 1. Socrat. lib. 1. ca. 5. 6. 7. Coniunge ea. hic subsequentia, itémque & alia locis aliis adnexa ad eandem historiam pertinẽtia.

De vniuersali Concilio, ad quod ex omnibus orbis partibus episcopi confluxerunt. CAP. VII.

Nicæni cõcilij episcoporũ frequentia. ex quibus potiss. gentibus conflata.

EX omnibus namque ecclesiis, quæ frequentes in tota Europa, Africa & Asia extiterunt, Dei ministri, qui facilè primas ferre putabantur, in vnum conuocati. Templum etiam Nicææ, velut Dei nutu amplificatum, intra parietes suos, Syros pariter & Cilices, Phœnices, Arabes & Palæstinos, Ægyptios porrò, Thebanos, Afros, aliósque ex Mesopotamia profectos recepit. Aderat etiam vnà in Concilio Persidis episcopus: nec ab hoc choro Scytha abfuit. Pontus item, Galatia, Pamphilia, Cappadocia, Asia & Phrygia, viros apud se lectissimos suppeditârunt. Quinetiam Thraces, Macedones, Achæi, Epirotæ, & quorum domicilia multo longiore locorum interuallo distabant, eò aduentârunt. Ex ipsis Hispanis vnus nominis & famæ celebritate insignis, cum aliis multis in consessu illo adfuit. Et quanquam vrbis illius, penes quam imperium est, episcopus, ingrauescente ætate præpeditus, abfuit eius tamen

Osius Cordubensis episcopus.

Romanus episcopus senectute impeditus ipse nõ adfuit, sed Legatos tamen suos misit.

Huc refer Nicephor. c. 14. 15. li. 8.

men

A men presbyteri, qui aderant, illius locum suppleuerunt. Talem coronam solum ex omni præteritæ ætatis memoria vnus Imperator Cõstantinus, pacis vinculo ad Christi gloriam deuinxit: & quò Seruatori suo gratias ageret, istud eximium victoriæ ab hostibus & inimicis partæ monumentum obtulit, effigie chori Apostolici pulchrè in hoc nostro conuentu expressa.

Quomodo secundum id, quod in Actis Apostolorum traditur, variæ gentes ad Concilium profectæ sunt. CAP. VIII.

Act. 2. Vide Nicc. c. 14. lib. 8. Theodoritũ c. 8. li. 1.

Apostolorũ in Actis cõciliũ, quã potiß. re Nicano minus.

NAm dicitur in Sacris literis, illorum temporibus viros pios ex omni natione, quæ sub cælo est, in vnum conuenisse. Inter quos erant Parthi, Medi, Elamitæ, & qui incolunt Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenam, & aduenæ Romani, Iudæi, & Proselytæ, Cretes & Arabes. Verùm illis hoc defuit, quòd non omnes, qui eò venerunt, ex Dei ministrorum numero erant illi quidem.

De virtute ætatéque ducentorum quinquaginta episcoporum. CAP. IX.

Vide Nice. lib. 8. c. 16.

1 Vide annot. pag. 38. lat. 1. lin. 4.

Episcoporum Concilij Nicæni multitudo, & varia eorumdem dona.

Constantini in episcopos liberalitas.

SEd in hoc præsenti choro fuit episcoporum multitudo (ad numerum [1] ducentorum quinquaginta & amplius: presbyterorum autem, diaconorum, acoluthorum, & aliorum, qui istos comitabantur, turba ne enumerari quidem potest. Atque ex his Dei ministris, alij prudenter & disertè dicendo, alij vitæ grauitate, & constanti rerum arduarum perpessione, nonnulli quasi media inter istos interiecta viuendi consuetudine eximij, præclara laudis insignia adepti sunt. Erant inter hos etiam non pauci, qui propter longinquum temporis spacium, quo vixerant, multum honorati fuerunt: multi, qui in ipso ætatis flore propter ingeniorum acumen, magnum splendorem sunt consecuti: quidam modò in ministerij quasi cursum ingressi. Quibus quidem omnibus cibaria in singulos dies Imperator largè & liberaliter suppeditari mandauit.
B

Concilium in palatio celebratur, quò Constantinus ingressus vnà cum episcopis considebat. CAP. X.

Vide Nicephor. lib. 8. c. 16.

Concilij locus Imperatoris aula.

DIe autem Concilio, quo res in controuersiam vocatæ dirimerentur, præstituta, singuli parati erãt, in ipsa media regalis palatij aula, quę amplitudine cęteris facilè præstabat, illud celebraturi: ac compluribus sedibus in vtroque aulæ latere, ordine dispositis, qui erãt accersiti, intus præstò fuerũt: & sedem, quæ quęque decebat, capiebat quisque. Atque cum vniuersus ministrorum Dei conuẽtus decenti ordine collocatus esset, propter Imperatoris aduentum, qui iam erat in expectatione, omnibus fuit silentium. Ac primùm vnus ex principis familia, deinde alter, ac tertius ingreditur. Imperatorem antecedunt alij, non ex armatis & satellitibus, qui ei adesse consueuissent: sed ex amicis solum, qui Christi fidem amplexarentur. Signo verò dato, quod Imperatoris introitum indicabat, consurrexisse omnes dicuntur. Imperator deinde tanquam quidam cœlestis Dei angelus, purpureo vestitu & nitido, velut claro luminis fulgore splendescens, coruscantibusq; illius radiis illustratus, & conspicuo auri lapidumq; preciosorum nitore pulchrè adornatus, per medium consessum intrat. Atque hæc sunt, quæ ad corporis decus spectant. Quod autem ad animum attinet, eum timore Dei, & vera pietate insigniter decoratum constat: quas quidem res, oculi demissi, vultus pudor, & incessus moderatio satis indicabant. Quinetiam reliqua formæ species, & proceritas, tũ pulchritudinis excellentia, tum magnifica totius corporis conformatione, tum inuicti roboris firmitate eximia, facilè omnem omnium suorum præstantiam superauit. Quæ certè cum morum modestia, & mansuetudinis verè regiæ suauitate temperata, singularem mentis indolem, quæ nulla dicendi facultate explicari potest, declarabant. Simulac verò ad summum locum venit, primùm in medio conuentu erectus constitit, ac cum parua quædam sella ex auro fabricata illi esset loco posita, non prius consedit, quàm episcopi ad id innuissent. Idémque omnes post Imperatorem factitârunt.

Const. Imperatoris ad Concilium euntis comitatus qualis.

Constantini in Concilio ornatus & ingressus.

Mores Imp.

Imperator nõ prius assedit quam innuerent Episcopi.

Silentium Concilij, postquam Eusebius episcopus pauca quædam dixisset. A

CAP. XI.

Sedente Imp. Deo acta gratia.

EPiscopus autem, qui in dextro ordine primam sedem occupabat, assurgens, perbreui oratione Imperatorem affatus est: hymnúmque, quo Deo omnipotenti illo gratias ageret, recitauit. Postquam ille assederat, omnibus aciem oculorum in Imperatorem acriter intendentibus, silentium factum est. Imperator verò primùm alacri obtutu & placido, oculos in omnes coniiciens, suæque ipsius mentis & ingenij vires colligens, sedata ac leni voce, hoc modo apud eos dicere ingressus est.

Vide Nice. lib. 8. cap. 16.

Constantini oratio ad Concilium, pro Concordia.

CAP. XII.

Constantini oratio.

Vide Nice. li. 8. ca. 17.

QVoniam mihi admodum in optatis fuit, amici charissimi, isto vestro consessu aliquando frui: iam eo potitus, regi & moderatori omnium Deo ideò gratias me agere debere fateor, quòd mihi præter cæteros largitus est, vt istud quod omnibus ferè bonis antecellit, nempe vos in vnum conuocatos, vnámque omnium & consentientem esse voluntatẽ, oculis tãdem aspiciam. Nolite igitur pati, vt vlla tẽpestas, nostris rebus prosperis inimica, istud bonum labefactet: neque cum tyrãnorum dimicatio cõtra Deum suscepta, iam Dei seruatoris virtute profligata sit, vt denuò perditus dæmon diuinam Christi disciplinam & religionem maleuolorum obtrectationibus lacerandã obiiciat: quandoquidem intestina seditio in Ecclesia Dei conflata, multo plus molestiarum & acerbitatis, quàm quoduis bellum pugnáue, videtur mihi in se complecti. Atque istæ res ad animum spectantes, longè plus, quàm quæ ad corpus pertinent, doloris afferre videntur. Cùm igitur Dei Opt. Max. nutu & auxilio adiutus, victoriam ab hostibus reportassem: nihilque amplius mihi reliquum esse putarem, quàm vt tum Deo gratias agerem, tum vnà cum his, qui (Deo opem ferente) per me essent in libertatem vindicati, communem lætitiam animo perciperem, vt primùm dissensio vestra ad aures meas præter omnem spem peruenit, rumorem illum de ea allatum non planè negligebam: sed optans in primis, vt huic rei mea opera & sedulitate remedium inueniretur, omnes vos absque mora accersebam. Ac tametsi lætor equidem vehementer, cum iam vestrum consessum intueor: tunc tamẽ arbitror me rem maximè ex animi sententia gessisse, vbi omnes vos animorum coniunctione colligatos, & vnam eámque communem inter omnes, & tranquillam concordiam (quam quidem vos, cum sitis Deo consecrati, aliis etiam à Deo impetrare consentaneum est) vigere florereque intellexero. Itaque ne vlla sit quæso in vobis mora, ô charissimi: ne grauemini ô sancti Dei ministri, & spectati communis omnium nostri Domini ac Seruatoris famuli, ne grauemini inquam deinceps † causas dissensionis inter vos grassantis iã penitùs tollere: primóque omnium operam detis, vt omnia vincula, quibus constricta tenetur controuersia, pacis legibus omninò dissoluantur. Sic enim estis & Deo omnium gubernatori rem gratam facturi, & mihi vestro in Domino conseruo maximum præstaturi beneficium.

Seditionis in ecclesia pernicies.

B

Hortatur episcopos ad concordiam.

Obtestatio humana & blãda.

† Vide annot. pag. 138. lat. 2. lin. 15.

Quomodo discordantes episcopos ad concordiam traduxerit, & quod de fide & paschæ celebratione eadem fuit Concilij sententia.

CAP. XIII.

Constantinus Latina lingua vsus per interpretẽ cũ patribus agit. Contentiones propositas placide audit & conciliare nititur. Constantinus etiam Græcæ linguæ peritus.

Huc refert Nicephor. ca. 19. lib. 8.

HIc ista Latino sermone, altero eadem interpretante locutus, sermonem omnem deinceps Cõcilij præsidibus concessit. Ibi tum alij vicinos accusare cœperunt: alij & pro se respondere, & crimen in aduersarios deriuare. Cum igitur multa essent ex vtraque parte proposita, magnáque controuersia in ipso disputationis ingressu concitata: Imperator toleranter ac placidè omnibus animum attendere, studio acri prolatas sententias sensim excipere: vicissim ferre opem vtrique disceptantium parti, eos magna cum contentione digladiantes paulatim recõciliare: conferre cum singulis comiter & benignè sermonem: Græcè (nam ne huius quidem linguæ ignarus fuit) quid ipse sentiret eloqui. Suauis fuit, & dulcis, dum aliis persuadere, alios sermone lenire, alios qui disertè dixissent collaudare, omnes denique ad concordiam reducere cõtendebat:

vsque

A vsq; eò, vti tandem eos in omnibus rebus, quæ in quæstionem aliquando venissent, tũ conspirantes animis, tum opinionibus adeò consentientes redderet, vt non modò concors fides inter eos vigeret, sed etiam vnum idémque tempus in salutari festo Paschatis celebrando obseruandum ab omnibus cõcederetur. Iam verò, quæ erant cõmuni omnium sententia decreta, cuiusque manu subscripta fuerunt, & in cõmentarios relata.

Paschatis dissidium compositum.

Quomodo Constantinus episcopis epulum, cui ipse quoque interfuit, exhibuerit, cum iam vigesimus administrati ab eo imperij annus transactus esset. CAP. XIIII.

Huc refer Nicephor. ca.16. lib.8.

QVibus ad exitum perductis, secundum istam victoriam Imperator se contrà ecclesiæ hostem consecutum affirmauit, & propterea festum triumphale ad Dei honorem illustrandum egit. Eodem tempore vigesimus eius regni annus completus est: in quo conuentus celebres etiam apud reliquas gentes agitabantur. Inter Dei ministros iam pace conciliata, ipse Imperator conuiuium celebrare cœpit, & hoc tanquam sacrificium Deo valde accommodatum per illorum præsentiam obtulit: neque quisquam ex episcoporum numero, ab illo regali epulo abfuit. Istud porrò, quod ibi factitatum est, omnem dicẽdi facultatem superat. Satellites enim armati, districti gladiis, vndique regiæ vestibula obseruabant: per quorum mediam turbam sancti Dei homines absque formidine ingressi sunt, & ad interiores palatij ædes perrexerunt. Ex quibus alij deinde vnà cum Imperatore accumbere, pars prope valuas triclinij vtrinque assidere. Regni Christi effigiem in ea re adumbrari videbatur: quam rem somnij similius, quàm rei gestæ, aliquis existimare potuerit.

Patribus inter se cõciliatis opportunè vicennali festo Imperij sui cõpleto epulum exhibuit Cõstantinus, anno Christi 329. Euseb. in Chron.

Munera præsentibus episcopis dedit, & ad absentes omnes literas. CAP. XV.

B VBi autem conuiuium magno cum splendore venit ad exitum, illud præterea, quò omnes magnificentius & liberalius exciperentur, accessit, quisque nimirum pro dignitate muneribus honorificè donatus fuit. De hoc porrò cõcilio Imperator illos etiam, qui ei neutiquam interfuissent, certiores fecit per literas: quas quidem in hanc nostram historiam, tanquam in columellam quandam inscribam: quæ ita se habent:

Munificentia episcopis exhibita à Constantino.

Literæ Constantini ad Ecclesias de habita Nicææ Synodo. CAP. XVI.

CONSTANTINVS, AVGVSTVS, ECCLESIIS. S.

Huc refer Nicephor. cap.25. li.8. Theodoriti ca.10. lib.1. & Socrat. cap 6. lib 1. † Vide annot. pag. 139. lat. 1. lin.7.

CVm ex florenti & prospero Reip. statu, quanta sit diuini numinis erga nos benignitas, compertum haberem, † istud maximè omnium mihi propositum putaui, vt in sanctissima catholicæ ecclesiæ multitudine, vna fides, sincera charitas, & consentiens erga Deum omnipotentem religionis cultus seruaretur. Verùm quoniam istud haud poterat in loco tuto firmóque collocari, nisi vel omnes episcopi, vel maxima eorũ pars in vnum conuenisset, singulíque suum iudicium de rebus ad sacratissimam religionem pertinentibus interposuissent: eam ob causam, cum cœtus, quantum fieri poterat, maximus coactus esset, ipse tanquam vnus è vestrum numero (non enim recusabam, ex qua re iam maximã capio lætitiam, me vobiscum in eo ministerio coniungere) præsto vnà adfui. Atque vsque eò de omnibus rebus accuratè quæsitum est, quoad sententia Deo omnium contemplatori grata acceptáque propter concordiam & animorum cõsensum palàm pronunciata esset: sic vt nihil, quod vel ad discordiam, vel ad fidei controuersiam spectaret, omnino in posterum reliquum fieret.

Scribit Constantinus absentibus episcopis de actis Concilij Niceni, & de die paschatis.

Modestia Imperatoris.

Eiusdem de paschatis celebrandi consensione, & aduersus Iudæos. CAP. XVII.

Vide Nicephor. lib. 8. cap.19.

VBi cùm de sanctissimo festo paschatis disceptaretur, communi omnium sententia videbatur rectum esse, vt omnes vbique vno eõdémque die illud celebrarent.

Pascha ab omnibus vno & eodem tẽpore celebrandum.

Quid enim præstabilius, quídue augustius esse poterat, quàm vt hoc festum, per quod A spem immortalitatis nobis ostentatam habemus, vno modo & ratione apud omnes integrè sincereque obseruaretur? Ac primùm omnium indignum planè videbatur, vt ritum & consuetudinem imitátes Iudæorum (qui quoniam suas ipsorum manus immani scelere polluerunt, meritò, vt sceleftos decet, cæco animorum errore tenentur irretiti) istud festum sanctissimum ageremus in nostra enim situm est potestate, vt illorum more † reiecto, veriore ac magis sincero instituto (quod quidem vsque à prima passionis die hactenus recoluimus) huius festi celebrationem ad posterorum seculorum memoriam propagemus. Nihil igitur sit nobis commune cum Iudæorum turba, omniũ odiosa maximè. aliam enim vitam, quam insistamus, à Seruatore didicimus. Proponitur námque sanctissimæ nostræ religioni cursus quidem & legitimus, & decorus: hunc igitur consentientibus animis mordicus tenentes fratres honoratissimi, ab illa detestabili Iudæorum opinione nos ipsos remoueamus. Est enim reuera absurdissimum, vt illi insolenter se iactant: nos absque ipsorum disciplinæ subsidio, istas res nullo modo posse obseruare. Quid tandem est, de quo illi rectè sentire queant, qui post necem Domino illatam, post parricidium illud nefandum, ex mentis statu deturbati, non ratione vlla, sed temerario animorum impetu, quocunque insita ipsis & innata insania rapiat, feruntur? Hinc etiam existit, quòd ne in hac quidem parte veritatem perspiciant: quippe præ errore extra exquisitam temporis in hoc festo celebrando obseruationem longissimè euagati, eodem anno alterum pascha celebrant. Proinde quid est cur istos imitemur, quos constat graui erroris morbo laborare? Eodem namque anno idem festum bis recolendum non permittemus. Verùm quamuis ista non à me fuissent proposita: tamen vestræ solertiæ esset, cùm diligentiam adhibere, tum semper optare, vt nulla vobis aliquando detur occasio, vestrorum animorum integritatem nequam hominum moribus admiscendi. Ex his item illud potest intelligi, nefas esse, vti in tanto & tam solenni religionis nostræ festo regnaret dissensio. Vnum enim libertatis nostræ diem festum, hoc est sanctissimæ passionis, Seruator noster nobis tradidit, vnámque Ecclesiam catholicam esse voluit. Cuius quidem membra tametsi in multa & varia loca dispersa sint, tamen vno spiritu, hoc est, diuina voluntate & nutu coalescunt. Vestræ igitur sanctitatis prudentia accuratè secum consideret, quàm graue, imò verò quàm indecorum sit, vt iisdem diebus alij ieiuniis vacent, alij agitent conuiuia: ac post dies paschatis, alij in festis & animorum remissione versentur, alij præscriptis ieiuniis se dedant. Quapropter istud rectius instituendum est, & ad vnam normam redigendum. hoc enim (sicut omnes vos satis animaduerte existimo) diuina prouidentia vult.

Cum Iudæis nihil commune esse Christianis debere.

Turpis est in ecclesia de Paschatis die dissensio.

† Vide annot. pag. 139. lat. 1. lin. 24.

B

Hortatio ad sequendum id quod maxima pars orbis comprobet.

CAPVT XVIII.

Et quoniam istud erat ita via & ratione gerendum, vt nihil nobis cum consuetudine † parricidarum, & illorum qui necis Domini authores extiterunt, sit commune: & modus ille eximius decorúsque seruandus sit, quem omnes ecclesiæ seruant, quæ orbis partes vel versus occidentem, vel versus meridiem, vel versus septentrionem incolunt, ac nonnullæ quoque quæ in locis ad Orientẽ spectantibus habitant: idcirco omnes in præsentia, hoc rectè se habere arbitrati sunt. Ipséque etiam in me recepi, vestram sapientiam facilè assensuram: vos videlicet quod in vrbe Roma, † in Italia, in Africa, in Ægypto, in Hispania, Gallia, & Britannia, in Lybia, & vniuersa Græcia, in dioecesi Asiatica & Pontica, in Cilicia denique, vna & consentiẽte sententia conseruatur, hoc etiam vestra prudentia lubentes approbaturos: illud sedulò reputantes, no solùm quòd in locis quæ modò citaui, maior ecclesiarum numerus existat: sed etiam quòd sanctissimum institutum sit, vt omnes communi consilio id ratum cupiant, quod recta ratio postulare videtur, quódque nihil cũ Iudæorum periurio habet commercij. Verùm vt summam rei breuiter complectar, visum est communi omnium iudicio sacratissimum Paschatis festum, vno eodémque die celebrãdum esse. neq; enim de re tam sancta ac solenni vlla dissensio debet existere: † imò verò hanc sequi sententiam, cui nullus à fide alienus error, nullum vitium admistum sit, multo maximam habet

Quanto consensu lata sit sententia de Paschate.

Pascha festũ vno eodémque die omnibus celebrandum.

Vide Niceph. lib. 8. cap 26.

† Vide annot. pag. 139. lat. 2. lin. 12.

† Vide ibidem lin. 16.

† Vide ibidem lin. 25.

A habet commentationem. Quæ cùm ita se habeant, libentibus animis hoc decretum,
„ tãquam donum Dei & mandatum reuerà cælitus demissum amplexamini. Nam quic- *Synodis rite coactis quantum sit deferẽdum.*
„ quid in sanctis episcoporum Conciliis decernitur, id vniuersum diuinæ voluntati de-
„ bet attribui. Quamobrem vos, vbi omnibus dilectis nostris fratribus res in hoc conci-
„ lio gestas, sententiam iam decretam, & sanctissimi festi obseruandi modum denuncia-
„ ueritis, eadem ipsi approbare, iusteq; disponere debetis: vt simulátque vestram rectam
„ omnium rerum dispensationẽ, iam pridem à me desideratam, me planè perspicere cõ-
„ tigerit, vno eodémq; die vobiscum vna sacrosanctum festum recolere possim, & simul
† Vide ibidem lin. 33. omnium causa permagnam animo capiam † voluptatem. quod quidem fiet, cùm in-
tellexero, & diabolicam crudelitatem, diuina virtute opem ferente, per vestra rectè fa-
„ cta prorsus profligatam esse: & fidem nostram pace & concordia conciliata vbique e-
„ gregiè florere. Deus vos, fratres charissimi, seruet incolumes.

Hortatio, vt decretis Synodi omnes obsequantur. CAP. XIX.

EDictum, quod quidem pondus habebat & authoritatem, cùm hac epistola Imperator in singulas misit prouincias: suæque erga Deum piæ mentis integritatem illud legentibus, exquisitè intuendi dedit facultatem.

Consulit discessuris episcopis, vt mutuam concordiam conseruent. CAP. XX.

DEcæterò autem, vbi Concilium erat dimittendum, sermonem apud episcopos de rebus ordine dispensandis instituit. Omnibus igitur vno eodémque die in vnum conuocatis, eos, cùm adessent, admonuit sedulò, vt pacis inter ipsos mutuo colendæ diligentem curam adhiberent, & contentiosas lites auerterent: & si quisquam inter illos ex sapientiæ præstantia multum laudis adeptus fuisset, nulla in illum flagrarent inuidia, sed virtutis vnius bonum commune esse censerent: qui autem præstabiliores vi- *Episcopos discessuros hortatur ad pacẽ conseruandã.*
B derentur, non aduersum tenuiores se insolenter efferrent. Nam qui, inquit, reuera sint bonitate superiores, diuini numinis est decernere. Dixit porrò, oportere eos propter animi lenitatem & indulgentiam se inferiorũ imbecillitati submittere: rarum esse illud, quod sit expletũ omnibus suis numeris & partibus: & propterea inter ipsos, iis qui leuiter peccant, veniam debere tribuere, benignè gratificari, & quæ humanæ sunt fragilitatis condonare: concordem animorum consensum in primis colere, ne ipsi inter se concertãtes, illis qui ad obtrectandum verbo * Dei parati sunt, ansam eidem illudendi præberent. † Quam rem omniũ maximè præcaueri debere: posse autem facile præcaueri, dummodo quæ apud nos sunt, illis admiratione digna videantur. Neque cuiquam nostrûm obscurum esse, vtilitatẽ quæ ex Sacris literis capitur, non omnibus conferri solere. † Alios enim deliciis ad tẽpus oblectari: nonnullos in eorum familiaritatem, qui aliquem dignitatis gradum adepti sunt, se callidè insinuare: cõplures, eos qui humanitùs & benignè ipsos excipiũt, amplexari: multos muneribus donatos, ad diligendũ impelli: sed paucos admodũ † veræ doctrinæ amore flagrare, & amicũ veritatis perrarò reperiri. Quare omnibus esse in primis consentaneum, vt ea quæ ad salutem vtilia sunt, quisq; alteri, instar medici, suppeditet: ad eum planè finem, vt apud omnes omnino salutaris disciplina magno in honore habeatur. Ista, cum primis adhortatus est Imperator. Ad extremum etiam illud adiecit, vt pro ipso ad Deum preces obnixè funderent. Cùm igitur his præceptis eos instruxisset, omnibus fecit potestatem ad sua domicilia reuertendi. Illi lætitia gestientes, redierunt. Ad hunc modum, cùm illi qui propter dissentientes opiniones longo quasi interuallo ab se mutuo diuulsi fuerant, tanquam in vnum corpus essent denuò coagmentati, deinceps vna apud omnes viguit sentẽtia, ipsius Imperatoris consensu confirmata.

Meliores aliis qui sint, solius Dei esse decernere.

* Vide annot pag. 140. lat. 1. lin. 1. 18. 11.

Rarus veritatis amicus.

† Vide ibidem lin. 13.

Quomodo literas dederit ad eos qui ad Concilium non conuenerant: & de pecuniarum in populum largitione. CAP. XXI.

Vicennalia Constãtini. Vide Nicephor. c. 26. lib. 8.

PRoinde Imperator de prospero rei euentu lætus, illis qui Concilio neutiquam interfuissent, per literas fructum eiusdem vberem præbuit: populóque vniuerso *Pecuniæ in populum largitio.*

cùm per agros, tum per ciuitates disperso, ingentem pecuniæ vim distribui mandauit: A sicque festum diem, ad recolendam vigesimi anni regni sui memoriam, celebratum cohonestauit.

Literæ eius ad Aegyptios: & hortatio, vt ad Concordiam redeant. CAP. XXII.

Aegyptiorũ contentiones adhuc flagrãtes literis sopire conatur.

Vide Niceph. lib. 8. cap. 24. 25.

VErum cùm iam inter omnes pax esset conciliata, solos Ægyptios seditiosa contentio mutuò inter ipsos distraxit, ita vt Imperatori de integro nõnihil negocij facesserent illi quidem, sed tamen bilem ei minimè commouerent: quippe eos vt patres imò verò vt Dei prophetas, omnino honorificè reuerens, illos secundò accersere dignatus est, se rursus non inuitum, tanquam arbitrum, eorum controuersiis interponere: illis iterum munera honorificè impertire: arbitrium suum & sententiam per epistolam significare, & Concilij decreta suo sigillo rata facere. Hortari etiam, vt concordiæ adhærescerent, vt non distraherent Ecclesiæ dirimeréntque consensum, sed diuini iudicij recordationem intima cogitatione complecterentur. Ista per literas Imperator illis significauit.

Quomodo pias cùm populis, tum episcopis, literas subinde scripserit. CAP. XXIII.

Constantini humana industria in promouenda ecclesiæ concordia.

Huc refer Nicephor. ca. 27. li. 8.

ALia item infinita his similia scripsit, víxque dici potest quot & quàm multas epistolas exarauit: interdum episcopis ea quæ ad ecclesiarum Dei commodum spectabant, præscribendo: interdum etiam cum ipsa multitudine per literas colloquendo, & vt beatum decet, singulos è populo fratres & conseruos appellando. Cæterùm ista separato opere tractare, cùm satis suppetet ocij, commodius erit, ne præsentis historiæ tanquam corpus medium incidatur.

Quomodo Hierosolymis, in sancto Seruatoris nostri resurrectionis loco, templum extruendum mandauerit. CAP. XXIIII. B

Templum iubet extrui ad sepulchrum Domini.

* Vide Niceph. li. 8. cap. 28. Ad integrũ tractatum de templis à Constantino structis coniunge hic proximè sequentia ca. 34. lib. 4 cap. 58. 59. Socrat. li. 1. ca. 13. 14. vbi & de euersis deorũ fanis agitur. Item Theod. lib. 1. ca. 17. Sozom. lib. 1. ca. 8. lib. 2. ca. 1. 2. 3. 4.

HIs * rebus ad hunc modum constitutis, aliud quoddam opus maximè memorabile apud Palæstinorum gentem diuinus iste Imperator efficere aggressus est. At quódnam quæso? sanctissimum illum salutaris Christi resurrectionis locum Hierosolymis, existimauit ita à se illustrari debere, vt omnibus eximius & veneratione dignus videretur. Idcirco mandauit, in eo statim templum construi: neque istud opus aggredi absque pulsu diuino, imò verò ipso Seruatoris spiritu incitatu, in animum induxit.

Quomodo sepulchri Christi memoriam impij, puluere ac sordibus adaggeratis tollere studuerunt, Veneris quoque sacrario ibidem extructo. CAP. XXV.

Sepulchrum Christi quomodo impij abolere conati.

† Vide Niceph. lib. 8. cap. 28.

OLim † enim viri impij, imò verò istorum subsidio vniuersum dæmonum genus omni studio incubuit, vt illud diuinum immortalitatis monimentum tenebris obrueret, obliuionéque penitùs deleret. Ad quod quidem Angelus è cælo delapsus, luminis claritate refulgens, non solùm lapidem reuoluebat ab illis, quorum animi instar lapidis obduruissent: verùm etiam, quem ipsi inter mortuos adhuc versari putabant, cum mulieribus viuere annunciauit, & ad vitam & resurrectionem illius qui quærebatur, illustrandam, incredulitatis lapidem ab eorum mentibus amouit. Istud Seruatoris sepulchrũ impij quidem & scelerati homines ex hominũ memoria delere cogitabant, & (quæ eorũ inscitia fuit) censebant veritatem ad hũc modum se posse occultare. Itaque primum permultum capere laboris cœperunt in terra aliunde & extrinsecus inuehenda, qua locum vniuersum obducerent. Deinde cùm molem terræ in immensam altitudinem erexissent, constrauissẽntque lapidibus, diuinum sepulchrum, ingente aggere supra iniecto, obtegere. Pòst, cùm nihil iam illis ad opus explendũ deesset, super illum terræ cumulum, nefandum reuera & execrabile bustum animarum construere, & recessum lasciuæ Veneris dæmoni vnà ædificare, simulachrísque mortuis complere: tum detestabiles ibi victimas super impuras aras & omni nequitię labe pollutas immolare.

Veneris fanũ in sepulchri loco extructum.

A lare. Nam non aliter illud quod instituerant, se putabant ad exitum posse perducere, quàm vt per ista nefaria scelera, salutare illud sepulchrum penitùs obruerent. Verùm miseri illi neutiquam illud poterant intelligere, quòd sol ipse (modò terram suo splendore collustrare, consuetum sibi cursum in cœlo obire pergeret) non posset præclarum illud facinus Christi, qui contra mortem tam eximia victoriæ trophæa fuisset adeptus, ita in obscuro relinquere, illúdque vniuersum hominum † genus prorsus celare. Imò verò salutaris & diuina huius rei potentia ac virtus, quæ non corpora, sed animos hominum maximè solet illuminare, suæ lucis fulgore vniuersum orbem terrarum compleuit. Verùm tamen impiorum & nequam hominum molitiones contra veritatem paratæ longinquo temporis spacio processerũt. Nemo enim vel ex præfectis, vel ex ducibus, vel ex ipsis Imperatoribus ad eorum conatus euertendos satis idoneus repertus est, præter vnum solum: qui quidem, vtpote Deo omnium gubernatori charus, & diuino eius afflatus Spiritu, locum illum, qui est suprà demonstratus, per fraudulentos hostium conatus omni impura materia obductum, & obliuione ignorationéque obrutum iri non passus est: neque authorum eius facinoris cessit malitiæ, sed Deo adiutore inuocato, illam terræ † particulam hostium scelere contaminatam, in primis perpurgari iussit: quam quidem censuit admirabili & singulari Dei Opt. Max. beneficio per illum potiri debere. Confestim igitur eius mandato, machinamenta ad homines in errorem inducendos comparata, de sublimi ad solum prosternere, & ædificia falso cultu consecrata, vnà cum statuis & dæmonibus disturbare dirueréque cœpit. Neque his rebus gestis alacre Imperatoris studium acquieuit: sed de integro dedit mandatum, vt materia eorum quæ erãt deiecta, siue lapidea illa esset, siue lignea, tolleretur penitùs, & quàm longissimè extra loci fines eiiceretur. Cui quidem mandato rei exitus planè respondebat.

† Vide an. pag. 14. lat. 2. lin. 18.

† Vide ibidẽ lin. 29.

Sepulchri Christi per Constant. instauratio.

Quomodo Constantinus quisquilias & aggeres quæ in dæmonis fano habebantur, illinc quàm longissimè proiici præceperit.

CAP. XXVI.

B NEque satis habebat Imperator, in istis solum rebus expediendis progredi: sed rursus diuini numinis instinctu impulsus, iubet vt ipsum solum ad ingentem altitudinem defossum (quippe impura dæmonum contagione infectum erat) foras procul cũ ipso aggere exportaretur.

Sordes dæmoniacæ idololatriæ à sepulchro remotæ.

Sepulchri sancti sanctorum in lucem emersio. CAP. XXVII.

QVod euestigiò effectum est. Simulátque verò solum terræ oppletum sordibus, egestum fuit: & aliud solum, id est, locus ille monumenti ex abditis terræ sedibus eminebat, ipsum etiam venerandum & sacrosanctum salutaris Christi resurrectionis monimentum, præter omnium spem vnà emersit: & sepulchrum, quod meritò sanctissimum appelletur, resurrectionis Seruatoris aptè propterea expressit effigiem, quòd post tenebrarum calliginem quibus quasi sepultum iacuisset, in lucem denuò prodiit, & illustrem sanè miraculorum ibi editorum visum (qui reuera omni voce clarius, Seruatoris resurrectionem testificatus est) sub aspectu eorum qui ad illud ipsum contemplandum veniebant, subiecit.

Christi sepulchrum inuentum.

Quomodo de extruendo templo, tum ad Orientis præfectos, tum ad Macarium episcopum literas miserit. CAP. XXVIII.

HIs rebus ad hunc modum confectis, extemplò Imperator non modò sacratis legibus sanciuit, vt templum augustum circa salutare illud antrum extrueretur: verùm etiam subsidiis ad eam rem suppeditatis (quippe hoc opus longo iam tempore apud animũ proposuerat, attentioréque cogitatione prospexerat, quod erat futurũ) illud magnificè ac splendide exædificandum curauit. Gentiũ igitur præfectis Orientem versus habitantium mandat, vt adiumentis necessariis abundanter & copiose subministratis, opus eximium, amplum & magnificum fabricandum curarent. Quinetiam ad episcopum qui id temporis ecclesiæ Hierosolymitanæ præerat, tales misit literas, quales sinceram ac salutarem de fide nostra doctrinam planè & apertis verbis complexæ sunt. sic enim scribit.

Huc refer cap. 28. lib. 8. Niceph.

Mandatũ de extruendo ibi templo.

Macarius Hierosol. episcop.

Constantini de exædificando templo Seruatoris ad Macarium epistola. A

CAPVT XXIX.

VICTOR CONSTANTINVS MAX. AVG. MACARIO. S.

Christi beneficio inuentum sepulchrum Domini.

TAnta Seruatoris nostri erga nos benignitas declarata est, vt nulla tam accurata dicendi ratio & vis sit, quæ præsens miraculũ pro dignitate explicare posse videatur. Nam vt insigne illud sanctissimæ illius passionis monimentum, quod terræ visceribus abditum, tot támque multis annorũ cõuersionibus iam delituisset, tum illucesceret seruis Dei, cum illi, hoste deuicto, in libertatem essent vindicati, omnem profectò hominum admirationem longè superat. Etenim si omnes qui in vniuersi orbis terræ ambitu sapientes videntur, in vnum locum congregati, aliquid pro rei dignitate dicere aggrederentur, ne minimæ huius parti oratione ex æquo satisfacere possent. Miraculi enim magnitudo tanto plus † vniuersum humanæ rationis & naturæ captum vincit, quanto res cælestes & diuinæ humanis sunt valentiores. Quapropter hoc vnum mihi in primis propositum sit ad dicendum, quòd sicut vera fides se ipsa quotidie nouis miraculis patefacit: sic nostri omnium animi, omni modestia & concordi alacritate ad sanctas euangelij leges colendas attentiores fieri debent. Præterea illud, quod cuique perspicuum esse arbitror, pro certo tibi cum primis* persuasum velimus, hoc nobis præ cæteris rebus omnibus maximè curæ esse, vt locus ille sacer, quem Dei iussu, † turpissima simulachrorum mole tanquam graui quodã onere imposito purgauimus, quémque & primis mundi temporibus, ipsius Dei iudicio sanctũ habitum esse: & postea etiã, quia fidem passionis Seruatoris tãquam è tenebris in lucẽ euocarit, multo clariorẽ sanctitatis suæ significationem dedisse cognouimus, præclara ædificiorum structura exornetur.

Vera fides miraculis comprobata.

Huc refer idẽ 28. c. li. 8. Nicepho. Eandẽ epistolam vide in Theodorit. quoque, lib. 1. c. 17. apud Socratem lib. 1. cap. 6.

† Vide annot. pag. 141. lat. 1. lin. 20.

* Vide annot. pag. 141. lat. 1. lin. 26.

† Vide ibidem lin. 27.

Quòd templum hoc cæteris orbis ecclesiis, muris, columnis & marmore antecellere voluerit. CAP. XXX.

Magnificentia templi extruendi.

PAr est igitur, vt tua prudentia ita opus disponat, & prouidè res quasque accuret necessarias, quò non modò sanctuarium tẽpli reliquis omnibus quæ vbique sunt, pulchritudine antecellat: sed etiam cæteræ eius partes tales sint, vt omnia templa quæ in singulis ciuitatibus primas tenent, huius ædificij dignitate longè superentur. Ac de parietibus erigendis, exquisitóque artificio perpoliendis, tum Draciliano amico nostro, qui nonnullas aliarum prouinciarum partes administrat, tum vestræ etiam prouinciæ præfecto, scito curam à nobis esse impositam. A nostra enim benignitate illis imperatũ est, vt qui artifices, qui operarij, quæve res aliæ fuerint ad illud ædificium necessariæ, à tua prudentia discant, ac statim ipsorum prouisione eò mittantur. Quod autem attinet ad columnas, † cæterásue partes ex marmore conficiendas, quas ipse existimaueris vel ad decus illustriores, vel accommodatiores ad diuturnitatem fore: cùm eas quasi summatim tecum considerraueris, fac ad nos diligenter perscribas: vt cùm ex literis tuis, quibus rebus opus fuerit, intellexerimus, vndíque eædem illo cõportari possint. † Nam locus ille qui totius orbis terrarum facilè primas fert, omnibus ornamentis meritò illustrandus est. B

Dracilianus præfectus.

† Vide annot. pag. 141. lat. 1. li. 29.

† Vide ibidem lin. 1. lat. 2.

Vt Macarius Constantinum de pulchritudine conchæ: iudices verò, quot artificibus ac qua materia opus esset, certiores faceret.

CAPVT XXXI.

Forma templi & partium interiorum.

TEstitudinem verò sanctuarij, laqueatámne facere, an alio quodam fabricæ genere extruere placeat, abs te certior fieri velim. Quod si fiat laqueata, scitè quoque inaurari poterit. Restat igitur, vt tua sanctitas illis, quorum iudicio, vt suprà dictum est, rem permisimus, quibus operariis, quibus artificibus, quibus denique sumptibus opus fuerit, quàm celerrimè significet: quinetiam nos non solùm de columnis, aliísque partibus ex marmore conficiendis, verumetiam de testudinis laquearibus (si modò illud fabricæ genus pulchrius esse censeas) quàm primum facias certiores. Deus te frater charissime, diu seruet incolumem.

Quomodo

A *Quomodo extructa Saluatoris ecclesia, noua illa Hierusalem fortasse fuerit, quam tot retro seculis Prophetarum oracula prædixerant.*

CAPVT XXXII.

ISta ab Imperatore perscripta fuerũt: rerumque nulla interposita mora, prosperè successit euentus. Atque ad illud salutare Christi monumentum, noua Hierusalem edificata est e regionè veteris illius quæ hominum sermone iam diu celebrata fuisset, quæque post cruentam cædem Domini, ad extremam vastitatem prolapsa, pro impietate ciuium eam incolentium pœnas dederit. Imperator itaque huic ex aduerso salutare victoriæ Christi contra mortem comparatæ monumentum (quę fortasse est recens illa & noua Hierusalem, prophetarum oraculis prædicata, de qua vaticinationes pluribus verbis explicatæ, plurima Spiritus sancti instinctu canere videtur) liberali & abundante sumptus magnificentia erigendum extruendumque curauit. *Hierusalem noua, Christi monumentũ.*

Descriptio exornationis sanctißimi monumenti. CAP. XXXIII.

† Vide castigat. siue annot. pag. 141. lat. 2. lin. 15.

ET primùm omnium † sacrum antrum, diuinum illud videlicet monumentum, ad quod olim angelus fulgore enitens delapsus, spem regenerationis, quæ est à Seruatore nobis illic ostentata, omnibus annunciauit: primùm inquam omnium, Imperatoris magnificentia istud, velut totius ædificij caput, eximiis columnis illustrare, & ornatu splendido maximoque decorare, atque adeò variis cuiusque generis insignibus illuminare cœpit. *Antri seu monumenti ipsius ornatus.*

Amplißimi sub dio regionis & porticuum descriptio.

CAPVT XXXIIII.

DEinde ad amplissimum templi locum, libero cælo patentem, exornandum se cõtulit: cui & solum lapide eximio constratum, & porticus longis ambulationum B spaciis ex tribus lateribus circundati, permultum decoris attulerunt. *Area. Porticus.*

Ecclesiæ augustißimi parietum opificij, elegantiæ, & inaurationis descriptio.

CAPVT XXXV.

ADuerso autem lateri antri, quod solem orientem spectabat, regale & augustum sanctuarium adiunctum fuit: opus planè eximium, ad infinitam altitudinem erectum, longitudine & latitudine immensa patens. Cuius ædificij partes interiores, marmoris versicoloris materia incrustatæ: exterior autem parietum superficies politis lapidibus, qui commissuris quibusdam inter singulos interiectis colligabantur, exornata, singularem quandam pulchritudinis speciem, eamque non minus ad aspectum illustrem, quàm si marmore obducta fuisset, præbuit. Quod autem ad ipsa tecta in sublimi posita attinet, exteriores eorum partes plumbea obtexit materia, quæ tãquam firmum munimentum, tempestuosos imbres depelleret. Interiores verò celatis laquearibus affabrè inter se compactæ, & tanquam quoddam vastum pelagus, per vniuersum sanctuarium coagmentationibus quibusdam inter se continenter cohærentibus, diffusæ dilatatæque, & fulgente auro passim coopertæ, totum templum velut lucis claritate mirè illuminarunt. *Templi parietes. Templi tectũ.*

Geminarum vtrinque porticuum, & valuarum trium ad orientalem plagam spectantium, descriptio. CAP. XXXVI.

Vide Vitruuium.

DVabus porticibus, partim subterraneis, partim supra terram eminentibus, Xysti gemini ex vtroque latere adiecti, ad longitudinem sanctuarij porrigebantur: quorum testudines erant auro insigniter & vario artificio illustratæ. Ex quibus alter, à fronte inferioris templi columnis ingentibus suffulciebatur: alter intrò spectans, substratis postibus, magno extrinsecus ornatu decoratis, erigebatur. Tres portæ ad Orientem solem aptè & eleganter dispositæ, multitudini ingredientium patuerunt. *Xysti. Portæ.*

Hemisphærij columnarum duodecim, & craterum descriptio. A

CAPVT XXXVII.

Fornix xij columnis nixus.

ISTis ex aduerso erat fornix dimidiati vniuersi cæli circuli speciem adumbrãs, in summo sanctuario in orbem ductus: quem duodecim columnæ, Seruatoris Apostolis numero pares, tanquã corona cingebant, crateribus ex argento confectis circa fastigia concinnè expolitæ: quas Imperator Deo illic pro monimento pulcherrimo dicauit.

Portarum atriensium, exedrarum & vestibulorum descriptio.

CAPVT XXXVIII.

Atrium. Porticus. Portæ.

INde ad introitus pro templo locatos accedentibus, area patuit. Erant inibi vtrinque primò atrium, deinde porticus, ad extremum atrienses portæ: post quas in ipsa media platea à foro eò deducente, totius ædificij vestibula perpolitè constructa, iter illac facientibus admirabile visu spectaculum, quod rerum intus fabricatarum pulchritudinem quodammodo monstrabat, exhibuerunt.

De multitudine donariorum. CAP. XXXIX.

Anathemata quibus ornatũ fuit templum.

IStud verò templum, quo tanquam testimonio salutaris Domini resurrectio illustris & nota fiebat, extruxit Imperator: & quò totum illud magnifico & regali ornatu decoraret insignibus, quæ oratione explicari nequeunt, & monumentis auri, argenti, & lapidum preciosorum materie distinctis, & quasi depictis, quæ erant numero ferè infinita, adornauit. Quorum apparatum tum magnitudine, tum multitudine, tum varietate, denique adeò artificiosè elaboratum, sigillatim iam oratione persequendi ocium non datur.

De ecclesiarum erectione Bethlehem, & in monte Oliuarum.

CAPVT XL.

B

Antrũ in quo Christus natus.

Antrum ascensionis Christi monumentũ.

Vide infra de laudibus Constantini circa medium, vbi tria antra commemorat.

EOdem tempore, cum alia duo loca, quibus duo abdita & quasi mystica antra multum honoris & dignitatis afferebãt, reperisset, ea magnifico apparatu, sumptuque cohonestare instituit. Ac primùm illud, in quo primũ Seruator noster diuini numinis virtute in carne apparuit, honoribus decenter affecit: deinde alterum, quod fuit eius in cœlos ascensionis monimentum, in summo montis vertice situm, præclaris ornamẽtis illustrauit. Atque ista tam splendidè decorauit loca, quò matris suæ memoriam, quæ tantum benignitatis hominum vitæ detulisset, immortalitati commendaret.

Imperatrix Helena, Constantini mater, profecta Bethlehem orandi causa, has ecclesias fabricari curauit. CAPVT XLI.

De origine Helenæ, vide Niceph. lib. 7 cap. 18. à quo cum Latini authores dissentiant, integram eius historiam vide apud Cuspinianum in Constantino.

Vide Sozom. li. 2. ca. 1. Theod. lib. 1. ca. 18. Vide Nicephor. lib. 8. cap. 29. Socrat. li. 1. cap. 13. Esai. 60.

ILla enim, cùm Deo omnium gubernatori debitum piæ mentis & affectionis munus impertire in animo haberet, & pro filio suo, tanto & tam præclaro Imperatore, proque liberis eius Cæsaribus, Deo charissimis, suis nepotibus, gratias per preces agendas esse putaret, ætate iam ingrauescente, singulari quodam consilio & prouida animi cogitatione, veréque regia, adducta, properè instar adolescentulæ venit, tum sacrosanctam terram oculis lustratura, tum gentes Orientem incolentes plebemque pariter ac populi multitudinem conspectura: Ac posteaquàm locis, in quibus Seruatoris erant impressa vestigia, debitam venerationem adhibuerat, idque conuenienter prophetico sermoni dicenti (Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius) pietatis suæ monumenta, quibus post se relictis, posteris hominibus prodesset, statim, fabricare aggreditur.

Rursus de Ecclesia, quæ Bethlehem, & in monte Oliuarum constructa est.

CAPVT XLII.

Tẽpla in monte Oliuarum, & Bethlehemi extructa.

Vide Socrat. lib. 1. cap. 14.

NAm Deo, quem adorauerat, duo dicauit templa: quorum alterum ædificauit in monte vbi ascenderat, alterum ad obscurũ illud antrum natiuitatis eius. Etenim

nobiscum

A nobiscum Deus in terris nasci (locus autem illius natiuitatis proprio nomine apud Hebræos Bethlehem appellatur) pro nobis sustinuit: ac propterea imperatrix sanctissima Deiparæ partum eximiis monimentis exornare, & sacrum illud antrũ variis cuiusque generis insignibus illustrare studuit. Imperator autem paulò post eundem locum ornamentis regalibus honorare, & monimentis ex auro & argento, variisque aulæis matris suæ magnificentiam adaugere cœpit. Rursus eius mater, quò omnium nostri Seruatoris in cœlos ascẽsionis memoriã celebraret, excelsa quædam ædificia in monte Oliuarum extruere parat: ac primùm in summo totius montis vertice sanctuarium ecclesiæ Dei erexit: templumque inferius etiam exædificauit in eo ipso antro, in quo, vt vera & sacrata Dei testantur eloquia, discipuli & apostoli à Seruatore omnium arcanis mysteriis initiati fuerunt. Imperator quoque ibidem, variis monumentis & insignibus regem magnum Deum veneratus est. Ista igitur duo templa, memoria perpetua celebranda, augusta & eximia in duobus obscuris quasi antris & mysticis, Helena augusta, pij Imperatoris pia mater, suæ piæ mentis tanquam indicia, Deo seruatori fundauit, filio suo ei opem per regiam suam potentiam & authoritatem porrigente. Itaque illa neque adeò multo pòst, præmia digna laboribus reportauit. Nam cum iam planè grandis esset, inque omnium bonorũ affluentia omne vitæ suæ tempus ad extremam vsque senectutẽ obiisset, & tum verbis tum rebus ipsis veros pietatis fructus, quos præcepta Seruatoris præscribunt, extulisset, atque ita vitam suam florentem & expertem cuiusque molestiæ, valẽti corporis simul & animæ virtute transegisset: deinceps eximium pietatis suæ exitum, & præclaram rectè factorũ à Deo remunerationem, etiam in hac vita consecuta est.

Vide Michææ. 5. Gene. 35. Luc. 2. Matth. 2. Ioan. 7. & ibidem interpretes

Helena Constãtini mater.

Helenæ pietas diuinitus remunerata.

De excelsa animi magnitudine & beneficentia Helenæ.

B

CAPVT XLIII.

PORrò autem dum regiarum opum magnificentia instructa, omnem Orientem peragrat, cùm vniuerso populo quasque ciuitates incolenti simul, tum priuatim singulis eorum, qui ad ipsam accedebant, infinita munera largita est. Infinita etiam ordinibus militaribus, quasi plena manu distribuit. Quæ verò pauperibus, omnibus rebus nudatis, omnique ope & auxilio destitutis dispertierit, vix enumerari possunt: quippe in alios grandem pecuniarum vim conferre, aliis corporis integumenta prolixè & largiter suppeditare, vinculis eripere alios, alios tum laboribus in metallis effodiendis afflictatos, tum fraude & iniuria oppressos liberare, denique ab exilio alios in patriam reuocare dignata est.

Helenæ munificentia politica.

Quomodo religiose versari in ecclesiis Helena solita est.

CAPVT XLIIII.

QVæ quidem, licet eiusmodi rebus esset insigniter nobilitata, alia tamen in Deum pietatis munera minimè neglexit. Nam vbique cernebatur in ecclesiam Dei intrare, templaque splendidis exornare monumentis: inque ædes sacras vel in minimis vrbibus extructas, suam benignitatem ostendere licebat: præterea eam & decoro eximioque apparatu admirabilem, videre sæpè versari cum multitudine, & verum cultum erga Deum omnibus piis vitæ officiis declarare.

Helenæ pietas ecclesiastica.

Helena octogenaria cum esset, condito testamento moritur.

CAPVT XLV.

DEmum verò cum naturam satietate viuendi expleuisset, & ad meliorem statum euocaretur, octogosimumque feré ætatis suæ annum confecisset, & ad extremum vitæ exitum propè venisset: decreuit secum, statuitque corã Imperatore filio suo, vnico principe mundi potentissimo, huiusque liberis Cæsaribus, nepotibus suis, testamentũ suum facere: & sigillatim nepotibus, suas, quæ sibi in toto orbe terrarum suppeterent, facultates dispertire. Quibus rebus ad hunc modum constitutis, suo filio tanto tamq; eximio Imperatore, ipsi prestò assistente, sedulò inseruiente, & manus illius tenente, finẽ ita viuendi fecit, vt beatissima quidem iure optimo, non mori prudentibus videretur, sed vitam caducam & fragilem cum celesti & æterna reuera commutare. Animus

Vide Nice. lib. 8. ca. 30.

Helenæ testamentum, & mors.

igitur corporis compagibus solutus, ad immortalem & angelicam naturam, atque adeò ad ipsum Seruatorem assumptus est. A

Quàm magnificè matri iusta fecerit Constantinus, & quanto dum illa viueret, in honore habuerit. CAPVT XLVI.

Halena exequia et iusta.

Eius autem tabernaculum splendidis exequiis decoratum. Nam maxima satellitũ turba ad ciuitatem, quæ principem locum tenet Imperij, deportatum fuit, ibique regali sepulchro conditum. Sic igitur Imperatoris mater diem suum obiit: quæ quidẽ est immortali planè memoria celebranda, non modò propter pia vitæ officia, sed etiã propter eximium illud & admirabile germen ab ipsa editum, Constantinũ dico, quem quidem, cùm ad cæteras res omnes, tum ad pietatem in parentem & procreatricem suam, beatum iudicare par est: qui illam, cum iam antea pietate minimè esset imbuta, ita piam reddidit, vt à primo tempore ætatis ab ipso communis omnium seruatoris ore instituta fuisse videretur: ita etiam honore regio exornauit, vt cùm apud omnes gentes tum apud eos, qui aliquo gradu militari collocati essent, Augusta & imperatrix nũcuparetur, aureaque numismata eius imprimerentur effigie. Iam verò thesauro regio pro arbitratu vtendi, proque animi sententia, & vt sibi commodissimum fore putaret, singula liberè dispensandi, filius ei liberam fecit potestatem, quò etiam in his omnibus eã & splendore eximiam, & amplitudine admirabilem efficeret. Quare inter ea, quæ ad eius memoriam illustrandam faciant, ista etiam non sine causa repetita sunt: quæ dum propter singularem pietatis præstantiam in matre colenda exercebat, præcepta etiam diuina, quæ honorem parentibus decenter impertiendum tradunt, accuratè expleuit.

Vide Nice. lib. 8. c. 30.

Constantini pietas in matrem.

Quomodo Constantinus ecclesiis ædificatis Constantinopoli omnem simulachrorum cultum sustulerit. CAP. XLVII.

Constantinus apud Palastinos quomodo eximia pietatis munera sit consecutus.

Atque vt ista præclara & eximia pietatis munera, quæ diximus, Imperator apud gentem Palestinorum est hoc modo executus: sic in omnibus Prouinciis ecclesias nouas extruxit, easque effecit prioribus longè præstabiliores. Ciuitatem autem ipsius B nomine nuncupatam, eximio splendore illustrare instituens, permultis templis, hoc est præclarissimis Ecclesiis in honorem martyrum, illustrissimisq; ædibus sacris adornauit, quæ partim in suburbibus erant, partim in ipsa vrbe, quibus tum martyrum celebrauit memorias, tum ipsam vrbem martyrum Deo consecrauit. Ad summam, cùm sapientia diuina esset imbutus, ciuitatem, quam sui nominis appellatione donandam statuerat, primum omni eidolorum cultu perpurgari debere censuit, vt nusquam in illa vel statuæ eorum, qui dij putantur, in templis honoratæ, vel altaria impura cruoris contagione inquinata, vel hostiæ ignis incendio penitùs exustæ absumptæque: vel festa dæmonum nomine celebrata, vel aliud quicquam eorum, quæ apud superstitiosos vsurpari soleant, omninò apparerent.

Huc refer Niceph. cap. 31. lib. 8

Bizantium Thraciæ vrbem restauratam & auctam de suo nomine Constantinopolin appellat ac dedicat anno Christi. 334. Imperij sui 25. Hieron. ad Chron. Euseb.

De insigni crucis in palatio, & Danielis in fontibus. CAP. XLVIII.

Videas etiam adhuc, licet apud fontes in medio foro positos pastoris præclari symbola, illis, qui Sacris literis eruditi sunt, satis cognita. Danielem quoque cum leonibus in ære incisum, aurique laminis splendescentem. Tantus item & tam diuinus amor Imperatoris animum complexus est, vt in ipso palatij introitu, in ædificio omniũ excellentissimo, in medio tecti laqueari inaurato in tabula maxima explicata, salutaris passionis insigne, ex lapillis preciosis cuiusque modi, auroque multo politè elaboratis confectum, figendum curauerit. Istud Imperatori sanctissimo regni firmum videbatur esse propugnaculum.

Vide supra ca. 2. hoc li.

Daniel in are incisus.

Crucis insigne propositũ in ipso palatij introitu velut amuletum aduersorum.

Quòd Nicomediæ, & in aliis ciuitatibus ecclesias fabricauerit. CAPVT XLIX.

His igitur ornamentis suam ciuitatem illustrauit. Vrbẽ autem, quæ in Bithynia facilè primas fert, pari ratione ecclesia magnifica & insigni, monumẽti loco, sumptu ex suis

Vide Nice. lib. 8. ca. 31.

A ex suis thesauris suppeditato honorauit: ibique seruatori suo contra hostes & aduersarios Dei, præclara victoriæ erexit trophæa. Ciuitates item, quæ apud cæteras gentes videbantur vel maximè propter splendorem excellere, templis egregiis magnificisque exornandas curauit: sicut ex præcipua vrbe totius Orientis, quæ nomen traxit ab Antiocho, constare poterit. In qua, tanquam in ciuitate illius gentis ac regionis primaria, ecclesiam tum propter amplitudinem, tum propter pulchritudinem maximè eximiã Deo dicauit: quippe vniuersum templum longis porticibus extrinsecus adiectis circũdedit, sanctuarium autem interius ad infinitam erexit altitudinem: quod quidem ad speciem solij octangularis fabricatum, multis ædiculis exedrisque vndique constructis, compluribus item tabulatis super terram eminentibus, denique fornicibus subter eandem abditis, ex omni parte circunsepta fuit. Quam etiam permagna auri ærisque copia, & reliquæ preciosæ materiæ ornamentis decorauit.

Mandatũ de templis extruẽdis circa annũ Christi 332. publicatum quidam arbitrantur.

Sanctuarij altitudo.

Quod apud quercum Mambre ecclesiam fieri iusserit. CAP. L.

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 30. 31. Sozom. li. 2 cap. 4. Gene. 18.

ISta quidem erant augustissima templa ab Imperatore hactenus consecrata. Verùm vt audiuerat, ipsum Seruatorem, qui nuper in mũdo versatus fuisset, etiam olim sanctis viris ex Palæstina propter quercum Mambre (sic enim appellabatur) diuinitùs apparuisse, ibi quoque Deo viso templum exædificari mandat. Gentium ergo præfectis Imperatoris voluntas per literas ad singulos scriptas significata est: quæ eos admonuit, vt quod esset imperatum, illico ad exitum perduceretur. Nobis etiam, qui hanc Historiam literis mandamus, epistolam accuratius scriptam misit. Cuius exemplar mihi cõsentaneum videtur huic præsenti sermoni adnectere, quò Imperatoris sanctissimi studium & diligentia plenius intelligatur. Proinde quo liberè pro his, quæ gesta acceperat, nobiscum expostularet, ista totidem verbis perscripsit.

Mambre quercus.

VICTOR CONSTANTINVS, MAX. AVG. MACARIO ET CÆTERIS PALÆSTINÆ EPISCOPIS.

B

Constantini de Mambre literæ ad Macarium, quòd ibidem Seruator noster Abrahæ visus sit. CAP. LI.

EST hoc vnum maximum meæ sanctissimæ solicitudinis erga vos beneficium, vt quorundam nefandorum hominum amentiã, quæ hactenus apud vos in obscuro latuerit, per literas vobis significem: quò licet quidem serò, necessariò tamen, erratum segnitiæ neglectum, diligentia rectè probéque corrigatur. Permagna enim profectò impietas est, vt loca sancta nefandorum scelerum maculis contaminentur. At quidnã est, fratres charissimi, quod cum vestram solertiam præterierit, mea etiam, quam dixi, solicitudo propter obseruãtiam, qua Deum veneror, possit silentio prætermittere? Locum, qui propter quercum Mambre dicitur, in quo Abrahamum domiciliũ habuisse cognoscimus, variis modis à quibusdam superstitioni deditis inquinari ferunt. Idola enim, quæ nullo nõ vastationis genere deleri debent, in illo erecta esse, & altare propè locatum, & impuras victimas sine intermissione immolari. Quapropter cũ illud & ab Imperio nostro alienum, & indignum loci sanctitate videatur, vestrã grauitatem certiorem fieri velim, à nobis per literas Acatio illustrissimo comiti, amico nostro significatum esse, vt absque cunctatione & idola, quę in loco prædicto reperta fuerint, ignis tradantur incendio, & altare sedibus conuulsum euertatur. * Quinetiam neminem non, qui post nostrum mandatum aliquid impietatis in huiusmodi loco audeat admittere, supplicio coercendum statuimus: quem sanè locum decreuimus eximia templi structura adornare, vt cõsessus dignus sanctis viris in eo deinceps existat. Quod si quicquam contra hoc mandatum cõmitti acciderit, par est, vt absque mora nostra clemẽtia per vestras literas certior fiat, quò nostro mandato, qui illud violasse deprehensus fuerit, summo afficiatur supplicio. Non enim ignoratis, illic primùm Deum, omnium rerum rectorem tum apparuisse Abrahamo, tum cum eo sermonem contulisse. Illic etiam primùm sacrosanctę legis cultum & obseruationem initium habuisse. Illic primũ ipsum Seruatorẽ cum duobus angelis seipsum clementer & benignè Abrahamo ostendisse. Illic Deum cœpisse ab hominibus videri. Illic prædixisse Abrahamo de semine

Imper. dolet quod Mambre locus superstitione inquinatus sit.

* Vide annot. pag. 143 lat. 2. lin. 16.

Templum ad quercũ Mambre meritò extruendum cũ is locus multis argumentis Deo commendatus deprehendatur.

ſuo futuro, ac confeſtim promiſſum præſtitiſſe. Illic prædicaſſe, eum plurimarum gentium patrem futurum. Quæ cum ita ſint, æquum eſt, meo quidem iudicio, veſtra cura ac diligentia prouideri, vt tum locus iſte purus & integer à labe conſeruetur, tum ad priſtinam reuocetur ſanctimoniã, quò aliud nihil in eo præter cultum Deo omnipotenti, moderatori omnium, & ſeruatori noſtro decorum conſentaneũque peragatur. Quod quidem ſtudioſè & decenter à vobis obſeruari conuenit. Siquidẽ veſtra grauitas, ſicut mihi pro certo perſuaſum habeo, ea quæ cũ vero cultu & religione in primis cohærent, alacri ſtudio explere deſiderat. Deus vos fratres chariſſ. incolumes ſeruet. A

Eidolorum delubra cum ſtatuis vndique diruuntur. CAP. LII.

Gẽtium templa diruta.

Huc refer Nicephor. ca. 33. lib. 8. Sozom. li. 2. ca. 4. hoc edictum putant plerique publicatũ anno Christi 335. Constantini 31.

ISta omnia Imperator ad ſalutaris Dei virtutis gloriam illuſtrandam perficere admodum elaborauit, hocque pacto non ſolùm ſeruatorem ſuum magno affecit honore, verùm etiam ſuperſtitioſum gentium errorem omnibus modis coarguit. Itaque quorundam delubrorum veſtibula eius mandato in quaque ciuitate nudata, portęque dirutæ. Aliorum tectum cum laquearibus, tegulis ablatis, deturbatum. Aliorum inſignia monumenta ex ære fabricata (in quibus veterum error longo iam temporis ſpacio ſe inſolenter iactaſſet) in foro ciuitatatis Imperatoris nomine nuncupatæ omnibus palàm propoſita, vt intuentium oculis pro turpi ſpectaculo ſubiicerẽtur. Hic Pythius, illic Sminthius, in ipſo circo tripodes Delphici, Heliconides Muſæ in Palatio. Quinetiam eadẽ ipſa ciuitas Imperatoris nomine, vti modò dixi, appellata, tota ſimulachris, quæ erant apud quaſque gentes diis conſecrata, & ex ære artificioſè elaborata, paſſim referta fuit. Atque his ipſis ſimulachris deorum nomine erectis, quibus homines erroris morbo oppreſſi, infinitas hecatombas, victimaſque igne crematas fruſtra obtuliſſent, ſeroque tandem ſapere didiciſſent, tanquam ludicris rebus ad riſum iocumque ſpectatorum Imperator vſus eſt. In ſtatuis verò aureis aliam quandam viam & rationẽ ſecutus eſt. Nam vt primùm intellexit multitudinem, inſtar ſtultorum infantium, illas erroris tanquam laruas ex aurea argenteaque materia effictas, temerè extimeſcentem, B eas è medio penitùs tollendas, velut lapides ante pedes incedentium in tenebris ad impingẽdum proiectos, putauit, viamque regiam, quæ plana & æquabilis eſt, omnibus in poſterum patefaciendam. † Iſta igitur animo complexus, non armata manu, aut ingẽti exercitu ad has res corrigendas ſibi opus eſſe: ſed vnum & alterum ex illis, quos ſpectatos habebat, ad hoc munus ſubeundum ſatis habere virium arbitratus eſt, quos vna eademque authoritate donatos ad ſingulas gentes miſit. Illi autem tum ſingulari Imperatoris ſanctimonia, tum ſua ipſorum in Deum pietate freti, per mediam plebem, perque mediũ & populum multitudinę infinitum proficiſcẽtes, in ſingulis vrbibus regionibuſque errorem longinquo tempore inueteratum omninò profligarunt, ac primùm ipſos idolorum ſacerdotes magna cum irriſione & turpitudine ſuos ipſorum deos ex tenebricoſis receſſibus in lucem proferre mandarunt, deinde exteriore illorum effigie detecta, etiam interioris formæ colore obductæ deformitatem ante oculos omnium ſtatuerunt: tum illis abraſis, materiæ partem, quæ videbatur habere aliquid bonitatis, fornace & igni probarunt, eamque reſeruarunt in tuto collocatam: quæ verò vilis erat, & ad nullam rem vtilis, ſuperſtitioſis ad memoriam ſuæ turpitudinis largiti ſunt. Porrò autem hoc, quod ſequitur, non multum huic diſſimile, ab iſto Imperatore admirabili geſtum fuit. Poſtquam verò ſimulachra mortua ex precioſa materia conflata, ad hunc modum, quem dixi, expoliauerat: reliquas ad perpetuandam hominum memoriam erectas, quæ ex ære fabricatæ erant, aggreſſus eſt, deoſque, quos veteres fabulæ celebrant funibus ex pilis contextis conſtrictos abſtrahendos curauit.

Deiecta et cõminuta idola.

† Vide annot. pag. 144. lat. 1. lin. 13.

Aurea & argẽtea idola.

Statuæ.

Dæmonis fani apud Aphacos, gentem, ſcilicet Phœniciæ, euerſio, & turpitudinis ibidem abolitio. CAP. LIII.

Vide Nice. Ibidem.

PRæterea regio ſuo obtutu, tanquam clara face accenſa, ſedulò luſtrauit, ne vllæ erroris reliquiæ vſpiam deliteſcerẽt. Quemadmodum enim aquila in ſuperiora aëris loca ſubuolans, res in terra lõgiſſimo interuallo ab ſe diſtantes acutiſſimè cernit: ſic iſte dum in regali palatio, quod in præclara illa vrbe ab ipſo edificata ſitum eſt, verſabatur, ex eo

A ex eo velut è ſpecula periculoſum quoddam rete, quo animæ hominum illaqueabantur, in gente phœnicum latitare diſpexit, nemus videlicet, & delubrum turpi & flagitioſo Veneris dæmoni dedicatum, non in media aliqua ciuitate, non in foro, non in plateis (vt multa, quæ in vrbibus ornatus gratia magno ſplendore decorantur) ſed extra ſemitam, extra triuia, extra viam publicam, in ſummo vertice montis Libani inter arbuſta collocatum. Erat tanquam ſchola quædam nequitiæ iis, qui erāt libidini dediti, quique nimia licentia corpus labefactauerant ſuum, corruperántque. Nam quidā molles & effœminati viri, non viri reuera, pudore prorſus exuto, inſtar mulierum turpiſſima contagione ſe ipſi inficientes, dæmonem placabant. Scelerati prætereà & nefarij mulierum congreſſus, * clandeſtinæ falſorum connubiorum corruptelæ, infanda & turpia facinora in eo delubro, vtpote in loco impuro & fœdo, admiſſa erant. Nec quiſquā fuit, qui in hæc ſcelera animaduerteret, proptereà quòd ex viris grauibus & honeſtis nemo illuc audebat accedere. Verùm Imperatorem eximium turpia facinora illic edita latère non poterant. Quibus quidem regia ſua prouidentia indagatis erutiſque, indignū cenſuit, vt ſolis ſplendor eiuſmodi delubrū intueretur. Proinde vniuerſum illud cum ipſis ſtatuis & monumentis funditùs deleri iuſſit. Extemplò igitur Imperatoris mandato machinamenta, quibus petulans & laſciuus error propugnabatur, penitùs euerſa ſunt: quippe militum manus loco purgando operam nauauit. Qui autem ad hoc vſque tempus luxuria diffluxiſſent, Imperatoris minis perterriti, continentiam deinceps modeſtiámque colere didicerunt. Non diſſimili ratione etiam ſuperſtitioſi gentiles, qui erant opinione ſapientes, reipſa ſuam ipſorum inanitatem animaduertere cœperunt.

Veneris delubrum in Libano ſitum deſtruitur.

Schola impudicitiæ.

Delubrum Veneris.

* Vide annot. pag. 144. lat. 1. lin. 28.

Æſculapij apud Ægas demolitio. CAP. LIIII.

VBi namque error† eorum, qui inter Cilices ſapientes videbantur, in dæmone ibi colendo longius ſerpſit, infinitis ſuper eo tanquam cōſeruatore & medico proptereà in admirationem traductis, quòd interdum dormientibus apparuit, nonnunquā ægrotantium corpora morbis releuauit (erat hic ſine dubio animorū corruptor, quippe qui B homines incallidos à vero ſeruatore abſtraxiſſet, & res veriſimiles efficiēdo ad impiam peruerſitatem rapuiſſet) Imperator, qui Deum zelotem, verè ſeruatorem ſibi ad defenſionem ſemper proponebat, iſtud delubrum deiici ſolóque æquari mandauit. Ac res illa admiranda, nobilium philoſophorum celebrata ſermonibus, quæ latebris abdita, non dæmonis, neque Dei, ſed erroris cuiuſdam ſpeciem, plurimis & diuturnis temporum curriculis, hominum animos in fraudem illicientis, perſpicuè repræſentauit, ſolo nutu & ſignificatione, manu militari diſturbata, humíque proſtrata iacuit. Qui enim Deus alios malis eripere, calamitate leuare ſimulauerat, non magis iam remedium ad ſui propugnationem reperire potuit, quàm cum, vti in fabulis eſt, fulmine percuſſus interiit. Verùm præclara officia, quæ in hac re Imperator noſter ad Dei gloriam obiit, non inter fabulas numeranda ſunt, ſiquidem illuſtri & teſtata ipſius Seruatoris virtute, delubrum illud radicitùs ſic euerſum fuit, vt inſaniæ amentiæque, quæ illic anteà oberrauerat, ne veſtigium quidem iam relictum eſſet.

Vide Nice. lib. 8. c. 30.

† Vide annot. pag. 144. lat. 1. lin. 38.

Vide Sozom. fol. 23. a.

Æſculapij delubrum ſolo æquatum.

Quomodo gentiles damnatis ſimulachris ad cognitionem Dei conuerſi ſunt. CAPVT LV.

EX omnibus igitur, qui ante illud tempus ſe ſuperſtitione obligaſſent, cum errorem ſuum patefactum & perſpicuè refutatum oculis cernerent, cúmque delubrorum & ſtatuarum vbique vaſtitatē reipſa intuerentur: alij ad ſalutare Dei verbum ſe totos conferre, alij licet non illud ipſum agerent, patriam tamen & auitam inſcitiam improbare, & quos olim deos exiſtimauerant, riſu & ludibrio inſectari cœperunt. Ac quidem, quæſo, ita in animum inducerent, cum immenſam illam nequitiam interius latentem, exteriore quadam ſtatuarum ſpecie obductam ſatis manifeſtò perſpicerent? Aut enim extinctorum cadauerū oſſa, exiccatæque caluæ verſutis præſtigiatorum dolis callidè obtectæ, aut ſordidæ laceratæque veſtes horrida & impura fœditate farcitæ, aut cōgeries ex fœno & ſtipula collecta ſuberant. Quæ cum in ſimulachra inanima cōgeſta conſpicarentur, vehementer & ſuam, & patrum ſuorum amētiam incuſarunt, præſertim cum

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 33.

Cognita idolorū vanitate & impoſturā multi Chriſtianiſmum amplexi ſunt.

planè intellexiſſent, neminem in illis abditis receſſibus, aut in ipſis ſtatuis, vel dæmonẽ, A vel ariolum, vel Deum, vel vatem, ſicuti ſibi antea perſuaſerant, tanquam habitatorem reſidere: imò verò ne obſcurum quidem & vmbratile ſpectrum ſupereſſe. Quapropter illis, qui erant ab Imperatore ad id negotij delegati, ad omne obſcurum antrũ omnémque latentem & apertum receſſum facilis patebat aditus. Quinetiam adita, ad quæ accedere fas non erat, & intima ſacraria pedibus limitum proterabantur, adeò vt mentis cæcitas, quæ longinquo temporis ſpacio vniuerſos gentiles occupauiſſet, horum opere & labore perſpicuè deprehenſa, in omnium oculis defigeretur.

Adyta Deorũ Eth. à militib. protrita.

Quomodo Conſtantinus Heliopoli, ſtatua Veneris ſolo æquata, primus omnium Eccleſiam conſtruxerit. CAP. LVI.

Delubrũ Veneris libidinis ergaſtulũ Heliopoli ſublatum.

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 30.

* Vide annot. pag. 144 lat. 2. lin. 26.

ATque * vt iſta Imperatoris præclarè rectéque factis accepta referri debent, ſic ea quoque, quæ particulatim apud ſingulas gentes ab ipſo erant adminiſtrata, vt illud, quod Heliopoli Phœniciæ factum eſt. In qua vrbe nonnulli obſcœnam & libidinoſam voluptatem pro dea venerantes, ſimulatione religionis vxoribus & filiabus ſtupri admittendi facultatem, nulla habita pudoris ratione, conceſſerunt. Cæterùm iam lex noua, plena modeſtiæ & caſtimoniæ ab Imperatore promulgata eſt, quæ iubet, ne quis eorum vllum flagitium ibi more poſitum vſurpatúmque deinceps audeat committere. His rurſus documenta ſcriptis mandata propoſuit, quaſi fuiſſet ob hanc cauſam potiſſimum à Deo miſſus, vt omnes homines temperantiæ legibus inſtitueret. Quamobrem non eſt dedignatus cum his per literas ſuas familiariter colloqui, eóſque cohortari, vt ſe ad Dei Opt. Max. cognitionem maturè trãsferrent. Atque in eo loco etiam eius dictis facta verè & appoſitè reſponderunt, quippè apud iſtos etiam templi ampliſſimi fundamenta iecit, ita vt quod ab omni ſeculorum memoria non ſit auditione acceptum, hoc iam ipſa re perfectum eſſet: nimirum vt ciuitas eorum, qui ſuperſtitione fuiſſent occæcati, Dei efficeretur eccleſia, presbyteris diaconiſque compleretur, & epiſcopus Deo omnium rectori conſecratus, illis præſideret. Prætereà Imperator animo ſedulo proſpiciens, vti quàm plurimi ad Dei verbum ſe conferrent, ea quæ ad ſubleuandos pauperes pertinebant, copioſe ſuppeditauit. Atque hac ratione ad ſalutarem Chriſti diſciplinam B eos ſe properè recipere impulit, verbis ferè cum Paulo dicente conſentiens, Siue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur.

Eccleſiæ caſti ritus ac miniſtri introducti.

Philip. 2.

De tumultu propter Euſtatium Antiochiæ ſuſcitato. CAP. LVII.

Diabolus hominũ ſucceſſibus inuidens, diſcordiam ſerit.

Vide Nice. lib. 8. ca. 45. Socrat. lib. 1. cap. 18. Theodorit. li. 1. c. 21. 22. Sozom. li. 2. ca. 16. 17.

† Vide annot. pag. 145. lat. 1. lin. 6.

VErùm intereà temporis, cum omnes vitam iucundam degerent, & eccleſia Dei paſſim apud omnes gentes omni ratione eſſet tanquam in ſublime ſublata, rurſus inuidus dæmon, qui rebus ſolet honeſtis inſidiari, ob tantam bonorum proſperitatem ad bilem commotus eſt: ac quoniam ſuſpicabatur, ipſum Imperatorem noſtro tumultu, & perturbata omnium rerum confuſione exulceratum abalienato animo in nos futurum, idcirco diſſenſionis face accenſa, Eccleſiam Antiochenorum ſic tragicis dilacerauit calamitatibus vt parum abeſſet, quin vniuerſa ciuitas funditùs fuiſſet exciſa. † In duas enim factiones populus Eccleſiæ diuiſus eſt, quippe plebs, magiſtratus, & milites præſidiarij, more hoſtium, vſque eò concitati fuerunt, vt ſi non quædam Dei prouidentia metúſque ab Imperatore ipſorum animis incuſſus, multitudinis impetus compreſſiſſet, & iterum eiuſdem lenitas, inſtar conſeruatoris & medici animorum, orationis ſuauitate illis, cõtentionis morbo diuexatis medicinam attuliſſet, gladios ipſi in ſe mutuò diſtrinxiſſent. Quapropter ex illis viris, qui & propter virtutem ſatis ſpectati erant, & propter præſtantiam honore comitum affecti, vnum fideliſſimum legatum miſit, quò leniùs & benignius cum populo ageret. Literiſq; eos hortatus eſt, vt in eas res, quæ ad pacem inter ipſos mutuò facerent, attenta cogitatione incũberent, quinetiam quo pacto pietatis officia decenter exequerentur, perdocuit. Perſuaſit etiam illis, imò per literas ad eos ſcriptas deprecatus eſt, vti ipſe ſeditionis cauſam audire poſſit. Quas quidẽ literas (quæ & ſingularis doctrinæ plurimum, & vtilitatis non minus continent) ſi non calumnię notam his qui erant in crimẽ vocati, inuſiſſe videri potuiſſem, in præſentem hiſtoriam contuliſſem. Quocirca iſtas miſſas faciã, quippe cum malorum memoriam minimè

Antiochenorũ eccleſiæ dilaceratio.

Conſtantinus miſſo legato pacem ſarcire conatur apud Antiochenos.

A minimè refricandam putem, eáſque ſolùm in hunc ſermonem includam quas quidem Imperator, vtpote ex hominum concordia permultum animo capiens voluptatis, perſcripſit: in quibus Antiochenos cohortabatur, vt epiſcopũ alterius eccleſiæ, ſub quo pacem facerent, appetere neutiquam in animã inducerent: ſed eccleſiæ inſtituto & more, eum ſibi deligerent paſtorẽ, quem cõmunis omnium ſeruator illis commonſtraret. Ad populum igitur Antiochiæ & epiſcopos ſeparatim quæ ſequuntur, epiſtolas ſcripſit.

Intelligit hãc epiſtolam & alteram quæ ſequitur epiſtolã eam quã ſcripſit ad Euſebium.

VICTOR CONSTANTINVS, MAX. AVG. POPVLO ANTIOCHENO S.

Conſtantini ad populum Antiochenum literæ, ne Euſebium Cæſaria abſtraherent, ſed alium quærerent.

CAPVT LVIII.

Vide Nicephor. ibid.

VEſtra concordia aliis omnibus qui conſilio & ſapientia multum pollent, pergrata futura eſſet, tum mihi in primis, qui partim lege diuina, & veſtra pia vitæ ratione, „ partim veſtris erga me ſtudiis prouocatus, vos fratres ſempiterna beneuolentia com„plexus ſum. Et cùm hoc ſit reuera verum à rebus honeſtis fructum percipere, nimirum „ vt in omnibus, quæ quiſque molitur, recta & integra animi cogitatione vtatur, quid „ quæſo eſt, quod tantopere vobis poſſit conuenire? Nec cuiquam mirum videatur ſi ve„ritatem vobis dixero quæ amicitiam potius erga me, quàm odium in veſtris animis pa„rere debet. Atque inter vos fratres, quos vna eadémque animorum affectio ſynceráque „ mens, recto itinere quaſi digito demonſtrato, ad Deum deducit, & in puram ſanctámque eius eccleſiam, velut ciues aſcribit, quid † præſtabilius eſſe poterit, quàm vt cum omnes res vobis proſperè, & ad voluntatem fluant, concordiam & animorum tranquillitatem egregiè amplexamini: ídque maximè cùm & diuinæ legis diſciplina veſtram „ voluntatem ad vitam rectè honeſtéque moderandam impellat, & nos tam vehementer expetamus veſtrum † iudicium ſic ratione confirmare, vt de omnibus rebus verè ſynceréque decernatis? At fortaſſe vobis non nihil videtur afferre admirationis, quod

Fructũ à rebus honeſtis percipere quid ſit.

† Vide annot. pag. 145. lat. I. lin. 27.

† Vide ibidem lin. 29.

B tandem hoc orationis meæ initium voluerit. Idcirco cauſam illius dicendo explicare „ nec recuſo, nec inficior. Fateor equidem me literas quaſdam perlegiſſe, in quibus ex illuſtri laudum † ac teſtimoniorum præconio, quo tantopere extuliſtis Euſebium epiſcopum Cæſariæ (quem etiam ipſe eruditionis & modeſtiæ cauſa plurimi faciendum „ iam diu exiſtimaui) planè animaduertebam, vos magno ſtudio erga illum incendi, & „ velle libenter eum veſtræ vrbis epiſcopum conſtituere. Quantum putatis me animo „ agitaſſe, quam curam, vt veſtro ſtudio ſatisfactum eſſet, ſuſcepiſſe, dum ad optimum virum conquirendum, qui veſtrum epiſcopatum capeſſeret, accurata cogitatione incumberem? Te ô fides † aliena (quæ quidem ex verbo & doctrina Seruatoris tanquam exemplar ſanctè ſynceréque viuendi nobis proponis, quæque etiam peræ grè vitioſis „ hominibus ipſa reſiſteres, ſi non tua virtus talis eſſet, vt nullo modo poteſtatem cuiquã „ facias, ea ad quæſtum perditè abducendi) te, inquam, in hac cauſa teſtem cito. Mihi ſa„nè is potiſſimùm in hac controuerſia victoriam conſequi videbitur, qui pacis & con„cordiæ ſtudio flagrat maximè, quippe cùm neminem reperias, qui non ex pace, vbi „ eam nihil indecori afferre putet, magnam animo capiat oblectationem. Proinde iſtud „ à vobis quæſo, fratres, vt quoniam pro cupiditate rerum à nobis expetitarum explenda, „ aliis etiam è fratribus ignominiæ & contumeliæ nota inuſta eſt, idcirco deinceps illa „ conſectemur, quæ fidem noſtram omni ſuſpicione & infamia penitùs liberent. Ego „ verò quanquam hominẽ qui à vobis & tantis honoris ornamẽtis decorandus, & tanto „ amore ac beneuolentia complectendus iudicatur, laudo plurimùm: tamen Eccleſiæ „ canon, qui ſingulis ratus & ſtabilis debet manere, non ob eam cauſam infringendus aut „ debilitandus eſt, vt ſingulorum ſententiis ſeparatim ſatisfactum ſit, & vniuerſi, quod „ expetant, aſſequantur: ſed in ancipiti & controuerſa diſceptatione, in qua viri huius vir„tutes cum aliorum cõparantur, non vnum, ſed plures liberè quid ſentiant, eloqui opor„tet: propterea quòd cùm honores Eccleſiaſtici in eo loco & ſtatu ſint, vt in illis man„dandis nihil inſit vel perturbationis vel diſcordiæ, omnium ſuffragia ſimiliter ſunt, & ex „ æquo omnino expetenda. Neque profectò rationi conſentaneum eſt, vt propoſitum „ veſtrum, ſuſceptúmque de Euſebio deligendo conſilium, præiudicium contra alterum

De Euſebio indiciũ eccleſiæ Antiochenæ & Imperatoris.

† Vide ibidem lin. 32. & 34.

Vide annot. pag. 145. lat. I. lin. 39.

Quos epiſcopos eccleſiis præficiendos putet Conſtãtinus.

fiat, quippe cum nulli, siue abiectiores illi sunt, siue illustriores, qui syncerè & ex animo A similiter diuina præcepta ac disciplinam approbant obseruántque, vlla in re per cōmunem eiusdem disciplinæ legem, aliis inferiores putari debeant. Porrò autem, si id quod planè verum est, ingenuè fateri volumus, concedendum est necessariò, quòd Eusebium non ipsius voluntate vobis acquirere, sed vi potius à Cæsaria abducere conamini: quod profectò violētiæ potius est, quàm electionis legitimæ. Atque siue isto modo, siue secus multitudo sentit, ipse liberè & audacter affirmare audeo, hāc rem non leuem & exiguū tumultum illum quidem excitaturā, sed eam contentionis subministraturā materiam, quæ efficiet, vt vnus vestrûm alteri crimina obiectare magnopere laborauerit. Nam perinde facitis atque oues, quæ, cùm ob consuetā pastoris curationem, per negligētiam ad deteriorē partē prolapsam, priore educatione destitutę sunt, fruges vastare, & ita perspicuè quid dentiū suorum natura & vis valeat, ostēdere solent. Quæ non ita se habeāt, & nos neutiquā opinione fallamur, vestrū est, fratres (multa enim & magna ipsa prima deliberatione animis vestris se offerent) vobiscum diligenter considerare. Ac primùm omniū ecquid de ingenio & mutuo inter vos amore detractū videatur. Deinde quòd qui consentientibus hominum prudenter de ipso deligendo deliberantium suffragiis ad episcopatus dignitatem ascendat, diuino iudicio veros ex ca fructus percepturus est, atque adeò non vulgare beneficium propterea consecuturus, quòd vestro omniū consensu illustre probitatis testimonium sibi tributum habeat. Postremò, vt vos, sicut vestræ cōsuetudinis est, æqua & incorrupta mente in homine conquirēdo, qui vobis opus fuerit, diligentem operam nauetis, omni seditiosa & turbulento tumultu compresso. Nam tumultus semper iniquus esse, & ex odiosa variorum hominum inter se comparatione, non scintillæ exiguæ, sed magna inuidiæ incendia excitari solent. Verū vt tandem finem dicendi faciam, ita Deo placeam, & ita vestrûm causa, vti optatis, vita mihi suppetat, sicut & vos amo, & tranquillum pacis quasi portum, in quo animi vestri conquiescant, vobis exopto: ex quo portu sordibus seditionis præteritæ eiectis, pacato mentis statu concordiam in earum locum inducite: vexillum quoque firmæ dilectionis, in nauigio animorum vestrorum erigite, & cursum cælestem ad lucem æternitatis, gubernaculis, vt ita dicam, ferreis robustisque rectum tenete. Atque ea ratione illud integrū B & incorruptum deinceps fore putatote, quod discordia erat antea labefactatum. Nam sordes seditionis, quæ nauem antè propè corruperāt, vniuersæ ex animis vestris, tanquā ex sentina, iam spero, exhaustæ sunt. Quocirca iam consilio prouidete, vt is rerum omnium status sit, †vti nihil in posterum, quod ex vsu Ecclesiæ non sit, inconsulta & vana contentione, vel suscipiatur, vel ratum fiat. Deus vos, charissimi fratres, seruet incolumes. Imperatoris epistola ad nos de episcopatu Antiocheno à nobis repudiato.

Non vi sed beneuolētia episcopi à suis ecclesiis aliò traducēdi ad negotia sunt.

Tumultus semper iniqu⁹ & odiosa semper hominum diuersorum cōparatio.

† Vide annot. pag. 145. lat. 1. lin. 37.

VICTOR CONSTANTINVS, MAX. AVG. EVSEBIO S.

Constantini ad Eusebium literæ, quem laudat quòd Antiochiam recusauerat.

CAPVT LIX.

EPistolam † tuam legi diligentissimè, ex qua ecclesiæ canonem exquisitè abs te seruatum intellexi. In his namque persistere, quæ deo grata, quæque traditioni Apostolicæ consentanea videntur, permagnæ pietatis est. Ac sic putato, te in hoc ipso planè beatum, quòd totius (propè dixerim) orbis terrarum testimonio dignus iudicatus sis, qui vniuersæ ecclesiæ episcopatu perfungaris: & huic tuæ felicitati reuera quasi accessionem adiunctam, quòd omnes ea tui cupiditate ducantur, vt te velint esse apud se. Porrò abs te prudenter sanè factum est, quòd & Domini mandatum Apostolicúmque Ecclesiæ canonem seruare decreuisti, episcopatum ecclesiæ Antiochenæ prorsus repudiando, & in eo episcopatu fungendo permanere laborasti, quem ab initio Dei voluntate suscepisses. Hac de re literas dedi cùm ad populum, tum ad alios ecclesiæ ministros: qui quidem de eadem etiam ipsi scripserant ad me, suámque sententiam declarauerant. Quas quidem literas cùm tua sanctitas perlegerit, facilè intelliget, me, cùm iustitia ipsa illis contradicere videretur, diuina quadam impulsione ad eos rescripsisse. Quorum concilio tuam interesse prudentiam opus est, vt hoc quicquid sit negotij: in Antiochena ecclesia, recta ratione transigatur. Deus te, frater charissime, conseruet.

Vide Nicephor. ibid.

† Vide annot. pag. 145. lat. 1. lin. 41.

Eusebius ab Imp. laudatur quod Cæsariensi episcopatu cōtentus Antiochenū non susceperit.

VICTOR

A VICTOR CONSTANTINVS, MAX. AVG. THEODOTO, THEODORO, *Narcisso, Aetio, Alpheo, & cæteris episcopis, qui sunt Antiochiæ,* S.

Constantinus scribit ad Synodum, ne Eusebium Cæsaria auellant.

CAPVT LX.

Vide Nicephor. ibid. LIteras à vestra prudentia ad me scriptas perlegi, & prudens Eusebij collegæ vestri institutum ac sentẽtiam in eisdem à vobis declaratam admodum approbaui, quæque gerebantur omnia, partim ex vestris, partim ex Acacij & Strategij clarissimorum comitum epistolis cognoui. Ac cum rationẽ accuratè mecum iniuissem, ad populum Antiochenum, quid Deo acceptum, quídque ecclesiæ consentaneum foret, epistola scripsi: cuius exemplar his literis subiungẽdum præcepi, vti vos intelligatis, quid tandẽ ipse iuris æquitatisq; causa adductus, ad populum Antiochenum scripserim. Ac quum literæ vestræ hoc cõplectebantur, vt cũ populi tum vestro prudenti cõsilio & instituto, Eusebius, sanctissimus Cæsariẽsis ecclesiæ episcopus, Antiochenæ præsideret ecclesiæ, eiusq; curam susciperet, oportebat & † Eusebij literas, qui decretum ecclesiæ maximè obseruare videbatur, & meam simul sentẽtiam vestræ prudẽtiæ ostendere. Et quoniam Euphronius presbyter ex vrbe Cæsaria Cappadociæ ortus, & Georgius Arethusiorum itidem presbyter (quem Alexander ad presbyterij ordinem Alexandriæ euexerat) viri propter fidei integritatem planè spectatissimi, ad me fortè fortuna venerũt: idcircò rectum videbatur, vt non solùm hos, qui sunt ad episcopatum petendum designati, sed alios etiam, quos vos ipsi ad episcopatus honorem capescendum dignos iudicaueritis, vestræ prudentiæ significare, vti decernatis ea quæ cum Apostolorum traditione penitùs consentiant. Quibus hominibus vobis iam opportunè & commodè suppeditatis, vestra prudentia ex ecclesiæ canone & traditione Apostolica ita vestram poterit electionem moderari, vti Ecclesiasticæ disciplinæ ratio præscribit. Deus vos, fratres chari, diu seruet incolumes. Ista cùm Imperator ecclesiarum præsidibus præcepisset, hortatus est, vt omnia ad laudem diuini verbi illustrandam exequerentur.

Acacius & Strategius Comites.

Exẽplar epistolæ ad Antiochenos scriptæ transmittit Imp.

† Vide annot. pag. 146. lat. 2. lin. 25.

Euphronius presbyter. Georgius Arethusiorum presbyter.

In electione episcoporum quæ norma sequenda.

B

Quomodo studuerit hæreses extirpare. CAP. LXI.

POstquam ecclesiam Dei, sublatis è medio discordiis, in tranquillo statu collocauerat, inde digressus, aliud impiorum hominum genus, tanquam latens venenum, humanæ vitæ paratum, comprimendum censuit. Isti corruptores quidam erant, qui honestatis specie & simulatione ciuitates labefactabant. Eos verò pseudoprophetas, & lupos rapaces Seruatoris vox diuinitùs vaticinando nuncupauit ad hunc modum: Attendite à pseudoprophetis, qui venient ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. Edictum igitur Imperatoris, quod ad prouinciarum præfectos missum fuit, vniuersum illud hominum genus grauiter insectatum est. Et præter ipsum edictum, Imperator etiam salutarem admonitionem illis ipsis proposuit, hortatus admodum, vt maturè resipiscerent. Nam asseruit illos ecclesiam Dei salutis portum habere, quò se reciperent. Attende ergo quo pacto per literas cum illis sermonem contulerit.

Hæreticos hortatur vt in viam redeãt.

Matth. 7.

Ecclesia Dei portus salutis.

VICTOR CONSTANTINVS MAX. AVG. HÆRETICIS.

Constantini contra hæreticos edictum. CAP. LXII.

COgnoscite iam per legem hanc, quæ à me sancita est, ô Nouatiani, Valentiniani, Marcionistæ, Pauliani, quíque Cataphrygum nomen vsurpatis, & omnes omnino, qui per conspirationes à vobis conflatas, hæreses & sectas etiam atque etiam augere conamini: cognoscite inquam, quibus mendaciis vestræ doctrinæ inanitas implicata teneatur, & quatenus pestiferis quibusdam venenis vestra vsque eò inficiatur disciplina, vt per eam integri ac valentes ad morbum, viui autem ad sempiternum interitũ abstrahantur. O veritatis inimici, hostes vitæ, internecionis authores & consiliarij, omnia apud vos veritati contraria, turpibus consentientia maleficiis, ineptiis & com-

Compellat nominatim hæreticos et perstringit.

Haeretici maximorum malorum authores.

menticiis fabulis exultantia. Quibus certè mendacia ſtruitis, premitis inſontes, fidelibus veritatis lucem denegatis. Nam falſa viſione & ſpecie pietatis ſemper delinquentes, omnia contagione veſtra contaminatis, conſcientias integras & labe vacuas lethalibus plagis vulneratis: ipſum diem, penè dixerim, hominum oculis adimitis. At quid attinet ſingula perſequi, cùm de veſtris flagitiis, ſicut eorum natura poſtulat, dicere neque temporis anguſtia, neque occupationes, quibus diſtricti ſumus, ſinunt. Nam ſcelera veſtra adeò grandia, adeò immenſa ſunt, adeò etiam turpia & omni crudelitate redundantia, vt dies integer ad ea explicanda non ſufficeret. Imò verò ab huiuſmodi rebus aures abducere oculóſque auertere conuenit, ne ſingulorum explanatione, ſyncera & incorrupta fidei noſtræ profeſſio commaculetur. Quid ergo? patiemurne eiuſmodi malorum contagionem longius ſerpere, præſertim cum longa dilatio faciat, vt ſani ac valentes ea tanquam peſtifero morbo inficiantur? Cur igitur non cum maxima celeritate eiuſmodi prauitatis, vt ita dicam, radices animaduerſione & pœna publica amputamus?

Haereticorum ſcelera.

De tollendis locis illis, vbi conuentus hæreticorum celebrari conſueuerant. CAPVT LXIII.

Haereticorum conuentus inhibendi.

Aedes diruẽdæ in quibus cõuenιũt.

ATque quò iſta veſtræ peſtis pernicies longius graſſari impediatur, per hanc legem mandamus, ne quis veſtrûm poſthac conuentus cogere audeat. Et propterea etiam iubemus, vt vniuerſæ ædes veſtræ, in quibus congreſſus illos celebrare conſueuiſtis, penitùs euertantur, & hæc cautio eò vim ſuam porrigat, vt non modò non in publicis, ſed ne in priuatis quidẽ ædificiis, aut in locis vllis ſeparatis, huius veſtræ ſuperſtitioſæ amẽtiæ factiones coëant. At verò, quod multo præſtabilius eſt, ſi qui veſtrum veræ & ſynceræ religionis curam habeant, ad catholicam Eccleſiam reuertãtur, & eius ſanctitatis ſint participes, per quã poterunt ad veritatẽ peruenire: fraudulẽta veſtræ peruerſæ mentis aſtutia, hoc eſt, ſcelerata & perdita hæreticorũ & ſchiſmaticorũ ſeditio, omnino ab hac proſpera tẽporum noſtrorũ cõditione ſeiungatur. Noſtræ enim proſperæ ac beatæ vitæ rationi, qua Dei beneficio fruimur, eſt admodũ conſentaneum, vt qui ætatẽ bona ſpe ſuſtentatã degant, ab omni vago & cæco errore ad rectã viam, à tenebris ad lucem, ab inſcitia ad veritatem, à morte denique ad ſalutem traducantur. Ac quo prouiſio hæc in curandis erroribus robur & firmitatem ſibi neceſſariam aſſequatur, mandauimus, vt ſuprà dictũ eſt, vt omnia ſuperſtitionis veſtræ loca, in quibus conuenire ſoleatis, omnia dico hæreticorum templa (ſi modò templa appellare conuenit) ſine recuſatione aut controuerſia diruantur, & diruta abſque mora catholicæ tradantur eccleſiæ, reliqua loca publico Reip. vſui addicantur, ne vlla in poſterum vobis conuentus celebrandi relinquatur facultas. Sit igitur hoc ratum ſtatutúmque, vt poſt hunc diem in nullo loco vel publico vel priuato, nefarij veſtri conuentus in vnum coïre audeant.

Eccleſiæ aut Reipub. aſſignanda.

Quomodo complures hæretici, poſt nefarios apud ipſos libros inuentos, ad Eccleſiam catholicam redierint. CAP. LXIIII.

Haereticorum libri perſcrutandi.

AD hunc modum occultæ quaſi latebræ & receſſus eorum, qui alienam ab Eccleſia catholica doctrinam & opinionem tenebant, Imperatorio edicto euoluti patuerunt: beſtiæ etiam immanes, quæ huius erant impietatis authores, exactæ. Ex illis verò qui eſſent iſtorum impulſu in fraudem & errorem inducti, alij Imperatoris minis perterriti, fallaci & fucata ſpecie in eccleſiam obrepere cœperunt, temporum conditioni callidè & diſſimulanter cedentes: ac quoniam lex hominum libros perſcrutari iuſſerat, tandem manifeſtò deprehenſi fuerunt hi, qui vetitas & interdictas illas artes ad hominum perniciem comparatas conſectati fuiſſent, qua de re omnibus, vt dicitur, opibus viribúſque elaborabant, vt ſimulatione ſibi ſalutem adipiſcerentur. Alij fortè ad ſpẽ, quæ in Deo Opt. Max. poni debet, verè & ex animo ſe transferre. Quos, cùm eccleſiarum præſides accuratè internoſcere ſtuderent, alteros ouium pellibus obtectos, adumbrata ſpecie ſe inſinuare conantes, procul amandarunt: alteros verò, qui idem integra & incorrupta mente inſtituerent, vbi temporis longinquitate explorando, de illis ſatis exquiſitè periculum feciſſent, in multitudinem aſcititiorum aſcripſerunt. Hoc modo

Verè & ſimulatè reſipiſcentiũ penes quos diſcrimen eſſe debeat.

A modo cum illis qui alienam ab ecclesia opinionem & doctrinam sequebātur, actū est. Alios autem, qui, dum in eorum dogmatum disciplina versabātur, nihil concepissent impietatis, sed schismaticorum culpa se temerè à communi ecclesiæ congregatione & frequētia seiunxissent, abiecta omni cūctatione in ecclesiā receperūt. Hi igitur gregatim, tanquam ex colonia reuertentes, suam recuperarunt, patriā & ecclesiam matrem agnouerunt. A qua diu aberrātes, cum gaudio & lætitia ad eam redierunt, membráque communis corporis fuere in vnum coagmentata, & cōcordiæ quasi compagibus firmè copulata: soláque catholica Dei ecclesia in se coalescens, tum resplenduit, cùm nusquam gētium vel hæreticæ vel schismaticæ factionis vestigium reliquum quidem esset. Cuius præclari facinoris causam, Imperatoris Deo (cui solus ex omnibus Imperatoribus qui aliquando extitissent curæ erat) acceptam planè retulit.

Imperatoris beneficio sublatæ hæreses.

TERTII LIBRI FINIS

EVSEBII PAMPHILI
EPISCOPI CÆSAREÆ PALÆSTINÆ, DE VITA DIVI CONSTANTINI Imperatoris, Liber Quartus.

Quemadmodum muneribus & dignitatum accessionibus multos honorificè affecerit. CAPVT I.

B

Hæc procœmia quæ primis 4. capitibus hisce continentur refer ad librū 2. supra c. 20. & ad reliqua loca ibi notata: item li 10. Euseb. cap. 5. Sozom. li. 1. cap. 8. lib. 2. cap. 32. † Vide annot pa. 148. lat. 2. lin. 17.

TAntis igitur & tam præclaris rebus ab Imperatore gestis ad coædificationem & gloriam Ecclesiæ Dei, cum omnia consilia sua ad gloriosam famam doctrinę Seruatoris nostri referret, tamen ne externa quidem negotia neglexit: sed in his etiā omnes gentes crebérrimis, continuis, variisque beneficiis affecit. Qua in re partim quidem se paterna quadā erga omnes cura affici ostēdit: partim verò familiares suos variis honoribus decorauit, quos ille alto & excelso animo in omnes conferebat. Neque sanè cuiquā aliquid ab Imperatore postulanti denegatum est, nec cuiusquam spes aliquot ab eo beneficium expectantis frustrata est. Nam alios pecuniis, alios amplissimis possessionibus locupletabat: multos † præterea authoritate, multos senatoriis officiis, multos etiam consulari dignitate ornauerat: duces verò plures ab eo constituti sunt. Iam comitum alios in primo ordine collocauit, alios in secūdo, alios item in tertio. Atque ista ratione alij propè infiniti clarissimos honores adepti sunt. Nam vt plurimos honoribus afficeret, diuersos dignitatū gradus Imperator excogitauerat.

Ecclesiæ incrementum solū spectat Constantinus.

Constantini beneficentia.

Condonatio quartæ partis tributorum. CAP. II.

Vide Sozo. lib. 1. cap. 8.

QVanto autem studio curauerit, vt & plebem & inferiorum hominum animos exhilararet, vel ex vno exemplo, quod erat & ad vitam commodissimum, & ad omnes etiam perueniebat, hodiéque durat, facilè perspicere licet. Nam cum annua ei tributa agrorum nomine penderentur, quartam his detractam partem, agrorum possessoribus donauit: vt annuam detractionem ad calculum reuocanti, facilè appareret, frugum dominos quarto quouis anno à pendendo tributo fore leuatos: id quod etiam lege firmatum, & in omne reliquum tempus stabilitum, non viuentibus solùm, sed etiam eorum liberis & successoribus indelebilem & perennem beneficentiam præstitit.

Constantinus plebem quanto studio exhilarauerit.

Quartā partē fructuum sum remittit.

Adæquationes tributorum grauium. CAPVT III. A

Licinius supra tributorum gratia nouas agrorum dimensiones fecerat: eas Constantinus ad canonẽ veterẽ reducit. Vidit supra lib. 1. cap. 48.

CVm verò nõnulli agrorum metationes à superioribus Imperatoribus factas reprehenderent, hísque fines suos primi quererentur: hic rursus arbitros misit, qui re diligenter inspecta, postulantes illæsos præstarent.

Quòd pecuniariis iudiciis conuictos, ipse propriis facultatibus subleuauit. CAPVT IIII.

Constantini beneficentia, per quam nec condem natus quidem tristior è iudicio decedebat, quam qui causam obtinuerat.

CÆterorum causas pecuniarias ipse Imperator audiens, cùm minimè vellet, vt qui causa cecidissent, deteriori conditione discederent, libenter eis ex suis bonis nonnunquam agros, aliquando pecunias largiebatur: vt iudicio conuictus, quoniam dignus est habitus, vt in conspectum Imperatoris veniret, non minore cum lætitia discederet, quàm qui causam erat adeptus. Etenim cùm non decere existimaret, vt qui coram tanto Imperatore compareret, demisso & lugubri animo dimitteretur: ista ratione perfecit, vt vtraque pars sereno placidóque vultu iudicio liberaretur. Ita accidit, vt hanc animi in Imperatore celsitudinem omnes admirarentur.

Scytharum subactio, per signum crucis nostræ deuictorum. CAPVT V.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 49. Hoc bellũ sunt qui gestum putẽt anno Christi 335.

Scythæ Romanis parere coacti.

IAm verò quid attinet illa minimè necessaria recensere, quemadmodum barbaras & immanes gentes sub Romanum Imperium subiecerit: & vt Scytharum & Sauromatarum nationes, qui nunquam parêre populo Romano didicerãt, primus is sub iugum miserit, coëgerítq; eos vel inuitos profiteri, Romanos esse rerum dominos. Nam cum superiores Imperatores vectigalia Scythis persoluerent, ipsíque Romani à barbaris seruitute pressi quotannis tributa penderent: cum hæc conditio Imperatori minimè ferenda videretur, alienúmque existimaret ab omnium gentium victoris dignitate, perinde vt maiores suos tributum pẽdere seruatoris sui ope B præsidióque confisus, triumphale illud signum contra istos etiam obtendens, breui spatio omnes superauit, & reluctantes quidem armata manu coërcens, reliquos prudentibus legationibus placans, ab inculta & fera vita ad humanam ciuilémque traduxit. Atque ita tandem aliquando Romanis [1] Scythæ parêre didicerunt.

1 Scithæ quomodo Romanis parere didicerint.

Sauromatarum subactio per seruorum contra dominos tumultum. CAPVT VI.

Sauromatæ quomodo subacti.

Vide Nicephor. lib. 7. cap. 46. Vide supra l. 1. c 19. 39. Baptista Egnat. laudem ex Sarmatica victoria partã Cõstantino causam fuisse scribit cur aulam Diocletianus reliquerit, cũ inuidiam gliscentem animaduerteret.

Serui Sauromatarum in dominos insurgunt.

Sauromatis quomodo vtatur imperator.

SAuromatas verò Deus ipse Imperatoris pedibus substrauit: quos barbara superbia elatos, hoc modo fregit & compressit. Cùm à Scythis Sauromatę inuaderentur, seruósque suos cogerentur armare, vt eorum vim & impetum repellerent: postquam penes seruos victoria constitisset, ij iam eadem arma, quibus contra hostem vsi sunt, in dominos conuertunt, omnésque suis sedibus & domiciliis deturbant. At domini salutis portum præter Constantinum reperiebant nullum. Is cùm solitus esset salutem dare miseris, omnibus in Romanam regionem receptis, quos idoneos reperiebat, in suorum militum ordines referebat: reliquis verò ad necessarios vitæ vsus agros ad colendum diuidebat: vt fortunatè & fœliciter hanc sibi calamitatem accidisse faterẽtur, quando immanem feritatem cum Romana libertate cõmutassent. Sic Deus immanium barbarorum vniuersas gentes Imperatori parere fecit.

Variorum barbarorum legationes, & iis ab Imperatore tributa munera. CAPVT. VII.

Variarũ gentium legati ad Constantinum missi.

INdéque factum est, vt frequentes vndique ex omnibus gentibus legati adessent, secúmque pretiosa dona ad Imperatorem afferrent: ita vt qui fortuitò ad vestibulum regiarum portarum accederent, claras & illustres barbarorũ personas quasi ordine

A ordine quodam dispositas animaduertere possent: quibus vestis non eadem, formarum species dispar: coma verò tum capitis tum genarum valdè dissimilis: vultus ipse truculentus, barbarus, horribilis: corporum incredibilis penè magnitudo. Iam aliis ora rubebant, aliis niue erant candidiora, nonnullis mediocri colore imbuta. nam Blemyum & Indorum legati, *Æthiopúmque simul, quorum iacet extima tellus*, in ista hominū serie conspiciebantur. Ij singuli tanquam in tabulis depicta, honoraria munera ad Imperatorem adferebant: coronas hi aureas, illi ex pretiosis lapidibus diademata. Iam alij flauam comam, alij auro & floribus cōtextas barbaricas vestes, equos alij, alij clypeos & longas hastas & sagittas & arcus: quibus Imperatori (si ita ei videretur) officium suum & societatem in omnibus bellis se offerre significabāt. Quæ postquam accepisset Imperator, suúmque singulis tribuisset locum, vicissim eos tantis muneribus donísque ornauit, vt eodem puncto & momento temporis legati locupletissimi euaderent. In quibus etiam nonnullos cæteris clariores & nobiliores Romanis honoribus sic illustrabat, vt plerique obliti ad patrios lares reuersionis, genus hoc vitæ amplexi sint.

Hom. 10. Od. ß. primo fol. 1.

Barbaros qua arte sibi conciliauerit Imp.

Quòd etiam Persarum regi, qui legatos miserat, pro Christianis in Persia scripserit. CAPVT VIII.

Vide Niceph. lib. 8. cap. 38.

CVm verò etiam Persarum rex Constantino per legatos notus esse cuperet, eiq; dona quædam mitteret, tanquam fœderis & amicitiæ signa: cū hoc quóq; se Imperator societate & fœdere coniunxit, & incredibili quodam studio perfecit, vt à quo ipse primùm honorum præmiis prouocatus esset, eundum refundendis honoribus & præmiis longè superaret. Idémque cum accepisset apud Persas frequentes esse Dei ecclesias, & infinitum penè populum Christi gregibus contineri, non mediocri ex hac fama affectus voluptate, vtpote quem cōmunis quędam omnium cura tangeret, de iis etiam solicitus erat.

Sapores Persarum Rex Constantini fauorem expetit.

Epistola Constantini Augusti, ad Saporem Persarum regem, summa cum pietate & religione Deum & Christum confitentis.

B

CAPVT. IX.

EXEMPLVM EPISTOLÆ AD REGEM PERSARVM.

DIuinam * fidem conseruans, veritatis luce perfruor: & huius veritatis luce ductus diuinam fidem intelligo. His igitur, vt res ipsæ confirmant sanctissimum Dei cultum percipiens, hanc colendi rationem quasi magistram me habere profiteor, ad cognitionem sancti Dei. Huius Dei vim & potentiam auxiliatrices meorū bellorum nactus, ab ipsa vltima Oceani ora exorsus, vniuersum inde orbem firma & salutari spe erexi: ita vt omnes gentes, quæ tot tyrannorum dominatu oppressæ, dum quotidianis calamitatibus cederent, propè extinctæ essent, * mea opera meísque laboribus ad cōmodiorem statum reuocatæ sint. Hunc Deum immortali memoria me honorare profiteor: hunc liquida & pura mente, celsissima in sede locatum, auidissimè contemplor.

* Huc refer ca. 38. lib. 8. Nicephor. Vide hanc epistolam etiam infra ca. 25. lib. 1. Theodoriti apud Sozo. lib. 2. ca. 14.
* Vide anno. pag. 159. lat. 2. lin. 9. 10.

Veritatis lux: Constantini, suæ fidei confessio, ad Persarum regem.

Dei cultus.

Contra idola, & de Dei glorificatione. CAPVT X.

» HVnc humi procumbens inuoco, omnem sanguinem execrādum & odores in-
» gratos ac detestandos abhorrens, omnē terrestrem è sacrificio flāmam fugiens:
» quibus omnibus turpiter pollutus, nefandus & inexplicabilis error, multas gētes &
» totas ferè nationes ad profundissima tartara proiecit. Nam quæ huius vniuersitatis
» Deus ad humanæ prouidentiæ necessarium vsum benignitate quadam sua in lucē
» edidit, hæc ad cuiusque cupiditatem rapi nullo modo patitur: puram solummodo
» mentem & animum omni labe vacantem ab hominibus flagitat, quibus ille virtu-
» tis & pietatis actiones ponderat. Bonitatis enim & mansuetudinis officiis placatur,
» complectens mites, turbulentos auersans, amans fidem, coërcēs infidelitatem, om-
» némque cum superbia iunctum dominatum perrumpens: arrogantium vim repri-
» mens, quos fastus extulit, de solio deturbans: humiles, & iniuriarum perferentes,
» iustis præmiis afficiens. Eodem modo iustum etiam imperium magni faciens, suis
» subsidiis & opibus communit: regiámq; prudentiam pacis tranquillitate cōseruat.

Odium Idololatriæ.

Cultum Dei verum, mente constare.

Contra tyrannos & persequutores, & de capto Valeriano. A

CAPVT XI.

Constantinus Saporem appellat fratrem.

MInimè sanè errare mihi videor, frater mi, si hunc solùm Deum profiteor omnium ducem & parentem: quem multi hîc cum Imperiū tenerent, insanis erroribus agitati, respuere & aspernari conati sunt. Sed horū tam acerbus exitus fuit, vt omnium mortalium iudicio, illorum calamitates exempli loco proponerentur similia scelera persequētibus. In hoc numero illum vnum fuisse arbitror, qui diuina ira tanquam aliquo fulmine ex hoc loco deiectus, in vestras oras delatus est, patefacto de sua famosa turpitudine triūpho nostro. Sed illud benè cecidit, quòd nostris potissimum temporibus in eiusmodi sacrilegos tale supplicij exemplum editū sit.

Valeriani ad Persas fuga, captiuitas.

Vide infra ad sanctorū cœtum cap 24.25. Supra Euseb. lib. 7. cap. 9.10.

Quòd persequutorum casus viderit: & quòd nunc pacato animo sit, parta Christianis pace & tranquillitate. CAP. XII.

Constantinus aliorum exemplo doctus Saporem docet abstinere à Christianorū persecutione.

NAm & mihi contingit nonnullorum exitus animaduertere, qui paulò antè populum Deo consecratum nefandis edictis perturbauerant. Quapropter immortales Deo gratias ago, quòd singulari prouidētia vniuersum hominum genus, qui diuinam legem colunt ac venerantur, restituta pace, incredibili lætitia & voluptate afficitur. Ex quo facilè mihi persuadeo, optimo tutissimóque statu omnia collocata esse: cum per eorum castam & acceptam colendi Dei rationem, & ipsorum inter se de diuina natura consensionem, omnes ad se Deus rapere & colligere dignetur. Hunc præclarum hominum cœtum, Christianorum inquam, de quibus omnis est à me suscepta oratio, cum audiam etiam Persidis potissimā partem (quod mihi sanè est gratissimum) exornasse, quanta me putas perfundi voluptate?

Christiani apud Persas.

Cohortationes, vt Christianos suos complectatur.

CAPVT XIII.

Christianorū commendatio.

TEcum igitur præclarissimè agitur, & cum illis etiam: quoniam vtrique vestrûm hæc fœlicitas communis est. Isto enim modo Deum, huius vniuersitatis Dominum & parentem, propitium & placatum habebis. Hos igitur, quoniam hac dignitate es, tuæ fidei commendo: hos insignem tuam pietatem, tibi in manus trado. Hos, vt decet humanitatem tuam, complectere & ama. Sic enim & tibi, & nobis, ista tua fide immensum beneficium præstabis. B

Quòd assiduis Constantini precibus pax Christianis data sit.

CAPVT XIIII.

Poscit Constantinus vt ecclesia pro ipso oret.

ITa igitur vniuerso orbe sub vnius gubernatoris prudentia constituto, eodémque complectente serui Dei instituta & leges: cùm nulla cuiusquam temeritate Romanum Imperium turbaretur, stabilem & quietam vitam omnes mortales traducebant. Imperator verò cum existimaret piorum hominum preces magnum sibi momentum afferre ad salutem, & custodiam vniuersæ Reipub. eas cum necessariò adhibuisset, non solum ipse se Deo supplicem abiecit: verumetiam vt pro se ab Ecclesiæ præsidibus supplicaretur, mandauit.

Ecclesiæ precū vis.

Quòd in nummis & picturis, precantis effigie se insculpi fecit.

CAPVT XV.

Constantini numisma quale, & effigies eius, qua forma proposita.

Vide supra lib. 3. cap. & infra lib. cap.

QVanta verò fidei vis diuino quodam instinctu in eius animo defixa fuerit, vel ex eo intelligi potest, quòd in aureis nummis imaginem ita insculpi curauit, vt pansis manibus instar precantis cœlum contueri videretur: quod genus nummi, hac effigie sculpti, per omnes Romani Imperij gentes volitabat. Iam in ipsis regiis per quasdam ianuas in tabellis, quæ summis vestibulorum partibus affixæ erant, erecto statu pingebatur, sursum in cœlum contemplans, & precantis forma manus sursum tollens.

Quòd in

A

Quòd in idolorum fanis, lege vetuit suas picturas poni.

CAPVT XVI.

HOc modo cũ in tabellis se Deo supplicãtem repræsentasset, lege cauit, ne ipsius effigies in idolorum templis poneretur: ne ipsa tabella, vel minima lineamentorum parte, propter vetitorum idolorum errorem, labem aliquam contraheret.

Imaginem sui in templis idolorum: poni vetat.

Preces habitæ in palatio & sacrarum Scripturarum recitatio.

CAPVT. XVII.

SEd his quidem multa magnificentiora contẽplari potes, si animaduertas, quemadmodum in ipsis regiis Ecclesiæ Dei formam instituerit, populo in Ecclesia congregato ipse studiosè exordiens. Sumptis enim in manus libris, vel Sacrarum literarum contemplatione diligenter animum adhibebat, vel constitutas cum vniuerso Ecclesiæ cœtu preces reddebat.

Domi erecta ecclesia precatur cum aliis.

Dominicum diem, & Parasceue diem, colendum esse, lege sancitur.

CAPVT. XVIII.

Coniunge infra hic cap. 22. 57. & de laudibus Constant. circa finem. Vide Sozom. lib. 1. cap. 8. Socrat. lib. 1. cap. 14. Niceph. l. 7. cap. 18. 19. 40. 41. 42. 46. lib. 8. cap. 2. 4.

IDoneum verò precationi tempus salutarem diem Dominicũ cõstituebat: quippe qui tum verè præcipuus est, tum haud dubiè primus. Iam huius vniuersæ ædis custodes, diaconi & ministri Deo consecrati, & grauitate vitæ omníque virtute ornati assignabantur. Satellites etiam, fidi corporis custodes, beneuolentia erga principem & fide armati regem ipsum piorum morum præceptorem sequebãtur: cum ipsi perinde salutarem & Dominicum diem venerarentur, & preces ab Imperatore descriptas eodem die persoluerent. Hoc idem vt facerent, omnibus persuasit beatus Princeps: quasi huc preces suas retulisset, vt sensim & pedetentim omnes mortales ad Dei cultum traduceret. Quapropter statuit, vt cũcti Romano Imperio parentes, diebus de Seruatoris nomine nuncupatis, ab omni opere feriarentur: vt etiã dies, qui sabbatum antecederent, venerarentur, ob memoriam (vt mihi videtur) earum rerum, quæ iis diebus à communi omnium nostrûm Seruatore fuerũt gesta.

Dominici diei cultus.

B

Quemadmodum etiam legiones gentiles in Dominicis precari mandauerit.

CAPVT XIX.

CVmque hunc salutarem diem, quem lucis vel Solis diem appellamus, vniuersum exercitum omni studio colere docuisset: his qui diuino instinctu fidem sequuti erant, otium fecit, vt liberè possent ecclesiam Dei frequentare, quò sine vllo impedimento preces Deo persoluerent. Sed aliis, qui nondum diuinam degustarant doctrinam, alia quadam lege mandauit, vt Dominicis diebus in patentes suburbiorum campos exirent, atque vt ibi eadem precationis forma, dato ab vno aliquo signo, omnes simul ad Deum vterentur. Non enim oportere aiebat hastis vti, & rerum suarũ spem in armis aut corporũ viribus ponere: sed vniuersitatis Deum, rerum omnium bonarum & ipsius victoriæ authorem agnoscere: cui oporteret pãsis in cœlum manibus & sublatis altissimè ad cœlestem regem mentis oculis constitutas preces reddere: vt illum victoriæ largitorem, & conseruatorem, custodem nobis, adiutorémque precibus imploremus. Formulam verò precandi, ipse omnibus militibus præscripsit: mandauítque vt Romana lingua ita omnes precarentur.

Solis dies antea, qui nunc Dominicus.

Militibus etiam Dominici diei cultus præscriptus.

Precationis formulæ, legionibus à Constantino datæ.

CAPVT XX.

» TE solum Deum agnoscimus: te Regem profitemur: te adiutorem inuocamus:
» per te victorias consequuti sumus: per te hostes superauimus: abs te & præsen-
» tem fœlicitatem cõsequutos fatemur, & futurã adepturos speramus: tui omnes sup-
» plices sumus: abs te petimus, vt Constãtinum Imperatorem nostrum, vnà cum piis
» eius liberis, quàm diutissimè nobis saluum & victorem conserues. Eiusmodi ferè
» sanciebat, à militibus solis die fieri, talésq; ab eis voces in diurnis precibus adhiberi.

Constantini precatio à militibus fieri diebus Dominicis iussa.

Legionum arma, consignata signaculo crucis Seruatoris, A

CAPVT XXI.

Crucis trophæum militibus propositũ.

Constantini quotidianæ preces.

PRæterea etiam in ipsis armis, salutaris trophæi signum insculpi, armatóque exercitui præferri fecit: & vt solum hoc salutare trophæum, non vllam (vt antè consueuerant) inauratam statuam sequerentur. Ipse verò tanquam sacrorum mysteriorum particeps intra secretas se regiæ partes statis quotidie temporibus concludẽs, solus cum solo loquebatur Deo: & supplici voce in genua proiectus, humili vultu, & deiectis oculis à Deo petebat, vt quibus egeret rebus, per illum consequeretur.

Vide supra lib. 3. cap. 2.

De oratione & honore adhibito in celebritate Paschæ.

CAPVT XXII

Paschæ festi celebritas quanta Constantino obseruata.

Beneficentia.

SEd hanc religionis exercitationem salutaris festi temporibus augens, omnibus viribus cùm animi tum corporis diuinos sacrorum ritus obibat: quasi qui huius magnæ solennitatis exemplum omnibus præberet. Nocturnam verò in hoc festo peruigilationem tam clarã reddidit, quàm diurnam lucẽ: accẽsis tota vrbe per certos homines (quibus hoc munus delegatum fuit) quàm celsissimis cereis candelis, etiam lampadibus igneis omnes latebras collustrantibus, vt illa mystica pernoctatio longè clarior ipsa solis luce redderetur. Iam recipiente se aurora, Seruatoris benignitatem imitatus, omnibus ex quouis plebis populíve genere beneficam & prolixam manum porrigebat, collatis in omnes maximis beneficiis. Ad hunc igitur modum Deo ille suo, quasi sacerdos quidam, sacra faciebat.

Vide supra hic cap. 18. & infra 57. item de laudibus Constant. circa finem.

Quomodo idolorum cultum vetuerit: sed martyres & festorum celebritates honorauerit.

CAP. XXIII.

B

Magistratus idololatriam prohibere debet.

Martyrum festi dies.

OMninò omnibus Romano Imperio subiectis gentibus & legionibus idololatriæ fores clausæ erant, repressúmque quoduis idolis sacrificandi genus. Etiam ad ipsos gentium præfectos Imperatoris nutu & voluntate edictum perlatum est, vt illi perinde Dominicum diem venerarentur. Iidem consecratos martyribus dies honore prosequebantur, & festorum solennitates in ecclesiis celebrabant, quæ omnia secundum Imperatoris voluntatem gerebantur.

Vide Niceph. lib. 7. cap. 46. Vide supra lib. 2. cap. 44. 55.

Quòd externarum rerum quasi episcopum quendem se esse proffessus est.

CAP. XXIIII.

Constantinus episcopum se vocat.

EX quo etiam factum est, vt cum episcopos nonnullos conuiuio excepisset, ipse se nobis audientibus episcopum appellaret, his ferè verbis: Vos, inquit, intra ecclesiã, ego extra ecclesiam à Deo episcopus cõstitutus sum. Itaque cùm quæ loquebatur, eadem mente secum cogitaret, animum in omnes, qui eius suberant Imperio, intentum habuit: hortatus pro virili, vt piam omnes vitam excolerent.

Quòd prohibuerit impia idolis sacrificia & occulta sacra fieri, & gladiatorum singulares pugnas, & Nili accolarum fœdam intemperantiam.

CAPVT XXV.

Constantini lege tolluntur
1. Idola.
2. Oracula.
3. Statuarũ dedicatio.
4. Occulta sacrificia.

HAc etiam ratione adductus est, & rectè sanè, vt frequentibus legibus & edictis præciperet omnibus ne idolis immolarẽt, nec oracula curiosè sectarentur: nec statuas dedicarent, nec occulta sacrificia facerẽt, nec ciuitates crudeli & impia gladiatorũ cæde contaminarẽt. Cùm verò apud Ægyptios & Alexãdriæ patrio more fluuius quidam ab hominibus muliecrosis coleretur, ad hos etiã perlata lex est: qua cautum, vt omnis hæc Androgynorum gens tanquam adulterina & spuria è vita tolleretur, neque cuiquam liceret vel oculis intueri impura hac lasciuia ægrotãtes.

Vide Niceph. lib. 7. cap. 46. Euseb. lib. 10. cap. 5.

Androgyni Sacerdotes Nili.

Sed cum

A Sed cum superstitiosi existimarent, minimè deinceps fluuiũ pro consuetudine sua in agros suos effluxurum: Deus fauens Imperatoris legi, lõgè secus quàm illi expectauerant, vberrimum flumẽ reddidit. Nam cum impura illa fæx, qui suis sordibus ciuitatem turpificasset, prorsus esset sublata: fluuius quasi repurgata expiatáque tota regione, maiore quàm antè cursu ferebatur, & magnis ac abundantibus gurgitibus intumescens omnes agros quaqua versum irrigabat: tanquam reipsa demonstraret, homines impios & sceleratos remouendas esse, & ad Deum solum omnis salutis authorem omnium præclararũ rerum causam esse referendam. Sed huius generis cùm penè infinita ab Imperatore singulis in prouinciis gesta sint: magno sanè otio est ei opus, & vacuo tẽpore, qui singula literarũ monumẽtis persequi velit.

5. Gladiatorũ certamina.
6. Nili cultus
7. Nili sacerdotes.

Quòd legem de effœtis latam correxerit: simul etiam faciendi testamenti formulas emendauerit. CAPVT XXVI.

QVemadmodum etiam si quis recensere cupiat, quòd leges ad maiorem æquitatem traducens, è veteribus nouas fecerit. Quanquam, quemadmodum id fecerit, exempli causa facilè aliquis possit paucis verbis demonstrare. Quibus nulli essent liberi, hos veteres leges fœcundorum successionis ademptione plectebãt. Dura sanè contra infœcundos lex: quæ illos tanquam scelus aliquod admisissent, graui supplicio afficiebat. His ille sublatis legibus, sanxit, vt ad propinquos hæreditas deueniret: summam in hoc corrigendo moderationem & æquitatem sequutus: cum ita sentiret, qui voluntario scelere se implicassent, digno supplicio coërcẽdos esse: at multis liberos non volũtatem suam multorum liberorum cupidam, sed naturæ imbecillitatem denegasse: alios sine liberis vixisse, non quòd sobolis propagationem successionémque abhorrerent, sed quòd accerrimum philosophiæ amorẽ

De effœtis lex correcta.

Scelera tantũ voluntaria supplicio digna.

Continentiæ studium & castitatis votum.

B muliebri connubio anteponerent. Præterea castitatem & inuiolatam virginitatem multas mulieres sacris dicatas constanter retinuisse, cùm omni puritate & sanctitate perfusa vita se totas corporibus & animis Deo consecrarẽt. Quid ergo? supplicione hoc dignum existimari debet, an potiùs admiratione quadã, & approbatione? Etenim propensa in hoc genus vitæ voluntas magni facienda est: sed eam rectè factis tueri, & vsque ad extremum persequi, longè supra naturam est. Quibus igitur non ipsorũ voluntas, sed naturæ imbecillitas liberos denegauit, eos misericordia, non supplicio dignos esse: at diuinioris vitæ amatores, non aliqua pœna afficiẽdos, verùm incredibili admiratione suspiciendos esse. Atque isto modo legem hanc Imperator summa æquitate emendabat. Præterea cùm veteribus legibus cautum esset, vt qui è vita excederũt, ipso extremo ferè spiritu certis & conceptis verbis testamenta componerent: atque ad eò leges ipsæ, quibus ea sententiarum formulis quibúsque verbis scriberentur, definirent: eáque res non minimæ esset fraudi testatorũ iam morientium voluntati: prudẽter hæc animo complectens Imperator, legem ipsam abrogauit: statuítque, vt moriens nudis verbis & fortuita oratione voluntatem suam testaretur, & quouis scripto sententiã suam ederet: aut, si mallet, sine scripto testaretur, adhibitis ad eam rem idoneis testibus, quíque fidem sine fallacia seruare possent.

Testamẽti faciendi formulæ præscriptæ, emendatæ.

Quòd sanxerit, ne Iudæis vllus Christianus manciparetur: statueritque, vt Synodorum definitiones & sententiæ ratæ, firmæq; essent: & cætera in hanc sententiam. CAPVT XXVII.

SAnxit etiam, ne Christianus quisquam seruiret Iudæis. Etenim nefas esse vt qui prophetas trucidassent, Dominum ipsum crudeliter mactassent, hi Domini Seruatoris sanguine redemptos seruitutis iugo subiicerent. Quòd si quis ea conditione & statu reperiretur, is vt libertate donaretur, Iudæus mulcta pecuniaria coërceretur. Iam quæ ab episcopis in publicis conuentibus editæ erant regulæ, sua consignabat & cõfirmabat authoritate: ne reliquarũ gentium principibus liceret, quę ab eis decreta essent, abrogare. Cuiusuis enim iudicis sentẽtiæ, sacerdotũ Dei iudiciũ anteponẽdũ esse. Huic generi finitima propè innumerabilia suis exaruit: quę siquis

Christiani Iudæis ne seruiant.

Vide Nicephor. lib. 9. cap. 20. Vide L. vnicã, Co. ne Christianũ mãcip. L. Deo

Episcoporum decreta cõfirmata, ne aliis magistratibus seruiant.

singula ad propria capita referre voluerit, quò illustrior & notior esse possit etiã in A hoc genere Imperatoris prudentia, magnum sanè otium & liberum ac vacuũ tempus habeat necesse est. Præterea quid attinet commemorare, vel quemadmodũ se Deo à prima luce vsque ad extremum diem omnibus in rebus coniunxerit, vel cui hominum generi gratus esse studuerit: vel vt ad infimam se fortunam demiserit, omnibúsque suam munificentiam patefecerit?

nobis, §. his ita dispositis Co. de episco. & cler.

De donis in Ecclesiam collatis: déque eius munificentia in virgines & pauperes. CAPVT XXVIII.

Constantini in ecclesias pauperes item ac virgines, munificentia. Constantini affectus erga virgines sacras.

ECclesias verò Dei, incredibile est, & supra omnem opinionem, quot ornamẽtis locupletauerit: cum aliis agros, aliis annonam: ad pauperes, orphanos, miseráśq; mulieres tuendas & alendas donaret. Iam magna cura etiam vestes nudis corporibus prouidebat. Maximis autem eos honoribus prosequebatur, qui vitam suã cœlesti philosophiæ dedicassent. Sanctissimum ergo perpetuarum virginum cœtum constanter colebat: quòd in earum mentibus Deum ipsum, cui se consecrarant, inhabitare crederet.

Orationes & conciones Constantini. CAPVT. XXIX.

Imp. noctu meditabatur & scribebat.

Vide infra hoc lib. ca. 55.

EQuidem suam ipsius mentem quodam quasi afflatu & instinctu diuinarum rerum exaggerans, totas sæpè noctes sine somno traduxit: & cum per otium liceret, orationes scribens, frequẽtes cum suis inibat congressus: quòd suarum esse partium existimaret, rationis freno Imperio suo parẽtes regere: atque adeò vniuersum regnum rationis Imperio subiicere. Quapropter infinita multitudo solebat ad Imperatoris nutum confluere, vt eum philosophantem audiret. Quod si eo dicẽte, aliquando aliqua occasio incidisset de Theologia loquendi, erecto corpore cõsistens, contractóque vultu, & depressa voce, adbibita summa prudentia & moderatione, præsentium animos cœlesti disciplina initiare ac deuouere videbatur. Quam rem cum sequeretur populi grata acclamatio: solebat nutu significare, vt cœlum suspicerent, & venerandis laudibus omnium regem Deum admirarentur & colerent. B Cùm verò distributè de pluribus rebus loqui vellet: primum refutabat argumenta, quibus magno errore deorum multitudo introducebatur: probans, gentium superstitionem fraudis esse causam, & huius de Deo erroris propugnaculum. Deinde Deum vnum, vni Imperio præsidentem, eis commendabat. Cuius de prouidentia deinceps & generatim & particulatim disputabat: indéque ad Seruatoris nostri dispensationem descendens, hanc quoque ostendebat, vt eius ratio postulabat, necessariò extitisse. Ab isto loco digrediens, disputationẽ mouebat de Dei tribunali, quo genere, maximo terrore ferire videbatur audientium animos, cum seuerè reprehẽderet raptores, iniuriarum authores, & qui se inexplebili diuitiarum auiditati mancipassent: Familiares verò nonnullos suos oratione quasi verberans & flagellãs, cogebat aliquando sua ipsorum conscientia perculsos, humi oculos deflectere: cùm eis clara voce contestaretur & prædicaret, actionum suarum omnium rationẽ Deo daturos esse.* Nam & se terrenum quoduis imperium illius, Dei imperio subiicere eíque rationes singularum rerum redditurum esse. Cunctos enim mortales magno regi aliquando rationem suæ vitæ relaturos. Hæc ille perpetuò contestabatur, hæc suggerebat, horum magister & author fuit. Sed is quidem verã & minimè simulatam fidem peculiari quodam modo retinens, hæc sentiebat: hæc præcipiebat: at illi ad hæc percipienda tardi, & ad præclara ista præcepta obsurdescentes, voce & acclamatione applaudebant: sed inexplebili cupiditate occæcati reipsa contemnebant. Fertur præterea cuidam ex suis ab se aliquando prehenso, dixisse: Quoúsq; tandem, ô bone hanc inexplebilem auaritiam cumulamus?

Cœtu coacto de Deo & Religione differebat.

Deorum multitudinis causa superstitio.

Vitia insectabatur.

** Vide ano. pag. 1?? lat. a. lin. ??*

Quod cuidam auaro sepulchri dimensionem descripserit, ad eius summum pudorem. CAPVT XXX.

Constantini scomma in auarum.

DEinde cum corporis humani perfectæ ætatis circumscriptam mensurã hasta, quã manu tenebat, humi impressisset: Omnes, inquit, vitæ diuitias, & totiꝰ orbis opes

A opes si domi haberes, tamen plus hoc à me circumscripto agello non possidebis: si & illud fortè possideris. Huiusmodi dictorum & factorum modum sibi nullum statuebat beatus Imperator. Résque ipsæ persuadebant, Imperatoris hæc quasi diuinitùs edita præcepta non nudis verbis, sed diuinis oraculis similia esse.

Quòd propter eius eximiam humanitatem irrisus sit.
CAPVT XXXI.

Coniunge ca. 4. lib. eod. infra.

SEd cum Imperator se totum ad humanitatem & misericordiam dedisset: & qui singulis prouinciis præerãt. nullum prorsus de maleficis supplicium sumerẽt, res hac vniuersæ administrationi non minimam reprehensionem peperit. Quæ siue iusta fuerit, siue secus, iudicet quisque pro sua voluntate: mihi liceat, quæ vera sunt, monumentis mandare.

Constantini humanitas et misericordiæ.

De Constantini oratione, quam ad sanctorum cœtum scripsit.
CAPVT XXXII.

IGitur Romana lingua orationes Imperator conscripsit, quas interpretes quidam (ad quos illud interpretandi munus pertinebat) Græcè feruntur. Ex his è Latinis græcè factis orationibus, exempli causa, postquã institutum opus absoluero, attexã orationem illam quam ipse hoc titulo inscripsit, AD SANCTORVM COETVM ORATIO: quámque præterea Ecclesiæ Dei dedicauit, ne quis meum de eo testimoniũ vanam & ostentatoriam prędicationem esse iudicet.

Hæc oratio immediate hunc librũ quartũ subsequitur.

Constantini oratio ad Sãctorũ cœtum.

Quemadmodum orationes Eusebij, de monumento Seruatoris, stans audierit. CAPVT XXXIII.

Vide infra hoc lib. ca. 4

AC ne illud quidem mihi tacitè prætermittendum videtur, quod nobis ipsis pręsentibus summa cum admiratione gesserat. Nã cum eius singulari erga Deum B pietate adducti, postularemus, vt de Seruatoris monumento & sepultura disputantes non audire vellet: libentissimè sanè aures suas sermonibus nostris præbuit, & in ipsa basilica magno auditorum cœtu circumfusus erectúsque stans, communem cum reliquis audiendi operam exhibuit, cúmque flagitaremus vt regali in solio, quod ibi sessionis causa positum erat, se reclinaret: minimè cessit nostris precibus, quin potius contento animo, quæ dicebãtur secum diiudicabat: & Theologiæ decretis, veritatis testimonium dabat. Sed cum iam multum temporis fluxisset, & nos longiores essemus, finémque facere statueremus: hic quidem ille restitit: & vt omnem sermonem absolueremus hortatus est. Rursus verò vt sederet deposcentibus nobis, subtristi & austero vultu respõdit: Nefas esse, institutis de Deo disputationibus negligẽtes aures præbere. Sibi verò hoc esse in primis vtile, præsertim cum piũ sit, de diuinis rebus disserentes, erectos audire. Sed absoluto aliquando tandem omni hoc sermone, nos domũ porreximus, & vsitatis nosmetipsos exercitationibus dedimus.

Eusebij de Christi sepulchro & sepultura oratiõ.

Diuinarum rerum cõcionibus audiendis standum, non sedendum.

Quòd de Pascha & contexendis sacris voluminibus ad Eusebium scripserit.
CAPVT XXXIIII.

IS verò magna cura complectens Dei ecclesias, de parãdis sacris codicibus ad nos scriptam epistolam misit, quemadmodum etiam de sanctissimo Paschæ festo. Nam cum nos dedicato illi libello arcanam huius festi rationẽ retexeremus: quẽadmodum nos compensarit, honorificéque responderit, quiuis ex eius ad me literis facilè potest intelligere.

Eusebij liber de Pascha mystica ratione.

Constantini ad Eusebium epistola, in qua eius de Pascha orationem laudat. A

CAPVT XXXV.

VICTOR CONSTANTINVS MAXIMVS
Augustus Eusebio S.

Mysteriũ de Christo difficillimum.

DIfficillimum sanè opus est, & supra omnem orationis facultatem positum, mysteria Christi pro dignitate explicare, & institutam de Paschate controuersiam, vnde orta, & quomodo laboriosè quidem, sed vtiliter ad exitum adducta sit, congruenti oratione exponere. Nam numinis magnificentiam ne illi quidem, qui eam mente cogitationéque assequi queunt, satis pro dignitate sua vlla orationis facultate explicare possunt. Verumtamen incredibilis voluntatis & studij tui magnitudinem admirans, cùm ipse libellum tuum libẽter legi: tum etiam vt is pluribus diuinarum rerum verè studiosis ederetur, quoniam ita voluisti, edicto mandaui. Quapropter cũ animaduertas, quanta auiditate ista tam præclara munera abs tua prudentia accipimus: vide,* vt quibus ipse te præceptionibus educatum esse fateris, his nos, & quidem frequẽtioribus, alacriores reddas. Te verò, quòd vulgo dici solet, spontè currentem ad vsitata tua curricula adhortor: quandoquidem hæc tua fiducia ostendit, dignum te inuenisse lucubrationum tuarum interpretem qui illas in nostram linguam conuertat, quamuis nulla sanè queat eloquutio tam præclararum rerum consequi dignitatem. Atque hæc quidem hac de re eius epistola fuit. Quod verò ad nos delectionem diuinarum apparatione scribebat: id ferè eiusmodi est.

Constãtini iudiciũ de Eusebij oratione de Pascha.

* Videatur no. pa. 151. lat. 1. li. 30.

Constantini ad Eusebium epistola de apparatione sacrorum voluminum.

CAPVT XXXVI.

VICTOR CONSTANTINVS MAXIMVS AVGVSTVS EVSEBIO. B

CVm Dei Seruatoris nostri prouidentia factum sit, vt in hac vrbe nostri cognomine infinita ferè multitudo sanctissimæ se ecclesiæ consecrent: æquum sanè in primis esse videtur, vt vniuerso eorum cœtu mirabiliter aucto, ecclesiæ quoque plures in ea instituantur. Quapropter quid nobis videatur accipe. Visum est hoc significare prudẽtiæ tuæ, vt quinquaginta illarum scripturarum volumina, quarum & apparationem & vsum maximè Ecclesiæ necessarium cognoscis, quæque prætereа facilè legi & circumferri queunt, ab artificibus scitè scribendi peritis politiore membrana describi cures. Nostra clementia ad prouinciæ præfectum literas dedimus, penes quem totius administrationis summa est, vt quæ ad eas conficiendas necessaria videantur, omnia summa diligentia suppeditari curet. Nam vt codices scripti quàm celerrimè apparentur, tuarum id partium est. Ad eos verò perferẽdos vehicula duo publica huius nostræ epistolæ authoritate accipies. Ita enim quæ pulchrè descripta sunt, etiam ad nostrum conspectum facillimè perferentur, si ad hoc munus obeundum aliquem ex tua ecclesia ministrum delegeris: qui, vt ad nos venerit, nostram erga ipsum humanitatem sentiet: Deus te conseruet, frater dilecte,

Huc refer ca. 17. li. 1. Nicephor. Theodorit. lib. 1 ca. 16. Socrat. li. 1. cap. 6.

Sacrorum librorũ descriptio curata.

Quomodo hæc volumina apparata sunt. CAP. XXXVII.

Cõstãtiæ vrbis ad fidẽ cõuersio, & nominis mutatio. Constantia antea vocata Gaza.

HOc Imp. mandatum res ipsa celeriter consequuta est, cùm in membranis curiosè elaboratis, terniones & quaterniones mitteremus: quod ipsum altera, Imperatoris responsio declarabit, in qua cum audisset vrbem apud nos Constantiam, quæ antè quidem incredibili superstitione imbutos ciues habebat, nouo pietatis studio veterem idololatriæ errorem commutasse, cùm gaudere se significauit, tum factum hoc probare.

Quomodo Gaza emporium, propter Christianismũ ciuitatis nomine donata sit, & Constantia vocitata. CAP. XXXVIII.

Gaza emporium, in vrbẽ

ITa igitur accidit, vt Constantia Palæstinæ, quæ salutarem Dei cultũ sibi asciuerat, maiore cùm apud Deũ, tum etiam Imperatorem honore esset. Et quoniã iã eiusdmodi

A eiusmodi extiterat, qualis antea non erat: nomen vetus cum præstantiore sororis Imperatoris nomine commutauit. Hoc idem pluribus in locis factitatum. *Constantiam mutatum.*

Quemadmodum in Phœnicia restaurata sit Constantia, & in cæteris omnibus ciuitatibus idola summota, & ecclesiæ coædificatæ sint.

CAPVT. XXXIX.

QVemadmodum etiam in vrbe quadam Phœniciæ Imperatoris cognomine, in qua ciues statuis penè innumerabilibus in ignem coniectis, salutarem Dei legem surrogarunt. In reliquis etiam prouinciis, cùm sua sponte homines ad salutis cognitionem se adiungerent, passim sanè omnibus locis & vrbibus solennia sacra in omni statuarum varietate posita, tanquam res vanas & futiles delebant: & fana ac delubra mirandam in altitudinem exædificata, nemine præcipiente solo æquabant: eisdémque fundamentis ecclesias inędificantes, superiorem sententiam errorémque deponebant. Sed omnes pij Imperatoris res gestas sigillatim persequi non nostrarum magis partium est, quàm eorum qui perpetuò ad eius congressum sermonémque adhibiti sunt. Nos verò, quoniam breuiter quæ nobis nota fuerunt, literarum monumentis mandauimus, pergemus ad illud tempus, quod ipsius vitæ extremum fuit.

Constantia Phœniciæ totáque adeò prouincia Christianismũ amplexa.

Quid de Constātino scribere instituerit Eusebius.

Quòd tribus decenniis tres filios regio nomine cùm decorasset, dedicationem μαρτυρίου id est, sacræ Martyrum ædis Hierosolymis celebrauit.

CAPVT XL.

B

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 54. Vide infra de laud lib. Constātini.

IGitur cùm triginta ipse annos in Imperio compleuisset, filij eius numero tres, Cæsares diuersis creabantur temporibus. Primus, qui patris erat cognomis, decimo paterni Imperij anno honorem hunc adeptus est. Secundus, aui nomine appellatus Constantius, vicesimo ferè Imperij paterni anno, quando publicus solenniſq; omnium hominum conuentus agebatur, renunciatus est. Tertius Constās fuit, qui ipso nomine & appellatione præsens constánsque tempus perspicuè præ se ferens, tricesimo paterni regni anno ad honorem euectus est. Ita cùm triplicem assimilatione ad trinitatem liberorum fœtum Deo gratum acceptúmque procreasset, eumdémque decimo quouis anno regia dignitate decorasset: extremum tricesimum annum accommodatissimum tempus sibi oblatum esse putauit, in quo omnium regum regi grates persolueret, quo tempore etiam optimum existimauit, Martyrum domum incredibili & optimo studio ab se Hierosolymis coædificatam consecrare.

Cōstantini filij tres, Cæsares creati. 1 Cōstātinus. 2 Cōstātius. 3 Constans.

Quòd interea Synodum Tyri haberi constituit, ob controuersias quasdam in Ægypto natas. CAPVT XLI.

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 49. Vide Socrat. lib 1. cap. 10. 11. Sozom. li. 2. cap. 24. 27. Theodoritũ lib. 1. cap. 13.

SEd virtutis hostis, inuidia etiam hac in re quasi tenebricosam nebulam clarissimis solis luminibus offundens, per controuersias quasdam turbatis denuò Ægyptiis ecclesiis, institutæ huius celebritatis splēdorem obscurare conata est. Sed Imperator omni cogitatione & cura in Deum defixa, collegit ex omni Ægypto, Africa, Asia, Europa, frequentem episcoporum cœtum: eúmque tanquā Dei exercitum armis contectum, obiecit huic inuido diabolo: mandauítque primùm, vt quàm celeriter renouatæ contentionis finem facerent: deinde, vt Martyrum domũ de qua dixi, consecrarent, obitérque, vt in Phœniciæ metropoli conceptas rixas delerent. Non enim licere sententiis & opinionibus dissentientes, ad diuinum cultum adesse: quòd in diuina lege disertis verbis editum sit, non debere secum discordantes munera prius sua offerre, quàm amicitia reconciliata, ad mutuam pacem gratiámque redierint. His salutarib⁹ præceptis Imperatoris animus intus cùm recrearetur, omni vt consensione concordiáque institutum persequerentur, literis suis in hanc ferè sententiam significauit.

Synodus Tyri indicta.

Dissidentium sacra Deo ingrata.

Constantini ad Tyri synodum oratio. CAPVT XLII. A

VICTOR CONSTANTINVS MAXIMVS AVGVSTVS *ad sanctam Synodum congregatam Tyri.*

Christi ministros pacis studium ornat. — *Vide Theodoritum ca. 29. lib. I.*

ERat fortasse consentaneum, & ad præsentis temporis opportunitatem maximè accommodatum, carere omni contentione Ecclesiam catholicam, & Christi seruos ab omnibus rixis solutos ac liberos esse. Sed quoniam nonnulli sceleratæ cuiusdam contentionis furore incitati, ac (ne quid grauius dicam) vitam sua professione indignam agentes, omnia turbare ac miscere conati sunt (quod scelus supra omnem calamitatem mihi sanè positum esse videtur) propterea vos vestra (vt est in prouerbio) sponte currentes hortor, vt nulla interposita mora, sed omni qua possitis celeritate, in vnum locum confluentes synodum instituatis, & egentibus opem feratis: in periculo positis fratrib. medicinam adhibeatis: diuulsa membra ad consensionem reuocetis: errata omnia interea emendetis, dum ipsum tempus ferat, vt hisce tantis prouinciis, quæ maximè decet, concordiam restituatis: quam (ô futiles ineptias) paucorum hominum deleuit arrogantia. Nam hoc & Deo totius huius vniuersitatis Domino gratum, & nobis quauis re vel optatissima magis iucundũ, & vobis ipsis, si cõcordiam & pacem reuocaueritis, magnæ gloriæ vel omnium mortalium iudicio consensúque futurũ, planè arbitror. Nolitote igitur cunctari, sed acerrimo studio his quibus decet terminis præsentes controuersias definire: † vtpote qui cum omni puritate & fide coiistis, quã in omni cœtu propè clarissima voce Seruator noster, cui seruimus, in primis flagitat. Nihil verò, quod est nostrarũ partium, nostræque prudentiæ, deerit. Nam quæ literis mihi vestris significastis, omnia curaui, scripsi ad quos volebatis episcopos, vt vestras curas & solicitudines præsentia & laboribus suis adiuuarent, Misi etiam Dionysium Consularem, vt omniũ rerum gerendarum eos admoneat, qui vestræ Synodo adesse debent: maximè verò vt idem animaduersor sit, & custos conseruandæ æquabilitatis & ordinis. Quod si quis, quod equidem non futurum arbitror, reiecto & spreto mandato nostro adesse noluerit: delegabimus aliquem, qui regia illum authoritate in exilium eiectum docebit, hominem minimè decere summi Imperatoris præceptionibus ad tuendã veritatem editis repugnare. De cætero vestræ sanctitatis partes sunt, non odio, non gratia vlla, sed consentientibus studiis secundum ecclesiasticam & Apostolicam regulam omnibus erratis, errore aliquo admissis propriam curationem adhibere: vt & omni aliena contumelia ecclesiam liberetis: & meas curas alleuetis: & rebus turbatis per vos constitutis, maximam vobis ipsis gloriam comparetis. Deus vos conseruet, fratres dilecti.

Hortatur episcopos vt in concordiam redeant.

Precibusque minas regalitates addit.

† *Vide annot. pag. 153. lat. l. 27.*

Quòd ad encæniorum celebritatem Hierosolymis institutam, ex omnibus prouinciis episcopi confluxerant. CAPVT XLIII.

Vide Theodor. lib. I. cap. 31.

INterea verò dum hæc ab Imp. demandata gererentur, alter ab eodẽ nũcius festinans superuenit, qui Synodum imperatoriis literis cõmonet, vt celeriter & sine procrastinatione Hierosolymas proficiscerentur. Cum igitur omnes Phœnicum episcopi publicis vehiculis ad constitutum locum contenderent, celeriter totus ille locus frequentissimo Dei cœtu refertus est: cõfluẽtib. nimirũ eodẽ tẽpore Hierosolymas cuiusuis prouinciæ episcopis. Nã Macedones suæ metropolis episcopũ legabant, Pannonij & Mysi suũ etiã iuuẽtutis florẽ tanquã Dei impuberẽ cœtum miserant. Aderat ex Persiæ episcopis diuinum monumentum, vir summus & in Sacris scripturis exercitatissimus. Iam Bithyni & Thraces synodi frequẽtiã sua præsentia ornabãt: nec deerant lectissimi quique Ciliciæ. Sed & ex Cappadocia qui doctrina & eruditione præcipui credebãtur, medij inter alios collocati enituerũt. Præterea omnis Syria & Mesopotamia, Phœnicia, Arabia, Palæstina, Ægyptus etiã & Africa, & Thebanæ gentis episcopi, magnificũ illum Dei cœtum simul omnes implebãt: quos innumerabilis penè ex omnibus prouinciis multitudo sequebatur. Hisce verò omnibus præstò fuerunt certi ministri, nam ex ipsa curia delegati erant spectata probitate viri, qui imperatoriis sumptibus celebritatem hanc illustrarent.

Ad martyrij dedicationis celebritatem, episcoporum conuocatio.

Quemadmodum

A *Quemadmodum eos per Marianum notarium exceperit, & de eius in pauperes munificentia & donis collatis in templa.* CAP. XLIIII.

SEd horum facilè princeps Marianus, fide & prudentia vel ipsi Imperatori perquàm necessarius: cui quòd Sacrarum scripturarum singularem vsum haberet, & professione veræ religionis duris illis tyrannorum temporibus clarus euaserat, non sine causa rerum istarum dispositio data est. Is verò se Imperatoris voluntati castissimum & integerrimum ministrum præbens, cùm grata quadam & suaui humanitate tum splendidis conuiuiis & lætis compotationibus cœtum illum honorificè tractabat. Iam pauperum nudis corporibus, & cæterorum cùm virorum tum fœminarum infinitæ penè multitudini, in summa victus inopia & reliquarum opportunitatum egestate positæ, prolixè & abundanter pecunias & vestes largitus est. Templum verò omne magnificis regiisque donis ornauerat. Atque hic quidē hoc genere officij perfunctus est.

Marianus notarius.

Munificentia Constantini in episcopos.

Episcoporum qui conuenerant orationes, & ipsius etiam Eusebij, qui hæc scripsit. CAPVT XLV.

INterea sacerdotes & precibus & disputationibus hanc celebritatem ornabant. Iam alij † diuini regis præclaram in Seruatorem benignitatem prædicabant: simul etiam oratione persequebantur summam sacræ Martyrum ædis magnificētiā: alij celebri rerum diuinarum apparatu, qui è sacris monumentis depromebatur, præsentibus cōuiuium, quo & animos & aures dapibus, & reliquo deliciarum genere pascerent, instruebant: alij sacras lectiones interpretantes, abditos & occultos sensus in lucem proferebant: alij qui horum nihil poterant efficere, in cruentis sacrificiis & mysticis consecrationibus diuinum numen placabant, & supplices Deo B preces pro communi pace, pro ecclesia Dei, ipsóque Imperatore harum præclarissimarum rerum authore, próque eius Deo charis liberis offerebant. Quo etiam in loco nosmetipsi, cui multa supra nostram dignitatem tributa sunt, publicis, iisque sanè variis orationibus celebritatem illam exornabamus: cum aliquando quæ magnificè ab Imperatore gesta essent, scriptis ederemus: aliquādo Propheticos sensus propositis quibusdam euidentibus signis, explicaremus. Hoc modo huius Martyrij dedicationis consecrationisque celebritas, ipso tricesimo imperatorij regni anno, summo omnium gaudio ac lætitia consummata fuit.

† Vide annot. pag. 153. lat. 2. lin. 18.

Martyrij templi Hierosol. consecratio.

Anno Christi 330. Euseb. Chronic. in correctis tamē exemplaribus anno 340.

Missæ sacrificium.

Vide ea quæ ad 1. cap. lib. 1. supra adnotauimus: Vide item hoc lib. supra cap. 33.

Quòd martyrij Seruatoris descriptionem ediderit: & orationem de tricesimo anno Imperij Constantini, postea coram ipso Imperatore recitauerit. CAPVT XLVI.

QVale verò Seruatoris templū, quale item Seruatoris antrū fuerit, atque etiam quàm præclari conatus Imperatoris, quanta etiam in ipso templo donorum turba ex auro, argento, pretioso lapide, separatim suo, quoad eius fieri poterit, volumine conscriptum Imperatori dedimus, eiúsque nomini dedicauimus. Quod etiā, cum videbitur, & absoluto quod in manibus est opere, edemus: simul etiam adiungētes tricesimi Imperij anni laudationē quā paulò pòst Constantinopolim profecti (secundum scilicet hoc tempus nacti, quo in ipsa regia, regem omnium Deum gloriosè prædicaremus) corā ipso Imperatore recitauimus. Quam is verè amicus Dei cùm audiuisset, nimia lætitia gestienti similis visus est: idque reipsa paulò pòst declarauit, cùm omnes episcopos cōuiuio exciperet, maximúmque eis honorem deferret.

Eusebij oratiō de martyrio Seruatoris à Constantino constructo, & 30. eiusdem Imperij anno.

Hæc laudatio illa est, quæ sequitur eam orationem infra quā Cōstantinus habuit ad sanctorum cœtum.

Chronologia actorū Cōstātini.

Quòd Nicænum concilium vicesimo, encæniorum celebritas Hierosolymis tricesimo eius Imperij anno habita sit. CAP. XLVII.

HVnc secundum conuentum, quē equidem scimus maximū, post illum Bythyniæ clarissimum Nicænum, ipsis Hierosolymis Imp. collegit. Sed ille Nicæ-

Nicænus conuentus 20. Constant. anno actus.

Conuentus Hierosf.30. anno Cōstāt. actus.

nus triumphi nomine, vicesimo Imperij anno constitutus, in ipsa vrbe † Nicæa, νίκην, id est, præclaram de hostibus victoriam reportabat. Hic verò Hierosolymitanus, tricesimum eius Imperij annum decorabat, in quo Imperator martyrium cõsecrans circa ipsum Seruatoris monumentum, quasi donum quoddam pacis Deo omnium bonorum largitori offerre visus est. A

† Vide annot. pag. 153. lat. 1. lin. 40.

Quomodo non tulerit quendam Constantinus, cùm ab eo immodicè prædicaretur. CAPVT XLVIII.

Constantini modestia.

HIsce † iam rebus omnibus absolutis & confectis, cùm per omnium ora de Maximi Imperatoris virtute fama volitaret, ausus est è sacerdotibus aliquis illum in os beatum dicere: quippe qui tum in hac vita dignus esset, qui summã rerum omnium potestatem haberet, tum verò in futura cum filio Dei vnà regnaret. Sed is cùm se hęc molestè audire significasset, hortatus etiam est, ne auderet aliquando eiusmodi vocem vsurpare: sed à Deo potius precibus contendere, vt & in hac vita & in futura Dei famulatu dignus videretur.

† Vide annot. pag. 154. lat. 1. lin. 1.

Nuptiæ Constantij Cæsaris, filij Constantini. CAP. XLIX.

Constantij nuptiæ.

COnfecto igitur tricesimo Imperij anno, quoniam iam multo antè grandiorem natu filium in matrimonio collocasset, secundo filio nuptias apparabat: in quibus omnium lætitia celebrata fuêre conuiuia, cùm ipse Imperator sponsum filium manu deduceret, conuiuiúmque splendidè & magnificè instrueret: cúmque separatim virorum cœtus, separatim etiam mulierum choros, præterea vniuersos populos & ciuitates satis largè & prolixè muneribus afficeret.

Indorum & legationes & munera. CAPVT L.

B

Indorum obseruantia erga Constãtinum.

Imperij eius amplitudo.

EOdem ferè tempore aderant ab Indis Orientalib. legati, qui dona Imperatori afferebant: in quibus erant omnia propè clarissimarum & pretiosissimarũ gẽmarum genera, animantia etiam tota natura ab hisce nostris discrepantia: quæ omnia ad Imperatorem deferebant, vt significarent eius Imperium vsque ad vltimam Oceani oram pertinere, principésque Indorum, picturarum & statuarum muneribus declarare, se illum cum summa potestate omnium imperatorem & regem agnoscere & profiteri. Ita accidit, vt ei primùm ad Imperium venienti, initio Britãni ad vltimas ferè Occidentis solis oras Oceano cincti parêrent, nunc verò postremùm, Indi in extremis Orientis partibus siti.

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 35. Socrat. li. 1. cap. 15. Theodoritum lib. 1. cap. 23. Sozom. lib. 2. cap. 23.

Quemadmodum dispertito inter tres filios Imperio, illos artibus instruxerit, quę Imperatoriæ maiestati ornamento forent. CAP. LI.

Constantini Imperij inter filios partitio.

Eorundem filiorum institutio.

Imperatoria ornamenta.

VT verò vltimis orbis terrarum finibus victorias suas terminasset, vniuersum Imperij statum tribus suis filiis partitus est, quòd tãquam hæreditatem paternam pius pater charissimis liberis assignabat: cum auitam sortem grandiori natu filio: Orientis partes, huic ætate proximo: quod verò inter hæc medium interiacebat, tertio filio tribueret. Sed cum vellet hanc eis fortunam fœliciter cedere, & ex animorũ salute esse: pietatis etiam in eis semina sparsit, cum suis diuinis præceptionibus, tum magistrorum diligentia, quos omnibus virtutibus insignes eis præfecerat: quemadmodum etiã & in aliis disciplinis eos asciuerat, qui essent in suo genere cõsummatissimi, nam alij eos bellicis disciplinis exercebant, alij præceptis de Repu. imbuebant, alij legum peritos efficiebant. Iam apparatus & splendor singulis regius tributus est: armati, satellites, stipatores, & omnis generis ac ordinis milites: tum horum antesignani, manipulares, duces ordinum præfecti, quorum ipse pater & rei militaris vsum, & constantem erga ipsos beneuolentiam expertus esset.

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 54. Vide etiam infra in orat. de laudib. Constantini.

Quomodo

A *Quomodo eos iam factos viros, ad religionis cultum traduxerit.*

CAPVT. LII.

IGitur dum iam Cæsares essent, sed ætate adhuc tenera, dabantur eis, quorum & ope & opera publicas res administrabant. Sed ad virilitatem maturescentibus, paterna institutio satis erat, qui præsentes eos ad paterna studia extimulauit, & ad imitandum pietatem eius instituit: absentes autem regiis literis cōpellens, salutaria præcepta tradidit, In quib. illud maximum & præcipuum fuit, vt Dei, qui rerum omnium dominus est, cognitionem, & sanctam aduersus illum religionem omnib. opibus, atque adeò ipsi regno anteponerent. Iam aliquando liberum eis fecit, vt per se aliquid ad Reipub. vtilitatem gererēt: in primis verò hortabatur, vt summa cura afficerentur erga Ecclesiā Dei, præcipiebátque vt planè & sine fuco Christiani essent. Atque eos quidem pater sic instituebat. Cæterùm hi maturo iudicio sensúque prędíti cùm essent, non iam eius admonitionibus, sed sua ipsorum diligētia nixi, patris exhortationes longè superabunt, mentes semper ad pietatem habentes intentas, & Ecclesiæ ritus in ipso palatio cum suis omnibus obseruantes. Sed illud quoque paterna cura solicitudóque prouidit, vt tum filiis suis contubernales adhiberētur hi, qui vera religione pietatéque pollerent: tum magistratuum primores, quorū fidei rerum publicarum cura delegata foret, eiusmodi generis essent omnes. His igitur eximia erga Deum fide hominibus, eos veluti validis quibusdam propugnaculis muniuit, roborauítque vbi verò hæc omnia rectè & ordine gesserat Constantinus, ac res præterea commodè cōstituerat vniuersas, Deus boni cuiuslibet arbiter iam opportunum tempus adesse videns, quo magnificentioribus illum donis remuneraret, præsentis vitæ vinculis eum absoluebat.

Ad verām pietatē filios adultos doctrina & exemplo extimulat Constātinus.

Contubernales bonos filiis suis adiungebat Constantinus.

B

Quòd triginta duos annos cùm imperasset, & plusquàm sexaginta annos vixisset, corpus omni morbo vacuum haberet. *CAPVT LIII.*

Vide ea quæ adnotauimus lib. 1. cap. 1. ad Chronologiā huius operis.

DVos igitur & triginta annos (extra paucos menses & dies) cum Imperio fuit: eundémque annorum numerum vita duplicabat: quo omni tempore corpus ei præclarè constitit, sine morbo, sine dolore, nulla conspurcatum labe, quouis iuuenili corpore valentius: aspectu pulchrum, & ad omnes functiones obeundas, ad quas viribus esset opus, robustum. Itaque facilè se exercere, equitare, itinera conficere, bellorum periculis se obiicere, trophæa de hostibus constituere, & illas (quibus plurimùm vti solebat) sine sanguine, sine cæde de hostibus victorias reportare.

Constantini bona valetudo perpetua.

De his, qui eius summa humanitate ad auaritiam & hypocrisin abusi sunt.

CAPVT LV.

Coniunge ca. 31. supra lib. eodem.

PAri ratione animus ei ad summum omnis humanæ perfectionis fastigium ascēdit: omni virtutum genere exornatus, præcipuè verò humanitate, quæ tamen propter improborum hominum in scelere licentiam à multis reprehensa est, cum in eis peccandi causam Imperatoris lenitati assignarent. Et quidem certè nosmetipsi comperimus, duo non ferenda vitia temporibus illis viguisse: primum, corruptelam vafram inexplebilium quorundam & sceleratorum hominum, qui reliqua vita dissoluti erant: deinde aliorum inexplicabilem simulationem, qui specie quadam ficta prætextúque Christiani nominis in ecclesiam surrepebant. Imperatoris verò humanitas, bonitas, syncera fides, & morum constantia ac veritas, facilè cum adduxerāt, vt fidem haberet huic istorum in speciem fictæ professioni, qui opinione tantum Christiani sunt habiti: maximè quòd iidem veram erga illum beneuolentiam, sed falsis ac fallacibus animis, conseruare simularent: quibus cū se credidisset, eiusmodi fortasse calumniis longè aliter quàm par erat, infamabatur: inuidia scilicet hanc labem reliquis eius immiscente virtutibus. Sed hos non multò pòst diuinitùs immissa pœna consumpsit.

Constantini humanitas.

Auaritia et simulatio hominū, Constātino imperāte.

Quòd vsque ad extremum vitæ diem orationes scribebat Constantinus. A

CAPVT LV.

Constantini honestiss. exercitatio vsque ad senectutē.

IMperator autem vsque adeò mente rationísque viribus constabat, vt vsque ad summam senectutem pro consueto more orationes conscriberet, solitos cum amicis cōgressus faceret, & dignas homine Christiano disciplinas auditorib. suppeditaret. Assiduè etiam leges ferebat, aliquando de rebus ciuilib. aliquando de bellicis: omnia verò quæ ad vitam degendam essent necessaria, mente & intelligentia comprehendebat. Iam illud dignū sanè sempiterna memoria est, quòd cū eius extremus propè vitæ dies adesset, recitabat funebrem quandam orationem, eo ipso ferè loco quo dicere consueuerat: in qua etiam multa disputabat perpetua oratione, de animorum immortalitate, déque his qui vitam piè sanctéque egissent, & de præmiis quæ bonis & gratis acceptísque Deo hominibus apud ipsum Deum reposita essent: ad hęc etiam, quem finem habituri essent, qui contrariam partem sequerentur, copiosa & longa oratione demonstrabat, impiorum euersionem & interitū præsentium auribus obiter inculcans. Hæc ille cùm constanter & grauiter contestaretur, ita visus est domesticos quosdam suos tangere, vt ex eis aliquis, qui sapiēs haberi volebat, interrogatus, quid sibi videretur de Imperatoris oratione? licet inuitus, responderet tamen: Vera quidem illū sibi videri dicere, atque adeò vehemēter laudare, quæ contra numerosam deorum turbā ab Imperatore disputata essent. Hæc ille cum familiaribus suis paulò antè mortem commentans, visus est genere B hoc sermonis viam sibi ad meliorem vitam, mollem atque æquabilem præstruere.

Vide supra hoc lib. ca. 29.

Funebris oratio Cōstātini.

Quòd contra Persas exercitum educens, adiunxerit sibi episcopos: simulque tabernaculum, quasi quandam Ecclesiæ effigiem construxerit.

CAPVT LVI.

In Persas expeditio Constantini postrema.

SImul illud etiam memoratu dignum, quòd hoc ipso ferè tempore, cùm de tumultu quodam barbarorum Orientalium audiuisset, hāc sibi postremam de illis victoriam reliquam esse affirmans, exercitum contra Persas educere properaret. Nam cùm id plenè secum statuisset, militares ordines eduxit: & de expeditione cū episcopis, quos secum habebat, communicabat: existimans, oportere ex his aliquos ad pietatis officia maximè idoneos perpetuò sibi adesse, illi verò libenter quidem sequuturos se, nec vestigium ab eo discessuros, sed vnà militiam obituros, & apud Deum supplicibus votis se pugnaturos recipiebant. Hac ille voluntatum & studiorum professione vehementer delectatus, totius expeditionis quasi vestigia eis expressit: † ac ad bellum illud suscipiendum, [1] tabernaculum interim ad ecclesiæ similitudinem magnificentia faciendum curauit, in quo Deo victoriarum datori, ipse cum episcopis supplicaret.

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 29. Vide supra li. 2. ca. 13.

Episcopi vnà cū Cōstātino ad bellum cōtra Persas profecti.

1 Tabernaculū Constātini, ecclesiæ instar.

† Vide annot. pag. 155. lat. 2. lin. 7.

Quomodo receptis Persarum legationibus ipsa penè Paschatis celebritate, vnà cum reliquis vigil pernoctatus sit. CAPVT LVII.

Persarum legati humaniter tractati.

INterea verò Persæ, cùm Imperatoris animum de mouendo bello fama intellexissent, ac pugna cum illo congredi metuissent, oratores ad eum de petenda pace mittebant, ille vicissim (vt erat semper pacis amantissimus) legatos obuiis vlnis accepit humanissimè: porrectáque dextera, amicitiæ cum illis fœdus lubens iniuit. Magna autem agebatur diei Paschæ eo tempore celebritas: & Imperator cū cæteris pernoctans, vota precésque Deo persoluebat.

Coniunge ca. 11. item 18. supra hoc lib. & vide infra de laud. Constantini circa finem.

De coædificatione martyrij Apostolis dedicati, in Constantinopoli.

CAPVT LVIII.

VBi iam hæc peracta fuerunt omnia, Apostolorum templum in vrbe sui cognomine, ad perpetuam illorum memoriam conseruandum, ædificare cœpit,

De

A *Descriptio eiusdem martyrij.* CAPVT LIX.

ILlud verò cū in infinitam extruxisset altitudinem, lapidúmque omnis generis ac crustarum varietate, ab ipso solo ad superiorem contignationem collustrasset, summo artificio factis laquearibus tectum intus cōplexus est, auróque vniuersum contexit. Suprà verò pro tegula inductum æs, à toto opere imbrium iniurias arcebat. Quod ipsum etiam multo auro fulgebat, ita vt longè contemplantib. per reciprocatos solis radios incredibilis splendor offundi videretur. Interiorem ædis partem vndique in ambitum circumductam, reticulari opere ex ære & auro affabrè facto conuestituit. Ac templum quidem hunc in modum, permagna Imperatoris & cura & studio exornatum est. Huic autem atrium ingens & subdiale, circundatum, in apertum purúmque aërem explicabatur. Huius per quatuor latera porticus erant dispositæ, quæ medium atrium cum templo ipso complectebantur. Porticibus accommodabantur regia domus, balnea, deambulatoria, aliæ habitationes plurimę ad necessitatem illorum qui locum custodirent constructæ. Hæc omnia dedicauit Imperator, vt Seruatoris nostri Apostolorū memoriæ apud omnes gentes æternitatem compararet. Attamen in ipsa coædificatione etiam aliud quiddam spectabat, quod primis temporibus obscurū, ad extremum ab omnibus manifestè deprehensum est.

Apostolorū templi cōstructio Constantinopoli.

Descriptio tēpli Apostolis dedicati.

Quòd in eodem martyrio monumentum pro tumulo sibi inædificauerat.

CAPVT. LX.

B HIs igitur in opportunum venturæ mortis diem hic locum sibi prouida dispensatione designauit, incredibili fidei propensione prouidens, cum iam corpus suum communem cum Apostolis appellationem post mortem participaret, fore vt defunctus quoque precationum, quæ ibidem essent ad Apostolorum gloriā offerendæ, particeps efficeretur. Quare cappas illic duodecim, quasi sacras quasdam columnas, ad Apostolici collegij honorem memoriámque attollens, medium inter ipsos conditorium suum locabat, quod vtrinque seni claudebāt Apostoli: sano certè (vt dixi) consilio præcogitans, quòd mortui corporis tabernaculum ibi dignè decentérque quiesceret. Atque hæc ille longo antè tempore cogitatione cum depinxisset, ecclesiam Apostolis dedicauit, quamplurimum vtilitatis illorum memoriam animæ suæ conciliaturam existimans, neque sanè vota eius, expectationémque fefellit Deus,* nam vt primas Paschalis celebritatis exercitationes explesset, ipsúmque salutarem diem cum sibiipsi clarum & illustrem egisset, tum aliis omnibus omni cum lætitia celebrem reddidisset: cùm eodem tempore & extremū diē obiret, & has celebritates curaret: Deus, cuius nutu hęc omnia gesta sunt, hoc peraccommodato tempore ad meliorem eum vitæ conditionem diuinitùs transferre voluit.

Constantinus viuens adhuc sibi sepulchrū parat.

Constantini conditorium siue sepulchrū

*Vide an. pag 155. la. 1.lin.31.

Inæqualis corporis intemperies, cum esset Helenopoli: & preces ab eo, cum baptizaretur adhibitæ. CAPVT LXI.

NAm cum primùm oboriretur ei quædam corporis inæqualis intemperies, ad eámque iam vehementior dolor accessisset, ad calida ciuitatis balnea porficiscitur: & inde ad ciuitatem matris suæ cognominem, vbi in martyrū sacra æde diu versatus, supplices preces & vota publica adhibuit Deo. Vt vero ei in mentem venit extremus eius vitæ dies, existimarétque hoc tempus opportunum esse ad delēda illa errata, quæ quoniam mortalis erat, admiserat: crederétque arcanorum mysteriorum efficacia & salutaris lauacri initiatione mentem expiari: hæc, inquam, cum ei in mentem venirent, humi procumbens genibus, & in ipsa martyrum æde errata sua confessus, supplicem se Deo offerebat. Vbi primùm manuum per precationem impositione dignus habitus est, inde discedens, ad suburbana Nicomediæ ciuitatis peruenit: & conuocatis episcopis, ita feré ad eos loquutus est:

Vide Nice. li.8.ca 54. Socrat. lib. 1.cap. 26. Theodor. lib.1.cap. 32.34. Sozom. lib.2.c.32.

Constantinus confessus est Helenopoli.

Hortatur episcopos Constantinus, vt donent eum baptismate. A

CAPVT LXII.

Oratio Constantini habita ante baptismum in suburbiis Nicomediæ ad episcopos conuocatos

Vide Nicet. ibidem. Socrat. & cæteros ibid.

QVam ego fratres, auida mente omnibúsque votis à Deo salutem multis hisce annis deprecatus sum, eam nunc hodiernus dies à me vehementer expectatus attulit. Tempus igitur est, vt tandem insigni illo, per quod immortalitatem adipiscemur, perfruamur. Quod ego etsi in illius Iordani gurgitib. in quibus Seruator noster ad nostrum exemplum lauatus esse memoratur, facere constitueram: tamen " Deus, quod mihi maximè accommodatum esset cernens, hoc in loco eisdem my- " steriis dignatur. Omnis igitur amoueatur dubitatio. Quòd si is in cuius arbitrio " mors ac vita consistunt, vitam inter vos longiorem viuere permiserit, & hæc eius " menti sententia steterit, vt posthac aliquando communes cum populi Dei grege " preces in Ecclesia coniungam, viuendi leges mihi, quæ seruo Dei conueniant, po- " nere haudquaquam differam. Atque hæc quidem ille. Illi verò sacrorum religione consummata, adhibitísque statis diuinæ institutionis ceremoniis, arcanorum mysteriorum eum participem faciunt: certa quædam, quæ oportebat, præfinientes. Et sanè ex omni omnium Imperatorum memoria solus Constantinus in Christi martyriis renatus, & sacris initiatus, diuinóque sigillo donatus, & spiritu lætitiam cõcipiens, prorsúsque nouus redditus, ac diuina oppletus luce, per immensitatem fidei incredibiliter quidem animo gestiabat: sed ad clarissimam & euidentissimam vim diuinæ maiestatis obstupescebat. Confectis verò omnibus sacris, splendido regióq; apparatu, atque adeò luce clariore conuestitus, candidissimo in lecto se reclinauit: reiecta iam purpura, quàm amplius nolebat attingere. Tum verò clarissima voce, cum precatus Deo gratias egisset, hæc ferè addidit.

Constantinus in Christi martyrio baptizatus Nicomediæ.

Quomodo, postquam baptizatus est, Deum prædicauerit.

CAPVT LXIII.

B

Voluntatis vltimæ dispositio Constantini.

NVnc reuera noui me beatum esse, nunc immortali vita dignum esse habitum, Ibidem. nunc diuinæ lucis participem esse factum. Simul miserorũ reiecit sortẽ, quos " infelices prædicabat, quod hisce diuinis bonis orbati essent. Cum verò Centurio- " nes & duces militares intromissi casum suum deplorarent, quòd deinceps se orbos fore lugubri voce testarentur, longiorémque ei vitam optarent, etiam his respõdit: se nunc veram vitam adeptum esse, séque ipsum solum intelligere cuius felicitatis " particeps factus sit: ac propterea festinare, nec migrationem ad Deum suum pro- " crastinare. Deinde quæ videbãtur, extrema quasi voluntate sua disponebat: ac Romanos, qui regiam ciuitatem incolebant, annuis pensionibus honorificè donabat. Liberis verò suis regni hæreditatem tanquam patrimonium relinquebat. Cæteráque omnia, quæ ei videbantur, expressè dissertísque verbis describebat.

Constantini mors in ipsa Pentecostes celebritate circa meridiem.

CAPVT LXIIII.

Pentecostes septem hebdomades.

HÆc sigillatim omnia gesta & consummata sunt maxima illa celebritate ve- Ibidem. nerandæ & sacratæ Pentecostes: quæ septem continuas hebdomadas omnib. honoribus decorata ad extremum vnitatis numero consignata est, quo tempore Sacræ literæ testantur, & communis nostri Seruatoris in cœlos ascensum, & sancti ad homines Spiritus descensum accidisse. Huius in celebritatis extremo ferè die, (quam si quis omnium celebritatum principem & maximam vocet, haud aberrauerit) omnia ista consequutus Imperator, ipsa meridie ad Deum suũ assumptus est, partem sui mortalem mortalibus cognatam relinquẽs humi, sed animi partem intelligentem & diuinam Deo coniungens suo. Hic Constantini extremus vitæ dies fuit. Sed progrediamur longius.

Constantini mors.

Legionum & ducum lamentationes. CAP. LXV.

Luctus publicus de morte Constantini.

SAtellites igitur & vniuersus stipatorum cœtus, dilaceratis vestibus, corporibúsque ad pauimenta proiectis, & collisis ad solum capitibus, lugubres voces cum Ibid. & ca 45.

magno

A magno luctu & clamoribus edebant: cum identidem dominum, principem, imperatorem, & tamen non vt dominum & tyrannum, sed vt patrem pij liberi & germani inclamarent: centuriones verò & manipulares seruatorem, custodem, beneficum prædicarent: totus exercitus cum omni reuerentia tanquam ouium greges pastorem suum desiderarent: populus omnis per omnem vrbem volitaret, occultum animi vulnus apertis vociferationibus & clamoribus constans: reliqui demisso vultu tanquam obstupefacti incederent: singuli eam sibi calamitatem præcipuè accidisse putarent, séque ipsos quasi communi humanæ vitæ salute orbatos miserabiliter affligerent.

Quomodo funus Nicomedia Constantinopolim in palatium translatum sit. CAPVT LXVI.

Vide Nicephor. lib. 8. cap. 45.

HIc milites arreptum cadauer aurea capsula includunt: & vndique purpurea veste contectum, Constantinopolim perducunt. Ibi tum in omnium magnificentissimis imperatoriis ædibus celso atque edito loco deponunt, luminibúsque circū funus aurea super candelabra accensis, admirabile spectaculum intuentibus præbebant, & sanè eiusmodi, quale nunquam in terris vllum à condito mundo sub sole visum est. Nam intus in ipso ferè medio regij palatij, excelsa & aurea capsula inclusum Imperatoris corpus, imperiali apparatu, id est, purpura & diademate ornatum, permulti circumfusi vigiles die noctúque asseruabant.

Funus Constantini quale

Quomodo etiam mortuus, à comitibus & cæteris perinde atque viuus honorabatur. CAP. LXVII.

IAm totius exercitus duces & comites, omniúmque principum cœtus, quibus antea in more fuit Imperatorem venerari: pristinum morem & consuetudinem conseruantes, statis temporibus introeuntes, Imperatorem in capsula iacen-
B tem tanquam viuum etiam post mortem humi procumbentes salutabant. Horum reuerentiam eodem pietatis officio subsequutus est Senatus, & omnes reliqui magistratus. Tum verò cuiusuis ordinis hominum, etiam muliercularum & puerorum infinita turba ad idem spectaculum confluebat. Hæc per multos dies factitata: quòd exercitus consistere funus eo loco, & per se asseruari constituerat, quoad eius filij reuersi, efferendo paterno per ipsos funere patrem suum honorassent. Solus verò iste beatus Imperator etiam mortuus regnauit: cum ei soli post hominum memoriam, vel ipso Deo authore, omnes qui solebant, honores tanquam superstiti tribuerentur. Nam cum is solus ex omnibus Imperatoribus, Regem omnium Deum, & Christum eius, omnibus vitæ actionibus piè sanctéque coluerit: iure sanè etiam hunc honorem solus adeptus est, vt Dei voluntate, quod in eo morte sepultum erat, tamen apud homines regnaret: vt ista scilicet ratione nobis Deus significaret, animorum regnum, his qui non prorsus obduruerunt, nunquam consenescere, nunquam emori. Atque hæc quidem isto modo.

Constantinus etiā mortuus à suis reuerenter cultus.

Quomodo exercitus decreuerit, vt eius filij Augusti vocitarentur. CAPVT. LXVIII.

INtereà duces selectos quosdam è toto exercitu homines, quorum aliquando erga principem fides & beneuolentia perspecta fuit, ad Cæsares mittunt, qui omnem rem gestam eis nunciarent. Id quod illi cum diligenter fecissent, cúmque statim quasi diuiniore quodam afflatu cunctæ per omnes oras sparsæ legiones de Imperatoris morte audiuissent: eodem animo & consensione statuunt, se perinde atque si adhuc sibi magnus Imperator Constantinus viueret, neminem præter eius filios Romani Imperij principem agnituros. Ac non multo pòst, non iam eos Cæsares solum, verùm etiam Augustos omnes nuncupari volebant: quæ vox maximæ cuiusdam dignitatis plena, celsissimi imperij propria nota est. Hæcq; omnium copiarum, quocunque loco essent, vnà eadémque consensio, vel ipso temporis momento ad omnium aures peruenerat: cum ipsi sua decreta & sententias vicissim secum per scripta communicarent.

Augusti appellatio, eaque Constantini filij statim post eius obitū nuncupati.

Romæ quis luctus ob Constantini mortem, & statuarum honos ei post mortem tributus. CAPVT LXIX. A

VT verò Imperatorem vita functum esse Senatus populúsque Romanus, ac tota Imperatoria ciuitas accepisset, cum hac fama nihil sibi grauius aut luctuosius accidere posse existimarent, nullum dolori & lamentationi modum statuebant. Nam balnea clausa, & fora, publica item spectacula summota, & prætereà omnia, quæ per vitæ ocium & tranquillitatem facere solebat animus pacatus, & nulla perturbatione impeditus. Nam qui ante omnibus læticiis affluebant, nunc tristi & demisso vultu in publicum procedebant: & omnes tamen beatum Imperatorem, acceptúmque Deo, & verè imperio dignum prædicabant. Neque hæc voce tãtum & clamoribus significabant, verumetiam reipsa declarabant: cum eum vita functum pictis tabellis tanquam viuum colerent. Nam cum cœli effigiem in tabella propriis coloribus expressissent, depingunt eum super cælestes orbes in æthereo cœtu requiescentem. Iam liberos eius hi solos rerum dominos & Augustos nuncupabant: adhibitísque supplicibus vocibus, funus Imperatoris sui ad ipsos efferre, & in Imperatoria vrbe deponere cupiebant.

[illegible] ob Im- [illegible] mor- [illegible] publicus [illegible] quales.

Picturæ Constantinum exprimentes.

Vide infra hic cap. 73.

Quomodo funus à Constantino filio Constantinopoli depositum sit. CAPVT. LXX.

HIc honos ei à legionibus, homini ab ipso Deo honorato, delatus est. Sed minor natu filius ad patris funus accedens, idémque princeps efferendi funeris, in vrbem id deduxit. Præibant turmatim militum cohortes, infinita hominum turba sequebatur, Imperatoris funus hastatis & armatis militibus cingebatur. Vt verò ad Seruatoris nostri Apostolorum ædem ventum est, funus deponunt. Sic adolescens Constantius Imperator, cùm præsentia sua, tum reliquis rebus tãto homine dignis, omnia patri pietatis officia præstabat.

Patris funus à Constantio in Apostolorũ martyrium deductum.

Sacra Synaxis in Apostolorum martyrio celebrata, in mortem Constantini. CAPVT LXXI. B

SEd cum is iam cum reliquis militum cohortibus secessisset, aderant Dei sacerdotes, circunfusi turba ac vniuerso pietatis studioso populo, à quibus diuinus per preces cultus adhibitus est. Hoc igitur loco, excelso solio iacens beatus princeps, gloriosè prædicabatur. Iam populus frequens vnà cum sacerdotibus, non sine lachrymis, & sanè magno cum gemitu, preces pro anima imperatoris Deo fundebãt: in quo & illi gratum atque optatum pio principi officium præstabant, & Deus ipse singularem beneuolentiam erga famulum suum ostendit: quòd post mortem charis eius ac germanis filiis, patris sui successoribus, imperium donasset: † & quem votis expetiuit locum, vnà cum Apostolorum memoria consequutus est. Nam adhuc quidem licet contemplari ter beatæ animæ tumulum Apostolici nominis appellatione decorari, & ad Dei populum aggregari, diuinísque cæremoniis & mystico sacrificio sanctarúmque precationum societate perfrui, atque etiam post mortem cum imperio esse: tanquam iam in filiis reuiuiscens, summam imperij administraret, Victor, Maximus, Augustus ipsa appellatione vocitatus.

Exequiæ quales Constantino factæ.

Preces pro anima Imperatoris.

Sacrificium mysticum.

† Vide annot. pag. 116 lat. 2. lin. 11.

De Phœnice aue. CAPVT LXXII.

NEque tamen ita vt Ægyptia illa auis, quam aiunt, cum naturæ prouidẽtia vnica sit, sibiipsi mortem consciscentem in aromatum aceruo emori, ex cineribus verò eius reuiuiscere & excitari aliam eiusmodi, qualis ipsa fuit: sed Seruatoris sui exemplo, qui pro vno ferè tritici semine, benedicente Deo, spicam multis seminibus refertam exhibuit, suóque fructu vniuersum orbem compleuit: ita is ter beatus per trium liberorum successionem, pro vno multiplex redditus est: ita vt in imaginibus & picturis apud omnes gentes, vnà cum liberis suis eũdem honorem adeptus sit, & Constantini nomen etiam vita functus retineat.

Phœnicis auis mors & regeneratio.

Huius auis descriptionem elegiãtem. Vide apud Lact. Firmian.

Quomodo

A

Quomodo in nummis Constantinum, tanquam in cœlum ascendentem, sculpserint. CAPVT LXXIII.

Vide supra hoc libro cap 15.69. & lib.3.cap. 3. lib.1. c.33.

IAm verò in ipsis nummis exsculptæ formæ, quæ vna parte beatum hūc nostrum obuoluto capite repræsentabant, altera parte quadrigis instar aurigæ insidentem, demissa illi cœlitús manu dextra exceptum.

Effigies Constātini insculpta nummis.

Quòd Deus ab eo honoratus, iure eum vicissim honoribus affecerit. CAPVT LXXIIII.

HÆc exempla cum omnium mortalium Deus in solo Constantino, qui ex omnibus Christianis maximè tandem aliquando Christianus declaratus est, nostris oculis proponeret, nimirum ostendere voluit, quantum inter eos intersit, qui ipsum, Christúmque suum colere vellent: quíque contrariam sectam sequerentur, id est, qui Ecclesiæ eius bellum inferentes, ipsum sibi hostem & inimicum redderent, cum cuiusque vitæ exitus manifestum argumentum præberet suæ cum Deo inimicitiæ: quemadmodum Constantini extremus dies, quanta pietate Deum coluisset, apertè demonstrabat.

Vitæ exitum cuiusque, coniunctionis cū Deo argumētum præbere.

Quòd superioribus omnibus Romanis Imperatoribus pietate præstitit Constantinus. CAP. LXXV.

SOlus enim ex omnibus Romanis Imperatoribus, Deum omnium Regem incredibili pietatis studio honorauit: solus omni cum libertate vocis & linguæ Christi verbum personuit: solus, vt ita dicam, ecclesiam eius præter cæteros ab omni æuo honoribus affecit: solus impium multorum deorum ficticiū cultum sustulit, omnésque vias idololatrię refutauit: solus igitur & dum viueret, & postquam est mortuus, his honoribus cumulatus est, quales neminem aliquando nec apud Græcos nec Barbaros, sed ne antiquissimis quidem Romanorum temporibus (cum neminem cum isto conferendum vlla vnquam seculorum memoriæ nobis profuderit) adeptum esse quisquam commemorare potest.

Constantinus superiores omnes Imperatores pietate superauit.

B

EVSEBII DE VITA CONSTANTINI FINIS.

CONSTANTINI IMPERATORIS ORATIO, QVAM AD sanctorum cœtum perscripsit.

Ad hanc orationem refer eosdem authoris illos, quos supra adnotauimus ad Eusellij lib. 7. 8. 9. & 10.

Procemium Paschæ mentionem facit, & quòd Deus cum variis viis omnium commodis consuluisset, ipsi, ab iis, qui beneficiis eius affecti erant, insidiæ structæ sunt. CAPVT I.

Hanc orationē ipsius esse Constātini & ab eo primitus latinè scriptā & posteà per interpretem in Græcum translatam esse, testatur Euseb. supr. ca.32. lib.4. de vita Cōstantini. Vide annotat. * Vide anno. pag. 157. lat. 2. lin. 35.

SALVTARIS dies festus Paschatis, qui est velut clarissimum diei & solis lumen, primordium resurrectionis vniuersæ carnis, noua corporum iam olim miseriis afflictatorum coagmentatio, pignus promissionis, & semita ad æternam vitam deducens, nobis (charissimi Ecclesiæ præsides, reliquíque omnes amici,* vósque frequentes ac beatæ religiosorum multitudines, qui ipsum Deum religionis authorem, tum intimis animi cuiúsque sensibus, tum expressis vocum pręconiis secundum ea, quæ prophetarum oraculis prædicta sunt, sine intermissione celebrantis) nobis inquam adest, ad sanctè augustéque celebrandum. Tu natura omnium parens, quid vnquam tale ac mundi vtilitatem contulisti? omninò verò, quod, aut

Parat sibi attentionem à celebritate Paschatis.

Prophetæ afflatu diuini numinis Religionem docēt.

quale tuum est opificium? Siquidem, qui est autor omnium, etiam vt tu † sis, autor A fuit. Iste quoque te ornauit: quippe naturæ decus est, vita ex naturæ regula instituta. Quæ autē contra * naturam fiunt, efficiunt vt nemo Deū omniū fabricatorem augustè decenterq; colat: quin potiùs existimet, omnia non diuina prouidentia, sed fortuitu, temerè & inconsideratè regi. Et quanquam prophetæ (quibus certè fides adhiberi debet) diuini numinis afflatu istas res ita euenturas sigillatim prædixerūt: tamen iniquus dæmon impietatis amicus, omnibus (vt dicitur) viribus opibúsque restitit: à quo, tum vt lux veritatis maleuola obtrectatione obscuraretur, tum errorum tenebræ minimè ab hominum mentibus dispellerentur, magno studio laboratum est. Qui quidem illius conatus violētia & crudelitate non caruit: præsertim cum repentinum & improuisum plebeiorum hominum impetum, potentum consensus non solum adiuuaret, verumetiam ducem importunæ eorum se præberet amentiæ. Quare talis vitæ ratio multis hominum ætatibus continuata, illis qui iisdem vixere temporibus grauissima mala inuexit. verùm non multo pòst, cùm Seruator magno cum splendore se hominibus ostendisset, iustitia post turbulentas cuiusque generis procellas apparuit, & omnia, quæ prædicta erant à prophetis, cumulatè expleta. Proinde vbi fuit sublimis ad patrios lares denuò sublatus, & orbem terrarum præclaris modestiæ & verecundiæ ornamētis illustrauerat, sacrosanctum quoddam virtutis templum æternum & immortale, ecclesiam dico, in terra sibi exædificauit. In quo, quæ sunt Deo, patri suo augustissimo, decora, quæque sibiipsi conuenientia, piè & religiosè instituit. Sed quid posteà insanorum gētilium nequitia molita est? Christi beneficia abiicere, & ecclesiam ad omnium salutem constitutam labefactare studebat illa quidem: at impia seditio iterum excitata, bella, pugnæ, morositas, nimis exquisitus vitæ apparatus, diuitiarum amor, suam ipsorum euertit superstitionem: & quod maximè ad improbitatis naturam pertinet, interdū fallaci & fucata spe deliniuit, interdum perterrefecit metu. Verùm sicut recta ratio postulat, iaceat illa humi à virtute profligata, & pœnitentia fracta, dissipatáque succumbat. At nos iam ad ea, quæ ad diuinum sermonem spectant, attendamus.

Natura prophetis consonans Religionem docet.

Diaboli astus in religionis detrimentum.

Impij potētes ac plebeij Sathanæ ministri contra ecclesiam.

Christi aduentus eiúsque ecclesiæ constitutio.

Ecclesiæ oppugnatio per impios.

† Videibidem lin. 1.

* Vide ibidem lin 3.

Alloquitur ecclesiam, & auditores, vt agnoscant, ac emendent, si quid ab eo inter dicendum peccatum fuerit. *CAP. II.*

AVdi igitur nauclere, qui castimoniæ & virginitati præes: túque ecclesia teneræ B ac rudis ætatis nutrix, cui veritas curæ est, curæq; est & clemētia, ex cuius perenni fonte salutaris riuus delabitur. Vos etiam, qui Deum integrè synceréque colitis, atque illi propterea curę estis, attentè bonáque cum venia audite, animúmque non tam ad dictionis elegantiam, quàm ad eorum, quæ dicuntur veritatem, non ad me dicentem, sed ad sacratissimam pietatem attendite. Verùm, qui ex oratione fructus capi potest, cùm dicentis animus non satis qui sit, exploratè perspectus videatur? ac fortasse magna sunt, quæ aggredior, sed amorem erga Deum in mēte mea insitum, causam audaciæ affero. ille enim pudori meo vim facit. Quare vos, qui diuinorum mysteriorum scientia cum primis imbuti estis, mihi adiutores adiungo: vt si quid fortè erroris in dicendo acciderit, vos me dicentem animis quodammodo sequentes, sedulò corrigatis, nec summam quidem requiratis doctrinam, sed instituti potius fidem approbetis. Benignissimus etiam Dei patris, & filij eius afflatus, mihi adsit ea dicenti, quæ præscripserit ipse, mētique iniecerit. Quod si quis vel artem oratoriam, vel aliam quampiam scientiam aggressus, putet se absque Dei auxilio eius munus satis suis quasi numeris posse explere, tum ipse planè imperitus, tum opus, in quo elaboratur, imperfectum deprehenditur. Quapropter diuinus afflatus his, qui res prosperè gerere cupiant, nec præ ignauia est repellendus, nec cōtemnendus præ negligentia. Nos ergo sedulò præcauētes, ne detineamus vos nimium diu ad illud, quod in hoc instituto caput est, aggrediamur.

Apostrophe captandæ beneuolentiæ ergò.

Attentio repetitur addita veniæ modesta deprecatione.

Absque Spiritus sancti afflatu nihil rectè institui, aut absolui.

Quòd verbi pater Deus, idem & creaturarum opifex existit: & quòd nullo modo res possent consistere, si diuersæ essent earum causæ.

CAPVT. III.

BOnum, ad quod referuntur omnia, quódque est essentia æternus Deus, ortum non habet: & propterea nec principium. Deus verò, omnium quæ oriuntur principium

Deum & ortu carere, & verū omnium esse originem.

A principium est. Qui autem deriuatur ab eo, cum eo denuò vnitate cohæret. quippe disiunctio, coniūctióque, quæ in eo cernitur, non loci interuallo, sed intelligentiæ acumine facta est. Nam quod genitum est, nō aliquo paternorum viscerum cruciatu edebatur, sicut ea scilicet, quæ nascuntur ex semine: sed diuinæ prouidentiæ præscriptione seruator, qui huic mūdo subiecto sensibus, rebúsque in eo fabricatis præsidet, in lucem prodiit. Atqui omnibus, quæ mundi complexu continentur, vt sint & viuant, inde causa ducta est. *Act. 17.* Inde anima, inde sensus omnis: inde ea instrumenta, quorum adiumento res à sensibus ostentatæ plenè perspiciuntur. At quorsum hæc spectat oratio? Vt constet, vnum esse omnium moderatorem, omniáque illius solum dominatu teneri, *Dei vnius dominatu omnia teneri.* siue quæ cœlestia sunt corpora, siue quæ terrena sunt, siue quæ natura fiunt, siue quę alio instrumētorū genere efficiuntur. Quòd si moderatio istarū rerū, quæ sunt innumerabiles, nō ad vnius, sed ad multorū arbitriū cōferretur: sortes, elemētorū distributiones, & ea, quæ veteribus fabulis describūtur, vt inuidia & ambitio (quæ res viribus pro victoria inter se confligunt) consentientē omnium concordiam disturbarēt: quippe cùm complures eam partem, quæ sigillatim cuique obuenit, varia ratione administrare contenderent. Atque quod mūdus vniuersus semper vno & eodem modo se habet? *Aduersus Epicureos, qui casu omnia fieri nugantur.* * nec temerè consistit, nec casu fortuito ortus est, hanc rem maximè cōfirmat. Quòd si demus plures deos esse, quis rei cuiúsque procreandæ autorem & architectum exquisitè poterit cognoscere? Cui tandem preces & obsecrationes offeremus? primóne, an postremò? Quem quæso colere instituam, vt non in reliquos impius videar? *Plures Deos esse non posse.* An fortasse cum aliqua res mihi ad victum necessaria desit, ei qui opem fert, gratiam habeam: qui autem aduersatur illum insimulem? Quem autē obtester, à quo me putem & calamitatis causam cognoscere, & eadem penitùs liberari? fac responsa nobis per oracula dari: ista tamen fieri non propria ac sua vi, facultatéque, sed ad Deum aliquem pertinere, quę igitur misericordia? quæ Dei erga hominem prouidentia? nisi fortè, qui sit inter deos paulò ad benignitatem propensior, in eum, qui nullum confert inter deos discrimen, beneuolè animatus, auxiliū etiam aliis inuitis ei afferre voluerit. At odium, seditio, probra inde nascerentur: quandoquidē nec sua negocia quietè gerere possent propter contentionem, nec rebus suis ac propriis contenti esse propter cupiditatem. Et

B ad extremum, omnium perturbatio sequeretur, atque confusio. At quid postea? Constat planè, cœlestium discordia res inferiores ac terrenas omninò labefactatas fore: adeò vt ordo ac vicissitudo temporum, fructuum quoque ex eorum varietate nascentium commoditas è medio tolleretur. Tolleretur etiam dies, & requies, quæ eam sequitur nocturna. verùm de his satis. Redeamus iterum ad eum sermonem, qui à nemine omninò possit refutari.

** Vide an. pag. 158. lat. 2. lin. 15.*

Quanto in errore versentur, qui simulacra colunt.

CAPVT. IIII.

OMne quod principium habet, habet etiam & finem. Principium, quod in tempore existit, appellatur ortus. Quæ verò oriūtur, intereunt, occidúntque omnia: *Gentium deos non esse deos arguunt eorum ortus.* formam autē, temporis delet longinquitas. Qui igitur poterit fieri, vt qui mortali satu eduntur, immortales existant? Verùm talis quædam opinio per animos imperitæ multitudinis peruasit, vt putet inter deos nuptias fieri, liberis operā dari. *Liberi.* Quòd si qui procreati sunt, immortales sint, sempérque de integro noui procreētur: genus illud extra modum propagari necesse est. Et cùm semper sobolis fiat accessio, quod cœlum, quę've terra tantum deorum, vt ita dicam, examen in lucem susceptum poterit capere? *Libidines.* Quid porrò dicemus de hominibus illis, qui fratrem & sororem cœlestes nuptias contrahere volunt, idémque adulterij & intemperantiæ vitia in illis reprehendunt? *Ecclesiast. 41. 42. 43. 44.* Dicā audacius, honores eos, & munera ab hominibus illis tributa, flagitiorum & libidinum turpitudine admista redūdare. *Fabricatores.* Iam verò, quis arte exquisita præditus statuarius, qui cùm speciem quandam & figuram mente & cogitatione cōprehenderit, non perpolitū & artificiosum opus edat: idémq; obliuione ex temporis interuallo interiectio obrepente, operi à se effecto blādiatur, idq; colit, vt immortalem Deū: *Mortes.* cùm tamen facilè fateatur, seipsum, qui mortalis est, eius statuæ architectū, & tanquam parētem fuisse? Quinetiam sepulchra & tumulos eorū, qui in- *Sepulchra.*

teritu deleri non possunt, ostendunt, & morte extinctos honoribus immortalibus colunt: dum ignorant, illud quod est re ipsa beatum & immortale, non egere veneratione ea quæ à mortalibus tribui solet. Nam quod potest intelligētia solum perspici, & comprehendi mente, nec appetit formam qua cognoscatur: nec figuram admittit, vt imaginem & effigiem. Verùm ista omnia ad gratiam mortuorum referuntur. Dum enim vixerunt, homines erant, corporum compagibus inclusi. A

Deus verus figuræ omnis expers, solaq; mente comprehensibilis.

Quòd Christus Dei filius cuncta creauit, ac statutum vitæ tempus singulis constituit. CAPVT V.

Constantinus quomodo Christū colat.

SEd quid verbis impuris inficio linguā, cum illius laudes, qui verè Deus est, prædicare instituo? Primùm igitur volo acerbitatem huius potionis, alia pura & liquida potione tanquam eluere: potio autem quæ syncera est, ex perenni fonte virtutum à Deo, cuius laudes prædicamus, proficiscentium, manat & funditur. Illud certè meum proprium munus duco, vt Christum tum recta viuendi institutione, tum gratiarum actione, quæ pro multis & maximis eius beneficiis ei debetur, celebrem. Hunc ergo affirmo huius vniuersitatis stabiliuisse primordia, hominúmque procreationem excogitasse: qui cum ista verbo constituisset, etiam eos qui modò in lucem suscepti erant, confestim in locum quendam beatum, florentem, variorū fructuum vbertate onustum trāstulisse: quos principiò voluit scientiæ in bonis malísque rebus internoscendis expertes esse. Tandem autem sedem animali rationis capaci aptam, hoc est in terra domicilium tribuisse: & iam tum illis, vtpote animātibus ratione & mente præditis, bonorum patefecisse malorúmque cognitionem. Deinceps verò genus eorum vsq; eò se dilatare præcepit, quoad spacium illud vniuersum quod Oceani ambitu circumscriptum ab hominibus incolitur, penitùs cōpleret. Itaque cùm genus humanum ita creuisset, artes & scientiæ ad vsum vitæ accommodatæ, inuentæ erant. Nec minus stirps & semen animalium cuiusque generis rationis expertium, vi quadam naturali eximiáque, quam Deus ad eam rem excogitasset, propagatum fuit. Animalibus autem cicuribus tribuebatur mansuetudo & obsequium, quo homini facilè parêrent: agrestibus verò robur, velocitas, & naturalis quædam seipsam è periculis eripiendi, conseruandíque prouidentia. Quin hominibus mansuetorum omnium animalium dominatum commendauit Deus: contra agrestia & immania certamen quoddam instituit. Post ista, volucrum genus creauit, numero propè infinitum, natura & specie diuersum, colorum varietate eximium, musico concentu naturaliter insito imbutum. Aliáque omnia quæ mundus intra oras suas coërcens continet, vbi ritè dispensasset, & his vniuersis certam definitámque vitæ legem descripsisset, hanc vniuersitatem suis quasi numeris & partibus expletam decore illustrauit. B

Christus rex omnium conditor.

Animātium per qualitates suas in classes distributio.

In quæ animantia Deus homini dominium concesserit.

De fato & casu fortuito, & quòd falsa sint quæ de illis feruntur, probatio, tum ex legibus humanis, tum etiam rebus creatis, quæ non forte fortunà, sed ordine progrediuntur, vel ex eo certè conditoris præscriptum indicantes. CAP. VI.

Natura. Fatum. Aduersus eos, qui naturæ aut fato omnia tribuunt.

VErùm plerique homines qui sunt paulo imprudentiores, huius rerum vniuersarum ornatus causam, naturā asserunt: nōnulli illorū, fatum, aut casum fortuitū. Qui autem istarum rerum potestatem fato attribuunt, hi quando fatum nomināt, quid sibi velit ne intelligunt quidem: ac nomen proferunt, cùm nullam illius actionem, neque naturā, quæ illi voci subiecta sit, ostendant. Quodnam enim erit ipsum fatum per se, si natura omnia procreet? aut quid putetur esse natura, si fati lex infringi & violari nequeat? Quinetiam legem quandam esse fatalem affirmare, perspicuè indicat, omnem illam legem opus esse illius qui eam promulgauit. Quod si fatum cùm lex sit, Dei inuentum sit, omnia profectò Deo subiecta sunt, & eius virtutis nihil est expers. & fatū ex Deo esse, & idem eius voluntatem censeri approbamus: verùm quomodo iustitia, temperantia, reliquæque virtutes cum fato cohærere possunt? Vnde ea quæ sunt his contraria, iniustitia, intemperantiáve? quod si prauitas libera voluntate, non ex fato nascitur, virtus quoque & recta vitæ morúmque institutio. Peccata autem rectéve facta, quæ sunt bonæ rectæque volūtatis propria, cùm aliter

A aliter aliquando eueniant, num fortunæ aut fato aſcribẽda ſunt? omnia etiam quæ ex æquitate,& ea virtute quæ quicque pro dignitate cuique tribuit,fiũt, quomodo fato fieri dixerimus?leges item, cohortationes ad virtutẽ, à vitiis auocationes, laus item & vituperatio,ſupplicia,omnia deniq; quæ ad virtutis ſtudium pelliciãt,auertantq; à prauitate,quid eſt cur fortunæ & caſus temeritate, nõ norma iuſtitiæ, quæ eſt Dei omnia prouidentia ſua gubernantis propria,conſtare dicatur? nam propter variam hominũ vitæ rationem,quod quiſq; meretur, illud cuiq; accidit: interdum peſtis & ſeditio, modò annonæ charitas, modò abundantia ſequitur, quæ quidem palàm & apertè,voce propè emiſſa indicant quid ſit, quamobrem ipſa aliáque eius generis vitæ noſtræ importentur.Ipſa enim Dei eſſentia, recta hominũ lætatur voluntate, impietatem omnium deteſtatur:moderationem animi amplectitur,audaciam,& inſolentiam pluſquam belluinam odit. Quarum rerum demonſtrationes, licet perſpicuæ in primis exiſtãt,& ante oculos cuiuſque poſitæ? tamen quoties cogitationes noſtras intra ſe conuocamus,& mentis acie velut in anguſtum adducta, cauſam earum nobiſcum conquirimus,toties multò clarius & euidentius elucent. Quare vitam modeſtè & placidè inſtituere oportet,nec animum ſuprà id quod natura patitur,efferre:ſed illud cogitatione ſedulò cõplecti, factorum noſtrorũ nobis ſemper adeſſe animaduerſorem Deum.Verùm ſic porrò exquirẽdum eſt,verúmne ſit quod dicitur, omniũ rerum rectionẽ in fortunæ & caſus arbitrio ſitã eſſe. Nunquid cæleſtium rerum & aſtrorum moderationem,nũquid terrã,mare,ignem,ventos,aquam,aërem,nunquid temporum commutationem,æſtatis & hyemis viciſſitudines,nunquid iſta omnia temerè potius & fortuitu eueniſſe,quàm ab aliquo architecto fabricata,credendum eſt?At nonnulli,qui mẽte planè capti ſunt, affirmãt, plurimas ex illis rebus,ab hominibus ad ipſorũ vſum vtilitatémq; excogitatas eſſe. Cùm enim natura diuitias cuiuſque generis quaſi plena manu ſuppeditet, fit ſanè vt iſta opinio in rebus terrenis & caducis aliquam habeat rationem.Nũquid igitur ea quæ ſunt immortalia,quæq; nullo modo mutari poſſunt, hominum inuenta putanda ſunt?Iſtorum enim & aliorum omnium de genere eodem,quæ à ſenſibus noſtris ſeiuncta, mente ſola comprehenduntur, non vita hominum, quæ ex concreta materia cõſtat,ſed eſſentia Dei,quæ æterna eſt,intelligentiáq; ſolum percepta, pro-

Fortuna,caſus.
Aduerſus eos qui fortuitò fieri omnia putant.

Prouidentiam Dei arguunt ordine, ſitu, motúque ſuo res cæleſtes.

B creatrix exiſtit. Quinetiam ratio illa quæ in rerum ordine cernitur, eſt opus certè prouidentiæ:nimirum vt dies ſolis orientis ſplendore illuſtrata eluceat,eóque occidente ſuccedat nox:& cùm ſucceſſerit, propter aſtrorũ multitudinẽ, non omninò obſcura relinquatur. Quid de luna dicendum eſt, quæ cùm ſit è regione ſolis ſita, luce completur maxima:cùm autem proximè accedat,tenuiſſima? Iſta nónne perſpicacem Dei ſapientiam,ſolertiamq; declarãt? Radiorum ſolis opportunitas, quæ plurimum valet ad fructuum maturitatem:ventorum flatus,qui ad anni ſalubritatem multum faciunt:imbrium refrigeratio, & apta omniũ rerum compages, qua quæq; accurata ratione & modo diſpenſantur,perpetuus ille ordo ad eundem locũ recurrens vnà cum opportunis ratiſq; planetarum conuerſionibus, quid aliud indicant,quam teſtatam & illuſtrem Dei præſcriptionem & perfectum quendam ſtellarum curſum,legi diuinæ obtemperantem? Altitudines etiam montium, vallium concaui receſſus,camporum latè patentium planicies,nunquid ſine Dei prouidentia conſtare videntur? Quæ res non ad ſpectãdum ſolùm ornatæ exiſtunt, ſed etiam ad vſum iucundæ. Aquæ verò & terræ dimenſiones,diuortiáq; fluuiorum interuallis diſtincta,quæ tum ad agriculturam,tum ad exterarum rerum vitæ neceſſariarũ inuectionem plurimum valent,quid eſt cur exquiſitã & immenſam Dei prouidentiam non euidenter oſtendant? Quid quòd montes aquam continent? quam cùm humilis & æquata planicies exceperit,eiúſque irrigatione terrã refecerit, ad vbertatem, quod reliquum eſt illius, in mare præcipitat, mare autem mandat Oceano: & adhuc tamen iſta omnia caſu & fortuitò fieri,dicere non dubitamus,cùm ne demõſtrare quidem libeat,qua ſpecie formáve illud quod caſu fieri dicitur, exprimamus:quippe cùm nihil habeat eſſentiæ,quod vel intelligentia,vel ſenſu percipi poſſit,ſed ſolum eſt inanis quidam nominis commenticij ſtrepitus,quo aures vndique circumſonent.

Luna.
Sol.
Venti.

Aſtrorum ſitus & motus.

Eandem arguunt mõtium mariſq; & aquarum natura variæque vires.

Ex iis quæ intellectu comprehendi nequeunt, æstimandam esse creatoris sapientiam: eúmque, & non casum temerarium, rerum causam existere. CAP. VII.

A

τὸ αὐτόματον, inane nomen ex ignoratione rerum introductum.

Insinuat prouidentiā naturæ occulta veritas, vt Thermarum.

EST enim vox αὐτόματον, hominum temerè & parum consideratè sentientium, & ne suam ipsorum quidem comprehendentium sententiam: sed propter imbecillitatem cōprehensionis existimantium ea sine ratione administrari, quorum causam ipsi explanare nequeunt. Sunt omnino quædam res, quarum veritatis certa comprehēsio in profundo demersa iacet: quæ quidem sunt admirabilem planè naturam assecuræ. cuius generis est vis illa aquarū calore tepescētium. Causam verò tāti caloris, nemo facilè explicare poterit. Est profectò mirabile, illud quod igneum est, cùm aqua frigida vndique circunfundatur, non insitū & inclusum calorē amittere. Videntur sanè id genus res, & in vniuerso orbe perraræ ad inueniendum, & in exiguū numerū ad recensendū redactæ, quo (quemadmodū mihi persuadeo) diuinæ prouidētiæ vis ab hominibus facilius possit intelligi: quæ duas naturas maximè contrarias, ex vna eadémq; tanquā radice elici exprimiq; cōstituit. Quanquā porrò permulta sunt, & numero ferè infinita, quę ad hominū solatiū oblectationemque à Deo Opt. Max. tribuūtur: fructus tamen oleæ, vitísq; in primis. altera enim ad animū reficiendum, exhilarandúmq; vim habet: altera, præterquàm quòd ad corporū vsum valet, ad curationē præterea est accōmodata. plurimū item habet admirationis iugis & cōtinuus fluuiorū cursus, qui noctu & interdiu fluit, quiq; speciē præse fert æternæ vitæ perpetuæq;. Noctis item successio eiusdē momēti est & ponderis.

Oleæ ac vitis fructus.

Fluuiorū perpetuus cursus.

Quòd ea quæ ad vsus necessarios conducunt, abundè mortalibus Deus suppeditat: contrà, quæ ad voluptatem faciunt, parcius: vtrunque videlicet accommodatè ad fructum ex illis percipiendum dispensans. CAPVT VIII.

B

Dei prouidētia & consilio omnia, fieri, nihil temerè.

Prouidentiā arguit rerū aliarum copia, aliarum inopia.

HÆc omnia à nobis dicta sunt, vti pro certò constet, nihil temerè, nihil incōsultò fieri, sed consilio & prouidentia Dei omnia: qui quidem & auri, & argenti, & æris, & reliquorum denique metallorum genus produxit, ea quidem copia, quæ ad vitam satis esset. Atque illa quorum multus & varius vsus existeret, affatim suppeditari mandauit: alia verò quæ ad hominum delectationem & delicias solum spectarent, sicut splendore magnifica, ita numero pauca esse voluit, quò nec parcè nimis, nec nimis largè suppetere viderentur. Quòd si eadem abundantia ipsarum rerum quæ ad ornatum fabricata sunt, fuisset concessa: illi qui metallis è terra excidendis dant operam, vsu illarum rerum quæ ad agriculturā, ad extruendas ædes, & ad naues fabricandas aptæ sunt (vt ferri & æris) propter nimiam superiorum rerum cupiditatem neglecto, magnum harum numerum colligere pro nihilo putarent, & ad eas res comparandas quæ ad delicias & inanem diuitiarum affluētiam pertinent, omni cura & cogitatione incumberent. Quamobrem aurū & argentum elicere, plus ferunt habere & difficultatis & laboris, quàm cætera metalla omnia: vt magnitudini cupiditatis, laboris magnitudo opponeretur. Quot etiam alia diuinæ prouidentiæ opera licet enumerare, quę in omnibus rebus quas nobis tam copiosè largita est, cernūtur: quibus quidem humanam vitam tum ad modestiam, aliásque virtutes omnes euidēter impellit, tum à sordida importunaq; auaritia auocat? Quorum vniuersorū rationem causámq; peruestigare, maius ac difficilius quiddam est, quod possit cōsequi & efficere humana mens. Quomodo etenim quísquam ipsam veritatem accuratè assequi, aut qua ratione caduci & imbecilli animantis mens illam sempiternam ac synceram Dei voluntatem cogitatione complecti poterit?

Auri & argenti effossio est difficilior, quā rerum cæterarum.

Aliarum facilitas, aliarum difficultas.

De Philosophis, qui nihil non scire cùm voluerint, tum opinionibus lapsi sunt, tum, propter Platonis dogmata, periculis obnoxij. CAP. IX.

Probabilitas ad errorē procliuis.

QVapropter res, quas & viribus nostris prętare valeamus, & nostræ naturæ conueniant, moliri oportet, Probabilitas enim quæ in disceptationibus versari solet, magnam partem nostri à rerum veritate abducit, quod non paucis philosophis,

qui

A qui tum in disserendi subtilitate, tum in rerũ natura indaganda magnas nugas consectantur, profectò contingit. Quoties enim, si fortè rerum conquisitarum magnitudo eorum captum superet, variis quibusdam & argutis dicendi rationibus ipsum verum obscurant? Itaque illis accidit, vt & sibi pugnantia opinentur, & decretis digladientur inter se: idq; cum se sapiẽtes haberi volunt. vnde populorum seditiones, potentiúmque acerba in eos iudicia: qui dum patrium morem labefactari putent, suum sibi ipsorum non rarò inde parent exitium. Socrates enim disserendi scientia elatus, cum rationes valentiores, infirmiores reddere, & in singulis rebus, contradictionis formulis cauillari conaretur, tribulium ac ciuium suorũ inuidia interfectus est. Quinetiam Pythagoras, qui modestiam admodum exercere, & silentium egregiè præter cæteros amplecti præ se ferebat, deprehensus est falsò emẽtitus esse. Quę enim iam olim à prophetis prædicta fuissent, tanquam sibi, dum in Ægypto versabatur, essent separatim à Deo patefacta, Italis tradidit. Plato ipse, qui præter cęteros erat animo mansueto & leni, quíque primus hominum mẽtes abduxit à sensibus, & ad res sub intelligentiam cadentes, quæ semper vno eodémque modo se habent aciem suam intẽdere assuefecit, sublimia † deniq; suspicere edocuit: primũ Deum, ídque rectè, naturę præfecit essẽtiæ: secũdũ huic subiecit, & duas essentias numero distinxit, cùm eadẽ esset vtriusque perfectio, & secundi Dei essentia ex primi essentia profecta: Ipse est summus scilicet opifex, & moderator omnium. Qui verò proximè & secundũ illum, eius præceptis inseruit, ad eum causam omnium rerum cõdendarum transfert. Sit igitur vnus, sicut recta ratio exquisitáq; postulat, qui omniũ curam gerat, iisdemq; prouideat: sitq; Deus sermo, qui omnia ordine dispenset: sermo ipse cum Deus sit, est ipse Dei filius. Quod tandem nomen potest ei quis imponere, præter filij nomen, quin errauerit maximè? Nam qui est omnium pater, etiam proprij sermonis pater meritò existimari debet. Hactenus Plato rectè prudenterq; sensisse videtur. Verùm in illis quæ sequuntur, à veritate per errorem deflexit, dum deorum inducebat multitudinem, & singulis singulas formas adiiciebat: quæ planè
B causa extitit, vt homines imperiti in maiorem errorem delaberentur: qui quidem propterea quòd Dei altissimi prouidentiam minimè perspiciebant, imagines hominum, aliorúmq; animalium specie ab ipsis formatas coluerunt. Contigit autem maximam quandam, & maxima laude dignam naturam ac disciplinam, eiusmodi erroribus permistam, impura & tetra labe cõtaminari. Sed idem ipse Plato se quodammodo redarguens, videtur mihi sermoni correctionem adhibuisse: cum spiritũ Dei, animum esse rationis capacem perspicuè demõstraret, omniaq; in duo dispertiret genera: alterum mente comprehensum, alterum sensu, quod quidem ex corporis coagmentatione constat. atque illud sub intelligentiam cadere, hoc cum sensu cohærescens, totum esse opinabile. Quare illud Spiritus sancti particeps, vtpote ab omni cõcretione & materia segregatum, vitam perpetuam & sempiternam obtinere: hoc autem sensibus subiectum, æternæ vitæ expers esse, quippe quæ eadem ratione denuò dissoluitur, qua coagmentatum fuit. Quæ verò deinceps tradit, habent planè admirationem: nempe illis qui integrè inuiolatéque vitam traduxerint (animos nimirum piorum & bonorum virorum intelligit) postquam è corporis custodia emigrauerunt, domicilia in pulcherrimis cœli locis tanquam cõsecrata esse. † Istud sanè non modò permultũ admirationis, sed vtilitatis etiam non minus continet. Quis enim est qui huic sermoni fidem habens, háncque expectans fœlicitatem, vitam non optimè instituere, non iustitiam & temperantiam colere, non prauitatem sedulò vitare voluerit? Istis etiam aptè & appositè adiunxit: improborum animos Acherontis & Pyriphlegetontis fluctibus, non aliter atque merces naue fracta delatos oberrare.

Philosophi opinionibus suis sibi ipsis exitiosi. *Socrates.* *Pythagoras.* *Plato.* *Dei sermo, qui & filius.* *Platonis sententia de Deo trutinatur.* *De beatorum & damnatorum animis.*

† Vide annot. pa. 160. lat. 2. lin. 18.

† Vide annot. pa. 161. lat. 1. lin. 2.

De iis quibus despicatui sunt non solum Scripturæ, sed Philosophorum quoque placita. CAPVT X.

SVnt tamen nonnulli eatenus acie mentis perstricti, vt cum hæc ipsa legant, non curent, nec metuant: sed cõtemnant potius atque irrideant, non aliter ac si fabulas quasdã cõmentitias audirent. At varietatem dicendi & elegantiam laudant illi

quidem,sed disciplinæ detestantur seueritatem:poëtarúmque commẽtis fidem ad- A
iungũt,atque adeò totam Græciam, totam Barbariam, inanibus & falsis præconiis celebrant. Quod autem ad poëtas attinet,illi asserunt homines, deorum filios, post mortem animos iudicare,iudicia eorũ & tribunalia laudibus efferre , mortuis præficere arbitros,quinetiam pugnas deorum canere:iura quædã inter eos esse bellica narrare,fata eorum prædicare non desinũt:& ex illis quosdam natura acerbos,alios ab hominum curatione alienos,nõnullos difficiles ac morosos esse affirmant, alios suorum liberorum cædes lamentãtes introducunt: adeò vt ne charissimis quidem, nedùm alienis,satis possint afferre præsidij, Inferũt item,illos humanis perturbationibus agitatos:eorum prælia, vulnera, gaudium luctum decãtant. Quæ cùm dicãt, digni videri volunt quibus habeatur fides. Quòd si,vt aiunt, diuino instinctu pulsi poëticam exerceant,illis credendum òbtemperãdúmque videtur, in his præsertim rebus de quibus diuino quasi spiritu afflati disserunt.Deorũ item & dæmonũ calamitates memorant,quæ planè variam variarum rerum veritatẽ videntur attingere.

Poetarum de diis fabulæ.

An sit credẽdum poetis.

At dixerit aliquis, Poëtis liberum esse mentiri. Est enim poëticæ proprium, animos audientium lenociniis delinire: veritatis autem,vti quæ dicuntur , non aliter se habeant,quàm dicantur. Sit etiam hoc poëticæ proprium,veritatis aliquantum interdum sibi surripere. Verùm qui mendacia dicunt,non sine causa illa quidem dicunt. aut enim quæstus & vtilitatis gratia, aut improbi cuiusdam facinoris sibi conscij, propter periculum,quod à legibus ipsis impendet, veritatem occultant. Nam fieri potest,mea quidẽ sentẽtia,vt qui de optima natura nihil,præterquàm quod veritas postulet, dicere aggrediatur, tum à mentiendo sese, tum ab impiè aliquid agendo contineat. Atqui si quis vita fœlici prosperáque indignus existat,sibiq; conscius sit, se viuẽdi rationem sceleratam & temerariam traduxisse,redeat in viam,& ad diuinum numen respiciat,vt oculis mentis illustratus,à deprauata illa vitæ consuetudine,quam dudũ secutus sit,sese penitùs auocet. Quinetiam optabile est,si qui paulò prouectiores sint,etiam tam sapientiam assequantur. Nobis verò nulla doctrina ex solis hominum ingeniis profecta,aliquando profuit: Dei autem dona sunt illa omnia.quæ in hominum moribus & institutis apud sapientes probantur.Habeo equidem,imò tanquàm contra venenata tela, quæ mihi diabolus ex aduerso parat,non imbecille scutum oppono, sciẽtiam earũ rerum quæ Deo gratæ sunt, acceptæque. B

Poeticæ proprium.

Mẽdacij causa.

Christiana doctrina non ab hominibus.

Hæc igitur commodè ad eum sermonem qui à me institutus est,delegi, quò omniũ patrem laudibus extollerem, illo ipso opem huic pio proposito, quod suscepimus, ferente, Tu iam Christe,seruator omnium,sermonẽ de tua virtute susceptum exorna,modúmque grauiter & præclarè tuas laudes prædicandi præscribe: nemo voces verbáque eleganti artificio expolita,se auditurũ existimet. Est enim mihi exploratè cognitum,effluentem,& ad voluptatem factam quodammodo orationem, prudẽtiam auribus non parum molestiæ allaturam:cùm qui dicunt,plausum potius quærere, quàm sapienter de rebus propositis disputare contendant.

Ab inuocatione Christi captat attẽtionem eorũ quæ de ipso dicturus est.

Homines quidam amentes impiique aiunt, Christum maleficiorum reum , iudicio condemnatum fuisse:& eum qui amantibus author vitæ est, vita priuatum. Nec certè mirum hoc inter eos dici,qui cùm semel pietatis fines transierint, nec metuunt quicquam, nec suam ipsorum improbitatem occultare instituunt. Illud etiam omnem stultitiam longè superat, videri sibi satis persuasum esse, Deum immortalem,hominis violentia compulsum,non sua sola inductum benignitate & clementia,passum fuisse:nec secum cogitare, Dei magnanimitatẽ & tolerantiam nullo modo vel conuicio euerti,vel contumelia à sua grauitate naturaliter sibi insita depelli posse: semper eorum immanitatem,qui ipsam inuadunt,ratione,& excelso animi robore refringere,& à se prorsus arcere.Dei enim clemẽtia secum statuerat, tum iniustitiam delere penitùs, tum modestiam & æquitatem extollere. Quapropter Christus sapientissimis hominibus in vnum conuocatis disciplinam præclarissimam, vitæque vtilissimam tradidit:vt qui boni & fœlices esse vellent,eius prouidentiam in rebus præclarè dispensandis sitam,admirarentur & suspicerent. Quo sanè quid potest præstabilius à quoquam,aut maius bonum commemorari,quàm Deum iustitiæ administrationi præesse, eósque qui ipsius doctrina & institutione digni sunt, similes sibi efficere, vt bonitate tandem in omnes propagata,hominibus in perpetuum adsit fœlicitas?

Christi condemnatio & mors, à calumnia vindicata.

Hæc est

A Hæc eſt illuſtris planè victoria, hoc verum imperium, hoc opus maximum, & vitæ maximè conſentaneum, vt vniuerſus populus moderatè modeſtéque ſe gerat. Te igitur Deus, ſeruator omnium, collaudātes, iſta victoriæ trophæa tibi offerimus. Tu verò, ô improba & execrabilis blaſphemia (quæ mendaciis efferri, rumoribus & acclamationibus niti ſoles) tu inquam iuuenes in fraudes illicis, adoleſcentulos & viros, qui moribus paulò rudioribus præditi ſunt, blanda perſuaſione delinis, cóſque à veri Dei religione abducis: & ſtatuas effingis, conſtruíſque, quibus preces & venerationem impertiant: vt ita per fallaciam decepti, ſui ipſorum inſcitiæ mercedem recipiant. Chriſtum enim Deum, Deíque filium, omnium bonorum authorem in crimen vocare non dubitant. An non à moleſtiſſimis, prudētiſſimíſque gentibus ac populis hic Deus meritò colitur, qui omnem vim, virtutémq; aſſecutus, ínque ſuo ac proprio voluntatis propoſito perſeuerans, nihil de clemētia ſibi inſita imminuerit? Diſcedite ergo impij, (libera enim vobis facultas eſt, vos ipſos, propter peccandi impunitatem, ad hoſtiarum cædes conferendi, cōuiuiáque, feſta & ebrietates conſectandi) diſcedite, inquam, & religionem ſpecie ſimulata colite: cōferte voſmet ad voluptatem & intemperantiam explendam: victimas immolate per fucum & fallaciam, veſtris denique ipſorum libidinibus inſeruite. Nihil enim quod bonum eſt, animo tenetis, ne primum quidem præceptum Dei optimi maximi, qui & hominū generi normam viuendi præſcribit, & vitam eorum gubernandi filio concredit poteſtatem, vt qui rectè moderatéque vitam præſentem inſtituerint, ex filij ſui ſententia ac iudicio, altera vita beata & fœlici potiantur.

Inſectatur impios et ſimulatè religionem colentes.

De Domini in carne aduentu, quis & quas ob res extiterit.

CAPVT XI.

ATque ipſe equidem Dei decretum de hominum vita inſtituenda ſancitū, non ignoratione, vt multi, neque opinione aut coniectura nixus, perſequi aggreſſus ſum. At vt ad propoſitum redeamus, dixerit forſitan quiſquā, vnde filij appellatio, quis eius gignendi modus? Siquidem ſolus vnus Deus eſt, idémque ab omni admiſtione ſeiunctus. Verùm intelligendum eſt, duplicem eſſe gignendi rationem: alteram ex partu, quæ ſatis nota eſt; alteram ex cauſa ſempiterna, cuius rationem Dei perſpicit prudentia, eadémque hominibus illi charis ſuppetit. Sapiens enim diſpenſationis, quæ in reb⁹ vniuerſis cernitur, cauſā cognoſcet. Cùm igitur nihil ſine cauſa exiſtat, cauſam res ipſas antegredi neceſſe eſt. Ac cum mundus ſit, & quæ in eo
B continentur, etiam exiſtant, cúmque eorum conſeruatio cōnſtet: fieri non poteſt, quin is qui eadem conſeruat, antè neceſſariò extiterit: adeò vt & Chriſtus conſeruationis author ſit, & cōſeruatio ipſa vt res ſint efficiat. Sicut pater filij cauſa eſt, ſic filius ex cauſa illa genitus: quē quidē ante omnia extitiſſe, ſatis eſt iā demōſtratū. At quomodo ad homines in terrā deſcēdit? hoc planè erat ab illo ſpontè propterea inſtitutum, quia (ſicut prophetæ antea prædixerant) generatim omniū curā habebat. Nā neceſſe eſt opifici, opera ſua curæ eſſe. Cùm autē eſſet in mūdo corpus ſuſcepturus, ínque terra (iſtud enim humanæ ſalutis poſcebat neceſſitas) nō paruo temporis ſpacio cōmoraturus, alienā quandā à communi hominū natura naſcendi rationem ſibi excogitauit. Nam abſque nuptiis eſt facta conceptio, caſtæ virginis partus, & Dei mater virgo, æternæ naturæ iam principium in tempore ſumptum: eſſentia, quæ mente ſola percipitur, à ſenſibus comprehenſa: & ſplēdor ille, qui corporis expers fuit, cum materia permiſtus. Cetera etiam quæ in hoc mirabili viſo extiterunt, ſunt iis conſentanea, quæ quidem inſignis illa colūba ex arca Noë euolans, ínq; virginis ſinu tandē cōſidens, pręſignificauit. Alia pręterea eiuſdē generis, quę hymenęū illum incomprehenſibilem, omni caſtitate integriorē, ipſáque cōtinentia præſtabiliorem ſequebantur, † ſapiētia Dei ab ipſis incunabulis admirabili quadā diſpenſatione effecit. Eum etiā Iordanis fluuius, qui lauacrū baptiſmatis ei largitus fuerat, reuerēter coluit. Huc accedit regalis vnctio, quæ eſt cum omniū mēte quaſi cognatione coniuncta. Doctrina item & virtus, quæ res admirabiles obiit, quæq; morbos curauit inſanabiles. Earum verò rerū, quas homines ab eo precibus contendebant, celeris & parata expeditio, omnino vniuerſa eius vita ad hominum vtilitatē relata.

Gignendi ratio duplex.

1. Chriſti ex patre generatio.

2. Chriſti in terram deſcenſus, & ex virgine generatio.

Chriſti natiuitas.

Baptiſmus, vnctio, doctrina.

† Vide annotat. pag. 161. lat. 1. lin. 13.

Disciplinam porrò tradidit, quæ non prudentia imbuit, † sed sapientia discipulos: A quò non virtutes illas quæ ciuiles dicūtur, sed vias quæ rectà ad eum mundū, quem sola percipit intelligentia deducunt, perdiscerēt: illúdque rerum genus, quod semper vno eodémque modo se habet, attenta animi cogitatione peruestigare laborarent, & diuinam summi patris notionem mente assiduè recolerent. Iam verò beneficia, non mediocria illa quidem, nobis delata: pro cæcitate visus, pro virium defectione bona corporis habitudo, pro morte ad vitam denuò restitutio, prætereo copiosam illam rerum ad victum necessariarum in solitudine suppeditationem, variā in paucis esculentis ingenti multitudini ad longum temporis spacium affluentiam.

† Vide ibidem. lin. 13

Miracula.

De iis qui mysterium non intellexerunt, & quòd volentes illud ignorarunt: tum quanta eos expectent, qui id cognouerunt, præmia: illos in primis, qui propter confessionem, vitam martyrio consummarunt.

CAPVT XII.

Christo gratias agit pro beneficiis in homines collatis.

HAnc tibi gratiarum actionē pro virili offerimus Christe, Deus & seruator, summi patris summa prudentia, qui & è malis nos eximis, & doctrina instruis lōgè sanctissima, neque ista dico, vt te laudem, sed vt gratias agam. Quis enim mortaliū te satis pro dignitate prædicare poterit? Nam constat te ex nihilo res, quæ sunt, procreasse: te lucem illis attulisse: te confusam elemētorum molem ordine disposuisse, & modo: tuam singularem clementiam effecisse, vt homines qui probo sint & liberali ingenio, vitā beatam studiosè consectētur, videántque diligēter, vt cum rerū planè bonarū quasi mercaturam ipsi exerceant, de sua sapientia & prospera fortuna aliquid impertiāt quàm plurimis: intemperantiáq; liberati, benignitatísq; facti participes, sempiternū virtutis fructum percipiant, cōmiserationem statuant ante oculos, fidei promissum pro certo expectent, verecundiam amplectantur, & virtutē cuiusque generis, quam cōmunis hominum vita & cōsuetudo antehac ei, qui omniū suscipit prouidētiam, attribuit. Nemo enim satis idoneus repertus est medicus, qui illis tam ingentibus malis, illiq; iniusticiæ, quæ illo tēpore in hominum vita regnabat, medicari potuerit: verū prouidentia etiam ad has res suam vim extēdēs, omnia quæ erant contumeliæ, & intemperātiæ prauitate disturbata, in ordinem facillimè redegit: ídque non ex occulto & latenter, sed palàm, certè & apertè præstitit. neque ei obscurum erat, quosdam homines esse, qui prudentia & mentis acie suas ipsorū vires satis accuratè possent considerare: alios verò, vtpote animantiū rationis expertium naturā adumbrantes, magis ad sensuum subsidia, proptereà quòd in promptu sunt, se transferre. Nec quisquā dubitet, siue virtutis studiosus ille sit, siue improbus, quin Deus vitam beatam, eámque admirabilē curationem sub aspectu subiecerit: cùm iis, qui vita excessissent, vitam secundò restitueret, & sensibus orbatos, denuò integrè sentire iuberet. Mare etiam solidum reddidisse, ex tempestate effecisse tranquillitatem: & ad extremum, vbi opera mirāda edidisset, & homines ex infidelitate ad constantem fidem reuocasset, in cœlos ascendisse: cuius tandem opus putādum est, nisi Dei, & potentiæ certè longè excellentissimæ? Quin etiam tempus illud passioni destinatū, spectaculis valdè admirandis non caruit, cùm nocturna caligo diurnæ luci offusa, solem obscuraret. Nam populus vniuersus in omnibus locis magnopere extimuit, ne iam rerū omnium exitus venisset: & chaos, sicut ante iacta mundi fundamenta, iterum vbique peruaderet. Causa verò tanti mali, & ecquid sceleris esset ab hominibus cōtra Dei numen admissum, vsque eo sedulò quærebatur, quoad Deus, impiorum contumeliam contra se admissam præ animi sui magnitudine penitùs contemnens, benignè cœlum omne syderum illustrasset multitudine, & ad pristinum splendorem reduxisset. Itaque orbis terræ aspectus, quantumuis tristis & horridus, rursus ad suam quasi hilaritatē restitutus est. At dixerit aliquis (cui volupe est blasphemias loqui) Deum potuisse liberam hominum voluntatem, mitiorem, integriorémque effecisse. Quæ melior via, quod institutum plus habebat virium ad malorum animos mansuefaciendos, quàm vt Deus ipse præsens illos compellaret? An non ille hic coràm, oculis hominum conspectus, modestam viuendi rationem docuit? Quod si Dei præsentis præceptio nihil profuerit, quid absentis, & hominum minimè iam ferientis aures prodesse potuisset? Quid quæso doctrinæ illius

B

Miracula in Christi passione edita.

Exo. 13. 14 Ioan. 6. Marc. 4. Luc. 8.

sanctissimæ

A sanctissimæ impedimēto fuit? Hominum planè peruersitas. Nam cùm ea, quæ nobis præclarè & vtiliter præcepta sunt, in odium rapimus, tum pacatus mētis nostræ status & moderatio labefactatur. Quid quod illis pergratū videbatur, præceptiones contēnere, & legi promulgatæ aures ægrè & cum fastidio admouere? Quod si eam nō spreuissent præ incuria, præmia digna, sua in audiendo attentione, tum in præsenti, tū in futura vita, quæ est verè vita putanda, accepissent. Merces enim Deo obsequēdi, est immortalis & æterna vita: quā planè, qui Deum norint, & vitā suam eum studiosè imitando traducant, eámque tanquam perpetuū exemplar his qui in hoc vitę stadio concertare studeant, proponant, possint quodam modo vendicare. Doctrina verò propterea sapientibus tradita est, vt quod illi pręcipiant, hoc à suis studio & diligentia conseruetur: pura autem anima veráxque est illa quidē, in qua inest firma præcepti diuini custodia, ex qua per inuiolatam fidem & synceram erga Deum pietatem nascitur mortis cōtemptio. Seculi etiā huius procellis talis anima se strenuè opponit, & in pugna, diuina virtute, cui nemo potest resistere, munita, fertur ad martyriū: quæ cùm grauissimos timores magnanimitate deuicerit, corona ab illo, qui fortiter ipse martyrium sustinuit, donatur, nec tamen vlla ex parte insolenter se effert. Nouit enim credo pro certo istud à Deo solo tributum, nēpè vt possit præcepta diuina tum alacri animo suscipere, tum studiosè exequi. Hanc vitæ rationē sequitur memoria perpetua, æterna gloria, ídque sanè meritissimo. Siquidem cum martyris vita & modestè ac piè instituta sit, & mandatorum Dei memor: mors etiam plena magnanimitatis, plenáque generosæ mentis existit. Posteà igitur hymni, psalmi, præconia & laudes ad honorem illius decorandum, qui omnium contemplator est, decantantur. Ac tale eucharistiæ sacrificium ab hominibus peragitur, vacuum à sanguine, vacuum ab omni violentia. Neque thuris odor desideratur, neque ignis incensus: sed puri luminis tantum, quantum sat est, ad mentes eorū qui preces faciunt, illuminandas suppeditandum. Modestissima etiam multorum conuiuia, tum ad egentes misericorditer & benignè subleuandos, tum ad eos iuuādos, qui patria exciderunt, instituta: quæ certè si quis absurda putet, non sentit ille B quidem sicut diuinissimæ sanctissimæque disciplinæ regula postulat.

Martyrij corona.

Eucharistiæ sacrificium.

Quòd partium rerum creatarum necessaria sit differentia. CAPVT XIII.

IAm verò nonnulli in Deo incusando nugas consectantur planè pueriles, dū quęrunt, quid tandem sibi voluisset, quò non vnam eandémque eorum naturam fabricatus sit: sed multa genera, varia & naturæ repugnantia in lucem edi præcepit, vnde dispar morum nostrorum & voluntatum ratio profecta est. Fuisset fortasse melius, tum ad morem Dei præceptis gerendum, tum ad accuratam illius cōprehensionem, tum ad fidem cuiusque confirmandam, si omnes homines fuissent iisdem moribus & vitæ institutione prædīti. Verùm vt omnes iisdem moribus eadēque indole imbuti fuissent, æquum putare, est admodum planè ridiculum. Neque enim considerant, diuersam esse mūdi & rerum in eo contentarum constitutionē. Nam quæ ad naturæ rationem pertinent, non eandem vim habent cum his, quæ ad mores: neque corporis perturbationes, cum his quæ animum commouent, eædem sunt. Neque tamen humanum genus diuinæ bonitatis expers est, neque omninò omnium, neque quorūlibet natura illius fit particeps: sed eorum qui diuinam naturam peruestigant, quíque illud vitę genus, quod rerum diuinarum cognitione facilè primas tribuit, sibi delegerunt.

Rerum in mūdo conditarū varietas.

Varietas non ex natura, sed ex moribus hominum est.

Quòd creata natura, immenso ab increata interuallo distat: & quòd propius accedit ad eam homo, si ætatem in excolenda virtute traducat. CAPVT XIIII.

EA verò, quæ ortum habēt, cum æternis comparare, extremæ reuera insaniæ est. Horum enim neq; principiū est, neque finis: illa, vtpote generata ortáque, cum initium, vt sint & viuant, tempore sumant, necessariò & non sine causa finē habēt. Ea autem, quæ generantur, cùm eò, qui ipsa generari mādarit, quomodo ex æquo

Æternorum cum iis, quæ ortum habent nulla collatio.

comparari poſſunt?† Ac quanquã hæc cum illo conferre amentia eſt, mandatũ tamen vt procrearẽtur, ei conueniẽter poterit accõmodari. Verùm ne cœleſtia quidẽ ſunt cum eo conferenda: quemadmodũ nec mundus iſte ſenſibus ſubiectus, cũ illo, qui intelligentia percipitur: nec imagines cũ exẽplaribus, ad quorum ſimilitudinem effinguntur, cõparandæ. Verùm hæc omnium rerum confuſio, quid eſt, cur non videatur eſſe ridicula,* cum diuini numinis maieſtas, ea quæ eſt cũ hominibus & beſtiis, cõparatione admodũ obſcuretur? Siquidem cupiditas principat⁹, qui Dei principatũ exæquet, quomodo nõ eſt hominũ planè amentium, & à modeſta præſtantique vitæ ratione penitùs auerſorum? Quod ſi diuinæ fœlicitatis amore flagramus, vita ex Dei præcepto inſtituenda eſt. Sic enim, fato euicto, in domiciliis immortalibus, æterníſque ætatem degemus, modũ viuendi ex lege diuinitùs deſcripta ſecuti. Hæc eſt ſola virtus in homine, quæ Dei virtuti reſpõdet, purus videlicet & ſyncerus in Deum cultus, eiuſdémque diligens obſeruantia, & cõtemplatio cognitióque eorum, quæ ſummo omnium moderatori placeant. Nec mens noſtra ad res caducas, terrenáſque ſe inclinet: ſed quoad eius fieri poteſt, ad excelſas ſubliméſq; ſe erigat. Iſto enim vitæ inſtituto victoriam conſequi, multis bonis (vt inquit ille) præponi debet. Cauſa igitur tantæ in rebus tum dignitatis amplitudine, tũ diſſimilitudine virium diſcrepantiæ, hãc habet rationem, cui quidem, qui prudentes ſunt libenter obſequuntur, & gratias agunt ingentes: ingrati autem & ſtupidi, debitum ſuæ arrogantiæ ſupplicium ferunt.

A

† Vide in not. pag. 163. lat. 1. lin. 23.

* Vide ibi. lin. 26.

Hominis virtus Dei virtuti reſpondẽs quæ.

Quæ præcepta Seruator tradiderit, & quàm mirandas patrauerit res: quatúmque illis commodi attulerit, qui ſe regendos illi ſubmiſerunt.

CAPVT XV.

Præcepta quædam Chriſti reponit.

POrrò Dei filium omnes ad virtutem inuitare, magiſtrum ſalutarium præceptorum ſapientibus ſe iampridem præbuiſſe, pro certò cognoſcimus: niſi fortè nos noſtri ipſorum obliti, præ vitioſitate ignoramus, illum ad noſtram vtilitatem, hoc eſt ad hominum beatitudinem, terras aliquando perluſtraſſe: & ex illis, qui id temporis hominum vitæ adiumento fuerunt, longè optimos aduocaſſe ad ſe, diſciplina modeſtæ vitæ conſeruatrice eos erudiuiſſe, fidem & iuſtitiam inuidiæ aduerſarij diaboli (cui in optatis eſt ſimplices & imperitos rerum ineſcare, & in fraudem inducere) repugnantem perdocuiſſe. Quapropter morbo vexatos clemens intuitus eſt: ægrotos malis quibus vexabantur, leuauit: ad extremam paupertatem & inopiam redactis fuit ſolatio, prudentiæ modum cum ratione coniunctum vehemẽter approbauit: cuiuſque generis cõtumeliam, cuiuſq; generis ignominiam & contemptum ſtrenuè & tolerãter ferre præcepit: taléque eſſe patris ſui mãdatum edocuit, vt caſus omnes qui fortè acciderent, magno & excelſo animo ferendo vincerent: hoc robur longè præſtantiſſimum eſſe affirmauit, mentis nempè conſtantiam coniunctam cum ſapientia: quæ nihil aliud eſt, quàm veri boniq; cognitio, quæ aſſuefacit homines, qui magnas diuitias habeant, eáſque iuſtè partas, vt facultates, quæ ipſis ſuppetunt, liberali & quaſi plena manu egẽtioribus impertiant. Ille ipſe etiam dominatum vetat: oſtendítque, quod ſicut ipſe ad modeſtos & humiles iuuandos acceſſit, ita illis, qui modeſtos & humiles deſertos eſſe patiuntur, deſeret & ipſe gratificari. Qui cum ad hunc modum periculum de fide populi, quos ſibi habebat obſequentes, fecerit, eos non modò arduarum & terribilium rerum contemptores, ſed ſpei in ipſo locatæ diſcipulos maximè ingenuos effecit: & vnum *ex amicis, qui admodũ ceſſit iracundiæ, verbis reprehẽdẽs coërcuit. Ille enim gladiatorẽ quendã adortus, ſuam ipſius vitã, quo Seruatori opem ferret, profundere ſtatuit: quem Seruator animo quieto expectare, & gladium deponere iuſſit: grauitérque coarguit, quòd eſſet ipſius perfugio præſidióque diffiſus: & legem perſpicuè ſanxit, eum qui violentas manus alteri inferre aggrederetur, aut eum inuaderet, qui iniuriam facere, gladióue vti inciperet, violẽta morte interiturum. Hæc eſt cœleſtis planè & diuina ſapientia, vt pati potius velimus iniuriam, quàm facere, & cum neceſsitas poſtulet, damnum accipere, quàm inferre parati ſimus. Cum enim iniuriam facere, grauiſsimum vitium ſit: non qui eam patitur, ſed qui infert, maximo afficietur ſupplicio. Verùm ei integrum eſt, qui Deo præſtat obſequium, nec iniuriã facere, nec accipere:

B

Sapientiæ vera quæ.

** Petrum intelligit.*

Matth. 26. Ioan. 19.

Iniuriam facere quàm pati, grauius.

Interim tamen hic magiſtratus ordinarius non excu-

A accipere: modò Dei confidat præsidio, qui illi adest, auxiliúmque fert, ne à quoquã qui ipsi obtemperet, afficiatur incommodo. At quo pacto poterit quis sibiipsi opitulari, qui in Deo spem ponat? Ostendam equidem. Erat inter duos prælium initũ, & victoria anceps. Nemo igitur bene sanus incerta certis anteposuisset. Sed quomodo poterat, qui fuisset tantas molestias & pericula expertus, de Dei præsentia & subsidio dubitare, cum semper rebus arduis Dei nutu & auxilio esset liberatus? qui etiam olim populo traiicienti mare, mandato Domini ac Seruatoris (qui viam solidam per illud præbuerat) firmè ad incedendum constratum, iter fecit. Hæc est planè, vt mea fert opinio, eximia fidei basis, hoc fundamentũ fiduciæ, cum intelligamus istas res admirabiles, incredibilésque, quæ gestæ cõfectæque sunt, Dei prouidentis mandato fieri. Hinc enim existit, vt cùm quis in malorum discrimẽ incidat, spémque in Deo positam firmam teneat, & immutabilem, ob fidem non illũ omninò pœniteat. Ac cum talis habitus animo insitus sit, Deus domiciliũ suum in interiore eius locat cogitatione. Hic nulla ratione expugnari potest: nec certè anima Deũ, qui vinci nequit, suæ cogitationis cõplexu cõtinẽs, à periculis, quæ fortè circumuallant, omninò vinci poterit. Istud etiam experientia didicimus, nimirum ex Dei ipsius victoria, omnibus sua prouidẽtia prospiciẽtis: qui cum iniquè ab impiis contumelia esset affectus, nullum ex passione dãnũ contraxit, sed illustrissimæ victoriæ trophæa & coronam æternam contra nequitiam egregiæ reportauit: & confracta profligatáque impiorum crudelitate, institutum suæ prouidentiæ & amoris, quo iustos complectitur, ad exitum præclarè perduxit.

[Margin: thoratur, qui publicã defensionẽ innocẽtum aduersus improbos legitimè exercet. Rom. 13. Exo. 13. 14. — Petrus. — Fidei basis prouidentia Dei. — Philip. 2.]

Christi prænunciatus est à Prophetis aduentus, ad simulachra scilicet delenda, ciuitatésque, quæ simulachra colebant.

CAPVT XVI.

B ATqui passio illius iam antè à prophetis prænunciata fuit, prænũciatus etiã eius ortus corporeus: prædictum tẽpus incarnationis, & quo pacto nefaria iniuriæ & intemperantiæ germina rectè factis & moribus ex iustitia informatis labefactata interirent, mundúsque prudentiæ & modestiæ particeps fieret, legísque à Seruatore sancitæ imperio per omnium ferè animos propagato, & pietas syncera roboraretur, & vana penitùs deleretur superstitio. Cuius gratia non solum animalium rationis expertiũ cædes factæ fuerunt, sed etiam homines exsacrificati, & nefanda plenáque sceleris altaria excogitata: idque legibus Assyriorum, Ægyptiorúmque, qui statuis vel ex ære fusis, vel ex alia materia fabricatis, iustas piásque animas victimarum loco mactarunt. Proinde fructum dignum tali religione tulerunt, vt illud: Memphis vastabitur, & Babylon, & solitariæ desertæque ab incolis vnà cum diis patriis relinquentur. Atque ista non auditione accipiens dico, sed ipse præsens oculis aspexi, miserabilísque fortunæ istarum ciuitatum spectator fui. Moyses porrò ex Dei mandato regionem Pharaonis, per illud tempus potentissimi, labefactauit. Quem insolentia elatum perfregit, & exercitum eius plurimarum fortissimarúmque gentium victorem præsidiis munitũ, armísque instructum, non coniectione telorum, non iaculorum ictu, sed sola precatione & obtestatione supplici deleuit.

[Margin: Gen. 49. Eccl. 53. Psal. 22. — A Prophetis prædicta Christi passio. — Incarnatio. — Idolorum euersio. — Apud Isaiã. — Moysis victoria de Pharaone. — Exodi Historia.]

De Moysis sapientia, quam extranei quoque sapientes tum admirati, tum imitati sunt: & de Daniele, & de tribus pueris. CAP. XVII.

NVllus autem illo populo beatior vel fuit aliquando, vel iã esset, si non animos suos à Spiritu sancto, tanquam abdicatione quadam abalienauisset. At quid de Moyse pro dignitate satis dici potest? Qui populum confusione quadam turbatum, in ordinem redegit: qui leui persuasione, & modestia eorum animos tranquillauit: qui illis pro seruitute libertatẽ reddidit, qui pro mœstitia lætitiam attulit: qui eò vsque eorum sensim prouexit animos, vt illi ipsi graui admodum in contrariam partem facta mutatione, & prospero rerum præclarè gestarum euentu, superbè & insolenter se efferrent: qui etiam tantum illis, qui ipsum ætate anteirent, sapientia præstitit, vt sapientes & Philosophi à Gentilibus plurimùm prædicati, eius sapiẽtiæ æmuli & imitatores existerent. Pythagoras enim eius sapientiam imitatus, vsque

[Margin: Vide Philonem in vita Moysis & historiã Exodi & Danielis. — Moysis sapiẽtia. — Græci sapientes Moysis doctrinam æmulati. — Pythagoras.]

eò propter modestiam omnium sermone celebrabatur, vt Platoni homini planè A modestissimo eius continentia, tanquam exemplar ad imitationem proponeretur. Daniel porrò, qui futura vaticinatus est, eximiæ in primis magnanimitatis officiũ sedulò obiens, moribus & totius vitæ præstantia excellens, quantum & quám asperũ laborem exantlauerit, iussu tyranni (cui nomen erat Nabuchodonosor) tũ Syriæ imperium obtinentis? Cuius quidẽ stirpe deleta, augusta illa & ingens potestas ditióque ad Persas delapsa peruenit. Tyrãni illius opes, & importunum nefariæ religionis studium, vsque ad hoc tempus famæ celebritate peruagata sunt. Adde huc metallorum cuiusque generis ad deos ornandos magnificentiam, templorum fastigia ad immensam altitudinẽ erecta, detestabiles religionis leges ad crudelitatem institutas. Quæ omnia Daniel, propter integram & inuiolatam erga verum Deum pietatem, contemnens, importunum tyranni studium, grauis cuiusdam cladis causam fore diuinauit. Verùm neutiquam tyranno persuasit, ingens enim diuitiarum affluentia erat impedimẽto, quò minus ad meliorẽ mentem rediret. Quippe princeps iste tandem feram illius mentis immanitatem, dum iustum virum bestiis ferocibus dilaniandũ tradi iubebat, perspicuè patefecit. Quid itẽ de generosa fratrũ, quos posteri imitati, fidem Christi Seruatoris ad summam gloriam extulerunt, in martyrio subeundo consensione dicam? Qui in ignis incendio, in fornace ardente, inque suppliciis aliis ad mẽbra exedenda paratis, illæsi extiterũt, castóque corporũ obiectu rogi flammas in fornace circumiectas ab se depulerunt. Daniel autẽ, postquã Assyriorum regnum fulminum iactu excisum ad nihilum venerat, diuina prouidẽtia ad Cambysem Persarum regem delatus est. At inuidia illic etiam eum est insectata, cui accesserunt perniciosæ magorum insidiæ. Quinetiã pericula magna multáque secuta sunt, ex quibus omnib. Christi prouidẽtia opem ferẽte liberatus, propter spectatã cuiusque generis virtutem, facilè primas obtinuit. Nam magi eum ter in dies singulos preces fundentẽ, magnáque egregia & memorabilia edentẽ facinora, propter crebrã precationum exercitationem in crimen vocare. Tantã eius B vim virtutémque admodum periculosam esse, apud principem calumniari, eíque persuadere cœperunt, vt idem ille, qui in commune Persis tot tantorúmque bonorum author fuisset, feris leonibus pro pastu obiiciendus condemnaretur. Quare Daniel non ad interitum cõdemnatus, sed ad perpetuam famæ ac nominis sui celebritatem, in lacum conclusus fuit: qui cum inter medias bestias versaretur, eas leniores mansuetiorésque, quàm qui illum ibi conclusissent, cõperit. Nam omnes illas natura sua rabidas, precatione, quæ mãsuetudini & modestiæ suæ subsidio fuit, cicures ac mites effecit. De quibus cum Cambyses certior factus esset (nõ enim poterat fieri, vt tantæ támque diuinæ virtutis præclarè res gestæ in obscuro laterent) eorum, quæ nunciabantur, sicut admiratione planè ostupuit: ita eum pœnituit, maleuolis magorum calumniis tam facilè persuasum. Veruntamen illud spectaculum ipse suis oculis conspicari voluit qui cum virum, vtráque manu cœlũ versus sublata, Christum laude celebrare, & leones substratos, hominis vestigia quodam modo venerari cerneret: * cõfestim magos, qui ipsi persuasissent, eidem addixit supplicio, & in speluncam leonum compegit. Bestiæ autem, quæ paulò antè Danieli blanditæ fuissent, magos adortæ, eos totos, sicut earum natura fert, deuorarunt.

Danielis virtus.

Tres pueri fornaci ardenti inclusi.

Magorum insidiæ in Danielem.

Daniel denuò leonibus obiectus.

Non ad Cambysen, sed ad Cyaxarem referri debet, id quod hic, & infra mox dicitur. Cyaxares enim Astyagis filius, Cyri auunculus Danielem leonibus obiecit, quẽ Daniel Dariũ Medum appellat.

* Vide an. pag. 164. lat. 2. lin. 25.

De Sybilla Erythræa, quæ in fatidicorum carminum suorum Acrostichide, hoc est primis cuiúsque carminis elementis, Christi passionem exprimit, est autem Acrostichis,
IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR CRVX.

CAPVT XVIII.

OCcurrit etiã in hoc loco ad commemorandum, testimoniũ quoddam de Christi diuinitate, ab illis, qui à fide nostra alieni sunt, petitum. Nã illi, qui ei tã cõtumeliosè obtrectant, si vel suis ipsorum testimoniis fidem tribuere voluerint, ex iisdẽ satis poterunt intelligere, illum & Deum, & Dei filiũ esse. Sibylla enim Erythræa, quæ se sexta post diluuiũ ætate fuisse affirmat, quæque sacerdos erat Apollinis, corona similiter cũ Deo illo, quẽ colebat redimita: quæ etiã tripodem serpentis amplexu circũplicatũ obseruans, iis qui quicquã ab ipsa sciscitabantur, respondit, se parentum inscitia illi cultui dicatam fuisse: quem cultum nihil in se complecti, quod

De hac Acrostichide, vide Cicer. li. 2. de diuinatione. Vide eiusdẽ aliã translationem apud D. Augustinũ, lib. 18. cap. 23. de ciuitate Dei.

Sibyllæ Erythrææ de Christi aduentu. Acrostichis.

A quod ad honestatem faceret, sed hominũ animos pudore spoliare, non aliter atque historici de Daphne prodiderunt: hæc inquam Sibylla quodam temporæ intra adyta illa, in quibus tã absurda & planè inepta superstitio vsurpari soler, conclusa, & diuino quodam instinctu afflata, versibus ea, quæ erant de Deo futura prædixit, notísque & ordine primarum literarum (quæ ἀκροστιχὶς dicitur) historiã de Iesu aduẽtu declarauit, ἀκροστιχὶς hæc quidem est, IESVS DEI FILIVS SERVATOR CRVX. Eius autem carmina infrà scripsimus.

extat autem & Græcè quoque inter cætera oracula Sibyllina & translata est à Castalione & aliis.

Cic. lib. 2. de diuinatione.

I udicis aduentu magni sudore videbis
E manare solum. Tunc rex æternus ab arce
S yderea præsens carni ius dicet, & orbi,
V t spectare Deum pia gens, atque impia possit,
S ublimem carne humana sanctáque caterua
C inctum supremóque homines qui iudicis æuo,
H æc erit omnis humus vepres & tristis arena,
R escindent simulachra homines aurúmque repellent,
*I ncendéntque auidè terram, mare, sydera, flammæ.**
S tabunt functorum sub apertum corpora lumen,
T etráque mens, & sancta illo splendore patebit.
V oce latens facinus, quod gessit quisque loquetur,
S ubdoláque humani pandentur pectoris antra.
D ira mali facies, pauor vndique & vndique luctus:
E t iubar inuoluent solis, stellásque tenebræ.
I am vaga labetur Phœbe, ruet arduus æther.
F erre caput valles, disiectis alpibus, imas
I usserit: humanum culmen fastúsque iacebit,
L atáque planities montes æquabit, & altum
I ntactum rate stabit, & vrent fulmina terras.
V nà deficiet flagrans cum fontibus amnis.
S tridula de cœlo tuba fundet lugubre murmur.
S upremúmque orbi canet exitiabile carmen,
E t subito Stygium chaos apparebit hiatu,
R egnantúmque Dei celebrabit turba tribunal.
V ndáque sulphureæ fluet alto ex æthere flammæ,
A fflabit mortale genus insigne coruscans,
T rabs sancta in rectis animis optabile robur,
O mnibus vna piis vitæ melioris origo:
R ursus vesani dolor, atque offensio mundi,
C ollustrans vndis duodeno in fonte fideles.
R egnabit latè pascentis ferrea virga,
V nus & æternus Deus hic seruator & idem,
X hristus pro nobis passus quem carmina signant.

B

*Vide anno. pag. 155. lat. 1. lin. 9.

Atque ista in virginis animum diuinitùs planè illabebantur, ad prædicẽdum. Eam igitur ego beatam puto, quam Seruator vatem, ad diuinandum de sua in nos prouidentia, delegit.

Quòd vaticinatio de Christo, à nullo illorum, qui in ecclesiasticorum numero censentur, conficta sit: sed Erythrææ Sibyllæ reuera existat, cuius libros Cicero ante aduentum Christi, in Romanam linguam conuertit: cuius etiam Virgilius meminit, & partus virginei: sub ænigmate arcanísque verbis, propter principum metum, mysterium celebrans. CAP. XIX.

VErùm multi sunt, qui nullam fidem ei adiungunt: ídque cum fateantur Sibyllã vatem Erythræam extitisse: Imò verò suspicãtur quendã nostræ religionis professorem, poëticæ non ignarum, ista carmina contexuisse: falsóque inscripta esse, & inter Sibyllæ oracula numerata: quæ sanè sententias perquã vtiles, cum ad nimiam voluptatũ licẽtiã circuncidendã, tum ad adytum rectà ad temperantem mod estã-

Acrostichĩ ẽ illam verè à Sibylla esse proditam.

que vitam perducentem, aperiendum continent. Verùm de huius rei veritate satis A constat, quippe nostri homines, tempora adeò accuratè & magno studio collegerũt, vt nemo possit suspicari, hoc poema post Christi in terras descensum editũ fuisse: atque illi propterea mendacij perspicuè conuincũtur, qui ista carmina nõ olim à Sibylla cõdita esse prædicãt. Perspicuũ enim est, Ciceronem, istud poëma cùm fortè perlegisset, in Latinum conuertisse sermonem, suisq; scriptis attexuisse, quem ab Antonio rerũ summa potito interfectum constat: Antoniũ autẽ ab Augusto, qui quinquaginta sex annos regnauit, superatum: Augusto item successisse Tyberium, cuius temporibus Seruatoris aduentus mũdo illuxit, & sanctissimæ religionis mysterium vigere cœpit, & noua secuta est populi propagatio. De qua arbitror eum, qui ex poetis Italorum est facilè præstantissimus, ita cecinisse.

Cicero acrostichidem Sibyllinam interpretatus.

Virgilij Maronis alia de Christo carmina, in quibus ostenditur, per inuolucra quædam ac integumenta (vt poëtis mos est) mysteriũ enodatũ. CAP. XX.

Virgilij, Sibyllinorum oraculorum interpretatio.

Vide Eclogam quartam Virgilij.

Iam noua progenies cælo dimittitur alto.

Et iterum in alio Bucolicorum libro:

Sicelides Musæ paulò maiora canamus.

Quid isto apertius? Addit enim:

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Cumæam vult planè Sibyllam esse. Neque his contentus erat ille quidem: sed progressus est longius, adeò vt eius vti testimonio necessitas postulare videatur. Quid igitur dicit?

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo:
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Quid ergo? Quæ est illa virgo quæ rediit? An non quæ plena & grauida facta est è Spiritu sancto? Et quid obstat? quo minus puella hæc grauida è spiritu Dei, virgo maneat perpetuò? Reuertetur etiã Dominus ipse, qui virgo est: Secundò, & orbem afflictum aduentu suo leuabit. Adiungit item poëta:

Tu modò nascenti puero, quo ferrea primùm
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo, B
Casta Lucina faue.
Hoc duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Cur Poetæ tractãdis mysteriis adhibeant ænigmata.

Perspicuè igitur possumus intelligere, etiam hæc, quæ dicta sunt, per allegoriam occultè, his qui vim verborũ altius perquirunt, Christi diuinitatẽ sub aspectu subiicere: ac poetam, ne quis princeps in ciuitate, quæ caput Imperij est, ipsi, quòd cõtra patrias leges scripsisset, quódque maiorum instituta olim de diis sancita reiecisset, crimini dare posset, veritatẽ tanquam inuolucris quibusdam texisse. Vidit enim credo, beatum & eximium aduentus Seruatoris mysterium: verùm vt immanẽ euitaret crudelitatem, mentes audientium ad suam ipsorũ consuetudinem traduxit: aítque, nouæ proli aras extruendas esse, templa apparanda, sacrificia obeunda: Ea igitur, quæ sequuntur, aptè ad prudentum intelligentiam inducit, ait enim:

Ille deum vitam accipiet, diuísque videbit
Permistos heroas, & ipse videbitur illis: *vel iustis.*
Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistáque ridenti colocasia fundet acantho.

Vir admirabilis, & omni doctrina eximiè ornatus, accuratè illorum temporum perspiciens crudelitatem,

Ipsæ lacte domum (inquit) referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Vera planè sunt, quæ dicit, nam regiæ aulæ principes fides non extimescet:

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores,
Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet: Assyrium vulgo nascetur amomum.

His

A His certè nec verius quicquã,nec ad seruatoris virtutẽ aptius dici poterit. Ipsa enim Dei cunabula,Spiritus sancti virtute fragrãtes flores nouæ soboli extulerũt. Serpens verò,à quo primi nostri parentes primũ in fraudem impulsi,& mẽtes eorũ à temperantia naturaliter ipsis insita ad voluptatũ blanditias traductæ erant,vt interitum ipsorum ceruicibus impendentem planè perspicerent,omnino periit, & venenum eius pariter sublatũ est.Quippe vt antè Seruatoris descensum, ignoratio immortalitatis,quæ iustis tribuitur,animos hominũ nulla spe bona adhuc cõfirmatos penitùs fregit:sic cũ ille passus fuisset,& corpus quo circũdabatur,esset à Spirit⁹ sancti cõmunione ad tempus separatũ,resurrectionis vis hominib.patefacta fuit:& si quæ labes humanorum scelerum residebat,illa vniuersa sacro baptismatis lauacro abstersa.Tũc igitur illos qui ipsi parebant,bono animo esse iussit:& veneranda sua, eximiáq; resurrectione admonitos,similia sperare mãdauit. Itaq; nõ sine causa fallax herba veneni occidit: occidit etiã & mors:resurrectio autẽ tãquã sigillo cõfirmata est.Cũ autẽ dicit † Assyriũ amomũ vbiq; nasci:Assyriorũ genus,quod fidei diuinæ causa fuit, multitudinémq; hominũ Deum religiosè colentium innuit.Quæ planè nõ aliter quã densa ramorum velut multitudo ex vna radice odoriferis floribus pullulat,ex æquabili roris temperatione rigata efflorescit.Eruditè igitur, ô sapientissimè poëta Maro,dixisti,& quæ sequuntur omnia his aptè respondent:

Christi cunabula. Serpens. † Vide annot.pag.166.lat.1.lin.24. Herba veneni, Mors.

At simul Heroum laudes,& facta parentis
Iam legere,& quæ sit,poterit cognoscere virtus.

Per Heroum laudes,iustorũ hominũ rectè facta significat:per virtutẽ patris,mundi fabricam,& molitionẽ Dei ad æternũ tempus duraturam intelligit.Fortasse etiã leges,quibus sacrosancta Ecclesia vtitur,dum vitam humanam ex iustitiæ & tẽperãtiæ regula instruit. Est præterea illud summè mirandũ,quo pacto homines,quorũ vita quasi media inter bonorum malorúmque vitã interiecta est,quæque subitã repentináque mutationẽ neutiquã admittit,ab eo rudi mediocríque vitæ genere ad cœleste ac diuinum,quod in rebus mente sola comprehẽsis positũ est, ascenderint.

Heroës.

B *Molli paulatim flauescet campus arista,*

Hoc est,fructus diuinæ legis ad hominum vsum producetur.

Incultísque rubens pendebit sentibus vua.

Id est,mores qui non erant impia viuendi ratione deprauati.

Et duræ quercus sudabant roscida mella.

Inscitiam hominum illius temporis,& rudes impolitósque mores describit. Ac fortasse etiam eos qui labores à Deo exantlatos audiant,suauem quẽdam fructum ex sua ipsorum in arduis rebus tolerantia percepturos demonstrat.

Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus,quæ cingere muris
Oppida,quæ iubeant telluri infindere sulcos,
Alter erit Typhis,& altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas:erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Scitè quidẽ ô poëta sapiẽtissime,poëticã enim facultatem,non extra decori fines prouexisti. Nam tibi,cùm nõ esses propheta,vaticinari non erat propositum. Obstabat etiam,credo,periculũ quoddam,quod ipsorum capitibus imminet, qui patria instituta coarguũt.Prouidè igitur & absque periculo,quoad eius fieri poterat, his qui intelligentia acumine valẽt,veritatem aperuit,ac turres & bella criminatus quæ certè iam in hominum vita cernuntur) seruatorem ad bellum Troianũ proficiscentem)depingit:per Troiam,mundum vniuersum intelligit. Nam & prouidentia propria,& patris iussu in terram demissus ex aduerso cum improba hostium manu dimicauit.Sed quid postea dicit Poëta?

Per Troiam allegoricè mũdum notat.

Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,

Hoc est, vbi adoleuerit,malis quæ vitam humanam occupant, radicitùs extirpatis,totam terram pacis ornamentis decorabit.

Cedet & ipse mari victor,nec nautica pinus
Mutabit merces,omnis feret omnia tellus:
Non rastros patietur humus,non vinea falcem,
Nec varios discet mentiri lana colores.

A

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
Aggredere ô magnos, aderit iam tempus, honores,
Chara Deum soboles, magnum Iouis incrementum.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrásque tractúsque maris, cœlúmque profundum:
Aspice, venturo lætentur vt omnia seclo.
O mihi tam longè maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum sat erit, tua dicere facta.
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quamuis, atque huic pater adsit.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Natura diuini mãdati famula.

Aspice, inquit, immensi orbis, & omnium elementorũ hilaritatem. Ista aliquis fortè parũ prudens, de hominum ortu ac stirpe dici existimauerit. Verùm quàm rationẽ habere potuerit, vt prole hominis satu edita, terra non rastros, non aratra passura esset, † nec vitẽ falcis aciem, nec aliũ cultum desideratura? Aut quo pacto hoc quod dicitur, in humana sobole ac stirpe intelligitur? Est enim natura diuini scilicet mãdati quasi famula, non humani præcepti ministra. Quinetiã hilaris elemẽtorũ aspectus, Dei descensum, nõ hominis alicuius conceptionẽ indicat. Quod autẽ poëta vitæ exitũ sibi longius propagari optet, est diuini planè aduentus inuocatio. A Deo enim, non ab homine vitam, conseruationémque petere consueuimus. Erythræa etiã cum Deo sic loquitur: Quid mihi, Domine, diuinãdi necessitudinem imponis, ac nõ potius è terra in sublime sublatam, ad diem vsque sanctissimi aduẽtus tui reseruas? Maro item, præter illa quæ sunt iam citata, hæc affert:

† Vide annot. pag. 166. lat. 1. lin. 40.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem,
Matri longa decem tulerint fastidia menses.
Incipe parue puer: cui non risere parentes,
Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Quòd ista dici nequaquam poterant ab eo qui tantummodo homo esset: & quòd infideles, ob diuini cultus ignorantiam, ne suum ipsorum quidem ortum intelligunt. CAPVT XXI.

B

QVomodo † enim huic non risere parentes? Quia ille qui est eius parens, est vis quædã expers qualitatis: & licet figuræ sit expers, in aliarum tamẽ rerũ descriptione cernitur: idque humano corpore vacans. Vacare etiã cubili Spiritum sanctum, quis ignorat? Quæ tandem cupiditas, quod desiderium ei in bono expetẽdo adest, cuius amore inflammantur omnia? At quid sapiẽtiæ cum voluptate cõmune. Verùm ista illis ad loquendum permittantur, † qui humanã quandã Dei procreationem inducunt, quíque animũ suum omni turpis facinoris & conuicij macula purgare minimè elaborant. Te ô pietas inuoco, tuũ auxilium in his quæ dicuntur imploro: quæ quidem & legem quandam sacram castámque præscribis, & optatissimam omnium bonorum spẽ (quæ est sanctissimæ immortalitatis magistra, & vera certáque promissio) ostẽtas. Te ô pietas, vnà cũ clemẽtia, adoro. Tibi, pro tuis subsidiis, nos, qui his eguimus, gratias debemus immortales. Temeraria multitudo tui auxilij ignara, propter odium innatum, quo incenditur aduersum te, etiã Deum ipsum detestatur. Omnino enim nec vitæ suæ causam, nec se, nec reliquos impios, ex officio & cultu Deo Opt. Max. debito pendere agnoscit. Totus enim orbis, & omnia quæ eius ambitu continentur, sunt illius possessio.

† Vide annot. pag. 167. lat. 1. lin. 13.

Ad pietatem facta apostrophe ipsam laudat.

† Vide ibidem lin. 17.

Gratias agit Deo, victorias, & prosperã in reliquis rebus Imperatoris fortunã cõmemorãs: inuehénsq; in Maximinũ tũc temporis tyrãnũ qui per persecutionis atrocitatem, maiore gloria pietatem illustrauerat. CAP. XXII.

Fœlices successus suos pietati tribuit imperator.

EGo certè & prosperã meam fortunã, & meas res omnes pietati acceptas refero. Testis est etiã, rerũ omniũ ex animi sentẽtia euentus: testes sunt præclara facinora, testes victoriæ cõtra hostes, & trophæa. Iuxtà mecũ hæc nouit, & cum laude propterea Deũ celebrat illustris & eximia ciuitas Roma. Assẽtitur itẽ popul[9] vrbis mihi claris-

Maximini Tyranni historiam vide in E...

A hi clarissimæ, licet falsa spe deceptus, principẽ se indignũ delegerit: qui quidẽ exẽplò pro sceleribus ab ipso admissis, iustas debitásque pœnas persoluit. Quæ certè cõmemorare nõ est integrum, mihi præsertim, qui apud te (ô pietas) dissero, omníque studio & industria incũbo, quo pacto te verbis castis decorísque affari queã. Dicam tamen fortassis aliquid (ô pietas) quod nec turpitudinis, nec indecori quicquam in se cõplectitur, furore tamen & crudelitate redũdans. Cùm bellũ pestiferũ contra omnes sanctissimas tuas ecclesias à tyrãnis excitaretur, & nonnulli in vrbe Roma se tantis malis & tã insigniter improbis oblectare nõ desisterẽt, cãpúsque esset ad pugnã præstitutus: tu in mediũ progressa, teipsam fide in Deũ roboratã munitámque, aduersariis opposuisti. Mortaliũ verò impietate nobilitatorũ crudelitas velut ignis rapidéque omnia absque intermissione depascens, admirabile gloriæ decus & omnino eximiũ tibi apportauit. Ac propterea ipsos spectatores permagna cœpit admiratio, cũ videre liceret lictores, & eos qui piorũ corpora torquebant, in irrogandis suppliciis fessos languere, grauitérque diuexari, vincula etiã resolui, cruciatus ipsos retũdi, & incẽdiorũ flammas circũiectas restingui: & cõstãtem ac liberã fidei confessionẽ, ne vel ad exiguũ tẽporis spaciũ, à sanctis remitti. Quid ergò, cùm ista moliebaris ô scelestissime, profecisti? Quæ causa, quæso, te ex mẽtis statu deturbauit? Dixeris fortasse, propter deorum honorẽ: at quorũ quæso? aut quam cogitationem dignã diuina natura suscepisti? deósne more tuo iracũdos putabas? Quod si tales fuissent, oportuerat potius eorũ institutũ admirari quàm impudentib. importunísque mãdatis illorũ, qui iustorũ hominũ cædes iniustè fieri suadebãt, morẽ gerere. At dixeris forsitã, te ob maiorũ instituta, hominúmque existimationẽ hæc aggressũ. Assẽtior equidẽ: nã instituta illa & similia sunt illis qui ea sanciuerũt, & vnã eandémque declarãt inscitiã. At forsan singularem quandã vim in statuis ad humanam effigiẽ à fabris & architectis fabricatis inesse cẽsebas: ac propterea istas res accurabas, omni studio adhibito, ne simulachra deorum maximorum, præstantissimorúmque, humana ope & curatione egentium, turpi labe aliquando contaminarentur.

Eusebio lib.8. cap.26. 27. 28.& 9. Item lib.9. cap.1. 2.3.4.5 6.8. 9 & de vita Constant. lib.1. ca.40. 51.52.

Interitus tyrannorũ qui ecclesias persecuti sunt.

In Maximinũ inuehitur.

De institutione vitæ Christianorum: & quòd Deus delectatur iis qui viuendo virtutem exprimunt: quódque iudicium & retributionem expectari oportet. CAP. XXIII.

B AT nostrã religionem, amabo te, cum vestris institutis accuratè cõparando expende. An nõ hîc vera & germana cõcordia? an nõ perpetua benignitas? an nõ errati reprehensio, quæ admonitionem adhibet non ad perniciem, sed ad curationem: non ad crudelitatem, sed ad salutem, syncerámque fidem, primùm erga Deũ, deinde erga hominum, quam natura deuincit, societatem? Huc accedit misericordia in eos, quos aduersus fortunæ casus oppugnauerit: vita simplex syncerá que, nullo versutiæ fuco improbitatem obtegens. Veri etiam Dei, & vnius principatus agnitio, an non hic satis apparet? hæc est vera pietas, hæc integra inuiolatáque omnino religio: hæc vita modesta, quam qui sequuntur, tanquam regiam quandam & frequentatam viam insistentes, ad æternam vitam rectà proficiscuntur.

Collatio Christianismi & Ethnicismi.

Vita morésque Christianorum.

Nemo enim omnino moritur, qui talem instet viuendi viã: sed animũ corporis cõtagione ac sordibus exuens, potius munus obit à Deo sibi impositum, quã mortẽ oppetit. Qui nãque Deũ ingenuè confitetur, non cõtumeliæ, non iracundiæ sponte succũbit: sed generoso animo necessitatem subiẽs, tolerantiæ suæ periclitationẽ habet, tanquã subsidiũ sui ipsius erga Deum amoris & beneuolentiæ. Neque enim dubiũ est id quidẽ, quin Deus hominũ virtutẽ probitatémque lubẽs amplexetur. Etenim videretur planè absurdissimũ, si qui omnib. præstet, princepsque omniũ, atque adeò bonũ ipsum sit, reddere beneficiũ negligeret, cũ homines, quib. non satis suppetãt facultatũ, quique paulò egẽtiores sint, grato & beneuolo animo gratiã referre, beneficiáque cõpẽsare velint: etiãsi illi qui ipsis gratificati sũt, de ea re minimè laborare videãtur. Atque illud quod dixi bonũ, nos per totũ vitæ cursũ comitatur: nobísque tũ præstò est, cũ aliquid boni agimus. Et quãquã Deus nos fortitudinis & propẽsæ volũtatis causa approbãs, extẽplò quidẽ non aliquo compensat beneficio: tamẽ cumulatam illam nostri remunerationem in aliud tempus differt, tunc enim de vniuerso vitæ modo ratio erit inita, subductáq;. Quòd si vitæ modus, rectè se habuerit, æterna vitæ merces consequitur: improbos autẽ, debitum suppliciũ exagitat.

Confessio Dei vera qualis.

Præmia suã quando Deus conferat.

De Decij, Valeriani & Aureliani contra Christianos insultatione, qui se in miserrimum vitæ finem coniecerunt, propter Ecclesiæ persequutionem. A

CAPVT XXIIII.

Decij clades. ABs te iam, † Deci, sciscitari volo, qui aliquando iustorum laborem insectatus es, qui Ecclesiam odio habuisti, qui pœnam piè sanctéque vitam degentibus irrogasti, quid crudelitatis iam post hanc vitam patras? imò verò quibus & quàm acerbis calamitatibus ipse quasi irretitus teneris? Tuam porrò infœlicē & miseram conditionem satis declarauit illud temporis interuallum, tanquam inter vitam & mortem interpositum, cū ipse in agris Scythicis vnà cum omnibus copiis prostratus, Imperiū Romanum omnium ore celebratum Getis ludibrio & despectui obiecisti. Quin tu Valeriane, eandē crudelitatem in Dei famulos ostendens, iustum sanctúmque Dei iudicium quasi ante oculos omnium statuisti: dum captiuus prehensus eras, & vinctus ducebaris, purpura & reliquo apparatu regio indutus. tādem à Sapore rege Persarum iussus excoriari, saléque conditus, sempiternum tui infortunij trophæum ante omnium oculos statuisti. Tu etiam Aureliane, omnium scelerum incendium, cùm in Thraciam quasi aperto marte & insanæ mentis impetu ferebaris, in media via cæsus, orbitas in via impressas impio cruore compleuisti.

Vide de his Euseb. supra li. 6. ca. 32. l. 7. 9. 10. 23. 24. † Vide an. not. pag. 167. lat. 1. lin. 35.

Valeriani interitus.

Aureliani cædes.

De Diocletiano, cuius regia, postquam Imperium cū dedecore deposuisset, propter Ecclesiæ diuexationem, ab ictu fulminis conflagrauit. CAP. XXV.

Diocletiani meritum infortunium. DIocletianus quoque, cùm post cruentam cædem in persecutione factam, ipse contra se quodammodo † propter vitium amentiæ & delirationis, suffragium tulisset, se vnius abiectæ & humilis mansionis munitioni ac præsidio concredens, pœnas dedit. Quid ergo huic profuit, bellum contra Deum nostrum cōcitasse? Vt certè, mea quidem sententia, reliquam vitæ partem miserè transigeret, dum sibi semper metueret malè, ne fulminis ictu consideret. Ista loquitur Nicomedia: non tacent etiam qui eadem oculis viderunt: ex quorum numero ipse equidem sum, Palatium eius & domus sanè, fulmine eam depascente, facéque cœlesti exedente vastata fuit. Quas res ita euenturas, sapientes planè prædixerant: neque enim siluerunt, neque mœrorem pro sceleribus tam iniquè contra Christianos admissis, susceptum simulatione occultarunt: sed perspicuè ac palàm ipsi inter se liberè de iisdem disseruerunt. Quis talis furor, quæ planè principatus insolentia, vt homines cum sint, audeant tamen Deum bello lacessere, inque religionem sanctissimam iustissimámque vesano animo insultare, & tam infinitæ populi hominumque iustorum multitudini, nulla causa antecedente, exitium moliri? O præclarum modestię, qua omnes subiecti erudiantur, præceptorē: ô magistrum prouidentiæ, quam exercitus erga ciues suos habere debeat: pectora tribulium suorum vulnerarūt hi, qui ne terga quidem hostium vnquam in acie aspexissent. Ad extremū igitur impiorum facinorum scelus, non tamen absque damno publico, diuina vlta est prouidētia. Tot planè factæ sunt cædes, quot quidem si in Barbaros factæ fuissent, satis multæ ad æternā pacē constituendam videri potuissent. Totus Imperatoris, quem suprà dixi, exercitus cū ditioni cuiusdam ignobilis & abiecti hominis, imperiū Romanū vi rapientis subiectus esset, multis & variis præliis cuiusque generis, diuina prouidentia vrbē præclarissimam in libertatē vindicante, penitùs dissipatus & exhaustus est. Atqui voces oppressorum, & libertatē naturaliter insitam appetentium quinetiam laudes in gratiis Deo pro libertate & cōmunione vitæ, coniūcta cū iustitia, illis reddita agendis, quid est cur nō omnibus modis Dei prouidentiā & singularem eius erga homines amorem insigniter ob oculos omnium ponant? B

† Vide an. not. pag. 168. lat. 1. lin. 5.

Palatium Diocletiani fulmine tactū.

Quòd Imperatori pietatis causa Deus fuerit: quódque, vt rectè res administremus, ad eum confugere oportet eásque ipsi acceptas ferre: quicquid autē peccatum fuerit, id omne nostræ cessationi imputare. CAP. XXVI.

Dei & hominum munus proprium quodnam. QVādo autē meam administrationem, quæ diuino afflatu sumpsit initium laudant, an nō Deū meorum rectè præclaréque factorum authorem confirmāt? Maximè certè. Est enim propriū Dei munus, obire quæ optima sunt: hominū autē, Deo

A Deo obtemperare. Est prætereà, credo, ministerium pulcherrimum præstātissimūque, vt quis antequam res aggrediatur, ita se præparet, vti res agendas possit cum securitate trāsigere. Ac nemini porrò obscurum est, sanctissimum manuum ad cœlos sublatarum cultum cum fide pura & syncera coniunctum, Deo deberi, & precib. obseruationibúsque, quæ manibus eleuatis fiunt, omnia quę ad hominum cōmoda efficiuntur, rectè geri: tantúmque emolumentum inde & ad priuatum & ad communem vsum apportari, quantum quisque sibi suísque charissimis optauerit.

Precum piarum vis.

Iacob. 1. Pugnas viderunt Gentiles, bellum conspicati sunt, prouidentia Dei victoriam populo suo largiente: animaduerterunt etiam, Deum precationum nostrarū virtute, nobis opem tulisse. Est enim iusta precatio, res planè inexpugnabilis: ac nemo sanctè religioséque precatur, qui non id quod est in optatis, assequatur. Nec mundus aliquando repulsam fert, nisi solum cū fidei vacillet cōstātia. Deus enim hominum probitatem amplectens, semper illi præstò largitur misericordiam. Humanū videtur aliquando errare: at in humanis errorib. Deus est omnino expers culpæ. Quare par est, omnes qui pietatem sectamur, nostræ ipsorum saluti, & rerum publicarū prosperitatis causa, Seruatori gratias agere, & Christū sanctis precib. atque orationibus crebris nobis placatum efficere, vt beneficia eius in nos conferre nō desinat. Iste enim est iustorum defensor inuictus, iste propugnator fortissimus: iste opt. iudex: iste denique immortalitatis dux, & vitæ æternæ largitor.

Errores hominib. non Deo tribuendi.

FINIS. *Sit Deo gloria.*

PRÆFATIO IN ORATIONEM DE LAVDIBVS CONSTANTINI MAGNI.

Causa mihi in hunc locum veniendi, amici & sacerdotes Dei, non fuit illa quidem, vt fabularum commentis, aut sermonis elegantia ad auras capiendas conquisita, tanquam suaui Syrenum cantu vestros animos permulcerē: aut vt aureis poculis, vti poëticè loquar, id est, nitidis orationis flosculis concinna verborū structura collustratis, voluptatis lenocinia his qui eiusmodi rebus oblectātur, proponerem: sed partim, vti vos qui sapientum cōsilio inducti, sancti Dei verbi B ministri estis, commonefacerem in concionando, vt tum à tritis illis rhetorum viis deflectatis, declinetísque: tum sedulò caueatis, ne vestrum sermonem ad imperitæ multitudinis accommodetis arbitrium: partim, vt nouo orationis genere apud vos Imperatoris laudes percelebrarem. Et quanquam infiniti ferè alij idem ipsum iter ad eius virtutes prædicandas mecum ire contendunt: ego tamē hominum vestigia vitans, viam inusitatam ac minimè tritam insistam, quam quidem illotis pedibus ingredi nefas est: vt alij populare dicendi genus, & puerilibus argutiis confertum consectantes, lepidámque orationis amplectentes cōcinnitatem, mortalium aures narrationibus de rebus mortalibus & caducis institutis deliniāt, primásque deferāt voluptati: ipsius tamen sapientiæ quæ per omnia manat ac funditur, professores, vtpote diuinarum humanarúmque rerum scientiam consecuti, quoniam rei præstātioris delectum in boni loco numerant, idcircò diuinas Imperatoris virtutes, & pia eius in Deum officia, longè illis quæ erga homines præstitit, anteponunt, résque eas quæ secundas obtinent in bonis, secundæ classis rhetoribus prædicandi faciunt potestatem. Itaque cum sapientia quæ in Imperatoris animo insita est, in rerum tā diuinarum quàm humanarum cognitione cernatur, atque illæ videantur ad Deum, hæ autem ad homines spectare: hi qui extra Sacrarum literarum quasi ambitus cōsistunt, rerum humanarum ad Imperatoris laudes pertinentium prædicationē, modò sint ad illud munus idonei, sibi tractandam sumant: quæ quanquam & splendoris excellentiæque plurimum, & fructus vtilitatísque non minus (omnia enim quæ in Imperatore cernuntur, sunt planè eximia) in se complectuntur: tamen diuinis illis virtutibus, quibus mens eius imbuta est, sunt longè inferiores. Qui autem in sacrosanctos diuini eloquij cancellos intrarint, eiusdémque adyta fuerint & inaccessa penetralia ingressi, hi quasi portas illius profanis auribus occludentes, arcanas Imperatoris initiationes istarum rerū duntaxat professoribus explicare aggrediantur. Qui porrò aures pietatis riuulis perpurgatas, & intelligentiam aëriis (vt ita di-

Hæc quæ sequitur oratio neque Græcè hactenus neque Latinè edita est.

Videtur rhetores intelligere, qui in studio selū humanitatis versantur.

Ministros verbi & sacræ Scripturæ professores intelligit.

cã) ipsius animi alis habent in sublimi defixam, in laudibus summi omniũ regis & A moderatoris celebrandis insistant, tacitique diuina mysteria obeant. Nos verò ex vatum oraculis, quæ diuini Spiritus sancti luminis edita sunt, nõ autem ex illis quæ à diuinatione, ne dicam dementi insania, profecta sunt, perfectorum mysteriorum, quæ traduntur de ipso cœlesti regno, de Imperatore omnium summo, de diuino satellitum agmine, quo summus ille imperator stipatus est, de vero & perfecto, déque falso & specie solum adumbrato imperandi modo qui in terris existit, denique de his quæ vtrúnque ordinem consequuntur, explicationem depromamus. Hæc igitur ad istarum rerum decus illustrandum piè sanctéque præfati, deinceps ad diuina mysteria explicanda aggrediamur.

EVSEBII PAMPHILI
DE LAVDIBVS CONSTANTINI IMPERATORIS ORATIO, QVAM AD TRIGESIMVM annum Imperij eiusdem Constantini habuit:

Ad hanc orationem refer eosdem authores istos quos adnotauimus supra ad Eusebij lib. 7. 8. 9. & 10.

Captat beneuolentiam. à loco. à persona sua. à persona Imperatoris. Personam Imperatoris honesta diuinæ Maiestatis amphibologia conditam amplificat per collationem.

ES T quidem hic conuentus ad præpotentem Imperatorẽ laudibus ornandum celebratus, in quo nos, qui Imperatoris illis ministri sumus, Sacrarum literarum disciplinis diuinitùs afflati, gaudio & lætitia exultemus. Atque ab illo ipso magno & præpotenti Imperatore nostri festi ducamus exordium. Magnum illum equidẽ Imperatorem voco, qui reuera magnus est, eúmque intelligo (mihi ista dicenti, Imperator, qui præstò adest, minimè (certò scio) vertet vitio, imò verò etiam sermonem de Deo institutum collaudabit plurimũ) eum, inquã intelligo, qui vniuersitati præest, qui omnium summus est, qui celsissimus est, qui longè maximus est: cuius Imperij sedes sunt cœlestes globi, & terra scabellum pedum eius: quem nemo plenè cogitatione propterea complecti poterit, quòd lumen inexplicabili radiorum splendore, ei circũfusum, quémq; aciem mentis intendentem ab eius diuinitatis contemplatione depellit. Hunc cœlestes exercitus circũdãt: hunc stipãt supremæ potestates, hunc moderatorem Dominũ & Imperatorẽ agnoscũt, Quinetiam angelorum infinitæ multitudines, turbæ archangelorum & sanctorum spirituum chori, ex illius charitatis radiis tãquã ex perẽnibus luminis fontibus splẽdorem haurientes, collustrantur. Etiã luminaria omnia, quæ corporea sunt, diuina præterea & sacra luminarium corpore vacantiũ genera, quæ locũ supra cœli verticem situm obtinẽt, magnum hunc Imperatorẽ eximiis & diuinis hymnis extollũt. Istum immẽsum cœlum, tanquam aulæum ambit cœruleũ, eósque qui sunt extrà, ab interiore illius palatio secludit. Circa hoc tãquã in palatij vestibulis faces gestãtia, voluuntur sol, luna, & cætera luminaria cœlestia, quæ vniuersitatis moderatori honorẽ impertiũt: ipsiúsque nutu & præcepto, rebus, quæ locũ tenebricosum occupant, extra cœlum collocatũ, assiduam lucem porrigunt. Istum magnũ nostrũ Imperatorem, Christúmq;, & ipsum etiam victoriis inclytum Imperatorem nostrum, laudibus efferre cùm constituã, videor mihi eum prędicando præclarè admodũ facere: quippe cùm illũ solum authorẽ esse Imperij, cui nos subiecti sumus, exploratè cognitum & perspectum habeã. Istũ quoque pij Cæsares, Imperatoris filij, fontẽ omniũ bonorũ (hoc námque à patre didicerũt) ingenuè agnoscunt. Istum frequentes exercituũ turbæ, ingentes populorum multitudines, in singulis regionibus vrbibúsque, prouinciarúmque etiã præsides cõuentus celebrantes, sanctè venerãtur, ad eam

Huius orationis suæ mentionem facit ipse Eusebius de vita Cõstantini lib. 1. ca. 1. & li. 4. cap. 47. B

A eam rem à præclaro Reipub. conseruatore & magno Constantino perdocti. Porrò autem vniuersum simul hominum genus, gẽtes cuiusque generis, tribus & linguæ, licet de aliis rebus in varias & discrepantes sententias distrahantur, in huius tamen laudis confessione vno ore tum communiter, tum singulatim consentiunt: huncq; vnum & solum cogitationibus naturaliter insitis, & notionibus quibusdam, quas sua sponte hauserint, didicerintque impulsi, gloria & prædicatione extollũt. Quid? an non hunc tota terræ moles dominum confitetur, germinibúsque & animalibus ex se editis obedientiam, quam ei ad maximam rerum in ipsa procreatarum commoditatem præstare debet, perspicuè declarat? Hunc rapidi fluminum decursus inundantes torrentibus, hunc fontium perennium riuuli ex infinitis iugibúsque abyssis emanantes, diuinæ & admirabilis fabricæ authorem profitentur. Hunc profundi maris gurgites immensa altitudine conclusi, abruptique fluctus in sublime elati, nutúque legis colligati diuinæ, qui cùm ad ipsa littora conuoluuntur, terræ velut formidinem incutiunt, magnoperè exhorrescunt. Quinetiam modificata hybernorum imbrium fluenta, sonori tonitruum fragores, ardentes fulminum coruscationes, volubiles item ventorum impetus, vagi per aërem nubium gressus, hunc illis qui eum ipsum aspicere non possunt, quodammodo contemplandum proponunt. Sol præterea, cuius luce complentur vniuersa, quíque diuturna seculorũ spacia dimetitur, hunc solum dominum nouit, eiúsque voluntati inseruiens, nunquam extra cursus sui terminos vestigium flectere audet. Luna quoque, cuius lumen multò obscurius est quam solis, quæque temporum conuersionibus crescit, decrescitque, diuinis legibus morem gerit. Adde his ornatum cœli cursibus astrorũ illuminatum, ordinéque & cõcentu progredientem, suósque obeuntem circulos, qui etiã quasi voce emissa Deum lucis cuiusque modi largitorem prædicat. Itémq; omnia cœlestia luminaria, quæ eius nutu & voluntate vnum gignunt concentum, diurnorumque seculorum conuersionibus perlongum cursum conficiunt, & in stadiis ætheriis obeunt certamina, noctium etiam & dierum vicissitudines, temporúmque anniuersariorum mutationes, denique numerosi concentus & ordines vniuersi, variam eius & multiplicem sapientiam celebrant. Illi porrò potestates ab oculis seclu- B sæ, pérque liberam & patentem aëris planiciem peruolitãtes, debitam & decoram tribuunt venerationem. Illum igitur magnum Imperatorem mundus pariter vniuersis laudibus exornat: illum cœli sublimes, excelsíque cœlestium globorum chori honorant, illum collaudant exercitus angelorum arcano hymnorum concentu. Spiritus ex diuino eius lumine sati, illum genitorem suum diuinis præconiis efferunt. Illum secula infinita, quæ hoc cœlum, húncque mundum sunt antegressa, aliáque interminata secula, perenni istorum seculorum seriè continuata, quæ antè rerum sub aspectum cadentium ortum extiterunt, solum ac præpotentem moderatorem & dominum agnoscunt. Illum etiam ipse æternus vnigenitus eius sermo, qui in omnibus ante omnes, & post omnes existit, magnus magni Dei pontifex, omni tempore, omnibúsque seculis antiquior, dignitatis paternæ particeps, primus ac solus pro omnium salute placauit. Qui tum primo honore in imperio huius vniuersitatis, tum æquali cum patre in regno paterno dignatus est. Nam ille lux est supra hanc rerum vniuersarum compagem sita, quæ & circa patrem meat, eiúsque speciem principio & ortu carentem à rerum mortalium essentia diuidit, discluditque: & cœlitùs etiam ex diuinitate illa, quæ tum finis tum initij expers est, emanãs, extrà profundit sese, atque locum supra positum, aliáque omnia, quæ cœli complexus continet, multò excellentiore claritate, quàm quæ à sole porrigitur, collustrat. Ille Dei sermo hunc mundum suo nutu regit vniuersum: ille super omnes res, & per omnes, & in omnibus, siue oculis cernuntur illæ quidem, siue aspectum fugiunt, incedit. A quo, & per quem, hic noster Deo charus Imperator, cœlestis imperij effigiem gerens, ad similitudinem Dei Opt. Max. omnium regionum in terra sitarum clauum tenet, easque gubernat. Ille vnigenitus Dei sermo, à sempiternis seculis ad secula infinita interminatáque regni cum patre particeps est: hic noster perpetua amicitia illi coniunctus, imperij gubernaculis cœlitùs demissis donatus, diuináque confirmatus appellatione, multis annorum curriculis orbi terrarum præfuit. quinetiam ille huius vniuersitatis conseruator totum cœlum, mundumq;

Ad Dei laudes omnes creaturæ intenta.

Alterũ membrum collationis quo fit Cõstantini Imp. ad Imperatorem Deum collatio.

regnúmque cœleste, vt sit conueniens & decorum patri suo efficit: hic eius amicus, A quotquot ex terræ incolis ipsius subiicitur imperio, ad vnigenitum Dei sermonem & Seruatorem nostrum agnoscẽdum adducit, ad regnúmque illius reddit idoneos. Ille communis omnium rerum propugnator, potestates rebelles, quotquot altius à terra per aërem oberrãtes hominum animos vitiorum laqueis aliquãdo solent irretire, diuina quadam virtute, quæ oculorum consensu percipi non potest, veluti feras agrestes à suo grege, instar boni pastoris longissimè fugat: hic cum illo necessitudine iunctus, cœlesti illius ope trophæis contra hostes statutis nobilitatus, apertos veritatis inimicos belli iure subigit, eósque ad sanam mentem deducit. Ille sempiternus Dei sermo, & patronus omnium, semina salutaria, rationísq; participia eius fidei initiatis suppeditans, eos & sapientia cœlesti & regni paterni scientia imbuit: hic eius necessarius, tanquam Dei verbi vates, vniuersum hominum genus ad Dei cognitionem vocat, eam omnium inculcat auribus claráque voce cunctis terræ incolis synceræ religionis veritatísque leges palàm prædicat. Ille omnium defensor, cœlestes regni paterni portas his, qui hinc in illum locum demigrant, patefacit: hic ardenti erga Deum amore accensus, omnibus impij erroris sordibus ex hoc terrestri regno perpurgatis, sanctorũ piorúmque virorum choros in suum palatium accersit: vniuersam hominum frequentiam à se gubernatorũ incolumen seruare studiosè laborat: hunc conuentũ hic solus ex omnibus, qui imperio Romano aliquando præfuerint, à Deo summo omnium Imperatore ad triginta iam annorũ spacium honore decoratus, non inferis manibus (veterum more) neque spectris dæmonum, homines in fraudem inducentium, neque falsis diis aut simulachris in locis excelsis collocatis, quæ homines colebant impij, celebrat: sed vt ei, qui eum ad hunc honorem extulerit, quemque authorem agnoscat bonorum ipsi suppeditatorum, gratias agat: neque tamen exemplo veterum regiam suam sanguine polluit & cruore, neq; fumo, igni, aut hostiis animalium flãmis penitùs absumptorum, dæmones inferos placat, sed ipsi huius vniuersitatis moderatori gratam acceptámque victimã, suum ipsius videlicet regium animum, & mentem sanctissimam consecrat. Nam illa sola victima Deo chara iucundáque est, quam noster hic Imp. synceris interioris mẽtis cogitationibus, ignis sanguinisque expertibus, immolare didicerit: hoc est, vt veris B opinionibus in animo insitis veram religionem propugnet, eximia prædicatione Dei gloriam illustret, regiis officiis Dei imitetur benignitatem, seque totum ei adiiciat: & seipsum primitias mundi, cuius imperium ipsi cõcreditum est, tanquam amplum quoddam munus offerat. Hoc igitur sacrificium omnium præstantissimũ offert Imperator: & tanquam bonus pastor, non celebres illas victimas ex agnis primogenitis confectas immolat, sed animas gregis rationis compotis, quem ipse pascit, ad Dei cognitionem verúmque eius cultum ducit. Deus tali oblectatus hostia, & munus lubens amplexus, & sacerdotem tam venerãdi támque illustris sacrificij largitorem honore prosecutus, diuturna imperij ei concessit curricula: & quo eius sanctimoniam remuneraretur, pluribus amplioribúsque beneficiis illum affecit, deditque potestatem varia festa celebrãdi cum prospero & fœlici monarchiæ suæ successu. In singulis festis & conuentibus ad decimum quémque annum vertẽtem celebratis, vnus ex filiis illius ad sedem imperij participãdam à Deo designatus est, & velut plantæ florenti virentique temporũ incrementa donata. Itáque filius eius natu maximus, qui patris nomine est appellatus, primò regni decennio confecto, socius Imperij cum patre renunciatus est. Qui autem ei proximè accedebat ætate, anno vigesimo imperij ad eundem honoris gradum sublatus. Tertius deinceps hoc trigesimo anno, quo iam festum celebratur, eadem dignitate potitur. Nunc verò si imperium eius ad annum quadragesimum propagetur, vt Dei nutu temporis spatium crescit, sic numerosa sobole imperium erit amplificatum: Cæsarúmque declaratione, prophetarum vaticinationes expletæ, quæ & iam pridem, & olim sic palàm prædicabant: Et suscipient regnum sancti Dei altissimi. Ad hunc modum igitur & temporũ & liberorum incrementa, Deus summus omnium imperator huic nostro sanctissimo Imperatori est largitus: statúmque eius imperij, cui gentes totius orbis terrarum obsequuntur, perinde prosperum & florentem reddidit, ac si modò florere inciperet. Quinetiam hunc conuentum eius causa curauit celebrandum, eúmque

Victima Deo gratissima quæ.

Constantini filij tres in Imperio successores.

Vide supra de vita Cõstantini, lib. 4. cap. 40. Vide Nicephor. lib. 8. cap. 54.

A cúmque victorem hostium & inimicorum omnium effecit: denique illum vtpote egregium veræ pietatis exemplar, cunctis terræ incolis proposuit ad imitandum. Hic claro Cæsarum filiorum suorum fulgore, velut radiis quibusdam ex se longissimè profusis, non aliter atque lumen solis suo splendore solet, homines ingenti locorũ interuallo disiunctos illustrat. Itaque & nobis, qui Orientem accolimus, suam ipsius præsentiam non sine maximo omnium commodo largitus est, & alteri hominum generi versus Occidentem vnum ex filiis præfecit, & alios duos in aliis locis, tanquam faces ac luminaria ex sua ipsius claritate diffusa collocauit. Porrò autem Imperij quadrifariam dispertiti iugum, quasi quatuor equis, id est, sibi & tribus filiis Cæsaribus fortissimis imponens, ipse eos diuini animorum consensus & concordiæ frænis colligatos, cœlitùs moderatur: pariterque vniuersum terræ orbem, quem sol videt, peragrat, & omnibus hominibus tanquam præstò adest, atque adeò res cũctas quodammodo oculis lustrat. Quinetiam cœlestis imperij gerit effigiem oculósque in sublime tollens, homines in hoc inferiore imperio ad exemplar primariæ illius imperij formæ gubernat, monarchiæque principatum imitatione & exemplo cœlestis confirmat imperij. Istam enim imperij formam lex, quæ rex omnium est, humano generi orbem terræ incolenti tribuit: quippe hæc regiæ potestatis compos lex, vnum omnibus præscribit imperium. Atque monarchia certè omnes alias rerumpub. species, & administrationis modos longè superat. nam multiplex imperium, quod ex hominibus honore & sensu paribus cõstat, quódque cum monarchia ex aduerso pugnat, confusionis ac seditionis potius quã imperij nomen meretur. Quapropter vt vnus Deus est, non duo, non tres, neque præterea plures (nam deorũ introducere multitudinem, est reuera Deum tollere) sic vnus omnium rex & Imperator, vnum illius verbum, & regia lex vna, quæ non verbis exprimitur & syllabis, neque qualis in picturis & columellis descripta, temporis longinquitate consumitur, sed viuit & viget perpetuò, vtpotè quæ nihil aliud sit quàm Dei sermo, omnibus hominibus qui & ipsi parent, & post eum nati sunt, patris regnum præparans. Hunc copiæ cælestes, infinitáque millia angelorum, Dei inseruientium voluntati, & diuini exercitus multitudine infiniti cingunt, Quinetiam hic regius Dei sermo omnibus spiritibus, quiabditè intra cæli ambitum de-

Monarchiæ commendatio

Legis viuida virtus.

B litescentes, totius mundi gubernationi subseruiunt, velut quidam summi Imperatoris præfectus, præest. Hunc summum ducem, pontificem magnum, patris prophetam, magni consilij angelum, lucis paternæ splendorem, filium vnigenitum, aliísque infinitis huius generis nominibus expressæ theologorum voces appellant. Quem quidem, vtpotè vnum Dei sermonem, legem sapientiam, omnísque boni plenitudinem pater constituens, velut donum salutare omnibusqui ipsius obsequuntur imperio, elargitus est. Hic etiam res tranat vniuersas, vbique incedit, patris munera erogat, affatim in omnes exemplar regij dominatus hominibus in terris habitantibus porrigit, animúmque humanum ad ipsius imaginem factum diuinis exornat facultatibus. Hinc aliarum virtutum quasi communio influit in animum, & ex eius diuinitatis fonte manat. Nam solus ille sapiens, solus Deus, solus essentia bonus, solus deniq; robore valens: iusticiæ item procreator, parens rationis & sapientiæ, fons lucis & vitæ, veritatis & virtutis quasi promus & condus, veri imperij, omnis principatus ac potestatis moderator. At vnde ista hominibus cognita? quibus auribus mortaliũ hæc suppeditauit? Quis lingua carnea, ea quæ sunt carnis corporisque expertia, exprimere potest? Quis regem ab oculorum aspectu seclusum considerans, istas in eo facultates & virtutes inesse animaduertit? Nam sensibus quidem tum elementa eisdem cognata vnde corpus constat, tum res aliæ ex illis concretæ, percipiuntur. At nemo hactenus est aliquando gloriatus, se vniuersitatis regnum, quod aspectum hominum fugit, oculis corporeis cõspicatum esse. Neque profectò natura mortalis, sapientiæ pulchritudinem comprehendere valet. Quis sensibus corporeis iustitiæ quasi vultum aspexit? Vnde notio imperij verè legitimi, potestatísque planè regiæ hominibus succurrit? Vnde principatus qui suopte nutu regit omnia, ei qui est carne & sanguine circũdatus, cognosci poterat? Quis species illas abstrusas figuráque carentes, quis essentiam corporis & figuræ expertem, hominibus in terris prædicasset, si nõ vnus fuisset istarum interpres Dei sermo, qui per

Christi nomina.

Theologi hoc loco, pro prophetis, Euangelistis, & Apostolis, qui scripturas Sacras nobis reliquerunt, capiendi sunt.

res permeat vniuersas, quíque essentiæ, quæ ratione solum & intelligentia ab hominibus compreheditur, parens & procurator est? Qui solus cum diuina patris essentia cohærens, suorum quasi liberorum animos diuinitatis paternæ fluentis rigat. Ex hoc fonte prudentes cogitationes, quæ sunt naturaliter in nostris mentibus insitæ, ad omnes homines, tam Græcos quàm Barbaros permanarunt. Hinc rationis & sapientiæ notiones: hinc prudētiæ & iustitiæ semina: hinc artium præceptiones: hinc virtutis cognitio, gratúmque & iucundum nomen sapientiæ: hinc venerandus philosophiæ amor: hinc ipsius Dei visio, & vita præclarè ad pietatem instituta: hinc omnis boni & honesti notitia: hinc humani regni firmitas & imperium omnium orbem terræ incolentiū inexpugnabile. Hic porrò Dei sermo, qui est animantium rationis participium parēs, effigiem ad imaginem & similitudinem Dei hominis impressit in animo: hócque animal verè regium, solum eorum, quæ in terris gignuntur, ad imperandum & parendum aptum effecit. Cui etiam scientiam ingenerauit futura præmeditandi: hincq; de spe regni cœlestis, quæ nobis ostentata est, præiudicādi: propter quam ille ipse, qui nostri omnium filiorum suorum pater est, in mundum ingredi, & cum mortalibus in congressum & colloquium venire est minimè grauatus. Qui & semina in animos nostros sparsa, instar agricolę colere, & dona nobis cœlitus demissa renouare, & omnibus cœlestis regni participationem annūciare non dedignatus est. Quinetiam omnes vocauit, imò verò sedulò hortatus est, vt ad iter cœleste suscipiendum essent instructi, stolámque dignam sua vocatione præpararent. Porrò autem facultate quadam inexplicabili mūdum vniuersum, quem sol lustrat, sua doctrina compleuit: hácque adumbrata regni terrestris specie, regni cœlestis expressit effigiem, ad quod vniuersum hominum genus vti studiosè cōtendat, impellit, præclarámque illius consequendi spem eorū animis iniicit. Cuius quidem noster hic Deo charus Imperator, etiam iam in hac vita fit particeps, tum quòd virtutibus à Deo in eius animo insitis ornatus sit, tum quòd inde diuinæ facultates in eius mentem delapsæ. Etenim Dei sermonis beneficio, qui per omnes res pertinet, disertus & prudens factus est, & diuinæ sapientiæ cōmunione sapiens: bonus etiam bonitatem participando, iustitiam acquirendo iustus: temperans, speciem induendo temperantiæ: denique cœleste robur assequēdo fortis. Quinetiam hic verè Imperator appellari poterit, qui animo suo, propter Imperatoris virtutes in illo insitas, supremi illius Imperij exemplar repręsentat: qui autem ab his penitùs relegatus sit, quíque summum totius vniuersitatis Imperatorem denegarit, neque cœlestem animorum agnouerit procreatorem, & parentem, neque debitum decus illi tribuerit, sed turpitudinis labe animum deformarit, regiam mansuetudinē cum immanis & agrestis beluæ furore, liberalem & honestam animi affectionem cum lethifero vitiositatis veneno, cum stultitia prudentiam, cum ratione & sapientia temeritatem, rem omnium planè maximè deformem commutarit, ex qua tanquam ex amara stirpe, germina perniciosa ac pestifera nascuntur, vita in omnem intemperantiam effusa, auaritia, cædes, bellum cum Deo, denique impietas: qui, inquam, his se totū dediderit, etiamsi violētia tyrannica imperium occupet, nunquam verè Imperator dici nuncupariq; poterit. Qui enim monarchiæ effigiem gerere potest ille, qui infinitas dæmonū imagines adumbratas, eas quidē in animo impressas habeat? Quemadmodum princeps vocari, & rerū summa potiri ille quidē, qui infinitos dominos eosq; valdè acerbos suis ipsius ceruicib. imposuerit? Nam seruus est obscœnæ voluptatis, seruus intēperantis & insanæ libidinis cum mulieribus explēdæ: seruus pecuniæ iniustè partę: seruus excādescētiæ & iræ: seruus timoris & formidinis: seruus dęmonū cruentorum: seruus deniq; spirituū animū corrumpentiū. Quapropter solus hic noster Cōstantinus, ipsius veritatis testimonio Imperator prædicetur, qui quidē cum DEO summo omniū Imperatore amoris vinculis iunctus est: qui solus liber est: imò verò etiam, qui verè dominus est: qui nec pecuniarum, nec mulierum cupiditate vincitur, sed voluptatū etiam, quę sunt secundū naturam victor est. Qui excandescentiā & iram expugnat, non autē ab illis expugnatur: hic reuera Imperator est, cuius res gestæ nomini, quo nūcupatur, respondent. Hic planè victor, qui victoriā à perturbationibus mortaliū genus deuincētibus reportat. Hic etiam Imperator, qui ad primariā illam magni Imperatoris speciē quodammodo figuratus est, & virtutū splendore

Dei similitudo in homine.

Christi doctrina regni cœlestis effigies.

Imperator quis verè appellandus.

Princeps aut seruus quis.

Constantinus verè Imperator dicendus. Imperator verè quis.

Victor.

A ſplendore ex ea profuſo in mente, velut in ſpeculo, formam illius expreſſam habet, eiſdémq; cumulatè exornatus, temperās, bonus, iuſtus, fortis, pius, Deo charus efficitur. Hic reipſa Imperator, & ſolus philoſophus, qui ſeipſum noſcit, qui cuiuſque boni adiumenta extrinſecus, imò verò è cœlo ipſo in animum infuſa pro certo perſuaſum habet, qui venerādum regij principatus nomen eximio veſtitus ornatu circumiecto inſigniter illuſtrat, qui deniq; ſolus regia purpura ipſius dignitati accommodata optimo iure induitur. Hic certè Imperator, qui noctes diéſq; cœleſtem patrem inuocat, qui precibus eius opem implorat, qui ardenti regni cœlorum deſiderio incenditur. Nam cum res huius mundi, vtpote mortales, fragiles, & inſtar fluminis delabentes, recidentéſque in nihilum, indignas eſſe ſummo omniū Imperatore Deo intelligat: regni Dei, quod neq; habet interitū, neq; temporis diuturnitate tabeſcit, mira cupiditate inflammatur: & prudenti admodum cogitatione conſilioq; inductus, illud ſolum aſſequi exoptat, mentemq; in ſublimi ſupra illum eximiū cœli globum defixam habet, atque adeò perpetuò luminum ibi ſplendeſcentium deſiderio eius pectus exardeſcit: cum quibus ſi quæ in hac vita eximia videantur, & illuſtria, compararentur, nihil à tenebris differre exiſtimat. nam hunc humanum principatum, qui propter mortalem & caducam huius vitæ rationem ad breue & exiguum tempus durat, conſiderans, caprariorum, paſtorum ac bubulcorum imperio non multo præſtantiorem eſſe, imò verò multo plus laboris & moleſtiarum habere arbitratur. Populi acclamationes, & voces aſſentatorum (quæ ad inanem vulgi oblectationem potiùs, quàm ad morum grauitatem, & ingenuā animi diſciplinam fundi ſolent) quinetiam turbam ſubiectorum ſe ſtipantem, infinitas copias armatorum tam peditum quàm equitum, deniq; ſeruilem & dicto audientem multitudinem cum videt, nō admiratur, non magni æſtimat, neque adeò iſtorum ſe inſolenter effert imperio: ſed ad ſuam ipſius mentem ſe conuertens, in ſeipſo communem omnium naturam contemplatur. Veſtem præterea auro intertextam, variiſque floribus depictam, purpuram quoque imperatoriam cum ipſo diademate, habet pro ridiculis. Et quanquam vulgus hominum iſtas res admirari, & inſtar infantium puerorum earum viſu velut larua quadam obſtupeſcere animaduertit: illi tamen nihil tale accidit, ſed quia Deum verè cognoſcit, ob eam cauſam ornatum Imperatori

Philoſophus.

Principatus mundani moleſtia, & apparatus vanitas.

B conſentaneum animo ſuo, veſtitus loco, circundat, temperantia, iuſtitia, pietate, & cæteris virtutibus illuſtratum. Porrò autem pecuniam, aurum dico & argentum, quæ vulgò maximè expetuntur, genera lapidum, quæ ſunt in admiratione, qualia ſunt natura, talia etiam ea eſſe conſiderat: hoc eſt, materiam planè inutilem. quippe, quæ nihil ad malorum curationem adferat adiumenti. Ecquid enim iſta vel ad morbos ſanandos, vel ad deuitandam mortem habent momēti? At licet eadē ita ſe habere accuratè intelligat: illis tamen, quò ſubiecti ſui eū reuerentes, melius in officio contineantur, moderata ratione vtitur: eóſq; deridet, qui propter inſcitiā ea ipſa ſuſcipiunt ac venerātur. Accedit his, quòd crapula, ebrietate, ſuperuacaneíſq; ciborum condimētis, vtpotè hominū abdomini deditorum propriis, ſe abſtinet: quippe qui aliis, non ſibi eas res conuenire exiſtimet. Nam exploratum habet eiuſmodi res & corpori nocere plurimùm, & animi intelligentiam obſcurare, obruere ꝗue. His igitur de cauſis Imperator noſter diuinis pręceptis inſtitutus, & ad res pręclaras animum applicās, cupiditate ducitur earum rerū, quæ ſunt huius vitæ commodis longè anteponendæ: patremq; cœleſtē aſſiduè inuocat, eius regni flagrat deſiderio, omnia vitæ officia piè religioſeq; obit: & illis, qui ipſius parēt imperio, tanquā ab egregio præceptore eruditis, diuinam ſummi Imperatoris Dei cognitionem proponit. Itaque Deus ei, anno hoc Imperij trigeſimo, eximios honores diuturnis iam temporum conuerſionibus perfectos, expletóſque, tanquam authoramenta futuræ remunerationis, velut ſtipulatione facta tribuit: atque decennij ſpatio iam tertio vertēte, vniuerſum hominum genus ad feſta popularia, imò verò inſignia, ad eius gloriam illuſtrandam celebrandam impellit. Nec certè à ratione alienum eſt, vt cœlitum chori naturæ legibus impulſi, cum his, qui in terris pulchris diuinæ cognitionis quaſi floribus decorati ſunt, pariter lætentur: ipſeque adeò ſummus omniū moderator Deus, non aliter atque bonus pater, de filiis ſuis pietatem colentibus permagnam capiat oblectationem: idque adeò maximè, quòd omnium gubernato-

Pecuniæ vera æſtimatio.

Luxus euitatio.

Conſtantini annus 30.

rem, authorémque bonorum ad longinquũ temporis ſpatium ſunt honore proſe- A
cuturi, ita vt regnum illud tribus decennij curriculis non ſit cõtentum, ſed diutur-
Aeuum. num maneat, & in æuum immenſum perpetuetur. Nam vniuerſum æuum nec ſe-
nectute confici poteſt, nec diuturnitate temporis occidere: nec principio finéve, vt mortalium ratio fert, cõſiderari ſolet: neque puncto, quo quaſi medium inciditur: imò ne illud quidem, quod νῦν, id eſt, præſens tempus dicitur, ab his, qui illius cognoſcendi ſtudio incenduntur, comprehendi poteſt: nedum futurum tempus, aut præteritum. Quippe illud nõ eſt, hoc iam abiit. Præſens autem, ſic enim appellatur, tum cogitando, tum exprimendo multo celerius quàm verbum præteruolat. Neque certè fieri poteſt, vt illud tanquam inſtans capiatur, nam aut futura expectare, aut conſiderare præterita neceſſe eſt: quandoquidem vnà cum cogitatione prætcrlabens fugit. Quocirca vniuerſum æuum ſe ſub mortalium cogitationem ſubiici non patitur: verùm quanquam eorum nutum ſeruili more obſeruare prorſus renuit, Deum tamen ſuum ipſius regem & dominum agnoſcit lubens, eúmque tanquam dorſo inſidentem circunfert, ſeque tam præclaro eximióque onere onuſtum gloriatur. Ille iſtud regit cœlitùs, non aurea catena, vt eſt apud Poëtã, conſtringens, ſed diuinæ arcanæque ſapientiæ vinculis, tanquam habenis quibuſdam coërcens moderatur: mẽſeſque & tempora, mutationes temporũ & annos, noctiũ & dierum viciſſitudines, in ipſum illud perfecto abſolutóque illigauit concentu: variis quoq. terminis & modis deuinxit. Hoc autẽ, vtpotè in rectũ ſua natura, & in
αἰών. immenſum productũ, αἰῶνος, id eſt, qui nomen tanquã ἀεὶ ὢν, id eſt, ſemper exiſtens, obtinet: ipſúmque ſuis partibus par ac ſimile eſt, imò verò partiũ & interuallorũ expers, in ſolam (vt ita dicam) rectitudinem protractum augeſcit. Ille idem ipſum inciſionibus interiectis diuidens, & tanquam rectam lineam in longitudinem extenſam punctis diſtinguens, ingentem multitudinem in id concluſit: & licet vnum ſit, vnitatíſque exprimat effigiẽ, ille tamen in varios cuiuſq. generis numeros idipſum diſpertiuit, & ex eo, quod forma vacabat, multiplicem formarum varietatẽ, quæ in eo cernitur, effecit. Nam primò omnium materiã formę expertem velut eſſentiam B
ad omnes formas capiendas aptam in eo collocauit. Deinde qualitatem binarij numeri vi & facultate materiæ adiũxit, ſpeciémque effinxit ex illo, quod ſpecie carebat. Tum ternarij numeri ſubſidio, corpus ex materia & forma concretum, triplicique diſtinctum diuiſione fabricauit, latitudine, longitudine, & craſſitudine. Quinetiam ex gemino binario quaternionem elemẽtorum terræ, aquæ, aëris & ignis excogitauit: fontéſque perennes ad neceſſariũ huius vniuerſitatis vſum & vtilitatem inde produxit. Hic quaternio procreat denarium: nam vnũ, duo, tria, quatuor, denarium numerum conficiunt. Denarius autem per ternarium replicatus, menſem conſtituit: menſis verò duodecim conuerſionibus ſolis orbem & curſum explet. Hinc annorum circuli, quinetiam mutationes ac viciſſitudines temporum, æuum, quod forma ac ſpecie caret, tãquam in pictura floribus permultis variata exprimũt: eæque ad requietem relaxationémque eorum, qui in illo curſum vitæ conficiunt, referuntur. Nam vt his, qui in certamine ſpe præmiorum adducti, curſus peragunt, ſpacia quædã ſtadiis terminata ſunt & illis, qui longa itinera ingrediuntur, via quibuſdam præſtitutis quaſi diuerſoriis & certis ſpatiis circunſcripta, ne cuiuſquã alacritas, dum expectatio in infinitum ducitur, omninò defatigata ſuccumbat: eodem modo ſummus ille omnium Imperator Deus, æuum vniuerſum ſapientiæ vinculis circundans, ducit, agitátque, ipſúmque variis motibus gubernat, quatenus ei commodum viſum ſit. Porrò autem rector ille vniuerſi, idem ipſum æuum, quod antè figuræ expers fuit, coloribus ſpecioſis, & virẽtibus floribus circunueſtiuit: diémque ſolis ſplendore candidã effecit: noctem autem atro cõſperſit colore, eámque ſtellarum luminibus, velut aureis ramentis colluſtrauit. Quin etiam totum cœlum tanquam velamen ingens claris luciferi radiis accẽſis, luciſque lunæ varietate, & ſplendida aſtrorum frequẽtia, velut variis cuiuſque modi picturæ exornauit inſignibus. Aërem item de ſublimi in profundum porrectum, qui ſua vi latitudinem, longitudinémque totius mũdi refrigerat, temperátque, volucribus omnis generis pulchrè conformauit. His accedit immenſum pelagus, quod piſcibus per ipſum gradientibus, quorum pars ab oculis hominum penitùs remouetur, pars in conſpectum prodit,

Numerorum myſtica proportio in æui partibus ad rerum generationem.

Temporũ proportiones ex numeris.

Hæc ſunt ex ſchola Pythagorę.

Aeuum à Deo ſolo gubernari, in eóque omnia ab eodem cõdita.

Cœlum.

Aer.

Mare.

A prodit,longè latéque diffudit ad permeandum. Postremò terram in medio mundi instar puncti sitam,paribus libratam põderibus,Oceano circundedit: qua quidem cœruleo cœli colore eam ambiẽtis decorata,pontus circunclusus murmurat. Hanc quasi Vestam,matrem & nutricem omnium animantium in ipsa editorum constituit,imbribúsque & fluẽtis à fontibus deriuatis irrigauit, inque ea vim facultatémque inseuit,vt variis cuiusque generis plantis,& floribus decoris,ad iucundum vitæ vsum & oblectationem viueret. Vbi verò hominem,qui mẽte & scientia præditus est,qui rationis & sapiẽtiæ quasi proles rationalis est,animal omnium, quæ in terra nascuntur præstantissimum,sibíque charissimum,ad imaginem suam fabricasset,ei cæterorum animantium,quæ gradiuntur in terris,victúmque quæritant, principatum tribuit. Nam homo erat,quem præ cæteris animalibus vitam in terra degentibus summo amore complexus sit,& velut pater reliquis animantiũ generibus præfecerit. Homo erat,cuius gratia mare aptum effecerit ad traiiciendum, terrámque plantis cuiusque modi decorarit. Homo erat, cui & belluas, in profundis cauernis serpentes,& volucres meantes in sublimi,obsequentes reddiderit. Homo erat, cui cognoscendi facultates aptas ad cuiusque disciplinę perceptionem largitus sit. Homo erat,cui rerum cœlestium cõtemplationem patefecerit: cuique cursus solis, lunæ conuersiones,ratos stellarum tum errantium,tum fixarum circuitus commonstrarit. Homo denique erat,cui soli omnium,quæ in terra sunt,mandatum dederit, vt patrem agnosceret,cælestem præpotentémque omnis æui moderatorem laudibus celebraret. Quinetiam præter ista omnia,mundi fabricator Deus,æuum,quod mutari nõ potest, quatuor anni circunligauit mutationibus tempúsque hybernum verè terminauit,& ver aniuersariorum temporum initium paribus librauit ponderibus. Deinde æuum vniuersum multiplicibus veris fructibus exornauit: tum illud ipsum florenti æstatis tempori tradidit: deinceps velut à laboris contentione illud ipsum remittens,spatio recreauit autumnali: ad extremũ tanquam equum regium & insignem,humido hybernorum imbrium lapsu abluens, & fluentis inde promanantibus pulchrum reddens ac splendidum, rursus in ipsius veris quasi vestibulis

Terra. *Homo.* *Propter hominẽ cætera omnia creata.* *Anni quadruplex mutatio.*

B collocauit. Posteà igitur, vbi summus ille omnium imperator Deus pater æuum suum eiusmodi sapiẽtiæ habenis in hoc totius anni circulo colligauerat, eximio & præstanti gubernatori,suo vnigenito verbo illud moderandũ tradidit,eíque vtpotè communi omnium seruatori habenas huius cõmisit vniuersitatis. Ille igitur à patre benigno hanc hæreditatem consecutus,non modò omnia,quæ cæli ambitus intra se,extráve complectitur,vna compage constricta,quasi ad normam dirigit, gregíque suo rationis participi,qui in terris versatur,ea quæ sunt accommodata vtiliáque,summa cum æquitate prouidet: verùm etiam certos viuendi fines his, qui vitam trãsigunt mortalem,præscribit,omnibus hominibus facultatem quandam dat ea in hoc vitæ curriculo præmeditandi,quæ sunt quasi prooemia vitæ illius, quæ est hoc præsenti æuo multo præstabilior. Nam post ætatem quam in hoc mundo degimus, vitam diuinam & beatam illis, qui bonorum spe inducti, præclarè in hac vita concertent,reconditã esse docet: atque vt omnibus, qui vitam modestè & piè agãt, discessum hinc & migrationem ad loca multò præstabiliora fore: sic illis,qui sunt, ob scelera in hac vita admissa reprobati,locum accõmodatum tributum iri. Quinetiam cunctis tanquam in stadio certaminibus collocatis,varias cuiusque generis coronas,si vicerint,polliceri, aliósque post alios virtutum præmiis remunerari nõ desistit. Bono autem Imperatori, qui se pietatis ornamentis decorauerit, præmia eius certaminibus longè præstabiliora præparata esse denunciat: quorum quasi prooemia hic iam,crebro hominum conuentu,celebrandi potestatem fecit, idque festo ex numeris perfectis composito,ternario scilicet,& vnitate triplicata. Quorum ternarius, vnitatis velut proles est: vnitas autem mater numerorum est, omniúmque mensium mutationum temporis,annorum,vniuersique temporis circuitus cursúsque varietates distinguit: & prætereà multitudinis principium,fundamẽtum etiam & quasi elementum μόνας, id est, vnitas meritò dicitur: παρὰ τὸ μένειν, id est, à manendo appellatum: propterea,quòd cum omnis multitudo accessione & discessione numerorum crescat & diminuatur, sola vnitas stabilis & fixa manet, ab omni multitudine, omnibúsque numeris ex se procreatis secreta, seiunctáque: si-

Christus æui moderatio à patre constitutus. *Bonis & malis pro meritis idonei ac digni loci destinati sunt.* *Vnitas numerorum valet.* *μόνας.*

militudinemq; gerit essentiæ, quæ neq; partiri potest, & est ab aliis rebus segregata, A cuius vi & cõmunione, rerum omnium natura firma cõsistit. Nam vnitas cuiúsque numeri procreatrix est: quippe cõpositione & accessione vnitatum omnis augetur multitudo. Neque certè potest fieri, vt numerorum essentiam ab vnitate separatam intelligamus. Illa tamen extra omnem multitudinem est, omníque numero longè præstãtior? quæ tametsi numerum quémque gignit, efficitque, nunquam tamen ab vllo ipsa augeri potest. Porrò ternarius est illi cognatione cõiunctus, partitionis similiter, diuisionísque expers, primúsque numerus est, qui ex pari impariq; constat. Nam binarius vnitate adiuncta ternarium generat, qui primus impar numerus est. Ternarius etiã iustitiam repræsentat, quippe qui æqualitatis dux sit, initiũ, mediũ, & finem æqualem assecutus. Quæ quidem mysticæ sacrosanctæ & venerãdæ Trinitatis imaginem præ se ferunt, quæ ex natura principio ortúq; carente constans, essentiæ rerum omniũ ortum habentium semina, rationes, causásque cõplectitur. Quinetiam ternarij vis, principium vniuersi iurè existimari potest. Nam numerus denarius est extremitas numerorũ omnium: quippe in alios ipsum antegredientes complexus, eos omnes terminat. Idémq; plenus & omnibus suis partibus expletus numerus rectè appellatur: vtpotè qui omnes species, omnésque omniũ numerorũ, rationum, cõcentuum, harmoniarum modos cõtineat. Vnitates igitur compositione auctæ denario terminantur: húncque velut parentem & circunscriptionem ratam consecutæ, tanquã in gyrum voluuntur. Deinde circulũ secũdum, tertiũ, & quartũ vsque ad denariũ cõficientes, ex decies decẽ cẽtum cõplent. Tum ad primos quasi carceres, vnde incœperunt, recurrunt. Inde rursus initiũ capientes, & ad decẽ progressæ, deciésque centũ peragrantes, pérque eosdem flexus retrogradientes, longos illos numerorũ circuitus cõficiunt, tum ex se ordientes, tum in se denuò reuolutæ. Nam decimum in numero denario vnitas est, decémque vnitates vnũ efficiunt denariũ. Denarius autẽ vnitatũ extremitas. Est etiã terminus & flexus certus, ratúsque: flexus infinitatis, quæ in numeris cernitur: terminus autẽ ac finis vnitatum. Ternarius verò cum denario cõiunctus, & tertiã circuli denarij conuersionem conficiẽs, B triginta qui est numerus maximè naturalis, gignit. Nam eadẽ est ratio numeri triginta in denariis, quæ est ternarij in vnitatibus. Quinetiam numerus triginta, terminus fixus est cursus illius luminaris, quod proximè & secũdum solem clarissimũ est. Quippe lunæ circuitus ab vno cursu ad alterum progressæ, mẽsis circulum conficit: quo confecto, rursus initium quasi ortus sui consecuta, nouum lumen diésque nouos inchoat. Quocirca vnitas numero triginta decorata, tribus exornata denariis & decem ternariis illustrata, totum opus regni Imperatoris Cõstantini victoris, cui orbis terræ paret vniuersus, quíque à Deo omniũ bonorũ largitore honore affectus est, & author nobis est bonorum quibus nuper potiti sumus, intra istorum numerum ambitum complectitur: quod quidem regni tempus, quanquam hactenus festi anni trigesimi duntaxat celebrationem continet, tamen deinceps spacia orditur longiora, & spem certam ostentat, bonorum futurorum in cœlesti regno repositorum: vbi non solis modò, sed aliorum luminariũ infinitorum multitudines, quæ omnia ex se profundunt splendorem luce solis multo clariorem, quæque fulgore radiorum ex perenni æterni luminis fonte profluentium collustrantur atque splendescunt, circa illum summum omnium Imperatorem gradiuntur: vbi animus in præclarorum perfectorúmque bonorum abundantia ætatem degit: vbi vita ab omni molestia & angore vacua, vbi moderatæ & synceræ voluptatis perceptio, vbi tempus perpetuum, æternum, infinitum, nulla extremitate terminatum, nullis dierum, noctiúmque interuallis, nullis annorum circulis, nullis temporum conuersionibus dimensum, sed vnum quasi vitæ circulum in immensum spatium continuatum: quod quidem non solis illuminatur radiis, non siderum multitudine, non lunæ splendore collucet, sed ipso vero luminari, Dei verbo, vnigenito summi moderatoris filio perfruitur. Et ob eam causam illum, solem iustitiæ, luménque omnium luminum præstantissimum esse, arcana & sacra diuinæ Scripturæ eloquia docent: eúmque ipsum illas beatissimas potestates iustitiæ radiis, sapientiæque claritate illustrare, animósque pietate imbutos non cœli ambitu, sed suo ipsius gremio complectentem: suorum promissorum fidem re ipsa confirmare credimus. Neque

Ternarius. *Trinitas.* *Denarius.* *Triginta.* *Regnum Cõstantini omnibus numeris absolutum.* *Regni cœlestis bona.*

A Neque certè oculus mortalis vidit, neq; auris vlla percepit, neq; mẽs carne circunuestita poterit perſpicere, ea quæ ſunt his qui animos ſuos pietatis ornamẽtis decorauerint preparata: ex quorum numero tu es, Imperator ſanctiſſime, cui ſoli ex omnibus qui ab initio hactenus regnauerint, ille ſummus totius vniuerſitatis Imperator poteſtatẽ largitus eſt vniuerſum hominũ genus labe ſuperſtitionis perpurgãdi: cui ſuum ipſius ſalutare ſignũ demõſtrauit, quo quidem morte profligata, euictáq;, triumphũ contra hoſtes egit: quo etiã victoriæ trophæo & propugnaculo ad arcendos dæmones, impij erroris ſimulachris ex aduerſo oppoſito, victoriã contra omnes impios, hoſtéſque barbaros, quinetiam cõtra dæmones, quod eſt aliud barbarorum genus, reportauit.

Piorum præmia.

Etenim cùm duplex in nobis inſita ſit natura, altera animi, altera corporis, & hoc ab omnibus viſum, ille ab oculis penitùs remotus: in his duo cõtraria barbarorũ genera, eáque nobis admodum infeſta, poſita ſunt: quorum alterum ex occulto, alterum apertè nos oppugnat: atq; alterũ corpora corporibus obiectat, alterum armis omnis generis, corporis expertibus animum hominis nudum & inermem obſidet.

Natura in nobis duplex & duo hoſtes.

Porrò autẽ barbari illi qui oculis cernuntur, velut paſtores quidam feri & agreſtes, qui nihil à belluis differunt, in cicures hominum greges impetum faciunt, vaſtant agros: & tanquam immanes lupi, è ſolitudine in ciues cuiuſque ciuitatis irruentes, ciuitates in ſeruitutem redigũt. ad extremum omnia quæ poſſunt, labefactãt, perimũntque. Infeſti autem & animorũ corruptores dæmones, qui ſub aſpectu minimè ſubiiciuntur, quíq; omnibus barbaris ſunt multo crudeliores, per aërem peruolitãtes, vniuerſum mortalium genus machinis peruerſæ & deprauatæ opinionis in multis diis colendis poſitæ ſubiugarunt: adeò vt deinceps non verũ Deum venerarentur, ſed multiplici & impio vagarentur errore.

Affectuum impetus.

Dæmonũ inſidiæ.

Nam deis quibuſdam, qui nequaquã Dei ſunt, in humanam vitam (vnde, haud equidem ſcio) introductis, eum qui ſolus & verus Deus eſt, perinde ac ſi non ſit, penitùs neglexerunt. Vnde corporum ortus ab illis habebatur pro deo: & rurſus aliũ deum huic contrarium colebant, corporum videlicet interitum & diſſolutionem.

Deorũ cultus.

Ac prior, quem ducem ortus putabãt, Veneris nomen obtinebat: poſterior autem, vtpote qui multum

B poſſit, & mortale genus deuincit, Pluto & Mors appellatur.

Veneris. Plutonis, & Mortis.

Etenim homines id tẽporis, quoniam nõ aliam vitam quàm quæ ortu conſtet, cognoſcebãt, idcircò illius cauſam & ortum Deum eſſe aſſeruerunt: & quia homines poſt mortem eſſe & manere non cenſebant, ob eam cauſam Mortem victricem omnium, & Deum omniũ maximũ nuncuparunt. Quinetiam, quoniam perſuaſum habebãt ſe propterea nullis pœnis obnoxios eſſe, quòd animus ſimul cum corpore morte extinguitur: idcircò ſceleribus infinitas mortes promerentibus, ſe, dum viuerent, ipſi obſtrinxerunt, vitamq; haud vitalẽ degerũt: quippe neq; de Deo cogitabãt, neq; tribunal diuini expectabant iudicij, neq; eſſentiã animi ſui in memoriã reuocabãt: ſed vni acerbæ dominæ parentes, Morti ſcilicet, atque iſtorũ corporũ interitum totius hominis diſſolutionem internecionémq; eſſe ſibi perſuadẽtes, Mortẽ præpotentẽ deum, & πλούσιον, id eſt, locupletem, ob eámq; cauſam Plutonem nominabãt.

Plutonis appellatio.

Ac non Mors ſolũ deus habebatur, verumetiã res, illa multo preſtabiliores, quæ miſeræ & calamitoſæ eorum vitæ nonnihil conducebãt.

Vide Plutarchum de placitis philoſophorũ. lib. 1.

Deorum multitudo vnde.

Nam illis deus exiſtimabatur voluptas corporis, deus alimentũ, deus huius propago, deus fructũ origo, deus ebrietatis, deliciæ, deus carnis deſideria, deus deniq; earũ rerũ oblectatio. Hinc Cereris & Proſerpinæ myſteria: hinc Proſerpinę raptus à Plutone, eiuſdémq; reſtitutio: hinc Bacchi initiationes: hinc Hercules ab ebrietate, tanquã à potẽtiore dea, victus: hinc Amoris & Veneris myſteria adulterij plena. Hinc Iupiter ipſe mulierẽ cupiditate inſaniẽs, & flagrãs amore Ganymedis. Hinc laſciua fabularũ cõmẽta, de diis voluptatis illecebris & perturbationibus deditis.

Ceres. Proſerpina. Bacchus. Hercules. Venus. Cupido. Iupiter. Ganymedes.

Itaq; crudeles illi barbari, dæmones dico, ſummo omniũ Imperatori inimici, tam diris erroris Deo penitùs aduerſantis telis obruerũt in terris humanũ genus: ſicq; ſibi ſubegerũt, vt vbique locorũ impietatis erigerẽt columellas, templáq; & delubra falſæ & cõmenticiæ diuinitatis in quibúſq; angulis cõſtruerẽt. Quinetiã qui tum dominari putabãtur, adeò inſeruiebãt errori, vt tribuliũ & cognatorũ cæde illos ipſos deos placarent, & contra veritatis propugnatores gladios acuerẽt, bella peſtifera cierẽt: & impias manus non cõtra hoſtes alienos & peregrinos, ſed cõtra familiares & amicos, contra fratres, cognatos & chariſſimos, qui

Dæmonibus homines mactandi inſania vnde orta.

vitæ grauitate, temperantia, verę pietatis institutis, Deum colere & venerari sedulò A studuerunt; sceleratè armarent. Quinetiam eò insaniæ ac dementiæ sunt prolapsi, vt eos qui erant Deo vniuersitatis gubernatori consecrati, suis dæmonibus pro victimis mactarēt. Hi autem, vtpote generosi & magnanimi syncerę pietatis & veræ vitæ testes, gloriosam mortem pro veritate longè huic vitæ anteponendam animo complexi, eiusmodi tyrannidem contra ipsos vsurpatam pro nihilo putauerūt: imò verò se ipsos, vt Dei milites decebat, tolerātiæ armis obsepientes, omnia mortis genera habuerunt pro ludibrio: quippe ignem, ferrum, clauorum confixus, immanes bestias, profundos maris gurgites, membrorum amputationes, exustionésque, effossiones oculorum, extremarum totius corporis partium præcisiones, famem præterea metalla, vincula propter amorem & desiderium, quo erga suum regē Deum flagrabant, multo plus quàm vllam rem in hac vita vel præstantissimam, quàm vllam etiam voluptatem habere iucunditatis existimarunt. Quinetiam mulierum, quæ non minus quàm viri, animis excelsis & constantibus erant roboratæ, nonnullæ eadem subiere certamina quæ viri, pariáque virtutis præmia reportauere: aliæ ad flagitia corporū attractæ, maluere mortis discrimini vitam, quàm corpus turpitudini obiicere. Aliæ etiam fermè infinitæ, quæ ne extremis quidem, vt aiunt, auribus stupri minas audire tolerabant, à prouinciarū præsidibus quódque tormentorum genus, & quámque mortis latam sententiam forti & virili animo sustinuerunt. Itaque hi dei summi Imperatoris quasi antesignani contra exercitum multos deos colentē firma animorum constantia dimicabāt. Illi autem dæmones, Dei aduersarij, & humanæ salutis oppugnatores, quouis feroci barbarorū genere crudeliores, eiusmodi humani sanguinis libamentis fuere vehementer delectati. Illorū igitur administri talia poculēta ex iniusta cæde hausta illis propinarunt, istúdque tam acerbum, támque impium epulum eis ad humani generis apparatunt internecionem. His rebus ita constitutis, quid tandem Deus, istorum afflictorum oppressorúmque rex, facere debebat? nunquid hominum sibi charissimorum salutem negligere? nunquid familiares suos ita ab hostibus oppugnatos contemnere? At eo pacto neque sapiens gubernator dici potuisset, si nauē profundis & vastis fluctibus cum ipsis viris submergendam remisisset, nihílque opis ad nauigantium attulisset conseruationem: neque dux acer & fortis, cū suos necessarios ab hostibus opprimi impunè pateretur: quinetiam neque pastor bonus, si sui gregis ouem vnam errore vagari inclementer sciuisset, & non potius cæteris ouibus, quibus erat rectè prospectum, in loco tuto relictis, nihil non laboris & molestiarum quò errantē cōseruaret, subiisset, atque adeò, si fuisset opus, cum immanibus belluis quasi manu conflixisset. Verum vt summus omnium moderator Deus ouis rationis expertis nullam duxit curā: sic omne suum studium eò cōtulit, vt suum exercitum, & eos qui erant propter ipsius amorem oppugnati, benignè subleuaret: quorum certamina & dimicationes pro pietate susceptas beneuolo animo amplexatus, non paucos ex illis qui iter ad ipsum per martyrium faciebāt, eximiis victorię decorauit coronis, inque cœlestem angelorum chorum ascripsit, alios in terra tāquam viua pietatis semina reseruauit ad posteritatem, vt tum supplicij impiis meritò irrogati spectatores, tum rerū gestarum quas oculis aspexissent, narratores existerent. Deinde dextera sua ad hostes vlciscendos porrecta, suo ipsius nutu illos ex improuiso, plagis cœlitus inflictis insectatus, penitùs è medio sustulit: eosdémque palinodiam scelerum ab se admissorum suo ipsorum ore canere etiam inuitos coëgit. Hos verò qui admodum abiecti, & ab omnibus erant pro desperatis habiti, è terra in sublimè extulit. Istud magnus ille Imperator Deus cœlitùs transegit, Constantinúmque seruum suum (sic námque Imperator ob singularem & eximiam pietatem appellari gaudet) velut armatum satellitem planè inexpugnabilem hostibus opposuit, eúmque effecit inimicorū omnium victorem, atque adeò vnum contra multos excitauit. Nam illi ferè infiniti erant, & multi eorum cum multis malignis dæmonibus amicitia coniuncti: imò verò non reuera erant, quia neque amplius existūt. Hic ex vno Deo vnus Imperator designatus, effigies & imago vnius summi omnium Imperatoris est. Illi animo impio præditi, pios viros cruentis cædibus è medio sustulerunt: hic seruatoris sui exemplum imitatus, & hominibus solum seruandis deditus, etiam impios seruauit, eósque pietatem & verum

Martyrum Christi constantia.

B

Maximinum, Diocletianū, Licinium innuit.

Constantinus Dei seruus appellare gauisus.

Tyranni dæmonum sunt amici.

Vide Eusebium lib. 8. cap. 29.

A verũ Dei cultũ perdocuit. Quinetiã hic vtpote reipſa & veritate victor, duplex illud barbarorũ genus profligauit: quippe genus hominũ agreſti feritate imbutũ, prudẽtibus cõſiliis & hortationibus ad eos per legatos miſſis mãſuefecit, principes ipſis potẽtiores coëgit agnoſcere, & à vita ſcelerata ac fera ad modeſtam ciuilemq; traduxit: genus autẽ dæmonum qui oculorũ ſenſu minimè percipi poſſunt, crudele illud quidẽ, & immanitate efferatum, re ipſa coarguit repreſſitq;, vtpote quod iam olim fuiſſet ab ipſo Deo ſuperatũ. Cõmunis enim totius vniuerſitatis cõſeruator, ſpiritus illos qui oculis cerni nequeũt, vi quadam abſtruſa & recondita deuicerat. Conſtantinus autem, velut ſummi Imperatoris legatus, illos deuictos occupauit: & ſtatuas mortuorũ, qui iam pridẽ perierãt, expoliauit, prædamq; victoris Dei ſatellitib. largè liberaliterq; diſtribuit. Nam cùm videret multitudinẽ, inſtar ſtultorũ infantiũ, laruas plenas erroris ex aurea argenteaq; materia effictas fruſtra extimeſcentẽ, eas tanquam quoſdã lapides hominibus in tenebris incedentibus ante pedes proiectos ad impingendũ, è medio tollẽdas, regiamq; viã quę plana & æquabilis eſt, omnibus in poſterũ patefaciendã exiſtimauit. Iſta igitur animo cõplexus, nõ armata manu, aut ingẽtibus copiis ad has res corrigẽdas ſibi opus eſſe, ſed vnum & alterũ ex illis quos habebat ſpectatos, ad hoc munus obeundũ ſatis habere virium arbitratus eſt: quos quidẽ vna eadẽmq; autoritate dignatos, ad ſingulas nationes miſit. Illi tũ ſingulari regis ſanctimonia, tum ſua ipſorũ in Deũ pietate freti, per mediam plebẽ, perq; medium populũ multitudine infinitum proficiſcẽtes, in ſingulis vrbibus regionibúſq; errorem lõginquo tẽpore inueteratũ omnino deleuerunt. Ac primùm ipſos idolorum ſacerdotes magna cũ irriſione ac turpitudine ſuos ipſorũ deos ex tenebricoſis receſſibus in lucẽ proferre mãdarunt: deinde exteriore illorũ effigie detecta, etiã interioris formæ colore obductæ deformitatẽ ante oculos omniũ ſtatuerũt. Tum illis abraſis, materiæ pars quæ videbatur aliquid habere bonitatis, fornace igniq; probarunt, eámq; reſeruarunt in tuto collocatã: quæ autẽ inanis erat, & ad nullã rem vtilis, ſuperſtitioſis ad memoriã ſuæ turpitudinis largiti ſunt.

Conſtantini in dæmonibus etiã expugnãdu virtus.

Conſtantinus offendicula tollit.

Vide ſupra de vita Cõſtant. lib. 3. cap. 50. 51. 52. 53. Niceph. li. 8. cap. 31. Sozom. lib. 2. cap. 4. 5.

Idolorum ac ſtatuarum euerſio.

B Porrò autẽ hoc quòd ſequitur, nõ multũ ſanè ab illo diſſimile, iſtius Imperatoris admirabilis opera geſtum eſt. Poſtquã ſimulachra mortua ex pretioſa materia cõflata diſpoliauerat, reliquas ſtatuas ad perpetuandã hominũ memoriã erectas, quæ erãt ex ære fabricatę, aggreſſus eſt. Quinetiam deos quos veteres fabulæ celebrãt, capillorũ texturis conſtrictos colligatóſq;, abripiẽdos curauit. Præterea regio ſuo obtutu tanquã clara face accẽſa, ſedulò perluſtrauit, ne vllæ erroris reliquiæ vſpiam deliteſcerẽt. Quemadmodũ enim aquila in ſuperiora aëris loca ſubuolans, res in terra lõgiſſimo interuallo ab ſe diſtantes acutiſſimè cernit: ſic iſte, dũ in regali palatio, quod eſt in præclara illa vrbe ab ipſo ædificata ſitum verſabatur, inde velut è ſpecula periculoſum quoddã rete, quo animæ hominũ illaqueabãtur, in gente Phœnicum latitare diſpexit: nemus videlicet & delubrũ, non in media aliqua ciuitate, non in foro, non in plateis, vt multa quæ in vrbibus ornatus gratia magno ſplendore decorantur: ſed extra ſemitã, extra triuia, extra viam publicã, turpi & flagitioſo Veneris dęmoni, in ſummo vertice montis Libani inter arbuſta locatũ erat, tanquã ſchola nequitiæ iis qui erant libidini dediti, quique nimia licentia corpora ſua infecerant, corruperántq;. Nam viri quidã molles & effœminati, nõ viri reuera, pudore prorſus exuto, inſtar mulierum, turpiſſima cõtagione ſe inficiẽtes, dæmonem placabant. Qui etiã ſcelerati & nefarij mulierũ cõgreſſus, clandeſtinæ connubiorum corruptelæ, alia denique infanda & turpia facinora in eo delubro, vtpotè in loco impuro fœdoque, admiſſa erãt. Nec quiſquam fuit qui in hæc ſcelera animaduerteret, propterea quòd ex viris grauibus honeſtiſq; nemo illuc auderet accedere. Verùm hunc noſtrũ eximium Imperatorẽ, turpia facinora illic edita latêre non poterant. Quæ quidẽ cùm regia ſua prouidentia diſpexiſſet, indignum cenſuit, vti ſolis ſplendor eiuſmodi delubrum intueretur. Proinde illud vniuerſum cum ipſis ſtatuis & monumẽtis funditùs deleri mãdauit. Extemplò igitur Imperatoris mandato machinamẽta, quibus petulans & laſciuus ille error propugnabatur, penitùs euerſa fuerũt. Quippe militũ manus loco purgando operam nauauit. Qui autem ad hoc vſque tẽpus luxuria defluxiſſent: Imperatoris minis perterriti, cõtinentiam modeſtiámque didicerunt. Ad hunc modũ igitur Imperator, tum ſpectra illa improbitatis & nequitiæ, qua hominũ animi occæcati

Veneris fanũ in Libani vertice, à Cõſtantino deletum.

Topographia Libani.

Cauſa tantæ Licentiæ in delubro Veneris.

fuerāt,palàm ſub omniū oculis ſubiecit,tum ſuum Seruatorē omnibus liberè prædicauit.Neque quiſquā erat vel dæmō,vel ariolus,vel vates,qui aut ſubſidio aliquo efficere,aut vi obſiſtere potuit,quo minus errores ab illo perſpicuè deprehenderētur.Neque mētes hominū in obſcura inſcitię caligine amplius volutabātur:ſed ſyncerę pietatis radiis illuminatæ maiorum ſuorū ignorationē condemnare, illorum cæcitatem cōmiſereri,ſeque ipſas beatas propterea affirmare cœperunt, quòd erāt tam graui errore liberatæ.Itaq; hoc pacto Dei præpotentis conſilio,& Imperatoris opera vniuerſum hoſtiū inimicorūque genus tum cadentiū ſub aſpectū,tum eundē fugientiū,exiguo tēporis momēto omnino fuit extinctū, tādémq; tranquilla placidaq; pax vniuerſum orbē terrarū occupauit.Neq; amplius bella,neq; multi dij,neq; pugnæ in agris,vrbibúſq; extiterūt,ſicut antè,cū dæmonū cult⁹ vigeret:neq; ſanguinis inter homines effuſio,ſicut quādo inſana illa in multis diiscolēdis amētia floruit. A

Tyrannis cōcidit ſublata idololatria.

Collatio noui ſtatus Reip. cum veteri.

Iam verò tēpus ſe offert noua cū veteribus cōferendi,& ſtatū rerum ex deteriore in meliorē conditionem cōmutatum conſiderandi,ſedulóq; expendēdi peruidendíque,quo pacto olim porticus,fana,nemora & tēpla,in ſingulis vrbibus artificioſè extructa elaboratáque eſſent:delubra multis admodū monumētis decorata,creber & celebris de diis ſermo apud tyrannos qui id tēporis regnabāt.Gētes quoq; ac populi ſtatuis in ſingulis agris locíſq;,atq; adeò in ædibus,in ipſis penetralibus & thalamis erectis,patrios ritus & ceremonias cum ſumma obſeruātia executi ſunt.Quibus quidem non is pietatis fructus qui iā nobis obtigit,nimirū pax mutua,quā modò vigere quiſq; oculis cernere poteſt:ſed omnia contraria,vt bella,pugnæ,ſeditiones,quibus quidem per totam vitam cōquaſſati ſanguine & cædibus inteſtinis ſuas ipſorū regiones cōpleuerunt.Dij autē quos colebāt,quanuis vaticinia, oracula,rerū quoq; futurarum præſenſionē & ſciētiam illis penes quos tum erat imperiū,multis blanditiis adhibitis pollicerentur: ſuum ipſorū tamen exitum nec præcognoſcere, nec ſibiipſi vaticinari norant.Quod quidem ad errorē & fraudem illorū perſpicuè coarguendā,eſt argumentū planè maximū. Neq; præterea quiſquā eorū qui quondam propter oracula in magna habebātur admiratione, Seruatoris noſtri in mundum aduentū,neq; nouā diuinæ cognitionis ab eo hominib. propoſitæ prædicationem aliquādo prædixit:imò verò neque Pythius ipſe intellexit,neque quiſquā alius ex præpotētiū dæmonū numero,aut ſuā euerſionē & vaſtitatē,aut quis eos eſſet expugnaturus præſignificauit,quíſve, funditùs eos è medio ſublaturus eſſet vaticinat⁹ eſt.Quis porrò ariolus,aut vates,eorū deorū honores& cultus tū omnino extinctos fore,cùm puer quidam in mūdo editus eſſet,cognitionemq; & ſyncerā venerationem ſummi omniū Imperatoris omnibus hominibus traditam fore prænunciauit? Quis hoc auguſtū imperium pietate eximiū, quis iſtū ipſum victorē, quis trophæa ab eo contra dæmones vbique terrarū erecta, quis ſuperborū ſimulachrorū, quæ in locis excelſis colebantur,vaſtationem præſciuit? Quis mortua illa veterū Heroum idola,conflata fore,& ex forma planè inutili in vſus neceſſarios cōmutata aliquādo præmonſtrauit?Quis ex deorū numero aliquando mentionem fecit ſtatuarum ſuarum,quæ iam ſunt conflatæ,quæq; cum omniū irriſione euanuerūt?Quò ſe contulerunt iſtorū propugnatores,vt ſuis ſacris monumentis ab hominibus expugnatis, ſubſidio eſſe non poſſint? Vbinā,inquā ſunt,qui antea bellū gererēt,nunc verò ſuos expugnatores in tranquilliſſima pace vitam degentes cōſpicentur? Quò tandem ſe receperunt,qui his tanquā diis confiſi,inaniq; adducti perſuaſione,animoſita ſuſtulerunt,vt non ſolū niterentur errorem ad ſummū perducere,verūetiam bellū minimè denunciatū indictúmve cōtra veritatis defenſores ſuſciperent?Certè miſeri miſerè & infœliciter perierunt.Quem locū iam occupat turba Gigantū qui cum Deo bellū gerebāt?vbi draconum ſibila,qui linguas exacuentes,impias voces in ſummū rerum omniū gubernatorē iaciebāt?Illi profectò multitudine deorū confiſi,& effigies mortuorū in ſtatuis inanimis expreſſas,in bello tanquā propugnacula proferētes, ipſi cū ingentibus copiis à Deo totius vniuerſitatis moderatore profligati cōciderūt.Hic noſter lorica pietatis ſeptus munitúſq;,ſalutari & vitali ſigno crucis,veluti terriculo propugnaculoq. malorū aduerſariorū multitudini oppoſito,ab hoſtib⁹, à dæmonibúſq. victoriā reportauit.Deinde grata animi volūtate induct⁹,preces ad gratias agēdas,Deo authori victoriæ impertiit,claraq. voce,atque adeò columellis erectis,

Deorum & oraculorum gentium vanitas.

Dæmones futurorū ignari.

B

In exercitu Licinij.

Cōſtantini de hoſtibus Christi, & dæmonibus victoria.

Vide ſupra de vita Cōſtant. lib. 3. cap. 48.

A erectis,omnibus hominibus hoc ſignũ triũphale prædicauit:ínque media vrbe quę omniũ princeps eſt,hoc inſigne trophæũ contra omnes hoſtes erexit:edixítq; palã, vt omnes hoc ſalutare ſignũ,quod nulla vetuſtate confici deleríq; poteſt,cùm Romani,tũ totius orbis terrarum imperij munimentum agnoſcerent. Quod quidem cùm omnes homines ſcire,tũ milites in primis docuit:eóſque debere nõ in haſtis, aliiſue armis,cuiuſcũnque generis illa eſſent,neque in corporũ robore ſpẽ ponere: ſed Deũ omnium rectorem cũ boni cuiúſque,tum ipſius victoriæ largitorem cõfiteri.Quare ad hũc modũ Imperator(ô res auditu propè incredibilis) ſuo exercitui precandi diſciplinæ magiſter factus eſt,piáque orãdi præcepta Sacrarũ literarũ inſtitutis conſentanea congruẽtiáq; tradidit.Primùm, vt in ſublime ad cœlũ manus tenderẽt:deinde,vt ſurſum ad regẽ cœleſtem oculos mentis ſubleuarent,eúmque, vtpote victoriæ datorẽ,omnium conſeruatorem,cuſtodem & adiutorem,precibus inuocarent:tum vt diem Dominicã precibus conuenientem,præcipuã reuera,primam & maximè ſalutarem,deníque nomen ab eo duxiſſe,qui eſt lucis, vitæ, immortalitatis & omnis boni author,exiſtimarent.Quinetiam ille ipſe ſibi pręceptionum ſalutarium doctor factus,in ipſius regiæ penetralibus Seruatorem ſuũ veneratur,& interdum precibus diuinos cultus exequitur,interdum Sacris literis audiẽdis mentẽ ſuam erudit.Qui autẽ illi miniſtrãt,inſeruiúntque,ſunt homines Deo conſecrati:qui verò cuſtodes totius palatij,ſunt viri vitę grauitate & virtute eximij:qui deníq; ſtipatores ſatellitéſq; ad corporis defenſionẽ deſignati, firmis ſingularis beneuolentiæ armis ſepti,Imperatorẽ ſibi piè religioséq; viuendi magiſtrum exiſtere profitentur.Imperator autem triumphale ſignum honorat,diuinitatem quæ in eo eſt,re ipſa expertus.Nam iſto,hoſtium multitudines in fugam verſæ: iſto Dei aduerſariorum inanis oſtentatio compreſſa:iſto,petulantes maledicorum impiorúmque linguæ ad ſilendũ compulſæ:iſto barbara hominũ genera ſubiugata:iſto, poteſtates dæmonũ aſpectum fugiẽtium abactæ: iſto,ſuperſtitioſæ aſtutiæ & erroris ludibria refutata.Iſti denique cumulatã omnium bonorũ quibus fruimur, expletionem acceptã referẽs Imperator,columellas triũphales,quibus illius decus illuſtretur,vbíque terrarum collocauit.Quinetiã eccleſias,templa,ædes ſacras, ſumptibus ad eam rem liberali & regia manu ſuppeditatis,extruendas mãdauit. Itaq; extẽplò magnifica Imperatoriæ magnificẽtiæ opera in mediis prouinciis vrbibúſq; ſũt, exiguóq; tẽporis ſpacio in luce & oculis omniũ gentiũ collocata: quæ quidẽ tyrãnidẽ impiorũ perſpicuè coarguerũt.Nam hi paulò antè mentis quadam inſania ad bellũ cũ Deo gerendũ impulſi,virus acerbitatis & maleuolentiæ ſuæ contra inanima eccleſiarũ ædificia(contra Deũ enim non poterãt)inſtar canũ rabie furẽtes euomuerãt:in quib.è ſublimi ad ſolũ deturbatis,ex ipſiſq; fũdamẽtis cõuulſis,ſpecies vrbis ab hoſtibus captæ euidẽter expreſſa eſt.Hęc ab illis ſcelerum peracta fabula,in qua Deum oppugnare aggrediẽtes,cõfeſtim amentiæ ſuæ pœnas dederũt. Nam vix dũ breue tẽporis curriculũ prætererat,cùm procella cœlitus importata vno momẽto obruti,extinctíq; fuêre:adeò vt neq; genus,neq; ſemẽ,neq; vel minima memoriæ eorũ ſignificatio inter homines remaneret,ſed omnes(licet permulti eſſent) plagis diuinitùs inflictis excruciati,oppreſsíq. interirẽt.Atq; illi ob rabiẽ cõtra Deũ accẽſam,talẽ habebãt exitũ.Hic verò noſter Cõſtãtinus,ſolus ſalutari Crucis trophæo nixus,neque tamen ſolus(aderat nãque illi,opémque ferebat,qui ſolus & verus Rex eſt)tẽpla noua,illis quæ antè diruta erant multo præclariora exædificauit,poſterioráque prioribus longè illuſtriora reddidit. Ac primũ Conſtãtinopolim variis Dei exornauit eccleſiis:deinde vrbẽ totius Bithyniæ facilè principem ampliſſimo pulcherrimóque tẽplo decorauit:tum primarias cœterarũ gentium ciuitates illuſtrauit ornamẽtis nõ diſſimilibus,duóque monumenta præ cæteris eximia in Oriente cõſtruere aggreſſus eſt:alterũ in Palæſtina,propterea quòd inde tãquã ex fonte ſalutaris fidei Chriſtianæ riuus ad omnes gentes promanauit:alterũ in metropoli Oriẽtis quæ nomẽ traxit ab Antiocho,in qua tanquam in urbe illius gẽtis ac regionis præcipua,eccleſiam tum egregiã propter magnitudinẽ,tum propter pulchritudinẽ cũ primis eximiã,Deo dicauit. Vniuerſum templum longis porticibus extrinſecus adiectis circũdedit:ſanctuarium autem interius ad infinitã erexit altitudinem, illúdque forma ſolij octãgularis variauit:multis ædiculis,exedríſq; vndíque conſtru-

Crucis trophæum à Cõſtantino erectum.

Precãdi Deũ diſciplina à Cõſt. tradita.

Vide Euſebiũ lib. 4. cap. 15. 20. de vita Cõſtantini.

Cõſtantini miniſtri, cuſtodes ſatellites qui.

Crucis ſigni virtus.

Vide Euſeb. lib. 4. cap. 21. de vita Conſtantini.

B

Templorum extructiones.

Tyrannorũ rabies & interitus.

Conſtantini ſtructuræ, præcipuéque templorum.

Vide ſupra de vita Cõſtantini lib. 3. ca. 47. 49. 50. Niceph. lib. 8. ca. 31.

Templi Antiocheni ſtructura.

ctis circumsepsit: variis deníque cuiúsque generis decorauit ornamētis. Ista quidē A ad hūc modū erant à nostro Imperatore confecta. Quæ autem sequuntur, in Palæstina ab eo etiā gesta fuêre. In media vrbe quæ apud Hebræos primas obtinet, non modò ecclesiā amplissimā, quæ ad memoriam salutaris Christi passionis ædificata fuit: verūetiā templum sanctū salutari signo Crucis dedicatum, magnificis & sumptuosis insignibus exornauit. Quinetiā monumētum Seruatoris, quod sempiternæ memoriæ cōmendādum est, illiúsque trophæa cōtra mortem statuta, ornamentis quæ dicēdo exprimi nō possunt, cohonestauit. Tria præterea loca trib⁹ mysticis nostræ salutis antris nobilitata, amplis & eximiis illustrauit ædificiis. Primùm illi ātro in quo Christus mūdo primùm apparebat, debitū decus impertiit. Deinde, ad illius antri memoriā, vbi postremò assumptus est, in mōtis iugo monumentum præclarum extruxit. Ad extremum, antrum illud inter hæc duo interiectum, vbi Seruator totius suæ passionis quasi certamē obibat, victoriáque mundo salutarem ab hostibus reportabat, tēplo extructo illustre reddidit. Ista omnia antra Imperatoris opera & labore magnificū splendorem sunt cōsecuta. Qui & salutare Crucis signum omnibus prædicat: & Deū, qui eius pietatē largè remuneratus est, omnem suam familiā, suáque sedem imperatoriam amplificare, imperij tempus longo annorum curriculo stabilire, suísq; probis liberis, ipsi generi, & successione eiusdē, fruct⁹ virtutis apud se recōditos habere, ingenuè agnoscit. Porrò autē hoc potentiam Dei, qui omniū censor est, quē Constantinus colit, manifestò declarauit, quòd iustitiæ quasi talēta ex æquo distribuēs, debita cōpensatione vtrūq; hominum genus remuneratus est. Nā illis qui ecclesias expugnauerāt, euerterātq;, iusta merces impietatis euestigiò inflicta: quippe stirpe generis, ædibus, laribus familiarib⁹, hac luce deniq; extemplò priuati fuere. Hic autem, qui suū dominū variis pietatis honorarit officiis, & interdum ædes planè regias ad eius gloriam illustrandā erexerit, interdum sacris monumentis vbique terrarū collocatis, suis illum cōmōstrarit subiectis, Deum reuera & familiæ & regni & generis cōseruatorem ac custodē reperit. Hoc pacto igitur præclara Dei facta per diuinā salutaris signi Crucis virtutē omnibus proposita B sunt ad intuēdū. De cuius laudibus, his qui se Sacrarū literarum professioni consecrauerint, amplius dicendi cāpus suppetit. Nā hoc salutare signum reuera fuit (est quidē istud & incredibile dictu, & cogitatu planè admirabile) quòd solū simulac in terris visum fuit, omnes cōmētitias fabulas quæ ab initio de diis cōfictæ fuissent, omniū oculis subiecit: & sicut errorē tenebris obruit, & obliuione, sic lumen mente sola perceptū, quo hominū animi illustrantur, vnum videlicet ac verum Deum omnibus patefecit. Quocirca quisque ad Deū Opt. Max. totus cōuersus, in mortuorū simulachrorū vultus expuit, execrabiles ritus quibus dæmones coli solebāt, pedibus conculcat, inueteratū errorem à maioribus traditum irridet. Qui autē Sacrarum literarum quasi scholas vbique hominibus aperiūt, hi illos perquam salutarib. præceptis erudiūt, vt deinceps neque creaturā quæ oculis corporis cernitur, suspiciāt ac venerentur: neque obtutu sursum ad solē, lunā & stellas sublato, in eorum admiratione hærerēt: sed qui supra has res domicilium habet, quíque sub aspectum non cadit, eum conditorem vniuersi fateantur, eum solū cultu & veneratione prosequi discant. Istud igitur eximiū & admirabile Crucis signum tot tantorúmq; bonorū hominibus causa extitit, cuius vi & facultate, quæ praua erāt, sublata sūt: quæ autē antè nō erant, iam apud omnes claris pietatis radiis elucent. Nā præcepta, monita, hortationes ad vitā modestè piéque degēdā, omniū gentium auribus inculcātur, ipséque Imperator idē ipsum prædicat. Atque hoc certè cum primis admirandū videtur, quòd tantus ac tam præpotens princeps, velut summi Imperatoris Dei propheta clarissima voce vniuerso mundo clamat: omnésque qui sūt in ipsius ditione, quiq; ipsius cura operaq; assiduè pascūtur, ad veri Dei cognitionē inuitat. Quinetiā in media regia, nō vt antè fieri solet, stultæ ac vanæ impiorū hominū turbæ, sed sacerdotes & administri Dei pietatis insignibus egregiè ornati, præclaris hymnis decātatis cōuentus celebrāt: vnus Deus moderator vniuersitatis, omnibus annunciatur. Euāgelicus sermo qui omnia bona nobis pollicetur, humanū gen⁹ Deo omniū rectori coniūgit: Patrē cœlestem filiis suis, qui sunt in terra, propitiū & beneuolū esse ostendit. Eum chori triūphalibus cantilenis cuiúsque generis celebrāt: eum vniuersum

Item Hierosolymitani.

Vide supra lib. 3. ca. 24. de vita Cōstant. Niceph. lib. 8. cap. 28.

Tria antra mystica templis à Constātino decorata.

Vide supra lib. eod. ca. 40. vbi duo duntaxat antra commemorat.

Crucis signū salutare.

Vide locos notatos ad 2. ca. lib. 3. de vita Cōstant.

Regiæ Constantini disciplinæ.

A vniuersum mortalium genus vnà cum cœlestibus angelorum turmis resonat: ei animi rationis cōpotes, corporibus, quibus circumclusi sunt, tanquam instrumentis musicis, hymnos decoros & eximios, diuinásque laudes concinūt. Quinetiam qui Occidentē incolunt, pariter cum his, qui in locis versus Orientē habitant, ad eum codē temporis momēto collaudandum, ipsius præceptis perdocti sūt. Et qui versus Boreā domicilia rerum suarū collocarunt, simul cum illis, qui regiones versus meridiem accolunt, vno concentu eum prædicant: piū viuendi genus consectātur, iisdem moribus & institutis instructum: vnum Deum patrem omnium gubernatorē prædicatione efferunt: vnigenitum eius filium, Seruatorem nostrum, omnium bonorum authorem profitentur: vnum etiam Imperatorem, orbem terrarum moderantem, piósque eius filios Cæsares agnoscunt. Iste verò, non aliter atque sapiēs gubernator in alto loco cōstitutus, sublimis tranat, æuúmque nostrum regit: ac recto cursu incedens, clauū tenet: & omnes qui ipsius parent imperio, secundo vento ad tutū & tranquillū portum perducit. Atque Deus ipse, qui summus omniū imperator est, vt in hac vita dextera sua ad opem illi ferendā cœlitùs demissa, omniū inimicorum aduersariorúmque effecit victorem, imperiíque principatū longinquo annorū circuitu amplificauit: sic post discessum è vita, illum bonorum multò præstabiliorum participē facturus est, réque ipsa promissa sua ei cumulatè præstaturus: de quibus accuratè disserere præsens tēpus nō sinit, sed vsque eò expectandū, quoad illò fuerimus profecti: quandoquidem cœlestia præmia, neque mortalibus oculis possunt, neque auribus corporeis omnino comprehendi.

Totius orbis vnanimis in Religione consensus.

Sequitur iam vt tibi, (Constantine victor illustrissime) in hac tua regia, diuinarū arcanarúmque literarum mysteria de sommo omniū Imperatore Deo tradita, ex scripto recitemus: non quò te rebus sacris instruamus, qui sapiētiā à Deo didiceris: neque quò tibi secreta Dei aperiamus cōsilia, cui Deus ipse multò antè quàm nos verba apud te facere aggressi sumus, non ab hominibus, neque per hominē sed per ipsum Christū cōmunem omnium Seruatorē, pérque diuinam suā visionem, quæ
B sæpenumero tibi illuxerit, occultas inuolutásque sacrorum mysteriorum notiones patefecerit, reseraritque: sed quo imperitos homines ad lucē cognitionis deducamus, tuorúmque piè & sanctè factorum rationes causásque ignaris & insciis perspicuè proponamus ad contemplandū. Nā tametsi, quæ ad summi huius vniuersitatis moderatoris Dei cultū & honorem illustrandū in dies per totum orbem terrarum à tua virtute præclarè geruntur, omniū mortalium celebrantur sermonibus: tamen monumenta, quæ in nostra patria, Palæstinam dico, ínque ea ciuitate * vnde salutaris Dei sermo velut ex fonte ad omnes homines profluxit, sunt tuo propugnatori ac seruatori ad gratias illi agendas collocata: trophæáque victoriæ cōtra mortē partæ in ecclesiis & templis Deo cōsecratis erecta: excelsa denique, eximia, magnifica, & verè regalia opera ex tua regali mente profecta, & ad salutarē immortalitatis memoriā extructa, causam, quæ te ad verā pietatem colēdā impulerit, in luce atque in oculis omniū defigūt. Atque vt alij virtute & instinctu sacri Spiritus illuminati, res verè diuinas intelligunt, agnoscúntque, téque iurè propterea & admirātur, & beatū prædicant, quòd mens tua & appetitio ad has res gerēdas diuinitùs incitata fuit: sic nōnulli, qui sunt rerū diuinarū penitus ignari, institutū tuum pro inscitia, ludibrio & cachinno ducunt, quippe indecorū, & minimè omninó cōsentaneū putant, vt tam potens Imperator suum studium & operam ad monumenta ac sepulchra corporū mortuorum construenda conferat. Quinetiā dixerit aliquis, An nō satius esset patrios ritus & instituta seruare, & heroas ac deos, qui à singulis gentibus colūtur venerari, eósque minimè illarū calamitatum causa, quas nuper acceperint, aut detestari, aut fugere? Aut enim illos perinde atque hunc * præsertim, cum earūdem calamitatū cū illis sit particeps, in deos reponere debemus? aut si illi propterea sint abiiciendi, quòd rebus incōmodis & aduersis, vt captus hominū fert, obnoxij sunt eadem de isto sententia meritò ferenda est. Ista fortasse aliquis eorū, superciliis admodum cōtractis, dixerit: qui quidē & sua opinione sibi videtur sapiēs, & suam inanem insolentiam arrogāter ostētat. Atque benignus clemētissimi patris filius, Dei sermo, non huic solum, sed aliis omnibus, qui per errorem lapsi sunt, insciitiam cōdonat: à quo etiā piæ exercitationis & doctrinæ præcepta, per vniuersum orbē dif-

De diuinorū mysteriorum contemplatione.

* *Hierusalē.*

Quid diffe- [illegible] Christi [illegible] à cul [illegible]o- [illegible]roū.

* *Christū intelligit.*

ſeminata:à quo homines in regionibus quibúſque,in vicis, agris, ſolitudinibus & A ciuitatibus habitantes vndíque ad diuinarũ rerũ diſciplinam perdiſcendam enixè accerſiti:à quo tãquã à miſericordi ſeruatore & medico animorum,Græci ſimul & Barbari,ſapientes & inſipientes,pauperes & diuites,ſerui & domini, principes & ſubiecti,impij,iniuſti,imperiti,flagitioſi,blaſphemi ad Dei cultũ accedere, matu-

Matth. 11. raréque iuſſi.Nam ſcelerũ,quæ iam antè admiſerint,ſe oblliturũ denuncians, clara

Matth. 9. voce ſic clamat: Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati eſtis & ego reficiam

Ezech. 18. vos.Etrurſus:Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiã.Cauſamq; adiungit:Non enim eſt opus valentibus medico,ſed malè habentibus.Et alibi: Nolo mortem peccatoris,ſed vt ſe pœniteat.Hinc verò ei,qui cauſas rerum ſuprapoſitarum peruidet,cogitatio ſubit tum ad aſſentiendum ſolum Imperatorẽ noſtrum inſtinctu quodam,qui ſupra hominẽ putandus eſt,res diuinas didiciſſe:tum ad modũ pietatis eius vehementer admirandũ:tum ad credendũ,illum non ſine impulſu diuino,imò verò Dei optimi maximi reuera afflatu,cuius ſpectatũ famulũ,bonorúmque miniſtrũ ſe eſſe gloriatur,in monumẽto illo ſalutis & immortalitatis extruẽdo operam & laborem ſuum collocaſſe.Hæc tibi,Imperator potentiſſime , grata in primis & iucunda eſſe pro certo perſuaſus,rerũ piè & religioſè abs te geſtarum rationes cauſáſque hoc præſenti ſermone omnibus explicare cõſtitui, quippe optaui me eſſe & mentis tuæ interpretem,& quaſi nũtiũ animi tui ſanctiſſimi, quo omnia illa,quæ diſcenda ſunt,impertiam cuique deſiderio flagranti cognoſcẽdi verba ac promiſſa virtutis Dei,& Seruatoris noſtri,propter quæ ille,qui erat ante omnia ſecula,vniuerſitatíſque curam & moderationem habebat, tandẽ è cœlo ad nos deſcendit:propter quæ naturam humanam induit,propter quæ deníque morti ſe obtulit:atque non ſolũ vitæ immortalis,quæ deinceps futura eſt,& à mortuis reſurrectionis,cauſas,verumetiã certas demonſtrationes, perſpicuáque documenta illis, qui adhuc earũ rerum cognitione egeant,cõmonſtrauit. Verùm tempus poſtulare videtur,vt hoc loco de his diſſerere ingrediamur.Illi quidem,qui cultum fabricatoris mundi & vniuerſarum rerum moderatoris Dei,ad res ab eo procreatas tranſtulerint,& ſolem,lunã,cæteráſque mundi partes,atque adeò prima elemẽta,terrã, B aquã,aërem,ignem pari veneratione cum eorum effectore & opifice obſeruarint, réſque iſtas appellarint deos,quæ neque extitiſſent vnquã,neque eſſentiã noménve habuiſſent,niſi verbo Dei,quo mũdus conditus eſt,in lucem editæ fuiſſent,perinde feciſſe mihi videntur,atque hi,qui architectum magnificorum operũ,quæ in regia cernuntur,contemnunt,& tecta,muros,picturas quoque in eiſdẽ magna colorum & artificij varietate colluſtratas,inaurata etiã opera, lapidúmque cælaturas admirantur:illíſque ipſis tum honorem artificis,tum nomẽ attribuũt,cũ æquum & conſentaneũ ſit,nõ rebus illis ſub aſpectu ſubiectis,ſed ſoli earũ architecto cauſam admirabilitatis aſcribere,& multiplicia eſſe ſapientiæ opera cõfiteri, eúmque ſolũ ſapiẽtem,qui tam multis operibus,vt talia ſint,cauſa & author exiſtat.Quinetiam illi nihil à pueris admodum infantibus differre videntur,qui lyram ſeptem chordarum inſtrumentum,ſuauem planè concentum fundens,admirantur: cõpoſitionis autem,quæ in eo cernitur,inuentorẽ & artificem minimè propter ſapientiã ſuſpiciunt:aut qui neglecto duce,qui in bello gerendo victoriȩ author fuit,haſtã & ſcutum triumphalibus coronis decorare ſtudent:aut qui in ciuitate forum,plateas,ædificia,tẽpla inanima,& gymnaſia pari honore afficiunt,cum potente rege, qui tã illuſtrem & regalem ciuitatem condiderit:præſertim cum non colũnas neque lapides,ſed ſapientem conditorem,qui tale opus conſtruendũ,& præclaris inſtituẽdum legibus curauerit,ſuſpicere venerarique oporteat.Eodem modo illi, qui hoc vniuerſum oculis corporeis contemplantur,non ſoli,neque vlli alij corpori cœleſti cauſam illius debent attribuere,ſed hæc omnia ſapientiæ opera confiteri: horũ effectorem & opificem celebrare,eũ honore & cultu proſequi,aliis rebus vniuerſis præponere , & ex iſtarum rerum aſpectu ſummum omnium moderatorem Dei ſermonem,qui non amplius oculis corporis cerni poteſt,ſed ſola mente ſyncera ac pura percipitur,cum omni animi affectione ac ſtudio diuinis laudibus ornare,ſanctéque & auguſtè colere.Nam nemo aliquando ſapientis & periti vel oculos , vel caput,vel manus,vel pedes,vel reliquas partes,quæ in humano corpore hærent,ſapientes

A pientes dixerit:tantum abest vt palliũ,quo circũuestitur,aut domus supellectilem,
aut alias res ad vsum necessarias,sapientes appellarit:sed prudens quisque mentem
ab oculis & aspectu seclusam admirari & suspicere voluerit. Qua ratione inducti,
vnigenitum Dei sermonem,quem nullus oculorũ sensus & obtutus capere potest, *Dei sermo vnigenitus*
quíque hanc vniuersitatem & decora specie exornat, & prouidentia moderatur, *Christus,rerũ*
præ operibus totius mundi in cernendi sensum incurrẽtibus(quæ quidem corpora *omniũ totiusque vniuersi*
sunt,& ex vna eadémque materia concreta)in summa admiratione habere debe- *gubernator.*
mus:quem,omniũ conditor,omnem essentiã lõgissimè superans,ex se ipse genuit:
ducẽ & gubernatorem huic vniuersitati præfecit.Nam cum fieri non posset,vt hęc
fluxa & fragilis corporum essentia,naturáque animãtium rationis participium ad
Deum patrem rectorem vniuersi,propter incredibilẽ illam excellentiã, qua ab eo
superatur,appropinquaret:(ille enim ingenitus est,longissimè supra huius vniuersi-
tatis verticẽ situs,qui verbis exprimi,ad quem accedi appropinquariue nõ potest:
qui lucẽ inhabitat inaccessibilẽ,vt Sacræ loquuntur literæ:hæc autẽ ex nihilo con- *1.Timoth. 6.*
creta est,longissimo & maximo interuallo ab illa natura, quæ minimè genita fuit,
distincta diuisáq;)non sine causa Deus pater moderator vniuersi,vtpotè clemẽtissi-
mus,diuinũ & potentissimũ eius vnigenitum sermonem,qui proximus & intimus
illi est,qui arcanorum eius consiliorum particeps est,qui se ad nos à summo illo pa-
radisi fastigio delapsos benignissimè demisit,nostræq; naturæ fuit quodãmodo cõ-
formatus, mediatorem interposuit.Nam neq; piũ sanctúmue reuera fuisset,illum
summum omnium gubernatorem,Deum patrem,cũ caduca materia, mortalísve
corporis natura copulasse.Quapropter Dei sermo huius vniuersitatis gubernacula
promiscuè suscipiens,eiúsq; quasi habenas manu prehendẽs,facultate quadã diui-
na,& ab omni cõcretione mortali libera regit,ducit,& quatenus ipsi videatur con-
sentaneum,summa cum sapientia moderatur,huius sermonis vis ac potentia hinc
liquidò constare poterit.Nam si illæ mundi partes , quas prima elementa vocare
solemus,terram dico,aquam,aërem,ignem,quásq; oculis cernimus, eædem per se
B consistant:si vna omnibus rebus subiecta essentia,quam πανδοχον,id est, omniũ ca-
pacẽ,quam matrẽ,quam deniq; nutricem philosophi in his rebus describendis di-
serti,appellare cõsueuerũt:si eadem ipsa,forma ac specie careat , si omninò animæ
rationísque expers sit,vnde ornatus,dixerit aliquis,ei ingeneratur? Vnde elemẽto-
rũ in ea distributio?vnde rerũ cõtrariarũ cõcursus & cohærentia ? Quis grauẽ terræ
molẽ in humida natura natare vehíque præcepit? Quis naturã aquarum deorsum
labentẽ,retrò cõtrario motu cieri,& sublimem in nubibus ferri cõpulit?Quis ignis
naturã & vim sic compressit,vt in lapidibus delitesceret?quísue eam cum rebus na-
tura contrariis cõmiscuit?Quis frigidum aërem cum vi ignea copulauit,pugnàque
mutua dirẽpta,eas res quasi reduxit in gratiã?Quis mortale genus successionis serie
excogitata,ad immensum æuum instar vitæ immortalis propagauit?Quis ita marẽ
& fœminam formauit,quísve ambos sic vno consensus colligauit vinculo , vt om-
nia animalia ab illis principium sui ortus ducerent?Quis semẽ,cuius natura cadu-
ca,fœda & fluxa est,ita immutauit,vt animans ab eo ederetur?Quis has res omnes,
aliásque infinitas,quæ multo plus habẽt admirationis,etiã adhuc efficit ? Quis sin-
gulis diebus,atque adeò horis,harum rerũ ortus maturitatésque occulta & recõdi-
ta vi perficit?Certè istarũ vniuersarum admirabilis Dei sermo est author, & causa
reuera existimãdus.Nã hic omnipotẽs & verus Dei sermo per omnia se diffundẽs,
& sursum in sublime,deorsum autẽ in profundũ se facultate quadam corporis ex-
perte porrigens,& in latum longúmque per hanc vniuersitatem pertinens,eã quasi
larga manu cõprehensam continet,constringítque:séque ipse velut instrumentum
quo vndíque in vnum cõpingitur,in eo defigens,essentiã corporum,ratione,forma
ac specie carentẽ,vi quadã solertissima,exquisitissimáque torquet,versatque:& ea,
quæ sunt admodum disiuncta,tanquam lapidibus frontatis ex vna parte operis ad
alteram pertinẽtibus in vnum cogit.Ipsum etiam solem,lunam,& cætera cœlestia
luminaria ratione quadam inexplicabili gubernans,ad totius vniuersitatis cõmo-
dum quasi manu ducit.Idémque ipse Dei sermo in terram se demittens, varia cu- *Sermo Dei*
iusque generis animalia,multiplices quoque & ad aspectum præclaras plantarum *rerum omniũ*
formas procreat.Quinetiam in profundos maris recessus penetrans,natantiũ bel- *creator.*

luarum genus effinxit:ibique infinitas & innumerabiles animantium omnis generis formas ac differentias progignit. Idem etiam ea quæ sunt in vtero concepta, intus tanquam in officina naturæ perficit, animalísque formam illis impertit. Idem porrò fluitantem & grauem humidæ essentiæ naturam, primùm in sublime tollit, deinde mutatione quadam dulcem efficiens, in terram moderato lapsu demittit temporibúsque certis ac definitis eam subministrat: atque velut optimus agricola, agros commodè rigat: & humido cum sicco temperato, eos rebus cuiusque generis æquabili distributione concinnat, modò venustis floribus vestiẽdo, modò herbarum formis cuiusque modi illustrando, modò suauibus odoribus condiendo, modò variis fructuum generibus decorando, modò denique sapores ex illis ad gustum hominum oblectandum largiendo. Sed quid est quamobrem ipse sermonis Dei virtutes persequi audeam, præsertim cum earum vis omnem mortalem cogitationem longè superet: rémque, quam nemo efficere aut consequi possit, aggrediar? Hunc quidem alij naturam vniuersi, alij totius mundi animam, alij fatum, alij ipsum summum omnium moderatorem Deum nominare solent: résque inter se diuersissimas longissiméque distantes, nescio quo pacto permiscendo, ipsam summam patris virtutem, quæ cuncta moderatur, quæque ingenita est, è sublimi in terram depressam, cum corporibus ac caduca materia commixtam, & inter res mortales & immortales mediam interiectam volutari asseuerant. Atque hæc quidẽ isti ad hunc modum. A

Dei sermo omniũ bonorum author & causa.

Diuina autẽ Sacrarum litterarum doctrina, cum summum omnium bonorum authorem & causam esse, omnem humanam comprehensionem superare asserit: & propterea neque verbis describi, neque oratione exprimi, neque nomine appellari, neque voce proferri, neque vlla cogitatione percipi posse, neque corporibus, neque cœlo, neque æthere, neque vlla parte vniuersi circumscriptum esse, sed vbique & extra omnia in arcanum & inexplicabilem quendam cognitionis recessum abditum & abstrusum. Hunc solum verum Deum agnoscendum diuina tradunt eloquia, qui & ab omni essentia corporea secretus est, & ab omni seruili ministerio alienus. B Quapropter ex ipso omnia, non autem per ipsum extitisse dicuntur: sed ipse velut imperator intus in reconditis & inaccessis adytis, lucem inhabitans perpetuò inaccessibilem, sola libera & voluntaria sua potentia omnia moderatur ac regit. Nam eo volente existit, quicquid existit: & eo nolente non existit. Vult autẽ omnia bona, quoniam ipsum bonum reuera ille ipse est: Deus autem sermo, per quem omnia, ab omni æternitate à benigno patre, tanquam à perenni, & immenso fonte instar fluuij erumpens, fluit, omninóque ad communem rerum vniuersarum salutem & conseruationem dimanat. Atque vt exemplo in communi vita posito rem ante oculos statuam: mens nostra (quæ in cernendi sensum minimè cadit, quamque quænam & qualis essentia sit, nemo homo vnquam nouit) velut rex, qui intus in secreto suo cubiculo se continet, sola quæ agenda sint, consilio prouidet: oratio, quæ ex ea fata egreditur, & ex eius recessu non aliter quàm ex parentis gremio ratione planè ineffabili, & vi quadam, quæ verbo explanari nequit, edita est, prima paterna sensa & cogitationes omnibus denunciat, eaq; quæ erãt in paternis penetralibus deliberata palàm prædicat, réque ipsa efficit vt consilia parentis ad omnium aures perueniant, deinde qui orationis sunt facti participes, vtilitatẽ & fructum inde percipiunt. Et tamen mentem quæ est in oculto abdita abstrusáque, quę quidem orationis parens est, nemo vnquam oculis aspexit. Eodem modo (imò verò nulla imagine aut exemplari describi potest) perfectus Dei omniũ regis sermo, vtpote vnigenitus patris filius, qui neque ex prolatione constat, neque ex syllabis, nominibus, aut verbis efficitur, neque voce aëris adiumento efficta formataq; exprimitur: sed Dei omniũ rectoris viuus & efficax sermo est, & cum eo essentia subsistit, tãquã virtus Dei, & Dei sapiẽtia ex patris diuinitate & regno egreditur: quiq; bonũ boni patris germẽ, & cõmunis omniũ seruator est, omnia quæ sunt vitæ participia suæ gratiæ fluentis perfundit, & rationis, sapiẽtiæ, lucis, & omnium bonorum quasi riuos ex sua ipsius plenitudine deducens, nõ modò ea quæ ipsum quodãmodo cõtingunt, inq; proximo sunt posita, rigat: verũetiam quæ longo interuallo distãt, inq; terra, mari, aut si quæ alia sedes domiciliúmve rerum vsquã sit, versantur.

Ment.

Oratio mẽtis filia.

Dei sermo qui et vnigenitus filius.

Quibus

A Quibus vniuersis fines, regiones, leges, & certas velut hæreditates præscribit: suáque regia potestate, ea quæ apta conuenientiáque sunt, singulis tribuit, suppeditátque: & nonnullis orbes illos, qui mundi verticem superant, aliis ipsum cœlum, quibusdam sedes æthereas, multis aërem, non paucis terram ad incolendum assignat: deinde hinc in alia loca rursus transfert: singulas animantium vitas accuratè distinguit, indoles & consuetudines morum alias aliis impertit. Victum & alimentum non modò quibus insit ratio, sed his etiam quæ eadem careant, quæque ad vsum eorum quæ habent rationem procreata sint, præparat: & his vitæ mortalis & caducæ largitur vsuram, illa immortalis vitæ participia reddit: omniáque pro suo arbitratu, vtpote Dei sermo, efficit: omnibus præstò adest, omnia diuina vi tranat: & obtutu in sublime ad patrem sublato, pro illius voluntate ac nutu res inferiores, & quæ ipsi substratæ sunt, aptè & conuenienter, velut communis omnium conseruator, gubernat: séque medium quodammodo interponit, & essentiam quæ ortum habet, cum ea quæ æterna est, coniungit. Quippe idem ipse Dei sermo est tanquam firmum vinculum interiectum, quo ea quæ intercapedine distant, tum colligantur, tum impediuntur, quo minus longius alterum ab altero dilabantur. Hic prouidentia est, qua res cunctæ administrantur: hic curator & rector vniuersi, hic vnigenitus Dei filius ex Deo patre genitus, Deus verbum. Nam in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est, sicut sacræ Diuinarum scripturarum voces docent. Hic communis omnium sator, cuius vi res vniuersæ oriũtur, pubescunt, & imbribus ab eo demissis, in omne tempus irrigatæ, recentem ac nouam in dies viriditatem & pulchritudinem insignem vniuersitati afferunt. Hic vniuersitatis quasi habenis manu prehensis, eam paterno nutu recto cursu ducit, ingénsque totius mundi velut nauigium gubernat, regitque. Igitur summus omnium moderator, filium vnigenitum, talem támque præclarum artificem, tanquam fœtum excellentem ex se vtpote pater progignens, eum mundo, bonum planè maximum, largitus est: eúmque ipsius dico sermonem velut animum in corpus inanimum, naturámque corpoream rationis

Ioan. 1.

B expertem quodammodo inclusit, & essentiam forma, specie, anima & figura carentem diuina eius vi illuminauit, in eáque vitam inseuit. Quem quidem & intelligere, & mente complecti debemus, in materia & elementis, ex quibus corpora concreta sunt, perpetuò insidere, & vitam omnibus impartiri: eúmque ipsum, germen & lumen esse à lumine ineffabili profusum: & licet vnum essentia, vtpote ex vno patre genitum, multas tamen facultates in se continere. Neque tamen, quanquam multæ partes mundi sunt, propterea putandum multas esse facultates quibus regitur: neque quoniam multæ sunt creaturæ, idcirco multos deos statuere cõuenit. Nam liberi ac posteri eorum, qui multitudinem deorum inuexerunt, tanquam infantes animis, graui errore se implicabant, dum partes mundi in numerum deorum referrẽt, atque adeò vnum mundum in multos non aliter dispertirẽt, ac si quis homine vno posito constitutóque, oculos separatim hominem esse diceret, aures itidem alium hominem, caput etiam alium: collum, pectus, humeros, pedes, & manus similiter: cætera præterea membra minutatim distributa: sensuum quoque facultates ratione distinctas, ad summam vnum hominem esse cõplures affirmaret: sicque nihil aliud efficeret, quàm vt ipsius à sapientibus egregiè irrideretur inscitia. Atque idem de eo dici poterit, qui ex vnius mundi partibus infinitos sibi deos constituat: aut qui hunc mundum ortum habentem, & ex multis partibus conflatum effectúmque, ipsum Deum esse arbitretur; quíque non intelligat diuinam naturam ex partibus non posse constare. Nam si concreta sit, & coagmentata, altero à quo coagmẽtetur egere necesse est: atq; diuina certè esse non potest, si ex multis constet partibus. Etenim qua tandem ratione, cum ex diuersis disparibúsque rebus, quarum hæ meliores sunt, illæ deteriores, cõpacta sit, simplex esse, partibúsque & coagmentatione carere, mũdi denique descriptioni sub aspectum cadẽti antecellere queat? Quapropter ille veritatis præco, clara voce sic quodammodo clamat: Dei sermo, qui est ante omnia, solus omniũ hominum seruator est. Deus autẽ generationis author, qui dicẽdo exprimi nequit, cum solus omnium causa sit, ipsius sermonis, vtpote vnigeniti filij propriè pater dici potest: qui nullam causam seipso superiorem agnoscit. Quare solus ille Deus est: vnigenitúsque eius filius omnium seruator ex eo editus, vnicus Dei sermo, qui per omnia permeat. Quemadmodum lyra ex multis chordis constat, eisdémque dissimilibus

Deorum multitudo perperam instituta

Colos. 1. Non citat locum Pauli ad verbum, sed attingit solũ.

quarum hæ acutæ sunt, illæ graues, & hæ cōtentæ, remissæ illæ, aliæ autem intermediæ, A omnésque ad artem musicam aptè admodum & cōcinnè directæ: sic mundus iste sub sensum cadens, ex multis partibus conficitur, coagmētatúrque, quarum natura partim frigida est, partim calida: humida partim, partim sicca, quæ inter se pugnant maximè: ex quarum æquabili tēperatione, cùm mundus affabrè constructus sit, fit quasi instrumentum & opus præpotente Deo dignissimū. At diuinus sermo neque ex partibus constat, neque ex rebus contrariis concretus est: quippe qui & partibus caret, & à coagmentatione alienus, quíque scienter & peritè hoc vniuersitatis, vt ita dicam, instrumentū pulsuans, suo patri, moderatori omnium, conuenientem concentum, tum sibi decorū fundit. Sicut in vnum corpus multa membra viscera & intestina ferè infinita cōpacta sunt, vnúsque solum animus, qui per omnia diffunditur, ménsque vna partibus & corpore vacans: sicque in hac vniuersitate mundus vnus, ex multis partibus constans, sermóque Dei itidem vnus, qui non multa solum, sed omnia potest, pérque omnia pertinet, & reuera dimanat, omnium denique author & causa est. Cum oculos ad vniuersum mundum intuendum adiicis, an nòn vides vnum cœlum infinitas astrorum multitudines, quæ in orbem torquentur, in se cōplecti? Et rursus vnum esse solem, qui alia sydera, eorúmque omnium splendores sua larga immensáque luce obscurat obtegítque? Eodem modo vnius patris vnum esse verbum, benignique patris benignum filium necesse est. Quod si quis queratur, quòd plures non sint: talis etiam queri poterit, quòd nō sint plures soles, plures lunæ, plures mundi, & de aliis rebus infinitis eodem modo: ídque insanientis more, qui res rectè præclaréque natura constitutas conatur peruertere. Quinetiam vt in rebus sub aspectum cadentibus, sol vnus vniuersum mundum sensibus cōprehensum collustrat: sic in rebus mente & intelligentia perceptis vnus Dei sermo, qui oculis neutiquam aspici potest, quíque omnipotens est, res illuminat vniuersas. Quippe in homine etiam vnus animus, & vna huius facultas particeps rationis, multarum quidem rerum artifex est. nam is multiplici cognitione imbutus, & agrum colere, & fabricari nauem, & eandem gubernare, & ædificare domum aggreditur. Vnáque in homine mens & ratio infinitas propè scientias capit. Etenim & geometriam & astronomiam tenet, & grammaticæ, rhetoricæ & medicinæ præcepta tradit: ínque illis artibus B quoque, quæ manuum opera perficiuntur, versatur. Atque nemo hactenus plures animos in vno corpore inesse aliquando existimauit: neque multas in homine essentias propterea insitas esse censuit, quòd multarum scientiarum capax sit. si quisquam fortè massam luti reperit, ínque ea deinde manu molita & subacta animalis effigiem imprimit, & caput alia figura, alia autem manus & pedes, oculos rursus alia, & genas similiter alia, alia etiam aures, os, nares, pectus & humeros fingendi arte exprimat, formétque, tametsi multæ figuræ, partes, membráque in vno corpore artificiosè fabricata sint: non tamen propterea totidē effectores, quot sunt figuræ, extitisse censere, sed vnum omninò totius operis artificem agnoscere, eúmque laude & prædicatione necessariò efferre debemus, qui vnius rationis vi, vnaq; facultate opus vniuersum construxerit. Idem etiā de toto mundo dici potest, qui cum vnus sit, licet ex multis constet partibus, non tamē multas habuisse facultates, à quibus sit architectatus, putandus est: neque multi dij nominandi, sed vna solertissima Dei potentia, vnáque Dei sapientia, qua cuncta coagmētantur, cōtinentúrque, quæque vna vi ac virtute per omnes res peruadit, per mundum vniuersum tranat, cuncta procreat, eis vitam largitur, vniuersis deníque ac singulis corporibus elementísque varia subsidia adiumentáque ex seipsa suppeditat, existimanda. Pari ratione vna etiā eadémque lucis ac solis impressio censenda est, quæ simul & aërē illustrat, & lumen porrigit oculis, & tactionē calefacit, & terrā fertilē feracémque reddit, & affert plantis incrementum, & temporis efficit vicissitudines, & siderum cursus regit, & cœlum in gyrum torquet, & splendore exornat mundum, & immensam denique Dei potentiā omnibus planā facit. Ista omnia vna naturæ vi perficit. Quintiā natura ignis candē habet rationē. nam eius ardore aurum purgatur, liquefit plumbum, cera mollitur, durescit lutum, humida arescit materia: tot támque diuersæ res vi ignea conficiuntur. Eodē modo de Dei sermone rectore omnium dicere possumus. Ille namque per omnia permeat, in omnibus inest, per res cunctas, tam cœlestes quàm terrestres peruagatur, res abstrusas & à sensu oculorū remotas gubernat, ipsum solem, cœlum, mundum vniuersum, arcana quadā & inexplicabili vi regit, facultatéque efficaci omnibus præstò

In vnitate perfectio est.

Ignis natura.

Sermonis Dei vis.

A præstò adest, per omnia denique incedit. Quinetiam solem, lunam & stellas, luce ex suo æterni luminis fonte hausta collustrat. Cælum velut effigiem suæ ipsius magnitudini simillimam maximæque cohærentem formauit, idémque in perpetuum moderatur. Porrò angelorum, spirituum, essentiarum mente & ratione sola perceptarum, vitæ & lucis, sapiētiæ & omnis virtutis, honesti & boni cuiusque potestates, supra cæli & mundi fastigium sitas, suis ipsius sapientiæ & diuitiarum thesauris complet. Itémque vna eadémque quasi architectandi arte, tum elementis essentias suas, tum cæteris corporibus mixtiones temperationésque suppeditare nunquam desinit. Iam verò formas, figuras, qualitatésque, tum in animalibus, tum in plantis, tum in animabus ipsis, siue rationis participes sunt illæ quidem, siue expertes, alias alio modo infinita varietate distinguit, omnibúsque omnia vna vi subministrat, & perspicuè ante oculos cuiusque proponit, vnum hunc mundum, tam aptè & concinnè compactum constructúmque, opus esse sermonis Dei, qui mundi opifex dicitur: non autem lyram, quæ vel ex septem chordis, vel ex pluribus constat.

Deinceps causam, cur Dei sermo, qui tam potēs est, ad homines descenderit, oratione explicare aggrediamur. Humanum genus quoniam præ mentis inscitia minimè secum considerabat, istum Dei sermonē cœlo & terræ præsidere, eum ex ipsa patris diuinitate tanquā ex fonte editum esse, huic mūdo præstò adesse, inque eo versari, claráque suæ prouidentiæ & curæ erga homines indicia præbere: idcirco venerandum Dei nomen soli, lunę, cœlo, & sideribus tribuerunt, Neque hic gradum sistebant, sed terrā etiā, fructus ex ea editos, alimenta corporū cuiusque modi in deorum numero habuerunt: quippe Cereri, Proserpinæ, Baccho, & aliis his similibus simulachra fabricant. Neque porrò his contenti acquieuere, sed suæ ipsorum mentis cogitationes, & ipsam adeò istarum interpretem, orationem, deos appellare non sunt veriti: ac mentē Mineruam, orationem autem Mercurium vocarunt, eiúsque facultates, quibus scientiæ percipiuntur, Mnemosynem, & cæterarū musarum nominibus nuncuparūt. Neque hic certè finem suæ stultitiæ statuerunt, sed extra modum impietate progressi, absurdę ipsorum peruersitati in dies quasi accessionem adiungere, & suas animorum perturbationes (quas auer-
B sari rectáque ratione sanare oportuerat) in deos reponere: ac non cupiditatem solum, & grauem illum intemperantémque animorum morbum, sed partes & membra corporis, quæ homines ad turpia flagitia pertrahūt, nimirum Amorē, Priapum, & Venerem, qui sunt ad obscœnas voluptates effusè procliues, res denique alias de genere eodem, deos dicere cœperunt. Neque hic sanè ab illis desitum est, sed ad corporum ortus, & ad hanc fragilē, mortalémque vitam prolapsi, homines mortales consecrare, eos post mortem hanc vsitatam & communem Heroas & deos nominare: quippe immortalem diuinámque essentiam, ac vim, circiter eorum monumenta atque sepulchra obseruari suspicati sunt: Neque adhuc eorum amentia exitum habuit: sed procedens longius, tum alia genera animalium ratione carētium cuiusque modi, tum serpentes maximè venenatos, sancta Dei appellatione honorare. Neque hic cessatū est, sed excisis arboribus, & lapidibus è terra effossis, metallis etiam, vt ære, ferro, aliáque eius generis materia conquisitis, primùm effigies fœminarum, masculorum figuras, ferarum etiam & serpentium species formare & effingere, deinde his honores adhibere. Neque in hoc nequitię gradu constiterunt, sed simulachris in occulto delitescentibus, recessibus quoque obscuris, malignis dæmonibus viscera animantiū subeuntibus, qui victimarum libamenta & nidores vorant, deorum nomina tribuere. Progredi præthereà vlterius, & præstigiarum infandarum quasi vinculis, execrandísque & violentis cantibus incantationibúsque potestates ab oculis seclusas, perque aërem volitātes, sibi velut assessores attrahere. Itémque alij alios mortales in deos referre. Nam Græci Bacchum, Herculem, Æsculapium, Appollinem, nonnullósque alios homines Heroum & deorum nominibus donauerunt. Ægyptij, Horum, Isidem, Osyrim, & homines hisce similes, deos arbitrati sunt: qui quidem etsi propter eximiam & singularem suam sapientiam, Geometriæ, Astronomiæ, & Arithmeticæ inuentionem sibi vendicabant: non tamen, licet essent sapientes, nouerunt intellexeruntve vel diuinæ potentiæ mensuram, vel quantum inter illam & naturam mortalem rationísque expertem intersit, expendere rationéque lustrare. Quapropter omnes bestiarum deformium species, omnia animalium genera, serpentes etiam venenatos, & feras agrestes, deos appellare non sunt veriti.

Sermo Dei cur ad homines descēderit.

Deorū multitudo apud Gētiles vnde.

Minerua. Mercurius. Mnemosyne. Musæ.

Amor. Priapus. Venus.

Mortui homines pro diis culti.

Animantia bruta pro diis culta.

Simulachra pro diis culta.

Dæmones pro diis culti.

Ægyptiorū dij.

Phœnicũ dij. Arabũ dij. Getarum dij. Cilicum dij. Thebanorum dij.

Phœnices, Melcantharum & Vsorum, & alios nonnullos mortales homines, eósque A ignobiles & abiectos, deos vocauerunt. Arabes itidem, Dusarim quendam, & Obdum: Getæ Zamolxin: Mopsion, Cilices: Thebani Amphiaraum pro Deo colebant. In aliis locis alij rursus alios, qui à natura mortali nihil differunt, sed reuera homines sunt, venerabantur. Ad summam igitur Ægyptij, Phœnices, Græci, & vniuersum mortalium genus quod solis radiis collustratur tametsi partes mundi, elementa, fructus qui è terra efferuntur, suas ipsorum perturbationes, furores dæmoniacos, visa, & quæ his multò flagitiosiora sunt, deorum adulteria, nefandos cum masculis concubitus, mulierum raptiones satis agnoscebant: nihilominus tamen quamque ciuitatem, pagum & regionem delubris, simulachris, & templis his rebus dedicatis compleuerunt, moribúsque illis diis similibus animos suos perdiderunt. Itaque tum deos, tum illos qui proximè ad deorum naturam accedebant, Heroas dico & bonos Genios, verbo quidem apud illos audire licet, res tamen ipsa penitùs cum his nominibus pugnat. Nam rebus turpibus ac flagitiosis honos ab illis tributus est. Quemadmodum si quisquam cum solem & luminaria cœlestia cuiquam demonstrare cœpit, non in sublime oculos tollat: sed manibus deorsum in terram demissis, & humi in solum proiectis, in luto ac cœno virtutes ac potestates cœlestes inuestiget: sic humanum genus mentis inscitia, & nequam dæmonum fraude inductum, diuinam essentiam, quæ sola mente comprehenditur, quæque supra cœli mundique verticem sita est, infrà in corporum ortu, in mortalium perturbationibus, in morte denique inesse sibi persuasum habuit.

Homines sacrificãdi mos. Homines immolarunt. Phœnices Saturno. Rhodij Saturno. Salaminij Mineruæ. Proprios liberos mactãdi mos. 1 Heliopolitæ 2 Amoses rex. 3 Chij Baccho Tenedij Baccho. Lacedæmonij Cretenses Saturno. Laodicæi Mineruæ. Carthaginenses Dijs ac dæmoniis. 4 Græci ad bellũ exituri hominem dijs immolabant. 5 Thraces, Scythæ. Athenienses. Megalopolitani Ioui. 6 Diodorus Siculus. 7 Lybies Saturno. 8 Dionysius Halicarnassensis. 9 Itali Ioui et Apollini. Deorum multitudo concordiam religionis tollit, vnde intestina dissidia & bella publica.

Ac nonnulli eò venêre dementiæ, vt res sibi charissimas illis sacrificarent: neque suæ ipsorum parcerent naturæ, sed vnigenitos & charos suos liberos, furore & mentis alienatione impulsi mactarent. Atque quid quæso poterat magis insanum esse ac furiosum, quàm homines sacrificare, & ciuitates vniuersas, atque adeò suas ipsorum ædes, suorum cæde & sanguine polluere? An non Græci harum rerum testes sunt? an non historia tota earundem commemoratione referta est? Phœnices enim quotannis charos & vnicos liberos Saturno immolabant. idem à Rhodiis erat factitatum: quippe pridie Non. Maij homines mactabant. In Salamini etiam intra vnum ambitum delubri Mineruæ Agraulidis, & Diomedis, vir quidam incedens, ter aram curriculo circuiuit: cuius deinde pectus sacerdos confixit B hasta: pòst in rogo aceruato extructóque totum cremauit. Itémque cædes hominum, quæ in Ægypto fiebāt, vix numerari possunt. Nam [1] Heliopoli tres homines in dies singulos sacrificabant: pro quibus [2] Amoses eorum rex, cùm rem crudelem esse & planè immanem intelligeret, totidem homines cereos immolari præcepit. Quinetiam in [3] Chio, Omadio Baccho hominem descerptum offerebant: & in Tenedo eodem modo. Porrò Lacedæmone victimam ex hominibus confectam immolarunt. idem factũ fuit à Cretensibus qui Saturno hominem sacrificabant. Laodiceæ quoque, quæ est vrbs Syriæ, virgo quotannis olim Mineruæ immolari solet: iam verò ceruus. His accedunt Lybies & Carthaginenses, qui hominibus sacrificandis deos suos & dæmones placare aggressi sunt. Arabes etiam in annos singulos puerum exsacrificabant, quem subter aram sepeliuêre. Itémque omnes [4] Græcos ex communi quadam consuetudine hominem prius mactasse, quàm ad bellum exirent, manifestò docet historia. [5] Thraces præterea & Scythas idem fecisse constat. Athenienses quoque filias Leonis, & Erethei filiam mactatam fuisse commemorant. Quin adhuc etiam Megalopoli in die festo Iouis Latriarij hominem interfici, nemini obscurum est. Istas res ita se habere, philosophi probatissimi suis testimoniis confirmant. [6] Diodorus etiam, qui historiam ex variis bibliothecis collectam breuiter complexus est, memorat, [7] Lybies ducētos nobilissimos pueros Saturno palàm sacrificasse, & nihilominus tamen trecentos alios sacrificio addidisse. Porrò [8] Dionysius rerum à Romanis gestarum scriptor, narrat ipsum Iouem & Apollinem (hos enim nominat) in [9] Italia ab originibus petiisse, vt homines ipsis immolarētur. eos autem hanc rem rogatos, omnium quidem fructuum decumas diis illis sacrificasse: sed quoniam homines sacrificare recusabant, in varias cuiusque generis calamitates incidisse: nec prius illis malis fuisse liberatos, quàm ex suis decimum quemque hominem immolassent. Itaque cùm hoc modo decimum quemque hominem è medio sustulissent, sacrificassentque, illi regioni authores fuisse, vt hominum cultu & frequentia penitùs priuarentur. Tot miseriis humanum genus olim vexatum, oppressũmque constat. Neque his solum grauiter affligi satis erat, sed in seruitutem

A uitutem aliis penè infinitis calamitatibus,redactum fuit. Nam gentes totius orbis terrarum,tam Græcæ quàm Barbaræ, velut vi & poteſtate dæmoniaca ad furorem incitatæ, graui & acerbo ſeditionis morbo conflictatæ fuerunt: adeò vt nuſquam humanum genus vel ſocietatem coïre,vel ad concordiam reduci poſſet.Quippe hic illicque ingens totius humanæ naturæ quaſi corpus membratim diſtractum,homines ab hominibus diſcordia in ſingulis terræ angulis diſiuncti, ob varias legum & Rerumpub.formas inter ipſos ad diſſenſionem inflammati:quinetiam immanitate efferati, crebris inter ipſos ſeditionibus exarſerunt: ſic vt perpetuò per totum vitæ ſpacium mutuas pugnas & bella exercerent:neque cuiquam integrum ac tutum eſſet iter aliquò ſuſcipere, niſi armis, ſicut inter hoſtes euenire ſolet, ſe firmè obtexiſſet. Nam agricolæ in agris & vicis gladiis cinctis incedere, & arma potius quibus munirent ſeſe, quàm inſtrumenta quibus terram colerent,poſſidere conſueuerunt:præterea prædas agere,& vicinos ſubiugare, virtutis loco ducere. Porrò autem fabulis, quas de ſuis diis confinxerant, tanquam anſam ad vitam flagitioſè & nefariè degendam, ſibi arreptis omnibus intemperantiæ generibus,non corpora modò, ſed etiam animos infecerunt labefactarúntque. Neque ſatis habebant hæc admiſiſſe, ſed extra naturæ fines egreſſi, longius procedere infandáque ſcelera atque adeò auditu incredibilia inter ipſos mutuò, temulentorum more,patrare cœperunt. Maſculi enim in maſculos (vti ſacræ loquuntur literæ) turpitudinem operati ſunt, & mercedem quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis receperunt. Neque ita finem nequitiæ impoſuerunt, ſed notiones etiam de Deo naturaliter in animis inſitas peruertentes,omnia in huius vniuerſitatis complexu contenta, nec prouidentia, nec vllius moderatoris nutu regi cenſuerunt: ſed vniuerſi coagmentationem conſtructionémque naturæ cuidam temerariæ & fortuitu agitatæ, atque adeò fatali neceſſitati attribuerunt. His accedit, quòd animos vnà cum corporibus flagitiorum maculis inficiendos dedentes, vitam feram, agreſtem, & haud vitalem degerunt. Nam nec animi naturam perſcrutari,nec diuini iudicij ſententiam expectare,nec præmia virtutis, nec iniuſtæ vitæ ſupplicia animo complecti aliquando aggreſſi ſunt. Iam

Occaſio flagitiorũ ex deorum multitudine.

Gentiũ varia ſcelera. Roman. 1.

B verò & integræ nationes multiplicibus vitiorum generibus contaminatæ, vita belluarum more acta contabuerunt. In quibus nonnulli complexus nefandos ac ſceleratos cum matribus commiſcere ſolent, alij ſorores in matrimonium ducere, multi ſuas ipſorum filias violare: non pauci peregrinos, qui ad ipſos aduentauerant, obtruncare: quidam humanas carnes comedere: complures eos qui exacta ætate erant, primùm laqueo ſtrangulare,deinde eorum carnibus veſci: alij denique ſuos adhuc viuos canibus laniandos obiicere. Tempus quidem certè me deficeret, ſi omnia mala veteris & grauis illius erroris, quo vniuerſum humanum genus implicatum tenebatur, percenſere conarer: quippè cùm ſint alia infinita his planè ſimilia. Quibus benignus Dei ſermo commotus,gregis rationis participis,qui ex hominibus conſtat, miſericordiam capere cœpit:& iam olim per prophetas ſuos,& longè ante eorum ætatem per alios pios viros, & pòſt etiam per nonnullos qui præ cæteris illuſtres erant,eos qui deſperati fuerunt, ad animi ſanitatem reſtituendos curauit:ac partim legibus, partim variis hortationibus, partim doctrina cuiuſque generis, pietatis principia & ſemina in animis hominum inſeuit. Verùm, cum mortale genus ita errore huc illúcque vagaretur, & ſic crudeliter eſſet non à lupis & feris immanibus,ſed à dæmonibus & diris ſpiritibus, qui animum labefactant,diſcerptum,vt non humana ope & facultate curari poſſet,ſed adiutore qui longè ſupra hominem putandus eſt, egere videretur: deinceps ille Dei ſermo clementiſſimi patris voluntati obſequens, lubens admodum in mundum venit, & in noſtræ naturæ quaſi caſtra ingreſſus eſt.Cauſa autem cur in orbem terrarum deſcenderit, fuêre res illæ ſuprà demonſtratæ: ob quas quidem cum mortalibus in colloquium & congreſſum venire non eſt dedignatus. Neque profectò hoc præſtitit, quòd ei illud facere in more poſitum fuerat (quippe qui & corpore vacet, & per vniuerſum mundum occulta quadam vi peruadat) ſed vt non modò operibus cæleſtibus, verum etiam miraculis in terra editis ſuam eximiam poteſtatem patefaceret,& communem naturæ conſuetudinem noua quadam & inuſitata immutaret. Nam per corpus mortale ſermones cum mortalibus & vſum vitæ habuit:eo planè conſilio,vt quod erat mortale,per ſuum ſimile ſaluum poſſet efficere.

Chriſti incarnem aduentus neceſsitas.

Chriſti interram deſcenſus cauſa.

Verùm deinceps quid cauſæ fuerit,cur Dei ſermo,qui expers corporis eſt, corpore

Sermo Dei cur incarnat.

velut instrumento vsus, ad congressus & colloquia cum hominibus faciēda venerit, explanare aggrediamur. Atque quia alia ratione diuina essentia, quæ ex nulla materia cōcreta est, neque sub tangendi cernendiue sensum cadit, his qui Deum in rebus quæ ortum habent, quæque in terra gignūtur, conquirunt, se ipsa poterat ostendere: præsertim cum aut noluerint, aut non potuerint omniū rerum parētem & effectorem aliter quam humana figura ac specie præditum intueri. Quocirca corpore mortali tanquā instrumento assumpto, eóque ad eam rem valdè accōmodato, cum mortalibus in congressum venit. Et quoniam istud illis gratum iucundúmque fuit (similia enim, quod aiunt, similibus gaudent) qui videlicet aspectu rerum sub sensu subiectarum delectantur, quíque in simulachris & inanimarum statuarum cælaturis deos perscrutātur, inq; concreta materia & corporibus diuinum numen inesse cogitatione informāt, atque adeò homines mortales deorum appellant nominibus: idcirco Dei sermo in eiusmodi forma se hominibus ostendit. Quare corpus velut templum sanctissimum sibi cōparauit, quod quidem & domicilium est sensibus præditum, in quo ratio inhabitat: & augustū & sacrosanctum simulachrum est omni statua inanimata longè præstabilius. nam hæc effigies est ex materia inanima conflata, sordidorúmque artificū manu in speciem quæ ex ære, ferro, aut ex auro eboréue, aut ex lapide aut ligno constat, fabricata, estq; domicilium dæmonibus planè aptissimum. Illud autem diuinum simulachrum, eximia diuinæ sapientiæ facultate artificiosè constructum, variísque distinctum ornamentis, cùm vitæ, tum essentiæ mente sola comprehensæ particeps est: simulachrum, inquam, omni virtute præditum: simulachrum, in quo Dei sermo domicilium suum collocauit: sanctum denique sancti Dei templum, in quo Dei sermo inhabitans, cum mortalibus per instrumentum ipsis cognatum & versatus est, & se notum reddidit. Neque animi corporisue affectionibus ab illis discrepauit: neque cum corpore eo modo quo animus humanus, colligatus fuit: neque ipse seipso factus deterior, diuinitatem suam immutauit. Nam vt solis radij, qui omnia sua luce complent, quíque corpora mortua impuráque contingunt, nihil inde capiunt incommodi: sic Dei sermonis vis multo magis, quæ corpore caret, sua essentia nihil patitur; nihil sentit damni, imò ne tum quidē cùm corpus attingat (quippe quæ corporis expers sit) vlla ex parte aliquando imminuitur. Ad hunc modum itaque communis omnium Seruator per instrumētum humani corporis, quo se circumdedit, se beneficum omnibus præstitit, & salutarē: non aliter sanè quàm musicus, qui suam in arte peritiam per lyram declarat. Orpheus, vt in fabulis Græcorū est, omnia ferarum genera cantu permulcere, & instrumenti fidibus plectro percussis, belluarum immanium furores mitigare potuit. Quæ res à Græcis & passim decantatur, & vera esse creditur: quod scilicet lyræ inanimæ concentu tum feras mansuescere, tum arbores (quæ fagi vocantur) musicæ suauitate delinitæ, situs suos mutare solent. Eodem modo igitur sapientissimus Dei sermo, cuius vi ac potestate omnia continentur, cohæréntque, animis hominum, omnibus vitiorum generibus oppressis, varias curationes adhibere, ἄνθρωπον & humana natura, tanquam instrumēto musico à sua ipsius sapientia fabricato, in manus arrepta, cantilenas & quasi incantationes animantibus non expertibus rationis, sed eiusdem participibus occinere cœpit: omnésque feros mores tam Græcorum quàm Barbarorum, omnes etiam agrestes & immanes animorum perturbationes, salutaribus cælestis doctrinæ medicamentis sanauit: ægrísque animis, qui diuinum numen in ortu rerum & corporibus peruestigabant, Deus humano corpore conclusus, velut medicus facilè præstantissimus, congruēti & apposito remedio opem tulit. Deinde etiam non minus corporum quàm animorum saluti prospiciens, miracula omnium opinione maiora, & virtutes diuinas portentíque similes, quæ oculis corporeis cerni poterant, edidit: doctrinam quoque & præcepta quæ & ore protulit, & ipse in corpore sedulò excoluit, hominum inculcauit auribus. Omnia denique sumpta humana natura hominum causa executus est, qui non alia ratione quàm ea sola eius diuinitatem percipere intelligeréque potuerunt: inque omnibus hisce patris voluntati & consilio inseruiuit, & nihilominus tamen secretus ab omni materia concretionéque mortali mansit, sicut iam antè apud patrem fuerat. Neque eius essentia vlla ex parte commutata, neque obscurata natura fuit, neque corporis vinculis constrictus tenebatur: neque ibi solùm versabatur, vbi corpus humanum, quod sumpserat, adfuit, sed eo ipso tempore, quo inter homines vitam degebat, res vniuersas compleuit, & cum

patre

Margin notes: A (beside line 1); *Corporis humani templū diuinū simulachrum.* (beside "hominibus ostendit"); *Comparatio apposita.* (beside "Nam vt solis radij"); B (beside "pore caret"); *Christus per incarnationē suā omnibus se beneficum exhibet.* (beside "attingat … se circumdedit"); *Orpheus.* (beside "sicus, qui suam"); *Fagi arbores.* (beside "bores (quæ fagi vocantur)").

A patre præstò fuit,& in illo fuit:atque adeò rerum omnium,tum quæ in cœlo,tum quæ in terra sunt,omnino tum curam gessit: neque quicquam ei obstabat, quod quidem nostræ naturæ accidit,quo minus tum vbique præsens adesset:neque à diuinis muneribus,quæ obire solebat,fuit auocatus:sed quædam humanæ naturæ quam induerat, exequenda tradidit:alia ipse ex se nullo vicissim mortalis naturæ subsidio vsus,perfecit & licet diuinam facultatem & vim mortali corpori impertiit,ipse tamen ex eo participando nihil cōtrà accepit.Nam neque cùm corpus,quod assumpsit,editum esset,quicquam contraxit labis:neque rursus cum quod mortale erat,esset ab eo direptum,quicquam essentiæ sua (erat enim non patibilis) perpessus est: quando quidem neque lyra forte fortunà percussa,si chordæ,quæ fragiles sunt, rumpantur,eum qui illam pulsarit, quicquam pati probabile est: neque cum sapientis alicuius corpus cruciatū subeat, sapientiam quæ in ipso est,aut animum qui in corpore habitat,vel secari, vel vri quisquā profectò dixerit: eodem modo de virtute ac potentia sermonis Dei dici consentaneū est,imò verò multo magis certè,quòd ex corporis affectionibus nihil planè damni cepit.Neque enim (exempli gratia) lucis quæ apud nos est,splendescentes radios,cum de cœlo in terram demissi sunt,& lutum,cœnum ac sordes cuiusque generis contingant, vlla labe infici accidit. Nam tametsi nihil prohibet, quo minus has res lucis splendore illustrari verè dicamus: tamen lucem ipsam vicissim ab illis contaminari, aut solem ex corporū admistione maculam vllam contrahere non dicimus.Et tamen si in his rebus illud eueniret, non videretur à natura alienum. Verùm quancunque rem Seruator & Dei sermo, qui corpore vacat,qui ipsa vita est,qui ipsa lux est sola mente percepta,sua diuina potentia,quæ est corporis expers,attigerit:eam viuere,& luce illa quæ est rationis particeps,ætatē degere necesse est. Itaque quodcūque ab incorporeo Dei sermone tactum sit,illud ipsum sāctimonia lucéque completur,atque adeò omni morbo,ægrotatione & pertubatione penitùs liberatur. Rursus ea quæ priuantia dicūtur, eius diuina vi itidem complentur. Quocirca vniuersum suæ vitæ cursum ad hunc modum confectum constat, nonnunquam in corpore se pari ratione nobiscum affectum ostendendo: sæpe etiam, se Deum verbum euidenter declarando, dum magna & incredibilia
B opera edebat,vt Deus, resque futuras prædicabat:& sermonem Dei, qui à multis non cernebatur,reuera per mirabiles res gestas,per miracula & signa,per virtutes,quæ omnem opinionē longè superabāt, per diuinam suam doctrinā, quæ animos hominū impulit,vti se ad domicilium cæleste incolendum pararent,manifestò commonstrabat,

Quid iam restat,nisi vt causam illius quod caput est omnium,qualisnam fuerit,finē dico vitæ illius, qui est tam crebris hominum sermonibus celebratus,& passionis præterea modum, ingens etiam illud post mortem resurrectionis illius miraculū,deinceps oratione prosequamur?Quibus expositis,omnia euidentissimis testimoniis certa veráque esse confirmabimus.Mortalis quidē corporis instrumento,ob eas causas quas antè cōmemorauimus,tanquam diuino simulachro vsus,eo ipso humanæ vitę rationem,nō aliter quam præpotens rex sua sensa per interpretem explicare solet,euidenter expressit:omniaque prout diuinæ suæ potentiæ decus postulabat, transegit. Quòd si post vitam inter homines traductam,ex occulto & derepētè se hinc subduxisset,suumque interpretem(corpus dico)clam è medio remouisset,atque adeò dedisset operā,vt simulachrum suum fuga mortem effugere potuisset:postremò mortale illud quod susceperat ipse per se,& quasi sua ipsius sententia,internecioni & morti addixisset, spectrum omnibus certè visus fuisset,etiam tum, cum ea quæ essent sibi congruentia & accommodata,peregisset.Quinetiam si,cum ipsa vita esset,cum Dei sermo ac potentia esset, suū ipse interpretem è medio penitùs sustulisset: neque res ab eo per dimicationem cum morte susceptam contra dæmones gestæ eum exitum, quem meruerant, habuissent: neque exploratè cognitum fuisset,quò se recepisset? neque ipse apud illos qui eum minimè oculis aspexissent,fidem habuisset:neque natura sua mortē superasse visus fuisset: neque quod mortale erat,à sua in aliam naturam vindicasset:neque per vniuersum orbem terrarum sermo de eo percrebuisset,neque suos docuisset discipulos mortem cōtemnere:neque illorum animis,qui eius doctrinam consectantur,spem vitæ post mortem apud Deum futuræ iniecisset:neque promissa quæ in verbo suo continentur,perfecisset:neque ea quæ erant à prophetis de eo prædicta,sicut consentaneum erat,expleuisset,neque nouissimum denique omnium certamen, quod contra mortem susceptū

Cur Christus in terram venerit.

Vitæ Christi finis, eiusque causa.

erat, confecisset. His igitur de causis quia oporteret mortale corpus post ministerium A cumulatè expletum, quod in verbo diuino prædicando obierat, exitum in primis habere gloriosum, mortis perpessio ad hunc modum proinde ab eo administrata fuit. Nã cum duæ rationes exeundi è vita sibi reliquæ essent, vt vel totũ quod in eo mortale erat internecione & exitio penitus traderet, & ita turpissimum vitæ tanquam totius fabulę exitum conficeret: vel vt se mortis victorem, eo ipso quod erat mortale, diuina vi ac virtute in immortale commutato, planè ostenderet: prior quidem certè ab eius promissione fuit omnino aliena. Etenim vti neque ignis proprium est refrigerare, neque obscurare lucis: ita neque vitæ mortem inferre, neque verbi diuini aliquid absurdè & cõtra rationem efficere. Itaque absurdum planè fuisset, vt qui esset aliis vitam pollicitus, suum ipsius corpus in nihilũ reiicere sineret, suumque simulachrum ad interitũ daret: & qui his qui ad ipsum confugiunt, immortalitatem promisisset, suæ diuinitatis interpretem morte deleri pateretur. Quare ratio posterior fuit omnino necessaria: nimirũ vt se mortis victorẽ ostenderet. Atqui quo pacto tandem erat istud præstandũ? Clámne & ex occulto, an vt omnibus euidenter admodũ & manifestò patêret? Quod autẽ ab eo præclarè gestum fuit, quemadmodum si in occulto ac tenebris latuisset, neminique fuisset cognitum, nihil certè profuisset cuiquam: sic palàm quasi conclamatum, & omnium inculcatũ auribus, omnibus propter eius admirabilitatem multũ vtilitatis ac cõmodi apportauit. Proinde quoniam necessarium erat, vt corpore suo mors euinceretur idque non abscõditè, sed in hominũ oculis fieret: idcirco meritò mortem neutiquã vitauit ille quidẽ (reuerà enim si vitasset, timidus habitus fuisset, & à morte deuictus) sed per conflictionem cum morte velut cum aduersario susceptã, quod erat mortale, immortale reddidit: hocque certamen pro omnium vita, immortalitate & salute subiit. Quemadmodum si quis vas esse quoddam, quod neque incendio cremari, neque igni absumi possit, demonstrare vellet, non aliter eo hominibus excitaret admirationem, quàm vt illud ipsum primùm in ignem cõiiceret, deinde vt idem ipsum inde eximeret saluum & integrum. Sic omnium rerum conseruator, Dei sermo, cùm corpus mortale quod ad hominum salutem sumpserat, & morte valentius esse ostendere, & suæ vitæ B atque immortalitatis particeps vellet efficere, prouida quadam & percommoda in ea re solertia & ratione vsus est: ac primum illud ad exiguum tempus deseruit, tradiditque morti interimendum, quò eius natura satis perspecta & explorata esset. deinde, neque id ita multò pòst, illud ipsum à morte eripuit: quò diuinam suam potentiam, qua æternam vitam ab ipso annunciatam omne mortis genus posse vincere monstrarat, omnium oculis subiiceret ad contuendum. Quæ quidem causa tam perspicua est, vt neminem possit latere. Nam cùm necessarium esset, vt discipuli manifestam vitæ post mortem regenerationem oculis cernerent (in ea enim spem suam firmè reponere docuit, quò eos mortis efficeret victores) hanc rem non sine causa ante illorum oculos statuit ad contemplandum. Nam cum aliis qui sunt vitam piam traducturi, hoc regenerationis specimen primùm omnium quasi sub aspectum cadere debebat necessariò, tum illis maximé, qui essent quamprimùm eum in vniuerso orbe terrarum prædicaturi: Deique cognitionem, quam ipse antè in gentes sparsisset, omnibus hominibus annunciaturi: quibus de vita post mortem futura debebat esse persuasissimum, vt metu ac formidine mortis prorsus ex animis eiecta, dimicationem contra Gentilium errorem in multis diis colendis positum, alacri ac prompto animo susciperent. Nam nisi mortem contemnere secum fuissent antea commentati, nunquam ad tam graues cruciatus subeundos parati instructique fuissent. Quocirca eos contra mortis vim ac potentiam non præcepto solùm verbis ac vocibus tradito armauit, neque vt humana dicendi ratio fert, sermonem de animi immortalitate ex probabilibus verisimilibusque compositum instituit: sed trophæa contra mortem erecta illis reipsa commonstrauit. Ista igitur præcipua causa fuit dimicationis à Seruatore nostro contra mortem susceptæ. Nam mortem, quæ omnibus terrorem solet incutere, discipulis suis ostendit nullo loco numerandam esse: atque vitam, quam promiserat, illustri quodam & euidenti viso ante eorum oculos proposuit: quam quidem quasi primitias effecit tum communis nostræ spei, tum vitæ quæ nobis apud Deum recondita est, tum denique immortalitatis. Altera autem causa á mortuis resurgendi fuit, vt diuina vis, quæ in eius corpore erat conclusa, perspicuè declararetur. Nam quoniam homines, eos qui

Christus quomodo se mortis victorem necessariò ostenderit.

Resurrectionis fiducia vnde concepta.

Christi à mortuis resurrectionis causa.

A eos qui erant mortales & à morte deuicti, antea in deorum numerum retulerant, & illos quos morte superatos constabat, heroas & deos appellauerant: ob eam causam benignus Dei sermo etiam in ea re se quínam esset, ostendit, hominibusque patefecit, suam naturam morte longè potentiorem esse. Atque non modò post dissolutionẽ animi à corpore, quod mortale erant, ad alteram traduxit vitam, sed trophæum immortalitatis contra mortem cunctis ad aspiciendum proposuit: eũque solum ac verum (Deũ docuit agnoscẽdum, qui per mortem præmia victoriæ etiam contra mortẽ reportauit. *Christi mortis causa alia.* Quinetiam tertia causa de morte Seruatoris adiungi poterit. Hostia quidem fuit, pro vniuerso hominum genere Deo patri omnium moderatori oblata: hostia pro grege rationis participe immolata: hostia, quæ omnem errorem in dæmonibus colendis constitutum profligauit. Nam vna illa hostia, & egregia victima sacrosancti corporis Seruatoris nostri pro humano genere mactata, & redemptione pro animis omnium Gentiũ quæ antè errore colendorum dæmonum districtæ tenebantur persoluta, omnis in posterum impurorum & sceleratorum dæmonum vis ac potentia prorsus deleta fuit: omnisque veteratoria fraus, quæ in terris oberrabat, vi valentiore fracta ac debilitata cõcidit. Itaque istud salutare miraculum in hominum cõspectu editum fuit: hoc est, verbi diuini corpus pro vniuerso grege rationis compote oblatum, hæcque victima morti obiecta, de qua Sacræ literę memorant vno in loco his ferè verbis: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. in alio autem sic loquuntur: Tanquam ouis ad occisionẽ ductus est: & sicut agnus coram tondente se sine voce. Quinetiam causam ad hunc modum docent: Hic peccata nostra tulit, & pro nobis dolores perpessus est: & nos reputauimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes quasi oues errauimus: vnusquisque in viam suam errauit, & Dominus tradidit eum peccatis nostris. Mortale igitur diuini verbi corpus his de causis immolatum constat. Iste magnus pontifex, Deo patri omnium duci & imperatori consecratus: qui præterquam quod hostia fuit, Dei præterea sermo, Dei virtus,

Ioan. 1.
Isa. 53.

B Deique sapientia: fuit: quod in eo mortale erat, à morte breui reuocauit: idéque ipsum patri, tanquã primitias communis omnium salutis obtulit: idem trophæum etiam vere triumphale contra mortem & dęmonum impetum statuit: eodemque vetera sacrificia quæ ab hominibus offerri solebãt, profligauit: idem denique omnium hominum causa excitauit à mortuis. Verùm cum hæc ita se habeãt, tempus eò nos vocat, vt deinceps eadem certis argumentis confirmemus. Quod si istorum rerum veritas demõstratione egeat, & testimonia quæ pro illis allata sunt, argumentis etiam euidentibus roboranda sint, sic accipite, orationique benignam facite audientiam. Priscæ gentes vniuersæ, quę ætatem degebant in terris, erant diuisæ: atque adeò vniuersum humanum genus in prouincias, in nationum & locorum præfecturas, in tyrannides, & multiplices principatus distributum. Vnde pugnæ & bella continua, vnde depopulatio & seruitus tam in agris quàm in vrbibus, nunquam eos affligere desierunt. Vnde infinita ad historias scribẽdas argumenta vnde adulteria & raptiones mulierum, vnde clades Ilij, vnde denique veterum tragœdiæ quæ omnium celebrantur sermonibus? Quarum rerum causas si quis errori illi in multis diis colendis posito ascribat, non planè aberrauerit. At posteaquam salutare instrumentum, hoc est, sanctiss. Christi corpus, quo viso omnis error in colendis dæmonibus, omnisque eorum vis & potestas prostrata iacuit: quod etiam ab omni vitiositate, quæ vel in factis, vel in verbis cernitur, vacuum fuit & liberum: & quo victoria & trophæum contra vetera mala reportatum, tanquam propugnaculum aduersus dæmones erectum fuit: confestim non modo omnes dæmonum molitiones & conatus penitùs compressi, verumetiam locorum præfecturæ, multiplices principatus, tyrannides, & populares potestates, depopulationes præterea & obsidiones tam in ciuitatibus quàm in agris inde ortæ, non amplius dominatæ sunt: sed tum Deus vnus inter omnes prædicatus, tum imperium vnum Romanorum dico, apud omnes viguit. Atq; subito crudele gentium inter ipsas odium, quod à multis seculis durauerat, neque vnquam placari potuerat, sublatum fuit. Et sicut vnius Dei cognitio, vnus piæ religionis modus, vnaque salutaris Christi doctrina omnibus tradebatur hominibus: sic cũ vnus imperator vniuersæ Romanorum ditioni vno eodemque tempore esset præfectus, trãquilla pax vbique regnauit. Neque id solum, verum etiam vno temporis momento,

Cur imperiū Romanum et doctrina Christi eodem tempore florere debuerunt.

velut vno diuino mandato, duo bonorum quasi germina ad hominū vtilitatem pullularunt, Imperiū Romanum, & doctrina pia. Nam ante illud tempus, alij regnum Syriæ separatim occupabant: alij Asiæ potiebantur imperio: alij Macedoniis præerant: Ægypti alij seorsum tenebāt gubernacula: Arabiam itidē alij regebant: Palæstina in Iudæorū ditione & potestate fuit. In singulis pagis, ciuitatibus & locis homines furore perciti cędes mutuas facere, alius in aliū reuera insanire, bella & pugnas assiduè exercere soliti fuerant. Verùm omnes istæ contentiones duabus eximiis potestatibus, tanquam ex vnis eisdemque carceribus in certamen egressis, pacatæ, & ad concordiā adductę fuere: quarum altera fuit imperium Romanum vnius nutu gubernatum, & ex illo cœptum: altera Christi doctrina, quæ duæ eodem tēporis momento vnà efflorescere cœperunt. A

Atque vt Seruatoris nostri potestas multiplices dæmonum principatus, & cultus multorum deorum è medio substulit, vnumque Dei regnum Gręcis, Barbaris, aliisque omnibus ad extremas vsque terræ oras palàm denunciauit: ita imperium Romanum, causis multiplicis principatus iam antè sublatis, ea dominia quæ oculis cerni poterant, suæ ditioni subegit: seduloque dedit operam, vt vniuersum hominum genus cōsensionis & cōcordiæ vinculis in vnum colligaret. Ac sicut iam permultas sanè gentes ac varias in vnum conciliauit: sic non ita multo pòst, reliquas ad vltimos vsque orbis terrarū fines illis adiunxit. quippe doctrina salutaris, diuina ope & potētia, omnes illas iam antè mansuefecerat, & pręclarè admodum earū animos ad eam rem præparauerat. Istud certè ab eis qui mentē ad studium veritatis adiecerint, non autem vt rebus honestis inuideant, illustre miraculum existimabitur. Nam non solum dæmonum versutia refutata & repressa est, verumetiam inimicitiæ & pugnæ quæ inter gentes à multis seculis exercebantur, prorsus restinctæ. Et rursus tum vnus Deus, & vna eius cognitio omnibus prædicata, tum vnum imperium inter homines stabilitum, tū denique vniuersum humanum genus ad pacem & concordiam traductū: adeò vt omnes inter ipsos se fratres esse faterentur, suamque ipsorum naturam mutuò agnoscerent. Etenim tanquam liberi ex vno patre, hoc est, ex vno Deo: & ex vna matre, hoc est, ex vera pietate sati, statim pacem inter se amplexati sunt, retinueruntque, vt ex illo tempore orbis terrarum B vniuersus nihil à familia & cognatione optimis legibus & institutis temperata differret: atque adeò liceret cuique pro arbitratu iter passim facere, & quòd libitum erat animo suo absque difficultate & periculo migrare: & tum eos qui ad Occidentem habitabant, tutò inde ad Orientem contendere: tum contrà, eos qui versus Orientem accolebant, inde ad Occidentem, tanquam ad patriam suam proficisci, ita vt cùm alia veterum oraculorum responsa, prophetarum vaticinationes ferè infinitæ, ad quas hoc loco recensendas non satis suppetit ocij, tum istæ vel maximè de salutari Dei verbo expletæ sint, quæ sic de illo prædicant: " Dominabitur à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad terminos orbis terrarum. & rursus: " Orietur in diebus eius iusticia, & abūdantia pàcis. Et iterum: " Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: " non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. Ista quidem sicut olim prædicebantur de Seruatore, & Hebræorum vocibus ante multa secula prædicabantur: sic nostris iam temporibus re ipsa expleta cernuntur, veterúmque vaticiniorum testimonia confirmant. Quod si alia plura argumenta certiora de illis rebus desideres, ea non verbis, sed rebus ipsis confirmata accipito. Mentis tuæ oculos aperi, rationes quasi fores patefacito: ipse tuum ipsius assensum admodum sustinēs, tecum ratiocinare: tu teipsum interroga, & rerum naturam animo accuratè peruestigans, tanquam ab altero ita sciscitare: Quis vnquam ab omni seculorum memoria aut rex, aut princeps, aut philosophus, aut legislator, aut propheta, seu Græcus, seu Barbarus ille fuerit, tantum virtutis decus est consecutus, non dicam post mortem, sed dum adhuc viueret, spiritumque duceret, multumque valeret potentia: vt ipsius nomen ad omnium hominum aures, qui in terris degebant ætatem, permanaret, inque omnium ore ac sermone versaretur? Nemo certè istud, nisi vnus & solus Seruator noster post victoriam à morte reportatam præstitit: qui quidem & discipulis suis hoc verbum dixerat, & idem reuera expleuit: nimirum, Euntes docete omnes gentes in nomine meo quique etiam prædixerat, proque certo præstituerat, suum Euangelium prædicandum fore in vniuerso mundo, in testimonium omnibus gentibus: quod vt verbis prædixerat, sic reipsa perfecit. Nam haud ita multò post, totus orbis terrarum eius verbo &

Psal. 71.
Isa. 2.
Matth. 18.

A doctrina completus fuit. Quid igitur habes tu, qui in initio orationis nos inſectari videbaris, quod huic reſpondeas? præſertim cum teſtimonium, quod oculis cernitur, omni alia ratione, quæ poterit afferri, facilè præponderet? Verùm à priore argumento ad poſterius te transferas velim, & tecum ipſe cõſideres, quis poſt homines natos noxium & pernicioſum dæmonum genus, quod vniuerſam humanam olim depaſcebatur naturam, & quadam commotione, quæ in ſtatuis cernebatur, multas inter homines edebat præſtigias, manu potenti, quæ ſub oculorum aſpectum non cadebat, velut immanes feras ex hominum grege fugarit auerteritque: quiſue alius præter noſtrum ſolum Seruatorem, dum inuocaretur, ſanctiſſimis precibus per ipſum Deo patri omnium gubernatori oblatis, his qui vitam integrè ſinceréque ad pietatis regulam ab ipſo traditã ſectantur, malignorum ſpirituum reliquias ab hominibus arcendi repellendique poteſtatem dederit: aut quis alius, ſolo noſtro Seruatore excepto, ſacrificia rationalia, ſanguiniſque expertia, precibus & arcana quadam diuinæ laudis celebrandæ ratione ſuis diſcipulis obeunda tradiderit? Qua de cauſa tum altaria in toto orbe terrarum conſtructa ſunt, tum auguſtæ ſanctæque eccleſiæ ædificatæ, tum diuina ſacrificiorum ſola mẽte & ratione perceptorum miniſteria ſoli Deo omnium moderatori ab omnibus gentibus deſtinata, tributaque. Sacrificia autem ſanguine cruore & fumo peracta, crudeles etiam illas & furioſas hominum cædes, victimaſque quis vi ac virtute abſtruſa illa quidem & ab oculorum ſenſu remota extinguere, adeoque funditùs delere potuit, vt gentilium etiam hiſtoriis confirmatum ſit, omnem vbique hominum ſacrificandorũ conſuetudinem non ante, ſed poſt diuinam Seruatoris noſtri doctrinam in orbe terrarum diuulgatam, ipſis Adriani temporibus penitus profligatam fuiſſe. Itaque cum virtus ac potentia Seruatoris noſtri poſt eius mortem oſtentata, tam certis & euidentibus argumentis confirmata ſit: quis adeò ferreo animo eſt, qui non veritati tribuat teſtimonium, diuinamque ac cæleſtem Seruatoris vitam ingenuè fateatur? Nam rectè & præclarè facta non mortuorum, ſed viuentium ſunt: & res incertæ obſcuræque ex euentis percipi & cognoſci ſolent. Nam heri propè & nudiuſtertius genus

Adriani Imp. temporibus hominum ſacrificandorum conſuetudo concidit.

Chriſti virtus & potentia poſt eius mortem oſtentata.

B quoddam tyrannorum bellum cum Deo gerentium orbem terrarum grauiter conturbauit, omnia pro arbitratu fixit refixitque, multum opibus valuit & potentia: at ſimul vt ex hac luce exceſſerat, deinceps terra obrutum iacuit, ipſis ruderibus abiectius ſpiritu, motu & voce carent: nulla illius habita ratio, nulla mentio facta. Ea enim eſt verè mortuorum natura: & qui amplius non eſt, nullus eſt: qui autem nullus eſt, ecquid poteſt agere? Qui autem in moliendo agendoque verſatur, & plura poteſt efficere quã illi quibus adhuc vita ſuppeditat, quamuis ſit ab oculorum corporeorum obtutu diſcluſus, quid eſt, cur eum eſſe deſiiſſe exiſtimemus? At neque eam iudicandi vim, quæ in ſenſibus inſidet, neque rationes arte conſtructas, neque ſcientiarum præceptiones ſenſibus corporis percipimus: Neque mentem, quæ in hominibus ineſt, nedum Dei virtutem ac potentiam quiſquam aliquando oculis aſpexit: ſed res eiuſmodi ex ipſarum effectibus ſolent intelligi. Quapropter vim illam & facultatem abſtruſam, quæ in Seruatore noſtro eſt, ex rebus inde effectis conſideranda expendendaque? & vtrum ea præclarè facta, quæ etiam adhuc ab illo geruntur, viuentis eſſe confitendum ſit: an dicendum illius eſſe, qui non eſt: an ſtulta omninò & temeraria hæc quæſtio habenda? Nam ei, qui non ſit, quî poſſunt conuenienter & cum ratione attribui? Quandoquidem omnium conſenſu & ſententiis conſtat, illud, quod non ſit, nihil poſſe moliri, agerèue. Ea enim natura penitùs extinctorum eſt, viuentum contraria.

Cæterùm hoc loco tempus opportunum ſe offert, eas res perſequendi, quæ noſtris temporibus à Seruatore noſtro geſtæ ſunt: Deique viuentis facta, quæ propter recentẽ ipſorum memoriam quodammodo viuunt, accuratè cognoſcendi. Nunquid non viuentis ea eſſe ſtatuemus? At talia tamque egregia facta, & ipſa viua ſunt: & Dei, qui reuera vita viuit, exiſtimanda. Verùm rogas fortaſſe, quænam iſta ſint? Sic igitur accipito. Tyranni quidam cum Deo bellum ſuſcipere minimè veriti, non ita pridem templa precibus dicata, impetu animi ardentiſſimo, maximis viribus & copiis, concuſſis illorum fundamentis, diruerunt: eccleſiaſque prorſus delere cogitantes, omnibus machinis Deum, qui oculis cerni nequit, oppugnare, infinitaque verba plena blaſphemiæ in eum iacere intorquereque cœperunt. Verùm ille, qui in occulto latet, occulta quadam vi & recondita eorum conatus vindicauit. Nam nonnulli, qui antè delicatè ac molliter

Chriſti res mirabiles, Conſtantini & Euſebij tempore geſtæ.

vixerant, putabanturque beatissimi, quique semidei omnium sermone & prædicatione celebrabantur, solo Dei nutu & potentia extincti fuerunt. Alij, qui multis annorum conuersionibus præclarè omnia, & ex animi sententia propterea gesserant, quòd erga Deum, contra quem posteà dimicabant, amicitiam & pacem colebant: postquam mutata sententia cum Deo bellum gerere temerè aggressi sunt, suosque Deos propugnatores & defensores nostro Deo ex aduerso opposuerunt, extemplò vno temporis momento, Dei nutu ac potentia, qui cum prælium iniuerat, omnes scelerum suorum pœnas debitas persoluerunt: adeò vt inuiti ei cogerentur, quem oppugnauerant, cedere, terga dare, diuinam eius virtutem agnoscere, & admodum maturare, vt ipsorum permissu contraria illis, quæ antè admiserant, decernerentur. Seruator igitur confestim trophæa victoriæ vbique terrarum erigenda, mūdum vniuersum sacrosanctis templis, augustisque ecclesiarum ædificiis adornādum in singulis vrbibus, pagis, regionibusque omnibus, atque adeò in desertis Barbarorum locis, ædes sacras & templa vni omnium Deo, atque vniuersarum rerum Domino dedicanda consecrandaque curauit. Vnde etiam templa, quę erant ei consecrata, Domini nomen obtinuerunt: quod nomen non ex hominibus sed ex ipso omnium Domino illis fuit impositum, & propterea Dominica sunt appellata. Iam verò aliquis prodeat in medium, atque nos doceat, quis post tantam ruinam vastationemque, sacra ædificia à solo in sublime erexerit: aut quis templa, quorum reficiendorum nulla spes reliqua fuit, posteriore structura multò illustriora magnificentioráque, quàm antea fuissent, reddiderit, eaque denuò ædificauerit, non post mortem tyrannorum illorum, qui cum Deo bellum fecerant, sed quod dictu propè incredibile est, dum adhuc illis suppetebat vita, qui eadem ipsa diruissent: adeò vt iidem tyranni tum sermone coràm habito, tum scriptis facinorum tam impiè ab ipsis admissorū palinodiam canerent: idque adeò præstarent, non cum lætitia fruerentur, & voluptate animorum (sic namque fortasse aliquis existimare posset, eos benignitate & clementia inductos illud ipsum fecisse) sed cum plagis & cruciatibus cœlitus inflictis, ad id faciendum cogerentur. Aut quis post tantas & tam graues persecutionis procellas, atque adeò in maximis turbulentarum tempestatum fluctibus effecerit, vt in toto orbe terrarum non viri solum ferè infiniti se totos in studio pietatis ponerent, diuinoque numini assiduè inseruirent: sed etiam sacræ mulierum, quæ virgines permanebant perpetuo, frequentiæ, chorique totum vitæ suæ tempus perfectissimæ castitati dicarent, ipsiusque diuinæ doctrinæ præceptis institutæ, à cibis & à vino abstinentiam atque adeò inediam ad multos dies lubentissimis animis tolerarent: temperantiæque disciplina instructæ, continenti, seuero & aspero vitæ genere corpus suum coërceret? Aut quis mulieres, & innumerabiles virorum multitudines impulerit, vti corporis alimēta cum rationalibus alimentis, quæ ex Sacris literis perlegendis deprōpta, animis rationis participibus admodum conueniunt, commutarent: quisúe viros Barbaros & planè agrestes, mulieres quoque, pueros & seruorū genera, infinitas etiam infinitarum gentiū multitudines docuerit, vt non modò mortē contemnerent, verum etiam animum immortalem esse crederent: vnumque qui res humanas quasi oculorum obtutu contēpletur existere, Dei iudicium in quo de piis & impiis lata erit sententia, expectandum, & propterea vitam iustè & temperatè traducendā esse. Nam qui aliter animo affecti sint, non posse vlla ratione pietatis iugum subire: quæ res à nemine hactenus, præterquam à solo Seruatore nostro plenè cumulatéque expleta est. Cæterùm ista missa faciamus.

Tyrannorum & Christi aduersariorum interitus.

Templa Christianorum cur Dominica siue κυριακὰ dicta, quæ & Germani deprauata voce Græca Kyrchen vocant.

Vide Euseb. li. 8. hist. c. 28. & de vita Constāt. lib. 2. cap. 50. 52.

Sequitur, vt eum cuius mens contra veritatem obduruerit, etiam eiusmodi interrogationibus ad eam agnoscendam adducamus, sicque ab illo sciscitemur. Age tu, vocē ratione & prudentia formatam profer, sententiasque fructuosas non ex corde stolido ac stupido, sed ex animo mentis & rationis compote promens dicito, sicque tecum iterum atque iterum cogitans loquere. Quis alius vnquam ex numero sapientum, qui ab omnibus seculorum ętatibus in crebro hominum sermone versati fuerint, pari ratione cum Seruatore nostro, prophetarum vocibus iam ab initio ante innumerabilia temporum spacia apud veteres Hebræos celebratus, prædicatusque fuit? Qui quidem & locū cum quo nasceretur, tempora aduentus, piam viuendi rationem, virtutes, doctrinam, res præclarè ab eo gestas Sacrorum librorum monumentis complexi, posteritati tradiderunt. Aut quis scelera contra se admissa, tam celeriter, quàm ille, vltus est. Nam non multò post impium illud facinus in ipsum patratum, vniuersa Iudæorum gens vi quadam

Veritas Christianæ religionis, certis argumentis contra eiusdem aduersarios asserta.

A quadam & potentia occulta grauiter exagitata fuit: regalis & magnifica eorum ciuitas deturbata, excisaque: & ipsum templum cum omnibus illius ornamentis dirutum, soloque æquatum. Quis præter Seruatorem nostrum de his rebus, de hominum impiorum exitio, de ecclesia ab ipso in vniuerso terræ orbe fundata, vere appositeque rerum euentis vaticinationes edidit, easque re ipsa confirmauit? Qui quidem primùm de impiorum Iudæorum templo ita locutus est: Relinquetur vobis domus vestra deserta, & non relinquetur lapis super lapidem in loco isto, qui non destruatur. Deinde de Ecclesia sua: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Quid mirandum tibi videri poterit, quàm viros abiectos & imperitos, in initio à piscatu abducere, eosque legumlatores doctoresque vniuersi orbis terrarum efficere? Quid tam eximium ad eius diuinitatem euidenter declarandam, quā non solum promittere se eos facturum piscatores hominum, quod vti verbo protulerat, sic reipsa præstitit: verum etiam tantam virtutem, tantamque facultatem illis tribuere, vt monumenta scriptis mandarent, librosque ederent: iique tam magnam apud omnes haberent & authoritatem & existimationem, vt in omnes tam Barbarorum quàm Græcorum linguas, quæ in toto orbe terrarum existunt, conuerterentur, omnesque gentes, in illis perdiscendis studium & operam ponerent, próque certo crederent, diuina eloquia in illis esse tradita, comprehensaque? Quid tam diuinum, quàm quod esset futurum prædixisse, discipulisque præsignificasse, eos in conspectū regum & præsidum deductos fore, graues cruciatus perpessuros, acerbissima subituros supplicia: idque non propter aliquod turpe & flagitiosum facinus, sed solùm propter ipsius fidei & nominis confessionem? Quid tam incredibile dictu, quàm vt illi ad has res perferendas summa animorum alacritate se præpararent: sicque armis pietatis se sepirent, vt in certaminibus contra aduersarios initis, animos ipsos adamante duriores robustioresque ostenderent? Quid tam admirabile, quàm vt non modò illi, qui eum comitabantur in vita, sed etiam hi qui eorum erant successores, & rursus qui istorum ætati succrescebant, quique etiam nostris vixere temporibus, ita vires obfirmarent animorum, vt licet nihil dignum morte commisissent, tamen propter egregiam suam erga Deum vniuersitatis moderatorem pietatem, omnia suppliciorum tormentorumque genera libentissimè sustinerent? Quis vnquam regum tam diuturno temporis spacio cum imperio fuit? Quis post mortem tam egregiè bellum gessit, tam illustria trophæa contra hostes statuit, omnem locum, regionem & ciuitatem tam Græcam, quàm barbaram subiugauit, omnes denique aduersarios manu & vi quadam occulta, atque adeò ab aspectu seclusa, in potestatem suam redegit? Et quod caput est eorum omnium, quæ iam sumus oratione prosecuti, cui ex calumniatorum numero pax illa, quæ per eius potentiam vbique terrarum dominata est (de qua, quæ nibis videbantur necessaria, suprà disseruimus) os non penitùs obturare possit? Quippe cum eo pacto concordia & consensus animorum inter omnes gentes vnà cum doctrina Seruatoris nostri, & prædicatione per illum in toto mundo disseminata, concurreret, & pax, quæ inter gentes per vniuersum orbem terræ olim à Dei prophetis prædicebatur regnatura, & verbum ab eo gentibus diuulgatum pariter vigeret. Dies me planè deficeret, Imperator illustrissime, si euidentia diuinæ virtutis & potentiæ argumenta, quæ ex rebus gestis, quæ etiam adhuc cernuntur, intelligi poterunt, in vnum colligere conarer. Nam nemo homo ex omni seculorum memoria, vel apud Græcos, vel apud Barbaros, tantam diuinæ virtutis vim, quantam Seruator noster, vnquam declarauit. At quid hominem dico? çum nullum omninò, ne illorum quidem, qui apud omnes gentes pro diis habebantur, talem vim & naturam habuisse constet: aut si constiterit, aliquis quęso nobis ostendat. Prodeant in medium omnes philosophi nobisque dicant, quis vnquam de Deo aliquo, aut heroe ex omni ætate audiuerit, qui vitæ æternæ, & cælestis regni doctrinam hominibus tradiderit, sicut de Seruatore nostro exploratum est? qui quidem effecit, vt infinitæ hominum multitudines per totum orbem terrarum piis sapientiæ præceptis institutæ, seueram viuendi disciplinam excolerent: illisque persuasit, vt res cœlestes consectarentur, & mansiones in cœlo diuinis animis reseruatas sperarent. Quisue Deus aut heros extiterit, qui vniuersum mundum ab ipso solis ortu ad occasum vsque peragrans, imò verò parem & æqualem ferè cum sole cursum conficiens, splendidissimis suæ doctrinæ radiis sic eundem collustrarit,

Christi prædictiones.

Matth. 23.

Luc 13.

Matth. 16.

Apostoli, eorumque docendi vis, & scripta.

B

illuminarítque, vt omnes gentes vbique terrarum vni Deo, vnum eundémque cultum tribuerent. Aut quis DEVS herósue fuerit, qui omnes Deos & heroas, tam Græcos quàm Barbaros, profligarit, legéque sanciuerit neminem eorum Deum existimandum esse: & sancitum populo persuaserit. deinde cum vnus ab omnibus oppugnaretur, omnes hostium copias deleuerit: effeceritque vt ipse solus ex omnibus diis & inclytis heroibus, qui à primis iactis mundi fundamentis extiterint, passim ab vltimis totius orbis terrarum incolis, seu terra seu mari illi sint, præscripserit, vt singulis septimanis in vnum conuenientes, diem Dominicum festum celebrarent: instituerítque, vt sicut corpora pascerent cibariis, sic animos diuinis disciplinis reficeret? Aut quis Deus, siue heros tam vehementer oppugnatus, quàm Seruator noster, tam egregia victoriæ trophæa contra hostes constituerit? Nam & hi nullum tempus intermiserunt eius tum doctrinam, tum populum impugnandi: & ille suos familiares afflictos, ipsáque pariter templa sacrosancta ab hostibus expugnata, ad maximum gloriæ splendorem perducere non desiit. Sed quid attinet diuinas Seruatoris nostri virtutes, quas nullo dicendi genere quisquã consequi poterit, oratione persequi contendere: præsertim cum res inde effectæ, etiam tacentibus nobis, in intimas hominum cogitationes quasi voce emissa se infundãt? Atque hoc profectò peregrinum, inauditum, & admirabile est, & vnum, quod semel solum inter mortales extiterit, vt homo tam egregia facinora ederet: & qui est reuera Dei filius, quíque fuit ab omni æternitate, in terris cerneretur. Verum ista, quæ à nobis explicantur, tibi Imperator inuictissime, ad audiendum sunt minimè necessaria: qui quidem diuinam Seruatoris vim ac potentiam adeò sæpè expertus es, téque ipse non verbis, sed rebus ipsis veritatis præconem omnibus præbuisti. Tu igitur, cum otium tibi datũ fuerit, si placet, nobis quæso commemores infinitas eásque diuinas Seruatoris, vt ita dicam, apparitiones, infinitas etiam secundum quietem visiones, non mysteria illa dico, quæ sunt arcana & à nostra intelligentia remota, sed ea solum, quæ sunt in tuam cogitationem illapsa diuinitùs, quæq; vtilem illam & omnibus fructuosam de prouidentia Dei, qua reguntur vniuersa, doctrinam complectuntur. Neque certè fuerit à tua dignitate alienum, oratione persequi præclara illa & eximia subsidia tibi in bello à propugnatore & defensore tuo Deo suppeditata, hostium & insidiatorum exitia ab eo facta, grata in periculis solatia, in negociis arduis & multis obstructis difficultatibus facilem expeditionem, benigna cum esses ab amicis desertus auxilia, præsentia in rebus impeditis & perplexis consilia, rerum futurarum præscientiam, prouidam ad vniuersi Imperij moderationem solertiam, prudentem de rebus incertis & obscuris deliberationem, rerum magnarum arduarúmque susceptionem, ciuiles administrationes, sapientem exercituum gubernationem, cõsultas rerum singularum emendationes, rectas vniuersarum institutiones, perutiles denique hominum vitæ legum sanctiones. Enumeres etiam continenti oratione eorum singula, quæ nobis obscura, tibi autem vni cognita sunt & explorata: eáque in tua verè regia memoria, tanquam in abdito thesauro custodita: quibus reuera impulsus, istísque testatis & illustribus potentiæ Seruatoris indiciis persuasus, templum velut trophæum victoriæ ab illo contra mortem partæ erexisti, omnibus hominibus tam fidelibus quàm infidelibus ad intuendum proposuisti: augustúmque in ea sancti Dei sanctuarium, splendida etiam egregia & magnifica vitæ immortalis cœlestísque regni monumenta, eáque Imperatoris dignitati admodum conuenientia & consentanea: quinetiam præclara victoriæ summi omnium Imperatoris, Seruatoris nostri insignia fabricanda curasti: quæ omnia in illud templum & monumentum resurrectioni Christi, per quam certam vitæ immortalis spem animis concipimus, dedicatum, conclusisti: eo planè consilio, vt tum cœlestem Dei sermonem, victorem & triumphatorem regalibus & eximiis formis quodammodo designatum expressúmque, omnibus gentibus ostẽderet: tum vocibus clarè & apertè tam verbo quàm reipsa editis elatísque, piam & diuinam eius fidei ac nominis confessionem passim prædicaret.

Dies Dominici festum solenne singulis septimanis.

Vide supra de vita Cõstant. lib. 4. c. 18. 22. 57.

Orationis de laudibus Constantini Finis.

HIERONYMVS

PRESBYTER VINCENTIO ET GALIENO SVIS S.

VETVS iste disertorum mos fuit, vt exercendi ingenij causa Græcos libros Latino sermone absoluerent: &, quod plus in se difficultatis habet poëmata illustrium virorum addita metri necessitate transferrent. Vnde & noster TVLLIVS *Platonis integros libros ad verbum interpretatus est: & cum Aratum iam Romanum hexametris versibus edidisset, in*
C *Xenophontis Oeconomico lusit. in quo opere ita sæpe aureum illud flumen eloquentiæ quibusdam scabris & turbulentis obicibus retardatur, vt, qui interpretata nesciunt, à Cicerone dicta non credant. difficile est enim alienas lineas insequentem non alicubi excedere: arduum, vt quæ in aliena lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conseruent. significatum est aliquid vnius verbi proprietate: non habeo meum, quo id efferam, &, dum quæro implere sententiam, longo ambitu vix breuia spacia consummo. accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarũ: ipsum postremo suum, &, vt ita dicam, vernaculum linguæ genus, si ad verbum interpre-*
D *tor, absurde resonat: si ob necessitatem aliquid in ordine, in sermone, mutauero: ab interpretis videbor officio recessisse. Itaque mi Vincenti charissime, & tu Galiene pars animæ meæ, obsecro, vt quicquid hoc tumultuarij operis est, amicorum non iudicum animo relegatis: præsertim cum & notatio, vt scitis, velocissime dictauerim, & difficultatem rei etiam diuinorum voluminum instrumenta testentur, quæ à* LXX. *Interpretibus edita non eundem saporem in Græco sermone custodiunt. quamobrem Aquila, & Symmachus, & Theodotio incitati, diuersum penè opus in eodem opere prodiderunt: alio nitente verbum de verbo exprimere, alio sensum potius sequi, tertio non multum à veteribus discrepare. Quinta autem, & sexta, & septima editio licet, quibus censeatur*
E *auctoribus, ignoretur, tamen ita probabilem sui diuersitatem tenent, vt auctoritatem sine nominibus meruerint. inde adeò venit, vt sacræ litteræ minus comptæ, & dure sonantes videãtur: quod isti homines interpretatas eas de Hebræo nescientes, dum superficiem non medullam inspiciunt, ante quasi vestem orationis sordidam perhorrescant, quàm pulchrum intrinsecus rerum corpus inueniant. denique quid psalterio canorius? quod in morem nostri Flacci, & Græci Pindari, nunc iambo currit, nunc Alcaico personat, nunc Sapphico tumet, nunc semipede ingreditur. quid Deuteronomij & Esaię cantico pulchrius? quid Solomone gratius? quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris & pentametris versibus, vt Iosephus & Origenes scribunt, apud suos composita*

*decurrunt. hæc cùm Græcè legimus, aliud quiddam sonant: cùm Latinè, penitus non
hærent. Quod si cui non videtur linguæ gratia interpretatione mutari: Homerum ad* A
*verbum exprimat in Latinum plus aliquid dicam: eundem in sua lingua prosæ verbis
interpretetur, videbit ordinem ridiculum, & poetam eloquentissimum vix loquentem.
quorsum ista? videlicet vt non vobis mirũ videatur si alicubi offendimus, si tarda ora-
tio aut consonantibus asperatur, aut vocalibus hiulca vel diuisa sit: aut rerum ipsarũ
breuitate constringitur, cùm eruditissimi homines in eodem opere sudauerint. & ad
communẽ difficultatem, quam in omni interpretatione causati sumus, hoc nobis propriũ
accedit, quod historia multiplex est, habens barbara nomina, res incognitas Latinis,
numeros inexplicabiles, virgulas rebus pariter ac numeris intertextas, vt penè diffi-* B
*cilius sit legendi ordinem discere, quàm ad lectionis notitiam peruenire. Vt autem ma-
nifesto cognoscatur indicio, ad quem numerum historia quæque pertineat, has distin-
ctiones positas lector aduertat, vt si ad primum numerum regni primitus adnotati hi-
storia referenda est, primam litteram in explanatione historiæ contempletur. & siqui-
dem eam ex minio viderit, illi tempori applicandam vel anno sciat, quem suggesserit
numerus similiter eodem minio figuratus. si vero numerum non puro minio, sed mixto
nigro notatum esse peruiderit, secundæ lineæ numero debetur historia. si autem tertio
numerorum ordini applicandum est, quod fuerit adscriptum, medium puro minio nu-
merum, & partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. quarta numeri li-* C
*nea nihil habebit ex minio, sed indicio erit, quod sibi historia debeatur: cum minio facta
Littera in principio enodationis historiæ, quæ etiam superioribus signis subdenda est,
nihilominus apparebit, nullo superius memoratorum signorum in numeris respondente.
sin vero non minio, sed mixtum nigro rubróque littera fuerit expressa, refulgens ex ru-
bro numerus in quintam numerorum lineam poterit aduerti. & ita sexta linea nu-
meri vt secunda, septima vt tertia designabitur, octaua quoque vt quarta, apparenti
linea bicolori. cum vero nec in numeris, nec in explicatione historiæ vllum horum, quæ
prædiximus, signorum fuerit, nona linea, quod annotatum fuerit, vindicabit. Non ta-
men omnia huiusmodi requirenda sunt necessariò, cum minor est numerus linearum.* D
*vnde præmonendum puto, vt prout quæque scripta sunt, etiam colorum diuersitates
seruentur, ne quis irrationabili æstimet voluptate oculis tantum rem esse quæsitam, &
dum scribendi tædium fugit, labyrinthum erroris intexat. id enim elucubratum est, vt
regnorum tramites, qui per vicinitatem nimiam penè mixti erant, distinctione minij
separarentur, & eundem coloris locum, quem prior membrana signauerat, ex aduerso
positi numeri retinerent, vel etiam posterior scriptura seruaret. Nec ignoro multos fo-
re, qui solita libidine detrahendi omnibus, quod vitari non potest, nisi qui omnino nil
scribit, huic volumini genuinum dentem infigant. calumniabuntur tempora: conuertẽt
ordinem, res arguent, syllabas ventilabunt: &, quod accidere plerisque solet, negligen-* E
*tiam librariorum ad auctores referent. quos cum possim meo iure repercutere, vt si dis-
plicet non legant, malo breuiter placatos dimittere, vt & Græcorum fidem suo auctori
adsignent, & quæ noua inseruimus de aliis probatissimis viris libata cognoscãt. sciendũ
etenim est, me & interpretis & scriptoris ex parte officio vsum, quia & Græca fidelissi-
mè expressi, & nonnulla, quæ mihi intermissa videbantur adieci: in Romana maxi-
mè historia, quam Eusebius, huius conditor libri, non tam ignorasse, vtpote eruditus,
quàm vt Græce scribens parum suis necessariam perstrinxisse mihi videtur. Itaque à
Nino & Abraham vsque ad Troiæ captiuitatem pura Græca translatio est. à Troia*

A *vsque ad vicesimum Constantini annum nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quæ de TRANQVILLO, & ceteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus. a Constãtini autem supradicto anno vsque ad consulatum Augustorum Valentis sextũ & Valentiniani iterum totum meum est. Quo fine contentus, reliquum temporis Gratiani & Theodosij latioris historiæ stylo reserui, non quo de viuentibus timuerim liberè & verè scribere (timor enim dei hominum timorem expellit) sed quoniam debacchantibus adhuc in nostra Barbaris, incerta sunt omnia.*

B

EVSEBII PAMPHILI CÆSARIENSIS IN CHRONICON PRÆFATIO, D. HIERONYMO INTERPRETE.

MOSEN gentis Hebraicæ, qui primus omnium prophetarum ante aduentũ domini saluatoris diuinas leges sacris litteris explicauit, Inachi
C fuisse temporibus eruditissimi viri tradiderunt, ex nostris Clemens & Africanus, & Tatianus, ex Iudæis, Iosephus, & Iustus, veteris historiæ monimenta replicantes porrò Inachus quingentis annis Troianum bellum antecedit. ex ethnicis verò impius ille Porphyrius in quarto sui operis libro, quod aduersum nos casso labore contexuit, post Mosen Semiramim fuisse adfirmat: quæ apud Assyrios centum quinquaginta ante Inachum regnauit annos Itaque iuxta eum octingentis pene & quinquaginta annis Troiano bello Moses senior inuenitur. Cum hæc ita se habeant, necessarium duxi veritatem diligentius persequi: & ob id in priore libro quasi quandam materiam futuro operi omnium mihi regum tempora prænotaui, Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræo-
D rum, Ægyptiorum, Atheniensium, Argiuorum, Sicyoniorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorũ, qui postea Romani nuncupati sunt. in præsenti autem stylo eadem tempora contra se inuicem ponens, & singularum gentium annos dinumerans, vt quid cuique coætaneum fuit, ita curioso ordine coaptaui. Neque me fugit, in Hebræis codicibus dissonos ætatum annos inueniri, plúsque vel minus, prout interpretibus visum est, lectitari, sequẽdúmque illud potius, quod exemplariorum multitudo in fidem traxit. verum vtcunque quis volet computet, reperiet Inachi temporibus, quem primum Argis regnasse aiunt, patriarcham Hebręorum fuisse Israelem: à quo XII. Iudæorum tribus Israelis vocabulum sortitæ sunt. Semeramim autem & Abraham contemporales fuisse manifestum est. nam Moses licet iunior supradictis sit, omnibus tamen, quos Græci antiquissimos putant senior deprehenditur,
E Homero scilicet & Hesiodo, Troianóque bello, ac multo superius Hercule, Musæo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Æsculapio, Libero, Mercurio, Apolline, & cæteris diis gentium, sacrísque vel vatibus, ipsius quoque Iouis gestis, quem Græcia in arce diuinitatis collocauit. hos, inquam, omnes quos enumerauimus, etiam post Cecropem Diphyem primum Atticæ regem fuisse conuincimus. Cecropem autem præsens historia Mosi coætaneum ostendit, & antecedere Troianum bellum annis trecentis quinquaginta. Quod ne cui dubium fuisse videatur, sequens ratio sic probabit. Quadragesimo secundo anno imperij Augusti CHRISTVS natus est. quintodecimo Tiberij onno prædicare orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputans numerum alienum Darij regis Persarum quærat annum, sub quo templum Hierosolymorum, quod à Babyloniis destructum fuerat instauratum est: reperiet à Tiberio vsque ad Darium

annos quingentos quinquaginta octo Darij quippe secundus annus sexagesimæ quintæ Olympiadis anno primo fuit,&, Tiberij quintusdecimus in ducentesimam primam Olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium & Tiberium Olympiades centum triginta septem: anni quingenti quadraginta octo quadriennio in vna Olympiade supputato. deinde secundo anno Darij anno, septuagesimus desolationis templi annus expletur, à quo vsque primam Olympiadem retrosum numerantur Olympiades sexaginta quatuor, anni ducenti quinquaginta sex. qui similiter supputantur à supradicto desolationis templi anno vsque ad quinquagesimum annum Oziæ regis Iudæorum : sub quo Esaias & Ozeæ fuerunt. Itaque prima Olympias in Esaiæ & reliquorum incurrit ætatē qui cum eo prophetauerunt. Rursum si à prima Olympiade ad superiora tempora & vsque ad captiuitatem Troiæ proueharis, inuenies annos quadringētos sex. quos & nos in priore opusculo digessimus, & curiosissima Græcorum historia cōscribit. Item apud Hebræos à supradicto Oziæ anno & temporibus Esaiæ prophetæ vsque ad Sampson, & tertium annum Labdon iudicis, supputabis annos quadringentos sex. Sampson autem est, quem in corporis robore Herculi similem ferunt posteri Iudæorum, & mihi videntur non multum inter se distare tempore, siquidem ambo circa Troiæ captiuitatem fuerunt. Post hæc iterum ad priora conuertere, & cum trecentos tibi & viginti nouem annos pes retroactus impleuerit: Græcorum Cecropem Diphyem, & Mosen inuenies Hebræorum. nam à quadragesimo quinto Cecropis anno vsque ad captiuitatē Troiæ, & ab octogesimo ætatis Mosi anno, in quo populum Israeliticum de Ægypto eduxit, vsque ad Labdon & Sampson iudices, computantur anni trecēti viginti nouem. Itaque sine vlla ambiguitate Moses & Cecrops, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus. Porró iste est Cecrops Diphyes indigena. sub quo primū in arce oliua exorta est, & Atheniensium vrbs ex Mineruæ appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouē appellauit: simulachra reperit, aram statuit, victimas immolauit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia vnquam visis. Cætera quoque, quæ apud Græcos mira iactantur, posteriora Cecropis annis deprehenduntur. si autem Cecropis, consequenter & Mosi, qui cum Cecrope fuit. post hunc enim scribitur diluuium sub Deucalione, incendium sub Phaetonte, Erichthonius Vulcani & Terræ filius, Dardanusque qui Dardaniam condidit. de quo Homerus:

Quem primum genuit cælesti Iupiter arce.

Liberæ quoque, raptus & Europæ, sacra Cereris, atque Isidis delubrum in Eleusine, frumenta Triptolemi, regnum Trois,

Cuius dij natum Ganimedem ad sidera raptum
Vina Iouis magni voluerunt fundere mensis.

quo tempore Tantalus quoque & Tityus fuerūt, & Apollo natus est. nam Latona Iouis coniunx tunc Paticia fugit. Latonæ autem & Iouis Apollo filius. post quos Cadmus Thebas venit, qui Semelen genuit: de qua

Pulcherrima proles
Liber condignam partu tulit edita frugem.

Porrò Liber & reliqui, quos mox inferemus, post ducentesimum annum Cecropis fuerunt: Linius scilicet & Zetus, & Amphion, Museus, Orpheus, Minos, Perseus, Æsculapius, gemini Castor & Pollux, Hercules, cum quo Apollo seruiuit Admeto. Post quos facta est Troianæ vrbis euersio, quam Homerus longo sequitur interuallo. Homerus autem Solone & Thalete Milesio, cæterísque qui cum iis septem Sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. deinde Pythagoras exstitit, qui se non sapientem vt priores, se philosophum id est amatorem sapientiæ, dici voluit. quem secutus Socrates, Platonem erudiuit: à quo famosa in partes philosophia diuisa est. Horum singulos iuxta ordinem sequentis historiæ suis locis inferemus. Igitur Moses cunctos, quos suprà memorauimus, antecedit. quà ætate Cecropis fuisse monstratus est. Ab octogesimo autem anno Mosi, & egressus Israel ex Ægypto, rursum ad superiora conuersus vsque ad primū annum Abrahæ, reperies annos quingētos quinque quos similiter à quadragesimo quinto anno Cecropis vsque ad Ninum & Semiramim Assyriorum principes supputabis. primus quippe omni Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnauit. Itaque manifestū est Abraham Nini ætate generatum: iuxta eum tamen numerum, quem contractiorem editione vulgata sermo præbet hebræus. Verum incuriositate ne cesses, & cum diuinā scripturam

ſcripturam diligenter euolueris, à natiuitate Abraham vſque ad totius orbis diluuium inuenies retrorſum annos nongentos quadraginta duos. Item à diluuio vſque ad Adam duo milia ducentos quadraginta duos: in quibus nulla penitus nec Græca, nec Barbara & vt loquar in commune, gentilis inuenitur hiſtoria. Quamobrem præſens opuſculum ab Abraham & Nino vſque ad noſtram ætatē inferiora tempora perſequetur: & ſtatim in principio ſui Hebræorum Abraham, Aſſyriorum Ninum & Semiramim proponet.
A quia neque Athenarum adhuc vrbs, neque Argiuorum regnum nomen acceperat: ſolis Sicyoniis in Græcia florentibus. apud quos temporibus Abrahæ & Nini Europem ſecundum regnaſſe ferunt: quod cur etiam nos putemus, ex ſequentibus demonſtrabitur. Si enim diligenter enumeres ab vltima ætate Nini vſque ad Troiæ captiuitatem, inuenies annos octingentos triginta quatuor: Item in Sicyone a vigeſimo ſecundo anno regis Europis vſque ad ſupradictum tēpus, eoſdem annos inuenies octingentos triginta quatuor Apud Hebræos quoque à natiuitate Abraham vſque ad Labdon & Sampſon iudices Hebræorum, qui Troianis temporibus populo præfuerunt, æque ſupputabis annos octingentos triginta quatuor. Item apud Ægyptios ab ætate Nini & Semiramidis, quo tempore ſextadecima iam dynaſtia Thebæi Ægyptiis imperabant. vſque ad viceſimam Dynaſtiam, & regem Ægypti Thuorim, qui ab Homero Polypus vocatur,
B ſub quo etiam Troia capta eſt, colliguntur ſupradicti anni octingenti triginta quatuor. igitur conſequenter in libelli fronte ponimus vno eodémque tempore Abraham, Ninum, Semiramim, Europem, Ægyptiorum Thebeos. Et hæc quidem ita ſe habere, vt præfati ſumus, poſterior textus oſtendet. Nunc illud in cura eſt, vt etiam Hebræorum annos in quatuor tempora diuidamus. Ab Abraham vſque ad Moſen, à Moſe vſque ad primam ædificationem templi, à prima ædificatione templi vſque ad ſecundam inſtaurationem eius, ab inſtauratione eius vſque ad aduentum Chriſti domini. A natiuitate quippe Abraham vſque ad Moſen, & egreſſum Iſrael ex Ægypto, computantur anni quingenti quinque. A Moſe vſque ad Solomonem, & primam ædificationem templi, anni quadringenta ſeptuaginta nouem. ſecundum minorem tamen numerum, quem tertius Regnorum liber continet. nam iuxta volumen Iudicum ſupputantur anni ſex-
C centi. A Salomone verò uſque ad inſtaurationem templi, quæ ſub Dario Perſarum rege facta eſt, colliguntur anni quingenti duodecim. porro à Dario vſque ad prædicationem domini noſtri IESV CHRISTI & vſque quintumdecimum annum Tiberij principis Romanorum explentur anni quingenti quadraginta octo. Itaque ſimul fiunt ab Abraham vſque ad quintumdecimum Tiberij annum anni duo milia quadraginta quatuor. Similiter à Nino & Semiramide vſque ad Moſen & Cecropem, anni quingentiquinque. A Cecrope vſque ad captiuitatem Troiæ, anni trecenti viginti nouem. A captiuitate Troiæ vſque ad primam Olympiadem, anni quadringenti ſex. A prima Olympiade vſque ad ſecundum Darij annum, & inſtaurationem templi, anni ducenti quinquaginta ſex. A ſecundo Darij anno, & inſtauratione templi vſque ad quintumdecimum annum Tiberij Cæſaris, anni quingenti quadraginta octo. Fiunt ſimul à Nino & Semiramide
D vſque ad quintumdecimum Tiberij annum, anni duo milia quadraginta quatuor quos & ab Abraham vſque ad Tiberium oſtēdimus ſupputatos. A Tiberij autem quintodecimo anno, vſque ad quartumdecimū annum Valentis, quo interiit, numerantur anni trecēti quinquaginta vnus. Itaque fiunt omnes anni iſtius hiſtoriæ duo milia trecēti nonaginta quinque. Et ne longus forte ordo numerorum aliquid turbationis afferret, omnem annorū congeriem in decadas decidimus, quas in ſingularium gentium hiſtoriis congregantes ſibi inuicem fecimus eſſe contrarias, vt facilis præbeatur inuentio, cuius Græci ætate vel Barbari, Prophetæ, & reges, & ſacerdotes fuerint Hebræorum. itemque diuerſarum gentium falsò crediti dij, qui heroes, quæ quando vrbs cōditaque de illuſtribus viris Philoſophi, Poetæ, princeps, ſcriptoréſque variorum operum extiterint, & ſi qua alia digna memoria putauit antiquitas, quæ vniuerſa in ſuis locis cum
E ſumma breuitate ponemus.

NINVS ASSYRIORVM.

PRIMVS Assyriorum rex Ninus Beli filius regnauit omni Asiæ exceptis Indis, annos quinquaginta duos. Cuius quadragesimo tertio imperii anno natus est Abraham.

EVROPS SICYONIORVM.

IN Græcia verò secundo imperio Sicyoniis imperauit Europs annis quadraginta quinque. Cuius vicesimo secundo regni anno natus est Abraham.

43	Ninus condidit ciuitatem Ninum in	22	Nino regnante apud Assyrios primus
44	regione Assyriorum, quam Hebræi	23	Sicyoniis imperauit Ægialeus annis
45	vocant Niniuen.	24	52. à quo Ægialea nuncupata est, quæ
46		25	nunc Peloponesus vocatur. Post quē
47		26	secundus Europs, qui & prælatus est
48	Zoroastes magus rex Bactrianorum	27	titulo.
49	clarus habetur, aduersus quem Ninus	28	
50	dimicatur.	29	
51		30	
52		31	
	Semiramis II. Assyriis imperauit vxor		
	Nini Semiramis annis quadraginta		
1	duobus, de qua innumerabilia narran-	32	
2	tur. quæ & Asiam tenuit, & propter	33	
3	inundationem aggeres construxit, plu-	34	
4	rimas Babyloniæ vrbis instaurans.	35	
5		36	
6		37	
7		38	
8		39	
9		40	
10		41	
11		42	
12		43	
13		44	
14		45	
			Sicyoniis tertius imperauit Telchinus
15		1	annis XX.
16		2	
17		3	
18		4	
19		5	
20		6	
21		7	
22		8	
23		9	

ABRAHAM IVDÆORVM.

IN huius Nini imperio apud Hebræos nascitur Abraham, qui cùm centum esset annorum, genuit Isaac. Cuius Abrahæ erat annus primus tunc anno imperij Nini. &c.

THEBEI ÆGYPTIORVM.

PORRO apud Ægyptios sextadecima potestas erat quam vocāt dinasthiā. ab hoc tempore regnauerunt eis Thebæi annos centum nonaginta.

				Anni Abrahã
1		1		
2		2		
3		3		
4		4		
5		5		
6		6		
7	Regnante Nino apud Assyrios	7	Nino regnāte apud Assyrios The	
8	nouissimo eius tempore nascitur	8	bæi Ægyptiis imperabant.	
9	Abraham.	9		
10	Abraham natione Chaldæus pri-	10		X
	mam ætatem apud Chaldæos te-			
	rit. Apud Hebræos vsque ad na-			
11	tiuitatem Abrahæ computantur	11		
12	anni CIↃ. IↃCCCCL. vsque ad	12		
13	diluuium enim ab Adam habent	13		
14	annos CIↃ. IↃCLVI. & inde vs-	14		
15	que ad Abraham CCXCIII. &	15		
16	ideo quinquagesimus Iubileus à	16		
17	natiuitate Abrahę cōputatur, vnus	17		
18	enim Iubileus quinquaginta anni	18		
19	sunt.	19		
20		20		XX
21		21		
22		22		
23		23		
24		24		
25		25		
26		26		
27		27		
28		28		
29		29		
30		30		XXX
31		31		
32		32		
33		33		

Assyriorum.		*Sicyoniorum.*		
24		10		A
25		11		
26		12		
27		13		
28		14		
29		15		
30		16		
31		17		
32		18		
33		19		B
34		20		
			Quartus Apis Sicyoniis regnauit, à quo	
35		1	Apia, quæ nunc Peloponnesus prius	
36		2	Aegialea nuncupata, annis XXV.	
37		3		
38		4		
39		5		
40		6		
41		7		C
42		8		
	Assyriorum III ZAMEIS qui &			
	Ninias, filius Nini & Semirami-			
1	dis, annis XXXVIII.	9		
2		10		
3		11		
4		12	Apud Cretam regnauit primus Cres	
5		13	indigena, à quo Creta appellata: quē	
6		14	aiunt vnum Curetarum fuisse, à qui-	
7		15	bus Iupiter absconditus est & nutri-	D
8		16	tus. Hi Gnosum ciuitatem in Creta	
9		17	condiderunt, & Cybelæ matris tem-	
10		18	plum.	
11		19		
12		20		
13		21		
14		22		
15		23		
16		24		
17		25		E
			Sicyoniorum V. Thelchion annis	
18		1	LII.	
19		2		
20		3		
21		4		
22		5		
23		6		
24		7		

	Hebræorum.		*Aegyptiorum.*	*Anni*
A	34		34	Abrahā
	35		35	
	36		36	
	37		37	
	38		38	
	39		39	
	40		40	
	41		41	XL
B	42		42	
	43		43	
	44		44	
	45		45	
	46		46	
	47		47	
	48		48	
	49		49	
	50		50	L
C	51	Principium quinquagesimi pri-	51	
	52	mi Iubilei secundum Hebræos.	52	
		Iobel autem apud Hebræos quin-		
		quagenarius annus vocatur. Ita-		
	53	que iuxta supputationem eorum	53	
	54	ab Adam vsque ad annum præ-	54	
	55	sentem fiunt anni CIↃ CCC XXV.	55	
	56		56	
	57		57	
	58		58	
D	59		59	
	60		60	LX
	61		61	
	62		62	
	63		63	
	64		64	
	65		65	
	66		66	
	67		67	
	68		68	
E	69	Noe moritur.	69	
	70		70	LXX
	71		71	
	72		72	
	73		73	
	74		74	
	75	Abraham cùm 75. esset annorum,	75	
	76	diuino dignus habetur alloquio,	76	
	77	& ea re promissione quæ ad eum	77	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	
25	8	A
26	9	
27	10	
28	11	
29	12	
30	13	
31	14	
32	15	
33	16	
34	17	B
35	18	
36	19	
37	20	
38	21	
Assyriorum IIII. ARIVS, xxx. annis.		
1	22	
2	23	
3	24	
4	25	
5	26	C
6	27	
7	28	
8	29	
9	30	
10	31	
11	32	
12	33	
13	34	D
14	35	
15	36	
16	37	
17	38	
18	39	
19	40	
20	41	
21	42	
22	43	
23	44	E
24	45	
25	46	
26	47	
27	48	
28	49	
29	50	
30	51	
ARALIVS V. Assyriorum, ann. XL.	ÆGIDIVS, VI. Assyriorum, an. XXXIIII.	

		Hebræorum.		*Aegyptiorum.*	*Anni*
A	78	facta est.	78		Abrahã
	79	Primus annus repromissionis Dei	79		
	80	ad Abrahã, à quo vsq; ad Mosen, &	80		LXXX.
	81	egressũ ex Ægypto gẽtis Iudæorũ	81		
	82	supputantur anni 430. quorum me-	82		
	83	minit Paulus ita dicens: Testamen-	83		
	84	tum confirmatum à Deo, quæ post	84		
	85	x. annus repromis. (430. an-	85		
	86	nos facta est lex, non infirmat ad e-	86		
B	87	uacuandam repromissionem. Ipse	87		
	88	quoque in Exodo Moses his con-	88	Abraham ex ancilla Agar genuit	
	89	gruens loquitur: Habitatio autem	89	Hismahelem, à quo Hismaelitarũ	
	90	filiorum Israel qua habitauerunt in	90	genus, qui postea Agareni, deinde	XC.
		Ægypto, & in terra Chanaan ipsi &		Sarraceni dicti.	
	91	patres eorum anni 430.	91		
	92		92		
	93		93		
	94		94		
C	95	XX. annus repromissionis.	95		
	96		96		
	97		97		
	98		98		
	99	Sodoma & Gomorra succensæ.	99		
	100		100		C
		Abraham cùm centenarius esset ge-			
	1	nuit ex libera filium Isaacũ, superui-	101		
	2	xit alios annos LXXV.	102		
	3	Primus omnium Prophetarum Abra-	103		
D	4	hæ verbum Dei cùm in figura appa-	104		
	5	ruisset humana, vocationem gentiũ	105	XXX. annus repromissionis.	
	6	pollicetur, quam in nostrum tempus	106		
	7	sermo Christi deduxit ad finem per	107		
	8	Euangelicam in omnes gentes præ-	108		
	9	dicationem.	109		
	10	CX. annus Abrahæ.	110		CX.
	11		111		
	12		112		
E	13		113		
	14		114		
	15	XL. annus repromissionis.	115		
	16		116		
	17		117		
	18		118		
	19		119		
	20	CX. annus Abrahæ.	120		
	21		121		
	22		122		

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*
1	52
2	1
3	2
4	3
5	4
6	5
7	6
8	7
9	8
10	9
11	10
12	11
13	12
14	13
15	14
16	15
17	16
18	17
19	18
20	19
21	20
22	21
23	22
24	23
25	24
26	25
27	26
28	27
29	28
30	29
31	30
32	31
33	32
34	33
35	34
	THVRIMACHVS VII. Sicyoniorum
36	1 annis 45.
37	2
38	3
39	4
40	5
XERXES, VI. Assyriorum, qui &	
1 Balaneus, ann. 30.	6
2	7
3	8
4	9
5	10

	Hebræorum.	*Aegyptiorum.*		*Anni mundi*
A	23	123		
	24	124		
	25 L.annus repromissionis.	125		
	26	126		
	27	127		3310
	28	128		
	29	129		
	30 CXX.annus Abrahæ.	130		
B	31	131		
	32	132		
	33	133 In Creta regnauit primus Cres in-		
	34	134 digena, vt quidam volunt. Alij ve-		
	35 LX.annus repromissionis.	135 rò subscriptum tempus iudicant.		
	36	136		3320
	37	137		
	38	138		
	39	139		
	40 CXL.annus Abrahæ.	140		
C	41	141		
	42	142		
	43	143		
	44	144		
	45 LXX. annus repromissionis.	145		
	46	146		3330
	47	147		
	48	148		
	49	149		
D	50 CL.annus Abrahæ.	150		
	51 XIII.Iubilæi.	151		
	52	152		
	53	153		
	54	154		
	55 LXXX. annus repromissionis.	155		
	56	156		3340
	57	157	INITIVM regni	
	58	158	Argiuorum.	
E	59	159		
	60 CLX. annus Abrahæ.	160	His tẽporibus apud Ar-	
	IACOB Hebręorum, filius Isaac vs-		gos regnauit INACHVS,	
	1 que ad principatum filij Ioseph, an-		1 annis 50. Inachi filia Io,	
	2 Sexagenario Isaac na- (nis 121.	161	2 quam Ægyptij mutato	
	3 scuntur filij gemini: Primus Esau,	162	3 nomine Isidẽ vocant &	3350
	4 qui & Edom, à quo gens Idumæorũ.	163	4 colũt: à patre Inacho Ina	
	5 Secundus Iacob, qui postea Israel,	164	5 chus fluuius apud Ar-	
		165	6 gos, à filio Ione Bos Pho	
		166	7 ronæus nuncupatur.	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
6	11	6 à quo Israelitæ, qui nunc Iudæi.	A
7	12	7	
8	13	8	
9	14	9	
10	15	10 CLXX. annus Abrahæ, Isaac verò	
11	16	11 LXX.	
12	17	12	
13	18	13	
14	19	14	
15	20	15 C. annus repromissionis, in quo mori-	B
16	21	16 tur Abraham, omnes viuens annos	
17	22	17 CLXXXV.	
18	23	18	
19	24	19	
20	25	20 LXX. annus Isaac.	
21	26	21	
22	27	22	
23	28	23	
24	29	24	
25	30	25 CX. annus repromissionis.	C
26	31	26	
27	32	27	
28	33	28	
29	34	29	
30	35	30 XC. annus Isaac.	
ARMAMERTES,			
VII. Assyriorum,			
1 annis 38.	36	31	
2	37	32	D
3	38	33	
4	39	34	
5	40	35 CXX. annus repromissionis.	
6	41	36	
7	42	37	
8	43	38	
9	44	39	
10	45	40 C. annus Isaac.	
	LEVCIPPVS,	Principium Iubilei 44. iuxta tradi-	
11	1 VIII. Sicyoniorũ,	tionem Iudæorum.	E
12	2 annis 53.	42	
13	3	43	
14	4	44	
15	5	45 CXXX. annus repromissionis.	
16	6	46	
17	7	47	
18	8	48	
19	9	49	
20	10	50	

Aegyptiorum.		*Argiuorum.*		*Anni*
167		8		*mundi*
168		9		
169		10	Castor Chronographus de Ar-	
170		11	giuorum regno quod loquitur, con	
171		12	sequenter persequemur: Reges Ar-	
172		13	giui ab Inacho vsque in Stelenum	
173		14	filium Crothopi, quorum inueni-	
174		15	tur omne tempus an. 384.	
175		16		3360
176		17		
177		18		
178		19		
179		20		
180		21		
181	Apis in Ægypto primùm deus	22		
182	putatus est, qué quidam Serapin	23		
183	vocauerunt.	24		
184		25		
185		26		3370
186		27		
187		28		
188		29		
189		30		
190				
	Dynastia, XVII. Ægyptiorũ,			
	quo tempore regnabant Pastores,	31		
1	ann 103.			
2	Reges Ægyptiorum pastores con-	32		
3	iicimus nuncupatos propter Ioseph	33		
4	& fratres eius, qui in principio Pa-	34		
5	stores descendisse in Ægyptum cõ-	35		
6	probantur.	36		3380
7		37		
8		38		
9		39		
10		40		
11		41		
12		42		
13		43		
14		44		
15		45		
16		46		3390
17		47		
18		48		
19		49		
20		50		
			Phoronævs, II. Argis, ann. 90.	

† *Bolechus.*

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*
21	11	51
22	12	52
23	13	53
24	14	54
25	15	55 CXL. annus repromissionis.
26	16	56
27	17	57
28	18	58
29	19	59
30	20	60 CXX. annus Isaac.
31	21	61
32	22 Thessalus Græci	62
33	23 filius regnat in	63
34	24 Thessalia.	64
35	25	65 CL. annus repromissionis.
36	26 Niobæ, primę om	66
37	27 niũ mulierũ mix-	67
38	28 tus est Iupiter, vt	68
† BELOCHVS, VIII.	Græci perhibent,	
1 Assyriorũ, an. 35.	29 de qua nascitur A	69
2	30 pis, quem Serapin	70 CXXX. annus Isaac.
3	31 cognominant.	71
4	32	72
5	33 Teltaphis & Car-	73
6	34 satis aduersus Pho	74
7	35 ronæũ & Parrha-	75 CLX. annus repromissionis.
8	36 sios instituũt bel-	76
9	37 lum.	77
10	38	78
11	39	79
12	40	80 CXL. Isaac annus. Iacob descendit in
13	41	81 Mesopotamiam, & seruiuit Laban an-
14	42	82 nis septem.
15	43	83
16	44	84
17	45	85 CLXX. annus repromissionis.
18	46	86
19	47	87 Iacob generat Ruben.
20	48	88 Iacob generat Simeon.
21	49	89 Iacob generat Leui.
22	50	90 CL. an. Isaac, & principium 45. Iubilæi
23	51	91 Iacob genuit Ioseph.
24	52	92 I. ann. Ioseph, 92. erat Iacob.
25	53	93 Iacob generat Iudam, à quo Iudæi ap-
	MESSAPIVS	pellati.
26	1 IX. Sicyoniorum,	94
27	2 annis 47.	95 CLXXX. annus repromissionis.

A *Aegyptiorum.*	*Argiuorum.*	*Anni mundi*
21	1 Phoronæus Inachi filius & Niobes,	
22	2 leges primus iudiciáque conscripsit	
23	3 Quidam huius filiam Nioben arbi-	
24	4 trantur. Horum temporũ quasi val-	
25	5 de antiquorum Plato in Timæo me-	3400
26	6 minit, ita dicens: Et aliquãdo volẽs	
27	7 eos prouocare in sermones de tem-	
28	8 poribus antiquorũ, quæ cuique ciui-	
B 29	9 tati apud veteres accidissent, de Pho	
30	10 ronæo qui primus hoc nomine ap-	
31	11 pellatus est, & Niobe & his qui post	
	diluuium fuere.	
32	12 Ogygius, qui in Attica Eleusina, quę	
33	13 antiquitus vocabatur Attica, & alias	
34	14 ciuitates plurimas. Cuius tempori-	3410
35	15 bus apud lacum Tritonidem virgo	
36	16 apparuit, quam Græci Mineruam	
37	17 nuncupauerunt.	
C 38	18	
39	19	
40	20	
41	21	
42	22	
43	23	
44	24	
45	25	
46	26	3420
47	27	
D 48	28	
49	29	
50	30	
51	31	
52	32	
53	33	
54	34	
55	35	
56	36	
E 57	37	3430
58	38	
59	39	
60	40 Messana, quæ & Mamertina, con-	
61	41 ditur.	
62	42	
63	43	
64	44 Diluuium quod factum est sub O-	
65	45 gyge.	
66	46	3440

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*
28	3	96 A
29	4	97
30	5	98
31	6	99
32	7	100 CLX.annus Isaac.
33	8	101
34	9	102
35	10	103
BALEVS, IX.		B
1 Assyriorũ, an.52.	11	104
2	12	105 CXC.annus repromissionis.
3	13	106
4	14	107
5	15	108 Ioseph venundatus a fratribus, annum
6	16	109 agens 17.
7	17	110 CLXX.Isaac annus.
		Iacob verò 110.
8	18	111
9	19	112 C
10	20	113
11	21	114
12	22	115 CC.annus repromissionis.
13	23	116
14	24	117
15	25	118
16	26	119
17	27	120 CLXXX.ann.Isaac moritur relinquit filiũ
18	28 Telechines Rho	121 Iacob habentem ann.120.
	dum cõdiderunt	IOSEPH D
19	29 quę prius Ophiu-	1 Hebræorum dux Ægypti, anno ætatis
20	30 sa vocabatur.	2 suæ 30.vixit annis 80.
21	31	3
22	32	4 CCX.annus repromissionis.
23	33	5
24	34	6
25	35	7
26	36	8
27	37	9 CXXX.annus Iacob. E
28	38	10 Secundo anno famis ingressus Ægyptũ,
29	39	11 cum filiis suis Iacob, cùm à Pharaone in-
30	40	12 terrogaretur quotum annum ageret, re-
		spondit, se esse annorum 130.
31	41	13
32	42	14 CCXX.annus repromissionis.
33	43	15
34	44	16
35	45	17

	Aegyptiorum.	*Argiuorum.*	*Anni mundi.*
A	67	47	
	68	48	
	69	49	
	70	50	
	71	51	
	72	52	
	73	53	
	74	54	
B	75	55	3450
	76	56	
	77	57	
	78	58	
	79	59	
	80	60	
		APIS, III. Argiuorum, annis 35.	
	81	1 Aiunt hunc Apim esse Serapin: Si-	
	82	2 quidem cum fratrem Ægialeum	
C	83	3 regem præfecisset Achaiæ, ipse cum	
	84	4 populo ad Ægyptum nauigauit.	
	85	5	
	86	6	3460
	87	7	
	88	8	
	89	9	
	90	10	
	91	11	
D	92	12	
	93	13	
	94	14	
	95	15	
	96	16	3470
	97	17	
	98	18	
	99	19	
	100	20	
E	101	21	
	102	22	
	103	23	
	Ægyptiorum XVIII. dynastia Poli-	Sparta condita est à Sparto filio	
	1 tanorum, annis 348. quorum primus	24 Phoronæi.	
	2 AMASIS, annis 25.	25	
	3	26	3480
	4	27	
	5	28	
	6	29	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*
36	46	18 [A]
37	47	19 CXL.annus Iacob, initium Iubilei 46.
	HERATVS, Sy-	
38	1 cioniorũ x.an.46.	20 L. annus Ioseph.
39	2	21
40	3	22
41	4	23
42	5	24 CCXXX. annus repromissionis.
43	6	25 [B]
44	7	26 Iacob 147.ætatis suæ anno diem obiit,
45	8	27 prophetizans de Christo, & de voca-
46	9	28 tione gentium.
47	10	29
48	11	30 LX.annus Ioseph.
49	12	31
50	13	32
51	14	33
52	15	34 CCXL. annus repromissionis. [C]
ALTADAS Assy-		
1 riorũ x.annis 32.	16	35
2	17	36
3	18	37
4	19	38
5	20	39
6	21	40 LXX. annus Ioseph.
7	22	41
8	23	42
9	24	43 [D]
10	25	44 CCL.annus repromissionis.
11	26	45
12	27	46
13	28	47
14	29	48
15	30	49
16	31	50 LXXX. annus Ioseph.
17	32	51 [E]
18	33	52
19	34	53
20	35	54 CCLX. annus repromissionis.
21	36	55
22	37	56
23	38	57
24	39	58
25	40	59
26	41	60 XC. annus Ioseph.

	Aegyptiorum.	Argiuorum.	Anni mundi.
A	7	30	
	8	31	
	9	32	
	10	33	
	11	34	
	12	35	
		ARGVS, IIII. Argiuorum,	
	13	1 annis LXX.	3490
B	14	2	
	15	3	
	16	4	
	17	5	
	18	6	
	19	7	
	20	8	
	21	9	
	22	10	
C			3500
	23	11	
	24	12	
	25	13	
	CHEBRON, Ægypti		
	1 annis 13.	14	
	2	15	
	3	16	
	4	17	
	5	18	
D	6	19	
	7	20	3510
	8	21	
	9	22	
	10	23	
	11	24	
	12	25	
	13	26	
	AMMENNOPHIS, Ægypti,		
E	1 annis 21.	27 Secundum quorũdam opinionem	
	2	28 his temporibus fuit Prometheus, à	
	3	29 quo homines factos esse comme-	3520
	4	30 morant, & reuera: Cùm enim sapi-	
	5	31 ens esset, feritatem eorum & nimiã	
	6	32 imperitiam, ad humanitatem & sci-	
	7	33 entiam transfigurabat.	
	8	34	
	9	35	
	10	36	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
27	42	61	A
28	43	62	
29	44	63	
30	45	64 CCLXX. annus repromissionis.	
31	46	65	
† *Plemmæus.*	† PLENNEVS, Si-		
32	1 cyoniorum XI.	66	
MAMITHVS,	annis 48.		
1 Assyriorum II.	2	67	B
2 annis 30.	3	68	
3	4	69 Principium 47. Iubilei.	
4	5	70 C. annus Ioseph.	
5	6	71	
6	7	72	
7	8	73	
8	9	74 CCLXXX. annus repromissionis.	
9	10	75	
10	11	76	C
11	12	77	
12	13	78	
13	14	79	
14	15	80 (nis 144.	
		Hebræorum seruitus in Ægypto an-	
15	16	1 CX. anno Ioseph moritur, post cuius	
16	17	2 interitum Hebræi Ægyptiis seruie-	
17	18	3 runt annis 144.	

Fiunt autem omnes anni quos Hebræi in Ægypto fecerunt 215. qui ab eodem tempore computantur, quo Iacob cum filiis suis descendit in Ægyptum. D

18	19	4 CCXC. annus repromissionis.	
19	20	5	
20	21	6	
21	22	7	
22	23	8	
23	24	9	
24	25	10	
25	26	11	
26	27	12	E
27	28	13	
28	29	14 CCC. annus repromissionis.	
29	30	15	
30	31	16	
MANCALEVS,			
1 XII. Assyriorum,	32	17	
2 annis 30.	33	18	
3	34	19	
4	35	20	

	Aegyptiorum.	*Argiuorum.*	*Anni*
A	11	37	*mundi*
	12	38	
	13	39	
	14	40	3530.
	15 Ægyptiorũ reges omnes tunc Pha-	41	
	raones dicebantur, non hoc propriũ		
	16 habentes nomen, sed pro dignitate	42	
	Reges tunc vtebantur hoc nomine,		
	17 sicut & apud nos Impp. Augusti ap-	43	
B	18 pellantur.	44	
	19 Habebat ergo vnusquisque Pharao	45	
	20 proprium nomen. Hoc nos ex libris	46	
	21 Manethonis sacerdotis Ægyptiorũ	47	
	lectum posuimus.		
	MEPHRES, IIII. Ægyptiorum, an-		
	1 nis 12.	48	
	2	49	
	3	50	
	4	51	3540
C	5	52	
	6	53	
	7	54	
	8	55	
	9	56	
	10	57	
	11	58	
	12	59	
	MISPHARMVTOSIS, V. Ægyptio-		
D	1 rum, annis 26.	60	
	2	61	3550
	3	62	
	4	63	
	5	64	
	6	65	
	7	66	
	8	67	
	9	68	
	10	69	
E	11	70	
		CRASSVS, V. Argis, annis 54.	
	12	1 In Argis primus sacerdotio functus	3560
	13	2 est † Callyrias filius Pyrantis.	
	14	3	
	15	4	
	16	5 Athlas frater Promethei præcipuus	
	17	6 Astrologus dictus est, qui ob eruditio	
	18	7 nem istius disciplinæ etiã cœlũ susti-	

† *Aliàs Ballithias, Pyrãtis primi filius.*

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
5	36	21	A
6	37	22	
7	38	23	
8	39	24 CCCX.annus repromissionis.	
9	40	25	
10	41	26	
11	42	27	
12	43	28	
13	44	29	
			B
14	45	30	
15	46	31	
16	47	32	
17	48	33	
	ORTHOPOLIS, XII.		
18	1 Sicyoniorum, an-	34 CCCXX.annus repromissionis.	
19	2 nis 63.	35	
20	3	36	
21	4	37	C
22	5	38	
23	6 His regnantibus	39 Principium 48.Iubilei.	
24	7 Syrus fuisse perhi-	40	
25	8 betur indigena,cu	41	
26	9 ius vocabulo no-	42	
27	10 men Syria acce-	43	
28	11 pit.	44 CCCXXX.annus repromissionis.	
29	12	45	
30	13	46	D
IPHEREVS, XIII.			
1 Assyriorum,an.20.	14	47	
2	15	48	
3	16	49	
4	17	50	
5	18	51	
6	19	52	
7	20	53	
8	21	54 CCCXL.annus repromissionis.	E
9	22	55	
10	23	56	
11	24	57	
12	25	58	
13	26	59	
14	27	60	
15	28	61	
16	29	62	
17	30	63	

	Aegyptiorum.	*Argiuorum.*	*Anni mundi*
A	19	8 nere affirmatus est.	
	20	9	
	21	10 Euripides autem montem esse al-	
	22	11 tissimum dicit,qui Athlas vocetur.	
	23	12	3570
	24	13	
	25	14	
	26	15	
	THVTHEMOSIS, Ægyptiorum		
B	1 annis 9.	16	
	2	17	
	3	18	
	4	19	
	5	20 Æthiopes ab Indo flumine consur-	
	6	21 gentes, iuxta Ægyptum consede-	3580
	7	22 runt.	
	8	23	
	9	24	
	AMENOPHIS, Ægypti annis 31.		
C	1 Hic est Amenophis,seu Amenoptes,	25	
	2 quem quidam Memnonem putant	26	
	3 lapidem loquētem, quippe cuius sta-	27	
	4 tua vsque ad aduentum Christi sole	28	
	5 oriente vocem dare dicebatur.	29	
	6	30	
	7	31	3590
	8	32	
	9	33	
D	10	34	
	11	35	
	12	36	
	13	37	
	14	38	
	15	39	
	16	40	
	17	41	3600
	18	42	
E	19	43	
	20	44	
	21	45	
	22	46	
	23	47	
	24	48	
	25	49	
	26	50	
	27	51	3610
	28	52	

Aſſyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
18	31	64 CCCL. annus repromiſſionis.	A
19	32	65 Amram genuit Moſen cùm eſſet	
20	33	66 annorum 70.	
MAMYLAS, XIIII. Aſſyriorum, annis 30.			
1	34	67	
2	35	68	
3	36	69	
4	37	70	
5	38	71	B
6	39	72	
7	40	73	
8	41	74 CCCLX. annus repromiſſionis.	
9	42 Primus regnauit	75 & X. annus Moſis.	
10	43 in Theſſalia Hæ-	76	
11	44 mon.	77	
12	45	78	
13	46	79	
14	47 Phorbas Rhodũ	80	C
15	48 obtinuit.	81	
16	49	82	
17	50	83	
18	51	84 CCCLXX. annus repromiſſionis, &	
19	52	85 XX. annus Moſis.	
20	53	86	
21	54	87	
22	55	88	
23	56	89 Principium 49. Iubilei.	
24	57	90	D
25	58	91	
26	59	92	
27	60	93	
28	61	94 CCCLXXX. annus repromiſſionis, &	
29	62	95 XXX, annus Moſis.	
30	63	96	
SPARETVS, XV.	MARATHIVS,		
1 Aſſyriorum, an. 40.	1 XIII. Sicyoniorum	97	
2	2 annis 30.	98	E
3	3	99	
4	4	100	
5	5	101 XXXV. anno Moſis Cecrops regnabat	
6	6	102 in Attica, à quo vſque ad captiuita-	
7	7	103 tem Troiæ fiunt anni 375.	
8	8	104 CCCXC. annus repromiſſionis, &	
9	9	105 XL. annus Moſis.	
10	10	106	

Aegyptiorum.	*Argiuorum.*	*Atheniensium.*	*Anni mundi*
A 29	53 Epidaurus ciui-		
30	54 tas condita est.		
	PHORBAS, VI. Ar-		
31	1 gis, ann. 35.		
ORVS, Ægypti,			
1 annis 38.	2 Quidā scribūt Pro		
2	3 metheū, & Epime		
3	4 theū & Atlantē fra		
4	5 trē Promethei, &		
B 5	6 Io Argū cūcta cer		
6	7 nētē, & Io filiam		3620
7	8 Promethei his fu		
8	9 isse tēporib⁹. Alij		
9	10 verò ętate Cecro		
10	11 pis: nonnulli autē ante Cecropem, annis 60. siue 90.		
11	12 Primus regnauit in Thessalia Hæmon.		
12	13 Phorbas Rhodum obtinuit.		
13	14 Primus quadrigam iūxisse fertur Arogilus seu Proclytus.		
C 14	15		
15	16 Hercules prim⁹		
16	17 fertur Antheum		3630
17	18 luctæ vicisse certamine.		
18	19 Xanthus Triopa		
19	20 Lesbū condidit.		
20	21		
21	22 In Creta regna-		
22	23 uit Cydon.		
23	24		
D 24	25	His temporibus in Atta, quæ nunc	
25	26	Attica nuncupatur primus regna-	
26	27	uit Cecrops, qui & Diphyes, an. 50.	3640
27	28		
28	29		
29	30	CECROPS primus Atheniensium	
30	31	annis 50.	
31	32	1 A Cecrope vsque ad primam Olym-	
E 32	33	2 piadem numerant reges XVII. Princi-	
33	34	3 pes verò quos mors tantum finiebat	
34	35	4 XII. sub quibus apud Græcos multa	
	TROYPHAS, VII.	miranda narrantur.	
35	1 Argis, annis 46.	5	
36	2	6 Cecrope regnante primum in arce	3650
37	3	7 oliua orta est, & ex Mineruæ nomi-	
38	4	8 ne Græcè quoque Athenæ nuncu-	
ACENGERES, seu		patæ. Dicebatur autem Cecrops Di-	
1 Acencris, Ægyp.	5	9 phyes, id est, duabus naturis, siue	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*
11	11	107
12	12	108 Moses Ægyptum derelinquens in
13	13	109 eremo philosophatur.
14	14	110
15	15	111
16	16	112
17	17	113
18	18	114 CCCC. annus repromissionis.
19	19	115 L. annus Mosis.
20	20	116
21	21	117
22	22	118
23	23	119
24	24	120
25	25	121
26	26	122
27	27	123
28	28	124 CCCCX. annus repromissionis.
29	29	125 LX. annus Mosis.
30	30	126
	MARATHVS,	
31	1 XIIII. Sicyoniorũ,	127
32	2 annis 20.	128
33	3	129
34	4	130
35	5	131
36	6	132
37	7	133
38	8	134 CCCCXX. annus repromissionis.
39	9	135 LXX. annus Mosis.
40	10	136
ASCADES, XVI.		
1 Assyriorũ, an. 40.	11	137
2	12	138
3	13	139 Principium 50. Iubilei.
4	14	140
5	15	141
6	16	142
7	17	143 (annus Mosis.
8	18	144 CCCCXXX. annus repromissionis, & 80.
		Hebræorum Moses 80. annum agens
		dux itineris ex Ægypto Hebræorum
9	19	1 gentis efficitur, legem eis in eremo
10	20	2 tradens per annos 40. Moses in Sina

	Aegyptiorum.	*Argiuorum.*	*Atheniensium.*	*Anni*
A	2 annis 12.	6	10 ob longitudinem corporis, siue id-	*mundi*
	3	7	11 circo quod cũ esset Aegyptius, vtrã-	
	4 Curetes & Cori-	8	12 que linguam sciebat græcam & ægy	
	5 bãtes Gnosson cõ	9	13 ptiacam, Primus Cecrops bouẽ im-	
	6 diderũt, qui mo-	10	14 molans Iouem appellauit, & Cecro-	
	7 dulatam & inter	11	15 pia regio ab eo nuncupata.	
	8 se concinentẽ in	12	16	3660
	9 armis saltationẽ	13	17	
	10 reperere.	14	18 Chaldæi contra Phœnices dimicãt	
B	11	15	19	
	12	16	Musæus Erechthei & Nymphæ fi-	
	ACHORIS, Æ-		20 lius agnoscitur.	
	1 gypti, annis. 9.	17	21 Deucaliõ apud eos regnare orsus qui	
	2	18	22 circa Parnassum morabantur.	
	3	19	23 Iudiciũ Neptuni & Mineruæ de cõ-	
	4	20	24 tentione regionis apud Cecropem a-	
	5	21	25 ctum fuisse confingitur.	
	6	22	26 Io Inachi filiæ mixtus est Iupiter,	3670
C	7	23	27 quæ in bouem dicitur versa, & Bos-	
			phorus appellatur.	
	8	24	28 Cecrops in Eubœa Athenas condi-	
	9	25	29 dit, quam & Diadas nominauit, hãc	
	CHENCRES Aegy		vrbem Euboici Orchomenon ap-	
	1 pti, annis 16.	26	30 pellauerunt.	
	2 Iste est Pharao	27	31 Diluuium quod sub Deucalione in	
	3 Chencres qui cõ-	28	32 Thessalia, & incendium quod sub	
	4 tradixit per Mo-	29	33 Phaetonte factum est.	
	5 sẽ deo, atque ma	30	34	
D	6 ri rubro obrutus	31	35 In Aethiopia multæ pestilentiæ lo-	
	7 est. Post quẽ re-	32	36 cales, vt Plato meminit, fuere.	3680
	8 gnauit Ægyptis	33	37	
	9 Acherres pharao	34	38 Ab Helene Deucalionis & Pyrrhę fi-	
	10 nã Pharao co-	35	39 lio, à quo primũ græci Helenes nũcu-	
	11 gnomẽ est digni-	36	40 pati sunt, & Attę, sub eo Attici nũcu-	
	12 tatis.	37	41 Corinthus condita (pati sunt.	
	13	38	42 quæ prius Ephyrus vocabatur.	
	14	39	43 Secundum nonnullos Io in Ægyptũ	
E	15	40	44 profecta, & ibi Isis nuncupata, quæ	
	16	41	45 nupta postea Telegono Epaphum	
	ACHERRES Ægypti, annis 8.		genuit.	
			Hercules cognomento Desinaus in	
	1	42	46 Phœnice clarus habetur, vnde ad no	3690
	2	43	47 stram vsque memoriam Cappado-	
	cibus & Eliensibus Desinaus adhuc dicitur.			
	3	44	48 Apollinis Delij templum ab Erisi-	
			sthone ædificatum.	
	4	45	49 Areopagus apud Athenas nomen	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
	ECHIREVS, XV. Si-	monte, diuino fruitur aspectu.	A
11	1 cyoniorum, an. 55.	3 Ab hoc vsque ad Solomonem & ædifi-	
		4 cationem templi numerantur anni	
12	2	5 480.	
13	3		
14	4	6 Primus apud Hebræos Pontifex con-	
15	5	7 stitutus est Aaron frater Mosis.	B
16	6	8	
17	7	9	
18	8	10	
19	9	11	
20	10	12	
21	11	13	
22	12	14	
			C
23	13	15 Moses in deserto præest genti Iu-	
24	14	16 dæorum.	
25	15	17	
26	16	18	
27	17	19	
28	18	20	
29	19	21	
30	20	22	
31	21	23	D
32	22	24	
33	23	25	
34	24	26	
35	25	27	
36	26	28	
			E
37	27	29	
38	28	30	
39	29	31	
40	30	32	
AMYNTAS, XVII.			
1 Assyriorum, an. 45.	31	33	
2	32	34	
3	33	35	
4	34	36	

	Aegyptiorum.	*Argiuorum.*	*Atheniensium.*	
A			iudicij constituitur.	*Anni*
	5	46	50 Vitis inuenta à Dionysio, sed non	*mundi*
			Semeles filio.	
		Crotopvs, viii.	Cranavs, iiii. Atheniensium, an. 9.	
	6	1 Argis, annis 21.	1 Thelegonus Oris pastoris filius, se-	
	7	2	2 ptimus ab Io, & Inacho.	
	8	3	3 Cranaus indigena ex cuius filię Atti-	
	Cherres, Ægy-		dis nomine Attica vocata.	
	1 pti, ann. 15.	4	4 In Creta regnauit Apteras qui & vr-	
B	2	5	5 bẽm condidit.	
	3	6	6 Deucalionis filius Dionysius, verùm	3700
	4	7	7 non ille Semeles filius, cùm in Atti-	
	5	8	8 cam peruenisset, hospitio receptus à	
	6	9	9 Semaco filiæ eius Capræ pellem lar-	
			gitus est.	
			Amphitryon, v. Atheniensiũ, an. 10.	
	7	10	1 Templum Delij constructum ab Eri-	
	8	11	2 sisthone filio Cecropis.	
	9	12	3	
C	10	13	4	
	11 Epaphus fil. Io &	14	5	
	12 Iouis, Mẽphim	15	6	
	13 condidit cum Æ-	16	7	3710
	14 gypto secũdò re-	17	8	
	15 gnaret.	18	9	
	Armevs Ægy-			
	1 pti, qui & Danaꝰ,	19	10	
	annis 5.	Argiuorũ Stelenꝰ	Ericthonivs, vi. Atheniensiũ, an. 50.	
D	2 Coth filius Tris-	20 Castoris de Argi	1 Lacedæmon condita à Lacedæmone	
	3 megisti floruit.	21 uorũ principib.	2 Semeles filio.	
		Stelenvs ix.	Erichthonius Vulcani & Mineruæ fi-	
	4	1 Argis ann. 11.	3 lius, qui ab Homero Eritheus voca-	
	5	2 Cùm Stelenum	4 tur, his regnantibus fuit.	
	Postquẽ Remes-	Danaus expulis-	Apollo de Latona nascitur, non ille	
	1 ses, qui & Ægy-	3 set, Argos tenuit,	5 cuius consueuerunt oracula consuli,	
	2 ptius, an. 68.	4 minorésque eius	6 sed qui cũ Hercule seruiuit Admeto.	
	3 Ægyptus quę pri	5 perseuerauerunt	7 Arcas filius Iouis & Calisthonis, Pe-	3720
E	4 us Æria diceba-	6 vsq; ad Eurystheũ	8 lasgis in ditionem redactis, regionem	
	tur ab Ægyptio	filiũ Steleni, ne-	9 ipsorum Arcadiam nuncupauit.	
	5 tunc ibi regnãte	7 potem Persei.	10 Dardanus condidit Dardaniam.	
	6 nomen accepit,	8 Post quem Pelo	11	
	7 cui datum est re-	9 pidæ, imperium	susceperunt primò regnante Attæo.	
	8 gnum eiecto Da-	10 Post Stelenum	12	
	9 nao.	11 Argis regnauit Gelenor, quem	cùm Argiui de imperio pepulis-	
		Danavs, x. Ar-	13 (sent regnum Danao tradiderunt.	
	10	1 gis, annis 50	14	
	11	2 Argos sibi Da	15 Orithyia Erithei, qui & Erichtho-	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*
5	35	37
6	36	38
7	37	39
8	38	40 Mors Mosis.
		Hebræorum post Mosen dux consti-
9	39	1 tuitur IESVS, annis 27.
10	40	2 Apud Hebræos Pontificatum suscipit
11	41	3 Eleazarus.
12	42	4 Hucusque quinque libri Mosis conti-
13	43	5 nent annis 3730. secundum LXX. Senio-
14	44	6 rum interpretationem.
15	45	7 Principium quinquagesimi primi Iu-
16	46	8 bilei secundum Hebræos.
17	47	9 Iesus successor Mosis terram Palæsti-
18	48	10 norum Iudææ genti sorte distribuit.
19	49	11
20	50	12
21	51	13
22	52	14
23	53	15
24	54	16
25	55	17
	CHORAX, XVI.	
26	1 Sicyoniorũ, an. 30.	18
27	2	19
28	3	20
29	4	21
30	5	22
31	6	23
32	7	24
33	8	25
34	9	26
35	10	27
		Hebræorum primus iudex ex tribu Iu-
36	11	1 da, Othoniel annis 40.
37	12	2 Post mortem Iesu subiectos tenuerunt
38	13	3 Hebræos alienigenæ annis octo, qui
39	14	4 iunguntur Othonielis tẽporibus Aoth
40	15	5 secundum Iudæorum traditiones.
41	16	6
42	17	7
43	18	8
44	19	9
45	20	10
BELOTHVS, XVIII.		

I

	Aegyptiorum.	*Argiuorum.*	*Atheniensium.*	
A	12	3 naus vindicauit	16 nius dictus est, à Boreatrace rapitur.	*Anni*
		expulsus Ægy-	Triptolemus longa naui Eleusin ve-	*mundi*
	13	4 pto & eandem a-	17 niens, ibi frumenta distribuit.	3730
	14	5 quis abũdare fecit	18	
	15	6 Erichthonius pri	19 Proserpinam rapuit Orcus Molos-	
	16	7 mus quadrigam	20 sorum rex.	
	17	8 iunxit in Græcia	21 Perseus occidit Gorgonem.	
	18	9 eratquippe apud	22 Dionysius Nysam in India condidit,	
	19	10 alias nationes.	23 & à suo nomine eam sic appellauit.	
B	20 Busiris Neptuni	11	24 Cyrene in Lybia ædificata est.	
	21 & Lybię Epaphi	12	25 Danaus per 50. filias 50. filios Ægisti	
	22 filiæ filius apud	13	26 fratris interfecit, euadente solo Lyn	
	23 vicina Nilo loca	14 In Creta regna-	27 ceo, qui post eum regnauit. Neque	3740
	24 tyrannidẽ exer-	15 uit Lapis.	28 verò multitudo filiorum incredibi-	
	25 cet, transeuntes	16	29 lis videri debet in Barbaris, cùm tã	
	hospites crudeli scelere interficiens.		innumerabiles habeant concubinas.	
	26	17	30 Phœnix & Cadmus de Thebis Æ-	
	27	18	31 gyptiorum in Syriam profecti apud	
C	28	19	32 Tyrum & Sidonem regnauerunt.	
			Liber, pater in India militat, in cuius exer-	
	29	20	33 citu fuerunt fœminæ dictæ Bacchæ, magis	
	30	21	34 propter furorem, quàm propter virtutem.	
	31	22	35 Perseus cum vxore Adromacha ra-	
	32	23	36 pti in cœlum sunt.	
	33	24 Bithynia condi	37 Templum Delphis magnum à Phle	3750
	34	25 ta est à Phœnice	38 gra incensum.	
	35	26 qui Phœnicibus	39 In Creta regnauit Asterius.	
D	36	27 quasdam literas	40 Europæ filiæ Phœnicis mixtus est	
	37	28 tradidit ad scri-	41 Iupiter, quam postea Asterius Cre-	
	38	29 bẽdum: Vermi-	42 tensium rex vxorem accipiens, Mi-	
		culum instituit,	noem ex ea & Rhadamãthum & Sar-	
	39	30 vnde & color il-	43 pedonem procreauit.	
	40	31 le phœniceus di	44 Pandion filius Erichthonij, cuius fi-	
	41	32 ctus est, qui po-	45 filiæ Progne & Philomena.	
	42	33 stea litera mutata	46	
	43	34 dicitur puniceꝰ.	47 Apud Argos sacerdotio functa est	3760
	44	35 Ephyra quę nũc	48 Hypermnestra Danai filia.	
E	45	36 Corinthꝰ a Sisy-	49	
	46	37 pho condita est.	50	
		Ea quę de Hyper	PANDION, v. Atheniẽsium, an. 40.	
	47	38 mnestra, quã Isi	1 Rhadamanthus & Sarpedon reges	
	48	39 dẽ Ægyptiorũ	2 Lyciorum.	
	49	40 deam vocant, &	3 Raptus Europæ.	
	50	41 quæ de Danae	4 Cadmus regnauit Thebis, ex cuius	
	51	42 ex qua Perseus	5 filia Semele natus est Dionysius, id	
	52	43 natꝰ, dicũtur his	6 est, Liber pater, sub quo & Linus	
	53	44 sũt gesta tẽporib.	7 Thebæus musicus fuit.	3770

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
1 Assyriorum, an. 25.	21	11	A
2 Huius filia Actola	22	12	
3 quæ & Semiramis	23	13	
4 regnat cum patre	24	14	
5 annis 7.	25	15	
6	26	16	
7	27	17	
8	28	18	
9	29	19	
10	30	20	B
	EPOPEVS, XVII.		
11	1 Sicyoniorũ, an. 35.	21	
12	2	22	
13	3	23	
14	4	24	
15	5	25	
16	6	26	
17	7	27	
18	8	28	C
19	9	29	
20	10	30	
21	11	31	
22	12	32	
23	13	33	
24	14	34	
25	15	35	
BELLEPARES, XIX.			
1 Assyriorum, an. 30.	16	36	D
2	17	37	
3	18	38	
4	19	39	
5	20	40	
		AOTH Hebræorum ex tribu Effrem,	
6	21	1 annis 80.	
7	22	2	
8	23	3 Post Othonielem Hebræos habuerunt	
9	24	4 alienigenæ subiectos annis 18. qui co-	E
10	25	5 pulantur temporibus Aoth secundum	
		Iudæorum traditiones.	
11	26	6	
12	27	7	
13	28	8	
14	29	9	
15	30	10	
16	31	11	
17	32	12	

	Aegyptiorum.	Argiuorum.	Atheniensium.	Anni mundi
A	54	45	8	
	55	46	9	
	56	47	10 Mellus, & Paphus, & Thasus, & Cal-	
	57	48	11 lista vrbes conditæ.	
	58	49	12	
	59	50	13	
		LYNCEVS, XI. an. 41.		
	60	1	14 Bithynia condita à Phœnice, quæ	
B	61	2	15 priùs Mariandyna vocabatur.	
	62	3	16	
	63	4	17 Linus è Thebis, & Zetus, & Amphiõ	3780
	64	5	18 in musica arte clarescunt.	
	65	6	19	
	66	7	20 Idæi Dactyli his temporibus erant,	
	67	8	21 qui & ferrum reperierunt.	
	68	9	22 Amphion & Zetus Thebis regna-	
	MENO-		gnabant.	
	1 PHIS, an.	10	23 In Dardania regnauit Erichthonius	
C	2 XL.	11	24 filius Dardani.	
	3	12	25 Ea quæ de Dimetra, quam aliqui aiunt	
	4	13	26 esse Isidem deam Ægyptiorum, & Danae	
	5	14	27 ex qua Perseus nascitur dicũtur, his	3790
	6	15	28 sunt gesta temporibus.	
		Ephyra quæ nunc Corinthus vocatur, à Sisypho condita.		
	7	16	29 Armenia capta à Cadmo.	
	8	17	30 Minos filius Europæ regnat in Cre-	
	9	18	31 ta.	
	10	19	32 Catina condita est & Sisyde in Si-	
D	11	20 Pelops apud Argos re-	33 cilia.	
		gnauit ann. 53. à quo Pe-		
	12	21 loponesus vocata.	34 Eleusinæ regnauit Cæleus Tripto-	
	13	22	35 lemo, quem Philochorus ait longa	
	14	23	36 naui ad vrbẽ accedẽtem distribuis-	
	15	24	37 se frumenta, & ob id dedisse suspi-	3800
	16	25	38 cionem, quòd nauis eius serpens	
	17	26	39 pinnatus fuerit, & est figura quæ	
			possit recipi.	
E	18	27	40 Achaia ab Achæo condita.	
	19	28	1 ERICHTHEVS, VI. Atheniensium, an. 50.	
	20	29	2 Fabula Proserpinæ, quam rapuit Ai-	
	21	30	3 doneus, i. Orcus rex Molossorum, cu-	
	22	31	4 ius canis ingentis magnitudinis Cer-	
	23	32	5 berus nomine Pirithoum deuorauit,	
	qui ad raptum vxoris cum Theseo venerat, quem & ipsum iam in mortis peri-			
	culo constitutum aduenies Hercules liberauit, & ob id quasi ab inferis receptus			
	24	33	6 dicitur, scribit Philochorus in Atti-	
	25	34	7 dis, libro secundo.	3810

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
			A
18	33	13	
19	34	14	
20	35	15	
	LAOMEDON, XVIII.		
21	1 Sicyoniorũ, an. 40.	16	
22	2	17	
23	3	18	
24	4	19	B
25	5	20	
26	6	21	
27	7	22	
28	8	23	
29	9	24	
30	10	25	
LAMPRIDES, XX.			
1 Assyriorum, an. 32.	11	26	
2	12	27	C
3	13	28	
4	14	29	
5	15	30	
6	16	31	
7	17	32	
8	18	33	
9	19	34	
10	20	35	D
11	21	36	
12	22	37	
13	23	38	
14	24	39	
15	25	40	
16	26	41	
17	27	42	
18	28	43	
19	29	44	
			E
20	30	45	
21	31	46	
22	32	47	
23	33	48	
24	34	49	
25	35	50	
26	36	51	
27	37	52	

28

	Aegyptiorum.	*Argiuorum.*	*Atheniensium.*	*Anni*
A	26	35	8 Dionysius, qui latinè Liber pater, na-	*mundi*
			scitur ex Semele.	
	27	36	9 Erichthei filiam Orithyiam Boreas	
	28	37	10 Astrei filius Thrax rapuit, quem fa-	
	29	38	11 bulæ ventum contingunt. Sub hoc	
	30	39	12 & mysteria cœperūt ea quæ de Per-	
	31	40	13 seo dicuntur.	
	32	41 ABAS, XII. Argiuorum,	14	
B	33	1 annis 23.	15 Secundum quorundam opinionem	
	34	2	16 hac ætate Phrixus cum Helle soro-	
	35	3	17 re sua fugiens insidias nouercales,	3820
	36	4	18 visus est per mare vehi ab Ariete	
	velleris aurei. Fuit autem nauis ei parata fugienti, cuius insigne Aries erat. Por-			
	37	5	19 rò Palephatus affirmat Arietem vo-	
	38	6	20 catum nutritorem, per quem libera-	
	39	7	21 tus est.	
	40	8	22 Thebis expulso Cadmo, Amphion	
C	DYNA-		& Zetus regnauerunt.	
	1 STIA, XIX	9	23	
	2 Ægypti-	10	24 Ea quæ de Progne & Philomena	
	3 orum,	11	25 dicuntur acciderunt.	
	4 ann. 144.	12	26 Bellum quod sub Eumolpo fuit.	
	5 suo im-	13	27 Melampus diuinus agnoscitur.	3830
	6 peratore	14	28	
	7 vti cœ-	15	29 In Dardania regnauit Tros, à quo	
	8 perunt,	16	30 Troiani nuncupati sunt.	
D	9 quorum	17	31	
	10 primus	18	32 Apud Pythiam vates prima Phe-	
	11 ZETHVS	19	33 monoe hexametris versibus futu-	
	12 annis 55.	20	34 ra cecinisse narratur.	
	13	21	35	
	14	22	36 Phrygas rexit Tantalus, qui prius	
	15	23	37 Mæones vocabantur.	
		PROETHVS, XIII. Ar-		
	16	1 giuorum, annis 17.	38 Ob raptum Ganymedis & Trois pa-	
	17	2	39 tris Ganymedis & Tantali bellum	
E	18	3	40 exortum est, vt scribit Phanocles	
	19	4	41 Poeta. Frustra igitur Iouis fabula,	
	20	5	42 & raptrix Aquila fingitur.	
	21	6	43	
	22	7	44 Tityus conuixit Tantalo. Tityonis	
	23	8	45 tempore fuit Latona mater Apolli-	
	24	9	46 nis, qui cum Hercule seruiuit Ad-	
	25	10	47 meto.	3850
	26	11	48 Ea quæ de Phryxo & Melicerta di-	
			cuntur, sub quo celebrata sunt Isthmia.	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
28	38	53	A
29	39	54	
30	40	55	
	SYCION, XIX.		
31	1 Sicyoniorum, an-	56	
32	2 nis 45. A quo Si-	56	
SOSARES, XXI.	cyonij nūcupati		
1 Assyriorū, an. 20.	3 sunt, qui primò	58	
2	4 Ægialæi voca-	59	
3	5 bantur.	60	B
4	6	61	
5	7	62	
6	8	63	
7	9	64	
8	10	65	
9	11	66	
10	12	67	
11	13	68	
12	14	69	C
13	15	70	
14	16	71	
15	17	72	
16	18	73	
17	19	74	
18	20	75	
19	21	76	
20	22	77	
LAMPARES, XXII.			
1 Assyriorum an. 30.	23	78	D
2	24	79	
3	25	80	
		Debbora ex tribu Ephrem.	
4	26	1 Barach de tribu Neptalim annis 40.	
5	27	2 Post Aoth, in ditionem Hebręos redigūt	
6	28	3 alienigenæ annis 20. qui coniunguntur	
7	29	4 temporibus Debboræ & Barach, secun-	
		dum Iudæorum traditiones.	
8	30	5	E
9	31	6	
10	32	7	
11	33	8	
12	34	9	
13	35	10	
14	36	11	
15	37	12	
16	38	13	
17	39	14	

	Aegyptiorum.	Argiuorum.	Atheniensium.	Anni mundi	
A	27	12	49		
	28	13	50		
			Cecrops, vii. Atheniensiũ, an. 40.		
	29	14	1 Pelops Hypodamiam duxit vxorem.		
	30	15	2 Erichthei frater Perseus, aduersus		
	31	16	3 Persas dimicauit, Gorgonis meretri-		
	32	17	4 cis capite desecto, quæ propter exi-		
		Acrisius, xiiii. Ar-	miam pulchritudinẽ ita spectatores		
B	33	1 giuorum, an. 31.	5 suæ mentis impotes reddebat, vt ver-		
	34	2	6 tere eos putaretur in lapides.		
	35	3	7 Aidimus scribit in Peregrina histo-	3860	
	36	4	8 ria, & præbet scriptorem eius.		
	37	5	9 Pegasus equus velocissimus cuiusdã		
	38	6	10 mulieris, siue vt Palephatus scribit,		
	39	7	11 Bellerophontis nauis fuit.		
	40	8	12 Cyrene ciuitas condita est in Lybia.		
	41	9	13 Ion vir fortis, ex suo vocabulo Athe-		
	42	10	14 nienses Iones vocauit.		
C	43	11	15 Gesta Persei.		
	44	12	16 Dionysius, qui & Liber pater aduer		
	45	13	17 sus Indos dimicans, Nysam vrbem	3870	
	46	14	18 iuxta Indum flumen condidit.		
	47	15	19		
	48	16	20 Amphion Thebis regnauit, quẽ fe-		
			runt cantu citharæ saxa mouisse. Fue-		
	49	17	21 runt autem duro corde, & vt ita di-		
	50	18	22 cam, saxei quidam auditores.		
	51	19	23 Secundum quosdam Thebis regna-		
D			uit Cadmus.		
	52	20	24 Europa à Cretensibus rapta est naui		
	53	21	25 cuius insigne fuit Taurus.		
	54	22 Pelops Peloponesi re-	26 Ea quæ de Spartis memoratur, quos		
	55	23 gnans † Olympijs quo-	27 Palephatus scribit, cùm proximarũ	3880	† Olinthiũ.
	Ramses,	que præfuit, qui postea	essent regionum aduersum Cadmũ		
	1 Ægyptio	24 aduersum Iliũ arma cor-	28 subitò constitisse, & propter repen-		
	2 rũ, an. 66.	25 ripiens superatur à Dar-	29 tinos quasi de terra contractus ex		
	3	26 dano.	30 omni parte confluentes Spartos vo-		
E	4	27	31 catos.		
	5	28	32		
	6	29	33		
	7	30	34		
	8	31	35		
	9	Argiuorum reges defece-	36		
	10	runt qui imperauerũt an.	37	3890	
	11	544. vsq; ad Pelopem, qui	38		
	12	regnauit an. 59. & in My-	39 (ab Ilo condita.		
	13	cenas imperio transla-	40 Midas regnauit in Phrygia. Ilium		

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
18	40	15	A
19	41	16	
20	42	17	
21	43	18	
22	44	19	
23	45	20	
	POLYBVS, XX.		
24	1 Sicyoniorum, an-	21	
25	2 nis 40.	22	B
26	3	23	
27	4	24	
28	5	25	
29	6	26	
30	7	27	
PANNIAS, XXIII.			
1 Assyriorũ, an. 45.	8	28	
2	9	29	
3	10	30	C
4	11	31	
5	12	32	
6	13	33	
7	14	34	
8	15	35	
9	16	36	
10	17	37	
11	18	38	
12	19	39	D
13	20	40	
		GEDEON, Hebræorum, annis 40. Post	
14	21	1 Deboram Hebræos in ditionem redi-	
15	22	2 gunt alienigenæ annis septem, qui con-	
		iuncti sunt temporibus Gedeonis se-	
16	23	3 cundum Iudæorum traditiones.	
17	24	4	
18	25	5 Gedeon iudex ex tribu Manasse.	
19	26	6 Tyriorum ciuitas condita ante tem-	E
20	27	7 plum Hierosolymorum ann. 240. vt	
21	28	8 scribit Iosephus in 3.	
22	29	9	
23	30	10	
24	31	11	
25	32	12	
26	33	13	
27	34	14	
28	35	15	

	Aegyptiorum.	*Mycenarum.*	*Atheniensium.*	*Anni*
A		to post Acrisium regnauit	PANDION, VIII. Atheniensiũ, an. 25.	*mundi*
	14	Euristheus filius Steleni an. 45.	1 Perseus Acrisio non sponte interfe-	
	15	1 Post Acrisium in Myce-	2 cto migrauit Argos atque regnauit.	
	16	2 nas Argiuorum imperio	3 Lagius Chrysippum rapuit.	
		translato hi reges fuerũt	Templum in Eleusina ædificatum.	
	17	3 Perseus, Stelenus, Euri-	4 Quidam his temporibus vindicant gesta Li-	
	18	4 stheus, Atreus, Thyestes,	5 beri patris, & ea quę de Indis, Lycurgo, Acte-	
	19	5 Agamemnon, Ægistus,	6 one, & Pentheo memorãtur, quomodo ad-	
	20	6 Orestes, Tysamenos, Pẽ-	7 uersus Perseum consistens occiditur	3900
B	21	7 thilus & Cometes, vsque	8 in prælio, ait Dinarchus Poeta, non	
	22	8 ad Heraclidarum descẽ-	9 Rhetor. Qui autem voluerit potest	
	23	9 sum.	10 inspicere ipsum Liberi patris apud	
			Delphos sepulchrum iuxta Apolli-	
	24	10	11 nem aureum. Pingitur autem Liber	
	25	11	12 muliebri facie & delicato corpore,	
			propter mulieres in suo exercitu di-	
			micantes. Nam pariter ad arma vi-	
	26	12	13 ros ac fœminas alligabat, vt Philo-	
C	27	13	14 chorus loquitur in secundo.	
	28	14	15	
	29	15	16	
	30	16	17 Ea quæ de Dædalo fabulæ ferunt,	3910
	31	17	18 qui visus est simulachra fecisse mo-	
	32	18	19 uentia. Primus enim omnium pedes	
	33	19	20 statuarum à se inuicem separauit, a-	
	34	20 Europa Agenoris filia,	21 liis coniunctim eos fabricantibus,	
	35	21 vt in quibusdam legi-	22 vt Palephatus memorat. Nec non	
D	36	22 mus rapta est. His con-	23 quomodo cum filio Icaro Minoem	
		gruunt, quæ de Minoe di	naui fugerit, & propter inuestigabi-	
	37	23 cuntur, de Cadmo &	24 lem fugam auolasse pennis existi-	
	38	24 Spartis.	25 matus sit.	
			EGAEVS, Pandionis filius, IX. Athe-	
	39	25 Phidamon Delphius no	1 niensium, an. 48.	
	40	26 bilis habetur, qui primus	2 Cyzicus condita.	3920
	41	27 apud Pithium chorum	3 Argonautarum historia.	
	42	28 statuit.	4 Atreus & Thyestes post Pelopem Pe-	
	43	29	5 loponense imperium diuiserunt.	
E	44	30	6	
	45	31	7	
	46	32	8	
	47	33 Pandion fugit à Metio-	9 Miletus condita.	
	48	34 nidibus passus insidias.	10	
	49	35	11	
	50	36	12	3930
	51	37 Argonautarum nauiga-	13	
	52	38 tio.	14	
	53	39	15	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
29	36	16	A
30	37	17	
31	38	18	
32	39	19	
33	40	20	
	INACHVS, XXI.		
34	1 Sicyoniorum, an-	21	
35	2 nis 42.	22	
36	3	23	B
37	4	24	
38	5	25	
39	6	26	
40	7	27	
41	8	28	
42	9	29	
43	10	30	C
44	11	31	
45	12	32	
SOSARMVS, XX-			
1 IIII. Assyriorum,	13	33	
2 annis 19.	14	34	
3	15	35	
4	16	36	
5	17	37	D
6	18	38	
7	19	39	
8	20	40	
		ABIMELECH, Hebræorum filius	
9	21	1 Gedeonis, annis 3.	
10	22	2	
11	23	3	
		Post quem TOLA annis 22. aliàs 23	
12	24	1 secundum Hebræos.	
13	25	2	E
14	26	3	
15	27	4	
16	28	5	
17	29	6	
18	30	7	
19	31	8	
MITREVS, XXV.			
1 Assyriorum, an. 27	32	9	

Aegyptiorum.	*Mycenarum.*	*Atheniensium.*	*Anni mundi*
A 54	40 Orpheus Thrax clarus	16	
55	41 habetur, cuius discipu-	17	
56	42 lus fuit Musæus filius	18 Ea quæ de Sphynga & Oedipode	
	Eumolpi.	Argonautis dicuntur, in quibus fue-	
57	43	19 runt Hercules, Asclepius, Castor &	
58	44	20 Pollux. Si autem inter Argonautas	
59	45	21 fuerunt Castor & Pollux, quomodo	
potest eorum soror Helena credi, quę post multos annos virgo rapitur à Theseo			
Sphynga verò scribit Palephatus vxorem Cadmi, propter zelum Harmoniæ à			
B	Atrevs, & Thyestes	viro recedentem contra Cadmum	
60	1 Mycenarum, ann. 65.	22 iniisse bellum.	3940
61	2 Linus magister Herculis	23	
62	3 omnibus notus efficitur.	24	
63	4 Ea quæ de Hypsiphyle	25	
64	5 memorantur in Lemno.	26	
65	6	27	
66	7	28	
Ameno-			
C 1 phis, Æ-	8 Mycenis regnauit Evri-	29	
2 gyptioru	9 sthevs, ann. 40. vel 10. vt	30	
ann. 40.	aiunt nonnulli Ægystus.		
3	10	31 Hercules cōsummat certamina. An	
4	11	32 tæum interfecit. Ilium vastat. Dici-	3950
5	12 Minos mare obtinuit, &	33 tur autem Antæus terræ filius, quia	
6	13 Cretensibus leges dedit,	34 Solorum palestricæ artis certami-	
7	14 vt Parrhadius memorat	35 minúmque quæ in terra exercentur	
8	15 quod Plato falsum esse	36 scientissimus erat, & ob id videba-	
9	16 conuincit.	37 tur à Terra matre adiuuari.	
D 10	17	38	
		Hydram autem callidissimum fuisse	
11	18	39 Sophistam asserit Plato.	
12	19	40	
13	20 Thamiris Hammonis	41 Bellum Lapytharum & Centauro-	
	filius insignis habetur.	rum quos scribit Palephatus libro	
14	21	42 de incredibilibus primo nobiles	3960
15	22	43 fuisse equites Thessalorum.	
16	23	44 Priamus regnauit post Laomedōta.	
17	24	45 Medea Colchensis ab Ægeo discedit.	
E 18	25	46 Septem qui aduersus Thebas pugna	
19	26	47 uerunt.	
20	27 Ea quæ de Minotauro	48	
	dicuntur, quem Philo-	Thesevs, x. Athenis, an. 30.	
21	28 chorus in secundo Atti-	1 Androgeus Athenis dolo interficitur.	
	dis libro scribit, magi-	Theseus cùm Athenienses prius per	
22	29 stratum Minois fuisse	2 regionem dispersos in vnam ciuita-	
23	30 Taurum nomine, inhu-	3 tem congregasset, ignominiose eie-	
24	31 manum atque crudelē,	4 ctus est, per signa testarum tandem	3970

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
2	33	10	A
3	34	11	
4	35	12	
5	36	13	
6	37	14	
7	38	15	B
8	39	16	
9	40	17	
10	41	18	
11	42	19	
	PHESTVS, XXII. Si-		
12	1 cyoniorum, an. 8.	20	
13	2	21	
14	3	22	
		Post quem IAIR ex tribu Manasse, an-	C
15	4	1 nis 22.	
16	5	2	
17	6	3	
18	7	4	
19	8	5	
	ADRASTVS, XXIII.		
20	1 Sicyoniorum, an-	6	
21	2 nis 4.	7	
22	3	8	
23	4	9	D
	POLYPHIDES, XXIIII.		
24	1 Sicyoniorum, an-	10	
25	2 nis 31.	11	
26	3	12	
27	4	13	
TAVTANES,			
1 XXVI. Assyriorũ,	5	14	
2 annis 32.	6	15	
			E
3 Sub isto Tautane	7	16 Post Iair Hebræos in ditionem redigũt	
4 rege Assyriorum	8	17 suam Ammonitæ annis 18. qui cum	
5 Troia capta est.	9	18 temporibus posteriorum iudicum co-	
6	10	19 pulantur secundum Iudæorum tradi-	
7	11	20 tiones.	
8	12	21	
9	13	22	

10

Aegyptiorum.	*Mycenarum.*	*Atheniensium.*	*Anni mundi*
	& quia Minos super mor-	legem primus ipse constituens.	
	tem Androgei Agonem		
statuebat, prę mij nomine pueros Acticos largiens, & ille in Agone fortissimus			
vniuersos in contentione superabat. Tandem factum est vt à Theseo in palæstra			
25	32 vinceretur, ob quod A-	5	
26	33 thenienses pueri tribu-	6	
27	34 taria pœna liberati sunt,	7	
28	35 ipsos quoque Gnossicos	8	
	referre testatur.		
29	36	9	
30	37	10	
31	38	11	
32	39	12 Minos leges ac fora constituit.	
33	40	13	
34	41	14	
35	42	15	
			3980
36	43 Theseus Helenam ra-	16 Philistous scribit à Zaro & Cartha-	
37	44 puit, quam rursus fratres	17 gine Tyriis hoc tempore Carthagi-	
38	45 receperunt capta matre	18 nem conditam, eosdem autem fuis-	
39	46 Thesei eò peregrè pro-	19 se Tyrios.	
40	47 fecto.	20	
AMME-			
1 NEMES,	48	21	
2 Ægypti-	49	22 Atreus Argis regnat.	
3 orum,	50 Hercules agonẽ Olym-	23	
4 an. 26.	51 piacum cõstituit, à quo	24	3990
	vsque ad primam Olym		
5	52 piadem supputantur, an	25 Phædra Hippolytum amat.	
6	53 nis 430.	26	
7	54	27 Hercules in Lybia occidit Antæum	
8	55	28	
		Menelaus regnat in Lacedęmone.	
9	56 Theseus profugus Athe-	29	
10	57 nas derelinquit.	30	
		MNESTEVS, XI. Atheniẽsium, qui	
11	58 Bellum Amazonum cõ-	1 & Peteo, an. 24.	
12	59 tra Thebas.	2 Mycenis imperat Agamemnon an.	
13	60 Apri Calidonij & Me-	3 35. cuius regni 18. anno Troia capitur.	
14	61 leagri fabula.	4	4000
15	62 Minos in Sicilia aduer-	5 Interfectorum posteri, qui vocaban-	
16	63 sus Dædalum arma cor-	6 tur Epigoni, aduersus Thebas bellũ	
17	64 ripiens à filiabus Cotali	7 mouerunt.	
	occiditur.	8	
Hercules cùm in morbum incidisset pestilentem, ob remedium dolorum se iecit in			
flammas, & sic morte functus est anno ætatis 52. quidam autem 30. periisse scribunt, alij			

Sic l gendum existimauerim ex Plutarcho Androgei Agonem statuebat Minos nomine, præmium pueros Atticos largiens. At Taurus in Agone, &c.

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
		IEPTE, Hebræorum annis 6.	A
10	14	1	
11	15	2 Iepte in libro Iudicum ab ætate Mosis	
12	16	3 vsque ad semetipsum ait supputari, an-	
13	17	4 nis 300.	
14	18	5	
15	19	6	
		Post quem HESEBON, annis 7.	
16	20	1	B
17	21	2	
18	22	3	
19	23	4 Post Hesebon in libro Hebræorum	
20	24	5 fertur iudex Adon rexisse populum an-	
21	25	6 nis 10. qui non habetur apud LXX. In-	
22	26	7 terpretes.	
		LABDON Hebræorum, annis 8.	
23	27	1	C
24	28	2	
25	29 Troia capta.	3	

A captiuitate Troiæ vsque in primam Olypiadem fiunt anni 400. aliàs 406. Colligitur omne tempus usque in præsentem diem secundum Assyrios à XLIII. regni Nini, anni 835. alias 834.
Secundum Hebræos à primo anno natiuitatis Abraham anni 825. aliàs 824.
Secundum Assyrios Sicyonios, à XXII. Europis, anni similiter 835. D
A natiuitate verò Mosis, anni 310. aliàs 308.

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
26	30	4 Post Labdon Hebræos in ditionem re-	
27	31	5 digunt alienigenæ, annis 40. qui compu-	
	PELASGVS, XXV.	tatur temporibus Iudicum posteriorum	
28	1 Sicyoniorum, an-	6 secundum Iudæorum traditiones.	
29	2 nis 20.	7	
30	3	8	
		Post quem SAMSON, annis 20.	
31	4	1 Samson fortissimus omnium finitur, ita	
		vt à quibusdam facta eius gestis Herculis	E
32	5	2 comparentur. Quidam ad huius memo-	
TANTEVS,		riam seruandam balneas Byzantiorum	
1 XXVII. Assyriorum,	6	3 multo pòst tempore appellatas putant.	
2 annis 40.	7	4	
3	8	7	
4	9	6	
5	10	7	
6	11	8	
7	12	9	

8

Aegyptiorum.	*Mycenarum.*	*Atheniensium.*	*Anni*
18	65 verò ante 30. an. Iethũ susce-	9 Alexander Helenã rapuit, Troianũ	*mundi*
	AGAMEMNON, (pisse ferunt.	bellũ decẽnale surrexit, causa mali,	
19	1 Mycenarum, annis 18.	10 quod triũ mulierũ de pulchritudi-	
20	2	11 ne certantiũ præmiũ fuit. vna earũ	
21	3	12 Helenam Pastori iudici pollicente.	
22	4	13	
23	5	14	4010
24	6	15	
25	7	16	
26	8	17 Mopsus regnauit in Cilicia, à quo	
THVO		Mopso crenæ & Mopsistiæ.	
1 RIS,	9 Memnon & Amazones	18	
2 Ægy-	10 Priamo tulere subsidium.	19	
3 ptio-	11	20	
4 rum	12	21	
an. 7.			
5	13	22	
6	14	23	
7	15 Capta Troia.	24	

Mnestheus moritur in Melo regrediens à Troia, post quẽ Athenis regnauit Demophõ.

A primo anno Cecropis, qui primus apud Atticã regnauit, vsque ad captiuitatẽ Troiæ & vsq. ad 23. annum Mnesthei, cuius Homerus meminit, cõputantur anni 375. aliàs 437

Similiter a 25. ætatis Mosis anno, fiunt an. 375. aliàs 374.

Thuoris rex Ægypti ab Homero Polybus vocatur maritus Alchandræ, cuius meminit in Odyssea, dicens post Troiæ captiuitatem Menelaum & Helenam ad eum diuertisse.

De 3.	LATINIS qui postea Romani	DEMOPHOON, XII. Atheniensiũ,	
TOMO	nuncupati sunt, post tertium	annis 33.	
MANE-	annum captiuitatis Troię, si-		
ITHÕIS	ue, vt quidam volunt, post 8.	1	4020
2 Ægy	regnauit ÆNEAS, annis 3.	2 Mycenis regnat Ægystus.	
pti 20.	1 Ante Æneam, Ianus, Satur-		
3 DYNA	nus, Picus, Faunus, Latinus	3	
4 stia	2 in Italia regnauerunt circiter	4	
5 Dia-	3 annis 150.	5	
polita	Post quem II. ASCANIVS,	Mycenis post mortem Ægysti Ore-	
6 norũ	1 annis 38.	6 stes regnauit an. 15.	
an. 178	Ea quæ de Vlysse fabulæ fe-		
7	2 runt, quomodo tiremi Tyr-	7 Lydi mare obtinuerunt.	
	rhenorũ Scyllã fugerit, spo-		
8	3 liare hospites solitam. Scri-	8	
9	4 bit Palephatus in incredibi-	9	
10	5 lium libro 1. Syrenes quoque	10	
11	6 fuisse meretrices, quæ dece-	11	4030
12	7 perint nauigantes.	12	
13	8	13	
14	9	14	

Assyriorum.	*Sicyoniorum.*	*Hebræorum.*	
8	13	10	A
9	14	11	
10	15	12	
11	16	13	
12	17	14	
13	18	15	
14	19	16	
15	20	17	
	Post quem ZEV-		
16	1 SIPPVS, XXVI. Si-	18	
17	2 cyoniorum, an. 32.	19	B
18	3	20	
		Post quem HELI, sacerdos annis 40.	
19	4	1 In Hebræorum libro, 40. anni inue-	
20	5	2 niuntur: in LXX. autem interpretatio-	
21	6	3 ne, 20.	
22	7	4	
23	8	5	
24	9	6	
25	10	7	C
26	11	8	
27	12	9	
28	13	10	
29	14	11	
30	15	12	
31	16	13	
32	17	14	
33	18	15	D
34	19	16	
35	20	17	
36	21	18	
37	22 Castoris Chro-	19	
	nographiam de Sicyoniorũ regno exponemus. Sicyoniorũ		
38	23 reges ab Ægya-	20	
	leo vsque ad Zeusippum omnes regnauerunt annis 862. &		
39	24 sacerdotes Carni,	21	
40	25 qui præfuerũt an.	22	
THINEVS, XXVIII.	33. post quos sacer-		E
1 Assyriorum, an. 30.	26 dos cõstitutus est	23	
2	27 Caridemus, qui	24	
3	28 impensas non su-	25	
4	29 stinens fugit.	26	
5	30	27	

A

Aegyptiorum.	*Latinorum.*	*Atheniensium.*	*Anni mundi*
15	10	15	
16	11	16	
17	12	17	
18	13	18	
19	14 Hectoris filij Ilium recepe-	19	
20	15 runt expulsis Antenoris po-	20 Pyrrhus Delphis in templo Apolli-	
21	16 steris, Heleno eis subsidiũ	21 nis ab Oreste occiditur pro ditione	4040
22	17 ferente.	22 sacerdotis Macharei: quo tempore	
		quidem Homerum fuisse dicunt.	
23	18	23	
24	19	24	
25	20 Secundum quosdam He-	25	
	raclidarum descensus.		
26	21 Ascanius derelicto nouer-	26 Mycenis regnauit Tisamneus fi-	
27	22 cæ suæ regno, Lauinij Al-	27 lius Orestis.	
28	23 bam Longam condidit, &	28	
29	24 Syluium Posthumum fra-	29	
30	25 trem suum Æneæ ex Laui-	30	
31	26 nia filium cum summa pie-	31	4050
32	27 tate educauit.	32	
33	28	33	
		OXYNTES, XIII. Atheniensium, an-	
34	29	1 nis 12.	
35	30 Ascanius Iuliũ Syluiũ pro-	2	
36	31 creauit, à quo familia Iulio-	3	
37	32 rũ orta est, ꝑpter ætatẽ par-	4	
38	33 uuli qui necdũ regẽdis ciui-	5	
39	34 bus idoneus erat, Syluium	6	
40	35 Posthumũ fratrẽ suũ regnũ	7	
41	36 Amazones (reliquit hęredẽ.	8	4060
42	37 Ephesi tẽplum succẽderũt.	9	
43	38 Agõ Lyciorũ primus actus.	10	
44	SYLVIVS, III. Latinorũ, Æ-	11	
	neæ filius, annis 29.		
45	1 Syluius Posthumus, quia	12	
	post mortẽ patris æditus ru-	Post quem APHIDAS,	
46	2 ri fuerat educatus, & Syluij	1 XIIII. anno 1.	
47	3 & posthumi nomen accepit,	Post quem TIMOETES, XV. annis 8.	
	à quo omnes Albanorum re-	1 Castor de regno Atheniensium.	
48	4 ges Syluij vocati sunt.	2 Exponemus autem Atheniensium	
49	5	3 reges cognomento Erectheidas. à	
50	6	4 Cecrope Diphye vsque ad Timoe-	
51	7	5 ten: quorum omne tempus inueni-	
52	8	6 tur an. 449. Post quos suscepit regnũ	4070

B C D E

Assyriorum.	*Lacedæmoniorum.*	*Hebræorum.*	*Aegyptiorum.*	A
6	31	28	53	
7	32	29	54	
	Reges Sicyoniorum de-			
8	fecerunt, qui regnaue-	30	55	
9	rũt annis 862. Post quos	31	56	
10	sacerdotes Carni con-	32	57	
11	stituti sunt.	33	58	
12		34	59	
13		35	60	
14		36	61	B
15		37	62	
16		38	63	
17		39	64	
18		40 Mortuo Heli sacerdo-	65	
te, Arca testamenti ab alienigenis possidetur: ac deinde in domo Aminadab SAVL				
		fuit annis 20. primus rex		
19		1 Hebræorum ex tribu	66	
20		2 Beniamin, Samuel &	67	
21		3 annis 40.	68	C
22		4	69	
23		5	70	
24		6	71	
25		7	72	
26		8	73	
27		9	74	
28		10	75	
29		11	76	
30		12	77	D
DERCILVS				
1 XXIX. Assy-		13	78	
2 riorum, an-		14	79	
3 nis 40.		15	80	
	EVRISTEVS, primus La-			
4	1 cedæmoniorum, annis	16	81	
5	2 42.	17	82	
6	3	18	83	
7	4	19	84	E
8	5	20	85	
9	6	21	86	
10	7	22	87	
11	8	23	88	
12	9	24	89	
13	10	25	90	
14	11	26	91	
15	12	27	92	

Latinorum.	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
A 9	7 Melanthus Pyliensis Andropompi		
10	8 filius, & huius filius Codrus, qui im-		
	perauerunt simul annis 58.		
	Post quem MELANTHVS,		
11 Erecteidarum imperio destructo	1 XVI. annis 37.		
12 Atticorum principium regni ad a-	2		
13 liud genus translatum est, cum Ti-	3		
14 moetem prouocasset ad pugnam	4		
15 Xanthus Boetius: & Timoete re-	5		
B 16 cusante, Melanthus Pyliensis An-	6		
17 dropompi filius suscepisset singula-	7		
18 re certamen ac deinde regnasset;	8		4080.
19 hinc & ἀπατούριον, id est, fallaciarum	9		
20 solennitas celebratur, qui ad victo-	10		
21 riam fraude processerat.	11		
22	12		
23	13		
24	14		
C 25	15		
26	16		
27	17		
28	18		4090
29	19		
ÆNEAS SYLVIVS, IIII. Latinorum,	Homerus secundum quorundam		
1 annis 31.	20 opinionem his fuisse temporibus		
2 In alia historia reperimus quarto	21 iudicatur. Quanta autẽ de eo apud		
3 Latinum Syluium regnasse Lauiniæ,	22 veteres dissonantia fuerit, manife-		
4 & Melampodis filium vterinum fra-	23 stum esse poterit ex sequentibus.		
D trem Posthumi, & quintum, qui			
5 nunc hic quartus ponitur Syluium	24 Quidã eum, ex quibus Crates, ante		
6 Æneam Posthumi filium.	25 descensum Heraclydarum ponunt.		
7	26 Eratosthenes post 100. annũ Troia-		
næ captiuitatis, Aristarchus Ionica emigratione siue post annum 100. Philochorus emigrationis Ionicæ tempore sub Archippo Atheniensium magistratu, & post captam Troiam anni 180. Apollodorus Atheniensis post 240. annum euersionis Ilij. Extiterunt alij, qui modico tempore antequam			
	Olympiades inciperẽt	†ATHLETES	
E 8	27 400. retro annis Troia-	1 prim⁹ Cor. an. 35.	
9	28 næ captiuitatis eũ fuisse	2 Heracli-	4100
10	29 putent, licet Archilo-	3 darũ de-	
11	30 chus 23. Olympiades	4 scẽsus in	
12	31 & quintum Troianæ	5 Pelopo-	
13	32 euersionis annum sup-	6 nesum.	
14	33 putet.	7 Euristhe⁹ & Pro-	
15	34	8 cles Spartam ob-	
16	35	9 tinuerunt.	

† Alethes;

Assyriorum.	*Lacedæmoniorum.*	*Hebræorum.*	*Aegyptiorum.*	
16	13	28	93	A
17	14 Iones profugi Athenas	29	94	
18	15 se contulerunt.	30	95	
19	16	31	96	
20	17	32	97	
21	18 Peloponenses contra	33	98	
22	19 Athenas dimicant.	34	99	
23	20	35	100	
24	21	36	101	
25	22 Incursus in Asiam A-	37	102	B
26	23 mazonum pariter &	38	103	
27	24 Cymmeriorum.	39	104	
28	25	40	105	
		Hebræorum primus rex		
29	26	1 ex tribu Iuda DAVID,	106	
30	27	2 annis 40.	107	
31	28	3	108	
32	29	4	109	C
33	30 Codrus iuxta respon-	5 Hebræorum Pontifex	110	
34	31 sum seipsum morti tra-	6 Abiathar clarus habe-	111	
35	32 dens, interimitur bello	7 tur.	112	
	Peloponesiaco, in quo			
	Heraclidarũ regnum			
36	33 destructum est, quod	8	113	
37	34 382. annis perseuerat.	9	114	
38	35	10 Prophetant Gath, Na-	115	
		than, Asaph.		D
39	36	11	116	
40	37 Peloponenses contra	12	117	
EVPALES,	Athenienses dimicant.			
1 XXX. Assy-	38	13	118	
2 riorum, an-	39	14	119	
3 nis 38.	40	15	120	
4	41	16	121	
5	42	17	122	
	ARGIS, II. Lacedæmo-			
6	1 niorum, anno 1.	18	123	E
	Post quem ARCHE-			
7	1 STRATVS, annis 35.	19	124	
8	2	20	125	
9	3 Magnesia in Asia con-	21	126	
10	4 dita.	22	127	
11	5	23	128	
12	6	24	129	
13	7 Mycena condita in Ita-	25	130	
14	8 lia, quæ nunc Cumæ.	26	131	

15

	Latinorum.	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
A	17	36	10	
	18	37	11	4110
		CODRVS.XVII Athenien-		
	19	1 sium, Melanthi filius, an-	12	
	20	2 nis 21.	13	
	21	3	14	
	22	4	15	
	23	5	16	
	24	6	17	
B	25	7	18	
	26	8	19	
	27	9	20	
	28	10	21	4120
	29	1	22	
	30	12	23	
	31	13	24	
	LATINVS			
	1 SYLVIVS	14	25	
C	v. Latino			
	2 rũ, an. 50.	15	26	
	3	16	27	
	4	17	28	
	5	18	29	
	6	19	30	
	7	20	31	4130
	8	21	32	
		Post quem principes siue		
D		magistratus, quos mors fi-		
	9	1 nierat: quorum primus	33	
	10	2 MEDON Codri filius,	34	
	11	3 annis 20.	35	
			IXION, II. Corinthiorum, an. 37.	
	12	4	1	
	13	5	2	
	14	6	3	
	15	7	4	
E	16	8	5	4140
	17	9	6	
	18	10	7	
	19	11	8	
	20	12	9	
	21	13	10	
	22	14	11	
	23	15	12	

	Assyriorum.	*Lacedæmoniorum.*	*Hebræorum.*	*Aegyptiorum.*	
	15	9	27	132	A
	16	10 Ephesus condita ab An	28	133	
	17	11 dro siue ab Andronico.	29	134	
	18	12	30	135	
	19	13 Carthago condita est, vt	31	136	
	20	14 quidam volunt, à Car-	32	137	
	21	15 cedone Tyrio : vt verò	33	138	
	22	16 alij, à Didone filia eius,	34	139	
	23	17 post Troianum bellum	35	140	B
	24	18 annis 143.	36	141	
	25	19	37	142	
	26	20 Ionicæ migratio, in qua	38	143	
	27	21 quidam fuisse Homerũ	39	144	
	28	22 scribunt.	40	145	
			SOLOMON, II. Hebræorũ		
	29	23	1 filius Dauid, an. 40.	146	
	30	24	2	147	
	31	25	3	148	C
	32	26	4 Solomon tẽplum in Ie-	149	
	33	27	5 rosolymis ædificare cœ-	150	
	34	28	6 pit, consummauitque o-	151	
	35	29	7 pus, an. 8. Colligitur autẽ	152	
			omne tempus à Mose, & egressu Israel		
	36	30	8 ex Ægypto vsque ad prę	153	
	37	31	9 sentem annũ, anni 480.	154	
	vt Regnorum liber primus in testimonium est. Secundum tertium librum Regno-				
	38	32	10 rum à Mose, & egressu	155	D
	LAOSTENES,		Israel ex Ægypto vsque		
	1 XXXI. Assyrio	33 Sadoch Hebręorum sa-	11 ad Solomonem, & ædi-	156	
	2 rum, ann. 45.	34 cerdos VIII. ab Aarõ ha-	12 ficationem templi, com	157	
	3	35 betur illustris.	13 putantur anni 480.	158	
	4	LABOTES, III. Lacedæ-	A diluuio vsque ad Mo-		
		1 moniorum, ann. 37.	14 sen anni 1442.	159	
		Ab Adam vsque ad diluuium anni 2242. Similiter omnes anni 4169.			
	5	2	15 Prophetabant Sadoch,	160	
† *Silonites.*	6	3	16 Achias 3. † Salomites,	161	E
† *Semeias.*	7	4 Quidam Homerum, &	17 † Sameas.	162	
	8	5 Hesiodum his fuisse tẽ-	18	163	
	9	6 poribus aiunt.	19	164	
	10	7	20	165	
	11	8	21	166	
	12	9	22	167	
	13	10 Carthago secundum	23	168	
		nonnullos conditur à			
	14	11 à Didone.	24	169	
	15	12 Alij verò supra scriptũ	25	170	

16

Latinorum.	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
A 24	16	13	
25	17	14	
26	18	15	
27	19	16	4150
28	20	17	
	AGASTVS, II. Athenien-		
29	1 sium, an. 36.	18	
30	2	19	
31	3	20	
32	4	21	
B 33	5	22	
34	6	23	
35	7	24	
36	8	25	
37	9	26	4160
38	10	27	
39	11	28	
40	12	29	
41	13	30	
C			
42	14	31	
43	15	32	
44	16	33	
45	17	34	
46	18	35	
47	19	36	4170
48	20	37	
		AGYLAVS, III. Corinthiorum, an-	
49	21	1 nis 37.	
D 50	22	2	
ALBA			
1 SYLVIVS,	23	3	
VI. Lati-			
2 norum,	24	4	
3 Syluij	25	5	
4 Æneæ	26	6	
filius an-			
5 nis 39.	27	7	
E			
6	28	8	
7	29	9	4180
8	30	10	
9	31	11	
10	32	12	
11	33	13	
12	34	14	
13	35	15	

Assyriorum.	*Lacedæmoniorum.*	*Hebræorum Iudæ.*	*Hebræorum Israël.*	A
16	13 tempus vendicant.	26		
17	14	27		
18	15	28		
19	16	29		
20	17	30		
21	18	31		
22	19 Tertiò mare obtinuerũt	32		
23	20 Thraces annis 19.	33		
			PRINCIPIVM	
24	21	34	Hebræorũ qui	B
25	22	35	in Samaria erãt	
26	23	36	Apud Hebræ-	
27	24	37	os qui in Sama	
28	25	38	ria erant, & vo-	
29	26	39	cabantur Israel	
30	27	40	primus regna-	
		ROBOAM, III. Hebręo	uit HIERO-	
31	28	1 rum Iudæ, ann. 17.	1 BOAM an. 22.	
32	29	2 Post mortem Solomo-	2	C
nis seditio orta est in gente Iudæorum, & regni bifaria diuisio. In Sa-				
33	30	3 maria decem tribubus re	3	
34	31	4 gnauit Hieroboam.	4	
35	32	5	5	
36	33	6	6	
37	34	7 Roboam filius Solomo-	7	
38	35	8 nis regnauit in Hierusa-	8	
lem duabus tribubus sibi subiectis, qui vocabantur Iudæi, ob reges Iu-				D
39	36	9 dæorũ, qui ex Iudæ stir-	9	
40	37	10 pe descenderant, & v-	10	
	DORISTHVS, V. Lace-	niuersa generatio Iudæ		
41	1 dæmoniorum, an. 29.	11 nomen sortita est.	11	
42	2 Samos condita & Smyr-	12	12	
43	3 na in vrbis modum am-	13	13	
44	4 pliata.	14	14	
45	5	15	15	
PIRICIADES				
1 XXXII. Assy-	6 Thraces Bebriciam, quę	16 Susachim rex Ægyptio	16	E
riorum, an-	nunc Bithynia nuncu-	rum contra Iudæos di-		
2 nis 30.	7 patur, transeuntes à Stri-	17 micans templum spo-	17	
	mone occupauerunt.	liat.		
3	8	1 Post quem ABIA IIII.	18	
4	9	2 annis 3.	19 Hebræorũ	
			Pontifex ma-	
5	10	3	20 ximus Abi-	
		† Post quem ASA, V. an-	melech illu-	
6	11	1 nis 41.	21 stris habetur.	

† 3. Reg. 15.

7

	Aegyptiorum.	*Latinorum.*	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
A		14	36	16	
			ARCHIPPVS, III.		
		15	1 Atheniensium,	17	
		16	2 annis 19.	18	
	171	17	3	19	4190
	172	18	4	20	
	173	19	5	21	
	174	20	6	22	
	175	21	7	23	
B	176	22	8	24	
	177	23	9	25	
	178	24	10	26	
	Ægyptiorum,				
	1 XXI. dynastia re-	25	11	27	
	2 gnauit SMENDIS	26	12	28	
	3 annis 26.	27	13	29	4200
	4	28	14	30	
	5	29	15	31	
	6	30	16	32	
C	7	31	17	33	
	8	32	18	34	
	9	33	19	35	
			TERSIPPVS,		
	10	34	1 IIII. Atheniens.	36	
	11	35	2 annis 41.	37	
				PRYMINAS, IIII.	
	12	36	3	1 Corinthiorum,	
D	13	37	4	2 annis 35.	4210
	14	38	5	3	
	15	39	6	4	
		SYLVIVS ATHYS,			
	16	1 VII. Latinorum,	7	5	
	17	2 siue Ægyptus,	8	6	
		annis 24.			
	18	3 Syluius Athys si-	9	7	
	19	4 ue Ægyptus Al-	10	8	
E	20	5 bæ superioris re-	11	9	
	21	6 gis fuit.	12	10	
	22	7	13	11	
	23	8	14	12	4220
	24	9	15	13	
	25	10	16	14	
	26	11	17	15	

† Sic putarim legendum ex Bedæ Chronico: Prophetabãt Helias, Abdias, Michéásque, & Hieu qui occiditur ab Asa rege Israel.

Assyriorum.	*Lacedæmoniorum.*	*Hebræorum Iudæ.*	*Hebr. Israel.*	
7	12	2 † Prophetabant Achia,	22	A
		Sameas, & is qui fuerat	NADABI, I. He	
8	13	3 apud altare Samariæ,	1 bræorũ Israel,	
9	14	4 Hieu, Ioede, Azarias, qui	2 annis 2.	
		& Anania.	BAASA, III.	
10	15	5	1 Hebræorum	
11	16	6	2 Israel, an. 24	
12	17 Thraces mare obtinue-	7	3	
13	18 runt.	8	4	
14	19	9	5	B
15	20	10	6	
16	21	11	7	
17	22	12	8	
18	23 Thraces mare obtinue-	13	9	
19	24 runt.	14	10	
20	25	15	11	
21	26	16	12	
22	27	17	13	
23	28	18	14	C
24	29	19	15	
	AGESILAVS, VI. Lace-			
25	1 dæmoniorum, an. 44.	20	16	
26	2	21	17	
27	3	22	18	
28	4	23	19	
29	5	24	20	
30	6	25	21	D
OPHRATEVS,				
1 XXXIII. Assy-	7	26	22	
2 riorũ, an. 20.	8	27	23	
3	9	28	24	
			Post quem	
4	10	29	1 HELA, IIII.	
5	11	30	2 annis 2.	
			Post quem	
6	12	31	1 AMBRIAS,	
7	13	32	2 v. annis 12.	E
8	14	33	3	
9	15	34	4	
10	16	35	5	
11	17	36	6	
12	18	37	7	
13	19	38	8	
14	20	39	9	
15	21	40	10	

16

	Aegyptiorum.	*Latinorum.*	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
A	Post quem PSEV-				
	I SENSES, an. 41.	12	18	16	
	2	13	19	17	
	3	14	20	18	
	4	15	21	19	
	5	16	22	20	
B	6	17	23	21	
	7	18	24	22	4230
	8	19	25	23	
	9	20	26	24	
	10	21	27	25	
	11	22	28	26	
	12	23	29	27	
	13	24	30	28	
C		CAPIS SYLVIVS			
	14	1 VIII. Latinorum	31	29	
	15	2 annis 28.	32	30	
	16	3	33	31	
	17	4 Capis superioris	34	32	4240
	18	5 regis filius.	35	33	
	19	6	36	34	
	20	7	37	35	
				BACIS, V.	
	21	8	38	1 Corinthiorum,	
D	22	9	39	2 annis 35.	
	23	10	40	3 A quo reges Ba-	
	24	11	41	4 cidæ cognomi-	
			PHORBAS, V.	nati.	
	25	12	1 Atheniensium,	5	
	26	13	2 annis 31.	6	
	27	14	3	7	4250
	28	15	4	8	
	29	16	5	9	
E	30	17	6	10	
	31	18	7	11	
	32	19	8	12	
	33	20	9	13	
	34	21	10	14	
	35	22	11	15	
	36	23	12	16	
	37	24	13	17	4260

	Assyriorum.	*Lacedæmoniorum.*	*Hebræorum Iudæ.*	*Hebr. Israël.*	
	16	22	41	11	A
			IOSAPHAT, VI. Hebræ-		
	17	23	1 orum Iudæ, an. 15.	12	
				ACHAB, VI.	
	18	24	2	1 Hebræorum	
	19	25	3	2 Israel, an. 22.	
	20	26	4	3	
	OPHRATA-				
	1 NES, XXXIIII.	27	5 Apud Hebræos prophe-	4	
	2 Assyriorum	28	6 tabant Abdias, Hieu, O-	5	B
† *Helias.*	3 annis 50.	29	7 zias † & Micheas.	6	
	4	30	8	7	
	5	31	9	8	
	6	32	10 Pseudoprophetæ erant	9	
	7	33	11 Sedechias, Eliazer.	10	
	8	34	12	11	
	9	35	13	12	
					C
	10	36	14	13	
	11	37	15	14	
	12	38	16	15	
	13	39	17	16	
	14	40	18	17	
	15	41	19 Quartò mare cõtinue-	18	
	16	42	20 runt Rhodij annis 23.	19	
					D
	17	43	21	20	
	18	44	22	21	
		ARCHELAVS, VII. La-			
	19	1 cedæmoniorum, an. 60.	23	22	
				OCHOZIAS, VII.	
	20	2	24	1 Hebræorum	
	21	3	25	2 Israel, an. 2.	
			IORAM, VII. Hebræorũ	Post quem	
	22	4	1 Iudæ, an. 8.	1 IORAM, VIII.	
	23	5	2	2 an. 12.	E
	24	6	3	3	
	25	7	4	4	
	26	8	5	5	
	27	9	6	6	
	28	10	7	7	
	29	11	8	8	
† *Azarias.*			Post quem † OCHOZIAS,		
	30	12	1 VII. anno 1.	9	

	Aegyptiorum.	*Latinorum.*	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*	
A	38	25	14	18		
	39	26	15	19		
	40	27	16	20		
	41	28	17	21		
	NEPHERCHE-	†CAPETVS SYL-				† *Alias Carpentus & Calpetus.*
	1 RES Ægyptiorũ,	1 VIVS, IX. Latino-	18	22		
	annis 4.	rum, annis 13.				
	2	2 Hic fuit filius re-	19	23		
		gis superioris Ca-				
B	3	3 pis.	20	24		
	4	4	21	25		
	AMMENOPHIS,					
	1 Ægyptiorum,	5	22	26		
	annis 9.					
	2	6	23	27	4270	
	3	7	24	28		
	4	8	25	29		
	5	9	26	30		
C	6	10	27	31		
	7	11	28	32		
	8	12	29	33		
	9	13	30	34		
	OSOCHOR, Æ-	Post quem TY-				
	1 gyptiorum, annis	1 BERINVS SYLVIVS	31	35		
	6.	X. annis 8.	†MECADES, VI.	AGELAS, VI. Co-		† *Mezades.*
	2	2 Tiberinus Cape	1 Atheniensium,	1 rinthiorum, an-		
	3	3 ti filius, à quo &	2 annis 30.	2 nis 30.	4280.	
D	4	4 fluuius appella-	3	3		
	5	5 tus est Tyberis,	4	4		
	6	6 qui prius Albu-	5	5		
	SPINACES, Ægy-	la dicebatur.				
	1 ptiorum, an. 9.	7	6	6		
	2	8	7	7		
		AGRIPPA Syl-				
	3	1 uius Tyberini fi-	8	8		
	4	2 lius, XI. an 40. †	9	9		† *Dionysius 33.*
E	5	3 In latina historia	10	10		
	ad verbum scripta reperimus: Agrippa apud Latinos regnante, Homerus in Græ-					
	6	4 cia claruit, vt te-	11	11		
	7	5 statur Apollodo-	12	12	4290	
	rus Grammaticus, & Euphorbius Historicus, ante vrbem Romanam conditam an-					
	8	6 nis 124. & vt ait	13	13		
	9	7 Cornelius Ne-	14	14		
	† PERSVSENNES,	pos, ante Olym-				† *Psusennes.*
	1 Ægyptiorum,	8 piadem primam	15	15		
	2 ann. 35.	9 annis 100.	16	16		

	Assyriorum.	*Lacedæmoniorum.*	*Hebræorum Iudæ.*	*Hebr. Israël.*	
			Post quem ATHALIA,		A
	31	13	1 IX. mater, ann.7.	10	
	32	14	2 Ionadab filius Rechab	11	
† 4. Reg. 11.	33	15	3 clarus habetur.	12	
† 4. Reg. 11.	34	16	4 †Ioade apud Hebræos	1 Post quem	
	35	17	5 insignissimus habetur	2 †HIEV, IX.	
	36	18	6 Pontifex, qui solus post	3 annis 28.	
	37	19	7 Mosen vixit an. 130.	4	
			Post quem IOAS, X. an-		
	38	20	1 nis 40.	5	B
	39	21	2	6	
	40	22 Quintò mare obtinue-	3	7	
	41	23 runt Phryges, an.25.	4	8	
	42	24	5	9	
	43	25	6	10	
	44	26	7	11	
	45	27 Lycurgus insignis ha-	8	12	
	46	28 betur.	9 Hebræorum Propheta	13	
	47	29	10 Zacharias occiditur.	14	C
	48	30	11	15	
	49	31	12	16	
	50	32	13	17	
	OCRAZAPES,				
	1 XXXV. Assy-	33	14	18	
	2 riorũ, an.41.	34	15	19	
	3	35	16	20	
	4	36	17	21	
	5	37	18	22	
	6	38	19	23	D
	7	39	20	24	
	8	40	21	25	
	9	41	22	26	
	10	42	23	27	
	11	43	24	28	
	12	44	25 Helisæus Propheta	1 IACOB, X.	
†4. Reg. 13	13	45	26 moritur.	2 †Hebræorũ	
	14	46	27	3 Israel, an.17.	
	15	47	28	4	E
	16	48 Sextò mare obtinue-	29	5	
	17	49 runt Cyprij, an.32.	30	6	
	18	50	31	7	
	19	51	32	8	
	20	52	33	9	
	21	53	34	10	
	22	54	35	11	
	23	55	36	12	
	24	56	37	13	

25

	Aegyptiorum.	*Latinorum.*	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
A	3	10	17	17	
	4	11	18	18	
	5	12	19	19	
	6	13	20	20	
	7	14	21	21	
	8	15	22	22	4300
B	9	16	23	23	
	10	17	24	24	
	11	18	25	25	
	12	19	26	26	
	13	20	27	27	
	14	21	28	28	
	15	22	29	29	
	16	23	30	30	
C			DIOGENETVS	EVDEMVS, VII.	
	17	24	1 VII. Athenien-	1 Corinthiorum,	
	18	25	2 sium, an. 28.	2 annis 25.	4310
	19	26	3	3	
	20	27	4	4	
	21	28	5	5	
	22	29	6	6	
	23	30	7	7	
	24	31	8	8	
D	25	32	9	9	
	26	33	10	10	
	27	34	11	11	
	28	35	12	12	4320
	29	36	13	13	
	30	37	14	14	
	31	38	15	15	
	32	39	16	16	
	33	40	17	17	
E		AREMVLVS SYL			
	34	1 VIVS, XII. Latino-	18	18	
	35	2 rum, annis 19.	19	19	
F	SENSCORIS, Æ-	Syluius Aremulus			
	1 gyptiorum 20. dy	3 siue Remulus, A-	20	20	
	2 nastia, an. 21.	4 grippæ superio-	21	21	
	3 Huius Senscoris	5 ris regis filius,	22	22	4330
	Ægyptij regis pa	r pæsidium Alba-			
	4 ter fuit Sipatis:	6 norum inter	23	23	
	5 Hunc ferũt qui-	7 montes vbi Ro-	24	24	

Assyriorum.	Lacedæmoniorum.	Hebræorum Iudæ.	Hebr. Israel.	A
25	57	38	14	
26	58	39	15	
27	59	40	16	
† 4. Reg. 14.		† Amasias, xi. Hebræo-		
28	60	1 rum Iudæ, an. 29.	17	
	Thelecvs, viii. Lace-		Ioas, xi. He-	
29	1 dæmoniorum, an. 40.	2	1 bręorum Is-	
	Carthaginem hac ætate		rael, an. 16.	
30	2 quidam conditam putāt	3	2	
31	3 alij verò, vt suprà memo-	4	3	B
32	4 rauimus.	5	4	
33	5	6	5	
34	6	7	6	
35	7	8	7	
36	8	9	8	
37	9	10	9	
38	10	11	10	
	11	12	11	C
39	12	13	12	
40	13	14	13	
41	14	15	14	
Tonoscon-				
1 coleros, 36.	15	16	15	
2 Assyriorum	16	17	16	
qui vocaba-			Post quē Hie-	
3 tur gręcè Sar	17	18	1 roboam, xii	
4 danapalꝰ, an.	18	19	2 annis 41.	
5 20. Sub Atri-	19	20	3	D
6 phrone Assy	20	21	4	
7 riorū regnū	21	22	5	
destructū, & Sardanapalus, vt nonnulli scriptitant, eodem tempore Tharsum atque An-				
8 chialem cō-	22	23	6	
9 didit: & in p̄-	23	24	7	
10 lio victus ab	24	25	8	
11 Arbace Me-	25	26	9	
12 do semet in-	26	27	10	
13 cendio cō-	27	28	11	
14 cremauit.	28 Septimo Phœnices ma	29	12	E
	re obtinuerunt an. 45.	Azarias, xii. Hebræo-		
15	29	1 rum Iudæ, anni 52.	13	
16	30	2	14	
17	31	3	15	
18	32	4	16	
19	33	5	17	
20	34	6	18	
Vsque ad id tempus fuisse reges Assyriorum historia refert, & fiunt simul an. 1197.				
Omnes autem anni regni Assyriorum, a primo anno Nini supputantur, 1240.				

Arbaces

	Aegyptiorum.	*Latinorum.*	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
A	6 dam post mortē	8 ma nunc est po-	25	25	
	ab Ægyptiis deū	suit, qui ob im-		ARISTHEME-	
	7 nūcupatū, eúm-	9 pietatem postea	26	1 DES, VIII.	
	8 que Serapin ap-	10 fulminatus in-	27	2 Corinthiorum,	
	9 pellatum.	11 teriit. Huius fi-	28	3 annis 35.	
		lius fuit Iulius	PHEREDVS		
	10	12 proauus † Iulij	1 VIII. Athenien-	4	
	11	13 Proculi, qui cū	2 sium, annis 19.	5	
B	12	14 Romulo Ro-	3	6	
	13	15 mam cōmigrās	4	7	4340
	14	16 fundauit Iuliam	5	8	
	15	17 gentem.	6	9	
	16	18	7	10	
	17	19	8	11	
		AVENTINVS			
	18	1 SYLVIVS, XIII.	9	12	
	19	2 Latinorū, an. 37.	10	13	
C		3 Auētinus Remu			
	20	li superioris ma-	11	14	
		ior filius, in eo			
	21	4 monte, qui nūc	12	15	
	OSORTHON	pars vrbis est,			
	1 Ægyptiorū, an-	5 mortuus & sepul	13	16	
	2 nis 15.	6 tus, æternum lo-	14	17	4350
	3	7 co vocabulum	15	18	
	4	8 dedit.	16	19	
	5	9	17	20	
D	6	10	18	21	
	7	11	19	22	
			ARIPHRON, IX.		
	8	12	1 Athenien. an-	23	
	9	13	2 nis 20.	24	
	10	14	3	25	
	11	15	4	26	
	12	16	5	27	4360
	13	17	6	28	
E	14	18	7	29	
	15	19	8	30	
	Post quem TA-				
	1 CHELOTIS an-	20	9	31	
	2 nis 13.	21	10	32	
	3	22	11	33	
	4	23	12	34	
	5	24	13	35	
				EGEMNON IX.	
	6	25	14	1 Corinthiorum	

† *Dionysius Halic. hunc Alladium nominat.*

	Medrum.	Macedonum.	Lacedæmoniorum.	Hebr. Iudæ.	Hebr. Israel.	
Vide Herodotum in 1.	ARBACES Me-					A
	1 dis annis 28.	35		7	19	
	2 Arbaces Medus	36		8	20	
	3 Assyriorũ impe-	37		9	21	
	rio destructo regnum in Medos transtulit, & interim sine principibus res agebatur,					
	4 vsq; ad Dioclẽ	38		10	22	
	5 regem Medorũ.	39		11	23	
	6 In medio autẽ	40		12	24	
† Aleamenes. † Curanus.	tẽpore Chaldæi	† ALCA-	† GRAMAVS			
	7 propè præuale-	INES, IX.	1 primus rex	13	25	B
	8 bant. quorum se	2 Lacedæ-	2 Macedonum,	14	26	
	9 paratæ, quadam	3 moniorum	3 annis 28.	15	27	
	10 successiones re-	4 annis 37.	4	16	28	
	11 gum feruntur.	5	5	17 Prophe-	29	
	12 Reliquæ quo-	6	6	18 tabant a-	30	
	13 que gẽtes pro-	7	7	19 pud He-	31	
	14 priis regib. v-	8	8	20 bræos	32	
	15 tebantur.	9	9	21 Osee, A-	33	C
	16	10	10	22 mos, E-	34	
	17	11	11	23 saias &	35	
† Iohel.	18	12	12	24 † Ionas	36	
	19	13	13	25 Prophetæ.	37	
	20	14	14	26	38	
	21	15	15	27	39	
	22	16	16	28	40	
	23	17	17	29	41	D
					ZACHARIAS	
					XIII. Israel mẽ-	
† Vide hæc omnia 4. Reg. 15.	24	18	18	30	sibus 6.	
					Post quẽ SEL-	
					LVM, XIIII. dieb.	
	25	19	19	31	1 Post quem	
					MANAEN, XV.	
	26	20	20	32	2 annis. 10.	
	27	21	21	33	3	E
	28	22	22	34	4	
	SOSARMVS II.					
	1 Medorum an-	23	23	35	5	
	nis 30.					
	2	24	24	36	6	
	3	25	25	37	7	
	4	26	26	38	8	
	5	27	27	30	9	

Aegyptiorum.	*Latinorum.*	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
7	26	15	2 annis 16.	
8	27	16	3	
9	28	17	4	
10	29	18	5	
11	30	19	6	
12	31	20	7	
		TESPIEVS X.		
13	32 Tespieo Ari-	1 Atheniensium	8	
Ægypti XXIII.	phronis filio A-	annis 27.		
1 dynastia PETV-	33 thenis regnan-	2	9	
2 BASTIS annis 25.	34 te, Assyriorum	3	10	
3	35 regnum deletū	4	11	
4	36 est.	5	12	4380
5	37	6	13	
	PROCASSYL-			
6	1 VIVS XIIII.	7	14 Phidō Argiuus	
7	2 Latinorū an.23.	8	15 mēsuras & pōde-	
8	3 Hic fuit Auenti-	9	16 ra primꝰ inuenit.	
	ni superioris fi-		ALEXANDER,	
9	4 lius.	10	1 X. Corinthiorū	
10	5	11	2 an.25.	
11	6	12	3	
12	7	13	4	
13	8	14	5	
14	9	15	6	4390
15	10	16	7	
16	11	17	8	
17	12	18	9	
18	13	19	10	
19	14	20 Trieres prima	11	
20	15	21 nauigatio in Co	12	
21	16	22 rintho.	13	
22	17	23	14	
23	18	24	15	
24	19	25	16	4400
25	20	26	17	
OSORTHON				
1 Ægypti annis 9.	21	27	18	
Ægyptij regem		AGAMEMNESTOR		
2 suum Osortho	22	1 XI. Atheniensiū	19	
3 Herculem co-	23	2 annis 20.	20	
gnominauerūt.	AMVLIVS SYL-			
	NIVS XV. Latinorum annis 44.			
4	1 Numitor Procæ	3	21	

† Phaccia biennio, 4. Regum 5

Medorum.	Lacedæmonioru.	Macedonum.	Hebr. Iudæ.	Hebr. Israel.
6	28	28	40	10
		COENVS, II. Ma-		Post quem
7	29	1 cedonum an. 12.	41	1 † PHACEAS
8	30	2	42	2 XVI. an. 10.
9	31	3	43	3
10	32	4	44	4
11	33	5	45	5
12	34	6	46	6
13	35	7	47	7
14	36	8	48	8
15	37	9	49	9
Olympias I.	Lacedæmoniorum reges defecerunt.			

A captiuitate Troiæ vsque ad Olympiadem primam anni 406. aliàs 405. Aschyli Atheniensium iudicis secundo an. prima Olympias acta, quo erat Agon gymnicus, in quo Choræbus Heliensis extitit victor. Helij agunt quinquennale certamen, quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituuntur quatuor, quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis, siue Hæmonis primus construxit. Ab hoc tempore Græca de temporibus historia, vera creditur: nam ante hoc vt cuique visum est diuersas sententias protulerunt.

† An. 20. 1. Reg. 15.

16	10 Arctinus Mile-	50	10
	sius versificator		† PHACEE XVII.
17	11 florentissimus ha	51	1 Hebræorum Is-
18	12 betur.	52	2 rael, annis 20.
19	TYRIMAS, III.	IOATHAN	
20 Olympias 2.	1 Macedonum an-	1 Hebr. Iudæ, XIII.	3
	nis 38.	2 an. 16. Propheta-	4
21	2 Athenis primum	3 bant qui & suprà.	5
22	3 Trieres nauiga-	4	6
23	4 uit Amine deo	5	7
Olympias 3.	5 cursum dirigẽte.		
24	6	6	8
25	7 Cynethõ Lacedæ	7	9
26	8 monius Poeta, qui	8	10
27	9 Thelegoniam scri	9	11
Olympias 4.	psit agnoscitur.		
28	10 Therei Cyrenem	10 Cumelus poeta	12
29	11 condiderunt ora-	11 qui Bugomam &	13
30	12 culo sic iubente,	12 Europiã scripsit,	14
MEDIDVS, III.	& conditor vrbis	& Archimus qui	
1 Medorum an. 40.	13 Battus, cuius pro-	13 Æthiopicam &	15
	prium nomen A-	Illiacam vastationem composuit.	

ristæus.

A *Aegyptiorum.*	*Latinorum.*	*Atheniensium.*	*Corinthiorum.*	*Anni mundi*
superioris regis filius maior, à fratre Amulio regno pulsus, in agro suo vixit. Filia eius adimendæ spei partus gratia virgo Vestalis lecta, quæ cum VII. pa-				
5	2 trui suo anno ge-	4	22	
minos ædidisset infantes, iuxta legem in terram viua defossa est. Verum par-				
6	3 uulos prope ri-	5	23	
pam Tiberis expositos, Faustulus regij pastor armenti ad Accam Lauren-				
7	4 tiam vxorem	6	24	
suam detulit, quæ propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæstuosi,				
B 8	5 Lupa à vicinis	7	25	
	appellabatur, vn-		PHELESTEVS	
9	6 de ad nostram	8	1 XI. Corinthiorũ	4410
Post quem	vsque memoriã		annis 12.	
1 PSAMMVS	7 meretricum cel-	9	2	
2 annis 10.	8 lulæ lupanaria	10	3	
3	9 dicuntur: Pueri	11	4	
4	10 cũ adoleuissent,	12	5	
5	11 collecta pasto-	13	6	
C rum & latinorum manu, interfecto apud Albam Amulio, auum				
6 Ægyptij post	12 Numitorem in	14	7	
7 Phœnices mare	13 regnum restitu-	15	8	
8 obtinuerunt.	14 unt.	16	9	
9	15	17	10	
10	16	18	11	4420
1 XXIIII. dyna-	17	19	12 Post quem	
stia BOCCHORVS			ANTOMENES	
2 an.43.	18	20	XII. annis 1.	
		ÆSCHYLVS XII.	1 Post hunc reges	
D		Atheniensium	in Corintho nõ	
3 Bocchorus Æ-	19	1 annis 23.	fuerunt, sed an-	
4 gyptiis iura con-	20	2	nui principes	
stituit, sub quo			2 constituti.	
agnus locutus.			*Hij duo anni hic*	
			signati sunt regis	
			Lydorũ infra scri-	
	pti, conueniunt tamen annis appositis hic aliorum regum.			
Olympias prima.				

E Primam Olympiadem Africanus temporibus Ioathan regis Hebræorum fuisse scribit. Nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit. Scribit autem Africanus, vt verba eius ponam, ad hunc modum: Æschylus Agamnestoris filius apud Athenienses obtinuit principatum annis 23. qua ætate Ioathan regnabat in Hierusalem. Porrò nos in prima Olympiade Ioathan posuimus.

			ARDISVS rex	
5	21	3	3 primus Lydo-	
			rum annis 36.	
6	22	4	4	
7	23	5	5	
8	24	6	6	

Medorum.	Macedonum.	Hebr. Iudæ.	Hebr. Israel.	A
	steus.			
Olympias 5.	Aradus insula con			
	ditur.			
2	14 In Lacedæmone	14	16	
3	15 primus Ephorus,	15	17	
4	16 quod magistratus	16	18	
	nomen est consti-			
	tuitur. Fuit autem	ACHAZ, XIIII.		
	sub regibus Lace-	Hebræorũ Iudæ,		
5	17 dæmon an. 350.	1 annis 16.	19	B
Olympias 6.				
6	18 Cyzius condita.	2	20	
			OSEE XVIII.	
7	19	3	1 Hebræorum Is-	
8	20 Athenis princi-	4	2 rael annis 9.	
	pes, qui quoad vi-			
	xissent reipublicæ			
	præerãt, desierunt,			C
	& in x. annum ma-			
9	21 gistratuũ consue-	5	3	
Olympias 7.	tudo versa est, re-			
	gnauitque primus			
	Carops filius Æs-			
	chyli, construxe-			
	rúntque vrbem in			
	Ægypto Maci-			
10	22 cratim.	6	4	
11	23	7	5	D
12	24 Mare obtinuerũt	8	6	
13	25 Milesij annis 18.	9	7	
Olympias 8.				
14	26 Thales Milesius	10	8	
15	27 Physicus Philo-	11	9	
	sophus.			

† Tobiæ capite 1. pater Salmanassar, filius Sennacherib dicitur.

† Captiuitas Israel prima decem tribus gentis Iudææ, quæ vocabantur Israel, & erant in parte Samariæ victæ à Sennacherib qui & Salmanassar rege Chaldæorum, translati sunt in montes Medorum, regnatúmque est in Samaria an. 250. E

16	28	12
17	29	13
Olympias 9.		
18	30	14

	Aegyptiorum.	*Romanorum.*	*Atheniensium.*	*Lydorum.*	*Anni*
A	9	25 Remus & Romu-	7	7	*mundi*
	10	26 lus generantur ex	8	8	4430
	11	27 Marte & Ilia.	9	9	
	12	28	10	[illegible]	
	13	29	11	11	
	14	30	12	12	
	15	31	13	13	
	16	32	14	14	
	17	33	15	15	
B	18	34	16	16	
	19	35	17	17	
	20	36	18	18	4440
	21	37	19	19	
	22	38	20	20	
	23	39 Nonnulli Romani	21	21	
		scriptores Romam conditam ferũt.			
	24	40 Roma Palilibus,	22	22	
	* Consualibus ludis	qui nunc dies festus			
C	25 Sabinæ captæ, anno	41 est, condita.	23	23	
	ab vrbe condita	Remus rastro pa-	ALCAMENON		
	26 tertio & vna virgi-	42 storali à Fabio Ro-	1 XIII. Atheniẽ-	24	
	27 num pulcherrima	43 muli duce occidi-	2 sium an. 2.	25	
	cunctorum accla-	tur.	CAROPS XIIII.		
	28 matione rapientiũ	44 *	1 Atheniensiũ	26	4450
	Thalasso duci Ro-	ROMVLVS primus	annis 10.		
	multum decerni-	rex Romanorum			
	29 tur: vnde in nuptia-	1 annis 39.	2	27	
	30 rum solennitatibus	2 Ob Asyli impunita-	3	28	
D	31 Thalasso vulgo cla-	3 tem magna Romu-	4	29	
	mitant, quo scilicet	lo multitudo con-			
	32 talis nupta sit, quæ	4 iungitur.	5	30	
	Thalassum habere	Romani, Tatio Sabinorum rege regnante cum			
	33 mereatur.	5 Romulo à Curibus	6	31	
	34	6 Quirites appellati.	7	32	

Sennacherib rex Chaldæorum ad custodiendam regionem Iudææ accolas misit Assyrios, qui æmulatores Iudææ legis facti, Samaritæ nuncupati sunt: quod in latinam linguam exprimitur custodes.

Hæc primis annis Romuli gesta sunt.

E	35	7 Ceninenses, Anten-	8	33 Lacedæmonij cõtra	
	36	8 nates, Crustumini,	9	34 Messenios vicenna-	
		Fidenates, Veientes		le bellum habebant.	
	37	9 qui propter Sabina-	10	35 Eumelus Corin-	
		rum raptũ bellum	ÆSIMEDES XV.	thius versificator a-	
		10 mouerant, vincun-	1 Atheniensiũ,	36 gnoscitur, & Sibyl	
		tur à Romulo.	annis 10.	la Erythræa.	
				ALIÆCTES, II. Lydo-	
				rum	

Medorum.	*Macedonum.*	*Hebr. Iudæ.*	*Aegyptiorum.*	
19	31	15	38	A
20	32	16	39	
		EZECHIAS XV.		
21	33.	1 Hebræorum Iudæ	40	
Olympias 10.		annis 19.		
22	34	2 Apud Hebræos	41	
23	35	3 prophetabant E-	42	
24	36	4 ſaias, Oſee.	43	
25	37	5	44	B
Olympias 11.			xxv. dynaſtia	
26	38	6	1 Ægyptiorum SA-	
			BACHON ÆTHIOPS	
	PERDICA IIII.		annis 12.	
27	1 Macedonum an-	7	2 Sabachō Æthiops	
28	2 nis 51.	8	3 Bochorum vincit,	
			Ægyptóque re-	
29	3	9	4 gnauit.	
Olympias 12.				
30	4	10	5	C
31	5	11	6	
32	6	12	7	
33	7	13	8	
Olympias 13.				
34	8	14	9	
35	9	15	10	
36	10	16	11	D
37	11	17	12	
Olympias 14.			SEBICHVS Ægy-	
38	12	18	1 ptiorum an. 12.	
39	13	19	2	
CARDICÆAS IIII.	14	20	3	
1 Medorum an. 13.				
Olympias 15.	15	21	4	E
2				
3	16	22	5	
4	17	23	6	
	18	24	7	
5				
Olympias 16.	19	25	8	
6				
	20	26	9	

	Romanorum.	Athenienſium.	Lydorum.	Anni
A	11	2	1 annis 14.	mundi
	12		Mydas regnauit	
			in Phrygia.	
	13	3	2 Naxus condita	4460
			in Sicilia.	
			Syracuſæ cōdita.	
			3 Catina in Sicilia	
B	14	4	conditur.	
	15	5	4 Meſſana à La-	
	16	6	5 cedæmoniis ca-	
	17	7	6 pitur.	
	18	8	7	
	19	9	8	
	20	10	9	
		ELIDICVS XVI.		
C	21 Tarpeia clypeis Sabinorum obruta:	1 Athenienſium	10	
	vnde mons Tarpeius, in quo nunc	an. 10.		
	22 Capitolium.	2	11	
	23	3	12	4470
	24	4	13	
	25 Romulus primus milites ſumpſit ex	5	14	
	populo, & nobiliſſimos centum ſe-		MELES III.	
	26 nes ob ætatem Senatores, ad ſimili-	6	1 Lydorū an. 12.	
	27 tudinem curæ Patres appellauit:	7	2	
	28 Templa quoque & muros Roma-	8	3	
D	29 næ vrbis extruit.	9	4	
	30	10	5	
		Poſt quem HIP-		
	31	1 POMENES XVII.	6 Sabacho Bocho	
	32	2 annis 10.	7 rum captū du-	
		3	xit, & viuum	
			exuſſit.	
	33		8 Mare obtinue-	4480
E		4	runt Cares.	
	34	5	9 † Bellum quod	
	35	6	10 in † Tyria inter	
	36		11 Lacedæmonios,	
		7	& Argiuos geſtū	
	37 Romulus apud paludem Capreæ		12 eſt.	
	nuſquam comparuit, & ſuadente Iu-	8	CANDAVLES	
	38 lio Proculo Quirini nomine apud		1 IIII. Lydorum	
			annis 17.	

† Herodot. meminit eius sub Cræſo factum in 1.
† Thyrea.

Medorum.	Macedonum.	Hebr. Iudæ.	Aegyptiorum.
7	21	27	10
8	22	28	11
9	23	29	12
Olympias 17.		MANASSES XVI.	
		Hebræorũ† an. 55.	TARACHVS
10	24	1 Manaſſes impius	1 Æthiops Ægy-
11	25	2 Eſaiam interfecit,	2 ptiorum an. 20.
12	26	3 ſtatuamque ſuam	3
13	27	4 poſuit quinque fa-	4
		cies habentem.	
Olympias 18.			
†DEIOCLES V.			
1 Medorum an. 54.	28	5	5
2 Ecbatanam con-	29	6	6
3 didit.	30	7	7
4	31	8	8
Olympias 19.			
5	32	9	9
6	33	10	10
7	34	11	11
8	35	12	12
Olympias 20.			
9	36	13	13
10	37	14	14
11	38	15	15
12	39	16	16
Olympias 21.			
13	40	17	17
14	41	18	18
15	42	19	19
16	43	20	20
Olympias 22.			XXVI. dynaſtia
			Ægyptiorum
17	44	21	1 MERRES ÆTHI-
18	45	22	2 OPS regnauit an-
19	46	23	3 nis 12.
20	47	24	4
Olympias 23.			
21	48	25	5

† Iudæ.

† Deioces hic primus fuit verus, rex, vt Herodot. ait lib. 1. annis regnauit 53. ait idem.

22

Romanorum.	Atheniensium.	Lydorum.	Anni
A 39 suos consectatus est.	9	2	mundi
Nvma Pompilivs, ii.			
1 Romanorum, an. 41. Mortuo Ro-	10	3 †Sibylla Samia quæ He	
mulo quinos dies Senatores rem-	Leocrates	rophila appella-	
2 publicam rexerunt, atque ita vnus	1 xviii. Athenien-	4 batur, in Samo	
annus expletus, quod tempus Inter-	sium an. 10.	insignis habetur.	
3 regnum appellatum est.	2	5 Nicomedia cōdi	
4 Numa Pompilius duos menses an-	3	6 ta quę prius Asta	4490
5 no addidit: Ianuarium, Februarium,	4	7 cos vocabatur.	
B 6 cum ante hunc tantum decem men-	5	8 Croton & Pariū	
ses apud Romanos fuissent, adeò vt		& Sybaris condi-	
vltimus December diceretur: Capi-		tæ	
7 tolium quoque à fundamentis ædi-	6	9 Hi qui Parthe-	
8 ficauit, & congiarium dedit axes li-	7	10 ni vocabantur,	
9 gneos & scorteos. Nullum cum fi-	8	11 Tarentum con-	
10 nitimis bellum gessit.	9	12 diderunt, tunc	
		& Corinthij	
		Corcyram.	
C 11	10	13	
	Absander		
12	1 xix. Athenien-	14	
13	2 sium annis 10.	15	
14	3	16	4500
15	4	17	
		†Post quē Giges	
16	5	1 v. annis 36.	
17	6	2 †Midas cū apud	
D 18	7	3 Phrygas regna-	
		ret, sanguine tau-	
19	8	4 ri potato extin-	
20	9	5 ctus est.	
21	10	6 †Glaucus Chius	
	Eryxias xx.	primus ferri in-	
22	1 Atheniensium	7 ter se glutinum	
	an. 10.	excogitauit.	
E			
23	2	8 In Sicilia Gela,	
24	3	9 in Pamphilia	4510
25	4	10 Phaselis condi-	
		tur.	
26	5	11	
27	6	12 Hipponax ille	

† de eadem ni fallor etiam paulò ante Lydorum 6. regem.

† Duodequadraginta ait Herodot. in 1.

† Adrastus huius nepos apud Herodotum libro 1. occidit Atyn Crœsi filium, nescio vt anni quadrent.

† Glaucus vide apud Herodotum lib. 1. vbi de Halyatte.

Medorum.	*Macedonum.*	*Hebr. Iudæ.*	*Aegyptiorum.*	
22	49	26	6	A
23	50	27	7	
24	51	28	8	
Olympias 24.	Archevs, v.			
25	1 Macedonum an-	29	9	
26	2 nis 38.	30	10	
27	3	31	11	
28	4	32	12	
Olympias 25.			Stephinatis	B
			Ægyptiorum an-	
29	5	33	1 nis 7.	
30	6	34	2	
31	7	35	3	
32	8	36	4	
Olympias 26.				
33	9	37	5	
34	10	38	6	C
35	11	39	7	
			Nichepsos	
36	12	40	1 Ægyptiorum an-	
			nis 6.	
Olympias 27.				
37	13	41	2	
38	14	42	3	
39	15	43	4	
40	16	44	5	D
Olympias 28.				
41	17	45	6	
42	18	46	1	
43	19	47	2	
44	20	48	3	
Olympias 29.				
45	21	49	4	
				E
46	22	50	5	
47	23	51	6	
48	24	52	7	
Olympias 30.				
49	25	53	8	
			Psammeticvs	
50	26	54	1 Ægyptiorum an-	
51	27	55	2 nis 44.	
		Hammom, xvii. Hebræorum Iudæ.		

	Romanorum.	Atheniensium.	Lydorum.	Anni mundi
A	28	7	13 Philosophus notissimus redditur.	
	29	8	14	
	30	9	15 Chalcedon condita.	
	31	10	16	
	32	Athenis annui	17 Cyzicus condita est à Locris in Ita-	
	33 Tullus Hosti-	principes con-	18 lia.	
	34 lius primus re-	stituti sunt, ces-	19	4520
B	gum Romano-	santibus regibus nouem principes ex nobilibus vrbis		
	rum, in purpu-	electi Atheniensibus præfuerunt.		
	35 ra fascibus vsus		20	
	36 est, ac deinceps		21	
	37 cum sua domo		22	
	38 fulmine confla-	Atheniensium	23	
	grauit.	regnum defe-		
		cit.		
	39		24	
	40		25 Nicepsus magicæ artis peritus, cu-	
C	41		26 ius scripta medicinalia feruntur.	
	Tvllvs Hostilius, III. Romano-			4530
	1 rum, annis 32.		27 Post Cares mare obtinuerunt Les-	
			bij, annis 68.	
	2		28 Nudipedalis primùm acta in Lace-	
	3		29 dæmone.	
	4		30	
	5		31	
D	6 Tullus Hostilius post longam pa-		32 Sibylla quæ & Herophila in Samo	
	cem bella reparauit, Albanos, Ve-		nobilis habetur.	
	7 ientes, Fidenates vicit, & adiecto		33	
	8 monte Cœlio vrbem ampliauit.		34	
	9		35 Archilochus & Simonides, & Ari-	
			stoxenus musicus illustres haben-	
	10		36 tur.	4540
			Ardis, VI. Lydorum, an. 37.	
	11		1 Zaleucus legumlator apud Locros	
E	12		2 crebro sermone celebratur.	
	13		3	
	14		4	
	15		5 Cypsellus in Corintho tyrannidem	
	16		6 exercet, annis 28. Byzantium con-	
			dita.	

	Medorum.	Macedonum.	Hebræorum Iudæ.	
	52	28	1 annis 12.	A
† 4. Reg. 21. Dicitur regnasse annis duobus, & 2. Par. 23.	Olympias 31.		† Hammon secundum LXX. interpreta-	
	53	29	2 tionem 12. annis regnauit, secundum	
† 22. annos ait Herodot. in 1.	54	30	3 autem Hebræos annis 11.	
	† PHAORTES VI.			
	1 Medorum an. 24.	31	4	
	2	32	5	
	Olympias 32.			
	3	33	6	
	4	34	7	B
	5	35	8	
	6	36	9	
	Olympias 33.			
	7	37	10	
	8	38	11	
		PHILIPPVS, VI.		
	9	1 Macedonum, an-	12	
† 4. Reg. 22 regnasse dicitur annis 31.	10	2 nis 38.	1 † Post quem IOSIAS XVIII. annis 32.	C
	Olympias 34.			
	11	3	2 Hebræorum Pontifex maximus El-	
	12	4	3 chias.	
	13	5	4	
	14	6	5	
	Olympias 35.			
	15	7	6	
	16	8	7	
	17	9	8	D
	18	10	9	
	Olympias 36.			
	19	11	10 Hieremias prophetare orsus.	
	20	12	11	
	21	13	12 Olda mulier apud Hebræos prophe-	
	22	14	13 tabat.	
	Olympias 37.			E
	23	15	14	
	24	16	15	
† Herodotus ait an. 40.	† CYARAXES VII.			
	1 Medorum an. 32.	17	16	
	2	18	17 Prophetabant Hieremias & Sopho-	
			nias.	
	Olympias 38.			
	3	19	18	
	4	20	19	

A

Aegyptiorum.	*Romanorum.*	*Lydorum.*	*Anni mundi*
3	17	7 Alcmæon clarus habetur, & Lesches	
		Lesbius qui fecit paruam Iliadem.	
4	18	8	
5	19	9 Histrus ciuitas in Ponto condita.	
		Chantus condita, & Stagera in Asia.	
6	20	10	
7	21	11 Phalaris apud Agrigentinos tyran-	
		nidem exercet.	
8	22	12 Lampsacus condita, &	
9	23	13 Abdera.	4550
10	24	14	
11	25	15	
12	26	16 In Sicilia Selinis condita.	
13	27	17	
14	28	18	
15	29	19	
16	30	20 In Ponto Boristhenes condita.	
17	31	21	
18	32	22 Terpander musicus insignis habe-	
	ANCVS MAR-	tur.	
19	1 TIVS, IIII. Ro-	23 Oraculo Dodonæo primum Græ	4560
	manorum, annis	cia vti ausa est.	
	XXIII.		
20	2 Thales Milesius	24	
21	3 Examij filius, pri	25	
22	4 mus Physicus,	26 Messena à Lacedæmoniorum so-	
23	5 Philosophus a-	27 cietate discessit.	
	gnoscitur, quem		
24	6 vixisse aiũt vsque	28	
	ad quinquagesi-		
	mam octauã O-		
	lympiadem.		
25	7	29	
26	8	30 †Scythæ vsque ad Palestinam pe-	
27	9	31 netrauerunt.	
28	10	32 Mistheus Atheniensium Poeta a-	
29	11	33 gnoscitur.	4570
30	12	34 Battus condidit Cyrenem.	
31	13	35 Synope condita in Ponto.	
		Lipara condita.	
32	14	36 † Apud Corinthios tyrannidem	
33	15	37 exercuit Periander.	

B C D E

† *Credo Cimbros dicere voluisse, vt refert Herodot. in 1. Sed et Scythas ait sub Cyaxare. Cæterũ ipse idem ait Psammetichũ occurrisse eis.*

† *Vide Herodot. in 1.*

Medorum.	*Macedonum.*	*Hebræorum Iudæ.* A
5	21	20
6	22	21
Olympias 39.		
7	23	22
8	24	23
9	25	24
10	26	25
Olympias 40.		B
11	27	26
12	28	27
13	29	28 Iosias rex Iudæorum cum Nechaone
14	30	29 Ægyptiorum rege congressus occi-
		ditur. Mihi miraculum subit, quomo-
Olympias 41.		do in præsens tẽpus sibi vterque con-
15	31	30 ueniat, maximè cùm scriptura diuina
		hunc eundem Pharaonem Nechao- C
16	32	31 nem appellet.
17	33	32
		IOACHAZ XIX. Hebræorum Iudæ,
18	34	menses 3.
Olympias 42.		Post quem ELIACHIM XX. qui &
19	35	1 Ioachim, annis 11.
20	36	2
21	37	3 Anno tertio Ioachim, Nabuchodo- D
		nosor rex Babyloniæ Iudæam capit,
22	38	4 & in ditionẽ suam redactis plurimis
Olympias 43.		Iudæorum, cùm etiam partem vaso-
	Post quem VII.	rum templi inuasisset, & tributarium
23	1 † EVROPS annis	5 fecisset Ioachim, victor ad patriam
24	2 26.	6 reuertitur.
25	3	7
26	4	8 Babylone Daniel, Ananias, Azarias
		& Misael clari habentur.
Olympias 44.		E
27	5	9
28	6	10
29	7	11
		IOACHIM, XXI. Hebræorum Iudæ,
30	8	1 qui & Iechonias menses tres.
Olympias 45.		Post quem SEDECHIAS, an. 11.
31	9	2 Et hunc rex Babylonius captum in
32	10	3 Babyloniam duxit, oculósque ei eruit.

† *Aeropus vocatur apud Herodot. l. 8.*

A

Aegyptiorum.	*Romanorum.*	*Lydorum.*	*Anni mundi*
		SADYATES, VII. Lydorum † annis	
34	16 Ancus Martius	1 15.	
35	17 Numæ ex filia	2 Perusina condita.	
	nepos, Auenti-	Epidamnus condita, quæ postea vo-	
36	18 num mõtem &	3 cata est Dyrrhachium.	
37	19 Ianiculum vrbi	4	
38	20 addidit, & suprà	5 Phalaridis tyrannis destructa.	
39	21 mare XVI. ab vr-	6 Draco legumlator, vt quibusdam	4580
	be miliario histo	videtur, agnoscitur.	
40	22 riam condidit,	7	
41	23 ad extremum	8	
	morbo periit.		
	TARQVINIVS		
42	1 PRISCVS, V.	9 Cyaxares aduersum Assyrios dimi-	
43	2 Romanorũ, an.	10 cans, Ninum ciuitatem capit.	
	37.		
	Tarquinius Pri-		
44	3 scus Capitolium	11 † Arion Methymnæus clarus habe-	
NECHAC II.	extruxit.	tur, qui à Delphino in portum Tæ-	
1 Ægypti, qui &	4	12 narum dicitur transportatus.	
2 Nechepsos, an-	5	13 Panętius primus in Sicilia arripuit	
nis 6.		tyrannidem.	
3	6	14	
4	7	15 Stesichorus Poeta clarus habetur.	
		† ALIACTES, VII. Lydorum, annis	
5	8	1 49.	4590.
6	9	2 † Alcman, vt quibusdam videtur,	
Post quẽ PSAM-		agnoscitur.	
1 MITES alius,	10	3 Cyaxares Medus subuertit Ninum.	
qui & Psamme-			
2 ticus, annis 12.	11	4 Pittacus Mitylenæus, qui de septem	
3	12	5 sapientibus fuit, cum Phrynone A-	
4	13	6 theniense Olympionice congressus,	
5	14	7 eum quoque interfecit.	
6	15	8	
7	16	9	
8	17	10 Perinthus condita.	
9	18	11 Camerina vrbs condita.	4600
10	19	12 Sappho & Alcæus Poetæ clari ha-	
11	20 Tarquinius Pri-	13 bentur.	
	scus Circum Ro		
	mæ ædificauit,		
	numerum Sena-		

B C D E

† *Annis vnodecim leguntur apud Herodotum, quibus hic regnarit.*

† *Meminit huius Gellius & Herodot. in 1.*

† *Haliaştes 57. annos dicitur regnasse apud Herodot. in 1.*

† *Alcmeon.*

Persarum.	*Macedonum.*	*Iudæorum captiuitas.* A
ASTYAGES VIII.		
1 Medorum, an. 38.	11	4
2	12	5
Olympias 46.		
3	13	6
4	14	7
5	15	8
6	16	9
Olympias 47.		B
7	17	10
8	18	11

Nabuchodonosor rex Chaldæorum Hierosolymis captis templum incendit, quod ab initio ædificationis suæ manserat annis 442. Sententiæ autem nostræ etiam Clemens congruit in primo Stromate, quadragesima septima Olympiade captiuitatem Iudæorum factam esse contestans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phenippo, & supputari septuaginta annos desolationis templi vsque in secundum annum Darij. Hebræorum captiuitas, exterminium templi, quod fuit in Hierusalem annis 70. C

9	19	1 *Iste numerus incipit à captiuitate Iudæorum, & finit vt sequitur.*
10	20	2
Olympias 48.		
11	21	3
12	22	4
13	23	5
14	24	6
Olympias 49.		D
15	25	7 In Babylone prophetabant Daniel, & Ezechiel.
16	26	8
	ALCETAS, VII.	
17	1 Macedonum, annis 25.	9
18	2	10
Olympias 50.		
19	3	11
20	4	12 E
21	5	13
22	6	14
Olympias 51.		
23	7	15
24	8	16
25	9	17
26	10	18
Olympias 52.		

Aegyptiorum.	*Romanorum.*	*Lydorum.*	*Anni*
	torum auxit, Ro-		*mundi*
12	21 manos ludos	14 Massilia condita ciuitas Galliæ.	
VAPHRES	instituit, muros		
1 Ægypti, annis	22 & cloacas ędifi-	15 Epimenides Athenas emundauit.	
30.	cauit, ad extre-		
2	23 mũ ab Anci fi-	16	
3	24 liis occisus est,	17 Solon Draconis legibus antiqua-	
4	25 regis eius cui	18 tis, extra eas quæ ad sanguinem per-	
5	26 ipse successerat.	19 tinebant, sua iura constituit.	
6	27	20	
7	28	21	4610
Capta Hierosolyma ab Assyriis, ad Vaphrem regem Ægypti reliqui Iudæorum transfugerunt. Huius Vaphris Hieremias Propheta meminit. His temporibus certantibus in agone τράγος, idest, hircus præmio dabatur: vnde aiunt Tragœdos nuncupatos.			
	Corinthiorum monarchia destructa est.		
8	29	22 † Solis facta defectio, cum futuram	
9	30	23 eam Thales ante dixisset.	
10	31	24	
11	32	25	
12	33	26	
13	34	27	
14	35	28 Aliactes & Astyages dimicauerunt.	
15	36	29	
16	37	30 Isthmia & Pythia post Melicertem	4620
	SERVIVS, VI.	primum acta.	
17	1 Roman. an. 34.	31 Septem sapientes appellati.	
18	2 Seruius ancillæ,	32 Astyages contra Lydos pugnat.	
19	3 sed nobilis capti-	33	
20	4 uę filius, tres mõ-	34 Anaximander Milesius Physicus	
21	5 tes vrbi addidit.	35 agnoscitur.	
Quirinalem, Viminalem, & Exquilinum: Fossas circum murum duxit, cen-			
22	6 sus Romanorũ	36 Agon Nemeocus primum ab Argi-	
23	7 ciuium primùm	37 uis actus, post eum qui sub Arche-	
24	8 instituit, & ad ex-	38 moro fuerat.	
25	9 tremũ Tarqui-	39 Phalaris tyrãnidem exercuit an. 16.	
	nij Superbi generi		
	sui superioris regis		
	filij scelere occisus		
	est.		

† Plinius meminit libro 2. cap. 12.

Persarum.	*Macedonum.*	*Iudæorum captiuitas.*
27	11	19 Mortuo Nabucodonosor Babylonio- A
28	12	20 rum rege, suscepit imperiũ Euilme-
		rodach, cui successit frater eius Baltha-
29	13	21 sar, sub quo Daniel eã scripturam, quę
30	14	22 in pariete apparuerat, interpretat' est,
Olympias 53.		significantem imperiũ Chaldæorum
31	15	23 in Medos & Persas transferendum.
32	16	24
33	17	25 B
34	18	26
Olympias 54.		
35	19	27
36	20	28
37	21	29
38	22	30
Olympias 55.		Cyrus Hebræorũ captiuitate laxata, L. C
Principium regni		fermè hominum milia regredi fecit in
Persarum.		Iudæã qui cõstructo altari templi fun-
Cyrus Medorum		damenta iecerunt: sed cũ à vicinis gen-
destruxit imperiũ		tibus fabricatio impediretur, imperfe-
& regnauit Persis		ctum opus vsque ad Dariũ permansit,
subuerso Astyage		solo alteri consistente.
rege Medorum.		
CYRVS I. Persa-		
1 rum, † annis 30.	23	31
2	24	32 D
3	25	33
4	26	34
Olympias 56.		
5	27	35
6	28	36
7	29	37 Prophetabant Aggeus & Zacharias,
	AMYNTAS, IX.	quo tempore Iesus filius Iosedech, &
8	1 Macedonum, an-	38 Zorobabel regij generis filius Salatiel,
Olympias 57.	nis 50.	clari habentur, qui & principes fue- E
9	2	39 runt eorum, qui regressi sunt in Iu-
10	3	40 dæam.
21	4	41
12	5	42
Olympias 58.		
13	6	43 Colligitur omne tempus captiuitatis
		Iudæorum an. 70. qui secundum quos-
14	7	44 dam à 3. anno Ioachim cœpit.

† *Vnum de triginta ait Herodot. in lib. 1.*

A

Aegyptiorum.	*Romanorum.*	*Lydorum.*	*Anni mundi*
26	10	40	
27	11	41 Abaris de Scythia venit in Græciam.	4630
28	12	42	
29	13	43	
30 ANAMASIS, Ægyptiorum,	14	44 Eugamnon Cyreneus, qui Theogoniam scripsit, agnoscitur.	
1 annis 43.	15	45 Agon gymnicus, quem Panatheneō	
B 2	16	46 vocant, Athenis actus.	
3	17	47 Æsopus interimitur à Delphis.	
4	18	48 Pisistratus Atheniensium tyrannus	
5	19	49 in Italiam transgreditur.	
		CROESVS, IX. Lydorum † an. 15.	
6	20	1	
7	21	2	4640
		† Anaximenes Physicus philosophus	
C		agnoscitur.	
		Stesichorus Poeta moritur.	
		Simonides clarus habetur.	
8	22	3 Chilon qui de VII. sapientibus fuit.	
9	23	4	
10	24	5	
D 11	25	6 Ephorus in Lacedæmone cōstituitur, id est, respector.	
12	26	7 Xenophanes Colophonius clarus	
13	27	8 habetur.	
14	28	9 Ea quæ de Crœso memorantur, quomodo tentarit oraculum.	
15	29	10 Crœsus aduersus Cyrum bellum iniit.	
16	30	11 Templum Apollinis Delphici se-	4650
17	31	12 cunda vice incensum.	
E 18	32	13 Thales moritur.	
19	33	14 Cyrus Sardis capitur.	
		Harpalus, qui apud Cyrum primi	
20	34	15 loci habebatur, aduersus Ioniam	
	TARQVINIVS,	dimicat.	
21	1 VII. Romanorū, annis 35.	Crœsus a Cyro captus est, & Lydorum regnum destructum est, quod stetit annis 230.	

† Quatuordecim ait Herodot.

† hic sub Alexandro Magno vixisse dicitur.

Persarum.	Macedonum.	Iudæorum captiuitas.
15	8	45 simum annū Cyri regis Per- A
16	9	46 sarum computantur. Porrò
Olympias 59.		secundū alios à Iosiæ Iudæo-
17	10 Theognus Poeta clarus ha-	47 rum regis anno decimo ter-
	betur.	tio, sub quo Hieremias pro-
18	11 Pisistratus secunda vice A-	48 phetare cœpit vsque ad pri-
19	12 thenis regnat.	49 mum annū supradicti Cyri
20	13 Pherecides historicus Pytha	50 regis. Desolationis vero tē-
Olympias 60.	goræ magister clarus habetur	pli sub Dario rege complē-
21	14 Hippicus carminū scriptor	51 tur anni 70. B
22	15 agnoscitur.	52
23	16 Simonides Lyricus, & Pho	53
24	17 cylides clari habētur, & Xe-	54
Olympias 61.	nophanes physicus tragœdia	
25	18 rum scriptor.	55
26	19	56
27	20 Anacreon Lyricus Poeta a-	57
28	21 gnoscitur.	58
Olympias 62.		C
29	22 Apud Samum tyrannidem	59 Thomyris regina Massage-
30	23 exercēt tres fratres Polycra-	60 tarum Cyrum interfecit.
CAMBYSES, II.	tes, Sylus & Pantagnostus.	
1 Persarum, an. 8.	24	61 Cambysen istum aiunt ab
2	25 Samij Dicæarchiam condi-	62 Hebræis & Nabuchodo-
Olympias 63.	derunt, quam nunc Puteolos	nosor vocari, sub Iudith hi-
3	26 vocant.	63 storia conscribitur.
4	27	64 Apud Hebræos Pontifex
5	28	65 maximus Iesus filius Iose- D
6	29 Pythagoras Physicus clarus	66 dech, & princeps gentis
Olympias 64.	Philosophus habetur.	Zorobabel, qui eis regna-
7	30 Hypparchus & Hippias A-	67 bat, clari habentur.
8	31 thenis tyrannidem exercēt.	68
† Persarum III. duo		Prophetabāt apud Hebræos
1 fratres Magi men-	32	69 nouissimi Aggæus, Zacha-
2 ses 7. Post quos	33	70 rias & Malachias.
Darius IIII. an. 36.		

† *Hi 7 mēses erant ad impletionem octaui anni Cambysis vt Herodotus lib. 3.*

Secundo anno Darij regis templum in Hierosolymis extruitur ab Zorobabel, cōsummaturque opus anno quadragesimo. Remissio quidem captiuitatis Iudæorum, & venia templi ædificandi sub Cyro exordium habuit, consummatur verò templum sub Dario, quia vicinæ gentes assiduis incursibus ædificationem impediebant. E

Aegyptiorum.	*Romanorum.*	*Anni*
22	2 Tarquinius Superbus excogitauit vincula taurea, fu-	*mundi*
23	3 stes, latomias, carceres, compedes, catenas, exilia.	
24	4	
25	5	
26	6	4660
27	7	
28	8	
29	9	
30	10	
31	11 † Tarquinius Superbus socero Seruio occiso, arripuit	
	imperium, Volscos, Gabios, Suessam, Pomeriam sub-	
32	12 iecit: & cùm oppugnaret Ardeam causa Tarquinij iu-	
33	13 nioris filij sui, qui Lucretiam corruperat, regno exclu-	
34	14 sus est.	
35	15	
36	16	4670
37	17	
38	18	
39	19	
40	20	
41	21	
42	22	
43	23	
XXVII. Dynastia Æ-		
gypti, in qua Persarũ	24	
rex: obtinuit quippe	25	
Ægyptum Camby-		
ses anno quinto re-	26	
gni sui vsque ad Da-	27	4680
rium filium Xerxis,		
annis 150.		

† *Hoc anno L. Tarquinius Superbus autoribus Liuio ac Dionysio regnare cœpit regitque annis 25.*

Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens: Et perseuerauit captiuitas annis 70. vsque ad secundum annum Darij filij Hydaspis, qui Persis, Assyriis, & Ægypto regnauit: sub quo Aggeus & Zacharias, & vnus de duodecim, qui vocatur Angelus prophetauerunt, sacerdotioque functus est Iesus filius Iosedech. Hæc supradictus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis templi altero anno Darij fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias Propheta, secundo anno Darij dicens: Domine † omnipotens quousque non misereberis Hierusalem, & ciuitatibus Iuda † quas aspexisti? Iste LXX. annus est.

† *Exercituũ.* † *quibus iratus es?*

An. mundi.	*Persarum.*	*Macedon.*	*Consulum.*
			A
Olympias 65. In qua Persarum regis Darij filij Hydaspis fuit annus secundus: ideò secūdus hic annus bis ponitur, quia vnus in Magorū fratrum septē mensibus cōputatur.			
	2	34	Armonius & Aristogiton Hipparchum tyrannum interfecerūt,
	3	35	& Leæna meretrix amica eorum, cùm tormentis cogeretur vt
	4	36	socios proderet, linguam suam mordicus amputauit.
	5	37	
	Oly.66.		
	6	38	Templum Hierosolymis consummatur, prophetantibus apud
	7	39	Iudæos Aggæo & Zacharia.
	8	40	B
	9	41	
	Oly.67.		
4690	10	42	
	11	43	
	12	44	
	13	45	
	Oly.68.		C
	14	46	
	15	47	
	16	48	
	17	49	
	Oly.69.		
	18	50	Censu Romæ agitato inuenta sunt hominū 120000.
		ALEXANDER X.	Nono anno post exactos reges noua dignitas est
	Macedonum	Macedonū	creata, Dictatura scilicet, & Magister Equitum, qui Dictatori obsequeretur. D
	19	1 an. 43.	Dictator primus Largius, Magister Equitum Spurius Cassius fuit.
	20	2	Hellanicus historiographus, & Democritus Philosophus, & Heraclitus cognomento Tenebrosus, &
4700	21	3	Anaxagoras physicus clari habentur.
	Oly.70.		
	22	4	
	23	5	
	24	6	
	25	7	Pythagoras Philosophus moritur. E
	Oly.71.		Volsci Coriolum perdiderunt.
	26	8	Æschylus tragœdiarum scriptor agnoscitur.
	27	9	Latini contra Romanos rebellarunt.
	28	10	Romę populus à patribus facta seditione discessit.
	29	11	Martius, qui Coriolos cœperat interuentu matris
			Veturiæ, & vxoris Volumniæ ab oppugnatione vrbis remouit exercitum.
	Oly.72.		

Bellum

Aegyptiorum.		Romanorum.	Anni mundi
	28		
	29		
	30		
	31		
	32		
	33		
	34		
	35	Romanorum reges defecerunt, &	
		Consules cœperunt.	

Pulsis ab vrbe regibus, vix vsque ad xv. lapidem Roma tenebat imperium.

Romanorum reges VII. à Romulo vsque ad Tarquinium Superbum imperauerunt annis 240. † siue vt quibusdam placet, 243.

Romæ post exactos reges primum Consules duo à Bruto esse cœperunt, deinde Tribuni plebis ac Dictatores, & rursum Consules rempublicam obtinuerunt per annos fermè 464. vsque ad Iulium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium Olympiade 183.

Decimoseptimo mare obtinuerunt Æginatæ annis vsque ad transitum Xerxis.

Valerius, Bruti Consulis collega, adeò pauper mortuus est, vt sumptu publico sepeliretur.

† Et Dionysius Halicarnasseus & Liuius regnatum sub regib. fatetur 244. an. Nec in singulis regnum annis cum hoc conueniunt ipsi inter se benè concordes.

LECTORI.

Quæ nunc sequuntur humanissime Lector, cohærent inter se omnia, nec fuerit opus vtrasque paginarum lineas amplius obseruare, ita vt fieri necesse fuit superius.

	Anni	*Persarum.*	*Maced.*	*Consulum.*	
	mundi	30	12	Bellum quod in Marathone gestum est, & ea quæ de Mil-	A
	4710	31	13	ciade scribuntur & Aristide, qui cognominabatur Iustus.	
		32	14		
		33	15	Panyasis Poeta habetur illustris.	
		Olympias 73.		Trecentæ nobiles Fabiæ familiæ à Veientibus cæsi.	
				Cum in Algido monte Romani milites obsiderentur, à Di-	
				ctatore Quintio Cincinnato liberati sunt.	
		34	16	Ægyptus recessit à Dario.	
		35	17	Gelo obtinuit Syracusas.	
		36	18	Pindarus & Simonides Lyrici Poetæ insignes habentur.	B
		Xerxes v.		Persarum filius Darij annis 20.	
		1	19	Romæ virgo Vestalis Pompilia deprehensa in stupro, viua	
				defossa est.	
		Olympias 74.			
		2	20	Xerxes Ægyptum capit. Aristides cum ignominia eiici-	
				tur.	
		3	21	Cherilus & Phrinicus illustres habentur.	C
		4	22	Diagoras agnoscitur, & sectatores eius Physici Philoso-	
				phi.	
		5	23	Xerxes pontem in Hellespontiaco mari fecit.	
	4720	Olympias 75.			
				Xerxes cum Athenis venisset incendit vrbem sub principe	
† Calliade ait Dionysius lib. 9.				† Callia.	
		6	24	Bellum quod in thermopylis gestum est, & apud Salaminam	
				nauale certamen.	
		7	25	Athenienses Piræum muro vallant.	
		8	26	Hieron Syracusis regnat.	D
		9	27	Æschylus Tragœdiarum scriptor agnoscitur.	
		Olympias 76.			
† Mycale.		10	28	Bellum in Plateis & in † Mychale.	
		11	29	Hieron post Gelonem Syracusis tyrannidem exercet.	
		12	30		
		13	31	Pindarus musicus clarus habetur.	
				Themistocles in Persas fugit.	
		Olympias 77.			
		14	32	Sophocles Tragœdiarum scriptor primum ingenij sui opera	
				publicauit.	E
	4730	15	33	Romæ virgo Vestalis Sunia deprehensa in stupro, viua de-	
				fossa est.	
		16	34	Sophocles & Eurypides clari habentur.	
		17	35	Herodotus historiarum scriptor agnoscitur.	
		Olympias 78.		Bacchilides & Diagoras Athenis plurimo sermone cele-	
				brantur.	
		18	36	Xeuxis pictor agnoscitur, ex cuius alij imaginibus, quas plu-	
		19	37	rimas inuitatus fecerat, lauacrum Byzantinorum appella-	

tum

A Persarum.	Maced.	Consulum.	Anni mundi
20	38	tum arbitrantur.	
21	39	† Themistocles hausto tauri sanguine moritur. Socrates na-	
		scitur.	
		Lapis in Ægon fluuium de cœlo ruit.	
ARTABANVS VI. Persarum, menses 7. qui menses in ordine annum repu-			
tantur.			
Post quem ARTAXERXES VII qui Longimanus cognominabatur an. 40.			
Olympias 79.		Ea quæ de Hester, & Mardochæo scripta sunt, quidam affir-	
B 1	40	mant sub hoc rege gesta, quod ego non puto, nunquam	
2	41	enim Ezras de Hester siluisset, qui scribit hoc tempore	
		Ezram & Neemiam reuersos ex Babylone, & ea deinceps	
		consecuta, quæ ab his gesta feruntur.	
3	42	Sicilia à populo regebatur.	
4	43	Cymon iuxta Eurimedontem Persas nauali pedestrique cer-	4740
	PERDI-	tamine superat, & modicum bellum conquiescit.	
	CAS XI. annis 28.	Solis facta defectio: Anaxagoras moritur.	
Olympias 80.			
5	1	Heraclitus clarus habetur.	
C 6	2	Ezras sacerdos apud Hebræos insignis agnoscitur, cuius æta-	
7	3	te Pontifex Maximus habitus est Nechasib, filius Ioachim,	
8	4	filij Ieso, filij Iosedech. Fuit autem Ezras eruditissimus legis	
Olympias 81.		diuinæ, & clarus omnium Iudæorum magister, qui de capti-	
		uitate regressi fuerant in Iudæam, affirmatúrque diuinas	
		scripturas memoriter condidisse, & vt Samaritanis non mi-	
		scerentur literas Iudaicas commutasse.	
9	5	Empedocles & Parmenides Physici Philosophi notissimi	
		habentur. Zeno & Heraclitus tenebrosus agnoscitur.	
D		Pherecydes Syrus historiarum scriptor agnoscitur.	
10	6	Cratinus & Plato Comediarum scriptores clari habentur.	
		Aristarchus Tragœdiographus agnoscitur.	
11	7	Romani per legatos ab Atheniensibus iura petierunt ex qui-	
		bus XII. tabulæ conscriptæ.	
12	8	Romæ clarior Agon centenarius primus actus.	
Olympias 82.			
		Trecentesimo secundo anno ab vrbe condita X. viri creati,	
13	9	& post annum eiecti sunt propter Appium Claudium, qui	
		Virginij cuiusdam filiam contra Latinos in Algido militãtis	
E		voluit auferre.	
14	10	Crates † Comicus, & Telesilla ac Bacchilides lyricus clari	4750
		habentur, Praxilla quoque & Deobulina sunt celebres.	
15	11	Templum Iunonis, quod Argis fuerat, incensum.	
16	12	Abaris Hyperboreanus Ariolus agnoscitur.	
Olympias 83.			
		Tribuni plebis & Ædiles Romæ facti Consulibus electis.	
17	13	Neemias Hebræus, minister vinarius Artaxerxis regis cõce-	
		dente sibi domino suo, XX. eius anno de Babylone venit in	

† Thucydides tradit Themistoclem ad Artaxerxem venisse.

† Cynicus.

Anni mundi	*Alexander.*	*Macedonum.*	*Consulum.*	
			Iudæam, & xxxii. anno muros vrbémque restituit.	A
	18	14	Scribit Ezras opus fuisse completum sub Pontifice	
			Ioade filio Ioasib, cui successit Ioannes filius suus, qui	
			temporibus Alexandri Macedonis fuit.	
			Huc vsque Hebræorum diuinæ scripturæ annales	
	19	15	temporum continent, ea verò quæ post hæc apud Iu-	
			dæos gesta sunt, exhibemus de libro Machabæorum	
			& Ioseph, & Africani scriptorum, qui deinceps vni-	
			uersam historiam vsque ad Romana tempora perse-	
			cuti sunt.	B
	20	16	Athenienses & Lacedæmonij fœdus xxx. annorum	
			ineunt.	
	Olympias 84.			
			Herodotus cùm Athenis libros suos in Concilio le-	
			gisset, honoratus est.	
	21	17	Melissus Physicus agnoscitur.	
	22	18	Euripides Tragœdiarum scriptor clarus habetur, &	
	23	19	Protagoras Sophista, cuius libros decreto publico	
4760	24	20	Athenienses exusserunt.	C
	Olympias 85.			
	25	21	Romæ rursus Consules creati.	
	26	22	Phidias eburneam Mineruam facit.	
			Fidennates contra Romanos rebellant.	
	27	23	Theathecus Mathematicus agnoscitur.	
	28	24	Aristophanes clarus habetur, & Sophocles Poeta	
			Tragicus.	
	Olympias 86.			
			Gens Campanorum in Italia constituta.	D
	29	25	Democritus Abderites, & Empedocles & Hippo-	
			crates medicus, Gorgias, Hippiásque, & Prodicus,	
			& Zeno, & Parmenides Philosophi insignes haben-	
			tur	
	30	26	Socrates qui scholam congregauit plurimo sermone	
			celebratur.	
	31	27	Neemiam, qui muros Hierusalem construxit, con-	
			summasse opus xxxi. anno Artaxerxis regis Persa-	
	32	28	rum Ezras memorat. Si quis ab hoc tempore 70. heb-	
			domadas à Daniele scriptas numeret, quæ faciunt an-	E
	Olympias 87.		nos 490. reperiet eas in regno Neronis expletas, sub	
			quo obsideri Hierusalem cœpta, secundo postea Ves-	
			pasiani anno capitur.	
		Archelavs, xii. Macedonum, annis 24.		
	33	1	Initium belli Peloponnesiaci.	
4770	34	2	Bacchilides carminum scriptor agnoscitur.	
	35	3	Athenienses pestilentia laborant.	

Thucy-

Perſarum.	*Macedonum.*	*Aegypt.*	*Conſulum.*	*Anni mundi*
			Thucydides agnoſcitur.	
36	4		Pericles moritur.	
Olympias 88.				
37	5		Eupolis & Ariſtophanes ſcriptores co-	
			mœdiarum agnoſcuntur.	
38	6		Ex Ætna monte ignis erupit.	
39	7		Terræ motu apud Locros ſciſſo Athlante	
			ciuitas facta eſt inſula.	
40	8		Plato naſcitur.	
SECVNDVS XERXES VIII. Perſarum, menſes 2.				
Poſt quem SOGDIANVS IX. menſes † 8.				
Sic per menſes diuerſos his ſuperioribus annus accreſcit, cui ſuccedit				
DARIVS X. cognomento Nothus, annis 19.				
Olympias 89.				
1	9		Lacedæmonij & Atheniēſes fœdus per-	
			cutiunt.	
2	10		Eudoxus Gnidius clarus habetur.	
3	11			
4	12		Lacedæmonij ver ſacrum deſtinantes	4780
Olympias 90.			Heracleam vrbem condunt.	
5	13			
6	14		Clades quæ Athenienſibus accidit in	
			Sicilia.	
7	15			
8	16			
Olympias 91.				
9	17			
10	18		Alcibiades profugus abiit ad Tiſapher-	
11	19	Ægyptus à	nem.	
12	20	Perſis receſſit, & regnauit AMARTHEVS primus		
Olympias 92.		Saites, annis 6.		
		1		
13	21	2	Euboea ab Athenienſium ſocietate diſ-	
14	22	3	cedit. XXVIII. Dynaſtia Ægypti.	4790
15	23	4		
16	24	5	Euripides apud Archelaum, & Sopho-	
			cles Athenis moritur.	
Olymp. 93.	ORESTES	6	Dionyſius in Sicilia tyrānidem exercet.	
17	XIII. an 3.			
	1	NEPHERI-	XXIX. Dynaſtia Ægyptiorum, an. 40.	
18	2	1 TES II. annis 6.		
19	3	2		
ARTAXERXES XV. Perſarum, qui cognominatus eſt Memnon, Darij &				
Pariſatidis filius annis 40.				
	ARCHELAVS XIIII. Macedonum, annis 4.			

Anni mundi	*Persarum.*	*Macedonum.*	*Aegyptiorum.*	*Consulum.*	
	1	1	3		A
	Olympias 94.		4	Sub hoc rege mihi videtur historia quæ	
	2	2	5	in Hester libro continetur expleta: ipse	
	3	3	6	quippe est, qui ab Hebræis Aluerus, & à	
			Post quem	LXX. Interpret. Artaxerxes vocatur.	
			ACHORIS		
	4	4	annis 12.	Dionysius Syracusis tyrãnidem exercet.	
		PAVSANIAS XV. Macedonum anno 1.			
				Athenienses sustinent tyrannidem.	
4800	5	1	1	Isocrates Rhetor agnoscitur.	B
			xxx. Dynastia Ægyptiorum Mindesiorum.		
				Democritus moritur.	
				Alcibiadem Pharnabasus interficit.	
	Olympias 95.			Cyri regis ascensus de quo scribit Xeno-	
				phon	
		Post quem		Tyranni Athenis oppressi	
	6	AMYNTAS	2	Athenienses 24. literis vti cœperunt, cum	
		1 XVI. an. 6.		antea 16. tantum literas haberent.	
	7		3	Xenophon filius Gribi, & Crœsias clari	C
				habentur.	
	8	2	4	Socrates venenum bibit.	
	9	3	5	Socratici clari habentur.	
				Templum rursus Ephesi incensum.	
	Olympias 96.				
	10	4	6	Diogenes Cynicus agnoscitur.	
	11	5	7	Speusippus insignis habetur.	
	12	6	8	Dionysius in tyrannide perseuerat.	
		Post quem ARGEVS XVII. anno 1.			D
	13	1	9	Carthageniensium bellum famosum	
	Olympias 97.				
	14		10	Eudoxus Astrologus agnoscitur.	
		Post quem rursum		Galli Senones Romam inuaserunt, ex-	
4810	15	1 AMYN-	11	cepto Capitolio.	
	16	2 TAS, XVIII.	12		
	17	3 an. 19.	PSAMMVTES IIII. Ægypti anno 1. Plato Philosophus		
			1	agnoscitur.	
			Post quem		
			NEPHERI-		E
			TES v. menses 4.		
			Et post cum NECTANEBVS VI. annis 18.		
	Olympias 98.			Tribuni militares pro Consulibus esse	
	18	4		cœperunt.	
	19	5	1	Euagoras in furorem versus, cum regna-	
	20	6	2	ret Cypri.	
	21	7	3		
	Olympias 99.				
	22	8	4	xxxi. Dynastia Ægyptiorum Euenitarum.	

Olym-

Persarum.	Macedonum.	Aegyptioru.	Consulum.	Anni mundi
23	9	5		
24	10	6		
25	11	7		4820
Olympias 100.				
26	12	8	Magno terræ motu Helice & Bura Pelepō-	
27	13	9	nesi vrbes absumptæ sunt.	
28	14	10		
29	15	11	Prænestini à Romanis victi apud flumen	
Olympias 101.			Alliam per Quintium Cincinnatum.	
B 30	16	12	Athenienses principes Græciæ facti.	
31	17	13	Isocrates Rhetor agnoscitur.	
32	18	14	Plato & Xenophon: necnon & alij Socrati-	
			ci clari habentur.	
	ALEXANDER XIX. Mcedonum, annis I,			
33	1	15		
Olympias 102. Post quem PTOLEMÆVS ALORITES XX. an. 4.				
34	1	16		
35	2	17		4830
C 36	3	18		
		THEO, VII. Ægypti annis 2.		
37	4.	1		
Olympias 103.		Theo rex Ægypti fugit in Arabiam.		
38	1 PER-	2	Dionysius rex Siciliæ 19. anno moritur post	
	DICA	XXXII.	quem iunior Dionysius regnum inuadit.	
39	2 XXI. an-	1 Dynastia	Aristoteles 18. ætatis gerens annum Plato-	
40	3 nis 6.	2 Ægyptio-	nis auditor est.	
		tum NECTANEBVS, annis 18.		
ARTAXERXES XII. Persarum qui & Ochus, annis 26.				
D 1	4	3		
Olympias 104.				
2	5	4	Alexander Phereus agnoscitur.	
3	6	5	Camillus Gallos, qui bellum Romanis in-	
			tulerant, superat.	
	PHILIPPVS XXII. Macedonum, annis 26.			
4	1	6		
5	2	7		4840
Olympias 105.				
E 6	3	8	Demosthenes Orator agnoscitur.	
			Æschynes Orator agnoscebatur.	
7	4	9	Ochus Apodasmo Iudæorū capta in Hyr-	
8	5	10	caniam accolas translatos iuxta mare Ca-	
9	6	11	spium collocauit.	
Olympias 106.			Dionysius Siculus pellitur.	
10	7	12		
11	8	13	Alexāder Philippi & Olympiadis filius nascitur.	*Alexander Magnus.*
12	9	14	Dionysius Syracusis interimitur.	
13	10	15	Hipparinus verò Dionysij filius Syracusis	

Aegyptiorũ regnum desiit.

Darius vltimus rex Persarum.

Anni	*Persarum.*	*Macedonum.*	*Aegyptiorum.*	*Consulum.*
mundi	Olympias 107.			tyrannidem exercet.
				Herina Poetria agnoscitur.
	14	11	16	Ochus Ægyptum tenuit, Nectanabo in Æ-
4850	15	12	17	thiopiam, pulso, in quo Ægyptiorum re-
	16	13	18	gnum destructum est.
				Ægyptiorum regnum destructum est.
	17	14		Huc vsque Manetho.
	Olympias 108.			Ochus Sydonem subuertit, & Ægyptum
	18	15		suo iunxit imperio.
	19	16		Demosthenes Orator omnium fama cele-
				bratur.
	20	17		Romani Gallos superant.
	21	18		Dionysius Corinthũ sub fœdere nauigauit.
	Olympias 109.			Plato moritur, post quem Academiã Speu-
				sippus tenuit.
	22	19		Romani cum Samnites duobus prælijs cæ-
	23	20		cidissent, vniuersos confines, quia à sua so-
	24	21		cietate discesserant, in ditionem propriam
				redigunt.
4860	25	22		Dionysius Corintho expulsus.
	Olymppias 110.			
	26	23		Descriptione Romæ facta inuenta sunt ci-
				uium 160. milia.
	ARSES XIII. Persarũ, Ochi filius, annis 4.			
	1	24		Iudæorum Pontifex maximus Iaddus cla-
				rus habetur.
	2	25		Speusippus moritur, cui successit Xeno-
	3	26		crates.
	Oly. III.	ALEXANDER XXIII. Macedonum, Philippi filius, an. 12, menses 6.		
	4	1		
	Post quem DARIVS XIIII. Arsami filius, annis 6.			
	1	2		Manasses frater Iaddi Pontifex Iudæorum
				templum in monte Garizin construxit.
				Alexander aduersus Illyricos & Thracas fe-
	2	3		liciter dimicans, subuersis Thebis in Persas
	3	4		arma corripuit, & apud Granicũ flumẽ re-
				giis ducibus oppressis, vrbem Sardis capit.
	Olympisas 112.			Romanorũ Consul Manlius Torquatus fi-
	4	5		lium suum, quod cõtra imperiũ in hostẽ pu-
				gnauerat, virgis cæsum securi percussit.
4870	5	6		Alexander capta Tyro Iudæam inuadit, à
				qua fauorabiliter exceptus, deo victimas
	immolat, & Pontificem templi honoribus plurimis prosequitur.			
				Andromacho locorum custode dimisso,
		quem postea Samaritani interficiunt: ob quæ ab Ægypto reuersus		
				Alexander, magnis eos suppliciis affecit, &
				vrbem eorum captam Macedonibus ad

inhabi-

	Alexand.	*Macedonum.*	*Consulum.*	*Anni*
A			inhabitandum tradidit.	*mundi*
	6	7	Alexandria in Ægypto ab Alexandro condita septi-	
			mo anno regni eius: quo tempore etiam Latini à Ro	
			manis perdomiti sunt.	
			Alexander obtinuit Babylonem interfecto Dario, in	
			quo Persarum regnum destructum est.	
			Alexander regnum Asiæ anno regni sui VII. occupat,	
			& tenet omnia annis XII.	
B		8	Anaximenes, & Epicurus clari habentur.	
			Alexander Hircanos & Medos capit, reuerténsque	
	Olympias 113.		in Hammone Paretonium condidit.	
		9	Alexander Aornim petram capit, & Indum amnem	
		10	transgreditur.	
			Bellum Alexandri in India aduersum Porum, & Ta-	
			xillen.	
		11	Harpalus fugit in Asiam.	
C			Romani Samnites subigunt, & colonias deducunt.	
		12		
	Olympias 114.		Alexander XXXIII. ætatis suæ anno moritur in Baby-	
			lone, post quem translato in multos imperio, diuersi	
			regnauerunt.	
			PHILIPPVS, XXIIII. Macedonum, qui & Aridæus fra-	
			ter Alexandri, annis 7.	
			Ægyptiorum primus regnauit PTOLEMÆVS Lagi filius, an. 40.	
			Appius Claudius Cæcus Romæ clarus habetur, qui	
			aquam Claudiam induxit, & viam Appiam strauit.	
D	1	1	Lydiam & Thraciam, & Hellespõtum Lysimachus	
			tenuit.	
			Macedonum duces in seditionem versi.	
	2	2	Agathocles Syracusis tyrannidem exercet.	
			Lamiacum bellum notum.	
			Perdica aduersus Ægyptios dimicat.	
	3	3	Ptolemæus Lagi filius Hierosolymis & Iudæa in di-	
			tionem suam dolo redactis, plurimis captiuorum in	
			Ægyptum transtulit.	
	4	4	Iudęorum Pontifex Maximus Onias Iaddi filius cla-	
E			rus habetur.	
	Olympias 115.			
			Menander primam fabulam cognomento Orgen-	4880
			docens superat.	
		5	Theophrastus Philosophus agnoscitur, qui à diuini-	
			tate loquendi, vt ait Cicero, nomen accepit.	
			Theodorus Athenæus agnoscitur.	
			Demetrius Phalereus habetur illustris.	
			Romani Samnites diutissime contra se præliantes, ad	
			extremum in seruitutem sui redigunt.	

Anni	*Alexand.*	*Macedonum.*	*Consulum.*	*Asiæ*	*& Syriæ.*	
mundi				in Asia primus regnauit		A
				Antigonvs annis 18.		
	6	6		1		
	7	7		2		
		Cassander xxv. Macedonum an.19.				
	8	1		3		
	Olymp.116.					
	9	2	Menedemus & Speusius Phi-	4		
	10	3	losophi insignes habentur.	5		
	11	4		6		B
	12	5		7		
			Machabæorũ hebræa historia		Primus Selev-	
			hic Grecorum supputat regnũ:		cvs nicanor	
			verum hi libri inter diuinas		Syriæ & Baby-	
			scripturas non recipiuntur.		loniæ & superio-	
	Olymp.117.			8	1 rum locorum	
	13	6	Romani Marsos, Vmbros, &		regnauit an-	
			Pelignos superant.	9	2 nis 32.	
4890	14	7	Romani Colonias deducunt			C
			Lysimachia in Thracia con-			
			dita.			
			Ab hoc loco Edisseni sua tem-			
			pora computant.	10	3	
	15	8	Cyprum Ptolemæus inuasit.	11	4	
	16	9	Theodorus Philosophus Athe-			
			nis agnoscitur.	12	5	
	Olymp.118					
	17	10	Demetrius Phalereus ad Pto-	13	6	D
	18	11	lemæum veniẽs, impetrauit vt			
			Atheniẽsibus Democratia red-			
			deretur, id est, populi potestas.			
				14	7	
	19	12	Seleucus Antiochiam, Laodi-			
			ciam, Seleuciam, Appamiam,	15	8	
	20	13	Edissam, Beroeam, & Pellum			
	Olymp.119.		vrbes condidit, quarum Antio-	16	9	E
	21	14	chiam 12. anno regni sui stru-	17	10	
			xit.	18	11	
	22	15				
	23	16	Seleucus Babyloniã obtinuit.		Demetrivs	
					11. Asiæ, qui &	
				1	12 Polyorcetes	
					annis 17.	
4900	24	17				
	Olymp.120.					

Iudæorum

A	*Alexand.*	*Iudæorum.*	*Consulum.*	*Asiæ.*	*Syriæ.*	*Anni*	
			Iudæorum Pontifex Maximus			*mundi*	
	25	18	Simon Oniæ filius clarus habe	2	13		
			tur, cui cognomentum Iusto				
	26	19	fuit propter sollicitã in deum	3	14		
		Filij Cassandri	religionem, & in ciues suos				
		annis 4.	pronam clementiam.				
	27	1 ANTIGONVS		4	15		
	28	2 ET ALEXANDER XXVI. annis 4.		5	16		
B		Olympias 121.					
	29	3	Demetrius rex Asiæ cognomẽ	6	17		
			to Poliorcetes, Samaritanorũ				
	30	4	vrbem vastat, quam Perdica	7	18		
		Post quos DEME-	construxerat.				
		TRIVS XXVII. an-					
	31	1 nis 6.	Sensu Romæ agitato, inuenta	8	19		
			sunt ciuium Romanorum 270.				
			milia.				
C	32	2	Legati Alexandrini à Ptole-	9	20		
			mæo primum Romam missi a-				
			micitias imperauerunt.				
		Olympias 122.					
	33	3	Menander Comicus moritur.	10	21		
			Romani Gallos Tyrrhenósque				
	34	4	terra sorte diuiditur.	11	22	4910	
			Seleucus in eas vrbes quas ex-				
D	35	5	truxerat, Iudæos transfert, ius	12	23		
			eis ciuium & municipalem or-				
			dinem cum Græcis æquali ho-				
	36	6	nore concedens.	13	24		
		Olympias 123.					
		PYRRHVS XXVIII. menses 7.					
			Iudæorum Pontifex Eleazarus				
E	37	Post quẽ LISIMA-	frater Simonis suscepit templi	14	25		
		CHVS XXIX. an-	ministeriũ filio Simonis Onia				
		nis 5.	paruo admodum derelicto.				
			Seleucus in Sicilia capto De-				*Syriæ & Asiæ Demetrius præfuit.*
			metrio, Syriæ & Asiæ pariter				
			imperauit.				
	38	1	Serapis simulachrum Alexan-	15	26		
			driam venit.				
	39	2	Conditæ à Romanis Ariminũ	16	27		
	40	3	& Beneuentum.	17	28		

Anni	*Alexander.*	*Macedonum.*	*Consulum,*	*Syriæ & Asiæ.*	
mundi		Olym.124.		Demetrius	A
		Ptolemævs Philadelphus II. Ægypti annis 38.		semetipsum	
	1	4	Sostratus Gnidius Pharum in Alexan-	29 Seleuco	
			dria construxit.	tradidit.	
			Antigonus coguomento Gonates La-		
			cædemonem obtinuit.		
	2	5	Romani Crotonem capiunt.	30	
		Ptolemævs xxx. cognomento Ceraunus an.I.			
	3	1	Ptolemæus Philadelphus Iudæos qui in	31	B
		Melea-	Ægypto erant liberos esse permisit: &		
	grvs xxxi menses 2.		vasa Eleazaro Pontifici Hierosolyma-		
		antipater	rum votiua transmittens, diuinam scri-		
	xxxii. dies 45.		pturam in vocem Græcam ex Hebræa		
		Post quem	lingua per lxx. Interpretes transferri		
4920	4	I sosten-	curauit, quas in Alexandrina bibliothe-	32	
		nes	ca habuit, quam sibi ex omni genere	Syriæ & A-	
		xxxiii.	literaturæ comparauerat.	siæ post Se-	
		an.2.		leucū regna-	C
	5	2 Olym.125.		uit Antio-	
† σοτήρ.		Antigo-		chvs † So-	
		nvs Gonates xxxiiii. annis 36.		ter. II. annis	
	6	1		2 43.	
	7	2		3	
	8	3	Vna virginum Romanarum in corrup-	4	
		Olymp.126.	tione deprehensa percutitur.		
	9	4	Milo Romanis Tarentum tradidit.	5	
	10	5	Romani Calabriam Messanámque te-	6	D
	11	6	nuerunt.	7	
	12	7		8	
		Olym.127.	Aratus agnoscitur.		
	13	8	Argenteus nummus primum in vrbe fi-	9	
4930.	14	9	guratus.	10	
			Palæmon Philosophus moritur.		
	15	10	Post quem Archesilas & Crates clari	11	
			habentur.		
	16	11	Romani Colonias deduxerunt, multæ-	12	E
		Olymp.128.	que vrbes in Sicilia eis iunctæ.		
	17	12		13	
	18	13		14	
	19	14	Romæ virgo Vestalis in stupro detecta,	15	
	20	15	laqueo vitam explet.	16	
		Olymp.129.			
	21	16	Zeno Stoicus moritur post quem	17	

Cleanthes

	Alexand.	Macedon.	Consulum.	Syriæ.	Anni mundi
A			Cleanthes cognoscitur.		
	22	17	Romani Syracusas capiunt.	18	
	23	18	Nicomedes rex Bithyniæ Astacum vr-	19	
			bem amplians, Nicomediam nũcupauit.	ANTIOCHVS	
				III Syriæ,	
	24	19	Romani Carthaginenses nauali certa-	1 qui vo-	4940
	Olympias 130.		mine superant, & centum Libyæ vrbes	cabatur.	
	25	20	capiunt.	2 Theos an-	
B	26	21		3 annis 15.	
	27	22	Erasistratus medicus agnoscitur.	4	
	28	23		5	
	Olympias 131.				
	29	24	Antigonus Atheniensibus reddidit liber-	6	
	30	25	tatem. Iudæorum Põtificatum post Elea-	7	
	31	26	zarum auunculum eius Manasses acce-	8	
	32	27	pit.	9	
C	Olympias 132.				
	33	28	Carthaginenses 60. Romanorum naues	10	
	34	29	in Sicilia capiunt, Metello Consule in fu-	11	
	35	30	gam verso.	12	4950
	36	31		13	
	Olympias 133.				
	37	32		14	
	38	33	Parthis à Macedonum imperio deceden-	15	
D			tibus, primum regnauit ARSACES, vn-		
			de Arsacidæ dicti.	SELEVCVS	
	III. PTOLEMÆVS EVERGETES Ægypti, an. 26.			GALLINICVS	
				IIII. Sy-	
	1	34	Iudæorum Pontifex Onias Simonis Iusti	1 riæ, an-	
			filius clarus habetur, qui cõsueta regi Pto-	nis 20.	
	2	35	lemæo tributa non reddens, ad iram eum	2	
	Olymp. 134.		compulit. Verum Iosephus inter suos no-		
			bilis legatus à Iudæis ad Ptolomæum mis-		
			sus, cùm familiaritatem regis ob plurima		
E	3	36	in eum meruisset obsequia, dux Iudææ, &	3	
			regionum finitimarum constituitur.		
			Censu Romæ agitato inuenta sunt homi-		
		DEME-	num 160. milia.		
		TRIVS	XXXV. Macedonum, an. 10.		
	4	1		4	
	5	2	Romæ templum Vestæ incensum.	5	
	6	3	Q. Ennius Poeta Tarenti nascitur.	6	4960

Initium hic belli Punici & Polybius à Olympiad. 129. lib. 1. sumpsit initiũ quanquã alio qui texit historiã ab Olympia 140.

Anni	*Alexand.*	*Maced.*	*Consulum.*	*Syriæ.*	
mundi	Olympias 135.		qui à Catone Quæstore Romam transla-		A
	7	4	tus habitauit in monte Auentino, parco	7	
			admo dum sumptu cõtentus, & vnius an-		
	8	5	cillæ ministerio.	8	
	9	6		9	
	10	7		10	
	Olympias 136.				
	11	8	Virgo Vestalis Romæ à seruo corrupta,	11	B
	12	9	propria manu se interemit.	12	
	13	10		13	
		†ANTIGONVS XXXVI. annis 15.		14	
	14	1			
	Olympias 137				
	15	2	Iudæorum Pontifex maximus Simon O-	15	
4970	16	3	niæ filius clarus habetur, sub quo Iesus fi-	16	
	17	4	lius Sirach Sapientiæ librum componens	17	
	18	5	quem vocant Panaræton, etiam Simonis	18	
	Olympias 138.		in eo fecit mentionem.		C
	19	6	XL. fermè milia Gallorum à Romanis cęsa.	19	
	20	7		20	
				SELEVCVS	
	21	8		1 v. Cerau-	
	22	9		2 nus, an. 3.	
	Olympias 139.			3	
	23	10			
				ANTIO-	
	24	11	Caria & Rhodos ita terræ motu concussæ	1 CHVS Ma-	D
	25	12	sunt, vt Colossus magnus rueret.	2 gnus VI.	
4980	26	13		3 annis 36.	
	Olympias 140.				
	†IIII. PTOLEMÆVS PHILOPATOR, Ægypti, an. 17.				
	1	14	Ea quæ in tertio † Machabæorum libro	4	
	2	15	scripta sunt, sub hoc Ptolemęo gesta refe-	5	
			runtur.		
		PHILIPVS XXXVII. Macedonum, an. 42.			
	3	1		6	E
	4	2		7	
	Olympias 141.		Victi Iudæi, & LX. milia armatorum ex nu-		
			mero eorum cæsa sunt.		
	5	3	Romæ virgines Vestæ ob stupri reatum	8	
			terrà obrutæ.		
	6	4	Eratosthenes Philosophus agnoscitur.	9	
	7	5	Romani Marcello consule Syracusas ca-	10	
	8	6	piunt.	11	

† Hunc antigonum magni facit Poly lib. 1. ad finẽ. Liuius li. 10. quartæ decadis non ita longè à fine, ait hunc à Græcis tutorem dictum, vt cognomine à cæteris regibus distinguerent.

† Hoc an. Polyb. historiam suam lib. 3 incepit. Hunc Ptole. Strabo libro vltimo vocat quartum.

† Mirũ quis sit ille tertius Machabæorũ liber, cum nos duos duntaxat habemus.

Olympias

	Alexand.	Macedon.	Consulum.	Syriæ.	Anni mundi
A	Olympias 142.				
	9	7	Romani subiugant Capuam & Siciliam.	12	
	10	8	† Antiochus rex Syriæ victo Philopatore	13	
	11	9	Ptolemæo Iudæam sibi sociat.	14	
	12	10		15	
	Olympias 143.				
	13	11	Leuinus cum rege Asiæ Attalo amicitiam	16	
			facit.		
B	14	12	Iudæorum Pontifex maximus Onias filius	17	
	15	13	Simonis insignis habetur, ad quem Lace-	18	
	16	14	dæmoniorum rex Arius legatos mittit.	19	
	Olympias 144				
	17	15	Scipio † Hyberiæ multas vrbes recipit.	20	
	V. Ptolemæus EPIPHANES Ægypti, an. 24.				
	1	16	Næuius Comicus Vticæ moritur, pulsus	21	
			Roma factione nobiliū, ac præcipuè Me-		
			telli.		
C	2	17	Ptolemæus Epiphanes Scopa principe mi	22	
	3	18	litiæ destinato Iudæam capit, & plurimas	23	5000
			Syriæ ciuitates.		
	Olympias 145.				
	4	19	Plautus ex Vmbriæ Sarsina Romæ mori-	24	
			tur, qui propter annonæ difficultatem, ad		
	5	20	molas manuarias pistori se locauerat, ibi	25	
			quoties ab opere vacaret, scribere fabulas,		
			& vendere sollicitus consueuerat.		
	6	21	Iuxta Theram apparuit insula, quæ voca-	26	
D			tur Hiera.		
	7	22	Antiochus Scopa superato Syriæ vrbes re-	27	
			cepit, & Iudæis voluntate coniungitur.		
	Olympias 146.				
	8	23	Romani Græcos liberos esse iusserunt, &	28	
	9	24	vniuersa Hyberia imperata fecit.	29	
	10	25	Antiochus Iudæorum erga se cognita vo-	30	
			luntate magnis eos muneribus donat, &		
	11	26	per epistolas crebris laudibus prosequitur	31	
	Olympias 147.				
E	12	27	Post prælium, quo in † Termopylis est vi-	32	
	13	28	ctus Antiochus, hoc inter Romanos & eū	33	5010
			conuenit, vt mille talenta per annos sin-		
			gulos vectigalis eius nomine solueret.		
	14	29	Romani multas colonias deduxerunt.	34	
	15	30	Antiochus in amicitiam Ptolemæi regres-	35	
			sus pacem cum eo fecit, & Cleopatra filia		
			sua vxore tradita, dotis nomine Syriam,		
			Phœnicen, Samariam, Iudæamque con-		
			cedit.		

Olympiad. 141. secundum bellum punicum incepit. † Poly lib. 5. hoc bellum scripsit. Sed pugna ad Raphiam victū Antiochum.

† Hispaniæ.

† Ad Magnesiam.

† Necesse est igitur vt 3 libri Machab. historia fuerit prior 2. lib. historia, quippe sub posteriore rege, vide præcedente folio. Sed ego nullum noui librũ 3. Machab.

Anni mundi	*Alexand.*	*Maced.*	*Consulum.*	*Syriæ.*
	Olympiâs 148.		Eumenes frater regis Attali, qui Eumeniã	
			in Phrygia condidit clarus habetur.	
	16	31	† Secundus liber Machabæorum apud Iu-	36
			dæos huius temporis gesta continet.	SELEVCVS
	17	32	Titus Liuius tragœdiarum scriptor clarus	I VII. qui
			habetur, qui ob ingenij meritum à Liuio	& Philo-
			Salinatore, cuius liberos erudiebat, liber-	pator, an.
			tate donatus est.	12.
	18	33	Cùm ab Antiocho per legatos Hannibal	2
			reposceretur, cui se à Scipione victus so-	
			ciauerat, ad Prusiam regem Bithyniæ trãs-	
	19	34	fugit, quem cùm rursus per Flaminium e-	3
			tiam ab eo Senatus repeteret, & tradendus	
			esset venenum bibit, & apud Libyssam Bi-	
			thyniæ sepultus est.	
	Olympias 149.			
	20	35	Simon Præpositus templi Hierosolymo-	4
			rum, ad Apollonium Seleuci ducem Phœ	
			nice confugiens, multis ei muneribus re-	
			promissis sacerdotium sibi vendicare cœ-	
	21	36	pit, quo Seleucus audito Heliodorũ mit-	5
			tit ad negotium prouidẽdum, qui cùm Iu-	
			dæã venisset, iniquè iudicãs, & multa per-	
	22	37	peram gerẽs, diuinis aduersus se signis de-	6
			terretur, & ad Seleucum reuertitur. Onias	
			autem sacerdos curauerat vt Simon pro-	
			fugus fieret.	
5020	23	38	Hyrcanus Iosephi ducis Iudeæ filius cùm	7
			ad Ptolemæum perrexisset, honorificè ab	
			eo susceptus est. Verùm fratres eius sedi-	
			tione cõtra eum mota, magnarum calami-	
			tatum Iudeæ genti causa extiterunt.	
	Olympias 150.			
	24	39		8
	VI. Ptolemæus PHILOMETOR Ægypti, an. 35.			
	1	40	Statius Cecilius Comœdiarũ scriptor cla-	9
	2	41	rus habetur: natione insuper Gallus, & En-	
			nij primum contubernalis: quidã Medio-	10
	3	42	lanẽsem ferũt, mortuus est anno post mor-	
			tem Ennij, & iuxta Ianiculum sepultus.	11
	Olympias 151.	PERSES XXXVIII. Macedonum, an. 10.		
	4	1	Aristobolus natione Iudæus Peripateticus	12
			philosophus agnoscitur, qui ad Philome-	ANTIO-
	5	2	torem Ptolomæũ explanationum in Mo-	I CHVS VIII
			sen commentarios scribit.	2 Epipha-
	6	3		nes, an. II

	Alexand.	*Macedon.*	*Conſulum.*	*Syriæ.*	*Anni*	
A	7	4		3	*mundi*	
	Olymp. 152.					
	8	5	Antiochus Epiphanes cũ de regione Pto-	4		
			lemæorum, quam ſubitò inuaſerat, Sena-			
	9	6	tus præcepto receſſiſſet, in Iudæam venit,	5	5030	
			ibíque Ieſu, cui nomen & Iaſoni fratri O-			
	10	7	niæ Pontificatum tradidit, quo deinde ex-	6		
			pulſo Oniam cognomẽto Menelaum ſuc-			
B	11	8	ceſſorem ei dedit. Itaque ob ſacerdotij di-	7		
			gnitatem orta ſeditione inter principes,			
			ingentium miſeriarum ſemina pullulaue-			
			runt.			
	Olymp. 153		† Antiochus Iudæorum legem impugnat,			† *Hæc hiſtoria habetur lib. 1. Machab.*
	12	9	primùm quidem omnem eorum prouin-	8		
			ciam ad idololatriam compellens, qui pa-			
			rere noluerunt, enecat. Poſtea verò Hie-			
			roſolymam aſcendens, templum & vaſa			
C	13	10	Dei quæ miniſterio fuerant cõſecrata va-	9		
		Macedonũ	ſtat, in templo Iouis Olympij ſimulachrũ			*Iudæorum regnum excipit Macedonicũ.*
		regnum de-	ponit, in Samaria ſuper verticem montis			
		fecit.	Garizi Iouis peregrini delubrum ædificat			
			ipſis Samaritanis vt id facerer precãtibus.			
			Verùm hoc in tempore Matathias quidẽ			
	14		ex ſacerdotibus filius Aſſamonei, vico Mo	10		
			deim, aduerſum Antiochi duces arma cor-			
			ripiẽs, fultus etiam auxilio filiorum, leges			
			patrias vindicauit.			
D	15		Ennius poeta ſeptuagenario maior, atti-	11		
			culari morbo periit, ſepultúſque eſt in Sci-			
			pionis monumento via Appia intra pri-			
			mum ab vrbe milliarium. Quidam oſſa			
			eius Rhodiam ex Ianiculo tranſlata affir-			
			mant.			
		Primus Iudæorum dux IVDAS MACHABÆVS, annis 3.				
				ANTIO-		
				CHVS Eu-		
			Romani ſuperato Perſe, Macedonas, Illy-	pator an. 2		
E	Olymp. 154.		ricos, & Galatas liberos eſſe iuſſerunt.			
	16		Iudæorum dux Iudas qui & Machabæus,	1		
			filius Matathiæ, Antiochi duces de Iudęa			
	17		expellens, & templum ab idolorum ima-	2		
			ginibus emundans, patrias leges poſt triẽ-	DEMETRIVS		
			nium ſuis ciuibus reddidit.	Soter x. annis 12.		
	18			1		
	19			2	5040	

† *Alchimus legit Beda.*

Tertium bellum Punicũ.

Anni	*Alexand.*	*Iudæorum*	*Consulum.*	*Syriæ.*	
mundi	Olympias 155.		Menelao Pontifice Iudæorum à iuniore		A
			Antiocho occiso, qui prius Iudæã Epipha-		
	20	1	ni Antiocho tradiderat, †Alchimus alienus	3	
			à genere sacerdotali ambitione pontifica-		
			tum inuadit, ob quod Onias filius Põtifi-		
			cis Oniæ Ægyptum transmigrans, in He-		
			liopolitano pago ciuitatẽ nominis sui cõ-		
	21	2	didit, templo ad similitudinem templi pa-	4	
			trij cõstructo. Alchinus verò aduersus Iu-		
			dam Machabæum inimicitias gerens, post		B
			non multum temporis Dei ira percussus		
			interiit, ac sic cum omnium Iudæorum fa-		
			uore Iudæ Machabęo sacerdotium decer-		
			nitur, qui dignitate suscepta legatos Ro-		
			mam dirigit, decreuítque Senatus Iudæos		
			amicos & auxiliatores Romanorum ha-		
			bendos.		
	22	3	P. Terentius Carthaginẽsis comœdiarum	5	
			scriptor, ob ingenium & formam libertate		
		Iudæorum	donatus, in Arcadia moritur, qui primam		C
	dux IONATHAS,		Andriam, antequàm Ædilibus venderet		
		11. ann. 12.	Cecilio multum se miranti legit.		
	23	1	Iudas aduersum Demetrij duces inito prę-	6	
	Olympias 156.		lio occiditur, 3. anno Pontificatu gesto.		
	24	2	Aristarchus grammaticus agnoscitur.	7	
	25	3	Iudæorum dux Ionathas frater Iudæ, Ba-	8	
			chide duce Demetrij Iudæa expulso Pon-		
			tificatum suscepit.		
	26	4	Pacuuius Brundusius tragœdiarũ scriptor	9	D
	27	5	clarus habetur, Ennij Poetæ ex filia nepos	10	
			vixítque Romæ quoad picturam exercuit		
			ac fabulas vendicauit: deinde Tarentum		
	Olympias 157.		trãsgressus prope nonagenarius diẽ obiit.		
	28	6	Pseudophilipp' regnat in Macedonia, an. 1.	11	
5050	29	7	Alexãder Antiochi, qui Epiphanes cogno	12	
			minatus est filius, Syriæ & Asiæ imperans,		
			Ionathan corona & multis insignibus do-		
			nis prosequitur.	ALEXAN-	
	30	8	Romani interfecto Pseudophilippo, Ma-	1 DER, XI	E
	31	9	cedonas tributarios faciunt.	2 annis. 10.	
	Olympias 158.			mens. 7.	
	32	10	Samaritani & Iudæi Alexandriæ Ptole-	3	
			mæo iudicante contendunt de honoribus		
			ex vtraque parte templo suo deferendis,		
			& superant Iudæi.		
	33	11	Lucilius Poeta nascitur.	4	
			Descriptione tunc Romæ facta, inuenta		

sunt

	Alexand.	*Iudæorum*	*Consulum.*	*Syriæ.*	*Anni mundi*
A			sunt hominum 322. milia.		
	34	12	Oppius Gallos capit, & Carthago in ditio-	5	
			ne Romanorum per Scipionem redigitur		
	35	13	habens à conditione sui annos 668. vt ve-	6	
	Olymp. 159.		rò alij affirmant 748.		
			VII. Ptolemæus EVERGETES, ann. 29.		
	1	14	Ionathas dux Iudæorum pariter & Ponti-	7	
			fex cum Romanis & Spartianis amicitias facit.		
	2	15	† Alexandro filio Balæ regis Syriæ, Prole-	8	
B			mæus filiam suam tradidit vxorem.		
	3	16	Scipio Numantinos subuertit.	9	
			Brutus Hyberiã vsque ad Oceanũ subigit.		
			Triphon Ionathan Põtificem Iudæorum		
	4	17	interficit, & in sacerdotiũ fratris Ionathæ	10	5060
	Olympias 160.		Simon assumitur.	DEMETRIVS	
	5	18	Triphon Antiochum occidit Alexandri	1 XII. an. 3.	
			filium.	2	
	6	19	Ptolemæus filiam suam Demetrio tradit		
C			vxorem cum regno quod abstulerat Alexandro.		
			Iudæorum dux II. SIMON, an. 8.		
			L. Accius tragœdiarum scriptor clarus ha-		
			betur, natus Mancino & Serano coss. pa-		
			rẽtibus libertinis, & seni iam Pacuuio Ta-		
			rẽti sua scripta recitauit, à quo fundus Ac-		
			cianus iuxta Pisaurum dicitur: quia illuc		
			inter colonos fuerat ex vrbe deductus.		
	7	1	Triphon Syrię regnum conatus inuadere	3	
			Antiocho filio Alexãdri interfecto ad ex-	ANTIOCHVS	
D			tremum & ipse supermoritur.	Sedetes, XIII.	
	8	2	Post Demetrium regnauit vniuersæ Syrię	1 ann. 9.	
			frater eius Antiochus, qui cognominatus		
	Olympias 161.		est Sedetes.		
	9	3	Simoni Iudæorũ Pontifici pariter & prin-	2	
			cipi, Romani & Spartiatæ legatione eius		
			libenter excepta amicalia misere rescri-		
			pta.		
	10	4	Bellum seruile ortum in Sicilia.	3	
E	11	5	Simon Iudæorum Pontifex interficitur,	4	
			cui succedit filius suus Ioannes, qui victis		
			Hyrcanis, Hyrcanus cognominatus est.		
	12	6	Primus liber Machabæorum huius tem-	5	
			poris historiam continet.		
	Olymp. 162.				
	13	7	Antiochus Sedetes rex Syriæ aduersus Iu	6	
			dæam arma corripiens, & Hierosolymam		

† Vide anno 5050. mundi aliud de hoc Alexandro. Antiochi enim erat filius cap. 10. lib. 1. Machab. tenetur.

	Anni	*Alexand.*	*Iudæorum.*	*Consulum.*	*Syriæ.*
	mundi	14	8	vallo circundans,cum ad conditiones Pō-	7
	5070			tificem Simonem compulisset,recedit.	
				Attalus moriens regni sui populum Ro-	
			HYRCANVS	manum constituit hæredem.	
		15	1 IIII,qui & Ioannes annis 26.		8
		16	2	Ptolemæus expulsus Ægypto.	9
				Arsaces Parthus Antiochum interfecit.	DEME-
		Olympias 163.			TRIVS,
		17	3	Serui qui in Sicilia rebellabant obsidionis	1 XIIII.
				necessitate compulsi, ad sua inuicem ca-	iterum
				dauera voranda conuersi sunt.	an. 4.
		18	4	Iuxta Æoli insulas igne ex flatu suscitato	2
				apparuit insula quæ nunc Hiera vocatur.	
		19	5	Auerni nobilissima Galliarum vrbs capta,	3
				& rex Veturius.	
		20	6	Ioannes dux Iudæorum & Pontifex, ad-	4
				uersus Hyrcanum bellum gerens, Hyrca-	ANTIO-
		Olympias 164.		ni nomen accepit, & à Romanis ius ami-	CHVS
† Triphon alibi vocatur.		21	7	citiæ postulās decreto Senatus inter ami-	1 † Gry-
		22	8	cos relatus est.	2 phus,
		23	9		3 XV. an-
	5080	24	10	Narbonam coloniæ deductæ.	4 nis 12.
		Olympias 165.			
		25	11	Hyrcanus Pontifex Iudæorum, Samariā,	5
		26	12	quæ vocabatur Ectenias,& nostro tempo-	6
		27	13	re Sebaste vocatur,obsidione captam solo	7
		28	14	coæquauit, quam postea Herodes instau-	8
				rans Sebasten in honorem Augusti appel-	
				lari voluit.	
		Olympias 166.			
		29	15	Marcus Terentius Varro Philosophus &	9
				Poeta nascitur.	
† Strabo lib. vlt. ait præcedente Phiscona appellatū, non hunc sed Lathurum appellat, post quem Auletes Cleopatræ pater.		† VIII. Ptolemæus PHYSCON Ægypti, qui & Soter, an. 17.			
		1	16	Antiochus Cyzicenus Grypho eiecto Sy-	10
		2	17	riam obtinuit,ac rursum Gryphus supera-	11
		3	18	to Cyziceno eandem recepit. Ita succes-	12
				sione regnabant aduersum se inuicem di-	
				micantes.	ANTIO-
		Olympias 167.			CHVS Cy-
		4	19		1 zicenus,
	5090	5	20		2 XVI. an.
		6	21		3 18.
		7	22		4
		Olympias 168.			

Iugur-

	Alexand.	*Iudæorum*	*Consulum.*	*Syriæ.*	*Anni mundi*
A	8	23	Iugurtha cõtra Romanos dimicãs capitur	5	
	9	24	Rhodo terræ motu concussa colossus ruit.	6	
			Ionathas gloriosè apud Iudæos principatum gerit.		
	10	25	M.T.Cicero Arpini nascitur, matre Hel-	7	
			uia, patre equestris ordinis, ex regio Volscorum genere.		
	11	26	Gn. Pompeius Magnus oritur.	8	
		STOBOLVS V. anno vno.			
	Olymp. 169.				
	12	1	Aristobolus filius Ionathæ rex pariter &	9	
B			Pontifex primus apud Iudæos diadematis sumpsit in-		
			signe, post 484. annos Babylonicæ captiuitatis.		
		IANNEVS VI. qui & Alexander, an. 27.			
	13	1	Post quem regnauit Ianneus cognomento	10	
		Alexander, qui Pontificatum administrãs crudelissimè ciuibus præfuit.			
			Turpilius Comicus senex admodum Si-		
	14	2	nuessæ moritur.	11	
			C. Lucilius Satyrarũ scriptor Neapoli mo-		
			ritur, ac publico funere effertur, an. æta. 46.		
C			Marcus Furius Poeta, cognomento Biba-		
	15	3	cus Cremonæ nascitur.	12	5100
	Olympias 170.		2000. milia Cymbrorum cæsa, & 80. milia		
			capta per Marium duce Teutomodo.		
	16	4	C. Marius quinquies Consul, iuxta Erida-	13	
			num Cymbros superans, & post de iis cum Catulo triũphat.		
	17	5	Thraces à Romanis victi.	14	
			Rursum in Sicilia bellum ciuile cõsurgit.		
			† IX. PTOLEMÆVS Ægypti, qui & Ale-		
			xander annis 10.		
D			Expulso de regno Ptolemæo Physcone per matrem		
	1	6	Cleopatram, & in Cyprum secedẽte re-	15	
			gressus deinde de fuga regnum obtinuit:		
	2	7	quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob	16	
	Olympias 171.		interfectionem matris ciues pepulerant.		
			Aquilius in Sicilia bellum seruile compescuit.		
	3	8	Ptolemæus rex Cyrenæorum moriẽs Ro-	17	
			manos testamento reliquit hæredes.		
			Seleucus ab Antiocho filio Cyziceni		
E			viuus exuritur.		
	4	9	Titus Lucretius Poeta nascitur, qui postea	18	
			amatorio poculo in furorem versus, cùm		
			aliquot libros per interualla insaniæ con-		
			scripsisset, quos postea Cicero emendauit,		
			propria se manu interfecit, anno æt. 43.	PHILIPPVS	
	5	10	Antiochus in Parthos fugiens, Pompeio	XVII. Syriæ	
	6	11	se deinceps tradidit, post quem Philippus	1 ann. 2.	
			captus est à Gabinio.	2	

† *Anletes hic dicitur à Strabone lib. vltimo quanquam nescio an de sequenti hoc, ita obscura est hic Historia.*

	Anni mundi	Alexand.	Iudæorum.	Consulum.	
		Olympias 172.		HVCVSQVE Syria possessa per reges in Romanam	A
				ditionem cessit.	
		7	12	Bellum aduersum Romanos, Picentes, Marsi, Peli-	
				gníque mouerunt.	
	5110	8	13	Lucius Pomponius Bononiensis Attellanarum scri-	
				ptor clarus habetur.	
		9	14	Alexander matrem interemit.	
		10	15		
		Olympias 173.			B
		x. PTOLEMÆVS Ægypti, qui à matre fuerat eiectus, an. 8.			
		1	16	Plotius Gallus primus Romæ Latinam rhetoricam	
				docuit, de quo Cicero sic refert: Memoria teneo pri-	
				mùm Latinè docere cœpisse Plotium quendam.	
		2	17	Caius Valerius Catullus Lyricus Veronæ nascitur.	
		3	18	Sallustius Crispus historicus in Sabinis Amiterni	
				nascitur.	
				Sylla Athenienses vastat.	
		4	19	Descriptione Romæ facta, inuenta sunt hominum	C
				463. millia.	
		Olympias 174.			
		5	20	Templum tertiò apud Delphos à Thracibus incen-	
				sum, & Romæ Capitolium.	
		6	21	L. Ennius plurimas ciuitates capit.	
				Cicero Quintium defendit, XXVI. anno ætatis.	
		7	22	P. Terentius Varro vico Atace in prouincia Narbo-	
				nensi nascitur, qui postea XXXV. annum agens, Græ-	
				cas literas cum summo studio didicit.	D
† Octacilius Piletus.	5120	8	23	† Vacilius Plotus Latinus rhetor, Cn. Pompei liber-	
				tus & doctor scholam Romæ aperuit.	
		Olympias 175.			
		XI. PTOLEMÆVS DIONYSIVS Ægypti, annis 3.			
		1	24	Sylla Romam obtinuit, & post biennium moritur.	
				Roscio contra Chrysogonũ defenso Cicero Athe-	
				nas secedit, & inde post trienniũ Romã regreditur.	
		2	25	Pompeius gloriosissimè triumphauit.	
				Lepidus publicus hostis iudicatur.	
		3	26	T. Quintius Atta scriptor Togatarum Romæ mori-	E
				tur, sepultúsque via Prænestina ad miliariũ secundũ	
		4	27	Alexandra, quæ & Salina vxor Alexandri Hierosoly-	
				mis regnauit, ex cuius ætate Iudæos rerum & variæ	
				clades oppresserunt.	
		Olympias 176.		ALEXANDRA, VII. Iudæorum, annis 9.	
		5	1	Bellum gladiatorum in Campania.	
		6	2		
		7	3	L. Lucullus primus Imp. appellatus est, victa Arme-	
				nia, Mesopotamia, & Nisibi cum fratre regis capta.	

Pom-

Alexand.	*Iudæorum*	*Consulum.*	*Anni mundi*
A 8	4	Pompeius vniuersam Hyberiam subiugauit.	
		M. Lucullus de Bessis triumphauit.	
Olympias 177.			
9	5	Capta Cabile & Tomis, & cæteris vicinis vrbibus,	
		Crassus triumphauit.	
10	6	Vergilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud pro-	
11	7	cul à Mantua nascitur, Pomp. & Crasso coss.	
12	8	M. Portius Cato Stoicus Philosophus agnoscitur.	
Olympias 178.		Antiochia & Syria capta à Romanis.	
B 13	9	Creticum bellum ortum, vnde Metellus Creticus.	5130
		Lucus Daphnensium iuxta Antiochiam, à Pompeio	
		Apollini consecratur.	
		Iudæi Romanorum vectigales per Pompeium facti, &	
		Pontificatum apud eos suscipit HYRCANVS annis	
		34.	
14	1	Aristobolus & Hyrcanus filij Alexandræ contra se de	
		imperio dimicantes occasionem præbuere Romanis,	
		vt Iudæam inuaderent: itaque Pompeius Hierosoly-	
		mam veniens capta vrbe & templo reserato, vsque ad	
C 15.	2	Sancta Sanctorum accessit, Aristobolum vinctum se-	
		cum adducit, Pontificatum confirmat Hyrcano, dein-	
		de Antipatrum Herodis Ascalonitæ filium procura-	
		torem Palestinæ facit.	
16	3	Libya per testamentum Appionis regis Romanis re-	
		licta.	
Olympias 179.		Horatius Flaccus Satyricus & Lyricus Poeta, Liber-	
		tino patre Venusij nascitur.	
		Apollodorus Pergamenus Græcus orator, præceptor	
D 17	4	Callidij & Augusti, clarus habetur.	
		Pompeius captis Hierosolymis tributarios Iudæos fa-	
18	5	cit.	
19	6	Ea quæ de Catilina, Cethego, Lentulo, consule Cice-	
		rone Sallustius & Liuius, hoc gesta sunt tempore.	
20	7	Cicero in exilio annum facit, honorificè susceptus à	
		Plantio.	
Olympias 180.		Pompeius Imperator appellatus.	
21	8	Cæsar Lusitaniam, & quasdã insulas in Oceano capit.	
22	9	Messala Coruinus Orator nascitur, & Titus Liuius Pa-	
E		tauinus scriptor historicus.	
23	10	Virgilius Cremonæ studiis eruditur.	
24	11	Catullus xxx. ætatis suæ anno Romæ moritur.	
		M. Callidius orator clarus habetur, qui bello postea	
		ciuili Cæsareanas partes secutus, cùm Togatam Gal-	
Olymp. 181.		liam regeret, Placentiæ obiit.	
25	12	Cæsar Rhenum transiens Germanos vastat.	
26	13	Crassus Consul cum filio suo apud Carras captus.	

Anni	Alexand.	Iudæorum	Consulum.
mundi	27	14	Ventidius primus Romanorum Parthos superat. A
	28	15	Curio promptus & popularis orator Romæ habetur insignis, qui deinceps in Africa pudore amissi exercitus mori maluit quàm euadere.
	Olymp. 182.		
			Virgilius sumpta toga Mediolanum transgreditur, & post breue tempus Romam pergit.
	29	16	Simulachrum Olympiaci Iouis tactum fulmine. B
5150	30	17	Cæsar Germanos & Gallos capit.
	CLEOPATRA Ægypti, annis 22.		
	1	18	Principium belli ciuilis Cæsaris & Pompei.
	2	19	Diodorus Siculus Græcæ scriptor historiæ clarus habetur.
		Finis Reipublicæ, principiúmque Romani imperij.	
	Olympias 183.		Caius Iulius Cæsar primus apud Romanos singulare obtinuit imperium, à quo Cæsares Romani principes appellati. C
		C. IVLIVS Cæsar Romanorum primus, an. 5. menses 7.	
	3	20	1 Pompeius prælio victus, & fugiens, à spadonibus Alexandrini regis occiditur.
			Marcus Cælius Prætor, & C. Annius Milo exul oppressi, res nouas in Tiriano Brixióque agro simul molientes.
† Pompeij.	4	21	2 † Ptolemæi cadauer cum lorica aurea in Nilo inuentum. D
			Cæsar in Ægypto regnum Cleopatræ confirmat ob stupri gatiam.
	5	22	3 Romæ Basilica Iulio dedicata.
			Decretum Senatus Athieniensium ad Iudæos mittitur, qui per legationem amicitiam postularant.
	6	23	4 Cleopatra regio comitatu vrbem ingressa.
	Olympias 184.		Prohibitum est lecticis margaritísque vti, quæ nec viros, nec liberos haberent, & minores essent annis quadraginta quinque. E
	7	24	5 Nigidius Figulus Pythagoricus & Magus in exilio moritur.
			Antonius decernit Quintilem mensem Iulium debere dici, quia in eo fuisset natus Iulius Cæsar.
			Cassius Iudæa capta templum spoliat.
			Septimo Idus Martias, Caius Iulius Cæsar in Curia

ccci-

	Alexand.	*Iudæorum.*	*Romanorum.*	*Anni mundi*	
A			occiditur, & fasces statim suscepit Publius Dolobella.		
			Caij Cæsaris corpus in rostris ob honorem concrematum.		
			Seruius Sulpitius iureconsultus, & Publius Seruius Isauricus publico funere elati.		
			Romæ tres soles exorti paulatim in eundem orbem coierunt.		
B			Inter cætera portenta, quæ toto orbe facta sunt, bos in suburbano Romæ ad arantem locutus est, frustra se vrgeri, non enim frumenta, sed homines breui defuturos.		
			Romanorum II. regnauit OCTAVIANVS CÆSAR Augustus, an. 56. à quo Augusti Romanorum reges appellati.		AVGVSTVS.
	8	25	1 Antonius aduersus Cæsarem Augustũ bellum mouet.		
C			Liberius Mimorum scriptor decimo mense post Cæsaris interitum Puteolis moritur.		
			Publius Mimographus natione Syrus Romæ Scenam tenet.		
	9	26	2 Cicero in Phormiano suo ab Herennio & Popilio occiditur 64. ætatis suæ anno.		
D			Ciceronis caput cum manu dextra pro rostris positum, iuxtáque coronata imago Popilij militis, qui eum occiderat.		
	10	27	3 Ouidius Naso nascitur in Pelignis.	5160	
E			Caius Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamẽto legaret quàm vt quarta pars hæredibus superesset, si quatuor, aut minus essent. Si autem plus quatuor, medietas eo tenore, vt suis liberis, siue propinquis idem exteris pater sua legaret, illa pars quam Falcidius constituit, nisi pater interdixerit, & legatis fruentibus, & eisdem carentibus æquanimiter partirentur.		*Illa non satis conueniunt cũ his, quæ vulgo extant in commentariis Iureconsultorum, de lege Falcidia.*
			Curtius Thalassus in insula Arda cum quatuor cohortibus viuus combustus est, quod tributa grauius exigeret.		
			Vrbium Maximum designatum Quæstorem agnouit dominus suus, & abduxit.		
			E taberna meritoria trans Tiberim oleũ terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione,		

Anni	*Alexand.*	*Iudæorum.*	*Romanorum.*	
mundi			significans Christi gratiam ex gentibus.	A
			Antonium superat Augustus, & interueniente Se-	
			natu in amicitiam cum eo regreditur.	
			Cornificius Poeta à militibus destitutus interiit,	
			quos sæpe fugientes galeatos lepores appellarat.	
			Huius soror Cornificia, cuius insignia exstant Epi-	
			grammata.	
			Templum Hierosolymorum depopulatus est Cas-	
			sius.	
	Olympias 185.			B
			Secunda successio Augusti & Antonij.	
	11	28	4 Cornelius Nepos scriptor historicus clarus ha-	
			betur.	
	12	29	5 Antigonus contra Iudæos dimicans tandem oc-	
			ciditur, à quo vsque in presens tempus Hierosolymi-	
	13	30	6 tarum regnum destructum est.	
			Siquidem Herodes post eum à Romanis constitutus	
			est princeps alienigena, & nihil omnino pertinens ad	
			Iudæam.	C
	14	31	7 Fornij pater & filius, clari Oratores habentur,	
			quorum filius consularis ante patrem moritur.	
	Olympias 186.			
	15	32	8 Sallustius diem obiit quadriennio ante Acciacũ	
			bellum.	
			9 Marcus Bauius Poeta, quem Virgilius in Bucoli-	
	16	33	cis notat, in Cappadocia moritur.	
			10 Herodes Antipatri Ascaloniæ, & matris Cypri-	
	17	34	des Arabicæ filius, à Romanis Iudæorum suscepit	D
			principatum, cuius tempore Christi natiuitate vicina	
			regnum & sacerdotium Iudææ, quod prius per suc-	
			cessiones minorum tenebatur, destructum est, com-	
			pleta prophetia, quæ ita per Mosen loquitur: Non	
			deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmori-	
			bus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse	
			erit expectatio gentium. In hoc loco etiam Chri-	
			stus, quem Dan ielis sciptura præfatur, accipit fi-	
			nem. Nam vsque ad Herodem, Christi, id est, sa-	
			cerdotes erant reges Iudæorum, qui imperare cœ-	E
			perunt 65. Olympiade, & ab instauratione templi	
			sub Dario vsque ad Hyrcanum, & 186. Olympia-	
			de annis 483. in medio transactis, quos Daniel quo-	
			que significat, dicens: Et scies & intelliges ab in-	
			itio sermonis respondendi & ædificandi Hierusa-	
			lem vsque ad Christi principatum, hebdomades	
			septem & hebdomades sexagintaduas, quæ 69.	
			hebdomades faciunt annos 483. in quibus Chri-	

Alexand.	Iudæorum.	Romanorum.	Anni mundi
		sti, id est, sacerdotes, qui vnctione consecrati	
		regnauerunt vsque ad Hyrcanum, quo extre-	
		mo omnium à Parthis capto, Herodes Anti-	
		patri filius nihil ad se pertinentem Iudæã ab	
		Augusto & Senatu accepit, filiique eius post	
		eum regnauerunt vsque ad nouissimam Hie-	
		rosolymitarum captiuitatem, nequaquam ex	
		successione sacerdotalis generis Pontificibus	
		constitutis, neque perpetuitate vitæ secundũ	
		legem Mosi seruientibus deo. Ignobiles verò	
		quidem & alio tẽpore alij, & nonnulli vnius	
		anni, siue modico amplius à Romanis Im-	
		peratoribus sacerdotiũ emebãt. Quæ omnia	
		etiam Daniel Propheta vaticinatur ita dicẽs.	
		Et post Hebdomadas 7. & 62. interibit chris-	
		ma, & iudicium non erit in eo, & templum	
		sanctum corrumpet populus duce veniente,	
		& cædentur cataclysmo belli. Et in sequen-	
		tibus: Et super templum, inquit, abomina-	
		tio desolationum, & vsque ad consumma-	
		tionem temporis consummatio dabitur su-	
		per desolationem.	
		Herodes Ananelum quendam de Babylone	
		accitum Pontificem Iudæorum cõstituit, &	
		post exiguum temporis Aristobolum fratrẽ	
		vxoris suæ nepotem Hyrcani successorem ei	
		dedit, quo post annum interfecto rursum	
		Ananelo reddidit sacedotium.	
	Deficiente Pontificum principatu Iudæis regnauit		
	HERODES alienigena, an 37.		
		Lunæ secundum Romanos cursus inuentus.	
18	1	11 Antonij & Augusti fœdus.	
		Colonias deduxere Romani.	
Olympias 187.		Augustus triumphauit pedestris certaminis	
		triumpho.	
19	2	12 Antonius Cleopatræ Arabiam tradidit.	
		Augusti & Antonij tertiæ dissensionis exor-	
		dium, quod repudiata sorore Cæsaris Cleo-	
20	3	patram duxisset vxorem.	5170
		Nicetes, & Hibracas, & Theodorus, & Plu-	
		sio nobilissimi, artis rhetoricæ Græci præce-	
		ptores habentur.	
1	4	14 Cleopatra & Antonius semet inteficiũt,	
		& Ægyptus fit Romana prouincia, quam pri	
		mus tenuit Caius Cornelius Gallus, de quo	

Alexandrini regni finis.

Anni mundi	*Alexand.*	*Iudæorum.*	*Romanorum.*	
			Virgilius scribit in Bucolicis. Vsque ad Cleo-	A
			patram Ptolemæi, qui vocabantur Lagidæ, in	
	22	5	15 Ægypto regnauerunt annis 295.	
	Ægypti regnum, quod fuit in Alexandria,			
	destructum est.			
			Antonius medicus Augusti, post Actiacam	
			victoriam naufragio perit.	
			Quidam ab hoc loco primum annum Augu-	
			sti monarchiæ supputant.	
			Cæsar Augustus appellatus, à quo Sextilis	B
			mensis Augusti nomen accepit.	
			Cum ingēti triumphorum pompa Augustus	
			Romam ingressus, & Cleopatræ liberi, Sol &	
			Luna ante currum eius ducti.	
			Nicopolis iuxta Actium condita, & Agon	
			actiacus constituitur	
			Augustus Romanis plurimas leges statuit.	
	Olympias 188.		Alexandrinorum regnum destructum est, &	
			Romanis paruit.	C
		6	16 Censu Romæ agitato inuēta sunt ciuium	
			Romanorum 41. centena, & 64. milia.	
			Coloniæ deductæ.	
			Anaxilaus Larissæus Pythagoricus, & Ma-	
			gus, ab Augusto vrbe Italiáque pellitur.	
			M. Terentius Varro Philosophus propè no-	
			nagenarius moritur.	
			Thebæ Ægypti vsque ad solum erutæ.	
		7	17 Cornelius Gallus Foroiuliensis poeta, à	
			quo primum Ægyptum rectam supradixi-	D
			mus, XLIII. ætatis suæ anno propria se ma-	
			nu interfecit.	
			Trallis terræ consederunt.	
		8	18 Indi ab Augusto per Legatos amicitiam	
			postularunt.	
			Messala Coruinus primus Præfectus vrbis fa-	
			ctus, sexto die magistratu se abdicauit, inciui-	
			lem potestatem esse contestans.	
		9	19 Augustus Calabriam & Gallos vectigales	E
			facit.	
			Munatius Plancus Ciceronis discipulus Ora-	
			tor habetur insignis, qui cum Galliam Roma-	
			nam regeret, Lugdunum condidit.	
			Marcus Lollius Galatiam Romanam pro-	
			uinciam facit.	
	Olympias 189.		Augustus cū ei monarchia deferretur, renuit.	
		10	20 Quintilius Cremonensis Virgilij & Ho-	
		11	21 ratij familiaris moritur.	

Augustus

Iudæorum.	Romanorum.	Anni mundi
12	22 Augustus Cyzicenos libertate priuauit.	
	Pylades Cylix Pantomimus cum veteres ipsi canerent atque saltarent, primus Romæ Chorum & fistulam sibi præcinere fecit.	
13	23 Tiberius ab Augusto missus occupauit Armeniam.	5180
	Atracinus, qui septendecim natus annis Celium accusauerat, clarus inter Oratores habetur, ad extremũ morborum tædio in balneo voluntate exanimatus hæredem reliquit Augustum.	
Olympias 190.		
	Cantabri res nouas molientes opprimuntur.	
14	24 Herodes apud Hierosolymam multas & magnas	
15	25 construxit ædes.	
16	26 Virgilius Brundusij moritur, Sentio Saturnino & Lucretio Cynna coss. Ossa eius Neapolim trãslata in secundo ab vrbe miliario sepeliuntur, titulo istiusmodi quem moriens ipse dictauerat:	
	Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope: cecini pascua, rura, duces.	
	Herodes Samariam olim iam in cineribus sedentem à fundamentis suscitans in honorem Augusti Augustam, id est, Sebasten appellauit, & in Paneade templum, quod Panion vocatur, extruxit.	
	Augustus Samiis libertatem dedit.	
17	27 In Cypro plurimæ ciuitatum partes terræ motu cõciderunt.	
	Germanos in arma versos M. Lollius superat.	
Olympias 191.		
	Varus & Tucca Virgilij & Horatij contubernales Poetæ habentur illustres, qui Æneidum libros postea emendauerunt sub lege ea, vt nihil adderent.	
18	28 Augustus Caium Agrippam adoptauit in filium.	
	Æmilius Macer Veronensis Poeta in Asia moritur.	
19	29 Tiberius Vindelicos, & eos qui Thraciarum confines erant Romanas prouincias facit.	
20	30 Colonia Berytum & Pataras deductæ.	
	Bosphorum Agrippa capit.	
21	31 Cestius Smyrneus Rhetor Latinè Romæ docuit.	
	Augustus à Senatu Pontifex Maximus appellatur.	
Olympias 192.		
22	32 Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris cõdidit, quæ prius turris Stratonis vocabatur.	
	Herodes Antidonam condidit, & Antipatridam, atque Herodionem in honorem patris Antipatri & suum extruxit, innumerabilia quoque opera in singulis Sy-	

Anni mundi	*Iudæorum.*	*Romanorum.*	
		riarum vrbibus quas regebat solertissime ædificauit.	A
5190	23	33 Tiberius Cæsar de captiuis Pannoniis triumphat.	
	24	34 Horatius LVII. ætatis suæ anno Romæ moritur.	
		Passienus pater declamator insignis diem obiit.	
	25	35 C. Iulius Hyginus cognomento Polyhistor Grammati-	
		cus habetur illustris.	
	Olympias 193.		
		Tiberius vastata Germania Imperator ap pellatur.	
	26	36 Herodes Hyrcanum, qui olim sacerdos Iudæorum fue-	
		rat, de captiuitate Parthica regressum, & filium eius, qui sa-	B
	27	37 cerdotio patris successerat interfecit, sororem quoque	
		eius vxorem suam, cum duobus propriis filiis iam adoles-	
		centibus, & matrem vxoris occisæ socrum suam crudelissi-	
		me necat.	
	28	38 Tiberius de Rhetiis, Vindelicis, Armeniis, ac Pannoniis	
		triumphauit.	
		Albutius Sylo Nouariensis clarus Rhetor agnoscitur.	
		In insula Coo terræ motu plurima considerunt.	C
	29	39 Augustus Iuliam filiam suam in adulterio deprehensam	
		damnat exilio.	
		M. Tullius Tyro Ciceronis libertus, qui primus notas com-	
		mentus est, in Puteolano prædio vsque ad centesimum an-	
		num consenescit.	
	Olympias 194.		
		Augustus gladiatorium ludum, & nauale certamen exhi-	
		buit.	
	30	40 Melissus Spoletinus Grammaticus agnoscitur.	D
		M. Portius Latro latinus declamator tædio duplicis quar-	
		tanæ semet interfecit.	
		Herodes ad ea quæ supra crudeliter gesserat etiam hoc ad-	
		didit, virum sororis suæ Salomæ interfecit, & cum eam alij	
		tradidisset vxorem, etiam hunc necat: Scribas quoque & in-	
		terpretes diuinæ legis simili scelere occidit.	
	31	41 Cæsar amicitiam cum Parthis facit.	
		Edicente Cæsare, ex senatusconsulto Quirinus in Iudæam	
		missus, census hominum possessionésque describit.	
			Anni domini. E
5199	32	42 IESVS CHRISTVS filius dei in Bethleem Iu-	1
		dææ nascitur, quo anno cœpit Christianorum salus,	
		qui & primus annus Christianæ salutis numeratur.	
		Colliguntur omnes anni ab Abraham vsque ad nati-	
		uitatem Christi 2025.	
		Tertullianus in eo libro quem contra Iudæos scri-	
		psit, affirmat Christum 41. anno Augusti natum, 15.	
		Tiberij esse passum.	
		Xystus Pythagoricus Philosophus nascitur.	

	Anni mundi.	*Iudæorum.*	*Romanorum.*	*Anni domini*
A	5200	33	43 Augustus Tiberium & Agrippam in filios ado-	
			ptat.	
		Olympias 195.	Iudas Galilæus ad rebellandum Iudæos, ne acquie-	
			scerent soluere tributa Romanis cohortatur.	
		34	44 Herodes cum Christi natiuitatem Magorum	3
		35	45 indicio cognouisset, vniuersos in Bethleem par-	4
		36	46 uulos iussit interfici.	5
		37	47 Herodes morbo intercutis, atque scatentibus	6
			toto corpore vermibus miserabiliter & digne mo-	
B			ritur.	
		Iudæorum dux	Asinius Pollio Orator & Consularis, qui de Dalma-	
		ARCHELAVS	tis triumpharat, LXXX. ætatis suæ anno in villa	
		annis 9.	Tusculana moritur.	
		Olympias 196.		
		1	48 In Herodis locum filius eius Archelaus ab Au-	7
			gusto substituitur, & Tetrarchæ fiunt quatuor fra-	
			tres eius, † Herodes, Antipater, Lysias, & Philip-	
			pus.	
C		2	49 Fames Romę ita ingens facta, vt quinque modij	8
			venderentur denariis XXVII. semis.	
			Philistion Mimographus natione Magnesianus Ro	
			mæ clarus habetur.	
		3	50 Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatásque in Ro-	9
			manam redigit potestatem.	
		4	51 Athenodorus Tharsensis Stoicus Philosophus,	10
			& M. Verrius Flaccus Grammaticus insignes ha-	
			bentur.	
		Olympias 197.		
D		5	52 Athenienses res nouas contra Romanos molien	
			tes opprimuntur, autoribus seditionis occisis.	
			Iesus Christus in medio doctorum disputat miran-	
			tibus illis, eò quod resistere sapientiæ suæ non pote-	
			rant.	
	5210	6	53 Messala Coruinus Orator ante biennium quàm	12
			moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, vt vix	
			pauca verba coniungeret, & ad extremum hulcere	
		7	54 sibi circa sacram spinam nato, inedia se confecit	13
			anno ætatis LXXII.	
E		8	55 Augustus cum Tiberio filio suo censum Romæ	14
			agitans inuenit hominum nonagies trecentena &	
		Olympias 198.	septuaginta milia.	
			Sotion Philosophus Alexandrinus, præceptor Sene-	
			cæ clarus habetur.	
		9	56 Archelaus nono anno regni sui in Viennam vr-	15
		Iudæorũ principa-	bem Galliæ relegatur.	
		tum tenet HERO-	Defectio solis facta, & Augustus, LXXVI. ætatis	
		DES Tetrarcha.	suæ anno Attellæ in Cãpania moritur, sepeliturque	

† *In historia Ecclesiastica, Herodes Lysanias & Philippus.*

Anni mundi	*Iudæorum.*	*Romanorum.*	*Anni domini*
		Romæ in campo Martio.	
		TIBERIVS III. Rom. regnauit annis 23. vel 21. vt aiunt nonnulli.	
		Tiberius quasi coactus, & querens miseram & onerosam iungi sibi seruitutem, imperium recepit.	
	1	1 Caius Asinius Gallus Orator Asinij Pollionis filius,	16
	2	2 cuius etiam Virgilius meminit, diris à Tibe-	17
	3	3 rio suppliciis necatur.	18
	Olympias 199.		
	4	4 T. Liuius historiographus Patauij moritur.	19
		Ouidius Poeta in exilio diem obiit, & iuxta oppidum Tomos sepelitur.	
		Germanicus Cæsar de Parthis triumphat.	
	5	5 Tredecim vrbes terræ motu corruerunt, Ephesus, Magnesia, Sardis, Molthene, Megaechyero, Cæsarea, Philadelphia, Himolus, Temis, Cumæ, Myrthina, Apollonia, Diahircania.	20
	6	6 Fenestella historiarum scriptor & carminum, septuagenarius moritur, sepelitúrque Cumis.	21
5220	7	7 Tiberius multos reges ad se per blanditias euocatos nunquam remisit, in quibus Archelaum Cappadocem, cuius in prouinciam versam Mazacam nobilissimam ciuitatem Cæsaream appellari iussit.	22
	Olympias 200.		
	8	8 Pompei theatrum incensum.	23
		Tiberius Drusum consortem regni facit.	
	9	9 Drusus Cæsar veneno periit.	24
	10	10 Quintus Atherius promptus & popularis Orator vsque ad XC. prope annum summo honore consenescit.	25
	11	11 Seruius Plautus corrupti filij reus semet in iudicio interficit.	26
	Olympias 201.		
	12	12 Philippus Tetrarcha Paneadem in qua plurimas ædes construxerat, Cæsaream Philippi vocauit, & Iuliadem aliam ciuitatem.	27
	13	13 †Pontius Pilatus Procurator Iudææ à Tiberio mittitur.	28
	14	14 Votienus Montanus Narbonensis Orator in Balearibus insulis moritur, illuc à Tiberio relegatus.	29
		Herodes Tiberiadem condidit, & Libiaden.	
	15	15 Ioannes filius Zachariæ in deserto iuxta Iordanem fluuium prædicans, Christum filium dei in medio eorum adesse testatur. Ipse quoque Dominus Iesus Christus hinc in populos salutarem viam annuntiat, signis atque virtutibus vera comprobans esse quæ diceret.	30

†Duodecimo an. Tiberij ait Euseb. in historia Ecclesiastico ex Iosepho.

Olympias

Anni mundi	*Iudæorum.* Olympias 202.	*Romanorum.*	*Anni domini*
		COMPVTANTVR in præsentem annum id est, xv. Tiberij Cæsaris, à secundo anno instaurationis templi, quæ facta est sub altero anno Darij regis Persarum, anni 548. A Salomone autem & prima ædificatione templi anni 1060. A Mose & egressu Israelis ex Ægypto anni 1538. Ab Abraham & regno Nini & Semiramis, anni 2044.	
		A diluuio vsque ad Abraham 942.	
	16	16 Iesus Christus filius dei salutarem cunctis prædicans viam, & miracula quæ in Euangelij scripta sunt facit. Discipulos suos diuinis imbuens sacra-	31
5230	17	17 mentis, vt vniuersis gentibus conuersionem ad Deum nuntient, imperat. Secundum prophetias,	32
	18	18 quæ de deo fuerant prælocutæ ad passionem, venit anno Tiberij XVIII. quo tempore & in aliis Ethnicorum commentariis hæc ad verbum scripta reperimus.	33
		Solis facta defectio, & tenebræ super vniuersam terram.	
		Bithynia terræ motu concussa, & in vrbe Nicena ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia his congruunt, quæ in passione Salutaris acciderunt. Scripsit verò super his & Phegon, qui Olympiadarum egregius supputator est in 14. libro ita dicens: Quarto autem anno. 202. Olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta, dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, vt stellæ cœlo visæ sunt, terræque motus in Bithynia Nicenæ vrbis multas ædes subuerterit. Hæc supradictus vir. Argumentum autem huius rei, quod Saluator isto anno passus sit, Euangelium præbet Ioannis, in quo scribitur, post quintum decimum annum Tiberij Cæsaris tribus annis Dominum prædicasse. Iosephus etiam vernaculus Iudæorum scriptor, circa hæc tempora die Pentecostes sacerdotes primùm commotiones locorum, & quosdam sonitus sensisse testatur. Deinde ex adito templi repentinam subito erupisse vocem dicentiũ: Transmigremus ex hiis sedib. Scribit autem memoratus vir, quòd eodem anno Pilatus Præses secreto noctis imaginem Cæsaris in templo statuerit. Sed repugnantibus Iudæis, & cum quasi ex vno consilio ad Martem præparati, nudatas ilico ceruices ad recipiendos ictus omnes proni parauerant, Pilatus motus statuas iussit auferri. Et hæc prima seditionis & turbarum Iudæis causa extiterit.	
		Ecclesiæ Hierosolymorum primus Episcopus ab	

Anni mundi	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini
		Apostolis ordinatur Iacobus frater Domini.	
		Ex hoc loco considerandum quantæ deinceps calamitates Iudæorum gentem oppresserint.	
	19	19 Cassius Seuerus Orator egregius, qui Quintianum illud Prouerbium luserat, xxv. exilij sui anno summa inopia moritur, vix panno verenda contectus.	34
	Olympias 203.	Stephanus lapidatur, Saulus ad Christum conuertitur.	
	20	20 Pilatus post supradictam seditionẽ, quæ ob Cæsaris imagines fuerat concitata, sacrum Thesaurum, quem Corbonam Iudæi vocant, in aquæductum Hierosolymorum expendens, secundæ seditionis præbuit semina.	35
	21	21 Seianus præfectus Tiberij, qui apud eum plurimum poterat instantissime cohortatur, vt gentẽ Iudæorum deleat, Philo meminit in lib. Legationis 2.	36
		Iacobus frater Ioannis Apostoli iubente Herode rege, capite truncatus occiditur.	
		Petrus Apostolus ab Herode in carcerem trusus, & vinctus catenis duabus, mirabiliter ab Angelo liberatur.	
		Persius Flaccus Satyricus Poeta Volaterris nascitur.	
	22	22 Agrippa Herodis filius, accusator Herodis Tetrarchæ, Romæ profectus à Tiberio in vincula coniicitur, eò quod publice precatus fuisset, vt mortuo statim Tiberio Caio cunctorum dominum videret	37
	23	23 Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, vt inter cæter sacra reciperentur: Verum cum ex consultu patrũ Christianos eliminari Vrbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem, scribit Tertulianus in Apologetico.	38
		Petrus Apostolus Antiochenam ecclesiam fundauit, ibique cathedram adeptus, sedit annis 25.	
		Multi Senatorum & Equitum Romanorum interfecti.	
	Olympias 204.	Tiberius in Campania moritur in Lucullana villa.	
		CAIVS CALLIGVLA IIII. Rom. regnauit annis 3. menses 10.	
	24	1 Caius Cæsar cognomento Caligula Agrippam vinculis liberatum regem Iudææ facit.	39
	† Iudæorum	Caius semetipsum inter deos refert.	
	AGRIPPA an. 7.	Flaccus Auilius præfectus Ægypti multis Iudæos calamitatibus premit, consentiente Alexandriæ	

† Hunc Eusebius in historia Eccles. putat etiam Herodum vocatum. & de eo recitat verba Iosephi de Morte Herod. de qua in Actis ad finem cap. 12.

populo,

	Anni mundi	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini
A			populo, & crebris aduerſus eum clamoribus per-	
			ſonante, Synagogas quoque eorum imaginibus, ſta-	
			tuis, aris, & victimis polluit.	
		1	2 Refert Philo in eo libro, qui Flaccus inſcribitur,	40
			hæc omnia ſe præſente geſta, ob quæ etiam legatio-	
			nem ad Caium ipſe ſuſceperat.	
			Paſſienus filius ob fraudem hæreditatis ſuæ necatus.	
		2	3 Matthæus in Iudæa Euangelium primus ſcribit.	41
			Caius Cognomento Caligula, Memmij Reguli du-	
B			xit vxorem, impellẽs eum vt vxoris ſuæ patrem eſſe	
			ſe ſcriberet.	
			Pontius Pilatus in multas incidẽs calamitates pro-	
			pria ſe manu interfecit, ſcribunt Romanorum hi-	
			ſtorici.	
			Caius Petronio Præfecto Syriæ præcepit, vt Hiero-	
			ſolymis ſtatuã ſuam ſub nomine Iouis Maximi po-	
			neret, quod Iudæi maxima negauerũt obſtinatione.	
			Toto orbe Romano, ſicut Philo ſcribit, & Ioſephus,	
C			præterquàm in Synagogis Iudæorum ſtatuæ & ima-	
			gines & aræ C. Cæſaris conſecratæ.	
			Plurimi nobilium à Caio interfecti.	
			Caius ſorores ſuas, quibus ſtuprum intulerat, inſu-	
			larum exilio condemnauit.	
	5240	3	4 Caius omnes exules iuſſit interfici.	42
			Caius à protectoribus ſuis occiditur in Palatio an-	
		Olympias 205.	no ætatis ſuæ xxv.	
			CLAVDIVS XV. Rom. regnauit annis 13. menſes 9.	
			diebus 28.	
D		4	1 Iſte eſt Claudius patruus Druſi, qui apud Mo-	43
			guntiacum monumentum habet. Alibi legi auun-	
			culus, quia frater matris Caij fuit.	
		5	2 †PETRVS Apoſtolus natione Galilæus, Chri-	44
			ſtianorum Pontifex primus, cum primum Antio-	
			chenam eccleſiam fundaſſet Romam proficiſcitur,	
			vbi euangelium prædicans, 25. annis eiuſdem vrbis	
			Epiſcopus perſeuerat.	
		6	3 Marcus Euangeliſta interpres Petri, Ægypto &	45
E			Alexandriæ Chriſtum annunciat.	
			Primus Antiochiæ Epiſcopus ordinatur Euodius.	
		7	4 Agrippa rex Iudæorum an. 7. imperans moritur	46
			Poſt quem filius eius Agrippa auunculus Herodis	
		Iudæorum rex	à Claudio ſubſtituitur regnum.	
		AGRIPPA ſuperioris Agrippę filius annis 26.		
			Prophetia Agabi, quæ in Actibus Apoſtolorum fa-	
			mẽ in toto orbe futurã dixerat, ſub Claudio explet.	
			Claudius de Britannis triumphauit, & Orcha-	
			das inſulas Romano adiecit imperio, in cuius	

† Si Paulo credimus in epiſt. ad Galat. hoc hic falſum erit. Poſt conuerſionem enim ſuam in Arabiam conceſſit vbi tres peracti ſunt anni. Poſt deinde 14. annos venit Hieroſolymas ad Apoſtolos. vbi etiam petrus. Praterea à paſſione abierant, mẽſes prope duodecim vſque ad conuerſionem Pauli. Colliguntur itur 18 anni vbi hic ſunt duntaxat vndecim à paſſione Chriſti.

Anni mundi	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini
		gloriæ memoriam filium suum Britannorum appellauit.	
		Domitius Afer Nemausensis clarus Orator habetur, qui postea Nerone regnante ex cibi redundantia in cœna moritur.	
		Clodius Quirinalis Rhetor Arelatensis Romæ insignissime docet.	
	Olympias 206.		
		Inter Theram & Therasiam exorta est insula habēs stadia 30.	
	1	5 Descriptione Romæ facta sub Claudio inuenta sunt ciuium Romanorum LXIX. centena CXLIIII. milia.	47
		Claudius circa hæc tempora Fucinum lacum exiccauit, XI. annos triginta hominum milibus sine intermissione operantibus.	
		Portum Ostiæ Claudius extruxit, dextra læuáque duobus quasi brachiis obiectis.	
	2	6 Thracia hucusque regnata in Romanorū prouinciam redigitur.	48
		Maria virgo Iesu Christi mater ad filium in cœlum assumitur, vt quidam fuisse sibi reuelatum scribunt.	
	3	7 Sub Procuratore Iudææ Cumano in diebus azymorum tanta est Hierosolymis orta seditio, vt in portarum exitu populo corruente 30. milia Iudæorum perierint.	49
	4	8 Palæmon Vincentinus insignis Grammaticus Romæ habetur, qui quondam interrogatus, quid inter stillam & guttam interesset. gutta inquit, stat, stilla cadit.	50
	Olympias 207.		
		M. Antonius Liberalis Latinus Rhetor grauissimas inimicitias cum Palæmone exercet.	
	5	9 Fames facta in Græcia, modius sex drachmis venundatus est.	51
		Tres simul soles apparuerunt, statímque simul in eundem orbem coierunt.	
5250	6	10 Magna fames Romæ.	52
		Dionysius Areopagita prȩstabilis olim Philosophus claret.	
	7	11 Claudius Felicem Procuratorem Iudææ mittit apud quem Paulus Apostolus accusatus in defensionem sui perorat.	53
	8	12 Philippus Apostolus Christi apud Hieropolim Asiæ ciuitatem dum Euāgelium populo nuntiaret,	54

cruci

	Anni mundi		Romanorum.	Anni domini	
A			cruci affixus, lapidibus opprimitur.		
		Olymp. 208.	Sub Felice Procuratore Iudææ extiterunt multi qui		
		9	13 populum suasione deciperent, in qua & Ægyptius	55	
			quidam Pseudopropheta fuit, qui plurimos sibi asso-		
			cians in ipso magnarum rerum conatu, per exercitum		
			Felicis opprimitur. Scribit Iosephus consentanea A-		
			postolorum Actibus, in quibus Paulo dicitur à Tri-		
			buno: Nónne tu es Ægyptius, qui ante hos dies con-		
B			citasti populum, & eduxisti in desertum quatuor milia		
			virorum?		
		10	14 Claudius moritur in palatio, anno autem ætatis	56	
			suæ 64.		
			NERO VI. Romanorum, regnauit annis 14. mensibus		
			7. diebus 28.		
		11	1 Huius auunculus fuit Caius Caligula.	57	
			Felice recedente à Iudæa, seditio in Cæsarea Palæsti-		
			næ orta, magnam Iudæorum multitudinem perdi-		
			dit.		
C		12	2 Festus in gubernatione succedit Felici, apud quem	58	
			præsente Agrippa rege Paulus Apostolus religionis		
			suæ rationem exponens vinctus Romam mittitur.		
		Olymp. 209.	Probus Berythius eruditissimus Grammaticorũ Ro-		
			mæ agnoscitur.		
		13	3 Statius Surculus Tholosanus in Gallia celeberri-	59	
			mè Rhetoricam docuit.		
		14	4 Terræ motus Romæ, & solis defectio.	60	
D					
		15	5 Nero Agrippinam matrem suam, & sororem patris	61	
			interficit.		
	5260	16	6 Nero tantæ luxuriæ fuit, vt frigidis & calidis laua-	62	
		Olymp. 210	retur vnguentis, retibúsque aureis piscaretur, quæ pur-		
			pureis funibus extrahebat.		
			Nero Romæ cithara contendens superat.		
			Festo in magistratu Iudææ succedit Albinus.		
		17	7 Iacobus frater Domini, quem omnes Iustum ap-	63	
E			pellabant, à Iudæis lapidibus opprimitur, in cuius		
			thronum † Simeon, qui & Simon secundus summit-		† Hic Cleophæ filius erat Vide Euseb. hist. li. 3 ca. 32
			titur.		
		18	8 Ante mensam Neronis fulmen cecidit.	64	
		19	9 Post Marcum Euangelistam primus Alexandrinæ	65	
			Ecclesiæ ordinatur Episcopus Annianus, qui præfuit		
			annis 22.		
			Persius Volaterranus Satyricus Poeta moritur, anno		

Anni mundi	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini	
		ætatis suæ 29.		A
		Thermæ à Nerone ædificatæ, quas Neronianas appellauit.		
		Nero Romæ in Citharistarum agone contendens omnes superat.		
	20	10 M. Anneus Lucanus Cordubensis Poeta in Pisoniana coniuratione deprehensus, brachium ad secandas venas medico præbuit.	66	
		Nero vt similitudinem ardentis Troię inspiceret, plurimam partem Romanæ vrbis incendit.		B
		In Asia tres vrbes terræ motu conciderunt, Laodicia Hieropolis, Colosse.		
		Albino procuratori Iudææ Cestius Florus succedit, sub quo Iudæi contra Romanos rebellauerunt.		
	Olymp. 211.	Iunius Anneus Gallio frater Senecæ egregius declamator propria se manu interfecit, mortem eius Nerone in suam præsentiam differente.		
	21	11 Duæ tantùm prouinciæ sub Nerone factæ, Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ, Cottio rege defuncto.	67	C
		Multi nobilium Romæ à Nerone interfecti.		
		Nero in Olympiade coronatur, † Cerycas, Citharistas, Tragœdos, Aurigas vario certamine superans.		
		Lucius Anneus Seneca Cordubensis, præceptor Neronis, & patruus Lucani Poetę, incisione venarum, & veneni haustu periit.		D
	22	12 Rursum Nero Isthmia, Pythia, Actia celebrans, inter Cerycas, Tragœdos & Citharistas coronatur.	68	
		Neroni expensas centies centena milia decreto Senatus annuo subministrantur.		
	23	13 Nero cum cæteris viris insignibus & Octauiam vxorem suam interfecit, Cornutúmque Philosophum præceptorem Persij in exilium fugat.	69	E
	24	14 Musonius & Plutarchus Philosophi insignes habentur.	70	
		L. Anneus Mella Senecę frater & Gallionis, bona Lucani Poetæ filij sui à Nerone promeretur.		
		Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in Christianos facit, in qua Petrus & Paulus		

† *Pyrrichas fortasse legendum ex Trãquil. Suet.*

glorio-

	Anni mundi	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini.
A			gloriosè Romæ occubuerunt.	
			Contra Iudæos, qui Cestij Flori auaritiam non ferentes rabellabant, Vespasianus magister militiæ à Nerone transmittitur.	
			Vespasianus plurimas vrbes Iudææ capit.	
			Flauius Iosephus scriptor historicus, dux belli Iudæorum, cùm à Romanis interficiendus esset, Vespasiano prænuntiat de morte Neronis & eius imperio, cuius rei causa vitam dono accepit.	
B				
			Post Petrum primus Romanam ecclesiam tenuit LINVS an. 11.	
			Nero cùm à Senatu quæreretur ad pœnam, è Palatio fugiens ad quartum vrbis miliarium in suburbano liberti sui inter Salariam & Numentanam viam semet interficit, anno ætatis suæ trigesimo secundo, atque in eo omnis Augusti familia consummata est.	
C				
			GALBA, OTHO, & Vitellius Romanis imperauerũt anno vno, mensibus 9.	
		25	1 Post Neronem Galba in Hybernia, Vitellius in Germania, Otho Romæ imperium arripuerunt.	71
			Marcus Fabius Quintilianus Romam à Galba perducitur.	
		Olymp. 212.	Galba septimo mense imperij sui in medio Romanæ vrbis foro capite truncatur.	
D			Vespasianus duobus præliis superatos Iudæos ad muros compulit.	
			Otho tertio regni sui mense apud Bebriacum propria manu occubuit.	
			Antiochiæ secundus Episcopus ordinatur Ignatius.	
			Vitellius octauo imperij sui mense à Vespasiani ducibus occisus, in Tiberim proiicitur.	
E			VESPASIANVS VII. Romanorum, regnauit annis 9. mensibus 11. diebus 22.	
	5270	26	1 Vespasianus apud Iudæam Imperator ab exercitu appellatus, & bellum Tito filio commendans, Romã per Alexandriam proficiscitur.	72
			Capitolium Romæ incensum.	
			2 Titus Iudæa capta & Hierosolymis subuersis sexcenta milia virorum interfecit. Iosephus vero scribit vndecies centena milia fame & gladio periisse, & alia centum milia captiuorum publicè venundata.	73

	Anni mundi	Romanorum.	Anni domini.	
		Vt autem tanta multitudo Hierosolymis reperiretur, causam azymo-		A
		rum fuisse refert, ob quam ex omni gente Iudęæ ad templum confluen-		
		tes, vrbe quasi carcere sunt reclusi, oportuit enim iisdem diebus Paschæ		
		eos interfici, in quibus Saluatorem crucifixerant.		
		Colligitur omne tempus in secundo anno Vespasiani, & nouissimam e-		
		uersionem Hierosolymarum à decimo quinto Tiberij Cæsaris anno,		
		& ab exordio prædicationis 43. A captiuitate autem, quam ab Antiocho		
		3 perpessi sunt, anni 239.	74	
	Olym.	Porrò à Darij secundo anno, sub quo rursum templum ædificatum est,		
	213.	4 anni 591. A prima autem ædificatione templi sub Solomone vs-	75	B
		que ad nouissimam eius ruinam, quæ sub Vespasiano facta est, anni		
		1102.		
		5 Vespasianus Capitolium ædificare orsus.	76	
		In Alexandria facta seditio.		
		Serapion Philosophus & Orator agnoscitur.		
		6 Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Thracia, Sicilia, Coma-	77	
		gene, quæ liberæ antea & sub regibus amicis erant, in prouincias re-		
		7 dactæ.	78	C
		Colossus erectus habens altitudinis pedes 107.		
† Quintus.	Olym.	† Quirinus Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui		
	214	septuagesimo tertio ætatis suæ anno captus luminibus, duodecim po-		
		stea annis in summo omnium honore consenescit.		
		8 Gabinius celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.	79	
		Tres ciuitates Cypri terræ motu corruerunt.		
		9 Lues ingens Romæ facta, ita vt per multos dies in Ephemeridē de-	80	
		cem millia ferme mortuorum hominum referrentur.		D
		10 Vespasianus colonias deduxit, & mortuus est profluuio ventris in	81	
		villa propria circa Sabinos, anno æt. 69.		
		TITVS, VIII. Rom. regnauit annis 2. mensibus 8.		
	5280	1 Titus filius Vespasiani in vtraque lingua disertissimus fuit, & tantæ	82	
	Olym.	bonitatis, vt cùm quadam die recordatus fuisset in cœna nihil se illo die		
	215.	cuiquam præstitisse, dixit: Amice, hodie diem perdidi.		
		ANACLETVS III. Romanę ecclesię constituitur Episcopus, annis duo-		
		decim.		E
		Mons Vesuuius ruptus in vertice tantùm ex se iecit incendij, vt regio-		
		nes vicinas & vrbes cum hominibus exureret.		
		2 Titus Musonium Rufum Philosophum de exilio reuocat.	83	
		Titus Amphitheatrum Romæ ædificat, & in dedicatione eius quinque		
		milia ferarum occidit.		
		Romæ plurimæ ædes incendio concremantur.		
		Titus morbo periit in ea ipsa villa, in qua pater, pridie Idus Septembres		

anno

A *Anni mundi*	*Romanorum.*	*Anni domini.*
	anno ætatis 42.	
	DOMITIANVS Titi frater iunior, IX. Romanorum, regnauit annis	
	15. mensibus 5.	
	1 Decreto Senatus Titus inter deos refertur.	84
	Domitiani vxor Augusta appellatur.	
	2 Domitianus quotidie secretam quietem consueuit sumere, in qua	85
	nihil aliud curabat, nisi muscas stylo præacuto configere.	
	3 Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.	86
	Tres virgines Vestæ ob stuprum damnatæ.	
B Olym.	Plurimos Senatorum Domitianus in exilium mittit.	
216.	4 Secundus Alexandrinæ ecclesiæ constituitur Episcopus Abilius,	87
	qui præfuit annis 13.	
	5 Domitianus templum sine admixtione lignorum construit.	88
	6 Primus Domitianus dominum se & Deum appellari iussit.	89
	Nasamones & Daci dimicantes contra Romanos victi.	
	7 Duo menses aliter appellati September Germanicus, & October	90
	Domitianus.	
Olym.	Quintilianus ex Hispania Calaguritanus, qui primus Romæ publicam	
C 217.	scholam & salarium è fisco accepit, claruit.	
	8 Domitianus plurimos nobilium in exilium mittit, & occidit.	91
5290	9 Domitianus Mathematicos & Philosophos Romana vrbe pellit.	92
	10 Multa opera Romæ facta, in quis Capitolium, forum transitorium,	93
	diuorum porticus, Hisuium ac Serapium, stadium, horrea piperatoria,	
	Vespasiani templum, Mineruæ Chalcidicæ † Odium, forum Traiani, (margin: † Methodiꝰ)	
	thermæ Traianæ & Titianæ & Pantheon.	
	11 Domitianus de Dacis & Germanis triumphat.	94
	Domitianus tantæ superbiæ fuit, vt aureas & argenteas statuas sibi in	
D Olym.	Capitolio poni iusserit: hæcque & cætera omnia suo tantùm titulo, sine	
218.	vlla prisci autoris memoria signaret.	
	CLEMENS III. Romanæ ecclesiæ Episcopus præfuit annis 9.	
	Maxima virginum Vestalium Cornelia conuicta stupri, iuxta legem vi-	
	ua defossa est.	
	12 Domitianus prohibuit vites in vrbibus seri.	95
	Flauius Iosephus vicesimum librum Antiquitatum huius temporis	
	scribit.	
	13 Domitianus multos nobilium perdidit, quosdam verò in exilium	96
E	misit.	
	14 Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur, &	97
	sub eo Apostolus Ioannes in Pathmon insulam relegatus Apocalypsin	
	vidit, quam Irenæus interpretatur.	
	15 Domitianus rursum Philosophos & Mathematicos Roma per edi-	98
Olym.	ctum extrudit.	
219.	Apollonius Tyaneus, & Euphrates insignes Philosophi habentur.	

Notæ	Anni mundi	Romanorum.	Anni domini.	
		16 Domitianus eos qui de genere Dauid erant, interfici præcipit, vt		A
		nullus Iudæorum regno reliquus foret.	99	
		Scribit Brutius plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse marty-		
		rium, inter quos & Flauiam Domicillam Flauij Clementis Consulis ex		
		sorore nepotem in insulam Pontianam relegatam, quia se Christianam		
		esse testata est.		
		Multa signa atque portenta Romæ & toto orbe facta.		
		Domitianus occisus in Palatio, & per vespillones ignobiliter asporta-		
		tus anno ætatis trigesimo sexto, clypeique & imagines eius passim vbi-		B
		que per Romam in terram sunt deiectæ, & à populo per ignominiam		
		publicè conculcatæ.		
		NERVA, X. Romanorum, regnauit anno I. mensib. 4.		
		Alexandrinæ ecclesiæ III. Episcopus præfuit Cerdo, an. 11.		
		1 Senatus decreuit vt omnia quæ Domitianus statuerat, in irritum de-	100	
		ducerent. Itaque multi quos iniustè eiecerat de exilio reuersi, nonnulli		
		bona propria receperunt. Aiunt & Apostolum Ioannem hoc tempore		
		exilio solutum Ephesum secessisse, qua vrbe & hospitiolum, & amicos		
		amantissimos sui habebat.		
		Iustus à Tiberiade Iudæorum scriptor agnoscitur.		C
		Nerua morbo periit in hortis Sallustianis, anno æta. 72. cùm iam Traia-		
		num adoptasset in filium.		
		Traianus Agrippinæ in Galliis Imperator factus, natus Italicæ in Hispa-		
		nia.		
		TRAIANVS XI Rom. regnauit an. 19. mens. 6.		
		1 Decreto Senatus Nerua in deos relatus est.	101	
	5300	2 EVARISTVS IIII. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit, annis	102	
		nouem.		
	Olym.	Ioannem Apostolum vsque ad Traiani tēpora Irenæus Episcopus per-		D
	220,	3 mansisse scribit, post quem auditores eius insignes fuerunt Papias	103	
		Hieropolitanus Episcopus, & Polycarpus Smyrneus, & Ignatius An-		
		tiochenus.		
		4 Traianus de Dacis & Scythis triumphat.	104	
		5 Traianus victo rege Decebalo Daciam fecit prouinciam, Hyberos,	105	
† Forte Agarenos legēdum est ex Dione.		Sauromatas, † Asroenos, Arabes, Bosphoranos, Colchos in fidem acce-		
		6 pit, Seleuciam & Ctesiphontem, Babylonem occupauit, & tenuit	106	
		in mari rubro classem, & instituit vt per eam Indiæ fines vastaren-		
	Olym.	tur.		
	221.	Romæ aurea domus incendio conflagrauit.		E
		7 Terræ motu quatuor vrbes Asiæ subuersæ, Elea, Myrrhina, Pytanæ	107	
		8 Cymæ, & Græciæ duæ Opuntiorum & Oritorum.	108	
† In histor. Eusebij est 12. anno Traiani libri 4. prorsus ab initio.		†9 Alexandrinæ ecclesiæ IIII. Episcopus ordinatur nomine Primus,	109	
		annis 12.		
		10 Traiano aduersus Christianos persecutionem mouente, Simon fi-	110	
		lius Cleophæ, qui Hierosolymis episcopatum tenebat, crucifigitur, cui		
	Olym.	succedit Iustus.		
† Aliàs Heros.	222.	11 Ignatius quoque Antiochenæ ecclesiæ Episcopus Romam perdu-	111	
		ctus bestiis traditur, post quem tertius Episcopus constituitur † Eron.		

Plinius

	Anni mundi	*Romanorum.*	*Anni domini.*
A		Plinius Secundus cùm quandam prouinciam regeret, & in magistratu	
		suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudine eorum perterri-	
		tus, quæsiuit à Traiano quid facto opus esset, nuntians ei: Præter obsti-	
		nationem non sacrificandi, & antelucanos cœtus ad canẽdum cuidam	
		Christo Deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad conferendam disci-	
		plinam vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & his similia.	
		Ad quæ commotus Traianus rescribit, hoc genus quidem inquirendos	
		non esse, oblatos verò puniri oportere. Tertullianus refert in Apolo-	
B		getico.	
		ALEXANDER, V. Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet an. 10.	
	5310	12 Plinius Secundus Nouocomensis Orator & historicus insignis ha-	112
		betur, cuius plurima ingenij opera extant, periit dum inuisit Vesuuium.	
		Tres Galatiæ ciuitates terræmotu erutæ.	
		13 Pantheon Romæ fulmine concrematum.	113
		14 Post Iustum ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopatum IIII. susce-	114
		pit Zachæus, post quem V. Tobias, cui succedit VI. Beniamin, ad	
	Olym.	deinde VII. Ioannes, & VIII. Matthias, in cuius locum IX. constituitur	
	223.	Philippus.	
C		15 Traianus Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit prouincias.	115
		16 Terræmotus Antiochiam penè totam subruit ciuitatem.	116
		17 Iudæi qui in Libya erant aduersum cohabitatores suos alienigenas	
		dimicant. Similiter in Ægypto & in Alexandria, apud Syrenem quo-	
		que, & Thebaidem magna seditione contendunt, verùm gentiliũ pars	
		superat in Alexandria.	
		18 Iudæis Mesopotamiæ rebellantibus præcepit Imperator Traianus	118
		Lysiæ Quieto, vt eos prouincia exterminaret, aduersus quos Quietus	
	Olym.	aciem instruens infinita millia eorum interfecit, & ob hoc Procurator	
D	224.	Iudææ ab Imperatore decernitur.	
		19 Salaminam vrbem Cypri interfectis in ea gẽtilibus, subuertêre Iu-	119
		dæi.	
		Traianus morbo in Selenunti perit, siue, vt alibi scriptum reperimus	
		apud Seleuciam Isauriæ profluuio ventris extinctus est, anno ætatis 63.	
		mense 9. die 4. Ossa eius in vrnam auream collata, & in foro sub colũna	
		posita, solúsque omnium intra vrbem, & in foro sepultus est.	
		ADRIANVS XII. Romanorum regnauit annis 21.	
		1 Adrianus Italicæ in Hispania natus, consobrinæ Traiani filius	120
		fuit.	
E		Adrianus Alexandriam à Romanis subuersam publicis instaurauit ex-	
		pensis.	
		Adrianus Traiani inuidens gloriæ, de Assyria, Mesopotamia, Armenia,	
		quas ille prouincias fecerat, reuocauit exercitus.	
		2 Adrianus Iudæos capit secundò contra Romanos rebellantes.	121
		Senatus Traianum in deos refert.	
		Adrianus eruditissimus fuit in vtraque lingua, sed in puerorum amore	
		parum continens fuit.	
		Adrianus reliquias tributorũ vrbis relaxauit, chartis publicè incensis:	

Anni mundi	*Romanorum.*	Anni domini	
	plurimos etiam ipsis tributis liberos præstitit.		A
	SIXTVS VI. Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet an.10.		
5320	3 Plutarchus Cheronæus,& Sextus,& Agathobolus, & Oenomaus	122	
	Philosophi insignes habentur.		
	Alexandrinæ ecclesiæ v.constituitur Episcopus Iustus an.11.		
Olym.	Bellum contra Sauromatas gestum.		
225.	4 Terræmotu facto Nicomedia ruit,& Nicenæ vrbis plurima euersa	123	
	sunt,ad quarum instaurationem Adrianus de publico est largitus im-		
	pensas.		
	Euphrates Stoicus Philosophus moritur.		B
	5 Adrianus in Libyam,quæ à Iudæis vastata fuerat,Colonias deducit.	124	
	6 Adrianus Atheniensibus leges petentibus ex Draconis & Solonis,	125	
	reliquorúmque libris iura composuit.		
	7 Cephisus fluuius Eleusinam inundauit,quem Adrianus sponte con	126	
	iungens Athenis hyemem exigit.		
Olym.	Hierosolymis decimus post Philippum constituitur Episcopus Sene-		
226	8 ca, post quem XI.Iustus, cui successit XII.Leui,post quem XIII.	127	
	Ephres,XIIII.Ioses,XV.Iudas.Hi omnes vsque ad euersionem, quam		
	ab Adriano perpessa est Hierusalem, ex circuncisione Episcopi præ-		C
	buerunt.		
	Adrianus sacris Eleusinæ initiatus,multa Atheniensibus bona largitus		
	est.		
	9 Quadratus discipulus Apostolorum,& Aristides Atheniensis no-	128	
	ster Philosophus,libros pro Christiana religione Adriano dedêre com-		
	positos. Et Serenus Granius legatus vir apprimè nobilis literas ad Impe-		
	10 ratorem mittit, iniquissimum esse dicens,clamoribus vulgi innocē-	129	
	tium hominum sanguinem concedi,& sine vllo crimine nominis tan-		
	tum & sectæ reos fieri. Quibus commotus Adrianus Minutio Funda-		
	11 no Proconsuli Asiæ scripsit,sine obiectu criminum Christianos nō	130	D
Olym.	condēnādos. Cuius Epistolæ vsque ad nostram memoriā durat exēplū.		
227.	Imperator Adrianus pater patriæ appellatur,& vxor eius Augusta.		
	12 TELESPHORVS VII. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit	131	
	an.11.		
	Antiochiæ constituitur IIII.Episcopus Cornelius.		
	Nicopolis & Cæsareá terræmotu conciderunt.		
5330	13 Antinous puer egregius eximiæ pulchritudinis in Ægypto moritur,	132	
	quem Adrianus diligenter sepeliens(nam in delitiis eum habuerat) in		
	deos refert,ex cuius nomine etiam vrbs appellata est.		
	14 Alexandrinæ ecclesiæ VII.Episcopus præfuit Eumenes an.13.	133	E
	Templum Veneris ab Adriano Romæ factum.		
	15 Saluius Iulianus perpetuum composuit Edictum.	134	
	Adrianus Athenis hyemem exigens Eleusinam inuisit.		
Olym.	Adrianus cùm insignes & plurimas ædes Athenis fecisset,agonem edi-		
228.	dit,bibliothecámque miri operis extruxit.		
	16 Iudæi in arma versi Palæstinam depopulati sunt, tenente prouincia	135	
	Tynio Rufo,cui ad opprimendos rebelles Adrianus misit exercitum.		
	Phauorinus & Palæmon Rhetores insignes habentur.		

	Anni mundi	Romanorum	Anni domini
A		17 Basilides hæresiarches in Alexandria cōmemoratur, à quo Gnostici.	
		† Cochebas dux factionis Iudæorum, nolentes sibi Christianos aduersum Romanum militē ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat.	
		Quadragesimale ieiunium à Telesphoro per hoc tempus institutum ac præceptum quidam scribunt.	
		18 Bellum Iudaicum quod in Palæstina gerebatur finem accepit, rebus Iudæorum penitus oppressis. Ex quo tēpore etiam introeundi eis Hie-	137
		19 rosolymam licentia ablata, primùm dei nutu, sicut Prophetæ vaticinati sunt, deinde Romanis interdictionibus.	138
B	Olym. 229	Hierosolymis primus ex gentibus constituitur Episcopus Marcus, cessantibus his qui fuerant ex Iudæis.	
		20 Ælia ab Ælio Adriano condi * in fonte eius portæ qua Bethleem egredimur, Sus sculptus in marmore, significans Romanæ potestati subiacere Iudęos. Nonnulli à Tito Ælio filio Vespasiani extructam arbitrantur.	139
		21 Adrianus morbo intercutis aquæ apud Baias moritur, maior sexagenario.	140
C		T. ANTONINVS cognomento Pius, cum liberis suis † Aurelio & Lucio XIII. Romanorum regnauit an. 23. mensibus 3.	
		1 Antoninus pater patriæ appellatur.	141
		Galenus medicus his temporibus claruit.	
	5340	2 HYGINVS VIII. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscipit ann. 4.	142
	Olym. 230.	Sub Hygino Romanæ vrbis Episcopo Valentinus hæresiarches, & Cerdo magister Marcionis Romam venerunt.	
		3 Iustinus Philosophus librum pro nostra religione conscriptum Antonino tradidit.	143
		4 Heros V. Antiochiæ constituitur Episcopus.	144
		5 Marcus VII. Alexandriæ Episcopatum suscipit, ann. 10.	145
D		6 †	146
	Olym. 231.	Valentinus hæreticus agnoscitur, permanet vsque ad Anicetum.	
		Sancitum est à Pio, vt resurrectio dominica, die dominica celebretur, quod à pluribus postea Pontificibus confirmatum est.	
		7 Mesomedes Cretensis Citharœdorum carminum musicus Poeta agnoscitur.	147
		8 Tautus Berythius Platonicæ sectæ Philosophus clarus habetur.	148
		9 Arrianus philosophus Nicomediensis agnoscitur, & Maximus Tyrius.	149
E	Olym. 232.	10 Apollonius Stoicus natione Chalcidicus, & Basilides Syropolitanus philosophi illustres habentur, qui Veri quoque Cæsaris præceptores fuerunt.	150
		11	151
	5350	12 Celadion VIII. Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus præfuit an. 14.	152
		13 Crescens Cynicus agnoscitur, qui Iustino nostri dogmatis philosopho, qui se gulosum & præuaricatorem philosophiæ arguebat, perse-	153
	Olym. 233.	14 cutionem suscitauit, in qua ille gloriosè pro Christo sanguinem fudit.	154
		15	155

† Barchochabas, est in Eccles. hist.

† Non cōcordant cū historia, Aelij nō Aurelij appellandi.

† Hic omissa est linea de Pio qui IX. Romanæ ecclesiæ præfuit an. 15. hic autē sunt 11.

† Hic in historia Euseb. dicitur 11. an. præfuisse, cùm hic sint 10.

A

Anni mundi		Romanorum.	Anni domini.
	16	† ANICETVS x. Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet annis 10.	
		sub quo Polycarpus Romam veniens multos ab hæretico errore cor-	156
	17	rexit.	157
	18		158
Olym.		Cassianus XVII. Hierosolymæ Episcopatum post Marcum suscepit, post	
234.	19	quem XVIII. Publius, cui succedit XIX. Maximus, XX. Iulianus, XXI.	159
	20	Gaianus, XXII. Symmachus, XXIII. Caius, XXIIII. Iulianus, XXV.	160
	21	Capito.	161
5360	22	Antoninus Pius suo patrimonio opulentissimus, proprias opes a-	162
		micis liberalissimè tribuit, ærarium verò publicum ditissimum red-	
		didit.	
Olym.		Antoninus tantæ æquitatis fuit, vt plurimæ nationes depositis armis suę	
235.		solæ sententiæ paruerint.	
		Antoninus Pius apud Lorum villam suam duodecimo ab vrbe milia-	
	23	rio moritur, anno vitæ suæ 72.	163
		MARCVS ANTONIVS qui & Verus, XIIII. Romanorum regnauit, &	
		Lucius Aurelius Commodus, an. 19. mense vno.	
	1	Hi primùm ęquo iure imperium ministrauerunt, cùm vsque ad hoc	164
		tempus Augusti fuerint.	
	2	Lucio Cæsari Athenis sacrificanti, ignis in cœlo ab Oriente in Oc-	165
		cidentem ferri visus.	
	3	Vologesus rex Parthorum, vicinas sibi Romanas prouincias depo-	166
		pulatus est.	
Olym.		Fronto Orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Verum la-	
236		tinis literis erudiuit.	
	4	Seleucia Syriæ vrbs cum trecentis milibus hominum à Romanis	167
		capta.	
	5	Apud Pisas Peregrinus Philosophus rogo quem ex lignis compo-	168
		suerat incenso, semet superiecit.	
	6	L. Cæsar de Parthis cum fratre triumphauit.	169
		Agrippinus IX. Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus, præfuit an. 12.	
	7	Persecutione orta in Asia, Polycarpus & Pionius fecêre martyriũ,	170
		quorum scriptæ quoque passiones feruntur.	
Olym.		Plurimi in Gallia gloriosè ob Christi nomen interfecti, quorum vsque	
237.		in præsentem diem condita libris certamina perseuerant.	
	8	Lues multas prouincias occupauit, Roma ex parte vexata.	171
		Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatas, & Da-	
		cos dimicant.	
		SOTER XI. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit, † ann. 14.	
		Theophilus Antiochiæ XVI. Episcopus ordinatur, cuius plurima ingenij	
		opera extant.	
5370	9	Lucius Imperator anno regni sui nono, siue vt quidam putant XI. in-	172
		ter Concordiam & Altinum apoplexia extinctus est, sedens cum fratre	
		in vehiculo.	
	10	Antonino Imperatori inclyto Asianus Sardiensis Episcopus Apolo	173
		geticum pro Christianis tradidit.	
	11	Apollinaris Asianus Hieropolitanus Episcopus insignis habetur.	174

B

C

D

† In historia Ecclesiastica, lib. 5. 8. an.

E

Diony-

Anni mundi	*Romanorum.*	*Anni* domini
A	Dionysius Episcopus Corinthiorum clarus habetur, & † Pinetus Cre-	
Olym.	tensis vir eloquentissimus.	
238.	Pseudoprophetia quæ Cataphrygas nominatur, accepit exordium au-	
	tore Montano, Priscilla, Maximillaque insanis vatibus.	
	12 Tatianus hæreticus agnoscitur, à quo Encratitæ.	175
	Bardesanes alterius hæreseos princeps notus efficitur.	
	Oppianus Cilex Poeta cognoscitur, qui Halieuticam miro splendore	
	conscribit.	
	Tanta per totum orbem pestilentia fuit, vt penè vsque ad internecio-	
B	nem Romanus exercitus deletus fuerit.	
	13 Imperator Antoninus multis aduersum se nascentibus bellis sæpè	176
	ipse intererat, sæpè duces nobilissimos destinabat, in quibus semel per-	
	tinaciter exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti	
	14 oppresso, pluuia diuinitùs missa est, cùm è contrario Germanos &	177
	Sarmatas fulmina persequerentur, & plurimos eorum interficerent.	
	15 Extant literæ Marci Aurelij grauissimi Imperatoris, quibus illam	178
Olym.	Germanicam sitim Christianorum fortè militum precationibus impe-	
239.	16 trato imbri discussam contestatur.	179
C	Atticus Platonicæ sectæ Philosophus agnoscitur.	
	ELEVTHERIVS Rom. ecclesiæ XII. Episcopatum suscipit, annis 15.	
	Antiochiæ VII. constituitur episcopus † Maximinus.	
	17 Antoninus Commodum filium suum consortem regni facit.	180
	18 † Antoninus cum filio de hostibus triumphauit, quos per trienniū	181
	apud Cornutum habens statiua castra, vastauerat.	
5380	19 Imperatores multis multa largiti sunt, & pecuniam quę fisco debe-	182
	batur prouinciis concedentes, tabulas debitorum in medio Romanæ	
	vrbis foro incendi præceperunt, ac ne quid bonitati deesset, seueriores	
D	quasque leges nouis constitutionibus temperauerunt.	
	Antoninus post victoriam adeò in æditione munerum magnificus fuit,	
	vt centum simul leones exhibuerit.	
Olym.	Commodus a Senatu Augustus appellatur.	
240.	Smyrna vrbs Asiæ terræ motu ruit, ad cuius instaurationem decennalis	
	tributorum immunitas data est.	
	Antoninus in Pannonia morbo periit.	
	Iulianus x. Alexandrinæ ecclesiæ Episcopatum sortitur an. 10.	
	COMMODVS XV. Romanorum, regnauit an. 13.	
	1 Commodus de Germanis triumphauit.	183
E	2 Templum Serapidis Alexandriæ incensum.	184
	3 Irenæus Episcopus Lugdunensis insignis habetur.	185
Olym.	4 Thermæ Commodianæ Romæ factæ.	186
241.	Commodus septimum mensem nomine suo appellauit.	
	5 Hierosolymis 26 ordinatur Episcopus Maximus, post quem 27 An-	187
	toninus, 28 Valens, 29 Dulychianus, 30 Narcissus, 31 † Ælius, 32 Ger-	
	manio, 33 Gordius, 34 rursum Narcissus.	
	6	188
	7 Tantis apud Hierosolymam Episcopis constitutis, nō potuimus dis-	189
	cernere tempora singulorum, eò quòd vsque in pręsentem diem, eorum	

† Pynitus in hist. Eccles.

† Maximianus.

† Meminit haud dubie Eusebius in histor. cap. 26. lib. 4. Nam frater Lucius erat mortuus.

† Dius.

	Anni mundi	*Romanorum.*	*Anni domini.*	
		Episcopatum anni minimè inueniantur.		A
† *Vide in hist.lib.5.ca. 21.ad finem.*		8 † Apollonius vrbis Senator, lecto Senatui insigni volumine, quod de	190	
		Christi fide composuerat, capite ob Christi fidem truncatus est.		
	Oly.	In Capitolium fulmen ruit, & magna inflammatione facta bibliotheca		
	242.	& vicinæ quæque ædes concrematæ.		
		9 Alexandrinæ XI. constituitur Episcopus Demetrius annis 44.	191	
		Commodus Imperator Collossi capite sublato, suæ imaginis caput iussit		
		imponi.		
	5390	10 Serapion VII. Antiochiæ Episcopus ordinatur.	192	
		11 Commodus multos nobilium interficit, & spectacula populo Ro-	193	B
		mano præbet insignia.		
		12 Incendio Romæ facto Palatium & ædes Vestæ, plurimáque vrbis	194	
	Olym.	pars solo coæquatur.		
	243.	13 Commodus strangulatur in domo Vestiliani.	195	
		ÆLIVS PERTINAX, XVI. Romanorum, regnauit mensibus 6.		
		Pertinax septuagenario maior cùm Præfecturam vrbis ageret, ex Sena-		
		tusconsulto imperare iussus est.		
		VICTOR, XIII. Romæ Episcopatum suscipit annis 10. cuius mediocria		
		de religione extant volumina.		C
		Pertinax obsecrante Senatu, vt vxorem suam Augustam, & filium suum		
		Cæsarem appellaret, contradixit: sufficere testatus est, quòd ipse regna-		
		ret inuitus.		
		Pertinax occiditur in Palatio Iuliani Iurisperiti scelere, quem postea Se-		
		uerus apud Miluium pontem interfecit.		
		SEVERVS, XVII. Romanorum, regnauit annis 18.		
		1 Seuerus prouincia Tripolitana oppido Lepti, solus ex Africa vs-	196	
		que in præsentem diem Romanis Imperator fuit, & in honorem Per-		
		tinacis, quem Iulianus occiderat, Pertinacem se cognominari ius-		
		sit.		D
		2 Clemens Alexandrinæ ecclesię presbyter, & Pāthenus Stoicus Phi-	197	
		losophus, in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur.		
		3 Narcissus Hierosolymitarum Episcopus, & Theophilus Cæsariēsis,	198	
† *Polycrates.*		† Polycarpus quoque, & Bachylus Asianæ prouinciæ Episcopi insignes		
	Olym.	habentur.		
	244.	Candidus Christianorum disputator cautissimus notus efficitur.		
		4 Quæstione orta in Asia inter Episcopos, an secundum legem Mosi	199	
		14. mensis Pascha obseruandum esset, Victor Romanæ vrbis Episcopus		
		& Narcissus Hierosolymarum, Polycrates quoque, & Irenæus, & Ba-		
		chylus, plurimíque ecclesiarum pastores, quid eis probabile visum fue-		E
		rat literis ediderunt, quarum memoria ad nos vsque perdurat.		
		5 Iudaicum & Samariticum bellum ortum, vel resumptum.	200	
		6 Seuerus Parthos, & Adyabenos superauit, Arabésque interiores ita	201	
		cæcidit, vt regionem eorum Romanam prouinciam faceret, ob quæ		
	5400	7 Parthicus, Arabicus, & Adyabenicus cognominatus est.	202	
	Olym.	Seuero imperante Thermæ Seuerianæ apud Antiochiam, & Romam		
	245.	factæ, & Septizodium extructum.		
		8 ZEPHYRINVS XIIII. Rom. ecclesiæ Episcopatum suscepit, an. 17.	203	

Persecu-

	Anni mundi	Romanorum.	Anni domini	
A		9 Persecutione in Christianos facta, Leonides Origenis pater glo-	204	
		10 riosa martyrij morte transfertur.	205	
		11 Alexander ob confessionem Dominici nominis, insignis habetur.	206	
	Olym.	Clemens multa & varia conscribit.		
	246	12 Musanus † noster Philosophiæ scriptor agnoscitur.	207	† Nostræ.
		13 † Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud Lugdunum	208	† Hic puto Scotiam ab Anglia primū diuisam.
		interfecto, Seuerus in Britannos bellum transfert, vbi vt receptas pro-		
		14 uincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallū per 132. mil-	209	
B		15 lia passuum à mari ad mare duxit.	210	
	Olym.	Tertullianus Afer Centurionis Proconsularis.		
	247	16	211	
	5410	17 Origenes Alexandriæ studiis eruditur.	212	
		18 Seuerus moritur Eboraci in Britannia.	213	
		† ANTONINVS cognomento Caracalla, XVIII. Romanorum, regnauit		† Hic fuit filius Seueri, vt in histor. Dicitur autē annis 7. & mensibus. 6. regnasse. Vide caput 19 libri 6. in hist. Eusebij.
		annis 6.		
		1 Antiochiæ IX. Episcopus constituitur Asclepiades.	214	
	Olym.	Alexander XXXV. Hierosolymorum Episcopus ordinatur, adhuc viuen-		
C	248	te Narcisso, & cum eo pariter ecclesiam regit.		
		2 Antoninus Caracalla cognominatus, propter genus vestis quod	215	
		Romæ erogauerat, & ecōtrario Caracallæ ex eius nomine Antonianæ		
		3 dictæ.	216	
		4 Antoninus Romæ Thermas suo nomine ædificauit.	217	
		5 Antoninus tam impatiens libidinis fuit, vt nouercam suam Iuliam	218	
		vxorem duxerit.		
	Olym.	Antoninus interficitur inter Edessam & Carras anno ætatis 44.		
	249.	6	219	
		MACRINVS XIX. Romanorum regnauit anno vno.		
D		1 Macrinus præfecturam Prætorij gerens Imperator fuit factus.	220	
		Antiochiæ x. Episcopus constituitur Philetus.		
		Circensibus Vulcanaliorum Romæ Amphitheatrum incensum.		
		Aggarus vir sanctus regnauit Edessæ, vt vult Africanus.		
		Macrinus occiditur in Archelaide.		
		MARCVS Aurelius Antoninus XX. Romanorum regnauit annis 4.		
		1 Marcus Aurelius Antonini Caracallæ vt putabatur filius, & sacer-	221	
	5420	2 dos Heliogabali templi, adeo impudicè in imperio suo vixit, vt nul-	222	
		lum genus obscœnitatis omiserit.		
E	Olym.	CALLISTVS XV. Romæ ecclesiæ Episcopatum suscepit annis 5.		
	250.	3 Heliogabalum templum Romæ ædificatum.	223	
		4 In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, vrbs condita	224	
		est, legationis industriam pro ea suscipiente Iulio Africano scriptore		
		temporum.		
		Antoninus Romæ occiditur tumultu militari, cum matre † Semiasyra.		† Simyasyræ.
		ALEXANDER Mammeæ filius XXI. Romanorum regnauit annis 13.		
		1 Alexander Xerxem regem Persarum gloriosissimè vincit, & disci-	225	
		2 plinæ militaris tam seuerus corrector fuit, vt quasdam tumultuantes	226	
	Olym.	legiones integras exautorauit.		
	251.	3 VRBANVS XVI. Romanæ ecclesiæ ordinatur Episcopus annis 9.	227	

	Anni mundi	Romanorum.	Anni domini	
		4 Vlpianus Iurisconsultus, assessor Alexandri, insignis habetur.	228	A
		5 Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ.	229	
		6 Gemianus presbyter Antiochenus, & Hyppolytus, & Beryllus Epi-	230	
	Olym.	scopus Arabiæ, Bostrenus, clari scriptores habentur.		
	252.	7 Antiochiæ XI. constituitur Episcopus Zebennus.	231	
	5430	8 Orientes Alexandriæ clarus habetur.	232	
		9 Alexandrinæ ecclesiæ XII. ordinatur Heraclas, annis 16.	233	
		10 Alexander in matrem Mammeam vnicè pius fuit, & ob id omnibus	234	
	Olym.	amabilis.		
	253.	11 Origenes de Alexandria ad Cæsaream Palæstinæ transit.	235	B
		12 PONTIANVS XVII. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit an. 5.	236	
		13 Alexander occiditur Moguntiaci tumultu militari.	237	
		MAXIMINVS, XXII. Romanorum, regnauit annis 3.		
		1 Maximinus primus ex corpore militari sine Senatus autoritate ab	238	
	Olym.	exercitu Imperator electus est.		
	254.	2 Maximinus aduersus ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit.	239	
		3 Maximinus Aquileiæ à Pupieno occiditur.	240	
		GORDIANVS XXIII. Romanorum regnauit annis 6.		
		1 ANTHERVS XVIII. Romæ Episcopus ordinatur mense vno, post	241	C
		quem XIX. Fabianus annis 13.		
	5440	2 Gordiano Romam ingresso Pupienus & Galbinus, qui imperium	242	
	Olym.	arripuerant in Palatio occisi.		
	255	3 Gordianus admodum adolescens, Parthorum natione superata,	243	
		cùm reuerteretur ad patriam, fraude Philippi Præfecti Prætorij haud		
		4 longe à Romano solo interfectus est.	244	
		5 Gordiano milites tumulum ædificant, qui Euphrati imminet, ossi-	245	
		6 bus eius Romam reuectis.	246	
† 5.	Olym.	PHILIPPVS XXIIII. Romanorum regnauit annis †7.		
	256	1 Philippus Philippum filium suum consortem regni facit, primúsque	247	D
		omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit.		
		2 Regnantibus Philippis millesimus annus Romanæ vrbis expletus	248	
† Maximo.		est, ob quam solennitatem innumerabiles bestiæ in circo †magno in-		
		terfectæ, ludíque in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus		
		populo peruigilante celebrati.		
		3 Theatrum Pompei incensum, & Echatrostylon 40. missus.	249	
		4 Athlas mōs natali Romæ vrbis cucurrit, & agon mille annorū actus.	250	
	Olym.	Philippus vrbem nominis sui in Thracia construit.	251	
	257.	5 Alexandrinam ecclesiam XIII Episcopus tenuit Dionysius an. 17.	252	
	5450	6 Philippus senior Veronæ, Romæ iunior occiditur.	253	E
		7 DECIVS, XXV. Romanorum, regnauit anno vno, mensibus 3.	254	
† Bubaliæ.		1 Decius è Pannonia inferiore †Eudaliæ natus fuit.		
		Decius cùm Philippos patrem & filium interfecisset, ob odium eorum		
		in Christianos persecutionem mouet, qua diaconus Laurentius Romæ		
		martyrium duxit.		
		Antonius monachus in Ægypto nascitur.		
		Romæ Amphitheatrum incensum.		
		Alexandro Hierosolymorum Episcopo apud Cæsaream Palestinæ ob		

martyrium

Anni mundi	Romanorum.	Anni domini	
	martyrium interfecto, & Antiochiæ Babyla, Mazabbanes & Fabius		
	Episcopi constituuntur.		
	Decius cum filio in † Aprucio occiditur.		† Barbarico.
	GALLVS & Volusianus Galli filius XXVI. Romanorum regnauerunt		
	annis 2. mensibus 4.		
	Romanæ ecclesiæ Episcopatum post Fabiani gloriosam mortem XX.		
	suscepit CORNELIVS annis 2. qui & ipse martyrio coronatus est. Ex-		
	tant ad eum Cypriani VII. Epistolæ.		
	1 Pestilens morbus totius orbis multas prouincias occupauit maxi-	255	
	méque Alexandriam & Ægyptum, vt scribit Dionysius, & Cypriani de		
	mortalitate testis est liber.		
	Nouatus presbyter Cypriani Romam veniens, Nouatianum, & cæte-		
	ros confessores sibi sociat, eò quòd Cornelius pœnitentes apostatas re-		
	cepisset.		
	Antiochiæ XIIII. constituitur Episcopus † Demetrianus.		† Demetrius.
	2 LVCIVS, XXI. Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet menses 8. post	256	
	quem XXII. Stephanus annis 3.		
	Extant ad vtrunque Cypriani Epistolæ.		
Olym.	Gallus & Volusianus, cùm aduersum Æmilianum qui in Mœsia res		
258.	nouas moliebatur, ex vrbe profecti essent, in Foro Flaminij, siue vt		
	alij putant, Interamnæ interfecti sunt.		
	Æmilianus tertio mense inuasæ tyrannidis extinctus est.		
	VALERIANVS & Galienus XVII. Romanorum regnauerunt an-		
	nis † 15.		† 9.
	1 Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus,	257	
	2 Galienus Romæ à Senatu Cæsar appellatus est.	258	
Olym.	SIXTVS XXIII. Romanæ ecclesiæ episcopatum tenet annis 8.		
259.	3 Cyprianus primùm Rhetor, deinde presbyter, ad extremum Car-	259	
	thaginiensis Episcopus martyrio coronatur.		
	4 Valerianus in Christianos persecutione commota, statim à Sapore	260	
	Persarum rege capitur, ibíque seruitute miserabili consenescit.		
	5 Sapor rex Persarum, Syriam, † Siciliam, & Cappadociam depopu-	261	† Ciliciam.
	latur.		
5460	6 Valeriano in Persas ducto, Galienus pacem nostris reddidit.	262	
Olym.	Antiochiæ XV. constituitur Episcopus Paulus Samosatenus.		
260.	7 Galieno in omnem lasciuiam dissoluto, Germani Rauennam vsque	263	
	venerunt.		
	8 Alemanni vastatis Galliis, in Italiam transiêre.	264	
	9 Græcia, Macedonia, Pontus, Asia, depopulata per Gothos.	265	
	10 Quadi & Sarmatæ Pannonias occupauerunt.	266	
	Germanis Hispanias obtinentibus, Tarracon expugnata est.		
Olym.	Parthi Mesopotamiam tenentes, Syriam incursauerunt.		
261	Alexandrinæ ecclesiæ XIIII. ordinatur Episcopus Maximus an. 19.		
	DIONYSIVS XXIIII. Romanæ ecclesiæ Episcopus constituitur an-		
	nis 9.		
	11 Odenatus Decurio Palmiremus collecta agrestiũ manu ita Persas	267	
	cæcidit, vt ad Ctesiphontem castra poneret.		

Anni mundi	*Romanorum.*	*Anni domini*	
	12 Hierosolymarum Episcopatum tenet Hymenæus.	268	A
	13 Paulus Samosatenus à cunctorum prædicatione desistens, Artemo-	269	
	nis hæresim suscitauit, in cuius locum Antiochenæ ecclesiæ XVI. ordi-		
	natur Episcopus Domnus.		
	14 Galliæ per Posthumum, & Victorinum, & Tetricum receptæ.	270	
Olym.	Gallienus Mediolani occiditur.		
262.	15	271	
	CLAVDIVS XXVIII. Romanorum regnauit anno vno, mensibus 9.		
5470	1 In Alexandria Bruchium, quod per multos annos fuerat obsessum,	272	B
	tandem capitur.		
	Claudius Gothos, Illyricum & Macedoniam vastantes superat, ob quæ		
	in Curia clypeus ei aureus, & in Capitolio statua aurea collocata est.		
	Claudius Firmij moritur.		
	2 Quintilius Claudij frater à Senatu Augustus appellatus, XVII. impe-	273	
	rij sui die Aquileiæ occiditur.		
	AVRELIANVS XXIX. Rom. regnauit annis 5. menses 6.		
	1 Antiochenæ ecclesiæ XVII. ordinatur Episcopus Tymæus.	274	
Olym.	Aurelianus, Tetrico apud Catalaunios prodente exercitum suum,		
263.	Gallias recepit.		C
	2 Zenobia apud Timmas, haud longe ab Antiochia vincitur, quæ oc-	275	
	ciso Odenato marito, Oriẽtis tenebat imperium, in qua pugna strenuis-		
	simè aduersum eum dimicauit.		
	Pompeianus dux cognomento Francus, cuius familia hodie apud An-		
	tiochiam perseuerat, & ex cuius Euagrius charissimus nobis stirpe de-		
	scendit.		
	3 Eusebius Laodicenus Episcopus insignis habetur.	276	
	Aurelianum Romæ triumphantẽ Tetricus & Zenobia currum præcef-		
	serunt, ex quibus Tetricus Corrector postea Lucaniæ fuit, Zenobia in		D
	vrbe summo honore consenuit, à qua hodie quoque Romæ Zenobia		
	familia nuncupatur.		
	4 Aurelianus templum Soli ædificat, & Romam firmioribus muris	277	
	vallat.		
	Primus agon Solis Aureliano constitutus.		
	5 Aurelianus cùm aduersum nos persecutionẽ mouisset, fulmen iuxta	278	
Olym.	eum comitésque eius ruit, ac non multò pòst inter Constantinopolim		
264.	& Heracliam in Cenophrurio viæ veteris occiditur.		
	TACITVS XXX. Romanorum regnauit menses 6. quo apud pontem		
	occiso, obtinuit Florianus imperium diebus 80.		E
	Hoc quoque apud Tharsum interfecto,	279	
	PROBVS XXXI. Rom. regnauit annos 6. menses 4.		
	1 FELIX XXV. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit an. 5.	280	
	Probus Gallias à Barbaris iterum occupatas ingenti virtute restituit.		
	Anatholius Laodicenus Episcopus Philosophorum disciplinis erudi-		
	tus, plurimo sermone celebratur.		
	2 Secundo anno Probi iuxta Antiochenos 325. annus fuit, iuxta Ty-	281	
	rios 402. vel 303. secundum quosdam, iuxta Laodicenos 324. iuxta Edis-		
	senos 388. iuxta Ascalonitas 380.		

A	*Anni*	*Romanorum.*	*Anni*
	mundi	Insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum	*domini*
		exorta.	
	5480	3 Probus Gallos & Pannonios vineas habere permisit, Almumque	282
	Olym.	& aureum montē militari manu cōsitos prouincialibus colendos dedit.	
	265	4 Antiochiæ XVIII. constituitur Episcopus Cyrillus.	283
		Saturninus magister exercitus nouam ciuitatem Antiochiæ orsus est	
		condere, qui postea imperium molitus inuadere Apameæ occiditur.	
		5 EVTYCHIANVS XXVI. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit	284
B		menses 8. post quem XXVII. Gaius an. 15.	
		6 Probus tumultu militari apud Syrmium in turri, quæ vocata Ferrata	285
		occiditur.	
		Alexandrinæ ecclesiæ XV. Episcopus præfuit Theonas annis 19.	
		CARVS cum filiis Carino & Numeriano XXXII. Romanorum annis 2.	
		1 Carus Narbonensis, cùm omni Parthorum regione vastata Co-	286
	Olym.	chlem & Ctesiphontem nobilissimas hostium vrbes cœpisset, super Ti-	
	266.	grim castra ponens fulmine ictus interiit.	
		2 Numerianus cùm ob oculorū dolorem lecticula veheretur, insidiis	287
		Apri soceri sui occisus est, vix fœtore cadaueris post aliquot dies scelere	
C		comperto.	
		Carinus prælio victus apud Murgum occiditur.	
		DIOCLETIANVS XXXIII. Rom. regnauit an. 20.	
		1 Diocletianus Dalmata Scribæ filius, Imperator electus statim Aprū	288
		in militum concione percussit, iurans non sine suo scelere Numeria-	
		num interfectum.	
		2 Diocletianus in consortium regni Herculium Maximianum assum-	289
		psit, qui rusticorum multitudine oppressa (qui factioni suæ Baccharida-	
		3 rum nomen indiderat) pacem Galliis reddit.	290
	Olym.	Carausius sumpta purpura Britannias occupauit.	
D	267	Narseus Orienti bellum intulit.	
		4 Quinquegentiani Africam infestauerunt.	291
	5490	5 Ægyptum Achilleus obtinuit, ob quæ Constantius & Galerius Ma-	292
		ximianus Cæsares assumuntur in regnum, quorum Constantius Clau-	
		dij ex filia nepos fuit, Galerius in Dacia haud longè à Geroica natus:	
		atque vt eos Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Constantinus	
		6 priuignam Herculij Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos	293
		7 Constantini fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani Valeriam	294
		duxit, ambo vxores quas habuerant repudiare compulsi.	
E		Busiris & Coptus contra Romanos belligerantes ad solum vsque sub-	
	Olym.	uersæ sunt.	
	268	8 Carporum & Basternarū gentes in Romanum solum translatæ sunt.	295
		9 Primus Diocletianus adorari se vt Deum iussit, & gemmas vestibus	296
		calceamentísque inseri, cùm ante eum omnes Imperatores in modum	
		iudicum salutarentur, & chlamide tantum purpurea à priuato habitu	
		plus haberent.	
		10 MARCELLINVS XXVIII. Romanæ ecclesiæ Episcopatum susce-	297
		pit annis 9.	
		Alexandria cùm omni Ægypto per Achilleum ducem à Romana po-	

Anni mundi	Romanorum.	Anni domini
	testate desistens, octauo obsidionis mense à Diocletiano capta est.	
	11 Itaque plurima per totam Ægyptum grauibus proscriptionibus exi-	298
Olym.	liisque vexati, interfectis qui perduellionis causa fuerunt.	
269.	12 Ecclesiæ Hierosolymorum XXXVIII. ordinatur Episcopus Labdas.	299
	13 Post decem annos per Asclepiodotum Præfectum Prætorij Britan-	300
	niæ receptæ.	
	Iuxta Lingonas à Constantino Cæsare 60. milia Alemannorum cæsa.	
	Galerius Maximianus victus à Narseo ante carpētum Diocletiani pur-	
	puratus cucurrit.	
	14 Veturius magister militiæ Christianos milites persequitur, paula-	301
	tim ex illo iam tempore persecutione aduersum nos incipiente.	
	Galerius Maximianus superato Narseo, & vxoribus ac honore suscipi-	
	tur.	302
5500	15 Thermæ Diocletianæ Romæ factæ, & Maximianæ Carthagine.	
Olym.	Ecclesiæ Hierosolymorum XXXVIII. præfuit Thermon annis 39.	
270.	16 Antiochiæ XIX. constituitur Episcopus † Tyrrhannus.	303
	17 Alexandrinæ ecclesiæ XVI. post Theonam ordinatur Episcopus Pe-	304
	trus, qui postea nono persecutionis anno gloriose martyriū perpetrauit.	
	18 Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa Romæ trium-	305
	pharunt, antecedentibus currum eorum Narsei coniuge, sororibus, li-	
	beris, & omni præda, qua Parthos spoliauerat.	
	19 Terræmotu horribili apud Tyrum & Sydonem multa opera conci-	306
	derunt, & populus innumerabilis oppressus est.	
Olym.	Decimonono anno Diocletiani, mēse Martio, in diebus Paschæ eccle-	
281.	siæ subuersæ sunt.	
	Secundum	
	Persecutio Christiana. Antiochenos	
	an. 351.	
	20 Secundo anno persecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximia-	307
	nus Mediolani purpuram deposuerunt.	
	GALERIVS solus biennio Augustus imperium tenuit, mox cum alio	
	annis 16.	
	1 EVSEBIVS XXIX. Romæ Episcopus constituitur mensibus VII.	308
	post quem XXX. ecclesiam tenet Melciades an. 6.	
	2 † Maximianus & Seuerus à Galerio Maxi-	309
	miano Cæsares facti.	
	* Constantius 16. imperij anno diem obiit in Britannia Eboraci, post	310
	* quem filius eius Constantinus ex concubina Helena procreatus, re-	311
	gnum inuadit quarto persecutionis anno.	
	CONSTANTINVS XXX. Romanorum regnauit annis 30. mēsibus 10.	
	1 Maxentius Herculij Maximi filius à Prætorianis militibus Romæ	312
	Augustus appellatur.	
Olym.	Seuerus Cæsar à Galerio Maximiano contra Maxentium missus, Ra-	
272	uennæ secundo imperij sui anno interficitur.	
	2 Licinius à Galerio Carnunti Imperator factus.	313
	Herculius Maximianus à filia Fausta detectus, quòd dolum Constanti-	
	no viro suo pararet, Massiliæ fugiens occiditur.	

In hist. lib. 7. cap. 28. Antiochiæ 19. constituitur Dorotheus, miror quare ille emissus. *† Thirannus.*

† Maximinus.

A B C D E

Quirinus

	Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.
A		3	Quirinus Episcopus Scesianus gloriosè pro Christo interficitur:	
	5510.		nam manuali mola ad collum ligata è ponte præcipitatus in flumen,	314.
			diutissime supernatauit, & cum expectantibus collocutus, ne sui	
			terrerentur exemplo, vix orans vt mergeretur obtinuit.	
		4	Galerius Maximianus moritur 20 imperij sui anno, quod partim	315
		5	Cæsar, partim Augustus exercuit.	316
	Olym.		SYLVESTER XXXI. Rom. ecclesię ordinatur Episcopus an. 2.	
	273.	6	† Maximianus persecutione in Christanos facta, cũ iam à Licinio	317
B			puniẽdus esset, apud Tharsum moritur, anno imperij sui 6.	
		7	Alexandrinæ ecclesiæ XVII ordinatur Episcopus Achillas.	318
			Maxentius iuxta pontem Miluium à Constantino superatus occi-	
			ditur, anno imperij sui sexto.	
			Bellum Cibalense aduersum Licinium.	
			Hierosolymarum XXXIX Episcopus constituitur Macarius.	
			Diocletianus haud procul à Saloni, in villæ suę Palatio moritur,	
			& solus omnium inter deos priuatus refertur.	
		8	Crispus & Constantinus filius Constantini, & Licinius adolescens	319
C			Licinij Augusti filius, Constantini ex sorore nepos, Cæsares appel-	
			lantur, quorũ Crispum Lactantius Latinis literis erudit, vir omnium	320
	Olym.		suo tempore eloquentissimus, sed adeò in hac vita pauper, vt ple-	
	274.		runque etiam necessariis indiguerit, nedum deliciis.	
		10	Pax nostris à Constantino redditur.	321
		11	Licinius Christianos de Palatio suo pellit.	322
	5520	12	Basilius Amasiæ Ponti Episcopus sub Licinio martyrio coronatur.	323
	Olym.	13	Alexandrinæ ecclesiæ XVIII ordinatur Episcopus Alexander, à	
	275.	14	quo Arius presbyter de ecclesia eiectus, multos suę impietati so-	
		15	ciat, ad quam perfidiã coarguendam Synodus CCCXVIII Epis-	324
D			coporum in Nicæam vrbem Bithyniæ congregata, omnes hæreti-	
			corum machinas Homusij oppositione deiecit: & fuit Synodus	
			prima.	
			Helena Constantini mater, diuinis monita, visionibus beatissimum	
		16	crucis signum, in quo mundi salus pependit, apud Hierosolymam	325
		17	reperit.	326
	Olym.		Constantinus filius Constantini, Cæsar factus.	
	276.	18	Licinius, Thessalonicæ contra ius sacramenti, priuatus occiditur.	327
		19	Nazarius Rhetor insignis habetur.	328
		20	Crispus filius Constantini, & Licinius iunior Constãtiæ Constan-	329
E			tini sororis & Licinij superioris filius, crudelissimè interficiuntur,	
			anno imperij sui nono.	
			Vicennalia Constantini Nicomediæ acta, & sequenti anno Romæ	
			ædita.	

† Maximinus legitur in historia lib. 9 cap. 9.

EVSEBII CÆSARIENSIS CHRONICON FINIS.

A

D. HIERONYMI
PRESBYTERI AD CHRONICON EVSEBII ADIECTIO.

Romanorum.

HVCVSQVE historiam scribit Eusebius Pamphili martyris contubernalis, cui nos ita subiecimus. B

Arnobius in Africa Rhetor clarus habetur, qui cum in ciuitate Siccæ, ad declamandum iuuenes erudiret, & adhuc Ethnicus ad credulitatem somniis compelleretur, neque ab Episcopis impetraret fidem (quam semper impugnauerat) elucubrauit aduersus pristinam religionem luculentissimos libros, & tandem velut quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetrauit.

Anni mundi			*Anni domini*
Olym. 277	21	Drepanam Bythiniæ ciuitatem in honorem martyris Luciani ibi conditam, Constantinus instaurans, ex vocabulo matris suæ Helenopolim appellauit. C	330
	22	In Antiochia Dominicum (quod vocatur aureum) ædificari cœpit.	331
		Constantinus vxorem suam Faustam interfecit.	
		Donatus agnoscitur, à quo per Africam Donatiani.	
		Antiochiæ post Thiramnum xx. ordinatur Episcopus Vitalis, post quem Pythagonus xxi. cui succedit xxii. Paulus, post quem xxxiii. Eustathius, quo in exilium ob fidem truso, vsque in præsentem diem Ariani ecclesiam occupauerunt, id est, Eulabius, Eusebius, Euphronius, Placillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoicus, Dorotheus, rursum Meletius, quorum idcirco tempora non digessi, eò quòd hostes Christi, potius quàm Episcopos iudicem. D	
5530	23	Iuuencus presbyter natione Hispanus, Euangelia heroicis versibus explicat.	332
		Porphyrius misso ad Constantinum insigni volumine, exilio liberatur.	
	24	Alexandrinæ ecclesiæ xxxvi. ordinatur episcopus Athanasius, qui ab Arianis persecutus, ad Constantinum refugit.	333
	25	Constantinopolis dedicatur penè omnium vrbium nuditate.	334
		Metrodorus Philosophus agnoscitur. E	
Olym. 278.		MARCVS xxxvii. Romæ ordinatur Episcopus mensib. 8. post quem Iulius xxxiii. ordinatus est an. 16. mensibus 4.	
	26	Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt.	335
	27	Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt.	336
		Constantinus filius Constantini prouehitur ad regnum.	
		Pestilantia & fame, innumerabilis multitudo in Syria Ciliciáque periit.	

Sarmatæ

	Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.
A		28	Sarmatæ litigantes, dominos ſuos, qui nunc Arcaragantes vocan-	
		29	tur, facta manu in Romanum ſolum expulerunt.	337
	Olym.		Callocerus in Cypro res nouas molitur,& opprimitur.	338
	279	30	Conſtantinus cum liberis ſuis honorificas ad Antoniū monachum	339
			literas mittit.	
			Tricenalibus Conſtantini Dalmatius Cæſar appellatur.	
			Pater, Rhetor Romæ glorioſiſſime docet.	
			Nazarij Rhetoris filia Eumonia virgo Chriſtiana, in eloquentia	
			patri coęquatur.	
B			Tiberianus vir diſertus Prætor Gallias regit.	
			Euſtathius, Conſtantinopolitanus presbyter agnoſcitur, cuius in-	
			duſtria in Hieroſolymis martyrium conſtructum eſt.	
		31	Conſtantinus extremo vitæ ſuæ tempore ab Euſebio Nicome-	340
			dienſi Epiſcopo baptizatus, in Arianum dogma declinat, à quo vſ-	
			que in præſens tempus eccleſiarum rapinæ, & totius orbis eſt ſe-	
			cuta diſcordia.	
			Conſtantinus cum bellum pararet in Perſas, in Ancyrone villa pu-	
			blica iuxta Nicomediam moritur, anno ætatis ſuæ 66, poſt quem	
C			liberi eius tres ex Cæſaribus Auguſti appellantur.	
			CONSTANTINVS, Conſtantius, & Conſtans XXXV Romano-	
			rum regnauerunt annis 24, menſibus 5, diebus 12.	
		1	Abladius Præfectus Prætorij, & multi nobilium occiſi.	341
			Sapor, rex Perſarum Meſopotamia vaſtata, duobus fermè menſi-	
			bus Niſibin obſidet.	
			Dalmatius Cæſar, quem patruus Conſtantinus conſortem regni	
			filijs reliquerat, factione Conſtantij patruelis, & tumultu militari	
			interimitur, anno imperij ſui tertio.	
			Iacobus Niſibenus Epiſcopus agnoſcitur, ad cuius preces ſæpe	
D			vrbs diſcrimine liberata eſt.	
	5540	2	Ex hoc loco impietas Ariana Conſtantij regis fulta præſidio, exi-	342
	Olym.		lijs, carceribus, & varijs afflictionum modis, primo Athanaſium,	
	280.		deinde omnes non ſuæ partis Epiſcopos proſecuta eſt.	
		3	Conſtātinus bellū fratri inferens, iuxta Aquileiæ Alſam occiditur.	343
			Vario euentu aduerſum Fancos à Conſtante pugnatur.	
		4	Multæ orientis vrbes terræmotu horribili conciderunt.	344
			Audæ⁹ in Syria cœle clarus habetur, à quo hæreſis dicitur Audeana.	
			Franci à Conſtante perdomiti, & pax cum eis facta.	
			Hermogenes magiſter militię Cōſtātinopolim tractus à populo ob	
E			Epiſcopū Paulū, quē regis imperio & Arianorū factione pellebat.	
		5	Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.	345
			Macedonius artis plumariæ in locum Pauli ab Arianis Epiſcopis	
			ſubrogatur, à quo nunc hæreſis Macedodiana.	
			Paulus credulitate præfecti Philippi, nam fautor Mocedonij par-	
			tium erat, & Arianorum inſidijs ſtrangulatur.	
		6	Maximinus Treuirorum Epiſcopus clarus habetur, à quo Athana-	346
	Olym.		ſius Alexandriæ Epiſcopus cum Conſtantino quęreretur ad pœ-	
	281		nam, honorifice ſuſceptus eſt.	

	Anni mundi		Romanorum.	Anni domini.	
					A
		7	Sapor Persarum rex Christianos persequitur.		
			Neocæsarea in Ponto subuersa, excepta ecclesia ac Episcopo, cæte-	347	
			risquæ qui ibidem reperti sunt.		
			Titianus vir eloquẽs, Pręfecturã Prætorij apud Gallias administrat.		
		8	Athanasius ad Constantis literas Alexandriam regreditur.	348	
			Dyrrachium corruit terræ-motu, & tribus diebus ac noctibus Ro-		
			mæ nutauit, plurimæque Campaniæ vrbes vexatæ.		
		9	Magnis reipublicæ expensis in Seleucia Syriæ, portus effectus.	349	
		10	Rursum Sapor tribus mensibus obsidet Nisibin.	350	
	Olym.		Eusebius Emisen⁹ Arianæ signifer factionis, multa & varia cõscribit.		B
	282.		Solis facta defectio.		
		11	Bellum Persicum nocturnũ apud Singarum, in quo haud dubiam	351	
			victoriam militum stoliditate perdidimus.		
			Neque vero vllum Constantio e¤ nouem grauissimis prælijs con-		
			tra Persas grauius bellum fuit, (nam vt alia omittam) Nisibis obses-		
			sa, Bizabdæ & Amida captæ sunt.		
			Maximus quadragesimus post Macarium Hierosolymorũ Epis-		
			copus moritur, primus post quem ecclesiam Ariani inuadunt Cy-		C
			rillus Eutychius, rursum Cyrillus Irenæus, tertio Cyrillus Hilarius,		
			quarto Cyrillus: quorum Cyrillus, cum à Maximo fuisset presbyter		
			ordinatus, & post mortem ei ab Acacio Episcopo Cæsariensi, &		
			cæteris Arianis Episcopis, Episcopatus promitteretur, si ordinatio-		
			nẽ Maximi repudiasset, Diaconus in ecclesia ministrauit, ob quam		
			impietatem sacerdotij mercede pensatus, in Heraclium, quem mo-		
			riens Maximus in suum locum substituerat, varia fraude solicitans,		
			de Episcopo in presbyterum regradauit, quo in exilio ob fidem		
			truso, omnes clerici iurauerunt vt nullum alium susciperent.		
			Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium substitutus, plu-		D
			rimi peierauerunt, & post annum cum Felice eiecti sunt, quia Li-		
			berius tædio victus exilij, & in hæreticam prauitatem subscribens,		
			Romam quasi victor intrauerat.		
	[illegible]	12	LIBERIVS XXXIIII Rom. ecclesiæ ordinatur Episcopus.	352	
† Maxẽtio.		13	† Magnention apud Augustodunum arripiente imperium Con-	353	
			stans haud longè ab Hispania in castro, cui Helenæ nomen est, in-		
		14	terficitur, anno ætatis 30. imperij vero sui anno 13, quamobrem tur-	354	
			bata republica, Vetranio Mursę, Nepotianus Romę Imperatores		
			facti.		E
	Olym.		Victorinus natione Afer, Romæ Rhetoricam docet.		
	283.	15	Romæ populus aduersum Magnentianos rebellans, ab Heraclida	355	
			Senatore proditur.		
		16	Nepotiani caput pilo per vrbem circumlatum, multæque proscri-	356	
			ptiones nobilium & cædes factæ.		
		17	Vetranioni apud Narsum à Constãtio regium insigne detractum.	357	
			Magnentius Mursæ victus, in quo prælio Romanæ vires concidérũt.		
			Gallus Constantij patruelis Cæsar factus.		

Gallus

	Anni mundi		Romanorum.	Anni domini
A			Gallus Iudæos,qui interfectis per noctem militibus arma ad rebel-	
			landum inuaſerant, oppreſſit, cæſis multis hominum milibus vſque	
			ad innoxiam ætatem, & ciuitates eorum Diocæſaream, Tiberia-	
			dem, & Dioſpolim, plurimáque oppida igni tradidit.	
			Nonnulli nobilium Antiochiæ à Gallo interfecti.	
			Syriæ populis crucis ſignum, & maximo conſpicientium terrore, in	
			orientali plaga apparuit.	
B		18	Magnentius Lugduni in Palatio propria ſe manu interfecit,& De-	358
			centius frater eius, quem ad tuendas Gallias Cæſar miſerat, apud	
	Olym.		Senonas laqueo vitam explet.	
	284		Gennadius forenſis Orator Romæ inſignis habetur.	
		19	Mineruius Burdegalenſis Rhetor, Romæ florentiſſime docet.	359
			Gallus Cæſar ſolicitatus à Conſtantio patrueli, cui in ſuſpicionem	
			ob egregiam indolem venerat, in Iſtria occiditur.	
			Syluanus in Gallia res nouas molitur, 29 die extinctus eſt.	
		20	Victorinus Rhetor, & Donatus Grãmaticus præceptor meus, Ro-	360
C			mæ inſignes habentur, è quibus Victorinus etiam ſtatuam in foro	
			Traiani meruit.	
			Paulinus & Rhadianus Galliarum Epiſcopi, in exiliũ ob fidẽ truſi.	
			Alcimus & Delphidius Rhetores,in Aquitania florẽtiſſime docent.	
			Petrus Cæſar auguſtæ Orator inſignis,docet.	
			Donatus, à quo ſuprà Donatianos in Africa dici memorauimus,	
			Carthagine pellitur. Quidam ſectatores eius etiam Montenſes vo-	
			cãt, eò quod eccleſiam Romæ primam in monte habere cœperint.	
			Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, & Lucifer ac Dionyſius Caralita-	
			næ & Mediolanenſis eccleſiæ Epiſcopi.	
D			Pancratius quoque Romanus presbyter,& Hilarius diaconus,diſtã-	
			tibus inter ſe ab Arianis & Conſtantio, damnantur exiliis.	
			Iulia nus frater Galli Mediolani Cæſar appellatur.	
		21	Antonius monachus c v ætatis anno,in eremo moritur,ſolitus mul	361
			tis ad ſe venientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis	
			viro referre quãplura,cuius nos exitũ bello libello explicauimus.	
			Hilarius Epiſcopus Pictauienſis, factione Saturnini Arelatenſis E-	
			piſcopi,reliquorúmque qui cum eo erant Arianorũ ante triennium	
			in Phrygiam pulſus, libros de noſtra religione componit.	
E			Reliquiæ Apoſtoli Timothei Conſtantinopolim inuectæ.	
			Sarmata, † Amatas, & Macarius diſcipuli Antonj, inſignes habẽtur.	
			Liberius Epiſcopus Romanorum in exilium mittitur.	
			Magnæ Alemannorum copiæ apud Argentoratum oppidum Gal-	
			liarum à Cæſare Iuliano oppreſſæ.	
	5560	22	Saraceni monaſterium beati Antonij irruentes, Sarmatã interficiũt.	362
	Olym.		Conſtantio Romam ingreſſo,oſſa Andreæ Apoſtoli & Lucæ Euan-	
	285.	23	geliſtæ à Conſtantinopolitanis miro fauore ſuſcepta.	363
			Nicomedia terræmotu fundit'euerſa,vicinis vrbib' ex partevexatis	
			Paulinus Treuirorum Epiſcopus in Phrygia exulans moritur.	

† Amos fortè legendum, quem autores inter diſcipulos Antonij vel præcipuũ numerant.

Anni		*Romanorum.*	*Anni*
mundi.		Euantius eruditissimus Grammaticorum Cõstantinopoli diẽobiit, in cuius locum ex Africa Cretus adducitur.	*domini*
		Synodus apud Ariminum & Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua patrum fides, decem primò legatorum, dehinc omnium proditione damnata est.	
		Honoratus ex Præfecto Prætorio Galliarum primus Constantinopoli Præfectus vrbis factus.	
		Gratianus, qui nunc Imperator est, nascitur.	
	24	Hilarius cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit.	364
		Macedonius Constantinopoli pellitur.	
		Omnes pené toto orbe ecclesiæ sub nomine pacis & regis Arianorum consortio polluuntur.	
		Constantinopoli ecclesiarum maxima dedicatur.	
		Meletius Sebastiæ Armeniorũ Episcopus, ab Achatio & Georgio Episcopis Arianis Antiochiam transfertur, & non post grande temporis interuallum, cùm presbyteros qui ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant suscepisset, exilij iustissimam causam subita fidei mutatione detulit.	
		Gallia per Hilarium Arianensis perfidiæ dolum damnat.	
		Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociámque moritur anno ætatis 45.	
		IVLIANVS, XXXVI. Romanorum, regnauit anno vno, mensibus 7. Vel vt aiunt alij, an. 2, mensibus 8.	
	1	Iuliano ab idolorum cultu conuerso blanda persecutio fuit, illiciẽs magis quàm impellens ad sacrificandum, in qua multi ex nostris voluntate propria corruerunt.	365.
		Georgio per seditionem populi incenso, qui in locum Athanasij ab Arianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexandriam reuertitur.	
	2	Eusebius & Lucifer de exilio regrediuntur, è quibus Lucifer accitis duobus aliis Confessoribus, Paulinum Eustatij Episcopi presbyterum, qui se nunquam hæreticorum communione polluerat, in parte catholica Antiochiæ Episcopum facit.	366
		Prohæresius Sophista Atheniensis, lege data ne Christiani liberalium artium doctores essent, cum sibi specialiter Iulianus concederet, vt Christianos doceret, scholam sponte deseruit.	
		Æmilianus ob ararũ subuersionem, Durostori à Vicario incẽditur.	
		Ecclesia Antiochiæ clausa, & grauissima imminentis persecutionis procella, dei voluntate sopita est: Nam Iulianus in Persas profectus, nostrum (post victoriam) diis sanguinem vouerat, vbi à quodam simulato perfuga, ad deserta perductus, cũ fame & siti Apostata perdidisset exercitum, & inconsultius à suorum erraret agminibus, ab	
Olym.		obuio forte hostium milite conto ilia perfossus interiit, anno ætatis	
286.		32. Post quem sequenti die Iouianus ex primicerio domesticorum Imperator factus.	
		IOVIANVS XXXVII. Romanorum, regnauit mensibus 8.	

Iouianus

Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.
	1	Iouianus rerum necessitate compulsus, Nisibim & magnam Mesopotamiæ partem Sapori Persarum regi tradidit.	367
		Synodus Antiochiæ à Meletio & suis facta, in qua homousio & homusio reiecto, medium inter hæc homiusion Macedonianum dogma vindicauerunt.	
		Iouianus cruditate siue odore prunarum, quas nimias adoleri iusserat, † Dadastanæ moritur anno ætatis 34.	
		Post quem Valentinianus tribunus Scutatoriûm, è Pannonia Cibalensis apud Niceam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in communionem regni assumit	
		VALENTINIANVS & VALENS XXXVIII Romanorum regnauerunt annis 13, mensibus 5.	
	1	Valentinianus egregius, aliâs Imperator & Aureliano moribus similis, nisi quod seueritatem eius nimiam, & parcitatem, quidam crudelitatem & auaritiam interpretabantur.	368
	2	Terræmotu per totum orbem facto, mare littus egreditur, & Siciliæ multarúmque Insularum vrbes & innumerabiles populos oppressit.	369
		Procopius, qui apud Constantinopolim tyrannidem inuaserat, apud Phrygiam salutarem extinctus est, & plurium Procopianæ partis cæli atque proscripti.	
		DAMASVS XXXV Romanæ ecclesiæ ordinatur Episcopus.	
		† Multum temporis interuallum Vrsinus à quibusdam Episcopus constitutus, Sicininum cum suis inuadit, à quo Damasianæ partis populo confluente, crudelissimæ interfectiones diuersi sexus perpetratæ.	
	3	Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus, nostros persequitur.	370.
Olym.		Gratiani Valentiniani filius, Ambianis Imperator factus.	
277.	4	Tanta Constantinopoli est orta tempestas, vt miræ magnitudinis decidens grando, nonnullos hominum interfecerit.	371.
		Apud Atrebatas lana è cœlo pluuiæ mixta defluxit.	
5570.	5	Hilarius Episcopus Pictauiensis moritur.	372.
		Nicea, quæ sæpe antè corruerat, terræ-motu est funditus euersa.	
		Libanius Antiochenus rhetor insignis habetur.	
	6	Agon Constantinopoli à Valente æditus.	373
		Athanaricus rex Gothorum in Christianos persecutione commota plurimos interfecit, & de propriis sedibus in Romanum solum expellit.	
	7	Eusebius Episcopus Vercellensis moritur.	374
		Constantinopoli Apostolorum martyrium dedicatur.	
		Magna fames in Phrygia.	
		Lucifer Caralitanus Episcopus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum & Philone Lybiæ nunquam se Arianæ miscuit prauitati.	

† Dadasta-sta.

† Videtur tale quid deesse, Post nō, &c. vt ex historia Eusebij Ecclesiastica licet coniicere.

	Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.	
† Maximinus.		8	† Maximus Præfectus annonæ maleficos ab Imperatore inuestigare iussus, plurimos Romæ nobilium occidit.	375	A
			Valentinus in Britannia, antequam tyrannidẽ inuaderet oppressus.		
† Exproconsulem.			Presbyter Syrmij iniquissime occiditur, quod Octauianum † ex Proconsule apud se latitantem, prodere noluisset.		
		9	Didymus Alexãdrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur, qui post quintum natiuitatis suæ annum luminibus orbatus, elementorum quoque ignarus fuit.	376.	B
			Equitius Comes Illyrici, iniquissimis tributorum exactionibus ante prouincias quas regebat, tanquam à Barbaris vastarentur, erasit.		
		10	Eunomius discipulus Aëtij Constantinopoli agnoscitur, à quo hæresis Eunomiana.	377	
			Saxones cæsi de Vsone in regione Francorum.		
			Burgundionum LXXX fermè milia, quot nunquam antea ad Rhenum descenderunt.		
			Clearchus Præfectus vrbis Constantinopoli agnoscitur, à quo necessaria & diu expectata votis aqua, ciuitati inducitur.		C
			Alexandriæ XX ordinatur Episcopus Petrus, qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis hæreticis fuit, vt nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit.		
			Melania nobilissima mulierum Romanarum, & Marcellini quondam Consulis filia, vnico Prætore tunc Vrbano filio derelicto, Hierosolymam nauigauit, vbi tantum virtutum, præcipueque humilitatis fuit miraculo, vt Tedæ nomen acceperit.		
		11	Post Auxentij seram mortem, Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia conuertitur.	378	D
	Olym.		Aquileienses clerici quasi chorus beatorum habentur.		
	289.		Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias vastauerunt, ijdem Consules permansere.		
		12	Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod græcè apoplexia vocatur, Brigitione moritur. Post quem Gratianus assumpto in imperium Valentiniano fratre, cum patruo Valente regnat.	379	
			Apollinarius Laodicensis, iactatione ingenij quosdam errores pertinaciter asseuerans, hæresim sui nominis suscitauit, quam Damasus habito Romæ Concilio damnauit.		
			Episcopus presbyter, vir eloquentia clarus agnoscitur.		E
			Multi monachorum Nitriæ per tribunos & milites cæsi.		
			Valens lege data vt monachi militarent, nolentes fustibus interfici.		
			Theodosius Theodosij postea Imperatoris pater, & plurimi nobilium occisi.		
			Photinus in Galatia moritur, à quo Photinianorum dogma inductũ, qui multa continentiæ & ingenij bona vno superbiæ malo perdidit.		
		13	Basilius Cæsariensis Episcopus Cappadociæ clarus habetur.	380	
			Alemannorum circiter triginta milia apud Argentarium oppidum Galliarum exercitu Gratiani strata.		

Florentinus

Anni mundi.	*Romanorum.*	*Anni domini.*
	14 Florentinus Bonolus & Rufinus insignes monachi habentur. E quibus Florentinus tam misericors in egentes fuit, vt vulgò Pater pauperum nominatus sit.	
	Gens Hunorum Gothos vastat, qui à Romanis sine armorum depositione suscepti, per auaritiam Maximi ducis fame ad rebellandum coacti sunt.	
	Superatis in congressione Romanis, Gothi funduntur in Thracia.	
	Valens de Antiochia exire compulsus, sera pœnitentia nostros de exiliis reuocat.	
	Lachrymabile bellum in Thracia, in quo deserente equitum præsidio, Romanæ legiones à Gothis cinctæ, vsque ad internitionem cæsæ sunt: ipse Imperator Valens cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimirum sæpe equo laberetur, ad cuiusdam villulæ casam deportatus est: quò persequentibus Barbaris, & incensa domo, sepultura quoque caruit.	

D. HIERONYMI CHRONICON FINIS.

SCRIPTVRAE SACRAE AVTHORITATVM, QVÆ AB EVSEBIO COGNOMENTO Pamphili, Cæsareæ Episcopo, sparsim explicatæ, & citatæ sunt, ex vtriusque Testamento librorum ordine digestus index. A

Ex Genes. B

Genes.

Isayæ 2

Ex Ezechiele.

Ex Daniele.

Ex Michea.

Ex Osee.

Ex Abacuc.

Ex Sophonia.

Ex Zacharia.

Ex Malachia.

Ex Marco.

FINIS.

EVSEBII PAMPHILI OPERVM

RERVM AC VERBORVM INDEX LOCVPLETISSIMVS: CVIVS VNITAS TOMVM PRIMUM indicat, binarius verò secundum.

A

B

C

Charitas

Cœnus

Cyriani

Iud.

E

H

Hominis

I

Maximini

genere

P

Potamięna

Q

R

Sotion

T

e

Thebanorum

ad

X

Z

FINIS.

Oper. Eusebij. Parisi. 1581

N


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm